S. d. 29

# DE CENSVRIS EXCOMMVNICATIONIS, ET SVSPENSIONIS,

Seù Recollect. ſeptem, communium, ac practicabilium opinionum:

De Officio, & Poteſtate Confeſſarij, circà Pœnitentes, Cenſuris.

*I. A iure in communi:*
*II. Ab homine, etiam in communi.*
*III. Excommunicationis in genere.*
*IV. Excommunicationum in particulari, ordine ALPHABETICO explicatarum,*
*V. Excommunicationis Canonis, ſi quis ſuadente 17 q. 4.*
*VI. Suſpenſionum in communi, & in particulari, ALPHABETICO quoq; ordine dilucidatarum.*
*VII. Abortus Procurationis.*

Irretitos, ligatos, atque adſtrictos.

*AVTHORE R. P. D. ALPHONSO DE LEONE NEAPOLITANO,*
*Clerico Regulari V.I.D. ac Theologiæ Moralis Profeſſore.*

Opus non ſolum Confeſſarijs, ſed etiam Prælatis, ac Iudicibus Eccleſiaſticis, & Sæcularibus perneceſſarium; tùm ob varietatem, & multiplicitatem rerum, quæ in eo pertractantur, tùm etiam, quia in ipſo ſolo, faciliter, & breuiter, ipſi inuenire poſſunt, quidquid circà hanc materiam, Authores hucuſque in lucem editi, ſcripſerunt.

*ACCEDVNT QVOQVE*

*Additiones earum Doctrinarum, & Authorum, qui poſt interpolatam operis impreſſionem, ad Authoris manus, in dies deuenire, ac recolligi, potuerunt.*

*Cum duplici Indice, Materiarum ſcilicèt, & Titulorum.*



NEAPOLI, Typis Camilli Caualli. M. DC. XLIV.

Ex ... Ioſephi Carpani I.V.D.

Digitized by Google

# EMINENTISSIMO, AC REVER.MO PRINCIPI ASCANIO CARDINALI PHILAMARINO ARCHIEPISCOPO NEAPOLITANO.

*DON ALPHONSVS DE LEONE CLERICVS REGVLARIS.*

OPVS peregi, Eminentiſſime Princeps, quod lucem deſiderans, fulgidiſſimis obijcio tuæ radijs claritatis. Mirum quippe fulges in modum, non illuſtriſſimi tantùm nobilitate generis, atq; purpureis, quibus inſigniris, luminibus; ſed præclariſſimis, quoque geſtis, quæ ſumma ductus ſapientia, pietate, ac zelo, velut igneum iubar, in tui commodum Gregis, operaris. Admiratus aliquando fui, cum Studijs operam dares legalibus (in eodem enim lycæo mihi contigit diſcere) admiratus, inquam, tunc fui, quos, velut in Aurora; fundebas radios, & ex Te, qui ſtudioſiſſimis quibuſque, perfectiſſimum eras Scientiarum exemplar, aliquod excepi Sapientiæ lumen, quod Tibi, meridiana iam luce coruſcanti, omni erat iure reddendum. De Cenſuris agit hoc opus, ideoque Tibi Vigilan-

† 2 tiſſimo

Digitized by Google

tiſſimo Neapolitanæ Eccleſiæ Paſtori, dicandum, ad quem Cenſurarum ſpectat ferre ſententias. Fœlix noſtra ætas, quæ Te Præſulem colit, tuamque ſuauiſſimam experitur in Oues ſollicitudinem. Antè quingentos annos optimi floruerunt ex tua familia Antiſtites: Stephanus quippè Tarentinam rexit Eccleſiam, Capuanam Marinus, Neapolitanam Matthęus, Petrus denique Rheginenſem: at Tu ipſorum geſta non tantùm imitaris inſignia, ſed omnium ſimul, quàm longè, quàm mirabilitèr, excellis. Patere igitur, Præclariſſime Præſul, hoc tibi à me deferri obſequentis animi ſignum; & qua ſoles humanitate, munus excipe, licèt rude, licèt exiguum, tuoque dignum fac patrocinio, ne infeſtos patiatur Cenſores. Interim enixis ego Deum obſecro precibus, vt ijs Te fulgoribus ditet, quibus ne dum Neapolitanam; ſed omnes etiam, tua luce, illuſtrare queas Eccleſias.

Digitized by Google

REuerendi Patris noſtri Don Alphonſi de Leone V. I. D. & Moralis Theologiæ Profeſſoris, ac noſtræ Religionis Clericorum Regularium Profeſſi; Opus de Cenſuris excommunicationis, & ſuſpenſionis, iuſſu admodum Reuerendi Patris noſtri Generalis perlegimus, & recognouimus, & nihil in illo, quod non ſanam doctrinam, contineat, reperire potuimus, ſed viris doctis gratum fore, ac dignum prorſus, quod in communem vtilitatem, Typis mandetur, iudicauimus. Datum Capuæ die 15. Maij 1640.

D Leonardus Duardus Cler. Regul. Theol. & V.I.D.
D. Io. Thomas Cecius Clericus Regul. Sacræ Theol. Doctor.

---

## D. Stephanus Medices Præpoſitus Generalis Congregationis Clericorum Regularium.

HOc Opus, cui Titulus de Cenſuris, excommunicationis, & ſuſpenſionis à R. P. D. Alphonſo de Leone V. I. D. ac Theologiæ Moralis Profeſſore, compoſitum, & iuxtà præfixam aſſertionem Patrum, quibus id commiſimus approbatum, vt Typis mandetur, quò ad nos ſpectat, facultatem concedimus, in quorum fidem præſentes litteras manu propria ſubſcripſimus, & ſolito noſtro Sigillo firmauimns, Neapoli die XV. Ianuarij MDCXXXXII.

D. Stephanus Medices Præpoſitus Generalis,
Congreg. Cler. Regul.

*D. Io. Baptiſta Lanfranchi Secretarius.*

Digitized by Google

OPus de Cenſuris excommunicationis ; & ſuſpenſionis A.R.P.D. Alphonſi de Leone Clerici Regularis,diſtinctè perlegi , nec in eo aliquid animaduerſione dignum inueni , vndè tamquam non ſolum bona ; ſed vtili refertum doctrina , dignum cenſeo , vt prælo , publicę vtilitatis cauſa, committatur . Datum Neap. 1. Maij 1643.

*Fr.Ioſeph de Rubeis S.T.D.Ord.Min.Conu.S. Franciſci Emin.D.Card.Philamarini Theol. vidit.*

*Imprimatur . Gregorius Peccerillus Vic.Gen.*

---

## Illuſtriſs.& Excellentiſs.Domine.

DE Mandato Veſtræ Excellentię,ſumma cum diligentia , accuratè perlegi, & percuntaui fertilem Tractatum de Cenſuris excommunicationis , & ſuſpenſionis A.R.P. D.Alphonſi de Leone Neapolitani Viri Doctiſſimi,ac Cler. Reg.ex Sanctiſſima, & Celeberrima Religione Theatina,at cùm in eo nil carpere potui , vt Cenſuræ ſubiaceat,& iuri publico, ac bonis moribus oppugnet;ſed verius vtilisſimum,ſolideque doctrinę innixum pro iuris vtriuſque , ac Sacræ Theologiæ profeſſorum perneceſſarium comodo eſſe exiſtimaui;itá quòd quàm primum typis dari poſſe,non vereor; ſuggerente quoque Veſtrę Excellentię aſſenſu , cui ex debito,reuerenter, poſt manuum oſcula; precor longeuos annos pro huius noſtræ Reipublicæ tutela . Datum Neap.ex noſtris ædibus die 26.menſis Aprilis 1644.

*Veſtræ Excellentiæ.*

*Humillimus Seruulus.*

*Io.Baptiſta de Thoro I.C.Neap.*

Viſa ſupradicta relatione . Imprimatur.

*Brancia Reg.Zufia Reg.Caſanate Reg.Sanfelicius Reg.*

*Caracciolus Reg.Capyc.Lat.Reg.Salamanca Reg.*

*Vidit Arias de Meſa Reg.Conſil.Delegatus per ſuam Excellentiam pro reuiſione Librorum.*

Digitized by Google

# LECTORI.

SCimus, fidem eſſe ſanctiſſimum humani pectoris bonum, & veluti alterum *Seneca Epiſ. 89.*
quodam Numen, ac certiſſimum humanæ ſalutis pignus, colendum eſſe:
quæ tantò commendatior eſſe debet viro, quantò cæteris dignitate præ- *Valer. Max 6.c.6.*
ſtat. Nihil eſt, quod magis hominem deceat, quàm vt verbis ſuis, fidem præſtet;
ideò aliquando exoluimus, quæ promiſimus, & ſi non cuncta, partem ſaltem ob *Impr. Leon.*
vaſtam, ac copioſam *Cenſurarum* materiam; Non autem ob ſtylum, quem tibi, *Nouel. con-*
quia gratum fuiſſe, experientia nos docuit, mutare minimè voluimus. Tibi igitur, *ſtitut. 19.*
beneuole Lector, ſcribimus; tibi laborauimus, vt ab omni ferè labore te ſurriperemus, labori nō pepercimus, & tu parce, tui cauſa laborãtibus, & quæ dextera offerimus, tu nè ſiniſtra capito. Nouos ſemper libros emittimus, & libros libris addimus, & volumina voluminibus, vt materiam, quam vnus non poteſt capere liber, capiat alter, ſicquè iuxtà noſtrum inſtitutum, *Confeſſarij* maximè de eorum *Officio*, ſeù obligatione, ac *Poteſtate*, circà pænitentes, in ſingulis materijs inſtruantur.

Infelix, qui anathematis fulmine icitur. Cain hac tactus maledictione nil vn- *Gen. 4.*
quam proſperè geſſit. Cham quoque excommunicatus aberrans, ferale toti orbi *Gen. 9.* *Gen. 27.*
dedit ſpectaculum. Eſaù paterna priuatus benedictione, infeliciter mortuus fuit. *Matth. 11.*
Ficus etiam maledicta, continuo aruit; at maioribus bonis ſpoliatus excommunicatus, nàm priuatur bonis Chriſtianorum, vt nec Chriſtianus ſit talis magis, quàm ethnicus. Hoc eſt è cęlo deturbari cum Lucifero, cibis ſacris, ac ſalutaribus arceri, priuari, tradique Satanæ. Hoc eſt inſtar Nabuchod. in deſerto agere, ferum inter feras. Heu? ex Rege in brutum verti? trutinauit iſthoc Theodoſ. Imperator, qui menſibus octo excommunicatus egit, afflictus, & extabuiſſet, ní Ambroſius
ipſum Eccleſiæ reſtituiſſet. Hoc eſt non ſacris tantum extorrem fieri, ſed & San- *Caſſiod.*
guinis Chriſti influxu priuari. Si Orbis inferior cælorum influxu deſtitueretur, periret.

—— —— —— —— —— *Totaque diſcors*
*Machina diuulſi turbaret fœdera mundi.*

Et quid anima ſine Deo? ſine Sacris, & Sacramentis, & meritis fidelium, dum pro excommunicatis non orat Eccleſia, licèt pro Iudęis, Turcis, & alijs peccatoribus? denique ſepultura priuantur excommunicati, vt nè cum mortuis habeant quicquam commune, ſed veluti ſepultura Aſini ſepeliantur. De his agitur in hoc libro, in quo ne ſpeçioſa quæras, ſed vſu neceſſaria, prodeſſe tantum voluimus, Sermonis elegantiam, cultæque dictionis paraturā ſtudendo vtilitati, negleximus. Potuiſſemus cultiùs, & elegantiùs ſcribere, ſed cui rei? Hæc animis, non auribus ſcribimus, fucatum ne quæras ſermonem, ſed veritatem puram, quæ verborum ornamentis obuelatur, quod à calamo primo impetu fluxit; ſtatim ad prælum iuit. Non expoliuimus, limæ, aſciæquè vſum ignaui. Benè callentes tamen. *Sermo*
*veræ puritatis, vel puræ veritatis illibatus debet eſſe, & facilis, nec artificioſo, colo-* *S. Bern. Epi.*
*rum velamine deſiderat Opacari*. Veritatis faciem oſtendere Lectori voluimus è *49.*
tenebroſis erutæ ruderibus, non denſo verborum velamine, contegere.

Ne ergò Lector laborem damnabis, qui damnum vllum affert, ſed ſi leges opus, maximam vtilitatem, & hiſce imbutus doctrinis Salo non fluctuabis, ſed ad
littus duceris, & ſi qua lapſi inueniamur, ſcitò verum eſſe illud Principis Poeta- *Homer.*
rum. *Iliad. 5.*

*Nemo hominum in terris, vitio ſine naſcitur vſquam.*

Vndè rectè Socrates Xenoph. dicebat, *Nullum eſt opus, in quo non accuſentur,*
*homines. Difficilè namquè eſt ità, quid quàm peragere, vt nihil erres, quod ſi etiam* *lib. 2. de fa-*
*ſine errore quiſquam, aliquid peragat, Difficilè eſt non equum Iudice reperire.* *ctis, & dict.*
In quo finem facimus, & te eum Iudicem prębere optamus, quem ſe boni homi- *Socr.*
nes ſolent, ideſt æquum, facilem, benèvolentem. Vale, hiſque fruere bone Lector.

Digitized by Google

## D. IO. PETRI MASSARII PROTH. APOST. S. THEOL. PROFESS. ET I.V.D. NEAPOLITANI.

### CARMEN.

Admodum Reuerendo D. Alphonſo de Leone Clerico Regulari V.I.D. ac Theol. Moralis Profeſs. atque huius operiis Sciptori.

*Felix, qui potuit iuris præſcribere leges,*
*Immenſaſque ſacri noſcere iuris opes.*
*At longè antè alios felix, qui colligit, altò*
*Miſſa Polo, è ſacris dogmata clara libris.*
*Sed Te, Alphonſe, nequit dici felicior alter,*
*Qui vi doctrinæ mentis vtrumque facis.*
*Quis Capellani, Cenſuræ munera ſcribit,*
*Quis Iubilęi Iubila acuta? Leo eſt.*
*Pontificis legum ſummi ſententia, quæ nam,*
*Doctorum, quæ ſit, explicat? Ecce Leo.*
*Clara Leo chartis intexuit acta peritus,*
*Et vigil æternum reddidit Auctor opus.*
*Sic docta artificis gemmas manus inſerit auro,*
*Atque illis ingens adijcit arte decus.*
*Quo Ciuem Patria ergò ſuum celebrabit honore.*
*Quis vetat Alphonſi dogmata ſcripta mori?*
*Quas igitur grates referet tibi Carmine Syren?*
*Si tua ſunt tanti dogmata cauſa boni?*

Ad hunc Aureum Librum Alphonſi de Leone ex Cleric. Regul.

Andreæ Tartaglioni Presbyt. Humanarum Litterarum Profeſſoris.

### EPIGRAMMA.

*I Liber, & gelidos penetra Garamantas, & Indos;*
*Quid dubitas? quis Te carpere iure poteſt?*
*Te Leo tutat; tuta eſt tutela Leonis,*
*Terret, diſcerpit, deuorat, atque rugit:*
*Dogmata vera doces, dubia, & nodoſa reſoluis,*
*Diceris interno, conſuluiſſe foro;*
*Quot reſponſa tonas, tot certè ducere gemmas*
*Te, aiunt, quas diues India gignit, opes.*
*Theſaurum hunc ergò ipſe tuum largire peritis,*
*Mentis, & ingenij condat, vt Arca ſimul.*
*Perſoluent grati grates, & munera laudis*
*Præclaro Auctori, eſt cui ſuper aſtra Domus.*

Digitized by Google

# INDEX MATERIARVM

## A

ABbas alienos ſubditos ordinans ſine dimiſſorijs proprij ordinarij, an ſit ſuſpenſus, Recoll.6.n.17.& ſeq.fol.506. An & quos ordines poſſit conferre ſuis ſubditis,& vbi.ibid.à num.22. An ad hunc finem, vt poſſit ordines conferre, debeat eſſe benedictus. ibid.num. 24. An Nouitius dicatur ſubditus Abbati Regulari ad hunc effectum.ibid.nu.27. Quando poſſit concedere dimiſſorias ad ordines, quos ipſe conferre non poteſt,ſubditis Clericis ſæcularibus.ibid. num.35.& 39. An poſſit concedere commendatitias eiſdem,&an illæ ſint neceſſariæ ordinandis vigore Diplomatum Apoſtolicorum.ibid.num.37. Quis benedicat Abbatem ibid. num. 23. An poſſit ferre cenſuras, ſi non fuit benedictus Abbas Sæcularis.ibid.nu.180.fol.27. Conferens Sacram. confirmationis, vel alia ſacramentalia,in qua intret vnctio ſacra, an incurrat irregularitatem. ibidem num. 34. fol. 507. Habens vſum mitræ,& baculi, exercens Pontificalia in aliena Diœceſi, quam pænam incurrat.ibid.numer. 381. fol. 548. An incurrat ſuſpenſiones latas in iure contrà Epiſcopos.ibid.num. 31. & ſeq. fol. 507. Regularis non vtens debitis veſtibus, vel vacans venationi clamoroſæ, quas pænas incurrat ibidem num. 41. fol. 508. An diſpenſet in interſtitijs ibid.num.40.

Abbatiſſa non certiorans Epiſcopum, antè menſem de profeſſione nouitiæ, incurrit ſuſpenſionem ab officio per menſem Recoll.6.num.46. Quis nam ſit effectus dictæ ſuſpenſionis ibid. num.47. Permittens ingreſſum virorum, ac fæminarum, quas pænas incurrat.Recoll.4.verbo ingreſſum virorum fol.339.

Abortum fætus animati tentans,ſi effectus non ſequatur,non incurrit excommunicationem latam à Sixto V.& moderatam à Gregorio XIV.Recoll.1.num.815.fol. 44 latius,recoll.7.n.33.fol.789.an idem ſit in eius caſus reſeruatione facta ab ordinario in Tabella,ead Recoll.7.nu.7.

Abrogatio legis, vel ſtatuti continens pænam excommunicationis,non trahitur, ad excommunicationem iam incurſam, ſed incurrendam. Recoll. 1. num. 464. fol.64.

Abſens an poſſit abſolui,quò ad forum internum à cenſuris. Recoll.1.num.471. & 483.f.66. quãdo operetur ſuum effectum abſolutio data abſenti.ibid. num. 488.& ſeq.

Abſoluere,an poſſit Confeſſarius pænitentē excommunicatum à peccatis tantum ex eo,quòd non adſit copia habentis facultatem, circà dictam excommunicationem, & dictus pænitens aliàs non communicando, vel celebrando incurreret infamiam,vel aliud periculum,Recoll. 3. num. 57. & ſeq.Secluſo dicto caſu neceſſitatis, pænitens ſcienter petendo dictam abſolutionem, peccat,&abſolutio ſi de facto detur,eſt inualida,ibid.nu.52. fol. 229. quid ſi ex ignorantia, vel inaduertentia.ibid.num.60.fol. 231. & num. 65.& 66. An hoc procedat, vbi talis fuit denunciatus excommunicatus, ibid.nu. 63. An procedat, vbi excommunicatio eſſet iniuſta,ſed valida,ibid.nu.54. & 56. Quid ſi fuerit dictus pœnitens nominatim excommunicatus,non autem denunciatus. ibid. num. 80. quando id poſſit confeſſarius vi Bullæ Cruciatæ, vel Iubilei, vbi eſt denunciatus, infrà excommunicatus.

Abſoluere poteſt validè confeſſarius excommunicatus toleratus, cuius excommunicatio eſt occulta.Recoll. 3. nu.69. fol.233. An hoc ſit verum, etiam vbi id ſciatur à pænitente.ibid.numer.71.& 77. Quid ſi confeſſarius fuerit iam denunciatus, ſeù non toleratus, an extra caſum neceſſitatis,validè abſoluat, ibid. n.93.fol.235. An hoc ſit verum, etiam in abſolutione data à peccatis venialibus tantum.ibid. num.90. Quid ſi licèt dictus Confeſſarius ſit denunciatus,tamen hic, & nunc ſit toleratus,ibid.num.78.& ſeq.

Abſoluere à cenſuris poteſt non ſolum is, qui eas tulit,ſed etiam ſucceſſor. Recoll. 1.num.513.fol.69.procedit, tàm quò ad forum externum,quàm quò ad forum internum,ibid. num. 510. An id ſpectet, ad poteſtatem ordinis, vel iuriſdictionis, ibid.n.ſeq. vide etiam Recoll.6.n. 1016,



Digitized by Google

quomodò hoc caſu militet regula illa, cius eſt ſoluere, cuius eſt ligare ibid. nu. 512. An requiratur, certa forma verborum ibid. num. 514. propè medium, folio 60. vide etiam nu. 528. & ſeq. & 544. fol. 74. An ſit neceſsaria determinatio cenſuræ in particulari. ibid. numer. 529. & ſeq. fol. 72. An requiratur expreſſio cauſæ, ob quam abſoluendus incurrerat cenſuram. ibid. num. 520. & ſeq. fol. 71. extenditur, ad cenſuras, etiam oblitas, quando datur abſolutio ab ipſis indefinitè, ibid. num. 524. fol. 71. Attenditur in ea mens abſoluentis. ibid. num. 522. circà medium non tamen extenditur, ad abſolutionem à peccatis ibid. num. 518. Solita apponi in reſcriptis Apoſtolicis Gratiæ, vel Iuſtitiæ, an ſuffragetur irregulari, ibid. nu. 57. & ſeq. fol. 8. & 9. vbi an ſuffragetur ei, qui inſorduit per annum in excommunicatione. An illa indigeat iniuſtè excommunicatus, recoll. 2. num. 13. fol. 80. A Cenſuris in Bulla Cænę prçſumēs abſque legitima facultate, Recoll. 4. hoc verbo, fol. 285.

Abſolutio à Cenſuris, vbi delegatur cum illis verbis, vt abſoluat ſeruata forma iuris, vel ſecundum formam Eccleſiæ cõſuetam, quomodò debeat dari, adhoc vt ſit valida, recoll. 1. nu. 531. Data ex falſa cauſa ſubſtantiali, vel per fraudem, dolum, aut errorem in re eſſenſiali, eſt nulla. ibid. num. 572. declaratur n. n. ſequentibus. Debet procedere à voluntate libera ibid. num. 557. fol. 76. extorta per metum, an ſit irrita. ibid. num. 568. & ſequentibus, fol. 76. illam ità extorquens, an incurrat aliquam pænam. Recoll. 4. verbo abſolutionem, fol. 285. An validè poſſit dari ſub conditione. ibid. num. 547. & duobus ſequentibus, fol. 74. an ſaltem licitè, num. 550. & ſeq. A cenſuris latis per ſententiam particularem, an poteſt quis abſolui ab alio, quàm ab eo, qui illas tulit, ſi reperiatur extrà Diœceſim. Recoll. 2. num. 915. fol. 205. quid de latis per ſententiam generalem, ibid. num. 910. Quid de ſuſpenſione eodem modo per ſententiam particularem, vel generalem, lata. Recoll. 6. num. 866. fol. 623. An danda in Sacramento Confeſſionis, ibid. num. 1068. fol. 673. An proſit, quòad forum externum, quando datur pro foro conſcientię, recoll. 5. n. 444. fol. 451. Abſolutus à Cenſuris pro foro conſcientiæ tantum, an aliquando celebrando peccet, & fiat irregularis, ibidem num. 442. & ſeq. Regulares à quibus cenſuris, hodiè poſſint abſoluere. Recoll. 5. num. 599. & 690. Data ab excommunicatione in articulo mortis, quàmdiù duret. Recoll. 4. hoc verbo, fol. 285. Abſolutus à Papa cum conditione, vt ſe præſentet ordinario, ibidem.

Abſolutio à Cenſuris data in foro externo parte non citata, an ſit illicita. Recoll. 2. num. 815. fol. 184. An ſuſpendatur per appellationem, ibid. num. ſeq. Dari an poſſit appellatione pendente à Iudice à quò, nu. 818. niſi eſſet ſeruata S.P. ibid. num. 822. An poſſit dari parte contradicente, ibid. num. 820. & ſeq. vt poſſit recipi per procuratorem, an requiratur ſpeciale mandatum, recoll. 5. num. 706. fol. 500. ſimplex quando, & quomodò datur à Iudice appellationis, Recoll. 2. nu. 834. & ſeq. fol. 188. An requiratur ad eius validitatem iuramentũ de parendo mandatis, &c. ibid. num. 837. quomodò differat ab abſolutione ad Cautelam, nu. 841. & ſeq. fol. 190. qua differentia vtatur Rota in concedenda abſolutione ad Cautelam pro Cenſuris latis extra Curiam, vel in Curia, ibid. n. 839. Ad cautelam, an concedenda ex quauis cauſa nullitatis, num. 853. fol. 191. vide etiam nu. 997. fol. 291. quæ nam probatio nullitatis requiratur ad obtinendam abſolutionem ad cautelam, numer. 854. quæ nullitas ſit neceſſaria, nu. ſeq. qualis debeat eſſe error, quando petitur ex capite, quòd ſententia ſit nulla ob errorem in tollerabilem, num. 861. fol. 19[illegible]. An poſſit dari, quando in excommunicatione Canonis adeſt dubium iuris, & à quo hoc caſu poſſit dari ibid. num. 868. folio 195. An illam poſſit prętendere, qui iuſtè impeditus non poſſit comparere, & incontumaciam fuit excommunicatus, ibid. num. 870 qua ſolemnitate danda ſit pro foro exteriori, ibid. num. 872. & ſeq. An poſſit dari in foro conſcientiæ, vi Bullæ Cruciatæ, vel Iubilei, Recoll. 6. nu. 1066. fol. 673. qualiter hoc caſu danda, vt poſſit probari pro foro externo, Recoll. 2. num. 873. & ſeq. Abſolutio ad cautelam, an requirat præuiam ſatisfactionem, Recollect. 5. numer. 640. Data à Iudice Ordinario, vel Delegato, ſine limitatione ſatisfactionis, parti præſtandæ, an ſit valida. Recoll. 2. num. 935. fol. 207. quid ſi ſit data à Delegato cum dicta limitatione, num. ſeq. quid quando in delegatione, & priuilegio illa prærequiratur, tamquam conditio neceſſaria, num. 937. quid ſi prærequiratur alia conditio, n. ſequenti. Vi Bullę Iubilei, an dari poſſit ad cautelam, recoll. 6. num. 1066. fol. 573.

Ad reincidentiam, quæ nam ſit, Recoll. 2. nu. 875.

Digitized by Google

num.875.fol.196. Ad quem Iudicem ſpectat illam impartire, n. 881. f. 197. Non poteſt regulariter dari à Confeſſario virtute Bullæ alicuius, vel priuilegij, niſi in Bulla, vel priuilegio, id expreſsè concedatur, nu. 876. vel etiam de conſenſu Iudicis, ibid. & nu. ſeq. vide adhoc Dianam par. 5. tract. 9. reſol. 40 ad finem. Non ſufficit conſenſus partis ſolius, num. 878. ſic abſolutus de conſenſu partis per 15. dies, an remaneat in totum abſolutus num. 879. Cuius Iudicis debeat eſſe iſte conſenſus, num. 881. & ſeq. elapſo tempore, an reincidentia ſit in eandem, vel nouam cenſuram, num. 887. & ſeq. f. 198. & ſeq. Abſolutus extrà ſacramentũ à cenſuris, an qñ poſtea confitetur ſacramentaliter, teneatur explicare circunſtantiam excommunicationis, Recoll. 1. num. 384. fol. 79.

Impeditis adire S.P. dari poteſt ab Epo. Rec. 2. n. 892. & ſeq. f. 200. quid ſi poſſint adire legatum S.P. à latere, n. 901 quid ſi adſit alius, qui habeat à S.P. priuilegium abſoluendi à ſibi reſeruatis, num. 903. Si ſint impediti adire etiam Epiſcopum, vel alium propriũ Prælatum, an poſſit dicta abſolutio illis dari à Parocho, vel alio Confeſſario, numer. 805. & ſeq. An id procedat, vbi etiam ſuppetat tempus ſcribendi, vel Nuntium mittendi ad S. Pontificem, ibid. num. 900. An procedat, etiam in caſibus reſeruatis, in Bulla Cænę, Hæreſis, vel alijs, qui reſeruantur, excepto tantum articulo mortis, ibid. num. 894. & ſeq. fol. 207. vidè etiam Recoll. 5. num. 514. f. 473.

Quando quis dicatur impeditus adhunc effectum, ibid. num. 905. Delegatus ab Epiſcopo ad abſoluendum ab omnibus Cenſuris reſeruatis, vt eſt Pænitentiarius, an poſſit abſoluere impeditos adire S.P. Recoll. 5. num. 548. fol. 477. An reſpectu cenſurarum reſeruatarum ſibi ab Epiſcopis, impediti adire ipſum Epiſcopum, vel eius Vicarium, poſſint abſolui à Parochis, vel alijs Confeſſarijs, Recoll. 2. num. 906. quando delicati, vel magnæ potentiæ, dicantur impediti, vt poſſint abſolui ab enormi percuſſione, recoll. 5. num. 500. fol. 472. Quando ex eo, quod periculum ſit in mora, ſufficiat, ibid. Serui, qui dicantur impediti adhunc effectum, & pro quibus caſibus, ibid. num. 481. & ſeq. vbi num. 491. fol. 469. an hoc impedimentum in ipſis ſit perpetuum, vel temporale; quid de filijs familias, n. 487. & ſeq. Iuuentus, an & quando tribuat legitimum impedimentum, ad eundem finem, ibid. num. 492. fol. 469. quid de vxoratis, ibid num. 493. & ſeq. De carceratis, condendatis ad triremes, vel relegatis, ibid. num. 495. quid de pauperibus, num. ſeq. item de habentibus inimicitias, ibid. num. 499. folio 470. vbi nu. 505. & ſeq. an hoc remittatur arbitrio Epiſcopi, & quomodò. Quid de mulieribus, & monialibus, ibid. nu. 460. & ſeq. fol. 463. quid de exemptis, ibid. nu. 465. de Senibus, ibid. nu. 465. & ſeq. Superior Regularis, an poſſit abſoluere ſuos ſubditos impeditos à Cenſuris, pro quibus aliòqui deberent adire S. Pontificem ead. Recoll. 5. nu. 602. & 604. fol. 485. vbi num. 608. declaratur, quis hoc caſu dicatur ſuperior. Abſolutus ratione impedimenti temporalis, ab inferiori, qñ reincidat, ibid. nu. 525. fol. 474. vbi an talis hoc medio tempore ſit incapax acquirẽdi noua beneficia, & fructus beneficiorum percipere, ibid. num. 526.

Ab enormi percuſſione clericorũ, quis abſoluat, rec. 5. n. 414. & quis à leui, ibid. num. 348. fol. 448. quid ſi qui percuſſit enormiter, ſit impeditus, ibid. nu. 549. f. 477. & n. ſeq. Legatus à latere, an abſoluat ab enormi, etiam non impeditos adire S. Pontificem, ibid. nu. 448. 452. & ſeq. fol. 462. & quos, & an etiam finita legatione, ibid. nu. 449. & an poſſit hanc facultatem alijs delegare, ibid. num. 455. An idem ſit de Legatis natis, ac Nuncijs Apoſtolicis, ibid. num. 450. Pænitentiarij S. Pontificis, an abſoluant ab hac excommunicatione quò ad forum conſciẽtiæ, num. 457. fol. 463. An id poſſint, etiam Confeſſarij Regulares, ibidem. Regularis, an poſſit abſolui ab Epiſcopo, pro d. percuſſione, abſq; licentia ſui ſuperioris, ibid. num. 604. fol. 485. Regularis, qui percuſſit perſonam Epiſcopi, à quo poſſit abſolui, ibid. & nu. 598. Nouitium Regularem, quis abſoluat, quando percuſſit profeſſum, à nu. 614. vbi de caſu, quò Nouitius habitum dimitteret, poſt percuſſionem, vſque ad num. 620. an illa danda ſit in publico, quãdo tantũ eſt leuis, aut vehemens ſuſpicio de percuſſione, erga alterum Regularem, ibid. nu. 619. an ſit danda dicta abſolutio præuia ſatisfactione percuſſi,



Digitized by Google

tuſſi, aliàs ſit inualida, ibid.nu.622. fol. 489. quid ſi ſit data tantum pro foro conſcientiæ, ibid. num.625. & 638.&ſeq. Quando quis eſt impotens ad ſatisfaciendum, an debeat præſtare iuramentum, ibid.num.630 an dicta ſatisfactio ſit neceſſaria, quando etiam percuſſor eſt perſona Eccleſiaſtica, n.631. quando Clericus prouocauit Laicum, an ſit neceſſaria ſatisfactio, num.634. quid ſi tantum de hoc ſit dubium, ibid. num. 632. & num.637. fol.491.

Data vi alicuiꝰ Bullę v.g. Iubilei, Cruciatę, aut priuilegij, quomodo ſuffragetur pænitenti denunciato, vel per ſententiam particularem excommunicato, quò ad forum externum, Recoll.2. num.944. & ſeq. non ſolum hoc caſu eſt neceſſarium, quòd conſtet Iudici, excommunicatum fuiſſe abſolutum; ſed etiam quòd ſatisfecerit, ibid.nu.987.fol.217. quid ſi tantum conſtet, obtuliſſe ſatisfactionem, illamque non fuiſſe à parte offenſa acceptatam, ibid. num.991. fol.218. quid ſi conſtet talem abſolutum eſſe impotentē ad ſatisfaciendū, n.992.& in addit.f.716.col.2. Abſolutꝰ vi Iubilei, aut alterius Bullę, an priuſquàm à Iudice declaretur abſolutus, ēt quò ad forum externum, poſſit publicè communicari, ibid.n.951.& 954. an cum dicto abſoluto, ſit licita communicatio, tàm in humanis, quàm in diuinis, non ammotis cædulonibus, ibid.num.954. quomodo etiam dicto pænitenti abſoluto, ſit licita ſacramentorum receptio, ibid.num. 951. fol.211. data ſinè præuia ſatisfactione, vbi illa præſtari potuit, an proſit quò ad Cenſuras oblitas, ibid.numer.939. Partis nomine, quis hoc caſu intelligatur, infrà Partis. Quomodò debeat conſtare Iudici, dictam partem fuiſſe ſatisfactam, vel eſſe impotentem, vel noluiſſe acceptare congruā ſatisfactionem, ibid.nu.989.fol. 217. Quid de eo, qui procurauit abortum fætus animati, effectu ſequuto, Recol.7.n.607. Item de eo, qui percuſſit enormiter clericum, nu. 440. & ſeq. fol.460. quid de ſuſpenſione, in qua ſimul requiritur diſpenſatio, vt poſſit quis miniſtrare in ordine malè accepto, vel accepto per ſaltum, recoll. 6.num.989.fol.655. quid de Denunciato non nominatim, ſed generaliter, per illa verba, quicunque id fecit, &c. Recoll.5.num. 335. fol.446.

Abſolutio à peccatis, an poſſit dari à ſimplici Sacerdote pro peccatis mortalibus oblitis, Recoll.6. num. 866. fol. 630. Data ab eo, cuius licentia fuit reuocata, an ſit valida, & quid ſi ſit dubium de dicta reuocatione, ibid.nu.864. Communis error abſq; titulo in Confeſſario, an ſufficiat ad illam reddendam validam, ibid. num. 863. quid ſi tractetur non de acquirenda iuriſdictione, ſed de illa ammittenda, ibid. ad finem, quid ſi dictus communis error nō ſit iuſtus ibid.num.865. Abſolutio data ab occulto inhabili, an ſit valida in Addit. ad fol. 188. ad finem, an poſſit, & à quo ei, qui eſt in dubio, an violauerit immunitatem, vel libertatem Eccleſiaſticam in Addit.ad fol.313. lin.8. Mulieribus ingredientibus monaſteria Regularium, ac ipſis Regularibus introducentibus, Recollect.4. verbo mulieres ad finem, fol. 361. qualiter debeat coniungi cum actibus pænitentis in Addit.ad fol.300. vbi de abſolutione danda vulnerato à longè confeſſionem poſcente.

A reſeruatis, an poſſint abſoluere Regulares priuilegiati, vbi facta fuit generalis facultas pro certis diebus, abſoluendi ab illis, omnibus Parochis, Recoll. 6. num.938. fol.646. Cætera, vide infrà exteri, & forenſes. Data in articulo mortis à non habente poteſtatem, quomodò iterum petenda, Recoll.4.fol.285.

Quomodò probetur abſolutio à cenſuris data in foro conſcientiæ, vt prodeſſe poſſit pro foro exteriori, Recoll. 2. num.968.& ſequentibus.

Formula atteſtationis faciendæ à Confeſſario, num.995.fol.218. Pretium dare Iudici, vt abſoluat à cenſuris, an ſit licitum, num.999.fol.219.

Abrogata, quando dicatur cenſura, Recoll. 1.num.464.& ſeq.fol.65.

Actio iniuriarum, licèt duret anno, tamen etiam illo elapſo poteſt proponi, Recoll.2.num.245.fol....

Actum prohibitum comittens, ignorans, tamen eſſe prohibitum ſub cenſuræ pænam, vide infrà interdictum.

Actus intrinſecè malus quis dicatur, Recoll.1.num.416.fol. 17.

Acta facta à Notario excommunicato, an ſint valida, recoll.3.num.127.

Admittentes clerici excommunicatum ad diuina, Recoll.4.hoc verbo, fol. 289.

vel

Digitized by Google

vel Religioſi, alios, tempore interdicti, ibidem.

Agens, vel etiam patiens comprehendatur in caſu reſeruato ſodomiæ, Recoll.5.num.73.fol.412.

Agnos benedictos, minio inficientes, & vendentes, recoll.4.fol.280.

Alchimiſta tradens ſecretum infidelibus, an incurrat excommunicationē Bullæ Cænę, loco proximè citato.

Alienantes res Eccleſiaſticas, in quas pænas incurrant, recollect.4.verbo alienans, fol.289. quid ſi ſint Epiſcopi, vel Abbates, ibid.& recol.6.n.51.55.&67. fol. 511. An ligent fæminas Religioſas dictæ pænę, ibid.num. 72.fol.512. an ſit aliqua cautela effugiendi dictas pænas, ibid.num.6 an illas incurrant mandantes dictam alienationē, ibid.num.87.& 88.fol.514. Pecunia, an hoc caſu veniat appellatione immobilium, ibid.nu.92. quid de dote data Monaſterio à Moniali, ibid.nu. 93.&in addit.qñ ratione defectus ſollenitatis, dicta alienatio ſit inualida in foro conſcientiæ, ibid. num. 162. Dictarum alienationum Commiſſarij conſenſum, vel authoritatem præſtantes dictis alienationibus, in detrimentum Eccleſię, quas pænas incurrant, Recoll. 4. verbo Commiſſarij, fol.296. vbi etiam de procurantibus doloſè, & ſcienter alienationem, vel decretum alienationis in detrimentū Eccleſiæ. Pænæ extrauagantis Ambitioſè, contrà malè alienantes, quales, & quomodò ſint receptæ, recoll. 4. verbo Alienantes, & verbo Commiſſarij. Dictæ pænę, vt contrahantur, an requiratur traditio rei Eccleſiaſticæ, recoll.6. ſub num. 60.fol. 511. quando dicta alienatio eſt nulla, tantum Eccleſia poteſt ab ea reſilire, ibid.n.60.vbi quādo ipſa debeat procurare aſſenſum, &c. Quòd intelligatur pro Eccleſia, non ſolum ſucceſſor, ſed etiam ipſe Rector, qui malè alienauit, ibid.num.65. quid de Regularibus alienantibus poſt Decretum Vrbani VIII. ibid. num. 56. vbi latè dictum Decretum expenditur, numeris ſequentibus. Ex eo, quòd alienatio re Eccleſiæ fuit facta à Rectore in ſuū conſanquineum, an poſſit reſcindi, ibidem, numer.91. fol.514.

Alienis debitis grauantes Eccleſiam, ſibi commiſsā, quas, & quando, pænas incurrant, Recoll.6.hoc verbo à num. 82, vbi in quibus differat, hæc prohibitio à prohibitione facta in extrauagante Ambitioſę, n.84.fol.514. qñ quis dicatur alienis debitis grauare Eccleſiam, ibid. ſub num. 88.& n.92.

Alimenta, an poſſit petere Monaſterium à Nouitio, quando egreditur à Religione, recoll.1.fol.380.col.2.

Alumina, Recoll.4.hoc verbo.

Amens, vel ebrius pro crimine commiſſo antè amentiam, vel ebrietatem, an poſſit excommunicari, Recoll.2. num.451.fol.129.

Annus tàm ætatis, quàm probationis, quomodò ſit computandus pro validitate profeſſionis, recoll.6.nu.794. ad finem, fol.612. quomodo computatur, vbi quis per annum, vel per menſem eſt ſuſpenſus, ibid.nu. 1046. fol.608.

Anniuerſaria, an pari paſſu ambulet, cum diſtributionibus quotidianis, recoll. 6.num.827.fol.620.& num.1033.fol. 666. Cætera, vide infrà verbo miſſa.

Antiquitas eſt ſeruanda in Addit. ad fol. 350.lin.53.ad finem.fol.706.col.2.

Apoſtata à Religione, quas pęnas incurrat, recoll.4.hoc verbo, fol.286.& recoll.6.num.37.an de iure ſit excommunicatus, in Addit. ad fol. 286. quid de ipſos, receptantibus, occultantibus, & cæt. loco primo citato, verſic. ſeq. Illum admittentes ad ſuas Religiones, ibid. Ordines ſuſcipiens, quas pænas incurrat, recoll.6. num. 94.fol.515. Quis dicatur talis, ibidem num.ſeq. vbi quę differentia ſit inter Apoſtatam, & fugitiuum, quis ſuccedat ipſi Apoſtatæ, num.180. vbi etiam de eiectis, fol. 525. de qua re vide, ibid.nu. 332.fol.543. Quomodo abſoluendi, recoll.4. verbo Religioſi, fol.377.col.1.

Appellantes ad futurum Concilium, recoll.4. hoc verbo, fol. 281. ab exequtione Litterarum Apoſtolicarum ad Iudicem Laicum, ibid. An detur ab his, quæ ſunt Iudici arbitraria, ſi ità Iudex, iam fuerit arbitratus, Recoll.5.num.445.fol.461. à ſententia cenſuræ, quare illam non ſuſpendat, poſt quam fuit lata, n.635.& ſeq. Quid vbi d. ſnīa non fuit lata, ibid.n. 654. & ſeq.fol. 157. in dubio debet præſumi, præceſſiſſe ipſam ſententiā, Recoll.2.num.857.fol. 193. An impediat affixionem cædulonum. Recoll. 2. num. 649. Quid ſi factum, ſit notorium, ibid.num.653. & 655.fol. 116. quid ſi ſit à ſententia declarante, aliquem incurriſſe excommunicationem, ibid. num. 648. quid ſi ſit à

ſententia

Digitized by Google

ſententia declarãte factum notoriũ, ibid.num.654.& Recoll.5.num.686. quid ſi fuerit à ſententia exequutiua ipſius,recoll.2.n.630.& ſeq. fol. 152. An etiam à citatione ad dicendum cauſam, quarè non debeat declarari excommunicatus,Recoll.5.num.71. fol.501.& recoll.2.num.159.fol. 95. appellatio quomodò recipiatur antè ſententiam cenſuræ, recoll. 2. num. 175.quando reddat ſententiam iniuſtam,ac inualidam,ibidem, num.167. quid ſi eadem die ſit lata ſententia, & interpoſita appellatio, nec appareat, verà ſit prior,ibid.Appellationi, an in dubio deferendum, Recoll. 2. num. 163. an valeat, ſi fiat ommiſſo medio,ibid.nu.165.fol. 96. ad quem Iudicem fieri debeat, & quomodò, num. 68. & ſequentibus. Appellatio præcedens ſententiam cenſuræ, debet eſſe legitima,recoll.2.num. 151. fol.94. quando dicatur talis, nu. ſeq. quando friuola,ibid.num.138 & nu. 161.fol 95. Quando eſt à grauamine irreparabili,an liget manus Iudicis à quò,ibid.num.180. quid ſi ſit facta inhibitio,ibid.nu.178.fol.97. An hoc locum habeat, etiam qñ exceſſus eſt notorius,& reus de illo fuit cõuictus, ibid.num.141.& 148. quid ſi reus ſit confeſſus,nu.146.fol.94. An ſuſpendat ſententiam cẽſuræ latam ſub cõditione,ſi fuerit propoſita,antè euentum conditionis,recoll 2. num. 118. & 123.fol.91. quid ſi hoc caſu Iudex addat illa verba, ex nunc prout ex tunc ſit excommunicatus,niſi & cæt. ibid.num.119.Pone, quòd ſententia cenſuræ fuerit lata, ad finem ferendi teſtimonium, an tunc poſſit, quis appellare adeffectũ ſuſpendendi dictã ſententiam,ibid.nu,122. Inter Regulares,quomodò ſit gradatim,faciẽda, rec.2.n.512.fol.136. an inter ipſos detur à correctione, num. ſeq. & 114. Ad quem fieri debet,quando Epiſcopus, vel Vicarius procedit, vt delegatus S.Pontificis, ibid. nu. 174.fol.97. A Vicario,ad Epiſcopũ,an detur pro interloquutoria, recollect.4.fol. 384. An detur à ſententia arbitrorum, ibid.num.99. quando in commiſſione adeſt clauſula,omni appellatione remota, an etiam ſuſpendat,quò ad effectum deuolutiuum,ibid. nu. 134. & ſeq.An per dictam clauſulam,prohibeatur, quin pars poſſit Iudicem recuſare vt ſupectum,ibid.num.186. An requiparetur cum recuſatione Iudicis,ibid.num.181. & ſeq. fol. 98. An ſit idem cum recurſu ad Papam, ibid.num.132. fol. 93. Extraiudicialis,quem effectum producere poſſit, & quę nam ſit appellatio extrà Iudicialis,ibid.num.127.& 130. folio 92. Quando Iudex procedit extrà iudicialiter ad conſeruationem ſuorum iurium,non eſt admittenda, neque appellatio,neq; recuſatio, ibid.num. 138. fol. 93. Appellans poſt ſententiam Cenſuræ latam,à quo Iudice, ſit abſoluendus,ibid.nu.812.fol. 183. à lege,& conſtitutione,nõ datur;ſed tãtũ ſupplicatio,in addit.f.691.col.2.

Archiepiſcopus,an poſſit ferre Cenſuram contrà Epiſcopum ſuffraganeum, Recoll.2.num.206. & ſeq. an contrà Vicarium ſuffraganei,n.199.fol.107. fol.118. An poſſit habere Vicarium in Diæceſi ſuffraganei, pro recipiendis appellationibus,ibid.n. 202.f.109. An poſſit delegare cauſas,ſibi per appellatiouem deuolutas alicui Eccleſiaſticæ perſonę cõmorãti, in Diæceſi ſuffaganei,à quò appellatur,ibid.nu. 203.Delinquẽs in Dięceſi ſuffragei,an poſſit ab eo puniri, ibid. num. 185. fol. 106. vbi an incurrat cenſuras latas,ibi perConſtitutiones,ſynodales, & Recoll.6.num.1061.Ordinans in Diæceſi ſuffraganei, abſque eius licentia,an incurrat ſuſpenſionem,recoll.6.nu.613.fol.681.In quibus caſibus poſſit abſoluere ſubditos ſuffraganei à cenſuris, ratione impedimenti,vel alia ratione, recoll. 5.nu. 539.fol.476.Sub qua pæna,& infra, quod tempus teneatur petere Pallium,ibid.num.136.& ſeq.Tranſiens ad nouum Archiepiſcopatum, an teneatur petere nouum Pallium, ibid.Quid ſi tranſeat ad Epiſcopatũ, an poſſit vti Pallio,ibid.num.138.an debeat ſepeliri cum pallio,ibid.num. ſequenti.

Arctatus, an dicatur præſentatus ad beneficium de iure patronatus in Addit. ad fol.519.

Argumentum à ſimili,non eſt ſemper tutum,recoll.6.num.48.fol.509. A paritate,vel maioritate rationis,nõ valet in materia extenſionis cenſuræ, recoll.4.fol.335.ad finem.

Arma tenẽtes Monachi,hoc verbo,recoll. 4. fol.28.

Arma deferentes ad Infideles.ibidem.

Arma breuioris menſuræ retinentes in ſtatu Eccleſiaſtico. ibidem.

Armatorum, collectas ad vindictam faciendam

Digitized by Google

ciendam in ſtatu Eccleſiaſtico facientes,ibid.fol.228.

Ars magica.infrà diuinatio.

Ars ignominioſa, quæ nam ſit,ob quam amittatur priuilegium clericale, Recoll.5.num.78.fol.412.

Aſſaſſinium, aut delictum proditorium committens contrà clericum,an poſſit à quolibent Epō declarari, eũ incurriſſe in excommunicationẽ Canonis,ſi quis ſuadente, Recoll.2. num. 421. fol. 125. Committens incurrit excommunicationem non reſeruatã, recoll.4. hoc verbo,fol.288.idem de mandante,etiã effectu non ſequuto, ac receptante dictos Aſſaſſinos, ibid. Quis dicatur Aſſaſſinus ad finem,de quo ſuprà,ibid.Si fuerit clericus,quas pœnas incurrat,recoll.6.numer. 401. fol.551. quid ſi fuerit Prælatus, vel alia perſona Eccleſiaſtica, videte loco ſuprà citato.

Aſſocians percuſſorem clerici, quando incurrat excommunicationem Canonis, in addit.ad fol. 420. aliàs 418. col.1.

Aſtrologiæ iudiciariæ libros,ſcripta, opera, &c. legentes, quàm excommunicationem incurrant, recollect.4.hoc verbo, fol. 289. quid de exercente ipſam Aſtrologiam iudiciariam, ibidem. Quid addat Vrbanus VIII. in ſua Conſtitutione,ibid.ad finem.

Auditor Cameræ non abſoluit ab excommunicatione lata ab Auditore Rotæ,in Addit.ad fol.188. ad finem.

Auferentes de Eccleſijs, vel alijs locis ſacris, lapides,aut alia ornamenta,vide recoll.4.hoc verbo,in addit. fol.290.

Auocantes per ſe, vel alios authoritate publica cauſas ſpirituales,&c.ibid.

Author debet intelligi ſecundum authoritates,quas allegat,recoll. 5.nu. 325.fol.444.

Azima iudeorum comedentes Sæculares, aut Clerici, quas pœnas incurrant, Recoll.4.hoc verbo,fol.290.

B

BAnnitos in Regno Neap.pſona Eccleſiaſtica receptans,vel eis fauorẽ præſtans, quando incurrat excommunicationem S.P.reſeruatam,Recoll. 4.hoc verbo,fol.290.an idem ſit etiã pro Sæcularibus, quò ad bannitos,& homicidas in eodem ſtatu, tàm pro eodem ſtatu, quàm pro Regno Neapolitano,ibid. verſiculis ſequentibus Bannitum Clericum occidens,recol, 5.num.65.fol.411.

Baptiſmi ſacramẽtum miniſtrãs Sacedos, abſque licentia Parochi,an incurrat aliquam cenſuram, Recoll.4. verbo Religioſi.fol.374.

Barones, & Domini Sedi Apoſtolicæ ſubiecti,frumenta,& blada vltrà vſum ſuæ familiç neceſſaria per annum ementes à ſuis ſubditis, an hodiè incurrant excommunicationem,prout antea,recoll.4.hoc verbo, f.291. vbi quid de eiſdem impedientibus,vt dicta frumenta,&c. ad Vrbẽ afferãtur. à quo poſſint ordinari infrà ordinẽ.

Benedicens ſecundas nuptias, nõ incurrit aliquam cenſuram ipſo iure, recoll. 4.hoc verbo, fol. 291. venit tamen ſuſpendendus, vel alia pœna ab Epiſcopo puniendus,recoll.6.num. 100. fol.515.quę dicantur ſecundę nuptię ad hunc effectum,ibid.num.ſeq.

Bequinarum ſtatum, mulieres aſſumentes,Recoll.4.hoc verbo, fol. 291. & infrà Bizzoche.

Beneficia reſeruata, aut affecta Sedi Apoſtolicæ conferens, quàm pęnam incurrat,recoll.6. num.102. fol. 200. quid in conferente illa indignis,ibid. n.405.f.551. quid in conferente,q eſt à collat.ſuſpenſus recoll.4.f.291.illorũ poſſeſſio,quomodo accipiatur in Regno,recoll.6.num.514. folio 519. illorum renunciatio,aut adminiſtratio facta à ſuſpenſo à beneficio,quãdo inualida,ibid.num.1029.fol.665. in confidentia retinentis,pęna, recol. 4. hoc verbo, fol. 291. obtinens per ambitũ ſæcularis poteſtatis, vel ſupponẽdo alium in examine,vt illa obtineat,ibid.

Beneficiatus inaduertẽter, vel ex obliuione naturali omittens recitare horas Canonicas,nõ tenetur ad reſtitution. fructuũ,recoll.1,n.409.ad fin.fol.17. recipiens beneficium, quando eſt excommunicatus, tenetur reſtituere beneficium, & fructus, quando autẽ antequam incidit in excommunicationem,accepit beneficium, tenetur tãtũ reſtituere fructus perceptos recoll.4.hoc verbo,f.291.vide etiam recoll.6.an quando ei reinualidatur titulus, poſſit retinere fructus perceptos,recoll.6.nu.128.fol.524. Priuandus ratione non reſidentiæ,quomodo citandus ad hũc finem,recoll. 2.n.266.fol.118. Debita contrahens, ſuper re Eccleſiaſtica propter ſuam ſubſtentationem, an incurrat pœnas contrà Eccleſias grauantes alienis debitis,recoll.6. num.83. fol. 514. & quid

Digitized by Google

quid q̃n ob pietatẽ, ibid. Illius debita, quis teneatur ſoluere poſt eius mortẽ, Camera Apoſtolica, vel hæres, aut ſucceſſor in beneficio? ibid. nu. 188. fol. 526. Illius ſucceſſor, an poſſit reuocare alienationem ab eo factam cũ clauſula, impetrato prius aſſenſu, Recoll. 6. num. 65. fol. 511.

Beſtialitatis crimen committẽs clericus, quam pænam incurrat, recoll. 6. nu. 374. ad finem, fol. 633. An dictum crimen cenſeatur reſeruatum, reſeruata ſodomia, ibid. num. ſequenti.

Bigamum ordinans, quam pænam incurrat, & quid de ipſo bigamo ordinato abſque diſpenſatione, Recoll. 6. à num. 772. fol. 606. vbi de varijs ſpeciebus bigamorum, & quis cum eis poſſit diſpenſare, vt miniſtrent in ordine ſuſcepto.

Bizzochæ, an gaudeant priuilegio fori, ac Canonis, recolll. 2. num. 182.

Bona relicta illegitimis ab eorum Parente Clerico, ad quem pertineant, Recoll. 6. num. 179. fol. 525. quid de bonis Regularium morientium extra clauſtra, ibid. num. 180. & ſeq.

Bononiæ, qui aliorum ſcholarium hoſpitia, &c. recoll. 4. hoc verbo, fol. 292.

Bracchium, q̃n non vult (pręſtare Epiſcopus, vt aliquis citetur, quid faciendum, recoll. 2. num. 367. fol. 118.

C

Cadauer exẽterãs, vel in fruſtra incidẽs, aut aqua coquens, vt oſſa in alium locum transferat, quando incurrit excomunicationem S.P. reſeruatam, Recoll. 4. hoc verbo, fol. 292.

Camerales Papæ ſua vota patefacientes, Recoll. 4. hoc verbo, fol. 292.

Cameræ Apoſtolicæ debitores, illi non ſoluentes ſuo tempore, ibid. Eiuſdem Officiales ſe intromittentes in cenſis, ad eorum Officium non ſpectantibus, ibidem, vel in eiuſdem Cameræ contractibus quomodolibet participantes, ibid. integra computa non reddentes, ibid. Illius libros, vel ſcripturas occupantes, ibid.

Camera Apoſtolica, in quibus caſibus faciat ſpolium Beneficiatis, recollect. 6. nu. 179. cum pluribus ſequentibus, fol. 525. An ipſa teneatur ſoluere debita cõntracta per ipſos beneficiarios mortuos, ibid num. 187. An ſuccedat in bonis Eiectorum, Apoſtatarum, aut Religioſorum morientium extrà clauſtra, & aliorum, ibid. à num. 180. videte etiam ſuprà Apoſtata.

Campanile Eccleſiæ, an gaudeat, eiuſdem immunitate, Recollect. 4. verbo extrahentes, columna ... folio 318.

Canonis, ſi quis ſuadente priuilegio priuatus, an etiam ſit priuatus priuilegio, fori, & è contrà, Recoll. 5. num. 87. folio 414. vbi Addio.

Canonici Collegiatæ, an habeant Dignitatẽ, ſicut Canonici Cathedralis, Recoll. 5. num. 407. fol. 455. Ex quibus cauſis excuſentur à reſidentia, recoll. 6. à nu. 818. fol. 618. Abſentes à loco, an lucrentur, non ſolum fructus, ſed etiam diſtributiones quotidianas. An pæna contrà ipſos lata priuationis fructuum, ſit latæ ſententię, ibidem num. 822. Præſentes in loco, ſed abſentes à choro, ſeù non intereſsentes Officijs Diuinis, quando priuentur diſtributionibus, ibid. num. 823. folio 619. an alia pæna poſſint puniri, ibid. nu. 829. quæ veniant appellatione diſtributionum, ibid. num. 827.

Capitulum, an poſſit abſq; ſe licentia Epiſcopi, ſtatutum aliquod condere recoll. 1. num. 183. fol. 27.

Capitulum Sede Vacante, quomodò ſuccedat Epiſcopo in facultate abſoluendi impeditos, recoll. 5. num. 553. fol. 474. quam pænam incidat, concedẽs dimiſſorias infrà annum à die mortis Epiſcopi, & quomodò annus iſte computetur, recoll. 6. n. 103. fol. 516. & nu. 114. fol. 519. An infrà dictum annum concedere poſſit Epiſcopo alieno facultatem exercendi Pontificalia, ibid. num. 108. An hæc licentia proſit etiam ſubditis dicti Capituli, ibidem. An poſſit, & debeat infra hunc annum concedere commendatitias, ibid. num. 106. & 107. vbi de Ordinatis infrà dictum annum per diploma Pontificium. An poſſit diſpenſare in interſtitijs poſt idem tempus, ibid. num. 123.

Capitula, Conuentus, & Collegia admittentes Prælatum promotum à Sede Apoſtolica, Litteris tamen Apoſtolicis non expeditis, in quam pænam incurrant, recoll. 6. n. 127. fol. 519. quid de iſtis, occupantibus bona Eccleſia vacantis, ibid. n. 158. fol. 522.

Capitula, & Conuentus recipientes, vel recipere præſumentes ex pacto, aliquid pro ingreſſu ad Religionem, ibid num. 139. fol. 520. Generalia, vel Prouincialia poſſunt ferre cenſuras, & facere ſtatuta, recoll. 2. n. 524. & 506. fol. 535. An poſſint reſtringere facultatem Generalis, vel Prouincialis, aliorumque inferiorum Prælatorum

Digitized by Google

torum, ibid. num. 522.

Cappellas vendere, vel donare, an poſſint Religioſi, in Addit, ad fol. 514. col. 2. lin. 10.

Cappuccini recipientes Patres Minores de obſeruantia, abſque Summi Pontificis licentia, & è contrà, quam pœnam incurrant, recoll. 4. hoc verbo, fol. 292. Illos non geſtare habitum, quo fuit vſus S. Franciſcus, aut non eſſe veros, eiuſdem Sancti filios, qui aſſerũt, quam pęnã incurrãt, ibid. An poſſint, & quomodo ad Cartuſianos trãſire, vel ad Minimos, ibid. in addit.

Carceratio Clerici in dubio, an præſumatur iuſta, ad effectum, vt carcerans iudicetur, non incurriſſe excommunicationem Canonis, ſi quis ſuadente, recoll. 5. fol. 432. num. 229, ad eam Iudex non debet eſſe promptus, ibid. num. 228. de Iure Canonico non ſolum eſt ad Cuſtodiam, ſed etiam ad pœnam, ideò Clericus, vel Religioſus poteſt condennari ad eam in perpetuum, *ibid.* num. 226. Habilitatus ab ea, an poſſit abſque licentia, Miſſam celebrare, vel habere vocem actiuam in capitulo, infrà Habilitatus. Carcerans Clericum, quam excommunicationem incurrat, recoll. 4. fol. 334. colum. 2.

Cardinales, qui Sede Vacante contraueniunt conſtitutioni de Summo Pontifice eligendo, excomunicationem incurrunt, recoll. 4. hoc verbo, folio 292. Idem de Reuelantibus actum in Conciſtorio contrà Præceptum Papę, *ibid.* Excomunicari non poſſunt, niſi à S. Pontifice, recoll. 2. num. 463. fol. 130. an includantur in Cenſuris generaliter à S. Pontifice latis, ibid. Illorum domos tempore conclauis, vel etiam S. Pontificis electi, ac bona violenter occupantes, ſunt excommunicati, recoll. 4. hoc verbo, folio 292. Illos iniuria afficientes, ibidem. Non ligantur legibus pœnalibus, niſi exprimantur, recoll. 4. fol. 381.

Carmelitæ Calceati de obſeruantia prohibentur ſe nominare Carmelitas S. Thereſiæ, in Addit. ad fol. 867. col. 1.

Caſus nouus, à lege non comprehenſus, quomodò diffiniri debeat, recoll. 5. num. 517. fol. 473.

Cautio, quæ præſtanda ab eo, qui in foro conſcientiæ abſoluitur à cenſuris, recol. 2. n. 932. f. 207. & infrà. ſatisfactio.

Celebrare diuina facientes Domini temporales tempore interdicti per vim, vel metum, incurrunt excomunicationem S. P. reſeruatam, recoll. 4. hoc verbo, fol. 293. an ipſi Eccleſiaſtici, illa ità celebrantes, excuſentur à culpa, ibid. cætera, infrà Miſſa.

Celebrans Diuina in Eccleſia interdicta, quas pœnas incurrat, recoll. 6. num. 189. Quid ſi Eccleſia, ſit tantum polluta, à num. 194.

Cenſuræ Ethimologia, recoll. 1. nu. 1. folio 1. an differat à caſu, num. 2. & 3. An etiam à peccato mortali, ibid. num. 7. An etiam à pœnitentia impoſita à Confeſſario, num. ſeq. quomodò ab irregularitate, ibid. n. 29. fol. 4. & 44. clarius, f. 7. Item ab Animaduerſione, Eccleſiaſtica, n. 30. Definitio, nu. 39. f. 2. Poteſtas illas ferendi, de quo iure, num. 18. Quid de eius inſtitutione, & effectu, num. 14. & ſeq. Quibus bonis ſpiritualibus priuet, ibid. num. 22. Qui etiam illis affici poſſint, nu. 21. & nu. 148. fol. 23. quæ iuriſdictio requiratur ad illas ferendas, & qui ſint dictæ iuriſdictionis capaces, tàm iure Ordinario, quàm ex commiſſione S. Pontificis, num. 20. Qui habeant poteſtatem à iure, illas ferendi, nu. 170. & ſeq. & qui ab homine, num. 184. & ſeq. fol. 26. & ſeq.

Earum diuiſio in excommunicationem, ſuſpenſionẽ, & interdictũ, ibid. n. 23. & ſeq. An præter has tres ſpecies, detur alia pœna Eccleſiaſtica, quæ dici poſſit propriè cenſura, num. 27. & ſeq.

Earum diuiſio in ferendæ, & latę ſententiæ, ibid. num 68. & 74. fol. 10. ex quibus verbis colligatur, cenſuram eſſe latę, vel ferendæ ſententiæ, nu. 152. vſque ad nu. 64. fol. 25. In dubio potius iudicanda ferendę, quàm latę, num. 151. fol. 24. An etiam iudicari in dubio debeant latę ad terrorem, recoll. 6. num. 205. fol. 529.

Earum diuiſio in cenſuram à iure, & ab homine, ibid. num. 166. & ſeq. fol. 25. Quæ ab homine, & quæ à iure, num. 167. Differentia inter eas, quò ad poteſtatem, illas ferendi, num. 169. folio 26. Differentia inter eas, quò ad durationem, nu. 196. fol. 30. vide etiam recoll. 2. nu. 597. fol. 147. Quomodò cognoſci poſſit, an ſit à iure, vel ab homine, n. 214 f. 33. In dubio quando non conſtat, à quo iure ſit, quid debeat inſpicere Confeſſarius, ibid. nu. 118. & duobus ſequentibus. In dubio, an ſit à iure, vel ab homine, debet interpretari eſſe ab homine potius, quàm à iure, ibid. numer. 221. fol. 33.



Digitized by Google

Quæ ſunt à iure, an omnes ſint à iure poſitiuo, ibid. numer. 209. fol. 32. & an aliqua ſit ex conſuetudine, ibid. quãdo ius eſt nullũ, excuſatur quis ab incurſu cenſuræ, ab eodem iure nullo latæ, recoll. 1. nu. 453. fol. 62. Lata in viſitatione, an ſit à iure, vel ab homine, ibid. num. 186. & ſequentibus. Quid ſi fuerit Viſitator Apoſtolicus, 190. fol. 29. Quid de lata in monitorijs ad reuelandum, num. 222. fol. 34. Quando expiret, num. ſeq. & recoll. 6. nu. 116. Quid de lata in Edictis Inquiſitorum, ibid. num. 227.

Ad illam incurrendam requiritur aliqua culpa, & quæ, recoll. 1. nu. 236. & 240. & ſeq. fol. 35. culpa externa, & non tantum interna, n. 272. & ſeq. fol. 39. Pro actibus internis, qui coniugũtur cum actibus externis, an ferri poſſit, n. 296. Quid de inducente aliquẽ, ſuo malo exemplo ad faciendum id, quod cenſura eſt prohibitum, nu. 304. Nec ob peccatum conſcientiæ erroneæ, num. ſeq. An per ratihabitionem, ibid. num. 288. & ſeq. fol. 48. Dicta culpa debet eſſe in genere ſuo conſummata, num. 204. fol. 43. Item dictus actus conſumatus, debet eſſe mortalis ſecundum operis externi quantitatem, numer. 323. Latam contra facientes, non incurrunt attentantes tantum facere, ibid. nu. 308. Quando prohibet effectum, non incurritur, niſi effectu ſequuto, ibid. num. 310. Quid ſi antequam ſequatur effectus, ſit abſolutus à peccato à nu. 136. Quid ſi effectus ſequatur, per accidens, ibid. num. 318. fol. 44. ſufficit, ſi ſit d. effectus completus ex quocunq; conſenſu, ad peccatum mortale ſufficiens, num. 322. fol. 45. Vndè non incurritur ab eo, qui cùm committit, illud, quòd ſub cenſura prohibetur, non eſt mentis compos, ibid. numer. 306. lata contrà facientes non extenditur ad actus acceſſorios, ſcilicèt mandati conſilij, auxilij, &c. nu. 326. & ſequentibus.

Quibus ex cauſis excuſetur, quis ab incurrendis cenſuris à iure, recoll. 1. à nu. 741. fol. 47. & quæ cauſæ excuſent à cenſuris ab homine, recoll. 2. à num. 184. Illam violantes per exercitium Ordinis, quando incurrant irregularitatem, recoll. 3. num. 26.

Qui poſſunt ferre cenſuras à iure, recoll. 1. n. 169. & ſeq. Qñ iſtorũ iuriſdictio ad hunc effectum ſuſpendatur, à numer. 206. fol. 31. latius recoll. 2. à num. 39.

Lata per ſentẽtiã generalẽ ab aliquo ſuperiori, antequã priuaretur iuriſdictione, vel ab ipſa ſuſpenderetur, an poſtquã ipſe ſuperior reſtituitur, denuo reaſſumat vires, ibid. n. 203. & ſeq. fol. 31. Lata ab Archiepiſcopo, an comprehendat ſubditos ſuffraganeorum, recoll. 2. num. 292. fol. 107.

Ad illam ferendam neceſſaria ſunt verba recoll. 1. num. 149. fol. 23. nec ſufficit intentio Prælati, adhoc vt illam ſubditus incurrat, num. 239. fol. 35. Ferri debet in ſcriptis, recoll. 2. num. 722. & recol. 6. n. 221. & ſeq. Licèt qñ de iure ſiuè communi, ſiuè ſpeciali, vel per ſententiam generalem fetur ab culpas futuras, ideò monitio non eſt neceſſaria ad illam incurrendam, Recoll. 2. num. 602. & num. 148. Tamen quando ab homine, per ſententiam particularem, fertur pro peccato prçterito, reqritur, recol. 1. n. 132. f. 21. regulariter reqritur monitio trina, vel vna pro tribus, recoll. 2. à n. 596. folio 147. Aliàs lata, an ſit inualida in vtroque foro, recoll. 2. num. 616. fol. 150. & recoll. 6. num. 207. fol. 529. An ex conſenſu partis incurri poſſit abſque monitione, recoll. 2. num. 614. & ſeq. Cætera, vide infrà, monitio. Illam ferens, ſine monitione, vel non in ſcriptis, vel ſine teſtibus, quibus probari poſſit, vel abſque expreſſione cauſę, in quam pœnam incurrat, recoll. 2. à num. 722. & recoll. 6. nu. 200. fol. 527. & num. 221. & ſeq. fol. 530. Illius ſententia ex defectu cauſæ, quando ſit nulla, recollect. 2. num. 585. Quando continere dicatur errorem intolerabilem, vel cauſam iniuſtam, aut irrationabilem, recoll. 2. num. 170. & ſeq. vbi afferuntur plures caſus, fol. 143. & ſeq. Inualida quò ad forum fori, quando poſſit eſſe valida quo ad forum conſcientiæ, ibid. nu. 188. & ſeq. An debeat iudicari nulla ex eo, quia notorium eſt, illam eſſe iniuſtam, ibid. num. 595. fol. 146. Ad illam ferendam, an requirantur tales probationes, quales requiruntur in alijs delictis, recoll. 5. num. 715. & ſeq. folio 502.

An ferri poſſit, contrà ſubditum abſentem à Diœceſi, vbi delictum in ea fuit commiſſum, recoll. 2. num. 341. folio 114. Quid ſi lata ſit generaliter, pro culpa prçterita, an afficiat ſubditum, qui iam diſceſſit à Diœceſi, ibid. num. 348. & ſeq. Quid ſi lata ſit ſub conditione, & pendente conditione, aliò ſe tranſtu-

Digitized by Google

ſe tranſtulit, ibid. num. 344.
Non tollitur, propriè, & perfectè, niſi per abſolutionem datam ab eo, qui circà illam habet facultatem, recollect. 1. num. 454. fol. 62. An hoc ſit verum vbi illa fertur ſub conditione, niſi ſatisfacias, niſi reſipiſcas, &c. ibid. num. ſeq. & recoll. 6. nu. 1047. Dixi propriè, & perfectè, quia etiam tollitur per reuocationem ab eo Iudice factam qui habet facultatē, illam reuocādi, dūmodò dicta reuocatio non ſit facta per vim, vel metum, ibid. n. 466. f. 64. q̄ pænam incurrat, illius abſolutionem vel reuocationem vi, aut metu extorquens, recoll. 4. hoc verbo, folio 293. Ab ea, ſi ſit per ſententiam generalem abſque reſeruatione, quis poſſit in foro externo abſoluere, ſi poſtea nominatim fuit declaratum, aliquem illam incurriſſe, recoll. 2. num. 785. fol. 177. Quid ſi ſit per ſententiā particularem latā nominatim, contrà aliquam perſonam, ſiuè ſit homo ſingularis, ſiuè communitas, quis ab ea abſoluere poſſit in foro exteriori, ibid. num. 786. & ſeq. vſque ad num. 800. incluſiuè, quid ſi hic talis aliò ſe tranſtulerit, ibid. num. 780. Qui habet facultatem abſoluendi ab omnibus cenſuris à iure, vel ab homine, an poſſit abſoluere in foro exteriori, ibid. numer. 792. A cenſuris latis ab Auditore Cameræ Apoſtolicæ, quis abſoluat ſatisfacta parte, ibid. nu. 833. fol. 188. Poſt mortem quando in foro externo abſolui poteſt, quis à cenſuris, & à quò, & ad quem effectum, recoll. 1. num. 502. & ſeq. ad illius abſolutionis validitatem, an requiratur, quòd præcedat ſatisfactio, vel ſaltem cautio, ſi non poteſt tunc talis ſatiſfacere, ibid. num. 934.
Lata ab homine ſub conditione, incipit, vim habere in fine termini, ſcilicèt cum impletur conditio, recoll. 1. nu. 202. fol. 30. Quid ſi quando aduenias terminus, vel purificatur conditio, Iudex, qui eam tulit, reperiatur denunciatus excommunicatus, vel aliàs in eo ſuſpenſa iuriſditio, ibidem num. 205. fol. 31.
Latam contrà committentes ſtuprum, an incurrat, qui extrahit virginem à territorio cenſuram ferentis, & ſi in alia Diæceſi, illam ſtuprauerit, recoll. 2. num. 396. fol. fol. 122.
Cenſus Eccleſię redemptio, an fieri poſſit, abſque ſolemnitate requiſita in extrauagante Ambitioſæ, recoll. 6. nu. 93. fol. 515.
Certiorantes infideles in damnum Chriſtianorum, illorumque fautores, qui excommunicantur in Bulla Cænæ, recoll. 4. hoc verbo, fol. 293.
Chriſtianus, qui alium Chriſtianum in terris infidelium habitantem, tamquam mancipium acceperit, vel eius bona ſurripuerit, pæna, ibidem, hoc verbo.
Circuſtantia Ordinis Sacri, an ſit aperienda in confeſſione à clerico confitente peccatum, contrà ſextum præceptum, vel ſeptimum non occidas, recoll 5. num. 209. & 212. Quid in peccato percuſſionis clerici, ibidem, num. 207. folio 430.
Citans tantum perſonam Eccleſiaſticam ad Tribunal Laicale, non ſequuto effectu comparitionis, an incurrat excomunicationem, ibid. hoc verbo.
Citatio inducit præuentionem, & per eam inchoatur iudicium, recollect. 2. num. 351. fol. 115. eſt neceſſaria pro declaratione, quòd aliquis inciderit in cenſurā latā in iure, aut conſtitutionibus S. P. ibid. nu. 609. & recoll. 6. nu. 214. Non poteſt exerceri in alieno territorio, irrequiſito Ordinario loci, ibid. numer. 353. & ſeq. fol. 116.
Facta pro die feriato, in die feriato, an valeat, num. 358. Facta domi ſolitæ habitationis, quando ſufficiat, ad finem, declarandi aliquem excommunicatum, ibid. nu. 359. cum tribus ſequentibus, fol. 117. & numer. 615. fol. 149. Quando ſufficiat, ſi fiat per edictum, num. 367. In aliena Diæceſi, quando poſſit fieri ad finem, illum excommunicandi, ibid. An ſit neceſſaria, vbi appellatur à declaratoria in facto notorio, recoll. 3. num. 123. fol. 242. Eius forma, quando proceditur per viam ſententiæ, debet eſſe ſub comminatione cenſuræ, recoll. 2. nu. 599.
Clauſula, omni appellatione remota, quid operetur ſuprà appellatio.
Clericis iuſtitiam facere, negans Iudex ſæcularis, quando, & quam excommunicationem incurrat, recollect. 4. hoc verbo, fol. 293. Ipſis imponentes taleas, & Collectas, ac ipſi clerici ſoluentes illas, ſuprà fol. 294.
Clerici vtentes ſortibus diuinatorijs, an incurrant excommunicationem, recollect. 4. fol. 294. In ſacris contrahentes matrimonium, quando incurrant excommunicationem, ibidem, videte etiam, recoll 6. num. 236. folio 531.

Communicantes cum excommunicatis in diuinis, quando,& quam excommunicationem incurrant, ibid. Quid ſi ſint ſubditi, ipſi excommunicato, recoll.3.numer.307.fol.280. Quid è contrà, ibid.num.378. Negotiatores, non ſunt ipſo facto excommunicati, ſed poſſunt excommunicari, eadem recoll.4. & fol. 294. Quid de renunciantibus priuilegio fori. ibid. Duellantes, in quam pænam incidant, recoll.6.numer. 701. fol.539. Patrocinantes ibid nu.780. Per iuri, num.782. Conſentientes rapinæ Eccleſiarum, vel oblationes à raptoribus ipſarum recipientes, numer.796. Peccatores publici, num.780.vbi nu. ſeq. An eorum Miſſam audire, vel ab eis Sacramenta recipere poſſimus. Arma deferentes, recoll.1.num.419. Concubinarij, recoll.6.num.262.fol.534.

Clericus, vt gaudeat priuilegio Canonis, debet ſaltem eſſe initiatus prima tonſura, recoll.5. nu.1. Ac tunc gaudet, vt conſtitutus in ſacris, recoll.4. verbo Gabella, folio 396. col.1.ad finem. Nec ſufficit, quod incedat in in habitu, ſeruiendo Eccleſiæ animo aſcendendi, recoll. 5. num. 13. Nec, quod ſint Curſores Curiæ Epiſcopalis, ibid.num. 321. Nec quod viuant communiter, vt in Collegijs, Seminarijs,&c.ibid.num.427.& ſeq. Nec ſi ſint clerici ſaluatici, ibid.numer. 14. fol. 404. Quibus caſibus clericus in minoribus, priuetur dicto priuilegio, ibid.à num.57. Quando dicatur ſe in ſæuis exercere, ad finem vt ammittat priuilegium clericale, ibidem à n.44.& 67. Quid de exercēte artem ignominioſam, ibid.nu.78.folio 412. An ipſo facto ſit ſuſpenſus, ſi ſit in ſacris, recoll.6.num.551.numer.400. f.551. De committente homicidium qualificatum, ibid.num.ſeq. De committente latrocinia publica, ibidem num. 415. De damnato ad triremes, recoll.5.num.98.fol.415. & nu. 291. fol.443. An liberatus ex eis, ſit ſuſpēſus, recoll.6.Verbo Triremibus, fol. 647. Quid de clericis ad Militiam ſe transferentibus, ibid. nu.39. An ipſo iure, hoc caſu amittant beneficia, & penſiones, ibid.nu.40.fol. 408. Quid de clericis excommunicatis, ibidem, num. 45. & recoll.3.num.28.fol.224. De exercente negotia ſæcularia, recoll.5.num.80.fol.413. De deſerente habitum, numer.89.& 91. An illud recuperet per reaſſumptionem illius num. 81. & ſeq. Quid ſi non ſeruet requiſita S.Concil.Trident.num.89. & 91. De blaſphemante, recollect.6. num. 233.fol. 531. Priuatus priuilegio fori, an cenſeatur priuatus, etiam priuilegio Canonis,& è contrà, ibid. num. 87.90.& 95. Vt priuetur priuilegio clericali, an ſit neceſſe, vt præcedat ſententia declaratoria, ibidem, num.84.fol.413. Habens beneficia, an ſtatim contracto matrimonio, illis priuetur,& priuilegijs, in addit.ad fol.413.poſt lin.7.

Clericus, an carcerari poſſit de mandato Iudicis Eccleſiaſtici per miniſtrum laicum, recoll.5.num.227. & numer. 258. An itidem poſſit torqueri; infrà Tortura. Deſerendo habitum, quando eſt in ſacris, an peccet mortaliter, & quid ſi ſit beneficiatus, vel penſionarius, an etiam poſſit priuari beneficio, vel penſione, recoll.6.à num. 289.fol.531. Vbi an per reaſſumptionē habitus cēſeatur purgata mora. De Beneficiato in ſpecie ſub qua culpa, & pæna, teneatur geſtare habitū, & quid ſi beneficium, ſit tenue, ibidem, num. 963. Quid ſi deferat diſiunctiuè habitum, vel tonſuram, ibid. vbi etiam an, & quando clericus ordinum minorum, poſſit cogi ad habitum deferendum, ſub pæna excommunicationis. Penſionarius, infra Penſionarius. An cogi poſſit ad faciendam pacem eius percuſſori, offerenti congruam ſatisfactionem, rec. 5.n.640 f.491. Clericum, vel aliā perſonā Eccleſiaſticā capientes, vt illam componant, pro aliqua ſumma pecuniæ, vel ſim.an incurrāt excommunicationem, & quam, recollect. 4.verbo taleas, fol.396.

Clericus coniugatus, vt gaudeat priuilegio fori, quæ requirantur, Recollect. 5. numer. 4. & 60.folio 410. An ſit illi interdicta negotiatio. ibidem.num.9. An amittat priuilegia ob dimiſſionem habitus, abſque monitione, ibid.numer.10.fol. 403. An reaſſumendo habitum recuperet priuilegium, ibid.nu.81.fol.413. habens beneficium cū diſpenſatione S.Pontificis, an gaudeat priuilegio fori, & ſi non incedat in habitu, ibid.num.11. fol.404. Præter duo priuilegia canonis,& fori, reputatur, vt ſæcularis, recoll.4.verbo taleas, fol.396.colum.1. poſt medium. Clericus iſte, an veniat appellatione clerici in terminis

capit.

capit. Alma mater. Recoll.4.fol.389. colum.1.

Coadiutor Parochi perpetuus, tenetur ad reſidentiam, recoll.6.numer.812. fol.624. aliàs 616. Secus eſt de vice curato, ibid. ſub num.813. Quid de coadiutore Epiſcopi, in Additione, fol.721.colum.1.

Cædulones ſi reperiantur affixi in alterius Diæceſi, abſque requiſitione ordinarij, an operentur ſuum effectum. Recollect.3.numer.121. Ad quem Iudicem ſpectat illorum affixio, vbi ſententia fuit confirmata per Iudicem appellationis, ibidem, num. 127. Sunt affigendi, quando non conſtat de nullitate, niſi offerat excommunicatus actualem ſatisfactionem, recoll.2. num.866.fol.194. Si ſint iam affixi, & pars petat illos amoueri, quid agendum in praxi, vbi abſolutio ſpectat ad S.Pontificem, ibid.num. 867. Illos lacerans, vel deturpans calore iracundię, an pęnam aliquā incurrat, ibid.n. 869. Lacerantes, vel deturpātes ſunt ſuſpecti de hæreſi, recoll.4.verbo impedientes, ad medium, fol.334.col.1.

Cogens fæminam ingredi Monaſterium, quando incurrat excommunicationem, recoll.4. hoc verbo, fol.294. Qui dicantur tali actui præſentiam, vel conſenſum, aut authoritatem interponere, ibid.fol.296.col.1. in principio. Cogentes, quo minus matrimonium liberè contrahatur, qui dicantur, ad hoc, vt incurrant excommunicationem latam in S.Concilio Tridentino, eodem folio 296.col.1. hoc verbo. Iudices Eccleſiaſticos ad reuocandam cenſurę ſententiam ab eis latam, quam excommunicationem incurrat, recoll.4.fol.334.

Collectas imponentes clericis, recollect.4. fol.296. hoc verbo remiſſiuè.

Comedens paruam quantitam carnis diebus prohibitis animo hæretico, an incidat in excommunicationem latam, contrà hæreticos, Recoll. 1. ſub num.325.fol.45.

Comendatitias, quando teneatur Epiſcopus concedere Sacerdoti, vel clerico, q vult diſcedere à Diæceſi, in addit. ad fol.557.lin.6. Quid ſi habeat beneficium ſimplex, vide in addit. ad folio 620.num.829. ad finem concluſionis. Quis debeat illas dare ordinando, intrà annum Capitulo Sede Vacante ei, qui ordinatur per diploma Pontificium.

Commendę ordinum militarium, an ſint beneficia Eccleſiaſtica, recoll. 5. nu. 25.folio415.

Commiſſarij alienationum bonorum Eccleſiarum, Recollect.4. hoc verbo folio296.

Commodantes bona Sacriſtiæ, ob quæ lata eſt excommunicatio, ne comodentur exteris, quando incidant in excommunicationem, recoll.5.num.455.

Communicans in crimine crimino ſo, quis dicatur, recoll.4. hoc verbo, fol. 297. & recoll.5.num.578.fol.472. Cum excommunicato excommunicatione minori, etiam in diuinis, quam pænam incurrat, recoll.4.n.404.fol.284.

Communicare poteſt Prælatus Religioſus cum ſuis ſubditis nō toleratis. Rec.3. n.372. Quid de Magiſtro Nouitiorū, ibid.num. ſeq. Parentes, ſiuè Domini cum filijs, & ſeruis, ibid.num.368. & ſeq. An id verum ſit etiam in communicatione in diuinis, ibid.numer. 374. & ſeq. In quibus prohibemur communicare cum excommunicatis, num.249.& num.263. Quo iure prohibeatur dicta communicatio, ibid.n.96.fol.237. Qualiter debeat qs eſſe culpabilis, vt incurratur excommunicatio minor, ibid.n.279. Quando ſit peccatum mortale, num. 266. Quando incurratur excommunicatio maior, ibid.num.280.& ſeq. Miſſam, vel Officium audire cum excommunicato, an ſit communicatio prohibita, ibid.numer.376. Quid ſi conueniant multi pauperes in eodem loco, in quo diſtribuitur eleęmoſina, inter quos ſit excommunicatus denunciatus, n.273. Quid ſi quis comedat in eodem menſa, vel refectorio, num. 268. & ſeq. fol.265. Metus leuis, quando excuſat cōmunicantes, vt ſup.n. 346. fol.283.& ſeq. Cum mortuo excommunicato denunciato non abſoluto, quomodò ſit licita communicatio, ibid. numer.262.& ſeq. Confeſſarius audiens excomunicatum denunciatum, quem ſcit, non poſſe abſoluere, an dicatur cum eo communicare, num.300.fol.270.

Communio fidelium, quotuplex ſit, recol. 6.num.8.fol.221. Qua communione priuentur excommunicati, ibid.num. ſeq. Quo iure, ibid.num.10.

Communitas, ſiuè Collegium, an poſſit excommunicari ab homine, recoll.2. num.452.fol.129. vbi num.456. de ſuſpenſione, & interdicto.

Compellentes perſonas Eccleſiaſticas ad ſubijciendas bona Eccleſię laicis, Recoll.4.

Digitized by Google

collect.4.hoc verbo,fol.297.

Compromiſſarij tres, electionis, an vbi duo ex ipſis eligunt indignum, ipſe poſſit accedere dictę electioni, recol. 6.num.250.fol.522.

Conceptionis B. V. diſputationem ſcriptis, vel verbis inſtituentes,in quam pœnam incidant,recoll.6.num.257. fol. 534.Quid ſi ſint clerici in ſacris,ibid. num.260.Quid de negantibus dictam Conceptionem,recoll.4.fol.297.

Concilij Tridentini comentaria,&c.edere præſumentes,recoll.4.fol.298.

Concionatores prophetias falſas referẽtes recoll.4.fol.298.Tempore anni ſancti publicantes indulgentias plenarias, ibid.concluſ.ſeq. Auocantes auditores à decimis ſoluendis,ibidem,folio 299.

Conclauiſtis ſcribentes, vel ad eos Nuncium mittentes, recollect.4. fol. 199. colum.1.

Concubinatus, an ſit peccatum reſeruatum de iure,recoll.6.num. 782. ad finem,fol.608.

Conditionem ſuam, nemo debet facere meliorem ex delicto,recollect. 3. nu. 313.fol. 271.

Confeſſarij officium,circà cenſuras, Recoll.1.num. 27. An in earum abſolutione, debeat vti forma longa poſita in Rituali Romano,ibid.n.534.f.72.& ſeq. An ſufficiat, ſi abſoluat à peccatis cum intentione abſoluendi à cenſuris, etiam in articulo mortis, ibid. num.516.fol.70.Quid è contrà, an ſufficiat abſoluere à cenſuris, cum animo abſoluendi à peccatis,& antequam proferat iſtą verba, à peccatis, moriatur infirmus, ibid.num.517.& ſeq.folio 71. An ab eis abſoluere poteſt in foro interno, ſub conditione de futuro,ibid num.554.fol.75. Abſoluens à cenſura reſeruata,non obtenta facultate, qualiter debeat dictũ errorem corrigere,ibid.num. 474. & ſeq.fol.65. Vbi an poſſit eum abſentem abſoluere. Sciens eſſe prohibitum abſoluere à caſibus contentis in Bullæ Cœnæ,non autem, quòd id ſit prohibitum ſub cenſura, an illam incurrat,ibid.num.359.fol.50.Quomodò debeat dictam abſolutionem pręcedere ſatisfactio partis. Recoll. 2.nu. 928.& ſeq. Aſſerendo,aliquem abſoluiſſe à cenſuris, an ſufficiat in vtroque foro.Recoll.6.num. 970. & ſeq. fol.28.

Eius officium circa excommunicationis abſolutionem. Recoll.3.num.7.folio 230. Ab excommunicatione minori, quis poſſit abſoluere in vtroque foro, recoll.1.num.405.& 407.

Iubilei tempore, an ſit neceſsè, vt intendat abſoluere à cenſuris, quas pœnitens reticet, & quid ſi malitiosè illas reticuit.Recoll. 1.numer. 582.fol.78. Quid ſi ſit confeſſio facta ordinario, numer. ſeq. Quæ differentia ſit inter peccata oblita, & cenſuras oblitas in ordine ad abſolutionem. ibid. num. 477. Delegatus ab ordinario prò reſeruatis, an poſſit ſubdelegare nudum miniſterium,recoll.5.ſub num. 563.& 566. Et an hac facultate poſſit vti erga ſuam perſonam, mediante confeſſario ab eo electo,ibidem, num. 568. Quid ſi petijt licentiam pro vna perſona abſoluenda, an poſſit vi talis licentiæ, abſolui à ſuo Confeſſario,ibid.num.572.Diſpenſare ab irregularitate, an poſſit abſentes,recoll.1.nu.50.& 51. fol.7. & ſeq. Vbi idem queritur de diſpenſatione, ſeù commutatione voti, iuramenti, relaxatione,ac diſpenſatione circa petitionem debiti coniugalis.

Non obligans pœnitentes ad decimas ſoluendas, quam pœnam incurrat. Recoll.4.fol.299.col.2.Commutans votum ex quinque S. P. reſeruatis abſque debita facultate, quam excommunicationem incurrat, ibidem.

Eius obligatio monendi pœnitentem ſollicitatam,ad denunciandum, recoll. 6.num. 932. An liget eundem Confeſſarium ſollicitantem, ſi ſollicitatam ab eo, audiat in confeſſione, ibid. & num. ſeq. Conſentiens ipſe Cõfeſſarius ſollicitationi, ſibi factæ à pœnitente, an denunciandus ab ead. pœnitente,ibid.num.916.& ſeq. folio 641.Quando dicatur pœnitentes ſollicitare Confeſſarium,ibid.num.920. Inhoneſta agens cum aliqua perſona in loco ſecreto, ſi vbi alios, ad venire aduertat, ſimularet ſacramentũ confeſſionis,an comprehendatur in Bulla Gregorij XV. ibid. num. 923. fol.643. Quid de Confeſſario vocato, pro infirma,qui tamen adueniens, ſe proteſtatur nolle eam audire in confeſſione, quia nõ adeſt vitæ periculũ, & ſollicitet,ibidem. Aliàs punitus ab Inquiſitione pro ſollicitatione, & ſi alterius pęnitentis,an debeat pro priori alia ſollicitatione denunciari, ibidem.num.891. fol. 639. Quid ſi conſtet pœnitenti,illam ſollicitationem fuiſſe factam ob meram fragilitatem,


num.494.

Digitized by Google

num.894. Sollicitans non ſolum reſpectu ſui, ſed etiam reſpectu alterius perſonæ, eſt denunciandus, ibid. numer.895. Quid de Confeſſario petente ſuam domum in actu confeſſionis, vt ibi abducat concubinam, ibidem num.396.

Confeſſionem audientis ſine licentia, pœna, recoll.4.fol. 381. Quid ſi neque ſit Sacerdos, recol.6.ſub n.859.f.628. Aſſerentis illam fieri poſſe per Nuncium, vel Epiſtolam ab abſente, Recol.4.hoc verbo, Violantis eius Sigillum, ſeù ſecretum, ibid. hoc verbo, fol.299. Quando hoc caſu debeat denunciari Sancto Officio, recoll.4.fol. 330.col.2.ad finem.

Confeſſionis preceptum non adimplentes Quadrageſima, & communionis in Paſchate, quam pœnam incurrant de iure, recol.4.verbo Sacramentũ Confeſſionis, fol.385. Illam non eſſe prætermittendam à conſcio peccati mortalis, & copiam habente Confeſſarij, aſſerentes, &c. quam pœnam incurrant, ibid. vbi etiam an eandem pœnam incurrant, qui dixerint, hoc præceptum non eſſe diuinum.

Confirmationis Sacramentum collaturus Epiſcopus per Villas, & oppida ſuæ Diæceſis, quid poſſit recipere, recoll.6.nu.574. fol.653.

Confugiens ad Eccleſiam, vide infrà immunitas, & Refugiati. Ad Sacerdotem portantem Euchariſtiam, an gaudeat immunitate, recoll. 4. folio 318. Quid de Imaginibus, & Reliquijs Sanctorum, ibid. in Addit.

Congregationes Religioſorum, quæ prohibeantur à Pio V. Rec.4.verbo ordinem, ad finem, fol.368. & ibi Additio.

Coniux Catholicus, an poſſit communicare cum altero coniuge excommunicato ob hæreſim, vel apoſtaſiam à fide, recoll.3.num.317.& ſeq.

Coniugatus vt ordinari poſſit, vel ingredi Religionem cum conſenſu alterius coniugis, cuius Prælati Eccleſiaſtici licentia indigeat, recoll.6.num. 758. fol. 603.

Coniugis licentia adhoc, vt alter poſſit ordinari, vel Religionem ingredi, qualis eſſe debeat, recoll.6 num.755 fol.602.

Connexorum, idem debet eſſe iudicium, recollect.4.fol.389.col. 1.

Conſanguineos clerici grauantes, intuitu ipſius clerici, quando incurrãt excõmunicationem, recoll.4. hoc verbo, fol.299.

Conſecratio clerici, quomodò differat à conſecratione Religioſi, recollect.5. num.210.fol.431. An requiratur in calice, vel patena, quando cum eis bona fide, quis Miſſam celebrauit, recoll.6.num. 198.& ſeq.fol.527.

Conſenſus illius, ad cuius inſtantiam fertur cenſura, an ſit neceſſarius, ad hoc vt quis illa ligetur, recoll.2.nu. 684. & ſeq.f.161. An, & quibus alijs caſibus, conſenſus contrarius excuſet, ibidem, num.690.

Conſeruatores ſe intromittentes in cauſis alijs, quàm de manifeſtis iniurijs, recoll.6. num.300.fol.539.

Conſcientia erronea, licèt poſſit eſſe cauſa peccati, non tamen poteſt eſſe cauſa cenſurę incurrendę, recoll.5. num. 187.fol.428.

Conſuetudo, quando conferre poſſit iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, recoll.5.num.161. An illa probetur atteſtatione Doctorum, ibid.num. 559. Quę eſt contrà, vel pręter legem, an excuſet ab incurſu cenſurę recoll. 2.à n.716.fol.167. Largiendi aliquid in electione, vel traditione poſſeſſionis beneficij, quando contineat ſimoniam, recoll.6.in Addit. ad folio 539. Vbi etiam de conſuetudine Canonicorum recipiendi fructus primi anni eius, qui de nouo creatur Canonicus. Quando illi cenſeatur, per aliquam legem derogatum, ibid.num.957.& ſeq fol.649.& etiam ſub num.982.

Conſulens percuſſionem clerici parato illum occidere, an contrahat excommunicationem, vel irregularitatem, recoll.3.fol.285.num.268.& Recoll. 5.num.340.fol.446. Vbi num. præcedenti de illo articulo, quando liceat conſulere minus malum ad euitandum maius malum. Conſulentes, mandantes, &c. quando incurrant cenſuram latam contrà facientes. Recoll.1. num. 376.fol.45. Duellum, quando incurrat excommunicationem, & ſi non ſequatur pugna, recoll.4. verbo Duellum, fol.312. col.1. & in Addit. ad dictum locum. Abortum, recoll.7. nu.45 fol.684. An excuſet ab incurſu cenſuræ, reuocatio ipſius, ſuprà locis citatis. Quando conſultus non exequitur Conſilium, quo tempor[illegible] conſulens incurrat cenſuram, quando illa fertur contrà conſulentem, etiam effectu non ſequuto, loco ſuprà citato cum de Duello, vide infrà Homicidiũ, & Cooperantes, & Mandans.

Contractus illicitè celebratur cum excommunicato,

municato, vel alio nomine ipſius, recoll. 3. num. 256. vbi an etiam validè, & n. 258. & 260. An cum eo contrahens, poſſit contrà eum agere, niſi prius abſoluatur, ibid. num. 257. An ſit vſurarius, vel non, poteſt Eccleſia ſtatuere, recoll. 4. fol. 357. col. 2. poſt medium.

Contumacia, an ſit neceſſaria ad incurrendam cenſuram, præter culpam mortalem, recoll. 1. num. 340. fol. 47. Contumax appellans non auditur, latè declaratur, Recolleċt. 2. numer. 150. fol. 94.

Conuenticulam facientes, &c. recol. 4. hoc verbo, fol. 302.

Conuerſi, an gaudeant priuilegio Religioſorum, recoll. 2. num. 480. fol. 131. De priuilegio Canonis in ſpecie, Recoll. 5. num. 28. fol. 406. Vbi an idem ſit de Tertiarijs, & an id ſit verum non ſolum poſt profeſſionem, ſed etiam antè illam.

Cooperantes ad actionem prohibitam ſub cenſura, an illam incurrant, Recoll. 4. hoc verbo, fol. 302. remiſſiuè vide ſup. Conſulentes, & infrà Mandantes. Ad Duellum, ibidem verbo Duellum. Ad Abortum, recolleċt. 7. num. 45. Et ſuprà Homicidium. An illi comprehendantur, quando aliàs cenſura redderetur fruſtratoria, Recoll. 5. num. 339. fol. 47.

Correctio fraterna, an debeat præcedere denunciationem ſollicitantium in Confeſſione. Recoll. 4. verbo Sollicitantes, fol. 352. col. 1. antè medium, & recoll. 6. eodem verbo, num. . .

Correllatiuorum, eadem debet eſſe diſpoſitio. Recoll. 3. num. 312. fol. 270. & recoll. 2. num. 468. fol. 64.

Curiales, qui excuſantur communicando cum excommunicatis, qui nam ſint, recoll. 3. num. 360. fol. 276. An hoc ſit verum, etiam in communicātibus in crimine criminoſo, ibidem, num. 361. & ſeq.

Carcerari an poſſit clericus procedens cum cotta, & ſtola ſub cruce, ad deferendum funus in Eccleſiam, in addit. ad fol. 319. lin. 44. Quid de clerico confugiente ad Eccleſiam, vel Monaſterium Regularium, ibidem.

Caſtrare filios, ipſis conſentientibu, an liceat parentibus, abſque peccato, in Addit. ad fol. 421. aliàs 419.

Conſilia ſpiritualia dans excommunicato, non prohibetur immiſcere verba Vrbana ad captiuandam beneuolentiam, ac quoque oſtendere ſigna exteriora amicitiæ, Recoll. 3. nu. 293. & 299. folio. 269.

## D

DAmnati ad triremes, vel ad mortem, confugientes ad Eccleſiam, an gaudeant immunitate, in Additione, ad fol. 319. col. 2. linea 4. Ad mortem, ſi dicant, aliquid Hæreticum, quando tradendi ſunt Inquiſitoribus, Recoll. 4. verbo Hæreſim, fol. 330. col. 2.

Dantes, aut recipientes, &c. in Romana Curia pro gratia, vel iuſtitia, quando incurrāt excommunicationem, Recoll. 4. hoc verbo, fol. 302. Vbi de materia. Pro Religionis ingreſſu, quando cōmittant, ſimoniam, ibid. f. 303. Quid ſi ſit pro habitu Religionis militaris, ibid. fol. 304. Dantes, vel promittentes, aliquid denunciantibus prouiſiones beneficiorum, ibid.

Debitor, an teneatur in conſciētia ſoluere debitum creditori excommunicato, vel poſſit differre ſolutionem, vſque quo abſoluatur, recoll. 3. num. 302. & ſequenti.

Decimas ſoluere, an teneantur Religioſi, recol. 4. verbo Religioſi. fol. 378. Illas vſurpantes, quam excommunicationem incurrant, ibid. ad finem, prima col. illas non ſoluentes, an incurrant aliquam cenſuram de iure, ibid. fol. 379. col. 1. Vide ſuprà concionantes, & Confeſſarius.

Declaratio, quòd aliquis inciderit in excommunicationem latam à iure, requirit citationem rei, recoll. 2. num. 609. & ſeq. Ad quem Iudicem ſpectet, ad Iudicem loci delicti, vel domicilij. Recoll. 3. num. num. 114. & ſeq. Quid ſi delictum, ſit inchoatum in vna Diæceſi, & conſumatum in alia Diæceſi. Recoll. 2. num. 370. folio 118. & ſequenti.

Defenſionis iuſtæ ratione, licèt percutere clericum, abſque metu excommunicationis, recoll. 5. poſt num. 294. folio 440. An ſit iuſta, quando fit ob bona, vel honorē, aut cauſa alterius pſonę, ibidem, & nu. 297. Cuius quantitatis debeant eſſe dicta bona, nu. 302. An vbi quis fuga, poſſit euitare dictam percuſſionem, ad hoc teneatur, ibid. num. 298. Vbi declaratur cum num. ſeq. quæ ſit defenſio iuſta, & nu. 303. fol. 441. An contrà clericum conuiciantem verbis, poſſit quis armis ſe defendere, ibid. num. 316. & ſeq. folio 443. Quid ſi clericus inermis, iuſte,

vel

Digitized by Google

vel alapa percutiat, an liceat, armis, eum percutere, ibid. num. ſeq. & nu. 318. vbi quæ ſit defenſio cum moderamine inculpatæ tutelę, & num. ſeq. Quando in dicta moderamine ſit exceſſus, an incurratur, hæc excommunicatio. Defenſionis ius habenti, an liceat alijs aſſiſtere, ac auxilium ferre contrà aggreſſorem, ibid. num. 346. fol. 447.

Delegatus non exhibens literas delegationis, ſi excommunicet, an ſit valida excommunicatio. Recoll. 2. num. 67. & ſeq. fol. 85. Quid ſi fuit, illi reuocata delegatio, & antequam dictę reuocationis habuit notitiam, talis delegatus tulit dictam ſententiam cenſuræ, ibid. num. 76. Delegante excommunicato, vel ſuſpenſo, an delegatus validè ferat ſententiam cenſuræ, ibid. num. 98. & 100. fol. 89. Delegatus ab ordinario, an poſſit ſub delegare nudum miniſterium, erga ſuam perſonam, recoll. 5. num. 548. fol. 477. Delegatus ad nudum miniſteriũ, an poſſit illud ſubdelegare, nu. 564. in quo conſiſtat delegatio huiuſmodi miniſterij, ibid. nu. 565. fol. 480. Delegatus immediatè à Sede Apoſtolica, quæ munera accipere poſſit, Recoll. 4 verbo munera, fol. 462. col. 1. ad finem, & recoll. 6. verbo viſitantes.

Delictum aliud eſt permanens, aliud tranſiens. Recoll. 1. nu. 104. fol. 17. Quando eſt permanens, quotuplex monitio requiratur, ibid. num. 102. Ad incurrendas cenſuras per ſtatutũ, vel ſententiam generalem vnius loci, an ſufficiat, ſi delictum ſit inchoatum in dicto loco, & ſi alibi conſumatum, vbi non eſt tale ſtatutum, &c. Recoll. 2. num. 378. & ſeq. fol. 120. Delicti grauitas, vel leuitas, ad effectum torturæ inferendę perſonæ Eccleſiaſticę, vndè deſumatur, recoll. 5. num. 236. f. 433. Quos ſint delicta, ob quæ perſonæ Eccleſiaſticæ tradi debeant Curiæ Sæculari, ibid. num. 293. folio 434. quæ dicantur grauia, recoll. 6. num. 305. fol. 540.

Denunciatio excommunicationis, quæ obligat fideles ad non communicandum cum excommunicato, iuxtà extrauagantem ad euitanda, quomodò inducatur, recoll. 3. num. 109. & num. 112. & recoll. 5. num. 355. Quid hodiè obſeruetur in Praxi, Recollect. 3. num. 101. fol. 239. In quibus locis fieri debeat, ibid. num. 103. & recollect. 2. num. 643. A quo Iudice fieri debeat. Recoll. 3. num. 113. & ſeq. An debeat præcedere citatio partis, num. 122. & 125. In aliena Diæceſi, qualiter contrà denunciatos poſſunt affigi Cædulones, ibid. num. 116. & nu. 119. fol. 241. in vno loco denunciatum, an teneatur, id ſciens euitare, vbiq; ibid. n. 147. & ſeq. f. 245. Denunciatum excommunicatum vi Iubilei qualiter poſſit Confeſſarius abſoluere, recoll. 2. n. 793. Quare non requiratur in notorio percuſſore clerici, recoll. 3. num. 151. Epiſcopo, vel alio fide digno atteſtante de denunciatione, an aliquis ſit euitandus. Recoll. 1. num. 134.

Denunciatio Confeſſarij, qui ſollicitauit in confeſſione, vel aliàs contrauenit Conſtitutioni Gregorij XV. ſub qua culpa fieri debeat à ſollicitata, recoll. 6. verbo ſollicitantes, nu. 281. fol. 634. An dictam obligationem habeant alij, qui hoc ſciunt, rec. 2. nu. 985. An præter peccatum, non denuncians, incurrat aliquam cenſuram. recoll. 6. nu. 926. An ſit facienda Confeſſarij, qui tantum ſollicitauit factis venialiter peccaminoſis pænitentem, recoll. 4 & recoll. 6. num. 921. fol. 642. An pænitens poſſit abſolui, antequam denunciet, recoll. 6. num. 931. & 934. Quid faciendum in articulo mortis, num. 938. fol. 647.

Denunciantibus dictos Confeſſarios, vel contrà ipſos teſtificantibus, quæ fides habenda, recoll. 6 num. 925. fol. 643.

Depoſitionis, vel degradationis ſententia ſuſpenditur per appellationem. Recoll. 2. num. 635. fol. 153. Quomodò differat à ſuſpenſione, Recollect. 1. fol. 409.

Diaconus munus hebdomadarij exercẽs dum eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus, an incurrat irregularitatem, Recoll. 6. ſub nu. 1017. fol. 662. Quid de eodem, cum ſtola benedicere oua, & alia in die Paſcatis, ibidem.

Diana vindicatur à Manriquez illum immeritò carpente, recollect. 4. verbo Taleas, fol. 596. colum. 1. poſt medium, & recollect. 5. ſub num. 126. fol. 421. & in addit. ad fol. 353.

Dicentes, vel defendentes, quod Patres Minores, aut Prædicatores non ſint in ſtatu perfectionis, recollect. 4. fol. 304.

Dictio (eadem) quid inportet, recollect. 4. fol. 365. colum. 1. (Præſertim) vel (Maximè) implicat caſum magis dubitabilem, recol. 5. num. 94. folio 415.



Digitized by Google

Non eſt autem hoc ſemper verum, ſed aliquando abundat, vt in Addit. ad fol. 371. col. 1. poſt lineam 21. ad finem. Dictio (ſeù) poteſt ſtare expoſitiuè, & declaratiuè, ac ẽt aliquando ſtat alternatiuè, & diſiunctiuè; Ac inter diuerſa, adhuc arguit ſimilitudinem, recollect. 5. num. 474. fol. 466. (Vt) quando ponitur in vim cauſæ, quæ ſit apta produccere effectum ſuum, importat cauſam finalem, ibid. num. 486. fol. 668. (Alius, Alij) habet qualitatem reſpectiuam, ibid. num. 577. ad finem, (Ità) coniuncta cum copulatiua (&) ſtat declaratiuè, & reſpectiuè ad præcedentia, ibid. num. 511. fol. 472. (Aut) poteſt ſtare expoſitiuè, recollect. 4. fol. 295. colum. 1. (Omninò) quid denotet, recollect. 6. nu. 624. aliàs 616. (Statim) ibidem, n. 480. (incontinenti) ibid. in Addit.

Diæceſanus, an poſſit punire, & quomodò ſuum ſubditum pro delicto commiſſo extrà territorium, quando reuertitur. Recollect. 2. numer. 332. folio. 113. Quid ſi in Diæceſi commiſit delictum, quòd habet tractum ſucceſſionum, v.g. quando læſit aliquẽ, an poſſit, etiã extrà Diæceſim, vbi nunc deget, eũ cõpellere, vt ſatisfaciat, aliàs illũ excommunicare, ibid. n. 349. fol. 115. Quomodò poſſit ferre ſententiam contrà ſuum ſubditum, qui deliquit in ſua Diæceſi, & nunc reperitur extrà illam, ibid. num. 351. & 357. fol. 116. cætera, vide infrà Epiſcopus.

Dimiſſoriæ ad ordines, hodiè in Regno non poſſunt dari ad plures Epiſcopos, & quid de Regularibus, Recoll. 6. num. 776. ad finem. Regularibus à quo dandæ, ibid. numer. 802. fol. 622. aliàs 614. An in eis ſufficiat exprimere, quòd in ea Diæceſi non habeantur dicto tempore ordinationes, ibidem, num. 803. aliàs 614. Quid de Nouitijs ordinandis, ibid. nu. 454. fol. 558. Sine ipſis ordinati, an ſint ſuſpenſi, ibidem, num. 805. Cum ipſis, ſed falſis, prima tonſura ordinati, non gaudent hodiè priuilegio fori ibidem, numer. 499. Non expirant morte concedentis, num. 807. ad finem. Facultas illas tribuendi, conceſſa Vicario Generali, an extendatur ad omnes ordines, ẽt maiores, ibid. n. 111. f. 517. Capitulum Sede Vacante infrà annum non poteſt dare illas, niſi arctatis, quid ſi arctati poſſint illas habere ab alio Epiſcopo, recoll. 6. num. 113. fol. 517. An præſentatus ad ius patronatus, ſeù beneficium de iure patronatus dicatur arctatus, in addit ad fol. 519. col. 1. lin. 2. Poſt annum, & infrà annum, an illas dare ſpectet ad ipſum Capitulum, vel Vicarium ab eo conſtitutum, ibid. num. 106. fol. 516. Vbi an illæ, poſſint finita authoritate capituli. Quid de Vicario Apoſtolico ob diſcordiam Capituli, an poſſit illas dare infrà annum à morte Epiſcopi, ibid. num. 5 19. fol. 517. Illas concedens Prælatus Regularis indigno, an peccet, ibidem, num. 806. fol. 623.

Diſpenſare, an poſſit Epiſcopus in irregularitate contracta ex bigamia, & quid de Superiore Regulari, erga ſuos ſubditos. Recoll. 6. num. 774. & ſeq. folio 604.

Diſpenſatio obtenta à viro vxorato, qui ordines recepit conſtante matrimonio, quomodò proſit ſuſpenſioni, iam contractæ, recollect. 6. num. 761. fol. 604.

Diſpoſitio conditionalis, quando caſu, vel impotentia non poteſt impleri, remanet pura, recollect. 2. numer. 948. fol. 281.

Diſputare de rebus fidei, quibus, & quando illicitum, & ſub qua pœna, recoll. 4. hoc verbo, fol. 304.

Diſtributiones quotidianas vſurpantes, an includantur in excommunicatione Bullæ Cœnę, recoll. 4. verbo vſurpare, fol. 400. col. 2. ad finem. Non interreſſentes choro, an aliquando illas lucrentur, recoll. 6. num. 819. & ſeq. fol. 618. Quid de intereſſentibus, ſed non cantantibus, vel abſque habitu Canonicali, ibid. nu. 825. & ſeq. Quid faciendum de ipſis non lucratis, ibid. num. 823. Iniuſtè ſuſpenſus, vel carceratus, &c. an recuperet illas, recoll. 6. num. 1032. fol. 665.

Dolus non præſumitur in faciente rem licitam, recoll. 5. num. 309. fol. 442.

Domini, &c. Ciuitatis illius, vbi Electio S. P. erit celebranda, recollect. 4. hoc vebo, fol. 307. Qui non curant obſeruã ordinationes, contrà in ſequutores Cardinalium, ibidem, vide infrà Duellum, & vſurarios.

Dos data à Moniali Monaſterio, quõ licita, & careat vitio ſimoniæ, recoll. 4. verbo Dantes, fol. 304. col. 1. An, & quõ ſit inueſtienda in bonis ſtabilibus, & quando non inueſtitur, ſed expenditur, an ſit neceſſaria licentia, & cuius, recollect. 6. num. 93. fol. 514.

Dubitans

Digitized by Google

Dubitans ſe eſſe excommunicatum, tam in dubio iuris, quàm facti, an peccet communicando cum alijs, Recoll. 3.num.41.fol. 227. An celebrando incurrat irregularitatem, ibid.num.ſeq. Quid de dubitante, an aliquis ſit denunciatus excommunicatus, verũ teneatur illum euitare, ibid.num.150.fol.246. Idem queritur de dubitante, an aliquis ſit notorius clerici percuſſor, ibid.num.386. folio 282.

Duelli, ob quod incurritur excommunicatio, definitio latè declaratur, recoll. 4.hoc verbo, fol.308. col.1. Quando ratione ipſius, incurrat quis excommunicationem Tridentini, & quando Gregorij XIII. & quando Clementis VIII. ibid.fol.311.col.1. An in aliquibus caſibus ſit licitum, ibid. fol.309. vbi Addit. Illud acceptans, quando non incurrat excommunicationem, fol.311.col.2. Cooperatores, qui inincurrant, etiam non ſequuta pugna, ibidem.ad finem, & fol.ſeq. Quid de conſulente, vide in addit.ad ipſum, fol.312. Qui aſtantes, ſeù præſẽtes incurrat, vel non incurrant excommunicationem, eodem fol.312.vbi addit. ad lineam vltimam. Oblatum à Clerico, an poſſit, quis acceptare, & an à Clerico quis inuaſus, teneatur arripere fugam, & ſi illi ſit ignominioſa, recoll.5.num.597.fol. 441. Locum concedens Dominus, vel permittẽs, aut non prohibens in terris ſuis, quãdo incurrat excommunicationem, ibid. Verbo Dominus, fol. 306.& in Addit. ad fol.309.col.2.linea 10. An talis domini contrauenientis abſolutio, comprehendatur in Decreto Clementis VIII. ibid. fol.307.col. 1. ad medium. Vtrum, idem dicendum de alijs concauſis talis duelli, ibidem.

## E

EBrius, vel phreneticus efficiens actum prohibitum ſub cenſura, quando incidat in cenſuram, recoll..1. nu. 410. fol. 57.

Eccleſia habet poteſtatem ferendi cẽſuras, ibid.num.9.fol.1. Qualis ſit hæc poteſtas, ibid.num. ſeq. Eſtque talis poteſtas Eccleſiaſtica, & non politica, ac ciuilis, num.11. extenditur quoque ad compellendos ſubditos, ad cenſurarum obſeruationem, ibidem, num. 12. Quando veniat appellatione partis, cui ſatisfaciendum. R.2. num. 922. fol. 206. Nomine, quæ loca veniant ad effectum, vt in illis occidens, vel mutilans, non gaudeat immunitate, in Addit.ad foliũ 320.lin. 34. Et quid ad effectum, vt in illis exiſtens gaudeat immunitate, recollect.4.fol. 318.col.1. poſt medium: vbi quid in materia pollutionis Eccleſiæ, vel ſacrilegij, remiſſiuè. An poſſit obſideri, vt reus ab ea exiens capiatur, in addit.ad fol.322.col.1.lin.56. Vbi an poſſit ibi reus compedibus cuſtodiri. Adhoc, vt dicatur denũciata interdicta, quid requiratur, recoll. 6. num. 190.fol. 526. An egeat reconciliatione, quãdo poſt pollutionem, ibi bona fide fuit Miſſa celebrata, ibid. nu.198. fol.529. Illam grauans debitis, quando incurrat pænas Paulinæ, ibidem, num.83.fol.513. Illius Miniſtri adminiſtrantes Sacramenta excommunicatis contritis, an peccent, recollect. num. 201. Illarum effractores, an incurrant excommunicationem, Rec. 4.hoc verbo, fol.312.& verbo Incendiarij, fol.338.

Edictum Epiſcopi maculantes, aut deturpantes, an incurrant excommunicationem ipſo iure, Recollect. 4.fol. 334.colum.1. poſt medium.

Edicta Inquiſitorum iubentia denunciationem ſub pæna excommunicationis, quomodò obligent, recollect. 6. num.926.fol.642. & de materia, ibid. num.935.& 939.fol.646.& num.934. fol.647.

Eiectus, recollect. 6.hoc verbo, fol. 639. An poſſit venire contrà renunciationem factam tempore profeſſionis, in Addit.ad fol.544.

Electores Regulares, quomodò abſoluantur, & diſpenſentur, antè electionem, recoll.1.num.64.& ſeq.folio 9. Pro Cathedralibus, vel Regularibus, omittentes præſentare electionem electo, in quam pænam incidant, Recoll.6.numer.335.fol.544. Quid vbi eligunt indignum, ibid. numer. 255. Quid vbi ſit electio de excommunicato ad officium ſeculare, cui annexa eſt iuriſdictio, an ſit ipſo iure irrita, Recollect.3.num. 254. fol. 264. An poſito, quòd tantum ſit irritanda, an poſſit ei tradi poſſeſſio, nu. ſeq. vide etiam, recoll.2.num.76. An ſit inualida electio, quando dubitatur, vtrum aliquis ex Electoribus, ſit excommunicatus, recoll.6.num. 1025.fol. 663. Electionem alicuius impugnans, & non probans defectum, in quam pæ-

nam incurrat, ibid. num. 314. Facientes cum abuſu laicę poteſtatis, quando incurrant excommunicationem, ibid. num. 336. & ſeq. An taliter electus, in conſciētia teneatur reſignare officium, vel beneficium. ibid. num. 341. fol. 545. Electus ad Epiſcopatum, ſi habeat vxorem, an ſufficiat, ſi illa cum voto maneat in ſæculo, vel debeat neceſſariò ingredi Religionem, ibidem, num. 357. fol. 603. Quid ſi eligatur ad Cardinalatum, ibidem.

Eleemoſinas, ac oblationes recipientes Clerici, & Religioſi à Raptore, vel Violatore Eccleſiarum, quando ſint ſuſpenſi, recoll. 6. antè num. 797. fol. 621. aliàs 613. Excommunicatio vnius Compromiſſarij electionis, an vitiet electionem factam ab omnibus, Recoll. 2. num. 95. fol. 89.

Emptores fructuum collectorum in prædijs excultis per Religioſos, an teneantur ſoluere decimam, recoll. 4. fol. 378. col. 1. ad finem.

Epiſcopi procedentes in viſitando clauſuram monialium exemptarum, potius ſunt iudicandi ordinarij, quàm delegati, recoll. 4. verbo Viſitatores Monialium, fol. 399. col. 1. in princip. Quando, & quomodò poſſunt Epiſcopi ingredi dicta monaſteria ob dictam cauſam, ibid. Quando poſſint concedere licentiam mulieri coniugatæ timenti mortem, ſibi inferri à viro, ingrediendi Monaſterium Monialium, ibid. fol. 319. col. 1. Quàm pænam incurrant accedentes ad Vrbem latenter, ibid. f. 372. An poſſint facere gratias de pænis impoſitis per ſuum Vicarium, recoll. 5. num. 254. fol. 434. Quid ſi aggratiandus non habeat pacem ab offenſo, numer. ſeq. An hoc etiam poſſit facere Capitulum Sede Vacante. ibid. Et an poſſit commutare pœnas corporales in pecuniarias, & cui dicta pœna pecuniaria, ſit applicanda, ibid. num. 257. An poſſint aſſumere, aliquem Canonicum, vel Clericum Eccleſiæ alicuius, ad ſuum ſeruitium, recoll. 6. numer. 819. fol. 618. An poſſint dare licentiam Canonicis abeſſendi vltrà trimeſtre, num. 822. An poſſint verberare Clericum Sæcularem, per Conuerſum Regularem, Recoll. 5. num. 264. fol. 436. Qui dicantur Diæceſani, recollect. 5. num. 527. & ſeq. fol. 475. Quando dicantur tales ad effectum, vt poſſint abſoluere ab occultis, vel impeditos, ibid, numer. 530. & tribus ſequentibus. Vbi nu. 534. qui dicantur eius ſubditi, quoad eundem effectum, & vtrum poterunt illos abſoluere per delegatos ab ipſis Diæceſanis. Notorij Clericorum percuſſores, an poſſint eligere Confeſſarium, vt eos abſoluat à tali excommunicatione. ibid. num. 541. fol. 477. Quam ætatem debeant habere, quando conſecrantur, recoll. 6. num. 344. fol. 000. An debeat eſſe Sacerdos, recoll. 6. num. 129. fol. 599. Poſt Concilium Prouinciale, vltrà ſex menſes, non conuocantes clerum, ad manifeſtanda facta in dicto Concilio, in quam pænam incidant. ibidem, num. 348. fol. 545. Non viſitantes limina Apoſtolorum, quando debent, in quam pænam incurrant, ibid. num. 352. A quo tempore computatur dictum tempus, ibidem, numer. 354. Quando poſſint hoc facere per Procuratorē, n. 357. Non exomunicātes incendiarios, qñ debēt illos excommunicare, in quam pænam incidant, ibid. num. 358. Negligentes in procedendo contrà ſimoniacos, quam pænam incurrant, num. 361. Quid ſi omittant procedere contrà ſuſpectos, & diffamatos de hæreſi, num. 363. folio 547. Concubinarij, ſi adamoniti non recipiſcāt, quomodò multentur, ibid. n. 270. f. 535. Facientes celebrare coram ſe excommunicatos, an ſint excommunicati, recoll. 5. num. 229. ad finem, fol. 260. Si incidant in cenſuras, vel caſus S P. reſeruatos, à quo poſſunt abſolui, recoll. 2. nu. 907. fol. 204. Exiſtentes extrà Diæceſim, an poſſint ferre ſententiam cenſuræ, contrà ſuum ſubditum exiſtentem in proprio territorio, ibid. num. 401. fol. 122. Quare non ligentur ſuſpenſione, & interdicto generaliter latis à iure, bid. num. 289. fol. 107.

Aſſumpti à Religione, quo tempore deſinant acquirere Monaſterio, Recol. 6. num. 287. fol. 538. An poſſint ſecum aſportare libros, quos habenbat in Religione. Ipſis defunctis, an ſuccedat Camera Apoſtolica, vel Monaſteriū, ibid. n. 291. & 298. Dimittentes habitū & aſſumentes Rocchetum, an incurrāt aliquam cenſuram, in Addit. ad fol. 316.

Commendatitias, ſeù dimiſſorias clericis ſuis volentibus itinerare, vel manere extrà Diæceſim, an teneātur dare, in Additione ad fol. 557. num. 444. lin. 6.

Ordines ſacros conferentes in excommunicatio-

nicatione minori, quomodò peccet, Recol.6.n.402. Conferetens primam tonſuram illiteratis, in quam pœnam incidant, ibid.n.406.fol.541. Quid de conferentibus ordines Nouitijs, vel alijs Religioſis non profeſſis, in titulū Relionis, ibid. à num. 445. folio 557. Quid ſi tantum dubitent de validitate profeſſionis illorum, ibid. numer. 447. An teneantur, illis egredientibus à Religione præſtare alimenta, num. 451. f.558. Ordinantes Regulares, an debeāt illos examinare, ſi habeant teſtimonium proprij ſuperioris, ibidem num. 627. fol. 583. Intrà Diœceſim conferentes ordines non ſubdito, an ſint ſuſpenſi, ibid. num. 382. Extrà Diœceſim, an poſſint cōferre ſuo ſubdito primam tonſuram, abſque licentia ordinarij loci, ibid. num. 384. folio 548. An aliàs incidant in aliquam pœnam, ibid. n.614. fol. 981. & nu. 638. folio 584. Habentes licentiam, quos poſſint ordinare, ibid. ſub num. 615. Titulares, ordinantes aliquem ſub prætextu familiaritatis, ſinè dimiſſorijs proprij ordinarij, & licentia exercendi Pontificalia, in quam pœnam incurrant, ibid. nu. 385. fol. 549. Et quid ſi talis Epiſcopus eſſet Parochus, vel qui renunciauit dictum Epiſcopatum, ibid. num. 386. Vbi an hoc habeat locum, etiam in collatione primæ tonſuræ. Qui renunciauit loco, & Dignitati, an cum licentia ordinarij loci, poſſit ordines conferre & an talis ordinatus, ſit validè ordinatus, num. 387. Pro ordinandis Relaribus, an eis debeat ſufficere teſtimonium ſuperioris, circà ordines alios, ibid. nu. 903. fol. 580. Quando poſſint continuare ordinationem, etiam Dominica, ſequente Sabatum quatuor temporum. ibidem, numer. 574. fol. 576. & 588. f.578. Ordinantes aliquem ſimoniacè, in quam pœnam incurrant, num. 682. fol. 591. Quando poſſint plures ordines, eodem die cōferre, ibid. num. 578. & ſequentibus. Quis diſpenſet in hoc cum Regularibus, ibid. nu. 594. & 506, vbi n. 599. de ordinantibus Regularem, abſque dimiſſorijs, nu. 465. & ſeq. de horum diſpenſatione circà interſtitia. Quid poſſint recipere ab ordinatis, ibidem num. 703. fol. 595. Ordinantes ſacris ordinibus aliquem, antè legitimam ætatem, quam pœnam incurrāt, ibid. nu. 922. fol. 568. Ordinantes in fantem, ibid. 524. f. 569. Ordināntes extrà tempora legitima, num. 557. fol. 573. De ordinātibus aliquē in ſacris, ſine patrimonio, vel bebeficio, ibid. num. 644. & ſeq. nu. 583. De ordinantibus alienum, ſine dimiſſorijs, vel commendatitijs proprij Epiſcopi, ibid. n. 461. & ſeq. De ordinātibus familiarē num. 477. fol. 561. Vel Vltramontanum in Italia, ibid. num. 494. & ſeq. Pontificalia quando exercere poſſint in Eccleſijs Regularium, abſque licentia Superioris Monaſterij, Recollect. 2 num. 225. fol. 112. Illa exercētes extrà Diœceſim, abſque licentia, in quam pœnam incidāt, recoll. 6. num. 365. fol. 547. vbi num. ſeq. reperietis, quæ poſſit, & quę non poſſit in aliena Diœceſi. Hæc ſuſpenſio, an ſit S.P. reſeruata, ibid. num. 378 folio 548. An excuſari poſsit ab ea, ex inaduertentia, ibid. num. 379. An vbi ſunt ſuſpēſi, ſi tantum benedicant populū incurrant irregularitatem, ibid. nu. 380. Habentes licentiam ab Epiſcopo, vel Parocho baptizandi, vel coniugendi aliquos in matrimonio, poſſint vti mitra, &c. ibid. nu. 617. fol. 582. Quid ſi tantū habeāt licentiam monialem, habitu induendi, ibidem. Illa non poſsūt exercere, ſi sūt ſuſpenſi à celebratione Miſſæ, numer. 820. aliàs 841. Quid ſi tantū eſſent ſuſpenſi ab ordine ſacro, ibid. num. ſeq. à quo poſſit à tali ſuſpenſione abſolui. ibidem. num. 843.

Extrà ſuam Diœceſim exiſtens Epus, an ſubdatur conſtitutionib° ſynodalibus illius loci, vbi reperitur, recoll. 6. nu. 1061. vbi de Archiepiſcopo, fol. 872. Quid ſi ibi habeat domicilium, rec. 2. num. 278. fol. 106. In ſpecie, an incurrat excommunicationem latam contrà alloquentes cum monialibus, ibid. num. 277. Vbi num. præcedenti an poſſit ab Epiſcopo Diœceſano excommunicari. Item quando cenſeatur comprehēſus in cenſura generaliter lata ab homine. Poteſt audire confeſſionem ſui ſubditi. Reccoll. 2. num. 339. fol. 113. Item extraiudicialiter non autem iudicialiter abſoluere, quò ad forum externum, ibidem num. ſequenti.

Habet poteſtatem ordinariam ferendi cenſuras, recollect. 2. num. 51. fol. 83. Et quid de alijs Prælatis inferioribus, ibid. num. 53. Quid de Parochis, nu. 75. An poſſit dictam poteſtatem delegare clerico coniugato, ibid. num. 64. & ſeq. fol. 85. An poſſit licitè, viſi-

tatio-

tationem aggrediens, proponere edicta, in quibus ſub pæna excommunicationis, iubeat ſecreta crimina denunciare, recoll. 1. numer. 188. fol. 28. An poſſit extrà ſynodum ſtatuere, abſque conſenſu cleri; vel capituli, ibid. num. præcedenti. An poſſit diſpenſare in lege ſua, etiam ſynodali, Recoll. 2. num. 261. fol. 104. Quando tacitè cenſeatur in illa diſpenſare, num. ſeq. An ludendo, incurrat excommunicationem, vel ſuſpenſionem latam à ſe contrà ludentes, ibidem, nu. 249. An licitè ferat excommunicationem contrà ludentes, vel ludum ſpectantes, ibid. num. 262. An poſſit excommunicare ſuum Vicarium Generalem, ibid. num. 272. An poſſit cognoſcere de cauſa ſui Vicarij, ibid. num. 343. Quid in cauſa in qua Vicarius allegatur ſuſpectus, ibidem, num. 216. An incidat in caſus, quos ſibi reſeruat, ibid. nu. 236. f. 103. Participando cum excommunicatis à ſe, an incurrat excommunicationē minorem, vt alij fideles, Rec. 1. n. 546. fol. 74. Præcipiens ſub pæna excommunicationis ſubdito præſenti, vt infrà dies decem ſatisfaciat: v.g. Titio, &c. aliàs ſit excommunicatus, ſi talis intrà dictum tempus diſcedat à Diæceſi, an poſſit eum declarare excommunicatum, recoll. 2. num. 447. folio 115. Conferens beneficium indigno, in quam pænam incidat, recollect. 6. num. 364. fol. 547. Exiens per Diæceſim ad conſecrandam Eccleſiam, vel eam reconciliandam, an poſſit recipere ſumptus, & ſalarium; ibid. numer. 975. fol. 653. Quid ſi exeat ad confirmationis Sacramentum conferendum, ibid. An poſſit cogere clericum in minoribus, ad deſerendum habitum, ex quo non vult ſeruire Eccleſiæ, ibid. num. 965. fol. 651. An poſſit denegare commendatitias volenti diſcedere à Diæceſi, in addit. ad fol. 620. nu 829. poſt lin. 9. ad finem. An pro aliquibus vicibus poſſit dare licentiam celebrandi in Oratorijs priuatis, eadem recoll. 6. num. 832. ad finem, fol. 627. Veniens contrà iuramentum, defendendi libertatem Eccleſiaſticam, an ſit ipſo facto depoſitus à Dignitate Epiſcopali, ibidem, verbo Periuris, fol. 609.

Abſoluere, vbi aliquem recuſat ab excommunicatione à ſe lata, quando facultas abſoluendi deuoluatur ad Archiepiſcopum, Recoll. 2. num. 827. Abſoluere, an poſſit à mediocri percuſſione, clericos communiter viuentes, & iſti, qui nam ſint, recoll. 5. num. 427. fol. 458. Quid de ianitoribus, ibidem, numer. 429. Quid de Officiali percutiente clericum ratione ſui officij, num. 432. & ſeq. Quid ſi talis Officialis percutiat, vt perſona priuata, ibid. num. 435. Abſoluit ab enormi, vel mediocri, quando eſt occulta, vi Tridentini, & quando dicatur dicta percuſſio ad hunc finem occulta, ibidem, num. 417. Vbi num. præcedenti. quando abſoluat, vbi eſt publica, ſed percuſſor eſt impeditus. Quid ſi dictū impedimentum fuit procuratum, ibid. num. 420. Habens facultatem à S.P. abſoluendi à mediocri, vel enormi, an illam poſſit alteri delegare, ibid. num. 412. fol. 456. An poſſit abſoluere à ſuſpenſione, & alijs pœnis latis, contrà ſimoniacè ordinatos. Recollect. 6. n. 692. fol. 593. Quando poteſt abſoluere à caſibus Sedi Apoſtolicæ ſeſeruatis vi Tridentini, poteſt etiam à cenſuris, quas caſus Papales habent annexos, recoll. 1. nu. 6. fol. Cætera ſuprà Diæceſanus, & infra Ordinans.

Epithogium, quid nam ſit, Recollect. 6.

Equites Hyeſolimitani, an ſint capaces beneficiorum, ac penſionum Sæcularium, recoll. 5. num. 21. fol. 404. Quid de equitibus aliorum ordinum militarium, ibid. An omnes ſint verè Religioſi, recoll. 6. num. 789. ad finem, fol. 611. Hieroſolymitani non poſſunt profiteri antè annum decimum ſextum ætatis, & non tranſacto anno probationis, ibid. num. 790 Habet in eis locum, cap. 19. ſeſſ. 25. Concilij Tridentini, vbi de reclamatione ob nullitatem profeſſionis ratione vis, & metus, item cap. 16. eiuſdem ſeſſionis, vbi de ſollemnitatibus requiſitis ad validam renunciationem faciendam à Nouitijs, ibid. num. 791. Qui poſſunt ducere vxorem, ſed cum licentia, contrahentes matrimonium ſine dicta licentia, an incurrant aliquam cenſuram, Recollect. 4. folio 349. colum. 1.

Error communis, & Titulus coloratus ſupplent defectum iuriſdictionis, quando adeſt impedimentum iuris poſitiui, non autem quando adeſt impedimentum iuris naturalis, vel diuini, Recollect. 2. numer. 79. fol. 87.

Euchariſtiam miniſtrare poſſunt Religioſi in



Digitized by Google

ſi in ſuis Eccleſijs quoties opus eſt, Recoll. 4. verbo Religioſi, fol. 374. col. 2. Etiam in articulo mortis viatieũ familiaribus, & Hoſpitibus Secularibus cum Sacramento Extremæ Vnctionis, ibid. Vbi etiam de eorũdem ſepultura. Imò etiam extrà domum, quando non datur tempus petendi licentiam, ibidem. Vbi etiam de die Paſcatis, fol. 375. Miniſtrans, ſine ſtola, quod peccatum committat, recoll. 6. n. 857. f. 628. Sumpturus ad ſcãnũ, Sæcularis, ſi recordatur alicuius peccati mortalis obliti, quid facere debeat, ibidem, numer. 837. fol. 623.

Euitare an debeam ſtatim illum, quem ſcio percuſſiſſe clericum coram ſex perſonis in oppido, vel Collegio, vel coram decem in Ciuitate, vel magna communitate, recoll. 5. numer. 164. & ſeq. fol. 249. An poſſit expectare denunciationem, & quare, ibid. nu. 170. Aut ſaltem declarationem Iudicis, ibid. nu. 171. An tenear euitare eum, quem ſcio per dictum duorum teſtium, eſſe denunciatum, Recollect. 5. fol. 243. & numer. 137. Quid de eo, quẽ oculis meis video tranſgredientem legem, continentem excommunicationem, ipſo facto incurrendam. Recoll. 3. nu. 105. fol. 239. Vbi etiam de eo, qui fatetur ore ſuo, commiſiſſe dictum crimen, vel ſciam per teſtes fide dignos, ibid. num. 107. & 131. fol. 243. An ſufficiat, ſi à Iudice in domo ſua nominatim declaratus, quis ſit excommunicatus, vt debeam eum euitare, ibid. num. 108. Quid ſi iam traditi ſint cædulones, vt affigantur, ſed non ſint adhuc affixi, an ſcientes id, teneantur illum euitare, ibidem, num. 130. fol. 243.

Examinans Iudex Laicus Clericum vulneratum, etiam inuitum, an & quando incurrere poſſit excommunicationem, in addit. ad fol. 316. Vide infrà Verbo Iudex.

Exceptio firmat regulam in aliis non exceptuatis, recoll. 5. num. 359. & recoll. 6. num. 839. fol. 624.

Excommunicatio, quid ſit, recoll. 3. num. 1. fol. 220. Eius ethimologia, & diuiſio in maiorem, & minorem, num. 2. & 3. Quando de ea fit mentio, de qua intelligi debeat, numer. 6. Quale ſit officium Confeſſoris, circà pænitentes excommunicatos, ibid. num. 7.

Qualis culpa requiratur ad eam incurrendam, Recoll. 1. n. 241. fol. 57. Quid in caſu, vbi lata eſt pro peccato veniali, vel re indifferenti, ibid. num. 246. An hoc caſu excuſet paruitas materiæ, ibid. num. 248. Exemplificatur in pluribus caſibus, à numer. 259. vſque ad numerum 269. Culpa ob quam contrahitur, quomodò debeat eſſe externa, ibid. num. 276. fol. 40. Quid de hæreſi externè tantum, ioco pro lata, recoll. 5. numer. 173. fol. 427. Eſt pœna maior, non ſolum ſuſpenſione, & interdicto, ſed etiam irregularitate, & ceſſatione à diuinis, recollect. 1. num. 25. fol. 3. vbi num. ſeq. Explicatur, in quo ſenſu dicatur pœnarum maxima. Impoſita in obligatione Camerali, licèt ſit latæ ſententiæ, non tamen incurritur, niſi poſt declarationem factam ab ipſo creditore, ibid. num. 163. fol. 25. Minor, quid ſit, Recollect. 2. num. 396. fol. 283. Sub qua culpa prohibeat Sacramentorum ſuſceptionem, ibid. num. 399. Quid de Sacramento matrimonij, ibidem, num. 400. Quid de adminiſtratione Sacramentorum. num. 401.

Lata contrà committentes homicidium, an incurrat vulnerans lethaliter, & ſi ex miraculo ſuperuiuat, recollect. 1. numer. 316. fol. 44. Lata non ſolum contrà facientes, ſed etiam contrà mandantes, & conſulentes, intelligitur ſequuto effectu, niſi cenſura feratur principaliter, propter mandatum, vel conſilium, ibid. numer. 317. Conſulens minus malum parato committere maius, an illam incurrat, ibid. num. 335. circà medium, fol. 46. Quid ſi ſit dubius de conſilio præſtito, infrà Homicidium. Quid ſi poſt vulnus illatum, vulneratus moriatur extrà Diœceſim, vbi lata eſt excommunicatio contrà homicidium committentes, Recoll. 2. num. 382. Vbi num. 384. idem quæritur, vbi lata eſt excommunicatio contrà occidentes in Eccleſia, ſi vulneratus moriatur extrà Eccleſiam, quid ſi in Eccleſia exiſtens, iaceret ſaggittam, vel ſcoplum exploderet occidẽdo hominẽ extrà Eccleſiam, an incideret in excommunicam ſupradictam, latam contrà occidentes in Eccleſia, numer. 397. Quid in caſu contrario, quando exiſtens extrà Eccleſiam iaceret ſaggittam, vel exploderet ſcoplum in exiſtentem in Eccleſia, ibid. numer. ſeq. fol. 122. Lata vt ſuprà contrà homicidas, vel abortum procurantes, an interim, dum non ſequutus effectus, ſi



Digitized by Google

fuit abſolutus, an, omnino dũ ſequuto effectu incidat in excommunicationem. Recoll. 1. n. 136. & n. 140. fol. 22. Quid ſi ſit caſus reſeruatus, an ſequuto effectu, teneatur iterũ dictum peccatum confiteri habenti facultatem circà caſus reſeruatos, nu. 142. Quid ſi antequam ſequatur effectus, in quo incurritur excommunicatio, moriatur principalis, an poſſit poſt mortem excommunicari, ibid. n. 146. fol. 23. In abſentem lata, qñ incurratur, ſtatim quàm fertur, vel quando reus accipit Epiſtolam, ibid. num. 27. folio 10. In edictis Inquiſitorum, contra non denunciantes, an ſit latæ ſententiæ, ibid. num. 230. fol. 34. Quid de lata in Bullis penſionis, ob illius non ſolutionem, ibidem, num. 233. fol. 35. Sine citatione, an ſit valida, & quid ſi tantum ſit declaratoria ipſius, recoll. 5. num. 687. fol. 498. Contrà violantes feſta latā, non incurrit opera ſeruilia ex neceſſitate exercens. Recoll. 1. n. 441. fol. 60. Sub hac conditione donec, vel quò uſque reſtituas, an facta reſtitutione, vel ſatisfactione data ceſſet, abſque abſolutione, ibid. num. 459. & ſequentibus, fol. 62. Quid dicendum, ſi eſſet lata his verbis, talis ſit excommunicatus, & non liberetur, donec ſatisfecerit, &c. ibid. num. 463. An idem ſit in ſuſpenſione ſic lata, recoll. 6. nu. 1047. Lata contra furtiuè accedentes ad ſuſcipiendos ordines, an ſit latę, vel ferendæ ſententiæ, recoll. 6. nu. 765. fol. 605. Quid ſi fulminando Epus d. excomunicationem, proteſtetur, non habere intentionem, dictos furtiuè accedẽtes ordinare, an ſint ordinati, ibid. num. ſeq. & in Addit. ad cit. fol. 605. Contrà participantes in alloquutione, ſalutatione, &c. eſt ipſo iure nulla, niſi præcedat monitio, recollect. 2. num. 867. fol. 193. A delegato ſine monitione, an ſit ipſo iure nulla, ibid. num. 865. Contrà Regulares exemptos, quando eſt ipſo iure nulla, ibid. num. 467. fol. 130. iniuſtè latam, an poſſit idem Iudex illam reuocare, ibid. numer. 668. fol. 158. Illius nullitate pendente, an poſſint affigi cædulones, ibid. num. 670. & 672. Quid obſeruet Curia Romana, vbi dicitur de nullitate excommunicationis latæ, &c. ibidem, n. 674. Lata per legem, conſtitutionẽ, vel ſtatutum, an incurratur, & ſi non fuerit dicta lex conſtitutio, vel ſtatutũ acceptatum, ibid. numer. 701. & ſeq. fol. 174. Quod peccatum committat, feſto die, illam ferens, ibid. nu. 764.

Ferri, an poſſit pro crimine commiſſo in Diœceſi, contrà eum, qui nunc reperitur extrà Diœceſim. Recollect. 2. numer. 349. circa medium, folio 115. Quid de ſuſpenſione, vel intedicto, ibid. numer. ſeq. Quid ſi ſit talis exterus, ſeù forenſis, ibid. num. 352. circà medium.

Ob percuſſionem clericorum, an incurrat Pontifex percutiens clericum, recoll. 5. num. 107. fol. 416. An non ſolum percutiens, ſed etiam dictæ percuſſionis cooperantes, ibid. numer. ſeq. Qui ſint iſti cooperantes, ibid. num. 109. Mandans non ſolum expreſsè, ſed tacitè dictam percuſſionem, an ſit excommunicatus, ibid. num. 110. Quid ſi reuocauerit mandatum, num. 112. Vbi etiam de conſulente, quid ſi tempore, quo mandatarius exequitur mandatum, vel conſultus exequitur conſilium, ipſe mandans, vel conſulens, ſit in gratia per contritionem, vel confeſſionem, ibidem, & an idem dicendum, vbi vniuerſitas dedit tale mandatum, num. 111. folio 419. Quid ſi tantum quis mandauit iniuriam verbalem, & mandatarius percuſſit, ibid. n. 114. An eam incurrat is, qui potuit impedire dictam percuſſionem, & non impediuit, num. 115. Quid de ratam habente duntaxat dictam percuſſionem, numer. 118. & 124. fol. 420. Quid de aſſociantibus dictum percuſſorem in ipſa percuſſione, ibid. num. 342. fol. 445. Quis dicatur percuſſor clerici, ſeù manus violentas inferre in clericum, ibid. num. 130. & 136. fol. 421. An talis dicatur, propinans ipſi clerico venenum, num. 132. fol. 222. Quid de maleficium faciente in perſonam clerici, num. 134. Quid ſi hæc fiant in perſonam Cardinalis, an ſit locus excommunicationi Bullæ Cœnæ, num. 135. Quid de ſpuente in clericum, vel aquam turbidam, aut puluerem in eum inijciẽte, vel alio modo eum deturpante, nu. 136. Quid de auferente ei biretum, vel veſtem, ex qua ablatione ſequatur clerici, vel monachi deriſio, vel retentio domi, num. 137. Item de offendente eum in veſte, qua eſt indutus, vel etiam in equo, cui inſidet, vel in rebus alijs, quæ manibus teneat, num. 138. & 143. Secus eſt in furante, aliquid ab ipſo, ibidem, num. 148. Quid de eripiente vi

aliquid

Digitized by Google

aliquid de manibus ipſius,num.139. & 141. An ſit excommunicatus inſequens clericum, qui vt fugeret, ſe præcipitauit, eodem num.141. Quid è contrà de fugiente, qui non poteſt ſe ab inſequutore liberare, niſi offendendo clericum,obuiam repertum, ibid.num.298.fol.441. Qualiter quis poſſit eſſet excommunicatus pro ſola iniuria facta clerico, ſine tactu perſonæ,aut rei,ſibi coniunctæ, ibid. nu. 142.& ſeq. Quid de clericum carcerante,n.150.fol.450.&n.227.fol.432. Quid ſi tantum clericus obſideatur in domo ad finem, eum carcerandi, vel impediendi egreſſum, vel compellendi egredi cum dedecore, ibid. numer.152. & 154.Quid ſi talis eſſet Cardinalis,vel Epiſcopus, ibid. Quid de præcipiente clerico, ſub aliqua pœna pecuniaria, ne diſcedat à Palatio,vel alio loco,ſibi præſcripto,ibid. num.157. Quid ſi id ſibi prohibeatur per metum verbalem,ibid.num. ſeq. Quid de *Bannitis detinentes* ipſum, ratione *compoſitionis*, numer. 159. Quid de eum detinẽtibus bono fine, ne ab alio offendatur, ibidem, ante num. 160.fol.425. Hoc caſu carcerationis, vel detentionis, quomodo differat excommunicatio lata in Canone,ſi quis ſuadente,& in Bulla Cœnæ,ibid.num.161. *Quid de apponente cornua, vel aliis deturpantem domum clerici,num.153.An talis ſit Iudex imponens pœnam corporalem clerico,vel monacho,ibid.num.218. & 224. fol. 432. An per torturam illi illatam, numer. 230. & ſeq. fol. 433.* Quid de percutiente clericum mortuum.ibid.num.55.fol.409.De percutiente clericum conſentientem dictæ percuſſioni, ibid.num.52.fol.409. vbi etiam numer. 54. An ipſe clericus conſentiens incurrat. Quot excommunicationes incurrat, vno ictu percutiens plures clericos,ibidem,num. 197.& numer.202. Quid ſi percutiat illos ſucceſſiuè,num. 198. Quid de percutiente pluries eundem clericũ, ibid.num.199.fol.430.

Qualis debeat eſſe percuſſio, vt ſubiaceat dictæ excommunicationi, recollect. 5.num.162.171.&308.fol. 449. An ſufficiat percuſſio facta in ſomno,vel ebrietate, ibid.n.196.fol.429.Qualis ſciẽtia clericatus percuſſi requiratur, & quando ignorantia illius excuſet, ibid.179. & ſeq. An excuſet ignorantia huius Canonis, ibidem,num.182. Quid de inaduertentia, ac inconſideratione,num.188.Hæc ignorantia, quomodò probari poſſit,ibid. num. 195. An volens percutere Franciſcũ Clericum,tamen percutiens Titium, etiam clericum, incurrat dictam excommunicationem,ibid.num.185. & ſeq. De pueris quando incurrant hanc excommunicationem, ibidem, num.100.fol.415.numer.429. A quo abſoluẽdi,& quid de duobus clericis, ſe inuicem percutientibus, numer. 102.& 189.fol.429. Quid ſi ex ſubita ira propter iniuriam ioco, vel ſeriò factam,num.189.fol.429.Quid ſi caſu fortuito,num.194.Et quomodò probetur caſus fortuitus,ibid.ad finem.

Correctionis cauſa, an excuſet, Recoll. 5.numer. 279. Quibus id liceat, ibid.& ſeq.Et an hoc ſit verum etiam reſpectu clericorum in ſacris conſtitutorum,ibid.num.279.& 291. An ſit licitum dictis perſonis,non ſolum per ſe,ſed et p aliũ,cauſa correctionis percutere, nu. 292. Quid ſi cum hac cauſa miſceatur ira, aut odium,ibid. num.282.fol.437. & quatuor numeris ſequentibus.An vnicuiq; liceat expellere clericos perturbantes officium diuinum, ibid.num.273.cum duobus ſequentibus. Quid de excedente in correctione, ibid. num. 287. & 290.fol. 439. Officialis percutiens ratione ſui officij, ibid. numer, 216. fol.432.

Defenſionis honoris cauſa, quando quis poſſit percutere clericum inuentum cum vxore,matre,filia,vel ſorore; ſuprà clericus, & quid de conſulente talem percuſſionem,ibid.n.354.f.445. Prouocatus,an poſſit eum percutere, abſq; metũ excomunicationis,ac etiã licèt incurrat illam, an poſſit à Iudice declarari excommunicatus, ibid. num.535.fol.490.

Notoriè conſulens, vel mandans, aut ratam habens percuſſionem clerici, an ſit euitandus, ſicut percuſſor notorius,recol.5.num.335.fol.445. Praxis circà declarationem notorij percuſſoris,ibid.num.677.& 783.Percuſſor clerici non notorius, ſed cuius percuſſio nulla tergiuerſatione poteſt celari, an in aliquo caſu poſſit cum alijs communicare,tum in humanis, tum in diuinis, vide in addit. ad fol. 252.antè num. 180.

Abſoluere, an ſe poſſint inuicem duo Sacerdotes Regulares, qui inuicem ſe percuſſerunt, quando non adſunt

alij Confeſſarij in Monaſterio, recoll. 5. num. 593. fol. 484. Impediti adire S.P. pro abſolutione ab enormi, vel mediocri, an ſemper poſſunt abſolui ab Epo, ibid. nu. 423. fol. 458. Abſolui qui poſſint excomunicati poſt mortē, & à quo, recoll. 4. fol. 387. col. 2. ad finem, vbi Addit. In articulo mortis denunciatus per cædulones, à quo poſſit abſolui, ibid. in addit.

Excommunicatus ſub qua culpa priuatur communione actiua fidelium, Recoll. 3. num. 12. fol. 221. In humanis, ſiuè in diuinis, ibid. n. 29. fol. 224. An in humanis poſſit quis peccare mortaliter, ratione aſſiduę communicationis, ibid. num. 24. An ratione ſcandali, vel contemptus, ibid. num. 25. & 26. An hæc priuatio, ſit etiam quò ad infideles, vel non baptizatos, ibid. num. 30. An etiam cum alio excommunicato non tolerato, ibid. nu. 44. & ſeq. fol. 228. Excuſatur ratione neceſſitatis, ibid. num. 31. fol. 225. Vel ad euitandam infamiam, ibidem in Addit. ad fol. 252. Quotieſcumque excuſatur à culpa, excuſatur etiam ab irregularitate celebrando, ſupra num. 32. Quid ſi fuerit inuitatus ad communicandum in humanis, an poſſit abſque peccato acquieſcere, num. 33. & ſeq. An idem ſit, vbi prouocatur ad miniſtrandum Sacramentum pænitentię, vel alia diuina, abſq; vlla vtilitate, vel neceſſitate petentis, ibid. num. 35. & duobus ſequentibus fol. 226. Quid ſi prouocetur ad celebrandam Miſſam, an poſſit contritus licitè celebrare, & quis poſſit eum licitè ad hoc inuitare, ibid. numer. 38. An dicatur prouocatus, ex eo dumtaxat, quia recepit ſtipendiū pro Miſſa celebranda, vel habet Beneficium, vel Cappellaniam requirentem dictam celebrationem, num. 39. fol. 227. An poſſit dari caſus, in quo talis prouocatus peccet, & incurrat irregularitatem, num. 40. & ſeq. Suſcipiendo ordines, quando ſit ſuſpenſus, ibidem num. 47. In iudicio, petendo debitum, an poſſit repelli, ibid. nu. 207. Adherens conſilio Aduocati, vel Theologi Moralis, dicentis cauſam excommunicationis non fuiſſe iuſtam, ſi celebret, an incurrat irregularitatem, Recoll. 2. num. 33. & ſequentibus, fol. 82. Ad inſtantiam partis, ab vno Prælato, an validè abſoluatur, ex conſenſu partis, ab alio Prælato, recollect. 2, num. 826. fol. 187. Vi monitorij ad reuelandum, vel reſtituendum, à quo poſſit abſolui, recoll. 1. num. 231. folio 34. Vbi etiam de excommunicato in monitorio nominatim, quid ſi monitorium ſit Papale, ibid. numer. 232.

Vitandus hodiè qui nam ſit. Recollect. 3. num. 94. fol. 237. Vide suprà Denunciatus. Euitare ſub qua culpa, & pæna teneantur, fideles illum euitare, ibid. numer. 275. An hoc ſit verum etiam in ipſomet excommunicatore, ibid. nu. 281. & ſeq. An licitè abſque culpa poſſint fideles, illi ſuadere, vt ſatisfaciat, vel procuret remiſſionem, ibid. num. 298. fol. 269. An ei ſubuenire, ne graue damnum, vel iniuriam patiatur in corpore, vel in fama, aut etiam in bonis, nu. 307. Eidem, an poſſint vendi neceſſaria pro victu, num. 308. Dare eleęmoſinam, vel ab eo illam petere, numer. 309. Vti eius opera, quando nobis eſt neceſſaria, & ab alio haberi non poſſit, num. 314. Si eſt Dominus, an poſſint cum eo ſerui, & familiares participare, num. 380. Vbi de vxore, & filijs, ac è contrà. Si superueniat in aliquo Conuiuio non inuitatus, & menſæ accumbat, an teneantur conuiuæ diſcedere, ibid. num. 271. fol. 266. An illis liceat relinquere domum, vel clauem ipſius, vt ibi comedat, vel in eadem domo, in alia tamen menſa comedere, ibid. nu. 274. Benedicens menſam, ſi alij reſpondeāt, vel è contrà, an communicare dicantur cum eo, num. 231. fol. 260. Si concionetur in Eccleſia, an fideles poſſint illum audire, num. 295. Quid ſi legat Theologiam, num. 269. & ſeq. Eum admittentes ad diuina officia, & ad ſepulturam Eccleſiaſticam, quas pænas incurrant, recoll. 6. num. 589. fol. 549. Quid de recitantibus cum eo officium priuatim, ibid. num. 390. & ſeq. fol. 550. An in dubio præſumi debeat abſolutus, vt quis poſſit cum eo communicare, recoll. 3. num. 387. intereſſendo proceſſioni, alij fideles an intereſſe etiam poſſint. Recoll. 3. num. 218. Ingredi Eccleſiam, & ſimul accipiendo aquam benedictam cum eo, an liceat, num. 219. Quid faciendum, quando ille aſſiſtit diuinis officijs, vel celebrationi Miſſarum, numer. 220. fol. 259. Per famam, an validè, & licitè poſſit ferre cenſuram, recoll. 2. fol. 80. & num. ſeq. Quid ſi communiter reputabatur abſolutus, ibid. nu. 82. De eo, qui in alio loco erat denuncia-



Digitized by Google

nunciatus,num.82.vſque ad 84.folio 87.

Toleratum,an fidelis poſſit, abſque culpa inuitare ad communicationem, ſiuè in humanis,ſiuè in diuinis,etiam abſque vtilitate, vel neceſſitate.Recol. 3.num.184.& ſequentibus,fol.252.& ſeq.Ab eo an poſſit Sacerdos accipere eleęmoſinam, pro celebratione Miſſarum,ibid.num. 192.& ſeq. An ille peccet petendo à Sacerdote, vt pro ipſo ſacrificet, num. ſeq. An illi proſint orationes priuatæ, ſi ſit in gratia,&per ipſum non ſtet,quin abſoluatur,n.196. An lucretur, etiam hoc caſu indulgentias conceſſas cōtritis,ibid.numer.197.fol. 254. An poſſit ſepeliri in loco ſacro, n.199. Quę differentia ſit hoc caſu inter toleratos,& non toleratos,numer. 200. Etiam notorius,ſi ſit ſuperior,quādo ſit quoq; priuatus officio, Recoll. 5. num.192.fol.484.& recollect.6.verbo Abbatiſſa. An ſit aliqua differentia inter excomunicatum toleratum, & ſuſpenſum toleratum,circà validitatem actorum, recollect.6. ſub num. 1014.fol. 662.

Exculenta, & poculenta, quando recipi poſſunt ab Officialibus ſtatus Eccleſiaſtici,Recollect.4.verbo munera fol.362.col.2.Quid de Viſitatoribus, ibid.ad finem, & Recollect.6. verbo *viſitatores fol.651. num. 968.*

*Exemptio, niſi probetur ab excommunicato, an poſſit abſolui ad cautelam, Recoll. 2.nu.862.fol.193.*

Exequutor merus, an poſſit excommunicare, Recoll. 1.num.71.fol.8.

Exteri, an poſſint declari excommunicati ob violationem ſtatuti, vel conſtitutionis loci,vbi reperiuntur, recoll. 1.num.349.fol.48.An per delictum, fiant ſubditi Epiſcopo loci, vbi delinquunt, Recoll.2. nu.422.Vbi an incurrant excommunicationem,ibi latam per ſententiam generalem, fol. 125. An incurrant ſuſpenſionem latam in conſtitututionibus ſynodalibus loci, Recoll.6.num.1059. folio 672. An ibi poſſint abſolui, & à quo à caſibus reſeruatis in ſua Diæceſi, ibidem.num.1082.fol.677.

Extorquens vi, vel metu abſolutionem à cenſuris quam pænam incurrat, Recoll.4.fol.285.col.2. vbi Addit. An etiam ſit inualida,recoll.1.num.559. fol.76. Quid ſi ſententia fuerat iniuſta,ſed valida, ibid.num. 565. fol.77. An idem ſit de extorquente à Iudice reuocationem ipſius ſententiæ cenſuræ, ibid.n. 567. Quid ſi ſit tantum extorta abſolutio ab excomunicatione minori,ibid.nu.569. An idem ſit de reuocatione, vel relaxatione ceſſationis à diuinis, ibid. num. 571.

Extrahentes frumentum, &c. à ſtatu Eccleſiaſtico, quando incurrant excommunicationem.recoll.4.fol.316. Quid de extrahentibus reos ab Eccleſijs,ibid.folio 317. Vbi latè de hac materia, qđ ſi fugiat talis extractus è carceribus ſæcularibus, & iterum poſtea captus,vel in dictis carceribus committat nouum debitum, in Addit.ad fol.318.

Exrrauagans ad euitanda,habet locum etiam in ſuſpenſione,recollect.6.ſub num.1014. fol. 662. An quò ad tolerationem ſit aliqua differentia, inter ipſam, & excommunicationem, ibidem.

F

FAbrica Sancti Petri qualiter ſe habeat circà exequutionem legatorum piorum.Recoll.4. verbo vltimas voluntates,fol.399.colum.2. Quando concurrat cum Epiſcopo,ibid. An poſſit ſe intromittere,vbi id eſt prohibitum à teſtatore,ibid.ad fin.Illius officiales moleſtare præſumentes,ibid.fol.389.

Facultas abſoluendi à cenſuris conceſſa, an extendatur ad diſpenſationem irregularitatis contractę ob violationem ipſarum cenſurarum, Recolect. 1. num.47.fol.7.& recollect.6. num. 513.fol.567. Abſoluendi à reſeruatis conceſſa ab Epiſcopo Parochis pro aliquibus diebus, an proſit Regularibus Confeſſarijs,ibidem, numer.938. fol.646.

Falſantes Bullas, vel Litteras Apoſtolicas,Recoll.4.hoc verbo.

Fama publica denunciationis,an ſufficiat ad vitandum excommunicatum,recoll.3.nu. 138.& 143.& ſeq.fol. 244. An è contrà ad communicandum cum eo, ſufficiat fama abſolutionis, ibid.num.141.

Familiares clerici,ipſo abſente,an gaudeat immunitate à Gabellis, Recollect. 4. fol. 397. colum. 1. Viſitatorum recipientes, aliquid à viſitandis tempore viſitationis, quam pænam, & qñ illā incurrant,recollect.6.num.983.folio 654. Qui dicantur familiares ipſorum Viſitatorum, ibid.ſub nu. ſequenti. Sancti Officij infrà Inquiſitionis. An



Digitized by Google

poſſint communicare inter ſe, quando vnus eorum eſt excomunicatus non toleratus. Recoll. 3. num. 379. num. 280. Religioſorum, an gaudeant priuilegio fori. Rec. 2. n. 476. & ſeq. fol. 131. An eis poſsit miniſtrari Sacramentũ Euchariſtiæ in articulo mortis, vel in Paſchate. Rec. 4. f. 374. Cardinalium offendentes, recolleƈt. 4. hoc verbo, fol. 232. remiſsiuè. Se fingentes, vt expediant Bullas gratis. ibid. fol 326.

Familiæ appellatione, qui nam veniant; ita vt aliquis excuſetur à comunione cum excommunicato domino, Patre familias, &c. Recolleƈt. 3. num. 317. & ſeq. fol. 276.

Fauorem, extrà Religionem procurantes Religioſi, qui, & quando incurrant excommunicationem, vel aliam pænam, recoll. 4. hoc verbo, fol. 323.

Feudũm Eccleſię immediatè ſubieƈtum alienantes. Recolleƈt. 4. hoc verbo, fol. 323.

Fidei profesſio, à quibus fieri debeat ſub pæna cenſurę, ibid. recollleƈt. 4. hoc verbo.

Filij, & Nepotes emancipati, vel naturales, an poſſint comunicare cũ patre, vel auo excomunicato, recoll 3. nu. 348. & ſeq. folio 274. Quid de adoptiuis, vel arrogatis, num. 350. Ingredientes Religionẽ, parentibus indigentibus, an incurrant aliquam cenſuram, recoll. 4. hoc verbo, fol. 424.

Fine conceſſo cenſentur conceſſa omnia tendentia ad illum, recoll. 5. nu. 539. fol. 477.

Fæmina, an poſſit ferre cenſuras ex delegatione S. Pontificis, recoll. 2. numer. 57. fol. 84. Eſt incapax Sacramento ordinis de iure diuino, ibid. num. 58. & recoll. 6. Verbo Abbatiſſa. Ingrediens Monaſteria Regularium, vel Monialium, infrà mulieres. Fæminas, non autem maſculos retrahentes à Religione, quare incurrãt excommunicationem, recoll. 4 fol. 336. colum. 1. in principio.

Forenſis, an ligetur cenſura lata per ſententiam generalem loci, vbi verſatur, recoll. 1. num. 423. fol. 126. Quid ſi lata fuerit per ſtatutum, num. 429. & 431. Adueniens poſt Monitorium publicatum, an teneatur reuelare, ſi ſcit id, quod præcipitur reuelandum, ibid. num. 425. An obligetur legibus loci, per quem tranſit, & ſi ad modicum tempus ibi moretur, numer. 430. ad finem, & 432. & ſeq. fol. 127. An etiam quò ad forum externum, poſſit declarari excommunicatus, pro tranſgreſſionibus, de quibus ſuprà, ibid. num. 435. Quid dicendum ſi poſt ſtatutum, vel legem generalem pro peccato futuro, latis, fiat ſubditus, num. 436. & ſeq.

Formula atteſtationis Confeſſarij de abſolutione ab eo impenſa à cenſuris, ad hoc vt illa proſit quò ad forum externum. Recolleƈt. 2. numer. 995. fol. 218.

Fraticellorum habitum, &c. Recolleƈt. 4. fol. 324.

Fruƈtus, quibus priuantur clerici beneficiati ob non reſidentiam, cui applicentur, recoll. 6. ſub num. 819. folio 617. Quid de Canonicis, ibid. numer. 821. f. 619. Quibus priuentur ſuſpenſi, infrà Suſpenſio. An ex eis poſſint deducere victum, Recolleƈt. 4. verbo vſurpantes, fol. 401. col. 2.

Fur vbi inuenitur cum re furata, etiam ſi non ſit ſubditus, poteſt puniri, recoll. 2. num. 241. fol. 125.

Furti quantitas, quæ ſufficit ad mortale peccatum contrahendum, an ſufficiat, pro incurſu cenſuræ, recolleƈt. 1. num. num. 325. fol. 45.

Furtiuè ordinatus, quam ſuſpenſionem incurrat, recoll. 6. num. 763 fol. 604. Vbi quando incurrat irregularitatem, & nu. ſeq. A quo poſſit abſolui, cum Praxi Pænitentiariæ, num. 766. fol. 605. Quid ſi proteſtatus fuit Epiſcopus ordinans, non intendere ordinare accedentem furtiuè, ibdem, in Additione.

G

GAbellas nouas imponentes, recolleƈt. 4. hoc verbo, fol. 324. Exigentes ab Eccleſiaſticis, quando incurrant excommunicationem Bullæ Cænæ, & quando aliam, ibid. fol. 395. colum. 2. Exigentes à Religioſis, vel monialibus, fol. 324. Exigentes pluſquam impoſita fuit, an incurrant excommunicationem, eodem fol. 395 col. 2. ad finem. Exigentes à perſonis Eccleſiaſticis pro rebus, quæ non negotiationis cauſa deferuntur, ibid. fol. 325. colum. 1. Quid ſi exigant à locis pijs, ibid. col. 1. An excuſentur, qñ. ibi ſoluũtur à ſpõte dãtibus, ibid. quid ſi à colonis Eccleſiaſticorũ, ibid. in addit. vbi de bonis, q̃ trãſierunt ad Eccleſiã, cum illo onere. Spontè illas ſoluentes Eccleſiaſtici, an incurrant cenſuram aliquam

2

Digitized by Google

aliquam, ibid. ad finem, col. 2. Illarum immunitatem denegantes Eccleſiaſticis, aliquo prætextu, quando incurrant excommunicationem, folio 395. An poſſint declarari excommunicati, ibid. fol. 396. Pro bonis clericorum imponentes ad euitandas fraudes, an excuſentur, quia habent animum reſtituendi in fine anni clericis id, quod ſoluunt, Recoll. 4. folio 337. colum. 2. antè medium.

Generales, vel Prouinciales, ſimileſque ſupremi Prælati Religionum, habent iuriſdictionem ordinariam, in ſuos ſubditos in vtroque foro, tàm de iure communi, quàm ex Conſtitutionibus S.S. Pontificum, Recoll. 2. nu. 497. & 503. fol. 135. An poſſint in eos, quidquid poſſunt Epiſcopi in clericos, ibid. numer. 501. An poſſint reſtringere iuriſdictionem Superiorum localium, vel aliorum Prælatorum inferiorum, num. 514. folio 137. An poſſint eximere ſubditum ab obbedientia ſui ſuperioris localis, num. 523. Quid poſſint circà ferendas cenſuras, ſuprà, Cenſura. An poſſint illas ferre extrà Capitulũ permodum ſtatuti, recoll. 1. nu. 192. & ſequentibus, fol. 29. An poſſint concedere licentiam legendi libros prohibitos. Recoll. 4. fol. 329. colum. 2.

Gloſas, & commentaria, ſuprà. Concilium Tridentinum.

*Grauantes in bonis, vel perſonis, conſanguineos clericorum, intuitu ipſorum clericorum*, quando incurrant excommunicationem, recollect. 4. hoc verbo, fol. 326. Perſonam Eccleſiaſticam, pro alia perſona Eccleſiaſtica, vel Sęculari, ibid. Verbo Repreſalię, fol. 382. colum. 2.

Græci Orientales, quomodò vtendo matrimonio antè contracto, poſſint ordines ſacros ſuſcipere, recoll. 6. num. 760. fol. 604. Epiſcopi, non obedientes Epiſcopis latinis, recollect. 4. fol. 326. colum. 2.

Gubernatores ſtatus Eccleſiaſtici, pro quibus armis poſſint licentiam dare, recoll. 4. fol. 327. col. 1. Cui debeant applicare pænas, &c. ibid. Bannitum, vel reum captum remittentes, vel ei ſaluum Conductum facientes, ibidem.

H

Habilitati è carceribus Sacerdotes, non poſſunt Miſſam celebrare, abſque licentia, Rec. 6. n. 632. Verbo Triremibus, fol. 647. An ſi ſint vocales, habeant interim vocem in capitulo, infrà, Regulares.

Habitare cum excommunicato, an liceat in eadem domo, recollect. 3. nu. 261. & ſeq. fol. 264.

Hæres inſtitutus in minus ſollemni teſtamento, ad quid teneatur, recollect. 6. num. 63. fol. 551.

Hæreſis cauſas hodiè, qui nam cognoſcat, Recoll. 4. hoc verbo, fol. 330. Pæna contrà eos, qui aliter faciunt, ibidem. Quæ dicantur ad hunc finem cauſæ hæreſis, ibid. per quæ ſigna externa illa manifeſtetur, ità vt ſubiaceat excommunicationi, recoll. 1. num. 276. Externa ioco manifeſtata, an ſubiaceat excommunicationi. Recollect. 5. ſub num. 137. fol. 427.

Hæreticorũ fautores, receptatores, ac defẽſores, quando incurrant excomunicationẽ, canonis primi Bullę Cænæ, Recoll. 4. hoc verbo, fol. 327. Fingentes ſe conuerſos, & petentes abſolutionem, recoll. 1. num. 578. fol. 78. Per ſententiam declarati tales, an ſint euitandi, & ſi non denuncientur. Recoll. 3. num. 110. fol. 240. Si fuerint Clerici, vel Religioſi, an amittant priuilegium Canonis, recoll. 5. num. 68. fol. 511. Quid differant ab excommunicatis ibidem, num. 71. In fauorabilibus, an veniant appellatione Chriſtianorum, ibid. numer. ſeq. An gaudeant immunitate Eccleſiæ, excepta cauſa hæreſis, ibid. ad finem numeri, & recoll. 4. verbo extrahentes, &c. fol. 319. Illorum libros legentes, quando incurrant excommunicationem Bullæ Cænæ, recollect. 4. hoc verbo, f. 327. Quid ſi illos legant ex metu, recoll. 1. n. 424. fol. 58. Quid ſi tantum quis audiat legere, recol. 4. fol. 328. col. 2. Cum eis habentes clerici familiaritatem, quam pænam incurrant, recoll. 6. num. 194. folio 550. Illos non denunciantes, quam excommunicationem incurrant, Recoll. 4. 329. col. 2. Illorum ſepultura, quando polluatur Eccleſia, recoll. 4. verbo ſepelire, fol. 388. colum. 2.

Homicidium ſimplex committens, an incurrat aliquam cenſuram, recollect. 4. hoc verbo, fol. 331. Quid de homicidio



Digitized by Google

cidio Epiſcopi, vel Cardinalis, ibid. Illud mandans, vel conſulens, an incurrat cenſuram latam contrà homicidas, recoll. 1. num. 141. fol. 22. vbi quid ſi fuerit reuocatum mandatum vel conſilium, num. 336. Quid ſi non innotuit talis reuocatio, numer. ſeq fol. 46. Quid ſi aliàs erat quis illud homicidium commiſſurus, ibidem, num. 329. & ſeq. & num. 333. Quomodò cognoſcatur, vtrum conſilium, vel mandatum influxerit in effectum ſequutum, ad finem incurrendi cenſuram, ibidem, num. 334. fol. 46. Quid ſi quis adhuc manet dubius de conſilio, vel mandato præſtito, an debeat ſe reputare excommunicatum, ibid. numer. 335. videte etiam Recoll. 7. num. 45. & ſeq.

## I

IEiunium frangere, an liceat aſſumenti cauſam illius deobligationis, Recoll. 5. numer. 500. fol. 472.

Ieſuitiſſarum habitum non deponentes, quędam mulieres, &c. Recoll. 4. hoc verbo, fol. 331. col. 2.

Ignorantia quæcumque etiam culpabilis, an excuſet ab excommunicatione minori ob communicationem, cum non tolerato, modo non ſit affectata, Recollect. 3. num. 383. & ſeq. fol. 281. & Recollect. 1. numer. 400. folio 55. Quid de communicatione in diuinis ibid. num. 385. Iuris an excuſet contrahentes in gradu prohibito, recoll. 1. nu. 357. Quid in impedimento impediente, ibid. num. 409. fol. 56. Quæ ſit inuincibilis, vel vincibilis, &c. ibidem, numer. 366. fol. 11. Quid ſi quis ſciat, id eſſe prohibitum à Iure Canonico, ſed neſciat ſub qua pęna, num. 354. & ſeq. Quid ſi ſciat, etiam id eſſe prohibitum de iure diuino, ibid. num. 359. fol. 50. An ſufficiat illius ignorantia, & ſi quis ſciat, id eſſe prohibitum ſub pæna graui, ibidem, numer. 360. Non eſt tamen neceſſarium ſcire cenſuram in ſpecie, ſub qua prohibitum ſit, ibid. num. ſeq. An excuſet ignorantia, canonis, ſi quis ſuadente, ibid. num. 351. fol. 49. Quid ſi proueniat ex dubio, an contra percuſſorem clerici, lata ſit excommunicatio, num. 370. fol. 52. Quid ſi, proueniat, ex eo, quia putat, hic & nunc, talem caſum non includi in excommunicatione dicti Canonis, ibid. num. 353. An procedant ſupra dicta, non ſolum in excommunicatione, ſed etiam in ſuſpenſione, & interdicto, ibid. num. 382. fol. 53. Quid de irregularitate ex delicto, numer. 384. & 393. Vel ex defectu, n. 375. & ſequenti.

Facti v.g. putans occidere laicum, occidit clericum, an excuſet, recoll. 1. num. 362. fol. 50. Quid ſi det operam rei illicitę. num. ſeq. Quid de eo, qui volens occidere N. clericum occidit M. etiam clericum, ibid. num. 364. & ſeq. fol. 51. Purè vincibilis, poſitq, quòd poſſit eſſe mortaliter culpabilis, an excuſet à cenſura, ibid. n. 368. & ſeq. Craſſa, & ſupina, mortaliter culpabilis, an excuſet, & quando, ibidem, num. 371. & ſeq. tàm iuris, quàm facti, num. 373. fol. 53. Etiam ſi daret operam rei illicitæ, num. ſeq. Quid ſi fuerit affectata, ibid. numer. 375. Quid ſi concomitans, ſiuè iuris, ſiuè facti, 378. & ſeq. Inuincibilis excuſat ab irregularitate, ibid. num. 387. Quid ſi fuerit impoſita, contrà aliquid ſcienter, vel cum præſumptione facientem, numer. 388. An excuſet non ſolum à cenſura, ſed etiam à reſeruatione ipſius, ibid. num. 401. & ſeq. fol. 56. & recoll. 6. nu. 560. fol. 574. Efficiens actum prohibitum de iure diuino, vel naturali, ignorans tamen eſſe prohibitum de iure poſitiuo ſub cenſura, an illam incurrat, ibidem, numer. 344. fol. 49. Quid de faciente actum indifferentem, ibidem. num. 350.

Illegitimos ad habitum, vel profeſſionem pro choro admittentes, ſine ſcrutinio &c. Superiores, an hodiè incurrant excommunicationem, recoll. 4. hoc verbo, fol. 332. colum. 1. Qui dicantur ad hunc effectum illegitimi, ibid. in Addit. Vbi, & qui ſint honores, & gradus, quibus illegitimi priuentur inter Regulares.

Immunitatem Eccleſiaſticam violantes, quando incurrãt excommunicationem, recoll. 4. hoc verbo, fol. 332. col. 2. & in Addit. ad fol. 371. Vbi quibus modis illa violari poſſit. ibid. An illa priuetur vulneràs aliquem lethaliter in Eccleſia, qui poſtea moriatur extrà Eccleſiam. Recoll. 2. numer. 384. fol. 120. & Recoll. 4. verbo extrahentes, fol. 321. col. ... Quis dicatur vulnerare, vel occidere, aliquem in Eccleſia. Recoll. 2. num. 399. fol. 122. vbi num. 400. De mandante in Eccleſia homicidium, commictendum tamen

extrà

Digitized by Google

extrà Eccleſiam, de qua re ſupracitato, verbo extrahentes, in Additione. A gabellis, quibus in caſibus gaudeant perſonæ Eccleſiaſticæ. Recoll. 4. fol. 337. colum. 2. An poſſit Epiſcopus, illa priuare clericum in minoribus eo, quòd non ſeruiat in diuinis. Recoll. 4. fol. 336. col. 2. ad finem. Ab honoribus, & muneribus publicis, an gaudeant clerici coniugati, ibidem, fol. 337. colum. 1.

Impedientes Fratres Minores de obſeruantia à petitione eleęmoſinarum, qui nam incurrant excommunicationem, recoll. 4. hoc verbo, fol. 324. Victualia ad vſum Romanę Curiæ aſportantes. ibid. folio. 333. colum. 1. Curſum cauſarum ſpiritualium, &c. ibid. Exequutionem Litterarum, ibidem. colum. 2. Vbi quę ad hunc finem, dicantur Litteræ Apoſtolicæ. Eos qui ad Romanam Curiam pergũt ad gratiam, vel literas impetrandas, vel ne ipſas gratias impetret, vel ne impetratis vtantur, ibidem. Prælatos alioſque Iudices Eccleſiaſticos, ne ſua iuriſdictione vtantur in foro externo, ibid. fol. 334. colum. 1. Virgines, aut aliàs mulieres, ne velum accipiant, vel votum in Religione emittant, ibid. folio. 335. colum. 2. Epiſcopos, vel Inquiſitores in Officio Sanctæ Inquiſitionis, ibidem, columna 1.

*Impedimenta matrimonij ſciens, & non reuelans*, an incurrat aliquam cenſuram, *recoll. 4.* hoc verbo, fol. 336. Temporale impedimentum ad hoc, vt ſit ſufficiens ad effectum vt Epũs poſſit abſoluere ab enormi, quale eſſe debeat, recoll. 5. num. 521. & ſeq. fol. 434.

Impediti adire Summum Pontificum, à quo poſſint abſolui, quando cenſura eſt Summo Pontifici reſeruata ſuprà, Cenſura.

Imperator, &c. de conſuetudine, nõ poteſt excommunicari, niſi à S.P. Recoll. 2. num. 461. vbi de alijs, fol. 129.

Imperio vacante, vſurpans Nomen, vel Titulum Vicarij, &c. Recollect. 4. hoc verbo, fol. 336. col. 2.

Imponentes clericis, vel eorum bonis collectas, vel decimas, abſque aſſenſu Apoſtolico, Recoll. 4. hoc verbo, fol 336. colum. 1. Qui veniant, hoc caſu appellatione clericorum, ibid. col. 2. Quæ bona ipſorum ſunt exempta, ibid. fol. ſeq.

Impotens ad ſatisfaciendum tempore confeſſionis, & abſolutus præſtita cautione à cenſuris, ſi poſteà effectus potens, non ſatisfaciat, an in illas reincidat, recoll. 2. num. 441. fol. 209. An reincidat, non ſolum, quò ad forum internum, ſed etiam quò ad forum externum, num. ſeq.

Impotentia, an excuſet ab incurſu cenſurarum latarum ab homine, Recoll. 2. num. 977. & ſeq. fol. 160.

Impubes, an incurrat excommunicationem, Recollect. 2. numer. 447. & ſeq. fol. 128.

Inaduertentia, vel obliuio naturalis, an excuſet ab incurrendis cenſuris, vel irregularitate, Recoll. 1. numer. 407. fol. 56. An excuſet à peccato veniali. Recoll. 5. num. 195. fol. 429.

Incendiarij, an & quando ſint ipſo facto excommunicati, recollect. 4. fol. 337. columm. 2.

Incidentes Arbores Eccleſiæ, aut eiuſdem domos demolientes, quando incurrant excomunicationem, Recollect. 4. hoc verbo, fol. 339. col. 1.

Incorrigibilis, quis dicatur, recoll. 6. num. 303. fol. 308. & ſeq. fol. 540.

Indulgentias diuulgantes, recollect. 4. hoc verbo, fol. 305.

Infideli, ſeù non baptizato, an poſſit committi iuriſdictio Eccleſiaſtica ferendi cenſuras. Recoll. 2. num. 61. & ſequenti, fol. 84.

Infirmitas, quæ inducit impedimentum perpetuum, vel temporale adeundi S.P. prò abſolutione, quæ nam ſit, recollect. 5. num. 476. fol. 466. quæ infirmitas, ſit impedimentum adhunc effectum, ibid. num. 479. vbi numero ſequenti, quod totum id remittatur arbitrio Iudicis.

Infula quid ſignificet, recoll. 6. num. 956. fol. 649.

Ingreſſum virorum, ac fæminarum, in Monaſteria Monialium permictentes, recoll. 4. fol. 359. Mulierum in Monaſteria Regularium. ibid. f. 341.

Inimicus reconciliatus, an & quando amplius dicendus ſit etiam inimicus. Recollect. 5. numer. 502. & ſequenti, fol. 472.

Ingredientes fæminę Monaſteria Regularium, ibid. f. 359. col. 2. Vbi etiam de illas admictentibus, de qua re etiam, Recoll. 6. numer. 698. & ſeq. fol. 621. aliàs 613. Requiritur præſumptio, ibidem, num. 800. Quis abſoluat dictos religioſos introducentes, ibid. num. ſeq. Vbi de illas tantum receptantibus, poſt quàm fuerunt introductæ

Iniuriæ

Digitized by Google

Iniuriæ extimatio, coram quò Iudice, ſit facienda, recoll.5.num.671. fol. 496. Illam paſſus, & intra annum non intentans actionem iniuriarum, an poſſit eam amplius intentare, recoll. 2.num.943.fol.000. Vbi an hoc caſu Confeſſarius poſſit eum, qui iniuriam intulit, abſoluere abſque præuia ſatisfactione. Illius remiſſio, an poſſit fieri à Religioſo, ſine conſenſu Superioris, & à quò petenda pax ſit, Religioſo occiſo, recollect.5. num.645.& ſeq.n.649.& 650.fol.492. An quando facienda ſit à Superiore, ſit etiā adhibendus conſenſus Capituli, ibidem, numer.955. Et quid ſi ſuperior fuit offenſus, ibid.num.654. Quid ſi Nouitius, ibid.nu.656. Quid de iniuria illata conſanquineo Religioſi, ibidem numer.659.fol.994. Quando facta eſt clerico, an ſit etiam ſatisfaciendum Eccleſiæ, ibid.num.664. Quid ſi clericus habeat patrem, ibid. nu.668. fol. 495. Illatam verbis, an aggreſſus poſſit facto propulſare, ibid.num .313.& ſeq.fol.443.

Iniuſtè excommunicatus, ſuſpenſus, aut interdictus, an poſſit dare pretium, vt abſoluatur, abſque ſimonia. Recoll. 2.num.999 fol. 219. Quid ſi iuſtè fuit excommunicatus, tamen iniuſtè ſuperior differt ei dare abſolutionem, ibid.num. ſeq.

Inquiſitores odio, amore, pretio, &c. falsò hereſim, vel crimen ad S. Officiū ſpectans, imponentes, recoll. 4. hoc verbo, & in addit.ad dictum fol.342. Qui prætextu dicti Officij, illicitis modis pæcuniam extorquent, ibidem. Bona Eccleſiæ attentantes applicare Fiſco, fol.343. vbi etiam Addit. Minores, & Prædicatores inter ſe impedientes, Recoll.6.num.368.fol.550. An poſſint punire alium Inquiſitorem, vel Epiſcopum incidentem in hereſim, ibidem, num.399. Illos adeuntes Regulares ad denunciandum, vel deponendum, an poſſint moleſtari à ſuis Superioribus, recollect.4.fol.350. Vbi habetur decretū pro hac re, & in Addit.ad fol.325.colum 2. linea 1. folio 703. colum.1.

Inſequentes Cardinales, recoll 4. fol. 335.

Inſordeſcentes, per annuum in excommunicatione, recollect. 4. hoc verbo fol. 343.

Interdictum ab Apoſtolica Sede impoſitum violantes, recoll. 4. hoc verbo, fol.344. Illud tranſgredi, vel non ſeruari procurantes, ibidem, & Recoll. 6.num.408.fol.552. Huius violationis effectus, ibid.f.379.col.2.ad finem. Eius tempore Fratres Minores admittentes fratres, vel ſorores tertij ordinis ad officia diuina, ibid.f.324. Vtrū poſſit relaxari ad cautelam, vt excommunicatio. Recollect.2.num.871.fol. 105. An ſuſpendatur per appellationem, recoll. 1.num.118.num.18. An auferat iuriſdictionem, vel illam ſuſpendat. Recoll.2.numer.102.fol.90. Ad illud incurrendum, an ſufficiat culpa venialis, recollect.1.num. 224.

Intruſus quis nam dicatur, Recollect. 2. num.47. & ſeq.

Irregularitas, quomodò differat à cenſura, Recoll.1.num.145.fol. 23. Eſt maior pæna excommunicatione minori, ibid. num. 29.fol. 3. Ad illam incurrendam, an, & quæ culpa requiratur, ibid.nu. 144. Illam, an incurrat ratam habens mutilationem, vel homicidium, recoll. 5. An ſit, Iudex, cuius mandato clericus fuit carceratus, & ibi moritur, ibid.recoll.5.nu.258. Ex defectu, quibus modis contrahitur, & quibus ex delicto, recoll.1.num.32 fol. 4. An veniat nomine pænę, vel cenſuræ, in facultate conceſſa, circa cenſuras, & pænas, numer.34. Quid ſi tantum ſit ex violatione cenſuræ, ibidem, num.89.& 41.fol.5. & num. 53. fol.8. An priuet vſu iuriſdictionis, recollect 2.nu.104.fol.90. An ſit inhabilis ad eligendum, recollect.1. nu. 67. fol. 9. Superueniens poſt obtentum beneficiū, nō priuat illo obtinentem, ipſo iure, recoll.1.num.63.fol.9. Non incurritur exercitio actus iuriſdictionis fori externi, recoll.6. num. 1015. fol. 664. An ex exercitio ordinum minorum, in addit.ad fol.638. colum.2. lin.28. Circa illas, conceſſa facultate à S.P. ſimpliciter, ex ſtylo Curiæ ſemper cenſetur excepta irregularitas ex homicidio, & ex Bigamia, recol.1.nu. 36.fol.5.

Itali ordinati, vltrà montes, an teneantur obſeruare conditiones requiſitas per S.D.N. Vrbanum VIII. contra Vltramontanos ordinatos in Italia, recoll. 6.num.688.

Iudex fingens caſum, vt poſſit ad mulierē ſe transferre, cā teſtimonij accipiēdi, quā pænā incurrat.rec.4. hoc verbo, fol. 344. Laicus requiſitus præſtare Bracchium Inquiſitori, vel Epiſcopo, ibidem. Quid debeat facere de reo, ſibi tradito ab ipſo Inquiſitore, vt illum puniat, ibid.colum. 2. An

poſſit

Digitized by Google

poſſit eſſe clericus, ibidem. Cogens ſoluere vſuras, ibid. fol. 345. colum. 1. Qui nam cognoſcat de nullitatę ſententiæ cenſuræ, in addit. ad fol. 158. & ſeq. Eccleſiaſticus ordinarius, vel delegatus, iniuriam inferens vni ex litigantibus in ſententiando, & hoc ex timore, odio, vel amore, in quam pænam incurrat, recoll. 6. num. 415. fol. 552. An poſſit imponere pænam exilij, & relegationis, recoll. 5. num. 257. fol. 433. An poſſit interdicere vxori participationem cum viro excommunicato non tolerato, Recoll. 3. num. 330. fol. 273. An teneatur acceptare abſolutionem datam pro foro conſcientiæ, & vltrà contrà Reum, non procedere in cauſa, ac Cędulones amouere, recoll. 2. numer. 956. & ſeq. folio 212. Quis poſſit ferre cenſuras, ibid. num. 45. & ſeq. Non debet ferre cenſuras ad terrorem, ibid. num. 699. fol. 164. In abſolutione eb excommunicatione, an poſſit imponere pænam pecuniariam, ibid. num. 830. fol. 187. Item abſoluendo non debet præcipere ſub pæna excommunicationis id quod ſcit, reum non poſſe pręſtare, ibid. num. 681. An poſſit ſuſpendere effectum Cenſuræ à ſe latæ ad tempus, ibidem. num. 675. & ſeq. fol. 159. Quomodò poteſt ferre Cenſuram, pro iniuria ſibi illata, ibid. num. 241. fol. 103. Illius iuriſdictio qualiter impediatur per defectum vſus rationis, vel libertatis, in ferenda Cenſura, Recollect. 2. num. 222. & ſeq. Quomodò impediatur per denunciationem excommunicationis, ibid. numer. 75. & ſeq. fol. 86. An hoc ſit verum etiam in cenſura lata per ſententiam generalem, ibid. fol. 91. & ſeq. Quid, ſi ſint plures, & vnus ex eis tantum ſit excommunicatus denunciatus, vel notorius Clerici percuſſor, ibid. num. 94. Quid ſi ſit declaratus Hęreticus, ibid. num. 96. fol. 89. Qualiter impediatur per appellationem. ſuprà appellatio. Ad quem, ſi præcipiat Iudici à quò, ne excommunicatum denunciet, an teneatur parere, recoll. 3. num. 128. fol. 90. Ipſius intentio non excommunicandi aliquem, an ſufficiat, vt quis non iudicari debeat à Confeſſario excommunicatus. Recollect. 2. num. 694. & ſeq. fol. 163. vide etiam, ibid. num. 233. fol. 102. Qualiter impediatur eius iuriſdictio per recuſationem, tamquam ſuſpectus, ibidem, num. 220. & ſeq. fol. 101.

Iura quando ſunt contraria, ſi poſſunt concordari, fieri omninò debet, Recollect. 5. num. 580. ad finem.

Iurare faciens obſeruantiam ſtatutorum iniquorum, &c. rec. 4. verbo Obſeruātiā, f. 888. Qñ & de quo iurare debeat abſoluendus ab excommunicatione, in foro conſcientiæ, virtute alicuius Bullæ, vel priuilegij, recoll. 1. nu. 541. & ſeq. fol. 73. An illo prętermiſſo, in foro externo ſit valida abſolutio, ibidem, num. 543. fol. 74.

Iuriſdictio contentioſa, quæ nam dicatur, recoll. 1. nu. 411. & ſeq. circà medium fol. 124. Ferendi Cenſuras, quomodò acquiri poſſit conſuetudine, ibidem, num. 72. fol. 85. Quomodò acquiratur ex priuilegio, ibid. num. ſequenti. Qualiter impediatur ſuprà Iudex.

L

Lacererans Cędulones, aut illos deturpans quam pænam incurrat, Recoll. 4. hoc verbo, fol. 345.

Laici ex legitima alienatione bonorum Eccleſiæ, ſibi facta, plus accipientes, quando ſint excommunicati, eodem, fol. 345.

Lapides, vel alia ornamenta ab Eccleſijs transferentes, qui nam incurrant excommunicationem, in addit. ad fol. 345.

Latrocinia publica committens Clericus, recoll. 6. fol. 553.

Legatos, vel Nuncios Apoſtolicos impedientes recipi, &c. recol. 4. fol. 345. colum. 1. A làtere officium, an expiret morte Papæ, recoll. 5. num. 455.

Legata pia non ſoluentes, quomodo abſolui debeant, vbi caſus eſt reſeruatus ſub cenſura, recoll. 4. verbo vltimas voluntates, folium 349. Relicta ab excommunicato, vt prò eius anima oretur, quomodò debēt explicari, recoll. 5, num. 316. fol. 271. Quid ſi exprimeretur, vt fieret pro eo oratio publica, ibidem. Pro Miſſis celebrandis, an debeatur, vbi defunctus moritur in notorio peccato, aut in excommunicatione, ibid. num. 317.

Legentes ſcripta, occaſione duelli facta, an incurrant in excomunicationem, Recoll. 4. fol. 345. col. 1. Cætera infrà libros.

Lex humana debet eſſe accomodata hominum fragilitati, & ideò non obligat cum periculo vitæ, vel famæ, recoll. 1. num. num. 652. fol. 61. Naturalis de defendēda propria fama, præſtat legi



Digitized by Google

humanæ de abſtinendo à ſacro, in Cenſura, vel irregularitate, ibidem, num.447. Per contrariam obſeruantiam, quando ceſſet eius obligatio, Recoll.2.num.704.fol.165. An etiam ceſſet eius obligatio per non acceptationem, ibidem.num.ſeq. Reſpicit futurum non præteritum, ibid.num. 465.fol.64. Indiſtinctè loquens debet diſtinqui per aliam legem, recoll. 6. num. 778. fol. 607. Vnam cum alia concordare, prompti eſſe debemus, ibid.num 778. Sub pœna excommunicationis ferendæ tranſgrediens, an peccet mortaliter, recollect.1. num. 92.circà medium, & 93.fol.15. Quid ſi materia non ſit certè indifferens, ſed dubia, ibid.num. 102. Quid ſi dicta lex ſit ſub pœna interdicti, vel ſuſpenſionis latæ, vel ferendæ, etiam ſententiæ, an illam tranſgrediens peccet mortaliter, ibid. num.116. & ſeq. Quid ſi poſt tranſgreſſionem, quis confeſſus ſit, vel conteratur, atq; poſtea ſententia, quæ erat ferendę, fulminetur, ibid.num.126.& 129.fol. 21. Explicatur numeris ſequentibus.

Lenocium petens Confeſſarius à Pænitentę in confeſſionis actu, vel propè, aut illius occaſione, an denunciandus, recoll.6.ſub numer.896.& ſequenti, fol.637.

Leuis materia, quando fiat grauis ratione, finis, & circunſtantiæ, in caſibus particularibus.recoll.1.num. 252.fol.37. An leuis reſpectu Sæcularis, aliquando fiat grauis reſpectu Religioſi, ibidem, num.258. Quomodò metienda ad euitandam Cenſuram, ibid. num. 322.fol.45.

Libellos famoſos conficientes, recollect. 4.fol.345.

Liberorum appellatione, qui nam veniant in materia communicationis cum excommunicatis non toleratis, Recoll.3, num.341.vſque ad numer.34. fol.294.

Libertatem Eccleſiaſticam violantes, Recoll.4 fol. 345. Quis abſoluat, etiam quando quis in dubio eſt, an illam violauerit, in addit. ad fol. 313. folio 698.col.1.ad finem.

Libros Hæreticorum legentes, &c.recoll. 4. fol. 346. Quid de libris Artis Magicę Negromantię, &c.ibid. Imprięétes ſine nomine Authoris, vel ſine approbatione Superiorum, ibid. cum Additione, in qua in ſpecie de libris Regulariū imprimendis ab exiſtentibus in ſtatu Eccleſiaſtico, & fol. 346. De Auxilijs, ſine licentia S.Congregationis imprimentes, recoll.6. num. 416.fol.555. Prohibitos legendi licentiam, quis concedere poſſit, recollect. 4.fol.325. Quando illos legens abſq; licentia incurrit excommunicationem, à quo poſſit ab ea abſolui, ibid. fol.ſeq.

Ligna ex Pinetis Rauennæ incidentes, recoll.4.hoc verbo, f.347. Vbi reſoluūtur dubia aliqua circà hanc materiā.

Litteras Papæ, antè Coronationem expeditas impugantes, recoll. 4. hoc verbo, fol.348. Mittens exiſtentibus in Conclaui ſuprà Verbo Conclauiſtis, fol. 299. Monialibus, recoll.1.nu.314. fol.44.

Locatio bonorum Eccleſiaſticorum, vltrà triennium facta abſque ſollemnitatibus, an ſubſtineatur pro primo triēnio, recoll.6.num.74.fol.512. Quid ſi addatur, vt tot ſint locationes, quot triennia, vel ꝙ antè ſecundū annum, ſit facta locatio pro alio triēnio, ibid. num.77. Quid de locatione ad vitam Beneficiarij, ibid.num.79. De eo, qui dedit mandatum pro locatione ad longum tempus, an cenſeatur dare facultatem mandatario, vt poſſit poſt triennium relocare ad aliud triennium, ibid.n.81.fol.513. Domus, facta vſurarijs manifeſtis, quando ſubiaceat excommunicationi, vel ſit illicita, ibid.num.347.fol. 545. & recoll. 4.fol.348.col.1.

Loquutio ſiuè palā, ſiuè ſecreta, quomodò ſit prohibita cum non tolerato, & quæ veniant nomine loquutionis, recoll.3.num.205.fol.256. Cum monialibus, an excuſetur à Cenſura ratione paruitatis materiæ, Rec.1.nu.259. & recol.6.n.1074. Nouitia, rec.2.n.560.

Ludens cum Epiſcopo, an incurrat caſum reſeruatum, vel Cenſuram impoſitam ab eodem Epiſcopo, recoll. 2.num. 264. fol.104. & recollect.6.ad finem.

Ludos taurorum, aliarumque ferarum permittentes, vel illis intereſſentes, recoll.4 fol.388.

Ludus alearum, vel taxillorum, quando ſit mortale in clericis, recoll. 6. num. 1069.fol.673. Quando incurratur ab eis ſuſpenſio, lata contrà ludentes, &c.ibid.nu. 1071.& ſeq. Qua pœna puniantur in foro externo, & an ſi perdāt pecuniam poſſint illam repetere, ibid.n.416.ad fin.f.553. Et an illā lucrantes interim poſſint eam tuta conſcientia retinere, ibid.numer.418.

An

Digitized by Google

An clerici hoc caſu poſſint, vti Clandeſtinam compenſationem, ibid.nu. 420.fol.554.Quid de Religioſis. ibid. num.1075.fol.675.

M

Magiſtri legentes Religioſis medecinam,aut leges, quando incurrant excommunicationem,recol.4. verbo Doctores,fol.403.

Mancipia q̄n fugiunt à Dominis, an gaudeant immunitate Eccleſiæ,ad quam confugiunt,recoll 4.fol.319.ad finem primæ columnæ,vbi quid de filijs familias,& militibus.

Mandans. ſuprà Homicidium Confeſſario,vt pænitentem ſollicitet, &c. an comprendatur in Conſtitutione Gregorij XV.Recoll.6.num.896.fol. 537.Extorſionem abſolutionis à cenſuris, vel dictam extorſiouem ratam habens, an incurrat excommunicationem,recoll.1.num.670 fol.77.

Maritus inuita vxore adultera, an poſſit non expetata ſententia Diuortij, ingredi Religionem,recoll.6.num.754. fol.602. Quid facere debet, quando vxor non eſt adultera, ſi vult ingredi Religionem, vel ordines ſuſcipere, ibid.num.ſeq.

Matrimonium ſcienter ineuntes cum impedimēto dirimēte,rec.4.f.348.Clandeſtinum cōtrahētes,ibid.f.349.Inter aliquos cōtrahi prohibentes,ibid. Illi aſſiſtentes Religioſi,abſq;licentia Parochi,ibid.fol.374. Verbo Religioſi, & recoll. 6. num. 478. Illud benedicentes,abſque dicta licentia, Recoll. 6.num 421. & ſeq. fol.574. vbi num. ſeq. qui nam dici debeat hoc caſu proprius Parochus. An hanc pænam incurrant, ſi Aſſiſtentes matrimonio eius, qui non eſt ſuus ſubditus,non ſint Sacerdotes,ſed Diaconi,nu.434. fol.555.Quæ mora in Parochia requiratur,vt quis hoc caſu dicatur ſubditus,ibid.nu.427. & nu.ſeq. An ſufficiat,ad validitatē matrimonij Sacerdoti,alieno credere dicenti,ꝙ habeat licentiam à proprio Parocho,ibidem nu.436.Illi aſſiſtens Parochus ſciens, inter contrahentes adeſſe impedimentum dirimens, an incurrat aliquam pænam,recollect.4. fol.369.& recoll.6.num.440. fol.556.

Mediatores in ſimonia, quam pænam incurrant,recoll.4.fol.749. Vtrum talis ſit interceſſor,in addit. ad fol.391.

Medicinæ, vel iuri ciuili operam dantes Clerici,vel Religioſi,quādo incurrāt excomunicationem,recol.4.fol.349.

Mendicantes ordines, qui nam ſint. Recoll.6.num.789.fol.611.

Metropolitanus, quando poſſit abſoluere à cenſuris reſeruatis S.P.à ſuis ſuffraganeis,recoll.2.num.268.& ſeq. folio 175.Cætera ſuprà Archiepiſcopus.

Metus,& vis quomodò differant, Recoll. 1.num.413.fol.57. Quotuplex ſit,ibidem.num.315.Quando minuat culpam,ibidem. num.418.fol.58.Grauis vtrum excuſet à Cenſura lata pro actu non intrinſeco malo, ibidem, num.416. An excuſet participantem, cum non tolerato, num. 420. Quid de deferentibus ex metu, libellum, vel cymbam tranſuehentem duellantes,num.423. An excuſet à præcepto ieiunij,recitationis officij, auditionis Miſſę in die feſto,etiam ſub Cenſura iniuncto,num.424.Quid ſi actus prohibitus à iure poſitiuo,ſit etiam prohibitus à iure diuino, poſitiuè tamē, vt eſt integritas confeſſionis,ibidem, 425.vbi num.427: De actu prohibito à iure diuino, vel naturali negatiuè, fol.59. An excuſet ab effectu cenſurarum, ſcilicèt irregularitate, &c. ibid. nu.531.& duobus ſequentibus. Quid ſi ſit illatus in odium Religionis, vel Poteſtatis Eccleſiaſticæ,ibid. nu. 435. An excuſet,vbi aliquid prçciperetur, etiam cum periculo mortis, nu. 416. Quid ſi metus proueniat ex ſuo delicto,num.438.Quando cenſeatur grauis,ibid.num.434.fol.60.

Milites quomodo poſſint communicare cum Duce belli non tolerato,Rec.3. nu.382.fol.280. An gaudeant immunitate.ſup. Mancipia. Sancti Ioannis, aliorumque ordinum militarium,an gaudeant priuilegio fori, Recollect. 2.num.478.& ſeq.fol 731.Clerici eorundem ordinum militarium, an comprehendatur, ſub communibus legibus aliorum Regularium,recoll. 4.Verbo Religioſi,fol.376.col.1.

Minis terrentes per ſe,vel per alios eos,qui in Romana Curia litigant,occaſione eiuſdem litis,recoll.4.fol.349.

Miniſtri Pænitentiariæ aliquid accipientes etiam à ſponte dantibus, Recoll. 4.fol. 349. Mniſtrum Sancti Officij, vel Denunciatorem in dicto Tribunali, terrefacientes,ibid.

Miracula falſa, vel incerta in concionibus, vel ſermonibus euulgantes, recoll.4. fol.350.

Miſſam inceptam Sacerdos. abſque rationabili cauſa relinquens,imperfectam, recoll.4.hoc verbo,fol.350.& recoll. 6.num.



Digitized by Google

6.num.838.& 846.fol.613. Illam celebrare pro excommunicatis toleratis,an ſit licitum, recoll.3. num. 189. fol.254. Audiens ſimul cum excommunicato, an dicatur cum eo communicare, *ibid.* numer. 215. fol.258. Quando dicatur cum eo Miſſam audire,num.517.Talis communio,an ſit mortalis,vel venialis.ibid.numer. ſeq. Illam non audiendo populus, quando Sacerdos eſt impeditus in feſto, an peccet,ibid. num.236.folio 261.Inſeruiens excommunicatus, an præter peccatum, incidat in aliam pænam,ibid.num.238.Celebrans exterus Sacerdos, ſinè licentia ordinarij loci,an incidat aliquam pænam. Recoll. 6.num.442.*fol.* 556. Ne quis celebret in Eccleſijs Regularium, an poſſit prohibere Epiſcopus,ibidem, nu.444.Inceptam,relinquere,quibus ex cauſis abſq;culpa,poſſit Sacerdos, ibid.n.446. & ſeq.f.613. An poſſit illam proſequi Sacerdos recordans, ſe non eſſe ieiunum, ibid.nu 848.Quid ſi recordetur eſſe excommunicatum, &c.vel non confeſſum fuiſſe aliquod peccatum mortale, ibidem. Quale ieiunium requiratur, & an in eo excuſet paruitas materiæ, ibid.nu. 867. fol. 630. Peccatoris publici, an licitè poſſimus audire,ibid. Reſ.781.f.608. In ea non communicans,Sacerdos,in quam pænam incurrat,ibid.nu.851.f. 625.vbi num. ſeq. quando non dicatur,ſe in ea communicare. Sacerdos celebrans in loco non conſecrato, vel extrà Eccleſiam,quã & qñ pęnam incurrat,ibid.num.848.fol.626. Quibus caſibus id ſit licitum, ibid.n.ſeq. An poſſit celebrari in Oratorio priuato,ibid. num. 852. Qui nam concedat licentiam illam celebrandi extrà Eccleſiam,ibid.num.854.fol.627. Celebrans ſine ſtola, an & quando peccet, ibid. num.856.Duas, vel plures Miſſas in eodem die celebrans, quam pænam incurrat,& à quo poſſit puniri,ibid num.857.fol.628.Grecus celebrans Ritu latino, vel latinus Ritu greco,ibid. num. 861.fol. 629. Quid de latino audiente Miſſam Grecam,ibid. Vbi an, vt quis ſatisfaciat præcepto,opus ſit,vt miſſa ſit de Dominica, vel feſto. Illam celebrans, non ordinatus, quam pænam, hodiè incurrat,ibid.nu.859.fol. 628. Ipſam poſt finitam Epiſtolam audiens, an ſatisfaciat præcepto, ibid. num. 840. fol.624. Exterus celebrans, abſque licentia ordinarij loci, an in aliquam pęnam incurrat,recoll.6.nu. 444. fol. 557.vbi addit.

Mobilia pretioſa, quæ non poſſunt à Regularibus alienari,quæ nam ſint, in addit.ad fol.514.num.93.lin.5.

Moderamen inculpatę tutelę,quod nam ſit ſuprà defenſio.

Monachi appellatione, qui veniant ad effectum priuilegij canonis,ſi quis ſuadente,recoll.5.num.15.fol.404. An veniant Apoſtatæ,ibidem. num.364. Nigri,vide ſuprà Abbates.

Monaſteria noua erigentes Regulares, abſque forma præſcripta in Conſtitutionib⁹ S.S.P.P.quã pęnã incurrãt, rec.4.hoc verbo,f.350.An idē obſeruãdũ,in mutatione veterũ,ibi. videte de hac materia ibi,in addit. Vbi ēt de Monialium Monaſterijs erigēdis aliiſque locis Eccleſiaſticis. Monialium ingredientes ad ſe tuendum à Curia perſequente, vel ob metum mortis, abſque licentia,an incurrant excommunicationem. Recoll.1. num. 442. & ſeq. fol. 60. Quid de ingredientibus ad finem extinquendi ignem, vel ob alium caſum repētinum,ibid. num.450.fol.61.Regularium, an dicantur loca exempta, & extrà territorium, ità vt ibi tranſgredientes leges Epiſcopales,non incurrant in pænas, &c. Recoll. 2. num. 323. & ſeq. fol.113 & Recoll.6.ad finem.

Monetam tondentes, vel falſantes clerici, & Regulares, hodiè traduntur Bracchio Sæculari,recoll.4.fol.351. col.1. vbi fol.præcedenti de Cenſura lata contrà falſantes monetam Regis Franciæ.

Moniales extrà caſus conceſſos, clauſuram violantes, Recoll. 4. hoc verbo, fol.351. Quis nam det illis licentiam tranſeundi ad aliud Monaſterium, ibid.in addit.fol.350. Vbi an deferant ſecum dotem datam primo Monaſterio.Illas, quæ clauſuram violauerunt receptantes, vel comitantes, &c.Recoll.4.fol.351. Illarum Monaſterium ingredientes prætextu, vel non prætextu facultatum,ibid.f.352. vbi addit. Quid ſi ad malum finem, ibid.354.Aufugientes à Monaſterio, debent compelli ſub Cenſuris ad redeundum,& ſimiliter Monaſterium, ad illas recipiendas, in ſupracitata Addit.ad fol.351.Illarum Monaſteria ingredientes ſuperiores,ibid.fol.356 Quid de Confeſſarijs,& alijs ſeruientibus,in addit.ad fol.357. Sui ordinis



Digitized by Google

Monialibus, ſcribentes, fratres Eremitani Sancti Auguſtini, ibidem, folio 356. Illarum Viſitatores impedientes, ibidem. Illarum Abbatiſſę electioni, ſe immiſcentes. Rec.4.fol.313. In marem erumpentes, an teneantur, ſe transferre in Monaſterium virorum, in Addit. ad fol.351. colum. 2. ad finem. Earum translatio de vno Monaſterio in aliud, quibus circumſtantijs fieri debeat, ibid. Incorrigibiles, an poſſint eijci à Monaſterio. Recollect. 6.nu.523.fol.542. Admiſſæ ad chorum, ſi neſciant legere, an ſatisfaciant recitando officium laicarum, ibid. num. 1022.fol.663. Tales, quorum officiorum monaſterij, ſint capaces, nu.1024. Quid de Bigamis, ibid.ſub num.776.fol.607. Quæ gaudeant priuilegio Canonis, Recoll. 5. num.15.fol. 404. Subiectæ Regularibus, an gaudeant eorum priuilegijs. Recoll.2.num.475.fol.131. Cum illis loquentes, ſi ſunt exemptæ, an incurrāt excommunicationem latam ab Epiſcopo, &c. Recoll.2.num.385. Quid ſi excommunicatio eſſet non contra loquentes, ſed contra accedentes, vel euntes, &c. ibidem num. 386.fol.121. Quale monaſterium ipſarum debeat eſſe, ad hoc vt non extendatur ad illud Cenſura lata ab *Epiſcopo*, ibid. num.393.& ſeq.*fol*.122. Illas ſollicitans *Confeſſarius* in Parlatorio communi, vbi etiam ſolent audiri confeſſiones, quando denunciandus, Recollect.6.num.922.fol.642.

Monitorijs ad reuelandum, qui teneantur parere, recoll.2.num. 46. fol. 114.

Monitio, quomodò differat à citatione, recoll.1.num. 107.& 108. fol. 17. Requiſitam ad validitatem Cenſuræ latæ ab homine, an poſſit tollere S.P. Recoll.6.num.216.fol.129. An requiratur in omnibus cenſuris, ibidem, num. 226. An etiam in declaratione ipſarum, vel lata in modum defenſionis, recoll.2.num.609. Quando contineatur ſub præcepto, ibid. nu. 601. fol.147. In quibus caſibus omitti poteſt, ibid.num.612.fol.149.

Montium *Pietatis* ſtatus Eccleſiaſtici, Miniſtri diſponentes de pecunijs, &c. Recoll. 4. hoc verbo, fol. 357. Quid de miniſtris aliorum montium, extrà dictum ſtatum, ibid.fol.ſeq.colum.1. In ſpecie, an poſſint negotiari de pecunijs ipſorum montium in ſuam vtilitatem, ibid.colum.1.ad finem.

Mortuus an ſit ſubditus Eccleſię, ad finem obtinendi abſolutionem à Cenſura, Recoll.1.num.469.fol.64. An poſſit excommunicari, recoll.2.num.457. & ſeq.f.129. A quo abſoluatur à Cenſuris reſeruatis S.P. vide ibi in addit.

Mulieres habentes priuilegium à Sede Apoſtolica ingrediendi monaſteria monialium cum conſenſu earundem monialium, qualiter debeant habere dictum conſenſum, recoll.4. fol. 358.col.2. Vbi etiam pro quibus vicibus intelligatur conceſſa dicta licentia. Timore mortis inferendæ, ſibi à maritis, vel parentibus, ingredientes abſque licentia monaſteria monialium, an incurrant excommunicationem, ibid. col. 2. Ingredientes monaſteria Regularium, ibid.fol.359. col.2. Vbi etiam de illas admittentibus, de qua re etiam, recoll.6.nu.698. & ſeq. fol. 621. alias 613. Requiritur præſumptio, ibid.n.800. Quis abſoluat dictos Religioſos, illas introducentes, ibid.nu.ſeq. Vbi de illas tantum receptantibus, poſtquam fuerunt introductæ.

Munera accipientes Officiales Pœnitentiariæ. Recollect. 4. hoc verbo, fol. 361.colum.2. Facientes, communitates ſtatus Eccleſiaſtici, ibidem. Accipientes, Officiales ſtatus Eccleſiaſtici, ibidem, fol.362.col.1. Quid de Officialibus habentibus iuriſdictionem ſpiritualem, ibid. Quando teneantur ad eorum reſtitutionem, ibid.colum. 2.ad finem. Quid de Viſitatoribus, ibid.& recoll.6.verbo viſitatores, Illorum datio, vel receptio, an ſit prohibita, etiam excommunicato non tolerato, vel eius familię, recoll.3.num. 206. An illa recipiens ab excommunicato teneatur ad reſtitutionem, ibid. num. 290. An ab eo liceat recipere ſubſtentationem, vel vinum ad celebrandam miſſam, extrà caſum neceſſitatis, ibid.num. 20. folio 267. Vbi quid ſi accipiatur, aliquid de ipſius domo, eo abſente.

N

NAufragantium bona diripientes. Recoll.4.fol.363.col.2.

Neceſſitas, an excuſet à cenſura, quando actus prohibitus ſub ea eſt malus, quia prohibitus, recol.1.n.439.fol.60. An etiam excuſet ab effectu cenſuræ, ſcilicet irregularitate, ibid.num.444. Euitandi ſcandalum, an ſit ſufficiens. ibid.num.449. Quid ſi non vrgeant in

propria

Digitized by Google

propria perſona,ſed aliorum,ſibi coniunctorum,ibidem. num. 444.circà mediũ. Qualis debeat eſſe ad hoc vt excuſet ab incurſu cenſurarum,ibid. num. 451. Qualis ad excuſandum à communicatione cum non tolerato, Recoll.num. 288.& ſeq.fol.282. Eius cauſa,quę fiunt,numquam prohibita cenſeri debẽt ſub cẽſura. Rec.1.n.440.

Negotiari de pecunia Domini, quando poſsũt negotiorũ geſtores, ſeù agẽtes negotia aliorũ,Theſaurarij, Miniſtri Montium,&c. in ſui commodum, recollect.4.fol.358.colum.1. ad finem.

Notorius Viſitatorum, an poſſit accipere emolumenta pro decretis, & ordinationibus viſitationis,recoll. 6.numer. 984.fol.654.Epiſcopi, quid recipere poſſit ab ordinatis,Recoll.

Notorium delictum,ſeù offenſa publica, quæ ſit,recoll. 2.numer.149.folio 94. Facti non iuris requiritur hodiè,iuxtà extrauagantẽ ad euitanda,vt excommunicatus debeat euitari, recollect. 3.num.100.fol.239. Sic etiam circa notoriũ percuſſorẽ clerici,ibid.n.153. f.247. Hoc pendet à numero eorum, qui fuerunt præſentes dictæ percuſſioni,ibid.num.154. & num. 163. ad finem. An poſſit dari caſus, in quo notorietas facti ad ſit, tamen quis non obligetur euitare notorium clerici percuſſorem,& quando,ibid. num.166.& ſeq.vide etiam,in Addit. ad fol.252.col.1.lin.24.

Ad ipſius probationem requiritur, etiam in excuſabilitas, ideſt quòd percuſſio fuerit facta corã pluribus,ac ẽt aperta iniuſtitia ipſius percuſſionis clerici. ibid.n.168.Percuſſor debet citari à iudice ad dicẽdum cauſam quare, &c. antequam denuncietur,ibid.nu.178. & ſeq.fol.251.In vno loco,an ſit euitandus in alio loco, ibid. num. 180. fol. 252. Et quid de dubitante, an quis ſit notorius clerici percuſſor,nu. ſeq.

Notorietas criminis, quamuis grauis, & immanis, quando reddat aliquem irregularem recollect. 6. numer. 875. fol.632.

Nouitatum inuentio, quale peccatum ſit,recoll.4.verbo Ordinem, fol.368. colum.1.vbi Additio.

Nouitij veniunt appellatione Religioſorum in fauorabilibus,non autem in odioſis, recoll.4. verbo Religioſi, fol. 375.& recoll. 2.num. 476. Quid dare poſſint Monaſterio infrà tempus probationis,& quid ab eis,poſſit Monaſterium recipere.ibid.fol.380. An tàm ipſi,quàm Nouitiæ Monialium gaudeant priuilegio Canonis,recoll. 5.num.27.fol.470.Quid ſi ſint impuberes, & ſic eorum ingreſſus nullus, ibidem.num.29.Quid ſi ſint admiſſi, tamquam hoſpites per aliquod tempus,ibid.num.25.vbi Additio,in qua agitur de admiſsis prò educãdis.Percutiẽtes profeſsũ,à quò poſſint abſolui.ſuprà abſolutio,quomodò poſſint ordinari.ibid.Remiſſiuè, & nu. 556. & ſeq.f.406.An poſſint abſolui à cenſuris cõtrà illos latis ab alio iudice in foro exteriori, & quid ſi de facto abſoluantur,an reincidant, ſi egrediantur à Religione,recoll.2.numer.897. & duobus ſequentibus, fol. 180. Cui Iudici p delicto,ſubdãtur,ibid.n.556. f.141.An incurrãt caſus, vel cenſuras reſeruatas in Religione, ibidem, nu. 558. & ſeq. An poſſint excommunicari ab ipſo Superiore Regulari, vel ab Epiſcopo,num.163.& ſeq.fol.142.

Nullitates contrà ſententiam cenſuræ Coram quo Iudice proponendę ſint, Recollect. 2. num.667. & num. 158. Quando ſunt ex defectu iuriſdictionis,mandati, & citationis,an admittantur in cauſis cenſurarum,ibidem num.997.fol.219.

Numerus perſonarum, qui nam ſit neceſſarius, vt factum coram ipſo, dicatur notorium,recoll.3.numer.156. & ſeq.


O


OBlati, an gaudeant priuilegio Religioſorum,recollect.2.num. 480. & num. 131.videte,recoll.5.ſub nu.28.

Oblationes Eccleſiæ factas,auferentes,recollect. 4. fol 366. Alterius Eccleſiæ, accipientes, vt applicent alteri Eccleſiæ,ibid.fol. 367. Debitas,non ſoluentes. ibidem. Vſurariorum, accipientes clerici,quam pænam incurrant, & quomodò teneantur ad earum reſtitutionem, recoll. 6. à num. 456.Raptorum Eccleſiarum,fol.559. vbi additio.

Oblationes factæ alicui Sacræ Immagini, quando poſſint alienari, in Addit. ad fol.514.nu. 93.lin.5. A raptoribus Eccleſiarum recipientes, in Addit.ad fol.559.

Obligatio ſumendi vtramque ſpeciem in Miſſa eſt iuris diuini, Recollect.6. num.842.ad finem.fol.625.

Obſeruatio habet vim præſcriptionis rec. 5.num.


Digitized by Google

5.num. 446.folio 461. Non autem habet locum, vbi verba ſunt clara, ibidem.

Obſidentes vias, & adorientes Romipetas, recoll.4.fol.367.

Occidentes eos, qui accedunt ad Romanam Curiam, recoll.4.fol.367. Cardinalem cum moderamine inculpatæ tutelæ, quam excommunicationem incurrant, recoll.5.num. 310.fol.442.

Offendentes Cardinalem, Epiſcopum, &c. recoll. 4.fol. 367. Clericum tentantem auferre alicui pudorem, Recoll. 6.num.315.& 334.fol.490.

Offenſor qualiter teneatur petere veniam offenſo, & quid ſi adeſt diſparitas inter ipſum, & offenſum, Recollect.6. num. 642. & ſeq. fol. 491. Offenſa manifeſta, quæ nam ſit. ſuprà, Notorium.

Officiales Laici non præſtantes eorum auxilium, circà reſtitutionem, vel conſeruationem clauſuræ monialium, recoll.4.fol.367. Quando excedunt in exequutione ſui officij, an liceat eis reſiſtere, recoll.5.num.320. & 402.fol.443.

Officium Sæculare recipientes Sacerdotes, recoll.4.fol.385. Quid ſignificet, hoc nomen apud Canoniſtas, recoll. 5.num.216.fol.431. Diuinum, priuatim recitans cum non tolerato, Recoll.3.num.18.fol.122.

*Onere duplici, nemo debet grauari*, Recoll. 5.num.491.fol.469.

Opinionem probabilē quando quis poteſt ſequi, in moralibus, etiam relicta probabiliori, recoll.1.num.47. & 49. fol. 8.& recoll.5.num.127.fol.421.

Orare pro excommunicato, qua ratione prohibeantur fideles, recoll.3. num. 211.fol.257. Cum eodem excommunicato non tolerato in oratione publica, quando fideles dicantur communicare, ibid. num. 213. & & ſeq. Quando in oratione priuata, ibidem, num.228.& ſeq.

Oratorium, quale gaudeat immunitate, Recollect.4.fol.318.col.2.vbi Addit. Priuatum, quod nam ſit, & quod publicum, recoll.6.numer. 853.fol.627. Quid de Oratorijs Regularium, ibid. num.854.

Ordinarius loci, quando exprimitur in Bulla, quis intelligatur, recoll.7.num. 56.fol.

Ordinem, ſeù Religionem nouam inſtituentes, &c.recoll.4.fol.367.

Ordinem Sacerdotij, & Epiſcopatus, an quis poſſit eodem die accipere, Recoll.6.num.608.fol.508. Poteſt ſuſcipere Baro, ab Epiſcopo feudi, cuius eſt Baro. Nouarius, par.1. quæſt. forenſium, quæſt.85.num.7.

Ordinatus, an gaudeat priuilegio Canonis, ſi non eſt baptizatus, recollect.5. numer. 4.fol.402. Quid de ordinato coactè, ibid.num.2. Quid de ordinato per ſaltum, vel ab alieno Epiſcopo, vel cum dimiſſorijs falſis, vel abſque dimiſſorijs, ibid.num.3. & num. 95. fol. 415. An ſufficiat ratihabitio proprij Epiſcopi, recoll.6. num. 771. fol.606.& num.777.fol 607. & num. 500. Quid de ordinato ab Epiſcopo excommunicato, ſuſpenſo, &c. ibid. Vbi etiam de ordinato in dementia, vel antè legitimam ætatem, aut per ſimoniam, num.59.fol.410. An dicatur ordinatus per ſimoniam, quando committitur eo ignorante, recollect. 6.nu.695.fol.594. De ordinato, dum erat in ſeruitute, ibid.nu.3.ad finem, vbi Additio. De ordinatis infrà annum à morte Epiſcopi cum dimiſſorijs Capituli, ibid.nu.92. & ſequenti, fol.415. De ordinatis in Regno, contrà formam Decreti S. Congregationis, recoll. 6.num.766.& ſeq.folio 605. Quid de bigamo ordinato, ibid. num.771.& ſequentibus. Vbi an talis poſſit cogi ad deferendum habitum. Abſque dimiſſorijs proprij Epiſcopi, in quam pænam incurrat, ibidem, num.777. fol. 607. Cum Diploma S.P. tēpore Sedis Epiſcopalis vacātis, an debeat, & à quo habere litteras commendatitias, ibid.nu.116.fol.518. & num. 663. fol. 560. De Religioſis ordinatis cum dubio validitatis profeſſionis, ibid.num.445.fol.557. cum pluribus, n.ſeq. vide etiā, ibid.n. 664. De ordinato ab Epiſcopo Hęretico, Schiſmatico, &c.ibid.num.707. folio 595. Quid ſi ignoranter, vel ex metu cadente in conſtantem virum, ibid. num.706.fol. 596. De coniugato ordines recipiente, ibidem.num.744.& ſeq.fol 600. De Grecis ſic ordinatis, ibid.num.760. fol.604. De ordinato furtiuè. ſuprà furtiuè. De ordinato antè vſum rationis, ibid. num. 647. fol.569.

Ordinatus celebrans cum ſuſpenſione incurſa ex acceptione ordinum ab Epiſcopo Schiſmatico, excommunicato, &c. an efficiatur irregularis. Recoll.6.num.713.fol.597. Vinculo excommunicationis ligatus, an ſit ſuſpenſus, ibid. verſ. ordinatus. De laico acci-

acci-

Digitized by Google

accipiente primam tonſuram ab alieno Epiſcopo,an ſit ſuſpenſus, ibidem,num.516.fol.567.& num.638.& 641.f.584. An ordinatus ab Epiſcopo originis paternæ, dicatur ordinatus ab alieno Epiſcopo, ibid. num. 520. fol. 568. Ab Epiſcopo domicilij, an abſque eius dimiſſorijs, poſſit ordinari *alijs* ordinibus ab Epiſcopo ori-*ginis*, vel Beneficij, ibid. num. 779. fol.607. A S.P. an poſſit, abſque eius licentia alios ordines ſumere ab Epiſcopo,ibidem ad finem. Per ſaltum in quam pœnam incurrat,num. 723. & ſeq fol.598. An talis poſſit,abſque diſpenſatione ordines prætermiſſos recipere,ibid.num.730. An diſpenſatus recipere ordinem prætermiſſum, poſſit etiam exercere ordinem per ſaltum receptum.ibid.num.744. fol. 600. Non ſeruatis interſtitijs, an ſit ſuſpenſus,ibid.num.574.fol.576.Sine titulo,vel patrimonij, vel Beneficij, quam pœnam incurrat,ibid.num.666. Quid ſi cum patrimonio ficto, ibid. num.668.fol.589.vbi num.ſeq.Quando dicatur quis ordinatus cum patrimonio ficto,ibid. num. ſeq. De alienante dictum patrimonium, ibidem, num.662.& ſeq. De retrocedente dictum patrimonium, ibid. num. 669. fol. 590. An poſſit quis ordinari ad titulum hæreditatis paternæ, vel magiſterij, &c. ibid. num.659. De ordinato antè legitimam ætatem ordinibus ſacris, quam pœnam incurrat, ibid.num.527.fol.569.& numer. 544. fol.571. Quid ſi id eueniat ex errore ibid.num.529. Qui defectus ætatis,ſit notabilis in hac materia, ibid. num. 537. A quo tempore computetur dicta ætas,num.538. Adueniente ætate legitima, an egeat diſpenſatione, ibid.num. 556. fol.573. De ordinato extrà tempora, ibid. num. 558. Quid de Regularibus,ibid.numer.563.vbi Addit. Quid de habentibus diploma Pontificiũ, vt in tribus diebus,& qui ſint dies, in quibus poſſint recipere dictos ordines maiores,ibid.nu. 570. fol.575. Cętera vide ſuprà Epiſcopus.

Oſculum dare excommunicato non tolerato, an liceat Recollect.3.num.204.fol.256.

P

Palatium Epiſcopi,an gaudeat immunitate,& quid de Domibus Parochorum,vel Canonicorum, recoll.4.fol. 318.col.2.& ibi in addit. Palatij Apoſtolici bona diripientes, Recollect.4. fol. 368.

Pallij receptio, quomodò in Archiepiſcopo, vel Patriarcha ſit neceſſaria,recoll.1.num.79.& recoll.6.num. 184. Vbi de materia,latè. Quando debet peti,ibid.num.166.fol.520.

Papa an poſſit tollere Clericis, vel Religioſis priuilegium Canonis, ſi quis ſuadente,&c. Recoll.5.num.727.fol. 503. An poſſit diſpenſare, quod excommunicatio ferri poſſit, abſque monitione, vel citatione. Recoll. 2. num. 608. fol. 148. An poſſit ligari Cenſuris,ibid.num.281.fol.106. An ipſe poſſit illis ſe ſubijcere,ibidem, num.num.ſeq. An alteri committere poſſit,vt ipſum excommunicet,ibid. num. 284. An poſſit ſe ipſum abſoluere à Cenſuris,& quomodò. recoll. 1.nu.470.fol.64. Euitando aliquem, an declaret illum excommunicatum,ibid.num.545.fol.74. An communicando cum excommunicato, teneatur illum abſoluere, ibidem, num.546.ad finem. In eius electione, formam nouiſſimam non obſeruantes,recol.4.fol.368. Nomen vſurpans ibid.fol.369.col.1.

Papatum ambientes cum tractatu,viuente Papa, ibidem. Quid ſi interueniret promiſſio alicuius rei,ibid.folio 370. col.1.

Parochus temporibus prohibitis benedicens nuptias, an incurrat aliquam Cenſuram. Recollect.6.numer.780. fol.608. Quid de eodem coniungente aliquos, omiſſis denunciationibus, ibidem. Vbi etiam de eodem coniungente ſuos ſubditos, extrà ſuam Parochiam Aſſiſtens matrimonio cum ſtola,dum eſt ſuſpenſus, vel excommunicatus, an incurrat irregularitatem,ibid. num. 1017. Abeſſe an poſſit paucis diebus à Parochia, abſque licentia Epiſcopi, ibidem.num. 184. fol.515.

Particulæ,in qua parte miſſæ poſſunt conſecrari,recoll.6.numer.845.fol. 620. An cum ea,deficiente Hoſtia grandi, poſſit quis miſſam celebrare, in addit.ad fol.626.

Partis nomine,qui veniat in materia ſatiſ-factionis

Digitized by Google

factionis præſtandę, ad finem obtinendi abſolutionem à Cenſuris, Recoll. 2. num. 918. fol. 206.

Patrimonium ordinandorum ſuprà Epiſcopus, & ordinatus. Clerici id quod ſpectat ad Cappellaniam non collatiuam, vſurpantes, an incidant in excommunicationem Bullæ Cænæ, recollect. 4. fol. 40. col. 2. ad finem.

Patronus præſentans indignum, an priuetur prima vice poteſtate præſentandi, recollect. 6. num. 256. fol. 534. Vſurpans bona Eccleſię, cuius eſt patronus, quas pœnas incurrat, in addit. ad fol. 370. An poſsit apponere pactum in fundatione, vt cum Eccleſia vacabit, fructus ad eum ſpectent. Recollect. 4. fol. 401. col. 1. & fol. 994. Vbi de alijs ad hanc materiam ſpectantibus.

Pauper, an licitè poſsit ſedere ad menſam, cum diuite excommunicato, propter eius neceſſitatem, recoll. 3. num. 390. fol. 231. Epiſcopus pauper, quis iudicandus, in addit. ad fol. 652. num. 969.

Peccatum, quale requiratur ad incurrendam Cenſuram, vel ad illam ferendam, ſuprà Cenſuram. Illius grauitas vndè ſumatur, recoll. 1. num. 9. ad finem, & numeris ſequentibus, latè exemplificatur, fol. 15. Quomodò ab eo excuſet paruitas materiæ, recoll. 5. num. 174. ad finem, fol. 427. Et quid de inaduertentia, ibid. num. 191. fol. 429. An multiplicetur, ex multiplicitate perſonarum, quibus infertur iniuria. ibid. num. 203. fol. 430. Conſtituti in ſacris, quando ſit ſacrilegium, ibid. n. 213. fol. 431. Publicum, habet malitiam generalem ſcandali, ibid. num. 396. fol. 454.

Pecunię appellatio, quotupliciter accipi poſsit, recoll. 4. fol. 358. col. 1.

Penſionem non ſoluens in tempore Titularis, recoll. 4. hoc verbo, fol. 370. Illam ſoluens, litteris non expeditis, ibid. in addit. Emens, vel vendes licèt committat ſimoniam, non tamen eſt excommunicatus, in eadem Addit. Vbi etiam de penſionario habente licentiam transferendi penſionem quando in ea translatione, poſsit committere ſimoniam, illam obtinens, ſi non incedat in habitu, an gaudeat priuilegio clericali, recoll. 5. num. 22. fol. 494.

Percutiens, aut vulnerans aliquem in Eccleſia, an incurrat aliquam cenſuram, in addit. ad fol. 371. col. 1. poſt lin. 21. An gaudeat immunitate, ibid. Quando per illam polluitur Eccleſia, ibid. remiſsiuè. Clericum publicè percutiens an debeat abſtinere à comunione fidelium in diuinis, & humanis, in addit. ad fol. 262. lin. 14. an finem. Seipſum clericus pcutiēs, an incurrat excommunicationem, Recoll. 5. n. 126. fol. 420. Quid de clericis pueris, inuicem ſe percutientibus, ibid. nu. 446. Quid de percutiente clericum inuentum cum vxore, filia, &c. ibid. nu. 326. & ſeq. An ſaltè peccet mortaliter talis, eo modo percutiens, & teneatur ad aliquam reſtitutionem, ibid. nu. 332. An idem ſit de patre inuenienti clericum turpiter agentem cum filio, Nepote, &c. ibid. num. 347.

Percuſsio facta in loco publico, quando poteſt eſſe magis, vel minus iniurioſa, Recoll. 5. ſub num. 397. & 399. fol. 454. Vt iudicetur grauis, vel leuis, an debeat attēdi exiſtimatio communis, ibidem. num. 370. fol. 450. Quando eſt notoria, an egeat probatione, ibidem. num. 396. vide etiam num. 478. fol. 455. An reddatur grauis ex dignitate perſonę percuſſę, ibid. num. 401. & 404. & 408. An ex eo, quòd induti ſunt habitu Sacerdotali, &c. ibid. nu. 406. Quid de percuſsione facta inter Religioſos extrà clauſtra, vel inter Religioſum, & clericum ſæcularem, ibidem, num. 409. Subditi, erga ſuperiorem, an iudicanda ſemper grauis, ibid. num. 394. & 397. Quomodò ex ſanguinis effuſione, ibidem. num. 375. & 385. verſus finem, fol. 484. Quomodò attentis circunſtantijs, leuis efficiatur grauis, & è contrà, ibid. num. 387. & ſeq. & 395. fol. 453. Remittitur arbitrio prudentis viri, ibid. num. 351. 353. & 385. In dubio, quomodo iudicanda, num. 356. fol. 448. Traditur Regula ad id iudicandum, num. 359. & ſeq. Sacrilegij malitia in percuſsione clerici, vndè proueniat, ibid. num. 174. ad medium, fol. 427. An dictum ſacrilegium pertineat ad virtutem Religionis, ibid. num. 211. fol. 431. An aliquando non ſubiaceat excommunicationi, ibid. num. 214. & ſeq. Facta manu aperta, an ſemper ſit grauis, ibid. num. 377. Et quid ſi inter clericos, ibid. num. 379. ad finem. Quid ſi ſit facta baculo, ſine tamen ſugillatione, ibid. num. 380. Quid ſi ſit facta in loco publico, ibid. num. 364. & 370. Mediocris, quæ dicatur, ibid. num. 384. fol. 452. Cætera vide ſuprà excommunicatio ob percuſsionem



Digitized by Google

clerici.

Peregrinus, an adſtringatur peculiaribus legibus loci tranſitus, recoll.2. num. 730.fol.126.

Peregrinantes ad D.N.Sepulcrum, abſq; licentia, Recollect.4.hoc verbo, fol. 371.Sacerdotes,quomodò Miſſam celebrare poſſint,infrà Sacerdos.

Periurus clericus, an ſit ipſo iure ſuſpenſus,recoll.6.fol.609.in principio. Vbi à quo iudice ſit puniendus, quando tale crimen commiſit coram Iudice ſæculari. Quis dicatur periurus, ibidem.

Perſonarum appellatione veniunt non ſolum maſculi, ſed etiam fœminæ, Recollect.6.num.889.fol.635.

Piratæ diſcurrentes mare Pontificium, Recoll.4.fol.372.col.1.

Poculum ſterilitatis præbentes. Recollect. 4.fol.372.& Recoll.7. nu.21.fol.680. Vbi an includantur in caſu Abortus.

Pœnę latæ contra alienantes bona Eccleſiæ, an hodiè vigeant, recoll.4. verbo Commiſſarij,fol. 296. Quando incurrantur, Recoll.6.nu 85.fol.514.Plures pro eodem delicto nō debeat imponi. Recollect.5.num.491.fol.469. Impoſitæ contra Regulares ferentes Cenſuras, abſque requiſitis, an habeant locum contra Superiores ferentes ſuſpenſionem à confeſſionibus audiendis, Recoll 2.numer.758. fol.173.

Pœna perpetui carceris, an hodiè ſit in vſu.Recoll.5. num.226. Quid de pœna detruſionis in monaſterium, ibid. Quid de pœna Triremium, & quando ad iſtas pœnas damnari poſſit perſona Eccleſiaſtica, ibid. num. 239.& ſeq.fol.433. num. 242.& 247. Verberum, an poſſit imponi à Iudice Eccleſiaſtico, perſonis Eccleſiaſticis, numer. 248. fol. 434. An poſſit committi exequutio dictorum verberum perſonæ laicæ, num. 261. & 264. & 271. fol. 436. An circà hoc habeant Regulares aliquod priuilegium,ibid.num.263. Quid de pœna fuſtigationis, an poſſit imponi perſonis Eccleſiaſticis,ibid. Quid de pœna ictuum funis, ſeù vt vulgo dicicitur tratti di corda, publicè, ibidem.num. 252.fol.434.

Numquam incurritur in foro conſcientiæ, niſi poſt condendationem, Rec.1. num.69.fol.10. Fallit in cenſuris latæ ſententiæ, ibid.76. vbi num.ſeq. De ratione huius limitationis. Quid de pœnis priuationis vocis, officiorum, vel beneficiorum, aut inhabilitatis ad illa, ibidem.num.83.& 85. Quid ſi in iſtis addantur illa verba, abſque vlla declaratione, vel Iudicis ſententia, ibidem.num.88. Priuationis vocis an ſit ſpecies ſuſpenſionis, recoll. 6. num.809.fol.623. aliàs 615. Simpliciter impoſita, de qua intelligatur, actiua ſcilicet, vel etiam paſſiua, ibid.nu. ſeq. Illa poſita contrà ſuffragantes indigno non incurritur, niſi ſequatur electio, recollect. 1. num. 313. fol.44. Impoſita contra facientem aliquem actū, an habeat locum, vbi actus fuit nullus, recollect.6.num.792. fol.612. Quam poſſit imponere Epiſcopus, contrà Parochos non reſidentes, ibidem num.813.fol.624. Quæ nam hoc caſu ſit impoſita à iure, ibid. nu. 814. Quomodo interpretanda, vel exequenda, ibid. duobus num. ſequentib. Quam incurrat, occupans bona Prælati mortui, ibid. numer. 170. fol. 523. Quid de occupante fructus pertinentes ad Cameram Apoſtolicam, ibid. num. 575.& ſequentibus. Extraordinaria, quando puniatur homicida, recollect.5.num.635.ad finem, folio 490. Epiſcopi recuſantis præſtare bracchium alteri Epiſcopo, circà affixionem cædulonum, recoll. 2. num. 120.fol.242. Quomodo illam minuat partis remiſſio. recollect.6.num. 162. fol.522.

Pœnitens, qui in præcedenti confeſſione inculpabiliter oblitus fuit alicuius peccati, cui erat annexa excommunicatio, an teneantur repetere confeſſionem, tamquam inualidam. Recollect.3.num.67. fol. 232. Quid ſi ignoret Confeſſarium eſſe denunciatum, vel Notorium clerici percuſſorem, ibidem num. 86. fol. 235.

Pœnitentia publica, an hodiè ſit in vſu. Recollect.6.num.777.fol.607.

Pœnitentiarij Epiſcopi, an poſſint abſoluere à caſibus, & cenſuris reſeruatis Epiſcopo, abſque expreſſa delegatione ipſius, Recoll.6.numer. 546. fol.478.

Poſtulatio, & electio in quibus conueniant, vel differant, recoll.6. hoc verbo, fol.609. Facta de indigno, quam pœnam mereatur, ibidem.num. 783.

Praxis, & obſeruantia, eſt optima legum interpres, recoll.6.num.848. fol. 626.

Preces importunæ equiparantur metui, recoll.4.fol.295.col.2.

Præcones publicantes ſtatutum, contra libertatem Eccleſiaſticam, an incurrant



Digitized by Google

rant excommunicationem, recoll.4. fol.372.

Prędicens ex Aſtris, futuros euentus, recol. 4.fol.372.

Prælatus collegiatæ habens curam iuriſdictionalem in foro externo tātū, an teneatur ad reſidentiam, in Addit. ad fol. 620. num. 829. Eccleſiaſticus imponens onus Eccleſiaſticis, vel eorum bonis, an incurrat aliquam cenſuram, recoll.4.fol.4.& fol.372. Grauans Eccleſiam, ſibi commiſſam alienis debitis, quam pænam incurrat, recolll.6.num.82.fol.513.

Prælatus Regularis, quod priuilegium habeat circà reconciliationem Eccleſię violatæ, in addit.ad fol. 371. ad finem. Recipiens Religioſum incognitum, abſque commendatitijs ſui Superioris, quam pænam incurrat. Recoll.4. fol.377. col. 1. Verberans per ſe, vel per alium ſum ſubditum, quando incurrat excommunicationem Canonis, recoll.5.nu.269. fol.436. Quid ſi illos percutiat per laicum, ibidem, num. 271. Concedens dimiſſorias ad ordines indigno, qualiter peccet, recollect.6.num.805.ad finem; fol.622. aliàs 615. An diſpenſet in interſtitijs, ibidem, numer.870.ad finem. An det dimiſſorias Nouitijs pro ordinibus, ibid. Qui nam ferat contrà Regulares, cenſuras, recoll.2.num.508.& ſeq. fol.136. An poſſit dictam facultatem alijs delegare, ibid.num.615. Quid de *Vicarijs, ibid.num.ſeq.* Ferendo cenſuram, abſque trina monitione, vel *ſcriptura*, aut, ſinę cauſæ expreſſione, an incidat in aliquam pænam, ibid.num.735.& 737. fol. 169. An habeat circà id aliquod priuilegium, ibid. num. 639. Superior, an poteſt prohibere inferiori, ne abſoluat, vel aliud quid faciat, quod tali inferiori, de iure competit, recoll.5. num. 609. fol.487. vbi num.605.& 698. Habetis, qui nam Superior veniat appellatione Prælati Regularis.

Præſuppoſito ceſſante, ceſſat diſpoſitum, recoll.5.num.437.fol.460.

Prætium offerre pro Sacramentis recipiēdis, an aliquando liceat, recollect.6. num. 833. fol.621. Quando illud augetur à communitate pro aliqua neceſſitate publica, an ad illud augumentum teneantur perſonæ Eccleſiaſticæ, recoll.4.fol.337.col.2.

Princeps Regulariter non poteſt tollere recuſationem Iudicis, abſque graui cauſa, recoll.2.num.137.fol.937. An ligetur legibus ab ipſo latis, ibidem, num.236.fol.103. Numquam cenſetur derogare iuri tertij, ibid.nu. 770. fol.175.

Priuatio ſupponit habitum, recoll.5.num. 58.fol.110.

Priuilegium habens, vt ordinetur extra tempora. ſuprà ordinatus. Fori, an difficilius ammictatur, quàm Canonis, recoll.5.num.88. & ſeq. fol.414. vbi Additio. Canonis, an gaudeant. Equites ordinum militarium, ibid. num.16. & 25. Quid de Nouitijs dictorum ordinum, ibid.in addit. Quid de Conuerſis, ibid.num.28. fol. 406. Qui veniant hoc caſu nomine Conuerſorum.ibid. Quid de oblatis, ibid. n.ſeq. De ſororibus tertij ordinis, n.31 quid de Eremitis, ibid.nu.32.vbi nu. ſeq. De Hoſpitalariis, quid de degradatis, num.61.fol.410.vbi numer.ſeq. Quis dicatur degradatus. Quid de Quęſtuarijs Monialiū, vel Regulariū, aut alijs ſeruientibus ilorū; mutato tamen habitu.ibid.num.34. Quid de mulieribus habitantibus in Conſeruatorijs, ibid.num.35. Quid de Apoſtata à Religione, qui dimiſit habitum, ibid.num.58. Quid de Apoſtata à fide, ibid.num.69.fol.411. De exercentibus, vitium nephandum, ibid. num.73. De immiſcente ſe enormitantibus, numer. 41.& 43.& 45. De committente aſſaſſinium, ibid. num. 74. De Bannitis, ibidem.num. 44. & num.67. An illos occidentes lucrentur præmium præmiſſum occidentibus Bannitum, num.66. Quid de excommunicatis denunciatis, ibidem, numer. 45. Quid de contrahentibus matrimonium, ibid.num.49. Quid de incorrigilibus, ibid.num.47, fol. 409. An hoc caſu requiratur ſententia declaratoria, ibid. num.84. fol.413.

Probandi onus, an Officialis percuſſerit deliberatè, vel fortuitò, cui competat, Recoll.5.num.439.fol. 460. Quid de ætatę minori, qua præſupponitur, aliquem fuiſſe ordinatū, & ideò eſſe aliquem ob talem cauſam, ſuſpenſum, in addit: ad fol.569.num.527.fol.720. colum.1.

Probari, an poſſit excommunicatio per denunciationem ipſius, recollect. 3. num.145.fol.245.

Probatione non indigent, quę per ſenſum corporeum ipſius Iudicis, percipiuntur, recoll.5.num.478.fol.466.

Probationis annus per modicum interuallum, quo Nouitius manet extrà



Digitized by Google

Monaſterium, abſque licentia Superioris, & furtiuè, an diſcontinuetur: ità quòd debeat de nouo inchoari, remiſſiuè, Recollect. 6. numer. 791. Præter Bonacin. ibi citatum, vide Ciarlinum, cap. 108. & Vecchis in Praxi Nouitiorum, diſput. 11. dub. 3.

Procuratoris conſtitutio ad alienanda bona Eccleſia, an requirat eaſdem ſollemnitates, quas requirit alienatio, Recoll. 6. num. 86. fol. 514. Quando admittatur pro citato ad dicendum cauſam, quare non debet excommunicari, vel declarari excommunicatus. Recoll. 5. num. 689. fol. 494. An per ipſum poſſit dari abſolutio à cenſuris. ſuprà Abſolutio quò ad forum externum.

Procurantes doloſè alienationem bonorum Eccleſiæ, vel decretum alienationis in detrimentum Eccleſiæ, in incurrunt excommunicationem, Rec. 4. verbo Commiſſarij, fol. 296. Prælati Eccleſiaſtici, vt perſonæ Eccleſiaſticæ capiantur per Dominum temporalem, quando incurrant ſuſpenſionem Recoll. 6. num. 787. fol. 610. Quid de alijs, qui non ſunt Prælati, ibid. num. ſequenti.

Procurationem debitam Viſitatoribus in victualibus, quando poſſint ipſi Viſitatores pecunia redimere, recoll. 6. antè num. 966. fol. 651. Qui teneantur illam dare, ibidem. num. 972. & in Addit. ad fol. 654. Quando illius exceſſus ſubijciatur excommunicationi, ibid. num. 652. vbi addit. An teneantur dicti Viſitatores, quod ſupereſt de victualibus, & alijs datis pro procuratione, dare pauperibus, ibid. num. 987. fol. 654.

Profeſſio emiſſa in ordine non confirmato à S.P. an valeat in vim voti ſimplicis, Recol. 4. Verbo Ordinem, fol. 368. Facta ſimoniacè, an ſit valida, Recoll. 4. Verbo Dantes, fol. 303. Inualida, quando reſoluatur in votum ſimplex Religionis in genere. Recoll. 6. num. 794. Facta eodem die, quo habitus fuit receptus, an valida. ſuprà Annus. Illam recipientes antè completum annum probationis, quas pænas incurrant, Recoll. 6. num. 788: & 792. fol. 610. Quid obſeruandum in Religionibus militaribus, eodem nu. 788. Emittentes antè dictum annum ratione infirmitatis, an ſi conualuerint, teneantur, iterum illam emittere, ibid. num. 795. fol. 612. Vbi ad quid proſit dicta profeſſio emiſſa in articulo mortis. Annus probationis, quomodo computetur, ibid. ſub num. 791.

Profeſſus nulliter, ordines ſuſcipiendo, an incurrat ſuſpenſionem, Recollect. 6. ſub num. 807. fol. 623. aliàs 615. Validè, habet ius ad officia ſui ordinis, ſecundum ſuam capacitatem, ibidem, numer. 1021. ad finem, fol. 669. vbi num. 123. Quando poſſit abſque vitio ambitionis, petere, ad illa admitti.

Prohibentes excommunicatos, vel interdictos exire de Eccleſia, tempore celebrationis diuinorum, Recollect. 4. hoc verbo, fol. 372. colum. 2. Prohibitio audiendi confeſſiones fœminarum, an reddat inualidam confeſſionem, ab illis de facto, auditam, recoll. 2. num. 757. fol. 173.

Prouiſus de beneficio, dans aliquod nunciatori, &c. Recoll. 4. fol. 382. col. 2. In Curia de beneficio Curato cum iuramento, ſe transferendi in ſuam reſidentiam, non obſeruans dictum iuramentum, quam pænam incurrat, ibidem.

Prouocatio facta à clerico, an excuſet Percuſſorem ipſius ab excommunicatione, recoll. 5. num. 383. fol. 452.

Proximi infantiæ, quo tempore dicantur pueri, & puellæ. Recollect. 4. fol. 360. col. 1.

Prudentia maiori præditus, aliquando præfertur in Officijs Religionis, & ſi minus doctus, recoll 6. num. 1022.

Pueri clerici inuicem ſe percutientes, vide ſuprà clerici, & excommunicatio, quò ad percuſſionem clericorum.

R

RApiens mulierem, recoll. 4. fol. 332. Rapinæ bonorum Eccleſiæ contentientes clerici, quando incurrant ſuſpenſionem, recoll. 6. hoc verbo folio 621. Vbi de eiſdem clericis recipientibus oblationes à Raptoribus Eccleſiarum.

Ratam habens ſimoniam in ordine, vel beneficio, recoll. 4. fol. 373. Quando quis dicatur ratum habere aliquod crimen, ſuo nomine iam patratum, recoll. 5. num. 120. & ſeq. fol. 4[illegible]0.

Rebaptizare præſumentes aliquem iam baptizatum, recoll. 4. fol. 373.

Receptatores eorum qui commiſerunt crimen, cui eſt annexa ipſo facto excommunicatio, quam pænam incurrant, eodem, fol. 373. Hæreticorum. ſuprà Hæretici.

Recur-

Digitized by Google

Recurſus de Iudice Eccleſiaſtico ad laicum, eodem. fol. 373.

Recuſationis Iudicis cauſa, qualis debeat eſſe, vt reddat ſententiã cenſuræ poſtea latam inualidam, Recoll. 2. à nu. 192. f. 98. & ſeq. An ſit cauſa ſufficiẽs ipſius, quia in alia cauſa fuit allegatus ſuſpectus, ibid. num. 217. Quid ſi ex eo, quia in alia cauſa, ſententiauit contrà recuſantem, ibid. num. 219. vbi addit. Quæ alia requirantur ad legitimam recuſationem, ibidem, num. 220.

Refugiati in Eccleſia, indè exeuntes, & delicta committentes, an gaudeant immunitate. Recollect. 4. fol. 389. ad finem, & 391. vbi addit.

Regnicolæ, quibus conditionibus, ad ordines admictendi, recoll. 6. num. 766. fol. 605. An ordinati, prætermiſſis dictis conditionibus, gaudeant priuilegio fori, ibid. num. 769. Vbi qui abſoluat ordinatos, vel ordinantes, ſine præfatis conditionibus.

Regula illa, conſequens, qui vult, velle videtur, etiam antecedens, an procedat in materia extenſionis Cenſurarum de caſu ad caſum, recollect. 4. fol. 335. Generalis, qua poſſit quis cognoſcere caſus, qui pertinent ad S. Officium. recoll. 4. fol. 331. colum. 1. ad finem.

Regulares, an & in quibus caſibus poſſint cenſuris multari ab Epiſcopis, recoll. 2. num. 466. & 486. & ſeq. An incurrant *cenſuras* generaliter latas ab *Epiſcopis per* ſententiam generalem, *vel ſtatutum*, ibidem. num. 468. & ſeq. Quid in ſpecie de excommunicatione lata, contrà alloquentes cum monialibus, ibidem. num. 472. & ſeq. & 816. Quid ſi lacerent monitoria, vel alia, vbi excommunicantur lacerantes, vel deturpantes, &c. ibid. nu. 433. An ipſi voluntariè poſſint ſe ſubijcere Epiſcopo, vel Legato, ibid. num. 474. fol. 131. An in illis caſibus, in quibus inciderunt in Cenſuram S. P. reſeruatam, poſſit Epiſcopus illos denunciare excommunicatos, num. 491. & 494. fol. 133. Pro delictis commiſſis extrà clauſtra, quando poſſint carcerari ab Epiſcopo, ibid. num. 495 & ſeq. An teneantur reuelare in monitorijs Epiſcopalibus, ibidem, num. 700. fol. 164. Beneficia, ſiuè ſimplicia, ſiuè curata Sæcularia, non poſſunt hodiè obtinere abſque diſpẽſatione Pontificia, recoll. 6. num. 786. fol. 610. Suſpenſi à beneficio, an ſint priuati voce actiua, ibid. ſub numer. 1037. 667. Quid de habilitatis à carceribus vel ſuſpenſis à celebratione miſſarũ, an habeant vocem in Capitulo, ibid. num. 1021. fol 663. Vbi de accuſatis, vel inquiſitis. Quid de habentibus domum pro carcere, ibid. An habeant priuilegium, circà diſpenſationem, ab interſtitijs, ibidem. num. 623. Quæ priuilegia habeant, circà celebrationem in ſuis domibus, prædijs, & Grancijs, recoll. 6. ſub num. 854. fol. 627. Vbi de tempore infirmitatis, etiam ſi reperiantur, extrà clauſtra. Item de monialibus ſubiectis ipſis Regularibus, num. ſeq. In itinere, an poſſint celebrare, in quolibet loco honeſto cum Altare portatili, ibid. Quid poſſint circà diſpenſationem, irregularitatis contractæ ex violatione Cenſuræ, recoll. 1. num. 54. fol. 8. Habentes ex priuilegio, facultatem, à cenſuris S. P. reſeruatis, an poſſint dictam facultatem alijs ſubdelegare, ſaltem, quò ad nudum miniſterium, recoll. 5. num. num. 566. & ſequenti. fol. 480. Percutientes alios Regulares, vel Clericos Sæculares, à quo abſoluendi, ibid. numer. 583. fol. 482. & num. 588. fol. 483. An eorum appellatione veniant Nouitij, ibidem, de qua re ſcilicèt, qui veniant appellatione, regularium videte, recoll. 2. numer. 475. & ſeq. fol. 131. & ſeq. Et quid ſi antè ingreſſum fuerunt abſoluti, & poſtea non ingrediantur. Quid etiam de Superiore percutiente, alium Regularem, vel Clericum Sæcularem, à quo poſſit ipſe abſolui, ibid. num. 589. Non exempti, in quibus caſibus ſubdantur Prælatis, & in quibus Epiſcopis, in addit. ad fol. 137. Ordinati antè ætatem legitimam, à quo abſoluantur, & diſpenſentur, in Addit. ad fol 570. num. 534. linea 140, Quid de abſolutione, & diſpenſatione ſimoniæ, ibid. in addit. ad fol. 593. num. 692. Quomodo poſſint Cenſuras in ſuos ſubditos ferre, Recollect. 2. num. 551. & ſeq. fol. 140. An poſſint vendere Cappellas, quæ ſunt in eorum Eccleſijs, abſque aſſenſu Apoſtolico, in Addit. ad fol. 514. col. 1. lin. 10. An poſſint vendere bona ſtabilia pro fabrica Eccleſię, vel emẽdis cenſibus, ibid. num. 93. lin. 5. ad finem.

Religionis ingreſſus cauſa, dare ali quid pretio extimabile, vel recipere, an liceat, recoll. 4. verbo Dantes, fol. 103.

Ipſius

Digitized by Google

Ipſius, votum habens, an ſatisfaciat, ingrediendo ordinem militarẽ, rec. 5. num. 18. fol. 404. In illam ingrediente viro, quando vxor poteſt remanere in ſeculo, & cum quo voto, Recol. 6. num. 759.

Religioſi abſque licentia Parochi, adminiſtrantes Sacramentum Euchariſtiæ, & Extremę Vnctionis, infirmis, Recollect. 4. fol. 373. Non poſſunt eſſe Patrini, ſeu leuare aliquem è fonte, ibid. fol. 374. Non Parochi in die Paſcatis miſtrantes Euchariſtiam, ibidem, fol. 375. Abſoluentes ab excommunicationibus à iure, vel conſtitutionibus ſynodalibus, vel Prouincialibus, à quibus non poſſunt, ibid. Falsò Indulgentias concedere præſumentes ſuis pænitentibus, ibid. fol. 376. Qui itinerãtur ad partes infideliũ tranſmarinas, abſq; licentia, ibid. Quid de ſe transferentibus ad partes Hæreticorum, ibid. fol. 377. Quid de miſſis ad indos orientales, vel occidentales pro fidei propagatione, ſi recta vita illuc non ſe transferãt, ibid. Non habentes beneficium, vel adminiſtrationem, decimas, vel noualia alijs Eccleſijs debita, ſibi appropriantes, vel vſurpantes, eodem, fol. 377. Vbi de eiſdem prohibentibus, illa ſolui de animalibus ſuorum familiarium, & Paſtorum. Retrahentes in concionibus auditores, à ſolutione decimarum, ibid. fol. 379. Vbi de eiſdem, qui admoniti à Rectoribus Eccleſiarum, ſuis pænitentibus non faciunt conſcientiam in confeſſionibus, de decimis ſoluendis, ibid. col. 2. Violantes interdictum locale generale, impoſitum authoritate Apoſtolica, eodem, fol. 379. vbi de priuilegijs ipſorum, hoc tempore. Accedentes ad Curias Principum, &c. ibidem, fol. 380. col. 1. Mendicantes traſeuntes ad non mendicantes, Recollect. 4. hoc verbo, fol. 380. col. 2. Accipientes aliquid à Nouitijs, dum ſunt in probatione, ibidem, fol. 380. Approbati ab Epiſcopo in aliqua Diæceſi, inſcio Prælato ſui ordinis, an validè abſoluant, recoll. 2. num. 747. propè finem, 172. Quale peccatum committat, hoc caſu audiendo confeſſiones. ibid. num. ſeq. A Cenſuris ab homine incurſis ante Religionis ingreſſum, per quem abſoluantur, ibid. nu. 804. & ſeq. fol. 18. An ligentur cenſuris latis à legatis à latere, ibid. num. 806. Quid de familiaribus ipſorum, numer. ſeq. Quomodo aliàs expoſiti poſſint ſuſpendi à confeſſionibus audiendis, ibid. num. 743. & ſeq. Quando abſolutio data, contrà dictam prohibitionem, ſit inualida, ibidem, num. 746. fol. 172. & ſeq. Quid de ordinatis, contrà voluntatem Superioris, vel Regulam, recoll. 6. num. 768. vel ſine dimiſſorijs, num. 802. & ſeq. In ſpecie de admiſſis pro laicis, an poſſint ordinari, abſque S. P. diſpenſatione, ibid. Vbi de admiſſo ad nouitiatum pro choro, an poſſit per Superiorem transferri ad profeſſionem laicorum, & è conuerſo, de qua re etiam Portellius, p. 2. Reſponſorum, cap. 8. ad finem. Habentes licentiam tranſeundi ad quamcunq; Religionẽ, an poſſint ĩgredi militarẽ, rec. 5. n. 18. fol. 404. Reperti cum concubina, vel ſcorta, à quo ſint puniendi, recoll. 6. numer. 269. fol. 535. Recipientes ad profeſſionem Nouitium antè annũ probationis, quam pęnam incurrant, ibid. num. 778. fol. 610. Admittentes mulieres ad eorum Monaſteria, ſine licentia, quam pænam iocurrant, ibid. num. 798. fol. 621. An poſſint communicare cum Prælato non tolerato, recoll. 7. num. 364. vbi numer. ſeq. Quid de clericis cum Epiſcopo non tolerato, fol. 277. An incurrãt ſuſpenſionem latã ſimpliciter, contrà clericos, recoll. 6. num. 804.

Vt poſſint eijci, tamquam incorrigibiles, quæ requirantur, recoll. 6. num. 303. & 315. & 320. fol. 542. Quomodo talis eiectus ſit ſuſpenſus, ibid. nu. 323. An ſi pæniteat, debeat recipi à Religione, & ceſſet ſuſpenſio, ibid. n. 325. Quid ſi non recipiatur à ſua Religione, an teneatur aliam ingredi, ibidem num. 327. An manens in ſeculo, obligatus remaneat tribus votis, & præcipuè voto paupertatis: ità vt qui illicitè ab eo, aliquid recipiunt, teneantur ad reſtitutionem, ibid. nu. 331. & ſeq. fol. 543. An habeat liberam adminiſtrationem bonorum, quæ acquirit, ibid. num. 181. fol. 525.

Reliquias per ſe, vel per alios extrahentes ex Cęmeterijs, &c. recoll. 4. hoc verbo, fol. 381. Vbi de illas furantibus, aut vendentibus.

Remedio, quo vti poteſt, qui non appellauit intrà decem dies à ſententia excommunicationis, recol. 2. num. 471. fol. 159.

Remigantes Chriſtiani in Triremibus Turcarum, quando incurrant excommu-



Digitized by Google

communicationem Bullæ Cenæ. Rec.4. hoc verbo, fol.381. remiſſiuè.

Remiſsio rei extracti ab Eccleſia, an ſufficiat, ſi à Iudice laico fiat Epiſcopo, vel Nuntio Apoſtolico, in addit. ad fol.332. lin.39.

Repreſalias, vel pignorationes concedentes, contrà perſonas Eccleſiaſticas, recoll.4. fol.382. col. 1.

Reſeruatio non eſt pœna poſitiua; ſed negatiua, recoll. 1. num.274. fol.39. An expiret per mortem reſeruantis, ibid. num. 207. fol.31. Cenſuræ reſeruationem, ignorans Sacerdos, an ab ea, validè abſoluat, recoll. 1. nu.404. fol.56.

Reſidentia, ſub qua pœna imponitur habentibus curam animarum, & quomodo, recoll.6. num. 810. fol. 624. & numer. ſeq. vbi Addit. An dicatur Epiſcopus reſidere, habitans infra duo miliaria à ſua Diœceſi, ibidem, num.184. fol. 525. Reſtitutio à Parocho non reſidente, an facienda antè ſententiam condemnatoriam, ibidem num.814. cum pluribus ſequentibus. Ex quibus cauſis, quis poſſit excuſari à reſidentia, ibid. num. 818. fol.618. An dictæ cauſæ iuuent, non ſolum, vt abſens lucretur fructus, ſed etiam vt lucretur diſtributiones, ibidem, num.819. Quid de Parocho habente Coadiutorem perpetuum, ibidem, num.813. Quid de habentibus beneficia curata Regularia. *ibid. nu.816. ad finem. Quid de obtinentibus in Cathedralibus, vel Collegiatis, dignitates, Canonicatus*, vel perſonatus, ibid. num.817. & in addit. ad fol.605. Iſti, vt lucrentur diſtributiones, non ſolum debent reſidere in loco, ſed etiam intereſſe choro, & quomodo ibid. num. 826 fol.620. Si non interſint, abſque legitima cauſa, an non ſolum amittant diſtributiones, ſed etiam peccent, ibid. num. 829. An conſuetudo, quòd Canonici non reſidentes, lucrentur diſtributiones, valeat, ibidem. nu.819. fol. 618. Quid de Prælatis habentibus curam iuriſdictionalem, quò ad forum externum tantum, in addit. ad fol.620. nu. 829. Vbi, quinam ſint iſti Prælati.

Reſignantes beneficium ſub confidentia ſimoniaca, recoll.4. hoc verbo, folio 382. col. 2.

Reſignationem beneficiorum, aut officiorum admittentes, aut illa conferentes Epiſcopi, contrà formam Conſtitutionem Pij V. Recoll. 4. hoc verbo, fol.383. col.1. Quando reſignatio ſit ſimoniaca, ibid. f.384. col.1. in princ. Reſignatum beneficium conferens, familiaribus, vel conſanguineis ſuis, vel reſignantis, in Addit. ad fol. 620. num.829. ad finem.

Reſtitutio exceſſus accepti à Viſitatoribus, cui fieri debeat, recoll.6. nu.981. fol. 653. An ab ea excuſet remiſsio facta à viſitatis, ibid. num. ſeq.

Reuelare vi Monitorij, an teneatur is, qui erat abſens, quando fuit fulminata excommunicatio dicti Monitorij, ſi poſtea, quando reuertitur, id ſciuerit, recoll. 2. num.339. fol.113. Quid ſi reuertatur, antè fulminatam excom-excommunicationē, infrà terminum, ibid. num. ſeq. Quid ſi talis ſit exterus, & ſic non ſubditus loci, vbi publicatur monitorium, ibid. num.340. circà medium. Quid de eo, qui erat præſens tempore, quo fuit publicatum monitorium, ſed intrà terminum illius, mutauit domicilium, ibid. num. 346. fol.114.

Reuocationem ſententiæ cenſuræ, vi, vel metu extorquentes, quam pœnam incurrant, recol.4. hoc verbo, fol.384. An idem Iudex poſſit dictam ſententiam reuocare, ibidem.

Rex, aut alius Princeps abſolutus non poteſt excommunicari; niſi à S. P. Recoll.2. numer. 461. fol.129. Quando fuit à S.P. excommunicatus, an poteſt nominari à Sacerdote in Canone Miſſæ. recoll.3. num.101. fol.254. Vbi idem quæritur de Epiſcopo excommunicato.

Ritus in ſollemni Sacramentorum ad miniſtratione contemni, vel omitti poſſe abſque peccato, aſſerentes. Recoll.4. fol.389. col.2.

Romæ commorantibus, quæ dimiſſoriæ ſint neceſſariæ, quando volunt ordines recipere extrà Vrbem, recoll. 6. num.518. fol.582. Ibi offendentes aliquem vindictæ cauſa, arma, & armatos ad hoc congregantes, recollect.4. hoc verbo, fol.383. col.1.

Romanam Eccleſiam, non eſſe caput omnium Eccleſiarum, aſſerentes, recoll. 4. fol. 384 colum. 2.

Ruſtici, an poſſint communicare cum ſuis Dominis, non toleratis, recollect. 3. num.336. fol.277.

Romanæ Eccleſiæ terras, loca, & iura, mediatè, vel immediatè ſubiecta, inuadentes, &c. Recoll.4. hoc verbo, fol. 385. col.1.

Romipetas offendentes, recollect. 4. ho
verbo

Digitized by Google

verbo, fol. 385. remiſsiuè.

S

Sacerdos, ſi dum celebrat miſſam, videat excommunicatum non toleratum illi aſsiſtere, quid facere debeat. Recoll. 3. numer. 324. & ſeq. fol. 259. Quam pænam incurrat, illum non monendo, vel expellendo, ibidem, numer. 227. Quando dicatur, recitando horas, vel orando, aut aſſociando, ſanctiſſ. Sacramentum Euchariſtiæ, communicare cum excommunicato, ibid. num. 230. fol. 260. Quid ſi eo celebrante, deferatur in Eccleſiam cadauer non tolerati, nec abſoluti, ibid. num. 265. Quid debeant facere dictæ miſſæ intereſſentes, ibid. num. ſeq. An poſſit dicto non tolerato, vti pro Miniſtro, vbi neceſſariò debet celebrare, nec adſit alius miniſter, ibid. num. 232. & ſeq. Vbi an eo caſu poſſit abſque miniſtro celebrare, vel potius ceſſare à celebratione. An ſi adſit fæmina, poſſit eo caſu, vti pro miniſtra, ibid. num. 237. Quas pænas incurrat, adhibendo dictum excommunicatum ad ſibi inſeruiendum in miſſa, ibidem. num. 239. fol. 262. An poſſit, quando orat nomine Eccleſiæ oratione publica (v.g. in memento miſſæ) orare prò excommunicato, ibid. num. 195.

Excomunicatus toleratus prouocatus, adminiſtrando Sacramenta, vel celebrando, an contrahat irregularitatem. recollect. 3. numer. 188. fol. 254. Quid ſi id faciat non prouocatus, ſed ad euitandam infamiam, aut aliquod aliud damnum graue, quod ſibi imminet, non celebrando, recoll. 1. numer. 444. & duobus ſequentibus, fol. 61. Quare, ibid. num. 447 & ſeq.

Non toleratus in vno loco, audiens confeſsiones in alio loco, vbi id ignoratur, an validè abſoluat, ex communi errore, & titulo colorato, recollect. 3. num. 87. fol. 239. Quid ſi pænitens, id ſciat, ibid. num. 89.

In altari recordans, ſe eſſe excommunicatum, irregularem, &c. an poſſit miſſam proſequi, recoll. 6. num. 836. aliàs 646. & num. 838. fol. 624. Quid ſi recordetur, ſe non eſſe Sacerdotem ritè ordinatum, ibid. numer. ſeq. Vbi etiam de eo, qui recordatur, peccati mortalis obliti in confeſsione, de quo non poteſt habere contritionem, vel vrgeatur tuſſi, vel ſputo. Quid ſi poſtquam ſacras veſtes, ſit indutus, recordetur alicuius peccati mortalis, an teneatur illas exuere, vt petat confeſſarium, eodem, num. 838. Inſultatus ab inimico, poteſt ſe defendere, recoll. 5. num. 304. fol. 441.

Miſſam celebrans in Altari non conſecrato, vel extrà Eccleſiam, & locum ſacrum, an ipſo facto ſit ſuſpenſus, Recoll. 6. num. 848. fol. 626. An ſint aliquæ cauſæ excuſantes, etiam à culpa, ibid. num. ſeq. Vbi, quid de celebrante in Oratorijs priuatis, ſine licentia, & quis poſſit dare hanc licentiam in vtroq; caſu, ac etiam, nu. 852. Quid de Sacerdote manente, apud Turcas, aut Anglos, an teneatur ſeruare præcepta, circa celebrationem miſſæ, ibidem, num. 856. Celebrans, ſine ſtola, quam pænam incurrat, ibid. Quid de celebrante cum veſtibus non benedictis, eodem num. 856. fol. 628. An poſſit, vti Manipulo pro ſtola in caſu neceſſitatis, ibid antè n. 857. Euchariſtiam ſumere ſine ſtola, an poſſit, ſine peccato, numer. 840. Quid ſi illam miniſtraret alijs, ſine ſtola, ibid. num. 857. Celebrans plures miſſas eodem die, qua pæna ſit puniendus, ſub eodem num. 857. & 859. Vbi quando iſte caſus pertineat ad S. Officium. Celebrans non ieiunus, qua pæna veniat multandus, ibidem, numer. 856. Vbi an hoc caſu à culpa, excuſet paruitas materiæ. Et eo, quia eſt in peccato mortali non conſecrans, magis peccat, quàm ſi conſecraret, recollect. 6. num. 846. fol. 626. Vbi an fas ſit ei, porrigere Hoſtiam non conſecratam mulieri, quam cogit maritus ad communicandum. Eleuans in miſſa particulam conſecratam, antè Hoſtiam grandiorem non conſecratam, an ſit ſuſpectus de hæreſi. ibid. num. ſeq. Sumens Euchariſtiam ſine ſtola, an peccet, ibidem, num. 830. aliàs 840. fol. 622. num. 857. Oblitus conſecrare Hoſtiam grandiorem, exponendam tempore veſpertino, an poſſit exponere particulam conſecratam, antè Hoſtiam non conſecratam, ibid. nu. 847. ad finem, fol. 626. Poſt conſecrationem, ſumpto etiam iam corpore, videns ſolum in Calice, ſe conſecraſſe aquam, quid debeat facere, ibid. num. 842. nu. 625. An poſſit Hoſtiam à ſe conſecratam reponere in Pixidem, & aliam ſumere à ſe non conſecratam, ibidem, num. 844. Vbi an poſſit dare Laico



Digitized by Google

partem Hoſtię, quam ipſe debet aſſumere. Vnicam tantum ſpeciem ſumens in miſſa, an validum efficiat ſacrificium, ibid. ſub nu. 842. Suſpenſus à celebratione miſſæ, poteſt ſumere Euchariſtiam more laicorum, recollect. 6. num. 839. fol. 622. Quid ſi illam recipiat cum ſtola, an incurrat irregularitatem, ibidem. An ſit etiam priuatus iure eligendi, ibid. nu. 830. aliàs 841. fol. 623. Quis ab ea ſuſpenſione, abſoluat, ibidem, nu. 732. aliàs 842. Suſpenſus à celebrando in vno loco, an ſit ſuſpenſus à celebrando, vbiq; in Addit. ad fol. 173. n. 758. lin. 2.

Simplex, & ſi poſſit abſoluere à venialibus, & mortalibus ritè aliàs confeſſis, non tamen poteſt abſoluere à mortalibus oblitis, recoll. 6. num. 856. fol. 630. Abſoluens à mortalibus, aliàs ritè non confeſſis, quam pænam incurrat, ibid. num. 860. fol. 629. An hoc crimen ſpectet ad S. Officium, ibidem. An aliquando incurrat excommunicationem, ibid. num. 861. An confeſſio facta cum tali, ſemper ſit inualida, ibid. n. ſeq. ad finem, & n. ſeq. In alijs Sacramentis miniſtrandis, prçter Sacramẽtum confeſſionis, ſollicitans ad inhoneſta, an ſit denunciandus, recoll. 6. num. 898. fol. 638.

Sacramenta omnia adminiſtrata ab excommunicato non tolerato, præter ſacramentum pænitentiæ, ſunt valida, & quare, Recollect. 3. num. 92. fol. 236. Illa immiſcentes in ſacrilegijs, maleficijs, &c. ſine inuocatione expreſſa Demonis, an puniantur à Sancto Officio, & quid de vendentibus Sacramenta, Recollect. 6. num. 839. & ſeq. fol. 621. Adminiſtrans pro pretio (excepto Sacramento ordinis) an ſit ipſo iure ſuſpenſus, recollect. 6. num. 830. fol. 620. Confirmationis, Ordinis, Matrimonij, Euchariſtiæ, & Extremç Vnctionis, recepta ab excommunicato, ſunt valida. Rec. 3. n. 49. f. 229. An autem aliquã pęnam incurrat, ipſe excomunicatus, ibid. 68.

Sal exterum in loca Sedis Apoſtolicæ importantes, recoll. 4. fol. 386.

Salutare excommunicatum, quomodo ſit prohibitum, recol. 3. num. 240. & 247. & ſeq. f. 262. An hoc ſit verum, quando ſalutatio ſit in Epiſtola ei ſcripta, ibid. num. 243. An ipſum, verbo ſalutantem, liceat etiam verbis reſalutare, ibidem, num. 245.

Sancti Officij Cardinalibus, quomodo debeãt alij Officiales in ſpectantibus ad dictum Officium, obedire, recollect. 4. fol. 335. col. 1.

Sanctorum corpora, tradita perpetuæ ſepulturæ, in alium locum transferentium, abſq; licentia, pæna, rec. 4. f. 389.

Satisfactionis nomine, quid intelligatur, in materia abſolutionis ab excommunicatione, recoll. 2. num. 918. fol. 206. Dubitans, an ad eam teneatur, an poſſit abſolui, prçſtita tantum cautione in caſu, quo de illa ſit certus, ibid. num. 923. & num. 926. vbi num. ſeq. De debito dubio in foro externo ex defectu probationis, ſed certo, in foro conſcientiæ, vel è contra. Quid ſi pænitens probabiliter exiſtimet, ſe obligatũ eſſe ſatisfacere, ibid. num. 926. Quando conſtat pænitentem debere ſatisfacere, ſed quòd ſit impotens, an poſſit abſolui, tantũ cũ cautione, & ſi facultas abſoluendi, ſit conceſſa cum clauſula, parte ſatisfacta, ibid. num. 931. An illa ſit neceſſaria pro crimine concubinatus, ibid. num. 948. Quomodo conſtare debeat in actis Curię de ſatisfactione, vt declaretur abſolutus, ibid. num. 990. fol. 217. An ſufficiat, ſi conſtet, fuiſſe oblatam, ſed non acceptatam à parte offẽſa, ibid. videte ſup. abſolutio data. Danda clerico percuſſo, circà quod verſatur, recol. 5. n. 641. fol. 491. An in ea habeat locum compenſatio, ibid. Coram quo Iudice arbitranda, ibid. n. 643. ad finem. Quid ſi eſſet Religioſus, cui tunc præſtanda ſit ſatisfactio? ibidem. Et quid ſi eſſet filius familias, ſeruus, vxor, &c. ibid. Quis Superior Religioſi debeat ſatisfactionem acceptare, ibid. num. 651. & ſeq. fol. 493.

Scalam Ecclęſię aſcendens, vel portam eius clauſam inueniens, an gaudeat immunitate, illi inherendo, recoll. 4. fol. 319. col. 2. ad finem.

Schiſmatici, qui ſint. rec. 4. hoc verbo, f. 386

Scholas Pias erigere, ibidem.

Scripturas, vel Libros Cameræ Apoſtolicæ, ibidem.

Secreta in perniciem Chriſtianæ Reipublicç, fomiſterij reuelantes, ibidem.

Senes non habẽt priuilegium aliquod; niſi in caſib⁹ à iure expreſſis, rec. 5. n. 469. Non excuſantur à perſonali comparitione, quando ſunt robuſti, &c. ibid. num. 468. fol. 465. Quid de eorum excuſatione à præcepto ieiunij, vel ex voto, tàm in maſculis, quàm in fœminis, ibidem, numer. 470. & ſeq. An excuſentur à voto peregrinationis, quando requiritur in Bulla Iubilei, ibid. num. 463. & 467. Statutum loquens de infirmis, an habeat lo-

cum in ſenibus, ibidem. num. 467.

Sententia iuſtà, quæ ſit, & quæ iniuſta. R. 2. num. 1. & 2. Quæ nam ſit iniuſta, ſed valida, ibid. num. 67. Quæ nam timenda, num. 8. & ſeq. Iniuſta, ſed valida, ligat in foro interno, quando eſt iniuſta tantum ex animo, Recol 2. num. 15. fol. 80. Quòd ſi ſit iniuſta ex cauſa, non ligat, quò ad forum conſcientiæ, ſed tantum in foro externo. ibid. num. 16. Quòd ſi ſit iniuſta ex defectu ordinis iuridici non eſſentiali, v.g. trinę monitionis, ſcripturę, &c. ibid. num. 17. & ſeq.

Cenſurę, in dubio præſumitur valida, & iuſta, & conſequenter illã obligare in vtroque foro, ibid. n. 28. Et in ea celebrantem eſſe irregularem, nu. ſeq. Lata à non legitimo Iudice, eſt nulla, ibid. num. 38. Eſt illegitimus Iudex, quando eſt eius iuriſdictio impedita, quod contingere poteſt tribus modis. ibid. num. 74. Quid ſi fuerit lata à laico, qui communiter reputabatur clericus, ibidem. num. 81. Quid ſi erat excommunicatus publicus, ſed toleratus, num. 85. vſque ad num. 90. fol. 88. Lata poſt appellationem, etiam eſt nulla, num. 188. fol. 90. Quid ſi Iudex non admiſerit appellationem, & pars appellauit à non admiſſione, &c. ibid. nu. 111. & ſeq. fol. 91. Quid ſi pars poſtea renunciauit appellationi, vel illa fuerit deſerta, ibid. n. 113. & ſeq. Lata in diem, vel ſub conditione, an infrà terminum, admittat appellationem, impedientem affixionem Cædulonum. ibid. num. 115. Quid ſi infrà dictum terminum, moriatur, vel amotus fuerit ab officio, qui eam tulit, ibidem. num. 125. fol. 92. Quid ſi reus mutauerit domicilium, infrà dictum terminum, vel pendente conditione, ibidem, num 126. An ſuſpendatur, ſi Iudex deferat appellationi illegitimæ, ibid. nu. 153. fol. 94. Quid ſi etiam fuerit inhibitum à Iudice ad quem. ibid. Quid ſi lata poſt recuſatum Iudicem, vt ſuſpectum, ibid. n. 183. fol. 98. & ſeq. Lata à Iudice conſanguineo, inimico, vel Aduocato in eadem cauſa, ſed non recuſato à parte, an ſit nulla, ibidem, num. 191. An in dubio præſumatur præceſſiſſe appellationem, vel recuſationem, ipſam ſententiam factam eodem die, ibid. num. 858. fol. 193. An validè ferri poſſit ab homine pro futuris culpis, ibidem, num. 438. Lata ſine trina monitione, ſed cum citatione, an ſit valida, ibid. num. 617. & ſeq. fol. 550. & num. 618. & ſeq. fol. 151. Continens confuſionem, & incertitudinem, an liget, ibid. num. 625. & ſeq. An quis pro ferre, illam poſſit contrà ſe ipſum, numer. 235. Quare quis poſſit indulgentiam, ſibi concedere, non autem ferre Cenſuram contrà ſe ipſum, num. 244. fol. 103. Quid de cenſura lata in Capitulo Generali, vel Prouinciali, an liget illos de Capitulo, ibid. num. 347. In propria cauſa, per modũ defenſionis, quis, & quomodo poſſit illam ferre, ibidem. num. 237. & ſequentibus.

Abſoluere à Cenſura lata per ſententiam generalem, an poſſit quilibet Confeſſarius approbatus, Recoll. 2. num. 771. & ſeq. fol. 175. Quid ſi dicta ſententia generalis lata ſit à S. P. abſque reſeruatione, vel ab eo confirmata, ibid. num. 775. & ſeq. Quid ſi à Viſitatore, in viſitatione, vel à Superiore Regulari, num. 777. & ſeq. An id ſit verum, etiam vbi prohibitum ſit abſoluere à cenſuris non reſeruatis, num. 781. fol. 177. Quando ſententia cenſurę fuit nulla, an egeat abſolutione, ibid. num. 814. num. 184.

Sepeliri, an poſſit, & quando excommunicatus, ſuprà excommunicatio, quò ad communicationem. Sepulcrum D.N.I. Chriſti petentes, abſque licentia, quam pænam incurrant. Recoll. 4. verbo Accedentes, f. 289. Sepelientes in loco ſacro, publicè interdictos, aut manifeſtos vſurarios, recollect. 4. fol. 388. In loco ſacro, Hęreticos, ibid. fol. 388. Tempore interdicti, in loco ſacro, ibid. col. 2.

Sepulturę electionem extorquentes, ibid. fol. 389.

Sequentia regulantur, iuxtà præcedentia, recoll. 5. num. 438. fol. 460.

Sequeſtrans iuriſdictionem, bona, fructus, &c. Beneficij Eccleſiaſtici, Monaſterij, aut alterius loci pij, pæna, recol. 4. fol. 390. & 400. col. 2.

Seruorum, & Ancillarum nomine, qui nam veniant, quò ad effectum communicationis cum ſuis Dominis non toleratis, recoll. 3. num. 351. & ſeq. fol. 275. Seruituti ſubijciens Chriſtianum in terris infidelium, quoquomodo captum. Recollect. 4. fol. 390. colum. 1.

Sigillum confeſſionis, violans Confeſſarius, an aliquam pænam ipſo facto incurrat, recoll. 6. fol. 631. verbo ſecretum. Vbi quando huius cirdinis

cognitio

Digitized by Google

cognitio ſpectet ad S.Officium , & ſit irregularis,& quando dicatur quis violator dicti Sigilli, ibid. ad finem.

Signa externa, ob quę quis iudicari debet incidiſſe in excomunicationem latam contrà Hęreticos,quę nam ſint, recoll. 1.num.277. vſque ad nu. 284. fol. 40. Contritionis data per excommunicatum antè mortem , probari poſſunt per vnicum teſtem fide dignum,ibid.num.506.fol.69.

Simonia mentalis, non ſubiacet excommunicationi latæ contrà ſimoniacos in ordine,beneficio,& in ingreſſu Religionis, recoll. 1.num. 284. & dub.ſeq. fol.41. Vbi an ſit obligatio reſignandi beneficium,ſic acceptum, vel reſtituendi datum, latè, recoll.4. verbo ſimonia, fol. 390.Subiacet in dictis caſibus,ſimonia realis excommunicationi. An citrà dictos caſus adſit onus reſtitutionis præter peccatum.recol.6.num.853.& ſeq.fol.621. vbi nu. 836. An ab ea excuſet paruitas materię.Quomodo cōmittatur,in ordine,recollect. 6.num. 644.& ſeq. Quomodo in beneficio,ibidem,num. 1632.fol.621.Vbi traduntur regulæ, prò deciſione caſuum , circà hanc materiam , quòd hoc caſu incurratur,tantùm excommunicatio, non autem ſuſpenſio , vt in ſimonia in ordine,ibid.num.866. aliàs 868. fol. 631. De ſimonia confidentiali,recoll. 4.hoc verbo,fol. 391. Vbi etiam de *mediatoribus* talis ſimoniæ , vbi in *Addit. habetis*, an interceſſor vocari *poſſit mediator*.Quomodo committatur in ingreſſu Religionis. Recoll. 6. num. 139. fol. 555.& ſeq.fol. 520. De ingreſſu in Religione Militari. Recoll.5.num.25.fol.407.

Simoniacus , an fuerit Iudas vendendo Chriſtum,recoll.6.num.837 fol. 621. Quando ſit irregularis ſimoniacus in beneficio,ibid.fol 631.colum.1. Vbi quid de accuſato,vel inquiſito de tali crimine. De eius abſolutione, vel diſpenſatione,locis ſupracitatis,tàm recoll.4.quàm 6.

Socij in crimine habente cenſuram annexā, an vi facultatis conceſſę,abſoluēdi principalem, poſſint etiam ipſi abſolui,recoll.2.num.823. fol. 199. Societatem , ſi quis cæpit inire cum aliquo , ſuperueniente denunciatione excommunicationis, an poſſit illam proſequi, recoll.3.fol.321.fol.271.

Sodomiam clericus committens, quà pæna puniatur,recoll.6.nu. 871. & ſeq. fol.632. Quā dicatur illam, quis exercere , & an tunc in foro conſcientiæ incurrat ſuſpenſionem,ibid. nu. 872. fol.632.Quando impediat promotionem ad beneficium.ibid. ſub nu.871. ad finem . An ſit crimen mixti fori, ibid.num.873. Attentata cum vxore, an ſit cauſa Diuortij, ibid. num. 873. Vbi quomodo probetur . Ipſa reſeruata an includatur , etiam venus præpoſtera cum muliere, aut beſtialitas, ibid. num. 873. Quid ſi ſemen non fuerit effuſum intrà vas, ibid.nu. 874. An in confeſſione,teneatur , quis exprimere,an fuerit agens,vel patiens , ibid.num.875.& 877.

Sollicitans pænitentem in Sacramento confeſſionis , vel propè actum, &c. qualiter,& quomodo veniat denunciandus,& puniendus , recoll. 4.hoc verbo,fol.391. & latius, recoll.6.hoc eodem verbo,à num.879.

Sollicitatio , quando facta dicatur in actu ſacramentalis confeſſionis, recoll. 6. ſub num. 898. & ſeq. fol. 630. Item quando proximè antè, ibid.ſub num. 900.ad finem , & 903. & quando immediatè poſt,ibid.num.906. fol.640. Ly ſtatim,vel immediatè, quid ſignificet in dicta Bulla Gregorij,ibidem, num.909. vbi num. ſeq. de Confeſſario,ſtatim poſt confeſſionem,ducente puerum in Cella,vt ei tradat Chirographum confeſſionis , & ibi cum ſollicitet . Quando dicta ſollicitatio dicatur facta occaſione,vel prætextu confeſſionis,ibid.& num.911.Quid ſi cum fœmina,vel maſculo ſtante,vel ſedente,antè Confeſſionarium extrà occaſionem confeſſionis , num. 919.

Sermones illiciti , ſeù tractatus in Confeſſionario,aut loco quocunq; vbi confeſſiones adiūtur,quales nam ſint,ad hoc vt Confeſſarius , ſit denunciandus , vi Bullæ Gregorij XV. Recoll. 6.num.913.fol.641.& nu.916.& ſeq. An requiratur, etiam hoc caſu ſimulatio confeſſionis, ibid. n.917.fol.642.

Sollicitans pænitentes ad inhoneſta Confeſſarius , an & quando ſit ipſo iure ſuſpenſus ab exequutione ordinis , Recoll. 6.num.876.fol.634. Quando dicatur quis talis, ibidem,dub .num. 881.& ſeq. Vbi de laudante pænitentē à pulcritudine, quid ſi ſollicitauit, ſed non ad venerea, ibid. num. 592. fol.637.

Sollicitatæ pænitentis, obligatio denunciandi confeſſarium ſollicitantem , & confeſſarij , eiuſdem ſollicitatæ

confeſſionem audientis, recollect. 6. num. 850. fol. 634. & numer. 916. &c. Vnde oritur dicta obligatio; num. 930. fol. 644. Quid ſi talis confeſſarius, qui ſollicitauit, non fuerit de hoc crimine diffamatus, ibid. numer. 885. An non ſolum intelligatur dicta obligatio de ſollicitante fœminas, ſed etiam maſculos, ibid. Quomodo obligatio vrgeat extra Regna Hiſpaniæ; circa ſollicitationes factas ante promulgationem Bullæ Gregorij XV. ibid. nu. 888. & 890. An ante dictam denunciationem, ſit præmittenda correctio, ibidem. num. 893. fol. 636. Quid ſi dictæ ſollicitationi, conſenſit pænitens, num. 893. fol. 637. Epiſcopus ſollicitans pænitentem in actu confeſſionis, an comprehendatur in Bulla Gregorij, contra ſollicitantes, &c. Recollect. 6. numer. 884. fol. 635. Sollicitantem confeſſarium quis poſſit abſoluere, ibid. num. 847. fol. 947.

Sollicitationis circunſtantia in peccato commiſſo cum pænitente, an ſit explicanda à confeſſario, recoll. 6. num. 947. & ſeq. fol. 647.

Sortilegij crimen, quando ſubiacet excommunicationi, Recollect. 4. fol. 331. latius, ibidem hoc verbo, fol. 392.

Sorte ne fiat electio, circa officia, vel beneficia Eccleſiaſtica, ſub qua pæna prohibitum ſit, recoll. 4. hoc verbo, fol. 393.

Specialitas non derogat generalitati, Recoll. 5. num. 568. fol.

Spolij ſpectantis ad Cameram Apoſtolicam, bona occupantes, an incurrant aliquam cenſuram, Recoll. 4. fol. 401. colum. 1. Quis illos abſoluat, ibidem, fol. 393.

Sponſalia de futuro, abſque cauſa iuſta explere recuſantes, quando, & quomodo poſſunt cogi per cenſuras Eccleſiaſticas, recollect. 4. fol. 393. vbi Additio.

Sponſiones, ſeu excomiſſas facientes ſuper vita, vel morte Papæ, ibidem.

Statuta in Synodis, vel Concilijs, an obligent, etiam ſi non fuerunt confirmata à S. P. recollect. 1. num. 176. & ſeq. fol. 26. Vbi quid operetur dicta confirmatio. Quando autem poſſint Typis mandari, ibid. in addit. Epiſcopi ſtatutū, q excommunicatus perſeuerans in excommunicatione, ſoluat quolibet menſe, certę pecuniæ ſummam, an ſint valida, Recollect. 2. num. 831. fol. 188.

Studio iuris ciuilis, vel medicinæ operam dantes Eccleſiaſtici, quādo incurrant excomunicationē, rec. 4. f. 393. Vbi de Rectoribus ſtudiorum perturbantibus Fratres Mendicantes.

Stuprum, vide ſuprà Cenſura ad finem.

Subcollector, an poſſit excommunicari ab Ordinario, ſi loquatur cum Monialibus, recoll. 2. num. 280. fol. 108.

Subditus, quis dicatur alicui Prælato Eccleſiaſtico ad finem, vt contra eum poſſit ferre ſententiā cenſuræ, Recol. 2. num. 265. cum duobus ſequentibus fol. 104. & num. 305. fol. 109. Delinquens extra territorium ſui Diœceſani, an incurrat cenſuram latam per ſtatutum in ſua Diœceſi, ibid. numer. 307. Quid ſi dictus Prælatus expreſsè intendat illum ligare, ibidem, numer. 308. & ſeq. Vel dictum ſtatutum ratum habeatur ab Epiſcopo loci, vbi nunc reperitur dictus ſubditus. ibid. nu. 310. Quid ſi dictæ cenſuræ ſint latę per ſententiam generalem, ibidem num. 311. & ſeq. fol. 110. Quid ſi per ſentētiā particulare, v. g. ſi ludat, ibid. n. 318. & ſeq. An poſſit illū, ibid. ad aliqd compellere, alias eum excōmunicare, ratione inobedientiæ, nu. 221. fol. 111. Prohibitus ne ſacrum facere extra Diœceſim, ad ibi celebrans, incurrat aliquam pænā. ibid. n. 384. ad finem. Nō eſt maior in iuriſdictione, habenti minorem iuriſdictionem, ibid. num. 281 Qui nam dicatur ad effectum, vt poſſit communicare cū Domino, vel Superiori, non tolerato. rec. 3. n. 340. An eius nomine veniant vaxalli, ibid. num. 363. fol. 277. An eo caſu teneatur obedire d. Dno, vel Superiori in his, quæ ſuperioritatem reſpiciunt, ibid. num. 366. & ſeq. Suceſſor in officio eorū, qui indebitas impoſuerat gabellas, infra menſem non ſatisfacientes, Recoll. 4. fol. 394. col. 2.

Suffraganei, & coadiutoris Epiſcoporum reſidentia, in Addit. ad fol. 624. aliàs 616. num. 613.

Superior Regularis, ſuſpenſus ab officio, an poſſit eligere, & eligi, recollect. 6. num. 119. fol. 620. An teneatur deſerere officium, Recollect. 6. num. 47. fol. 518. Cætera, vide ſuprà. Prælatus. A qua ſimonia poſſit ſuos ſubditos abſoluere, in Addit. ad fol. 593. num. 962. lin. vltima.

Superſtitioſi, an ſint ipſo facto excommunicati, recollect. 4. verbo diuinationes. fol. 304.

Suſpenſio, quid ſit, & an ad eam ferendam requiratur monitio canonica, recoll. 6. num. 1.

Digitized by Google

6. num. 1. & ſeq. fol. 503. Quotuplex ſit, ibid. à num. 5. & recoll. 1. nu. 118. fol. 19. An ea, ſit capax fæmina, recoll. 6. fol. 598. An initiatus tantum prima tonſura, ibid. num. 1006. Ad illam incurrendam, an ſufficiat culpa venialis, recollect. 1. num. 244. fol. 36. & recoll. 6. num. 999. fol. 657. vbi numeris præcedentibus, quomodo dicta culpa debeat eſſe propria, fol. 656. Alia perpetua, alia temporalis, & an lata ſine præfinitione temporis, ſit perpetua, ibid. num. 13. & recoll. 6. num. 1051. vbi num. ſeq. de ſuſpenſione ad beneplacitum, vel donec fuerit reuocata. Temporalis, elapſo tempore ceſſat abſque alia abſolutione, ibid. num. 1046. fol. 668. An talis ſit lata ſub conditione, donec ſatisfacias, & ſimiles, ibid. num. ſeq. & recollect. 1. num. 456. & ſeq. fol. 62. An aliquando, & ſi non egeat abſolutione, ſit tamen neceſſaria declaratio Iudicis, Recoll. 6. numer. 1050. Infrà tempus præſcriptum, vel pendente conditione, non abſoluitur, niſi à Papa, ſi eſt à iure, vel à Iudice, ſi eſt ab homine, ibid. num. 1063. fol. 672. An confeſſarius, vi Bullæ Cruciatæ, vel Iubilei ab ea abſoluat, ibid. nu. 1066. fol. 673. Vbi & de Regularibus Priuilegiatis. Perpetua, an iudicanda, lata in contumacia, & ſi non ſimpliciter, ibid. nu. 1049. A quo poteſt abſolui, quando fuit lata per ſententiam particularem, ibid. num. 1053. & ſeq. Quid ſi ſit lata à iure, vel p ſtatutum, aut ſententiam generalem, abſque tamen reſeruatione, an poſſit abſolui à quolibet confeſſario, vt dicitur de excommunicatione, ibidem, nu. 1055. & 1057. Quid ſi ſit lata cum illis verbis, in perpetuum, ſeu ſine ſpe remiſſionis, numer. 1058. & duobus numeris ſequentibus. An hoc caſu cenſeatur reſeruata S. P. ibid. num. 779. fol. 606. An confeſſarij habentes facultatem circa caſus reſeruatos Epiſcopi, poſſint à tali ſuſpenſione perpetua non reſeruata, abſoluere, ibidem, nu. 1056. An Regulares priuilegiati, ibid. n. 1055. ad finem. Lata ad beneplacitum Epiſcopi, an mortuo ipſo Epiſcopo ceſſet, ibid. numer. 33. fol. 504. Lata per menſem, quando durante dicto menſe, incurrit aliam, etiam latam per menſem, hic ſecundus menſis, quo tempore incipiat, recoll. 6. num. 15. Lata ab homine, quando cenſeatur lata per modum cenſuræ, & quando in rationẽ pœnæ, Recoll. 2. num. 742. fol. 170. An ſuſpendatur per appellationem, ibid. num. 636. fol. 153. Vbi etiam de interdicto, Ac nu. ſeq. habetis, quibus alijs ex caſibus ſuſpẽdatur, tàm ſuſpẽſio, quàm interdictũ. Lata, donec reſtituerit, an ſit vera ſuſpenſio, ità vt illam tranſgrediens, efficiatur irregularis, recoll. 6. num. 165. fol. 523. Suſpenſio à collatione beneficij, quid importet, recollect. 6. num. 41. & ſeq. fol. 508. Quid de ſuſpenſione adminiſtrationis à ſpiritualibus, ibid. num. 52. fol. 509. Quid de ſuſpenſione ab adminiſtratione in temporalibus, ibidem, num. 53. & num. 82. Quid de ſuſpenſione ab audiendis confeſſionibus, recoll. 2. num. 741. An lata ſine expreſſione cauſæ ſpecialis, ſit ſufficiens ad irritandas confeſſiones poſtea auditas, recoll. 2. num. 749. & ſeq. fol. 172.

Suſpenſus à diuinis, ſeù ab ordine, an diſtributiones lucretur, ſi de facto, & ſic illicitè, interſit Choro, rec. 6. ſub nu. 1013. fol. 661. Vbi qñ talis interſſendo Choro, euadat irregularis. An poſſit eligere, vel eligi, ibid. numer. 1020. fol. 663. Suſpenſus à ſuſceptione Sacramentorum, an illa ſuſcipiens ſine exercitio ordinis, incurrat irregularitatem, ibid. num. 839. fol. 623. Ab officio, quomodo prohibeatur ordines Superiores ſuſcipere, ibid. num. 1002. fol. 659. Quid de ſuſpenſo ab ordine, vel à ſuſceptione Sacramentorum, ibidem. Quomodo illi prohibeatur actus ordinis inferioris, ibid. num. 1003. Ab Officio Diaconi, Sacerdos ſuſpenſus, an poſſit confeſſiones audire, Baptizare, &c. ibid. num. 1005. An prohibeatur nouum Officium, vel Beneficium recipere, ibid. num. 1006. verſ. Tertia Concluſio, & ſub num. 1010. Quando poſſit priuari Beneficijs, ibid. numer. 1012. fol. 661. An poſſit eligi ad beneficium, ibidem num. 1008. fol. 660. Vel præſentari ad illud, num. ſeq. An hoc ſit verum, et vbi dicta ſuſpenſio eſt occulta, ibid. num. 1014. An hoc caſu teneatur ſe prodere, vel renunciare, ibidem. nu. 1048. fol. 667. An poſſit eligere, vel conferre alteri beneficium, ibidem, verſ. quarta Concluſ. An poſſit alium præſentare, ibid. num. 1019. fol. 662. Vbi quid de Regulari ſuſpenſo ab officio. Quid de ſuſpenſo à Beneficio, numer. [illegible] 100. fol. 666. Fructus beneficij antè ſibi collati, poteſt percipere

pere

pere ſuſpenſus ab officio, ſi beneficio inſeruiat per ſe, vel per alium, eadem recoll. 6. num. 1011. fol. 661. Quid de diſtributionibus quotidianis, ibidem, num. ſeq. An idem ſit de ſuſpenſo à beneficio, ibid. num. 1026. & ſeq. fol. 664. Quæ hoc caſu veniant appellatione fructuum beneficij, ibid. ſub nu. 1033. Quorum beneficiorũ fructibus, priuet ſuſpenſio à beneficio, ibidem, num. 1034. An talis ſuſpenſus à beneficio poſſit nouum beneficium recipere, ibidem, num. 1036.

Suſpenſus Epiſcopus à collatione ordinum Minorum, poteſt conferre maiores, & è contrà, recoll. 6. ſub num. 1005 fol 660. Ab exequutione ordinis Subdiaconatus non eſt incapax recipiendi beneficium ſimplex, ibid. num. 1006. Inſordeſcens in ea per annum, an poſſit priuari beneficijs, ibid. num. 1012. fol. 661. Quando dicatur non toleratus, & quando cum tali non tolerato communicans, peccet, ibid. nu. 1041. Quid de ipſomet, communicante cum alijs, ibid. num. 1044. Miſſam eius audiens, vel cum eo in Choro canens, an peccet, ibid. ibid. nu. 1042. Vbi quid ſi ſit ſuſpenſus à diuinis, & denunciatus, & quid de ſuſpenſo ab ingreſſu Eccleſiæ, fol. 668. Ab officio, violans ſuſpenſionem, an peccet mortaliter, fol. 650. col. 2. verſ. Concluſ 1. & num. 1000. An acta ab eo facta, ſint valida, ibid. verſ. Erunt autem. Quando fiat irregularis, ſub numer. 999. verſic Præter peccatum. Quid de violante ſuſpenſionem, circà ordines minores, ibid. num. 658. & num. 1001. Quid de violante, audiendo confeſſiones, n. 1004.

Suſpenſus ab vſu ordinum, à quo poſſit abſolui, ibid. num. 509. fol. 566. An vi Iubilei, ibid. nu. 512. Quid de ſuſpenſo ab ordinibus ſuſceptis, poſt contractum matrimonium, nu. 761. fol. 604. An ſit ſuſpenſus Abbas cõferens ordines, non ſubdito, vel Nouitio, Recoll. 6. num. 17. & num. 27. numer. 5006. Quid ſi illos conferat, extrà ſuam Eccleſiam, ibid. num. 21. vbi num. 22. quid requiratur ad hoc vt Abbas poſſit ordines conferre. Suſpenſus Epiſcopus à collatione beneficiorum, & Patronus Eccleſiaſticus à præſentatione, ſi conferat ille, vel inſtituat, & iſte præſentet, an incurrat excomunicationem, Recollect. 4. fol. 394. colum. 2.

Lata ſimpliciter, an ſuſpendat ab officio ſimul, & beneneficio, ibid. numer. 19. fol. 505. Lata contrà eligentes indignum, an habeat locum in electionibus Regularium, ibid. num. 1037. Lata per menſem, vel per annum, quando incipiat, & deſinat, ibidem, ſub num. 1046. Eius effectus, quando incurritur pro eodem delicto, cum excommunicatione, ibid. num. 866. aliàs 868. fol. 031.

Suſpicionis cauſæ, quæ nam ſint ſufficientes ad iudicem recuſandum. Recoll. 2. num. 196. fol. 99. vide etiam, nu. 200. & duobus ſequentibus. Coram quo ſint dictæ cauſę probandæ, ibidem, num. 203. fol. 100. Quid ſi ſuſpicio, ſit contrà Vicariũ, General. Epiſcopi, an ſit probanda coram Epiſcopo, ibid. num. 204. Quid ſi Epiſcopus eſſet in remotis partibus, num. 206. An Epiſcopus poſſit allegari ſuſpectus, ibid. num. 208. Quid de Viſitatore, ibid.

T

TAbellarios impediens, ne ad Romanam Curiam deferant litteras, an incurrat excommunicationem Bullæ Cænę, Recoll. 4. hoc verbo. fol. 395.

Tabernarij, vide ſuprà. Ars ignominioſa.

Taleam prout committetur, hoc nomen ſub nomine Gabellæ ſuprà. Gabellas, imponentes, aut exigentes à perſonis Eccleſiaſticis, & hoc verbo, recoll. 4. fol. 395. Vbi de ipſis perſonis Eccleſiaſticis, illas ſponte ſoluentibus.

Taleam prout ſignificat compoſitionem factam à perſonis priuatis. de aliqua ſumma pecunię cum retentione perſonæ Eccleſiaſticę, ibid. hoc verbo, fol. 396. col. 2.

Tectum Eccleſiæ, an gaudeat immunitate, recoll. 4. fol. 318. colum. 1. ad finem, vbi Additio.

Tempus menſis, vel anni, quo quis eſt ſuſpenſus, quomodo computari debeat recollect. 6. num. 146. fol. 668. Trium menſium petendi pallium, quando incipiat in Epiſcopo tranſlato ad Archiepiſcopatum, ibid. num. 137. fol. 520. Anni probationis, quomodo computandus, ibid ſub num. 294. Vbi etiam de computatione anni decimi ſexti completi, ad finem, validitatis, vel inualiditatis profeſſionis, & vtrũ hoc habeat locum in militibus Hyeroſolimitanis. Aſſignatum Epiſcopis ad accedendum ad limina Apoſtolorum, ibidem. num. 352. fol. 546.

Tertiarij Religionum, an veniant appellatione Regularium, quò ad priuilegium.

Digitized by Google

gium fori, & Canonis. Recollect. 2. n.481. vbi addit. ad fol. 132. vbi num. ſeq. de Sororibus tertij ordinis, & rec. 5. n. 30. An illis, poſſint Religioſi miniſtrare Sacramentũ Euchariſtiæ, in die Paſchæ, & Extremæ vnctionis in articulo mortis, rec. 4. f. 277. col. 2.

Teſtis, ſuprà ſigna.

Titulus patrimonij, ad quem ordinari debet, quis ordinibus ſacris, qualis eſſe debeat, recoll. 6. num. 657. Vbi num. 678. vtrum pater cogi poſſit, illud aſſignare filio, & an computari debeat in eius legitima. Illud poſtea retrocedens, an incurrat ſuſpenſionem, ibid. num. 671. Quid de renunciante beneficium ad cuius titulum quis eſt ordinatus, ibid. num. 682. ad finem, fol. 591. De obligatione ordinantis, circà inueſtigationem dicti tituli, ibid. num. 650. ad finem, & ſeq. fol. 587. Quando titulus beneficij non ſufficit, poteſt ſuppleri per patrimonium, ibid. num. 490. fol. 564.

Tonſuram conferens infanti, an incurrat ſuſpenſionem, recoll. 6. nu. 523. ad fin. & ſeq. fol. 569. Illa initiatus, abſque dimiſſorijs, ab alieno Epiſcopo, an gaudeat priuilegio fori, & Canonis, ibid. nu. 502. Vbi de ſic initiato cum dimiſſorijs falſis, vel cum dimiſſorijs Capituli Sede Vacante, infrà annum à morte Epiſcopi, aut ſubreptitijs, & num. 507. Habetis, an talis ſic initiatus, ſit capax beneficij. Quid de initiato dicta prima tonſura à ſuo Epiſcopo, in aliena tamen Diœceſi, abſque licentia ordinarij loci, ibidem, num. 614. fol. 581. Illa initiatus ſimoniacè, quam pœnam incurrat, ibid. nu. 682. illam, an poſſint Epiſcopus conferre, non ſuo ſubdito, ex eo, quòd velit illi conferre beneficium, ibdi. num. 479.

Torturam clerico inferre. ſuprà excommunicatio, quò ad percuſſionem.

Tractans infeudare bona ſedis Apoſtolicæ, vel Eccleſiæ particularis. ſuprà Feudum.

Trahens perſonam Eccleſiaſticam ad Tribunal Sæculare, quando, & qualem excommunicationem incurrat, fol. 313. in Addit. Vbi an per ſequeſtrum bonorum Eccleſiaſticorum, dicantur Eccleſiaſtici tracti, ad finem incurrendi dictam excomunicationẽ.

Tranſitus ad alim Religionem, quibus ſit prohibitus, recoll. 4. fol. 380. col. 2. Quomodo, & à quibus concedi poſſit, ibid. fol. 397. & ſeq. Quid de Monialibus, vide ſuprà Moniales.

Tributa à laicis impoſita, &c. vide ſuprà Gabellas, & Taleas. Illa fraudantes, an gaudeant immunitate, recol. 4. verbo extrahentes.

Triennalis familiaris, qualis iudicandus, ad hoc vt illum poſſit Epiſcopus ordinare, abſque dimiſſorijs proprij ordinarij, recoll. 6. num. 407. & ſeq.

Triremibus mancipati clerici, quibus ſubdantur, & an ſint ſuſpenſi. Recol. 6. hoc verbo. Quid dicendum, vbi iam poſt completum tempus, ab illis fuerunt licentiati, & an dum ibi manent gaudeant priuilegio Canonis remiſſiuè. An teneantur ad Horas Canonicas, Bonacina de Horis Canonicis, diſp. 1. q. 1. p. 2. n. 4.

V

VAcantis Eccleſiæ fructus, &c. vide ſuprà ſpolium, & infrà vſurpans.

Valetudo, quomodo differat à morbo, recoll. 5. num. 473. fol. 466. vbi num. ſeq. De membrorum deſtitutione.

Vagi, ſeù vagabundi, cui Epiſcopo, ſint ſubditi, Recollect. 2. numer. 416. fol. 124. An ligentur cenſuris latis in loco, per ꝙ vagantur, ibid. n. 418. Quid dicendum de abſolutione à reſeruatis, diſpenſatione, relaxatione iuramenti, &c. ibid. num. ſeq.

Venatio, quomodo clericis, aut Religioſis, ſit licita, Recoll. 6. hoc verbo, fol. 648. Et præter ibi citatos, videte Dianam, par. 3. tract. 6. Reſol. 19. Qui concludit cum Valero, & Rebellio, illam, recreationis cauſa, non eſſe dictis perſonis prohibitam, non ſolum vbi ipſa nõ eſſet, clamoroſa, ſed modeſta, etiam cum aliquibus canibus, ſed ſubdit quoque, quòd & ſi eſſet clamoroſa, ſi tamen recreationis cauſa, rarò ab eis fieret, neque eſſe peccatum mortale. An autem illa ſit licita in die fæſto, etiam quando ſit ob lucrum, vel ex officio. Affirmat, tãquam probabilius, Sanchz, lib. 5. Opuſculorum Moralium, cap. 2. dub. 14. Idem dicit de Aucupatione, & dub. ſeq. de Piſcatione.

Verba generalia omnes caſus comprehendũt, ac verborũ ſignificatio eſt attendenda, vbi non cõſtat de contraria mente loquẽtis, recol. 5. n. 167. f. 523.

Verbum in medio poſitum debet ab extremis recipere interpretationem, Recoll. 4. fol. 336. col. 2.

Veritatis definitio, ad eius obligationem non eget acceptatione, recoll. 4. fol. 357. col. 2. ad medium.

Veſtes, quæ clericis ſint prohibitæ, recoll. 6. fol. 648.

Digitized by Google

6.fol.648.hoc verbo,&ſub num.955. fol.ſeq. An pœnę à iure latæ, contra clericos, veſtibus prohibitis, vtentes, ſint in vſu, ibid.num.957. An ſit in iure ſtabilitum, quę ſint veſtes, quibus vti debeant clerici, ibid. nu. 961. Quando illis non vtentes priuentur priuilegio fori, ibid.num.965.

Vexantes Inquiſitores, vel eorum Miniſtros,&c. recoll.4.fol.335.col.1.

Viarum graſſatores, quomodo differant à publicis latronibus, recoll. 4. Verbo violantes,&c.fol.397. Vbi quòd neuter ex ipſis, gaudeat immunitate Eccleſiæ.

Vicarius Generalis Epiſcopi, an validè ferat ſententiam cenſurę, quando Epiſcopus eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus denunciatus, recoll. 2. num. 97.& ſeq.fol.89.& num. 102.& ſeq. An poſſit, abſque ſpeciali delegatione, abſoluere excommunicatum ab Epiſcopo, ibid.num.832.fol.188. An poſſit citari ad comparendum, vel excommunicari ab Archiepiſcopo Metropolitano, ibidem, numer. 293. fol.107.& ſeq.num.300. An abſente Epiſcopo poſſit dare licentiam alteri Epiſcopo, vt celebret in Pontificalibus,& exerceat Pontificalia. recoll.6. num.177.fol. 548. An ſine expreſſa facultate Epiſcopi poſſit abſoluere Percuſſores Clericorum in illis caſibus, in quibus poſſunt Epiſcopi. Recoll.5.num.546.fol.476.vbi num.551. An illam facultatem poſſit alijs delegare. Quid ſi ipſe inciderit in dictã excommunicationem, ibid.num.570. & ſeq. Quando recuſatur, vt ſuſpectus, quid faciendum, Recoll.2.num. 204. & ſeq. vſque ad num. 213. An poſſit eſſe Iudex in cauſa ſui Epiſcopi, ibid. num. 242.fol. 103. An poſſit excommunicare alium Vicarium, quando ſunt duo Vicarij, in eadem Diœceſi, num.270.& ſeq. An incidat in caſus reſeruatos ab Epiſcopo, ibid. num.175.

Capituli Sede Vacante, quam pęnam incurrat, concedendo dimiſſorias ad ordines non arctatis, intrà annum, recoll.6.num.116.fol.517. Vbi quid de Vicario Apoſtolico dato hoc tempore, num. 119. An poſſit concedere dimiſſorias arctatis, abſque expreſſa conceſſione, ſibi facta à Capitulo, ibidem, num.121. Vbi habetis remiſſiuè formulam eius deputationis. An diſpenſet eodem modo in interſtitijs, num. 123. Quid de commendatitijs, numer.ſequenti.

Superioris Regularis localis, an habeat à iure, facultatem ferendi cenſuras abſente Superiore, recoll.2.num.524. fol.137. Quid de eo, qui remanet Superior ratione anziaſitatis, abſque titulo Vicarij, ibid.nu.510.& ſeq.fol. 138. Quid de Vicarijs Domorum, vbi non ſunt alij Superiores, ibidem.

Violatio clauſuræ Monialium ad malum finem, an inducatur, etiam ſine præuia aliqua violentia, recollect.4. hoc verbo, fol.398.

Violantes immunitatem Eccleſiaſticam, ibid.fol.præcedenti.

Viſitatores Monialium, impedientes in eorum officio, quam pænam incurrant, recol.4.hoc verbo, fol.398. Diœceſum, quę munera accipere poſſint, ibid. Verbo Munera, fol. 365.col. 1. & latius.recoll.6.hoc verbo, fol. 651. Vbi de ſuſpenſione lata contrà eos, recipientes aliquid vltrà procurationem. An dicta ſuſpenſio habeat locum, quando per alios fiat dicta viſitatio, nu.967. An ab ea excuſet, leuitas materiæ, & quæ nam illa ſit, nu. ſeq. An poſſint aliquid recipere pro vectura, vel laminis ferreis equorum ibid. num. 969. An ſi vna die plures Eccleſias viſitēt, poſſint recipere plures procurationes, ibid.num. ſeq.vbi nu.971. à quibus poſſint exigere dictã procurationem. An aliquid vltra procuratione poſſint tūc exigere, vel ratione Cathedratici, aut Legiatorũ piorum, ibid.ſub n.972.& ſequenti. Vtrum dicta ſuſpenſio habeat locũ, vbi id accipitur ab alijs, quàm à viſitatis.ibid.num.985.vbi nu.ſeq. De abſolutione dictæ ſuſpenſionis, & reſtitutione ab eis facienda eius, quod contrà diſpoſitionem iuris receperunt, nu. 979. An Viſitatores poſſint allegari ſuſpecti, recoll. 2. num. 193. fol.95.

Religionum, an habeant iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam, recoll. 2. num.542. vſque ad nu.547. incluſiuè, fol.130.& recoll.6.nu. 966. Vbi an ipſi recipiendo aliquid vltrà procurationem incurrant ſuſpenſionem. An poſſint cenſuras ferre, & ordinationes in ſcriptis facere. Recollect.2. n.535. An à viſitandis poſſint, & quomodo petere iuramentum de manifeſtandis, ſibi occultis criminibus, ibidem, num.542.

Vltimas voluntates pias, exequi differentes, abſque rationabili cauſa, an ſint

ipſo

Digitized by Google

ipſo facto excommunicatus, recoll. 4.hoc verbo,fol.599.

Vniuerſitas, an poſſit excommunicari, Recoll.2.num.452.fol. 129. vide ſuprà Communitas,& Collegium.

Voce actiua, vel paſſiua, nemo priuandus, eo inaudito, recoll.6. num. 1023. fol. 663. vbi numer. 1025. An Electio facta cum iniuſta priuatione vocis, alicuius ex Electoribus, ſit valida. An autem voce actiua cenſeantur, quis priuatus per legem pœnalem, ante Iudicis ſententiam, ibid. numer. 810. fol.625.aliàs615. Illius priuatio, quomodo differat à ſuſpenſione, ibidem, num.2038.fol.667.

Vſurpare præſumentes,&c. alicuius Beneficij Eccleſiaſtici, Monaſterij, alteriuſque Loci Pij, iuriſdictionem, bona, cenſus,&c. Recoll.4. hoc verbo, fol.400. Vbi de clericis conſentientibus dictæ vſurpationi, vel non impedientibus. Quid de vſurpantibus cuſtodiam, ſiuè quardiam, vel titulum aduocationis, &c. Eccleſiæ, aut alterius loci Eccleſiaſtici, ibid. hoc verbo, fol.4401.col.1. vbi de clericis, vel Religioſis non ſe opponentibus dictæ vſurpationi, de qua re latius, Recoll.6.fol.609.col.1. Vſurpatio, ſuprà dicta, quando ſubiaceat excommunicationi Bullæ Cænæ, ibidem, num.861. fol. 629. *Patroni, Eccleſiæ Patronatæ bona*, vſurpantes, recoll.6. num.993.fol 656.

*Vota reſeruata commutantes*, vide ſupra Confeſſarij prætextu, &c. Emiſſa in Ordine Militari, quando irritent matrimonium poſtea contractum. Recoll.5.num.19. fol. 404. Non ludendi, vel ſimilis materiæ, pœnalia, an obligent, vbi quãdo quis ludit,&c. ſi non eſt memor dicti voti, Recoll.1. num. 409.fol.57. Votum continentiæ, quomodo ſit neceſſarium in vxore ordinandi, vel ingreſſuri Religionem, Recollect.6.ſub num.755. & ſeq.fol. 603. Quid de vxore electi ad Epiſcopatum, vel Cardinalatum, ibid.num. 757. An dictum votum debeat eſſe perpetuum, vel ſufficiat, ſi ſit temporale pro vita ordinati, vel ingredientis, ibid. nu. 759.

Vſuram manifeſtè exercere, quis dicatur, Recollect.4. verbo locantes, fol.348. Quid ad effectum; vt non poſſit quis ſepeliri in loco ſacro, ibid. verbo ſepelientes ad finem, fol. 388.col.1. Illam Domini, Officiales, &c. fouentes, quam pœnam incurrant, ibid. hoc verbo, fol.400. Vbi declaratur, quibus actionibus, dici poſſit, quòd dictæ perſonæ, &c. foueant vſuras.

Vſurarios alienigenas permittentes in terris ſuis, Eccleſiaſtici, vel Laici, quã Cenſuram incurrant, Recoll.6.num. 990. Illos ad ſepulturam, vel oblationes, admittentes, ibidem. nu. ſeq. Quid de illos recipientibus ad communionem, vel Sacramentum pœnitentiæ. ibid. Clerici vſurarij non ſunt ſuſpenſi ipſo facto, ſed ſuſpendendi ab ordinibus ſuſceptis, & beneficijs, iam impetratis, ibid. hoc verbo, fol,655. Vbi quòd tale crimen impediat ordinationem, ac collationẽ beneficij. quid de clericis noua pacta vſuraria reperientibus, ibid. nu.992.

Vtile per inutile non vitiatur, Recoll. 2. nu.880.fol.197.

Vtilitas, tàm ſpiritualis, quàm temporalis, quomodo excuſet participantem cũ excomunicato non tolerato, Recoll. 3.nu.289.fol.268.& nu.300. fol. 270.

Vxor ſicut poteſt communicare cum marito non tolerato: ità & maritus cum vxore, tàm in vſu coniugali, quàm in alijs, quæ pertinent ad comunionẽ ciuilem, Recollect.3. nu. 322.& ſeq. fol.271. Quid ſi matrimonium ſit inualidum, ibid.num.325.fol.262. An hoc ſit verũ, ſi fuit contractum ſcienter matrimonium cum non tolerato, ibid.num.ſeq. Quomodo coniux poteſt agere contrà alium coniugem diſcedẽtem ratione excomunicationis, ibid.nu.327. Quid ſi participet in crimine criminoſo, aut excomunicatio ſit lata in cauſa matrimonij, vel coniuges ſint iam ſeparati per Diuortium, ibid. à num.331. vſque ad num. 334.incluſiuè, fol.273.

Vxor, an poſſit recumbere in menſa, vbi maritus comedit cũ alio nõ tolerato, ibid.nu.336. Vxor eius, qui abſque licentia ipſius fuit ordinatus, an teneatur illi reddere debitum, recollect. 6. num.762.fol.604. Cætera vide ſupra Coniux.

FINIS.



Digitized by Google

# INDEX TITVLORVM.

*Recollectio I. Fol. I.*

DE Officio, & Poteſtate Confeſſarij, circà pænitentes, Cenſuris à iure, irretitos, in communi. ibid.

*Do nomine cenſuræ.* ibid.

*Cenſuræ ſpecies, quænam ſint.* fol. 3.

*An conceſſa facultate abſoluendi ab omnibus cenſuris, cenſeatur conceſſa facultas, circà irregularitatem ex delicto.* fol. 4.

*An abſolutio generalis data in litteris, ſiuè gratię, ſiuè iuſtitiæ à cenſuris, ſuffragetur, etiam irregularibus.* fol. 8.

*De cenſurarum diuiſione in ferendæ, & latę ſententiæ.* fol. 10.

*An dentur cenſuræ latę ſententiæ, quæ incurrantur, antè ſententiam condendatoriam.* ibid.

*Quæ ſint alię pænę, quæ etiam incurruntur, antè ſententiam, & quæ non incurrantur, niſi poſt ſententiam.* fol. 12.

*An tranſgrediens præceptum impoſitum ſub pæna cenſurę ferendæ ſententia, peccet mortaliter nec ne.* 13.

*Præceptum ſub pæna excommunicationis ferendę ſententiæ tranſgrediens, an peccet mortaliter.* ibid.

*Tranſgrediens pręceptum ſub pæna ſuſpenſionis, vel interdicti latę, vel ferendæ ſententiæ, an peccet mortaliter.* fol. 18.

*De abſolutione tranſgreſſionis præcepti, ſub pæna cenſurę ferendę.* fol. 30

*Confeſſarius, quomodo iudicare poſſit, an cenſura, ſit latæ, vel ferendæ ſententię.* fol. 2[illegible].

*De diuiſione cenſuræ in eam, quę eſt à iure, & eam, quæ eſt ab homine.* fol. 25.

*De prima differentia, quæ eſt inter cenſuras à iure, & ab homine, quò ad poteſtatem illas ferendi.* fol. 26.

*De Viſitatoribus Diæceſum, vel Religionum, an ipſi ſint de his, qui poſſunt excommunicationes ferre per modum ſtatuti.* fol. 27.

*De Generali, vel Prouinciali Religionum, an poſſint ferre cenſuras per modum ſtatuti, vel Conſtitutionis.* fol. 29.

*De ſecunda differentia inter cenſuram à iure, vel ab homine, in ratione durationis.* fol. 30.

*Duę aliæ difficultates, circà materiam cenſurarum à iure, explicantur.* fol. 32.

*Quomodo poſſit cognoſcere confeſſarius, an cenſura ſit à iure, vel ab homine.* ibid.

*De aliquibus cenſuris, de quibus dubitari poteſt, an ſint à iure, vel ab homine.* fol. 34.

*Qualis culpa requiratur in pænitente, ad hoc vt iudicari debeat à Confeſſario, illum incurriſſe in cenſuram.*

*Ad incurrendam cenſuram, an ſufficiat peccatũ mortale internum.* 39.

*An peccatum, quodlibet mortale externum, ſufficiat ad incurrendam cenſuram.* fol. 43

*Ex quibus cauſis Confeſſarius poſſit iudicare, pænitentem excuſari ab incurſu cenſurarum à iure* fol. 47.

Con-

Digitized by Google

Confeſſarius quomodo, & quando poſſit ex capite ignorantiæ, iudicare pœnitentem, qui effecit actum ſub cenſura prohibitum, non incurriſſe cenſuram. 48.
An, & quando ignorantia excuſet ab incurrenda cenſura. ibid.
An, & quando ignorantia facti excuſet ab incurſu cenſurarum. fol. 50.
Qualis debeat eſſe hæc ignorantia, ſiuè iuris, ſiuè facti, ad hoc vt excuſet ab incurſione cenſurarum fol. 41
De aliquibus caſibus ſcitu dignis à Confeſſario, in materia ignorantiæ excuſantis à cenſuris, & alijs. 51.
Metus ratione quando, & in quibus caſibus poſſit Confeſſarius excuſare pœnitentem ab incurſu cenſurarum fol. 57.
Neceſſitatis ratione, quando quis iudicandus à Confeſſario, non incidiſſe in cenſura. fol. 60.
De abſolutione cenſuræ à iure, in communi. fol. 62.
An cenſura neceſſariò tolli nequeat, niſi per abſolutionem. ibid.
Quis poſſit à cenſura abſolui. fol. 64.
Quis poſſit abſoluere à cenſuris à iure latis in communi. fol. 69.
Qualis etiam in communi debeat eſſe abſolutio à cenſuris data. fol. 70

Recollect. II.

DE Officio, & Poteſtate Confeſſarij, circà pænitentes cenſuris ab homine ligatos. fol. 79.
Quomodo Confeſſarius practicare debeat authoritatem D. Gregorij, nempè ſententiam Paſtoris, ſiuè iuſtam, ſiuè iniuſtam eſſe timendam. idid.
De primo caſu, ex quo Confeſſarius poteſt iudicare, quòd cenſura ſit iniuſta, & inualida, nempè ex eo, quòd non ſit lata à legitimo Iudice. f. 82.
Qui nam ſit legitimus Iudex, qui poſſit ſententiam ferre cenſuræ. ibid.
De ſecundo caſu, in quo à Confeſſario iudicari debeat iniuſta, & inualida ſententia cenſuræ, nempè, quia Iudicis legitimi iuriſdictio eſt impedita. fol. 86.
De primo impedimento iuriſdictionis, ad ferendam cenſuram, nempè vbi Iudex, qui protulit ſententiam erat ipſe cenſura irretitus. ibid.
De ſecundo impedimento iuriſdictionis ad ferendam ſententiam, nempè, quando, & ſi ille, qui tulit ſententiam cenſuræ, non ſit de cenſura denunciatus, vel Notorius Clerici percuſſor; tamen alius à quo ipſe habet iuriſdictionrm, eſt talis. f. 89.
De qua cenſura, debeat eſſe quis denunciatus, ad hoc vt tàm ipſe, quàm ab eo delegatus, impediatur ferre validam ſeatentiam cenſuræ. f. 90.
De tertio impedimento iuriſdictionis, ad ferendam cenſuram, nempè appellatione interpoſita antè ſententiæ prædictæ, prolationem. ibid.
De quarto impedimento iuriſdictionis in Iudice ad ferendam cenſuram, nempè quando fuit lata à Iudice poſtquam fuit recuſatus, vt ſuſpectus. fol. 98.
De quibuſdam alijs caſibus, in quibus impeditur iuriſdictio ad ferendam cenſuram: ità vt lata cum dictis impedimentis, ſit nulla, & inualida fol. 101.
De tertio caſu, in quo cenſuræ ſententia eſt nulla, ſcilicèt quando fertur in eum, qui non eſt ſubditus. fol. 102



Digitized by Google

Qui nam ſint ſubditi: ità vt contrà eos Iudex Eccleſiaſticus, poſſit ferre ſententiam cenſurę. ibid.

Qui ſint ſubditi reſpectu Diœceſani, vt poſſint ab eo cenſuris ligari. f. 109

An quis ligetur cenſuris latis à ſuo Diœceſano, ratione delicti commiſſi, extrà illius territorium. ibid.

Quando committens crimen in loco exempto, dicatur illud committere, extrà territorium Diœceſani. f. 112

An poſſit Diœceſanus punire, & quomodo ſuum ſubditum reuertentem, in eius Diœceſim, pro delicto commiſſo extrà territorium, vel in loco exempto. fol. 113.

An Ordinarius, ſeù Diœceſanus poſſit ferre ſententiam cenſuræ, contrà ſuum ſubditum, qui & ſi deliquit in eius territorio, tamen nunc reperitur, extrà illud. fol. 114.

Quomodo in Praxi, Diœceſanus poſſit ferre ſententiam particularem cenſuræ, contrà ſuum ſubditum, qui & ſi deliquit intrà ſuam Diœceſim, tamen reperitur nunc extrà illam. fol. 115.

An ſufficiat, quòd in aliquo loco, ſit inchoatum delictum, ad hoc vt Epiſcopus illius loci, poſſit pro eo ferre ſentētiā, cēſurę, uel vt quis incurrat cenſuram, ibi latam per ſtatutum, vel ſententiam generalem. f. 118.

An Epiſcopus exiſtens extrà Diœceſim, poſſit ferre ſententiam cenſuræ, contrà ſuum ſubditum exiſtentem in proprio territorio. fol. 122

Exteri, ſeù forenſes, an ſint ſubditi Epiſcopo loci, vbi reperiuntur, quò ad cenſuras, ex eo tantum, quòd ſint ſubditi ratione delicti. fol. 124

An omnes ſubditi, poſſint cenſura mulctari. fol. 128

An Regulares ſint ſubditi Diœceſano: vt poſſint ab eo cenſuris multari. fol. 130.

An in illis caſibus, in quibus vi Concilij Tridentini Regulares poſſunt compelli per Epiſcopum Diœceſanū, concedatur; ut etiam cenſuris, poſſit ad hæc obſeruanda, illos adſtringere. f. 133.

An Epiſcopus poſsit denunciare excommunicatum Regularem ob crimen, cui à iure, vel Apoſtolicis conſtitutionibus, eſt annexa excommunicatio, ab eo commiſſum, vt à fidelibus vitetur. ibid.

Qui Superiores Regulares habeant facultatem cenſuras ferendi in ſuos ſubditos. fol. 135.

De loco ad quem extenditur iuriſdictio Superiorum Regularium, vt poſſint cenſuris multare ſuos ſubditos. fol. 140.

Nouitij, an dicantur ſubditi Prælatis Regularibus, vt poſsint contrà eos ferre ſententiam cenſuræ. fol 141

De quarto caſu, in quo cenſurę ſentētia eſt nulla, ſcilicèt quando continet errorem intollerabilem. fol. 143.

De caſibus, in quibus, & ſi ſētētia cēſurę nō ſit nulla, tamē ad huc dubitatur inter DD. vtrum excuſari poſſit pœnitens ab illius incurſione. fol. 145.

De primo caſu, ſcilicèt quando ſententia eſt iniuſta ex defectu cauſæ. ibid.

An ex eo, quia Notorium eſt, cenſuræ ſententiam eſſe iniuſtam, debeat iudicari nulla, & inualida fol. 146.

De ſecundo caſu, ob quem dubitatur, apud DD. ſcilicèt, an excuſari poſſit pœnitens ab incurſione cenſuræ ab

Digitized by Google

ab homine, ob iniuſtitiam illius, ex defectu monitionis. fol. 147.
De tertio caſu, ob quem dubitari poteſt, an excuſari poſsit pœnitens ab incurſu cenſuræ ab homine, ſcilicèt ex eo quia verba, quibus cenſuræ ſententia fertur, ſunt indeterminata, & confuſa. fol. 151.
De quarto caſu, in quo dubitari poteſt, an excuſari poſſit pœnitẽs ab incurſu cenſuræ ab homine, nempè appellatione propoſita, poſt latam ſententiæ. fol. 152.
De quinto caſu, in quo dubitari poteſt, an excuſari poſſit pœnitens ab incurſu cẽſurarum ab homine, ſcilicèt vbi talis, & ſi non appellauerit, tamen dixit ſententiam cenſurarũ latam contrà ſe, eſſe nullam. f. 158.
An Iudex, qui tulit ipſam ſententiam cenſuræ, quam reus iam incurrerat, poſſit eius effectum ſuſpendere ad tempus. fol. 159.
De ſexta cauſa excuſationis ab incurſu cenſuræ ab homine, ſcilicèt impotentia. fol. 160
De ſeptima cauſa excuſationis ab incurſu cenſuræ ab homine, nempè conſenſu eius, in cuius fauorem, lata fuit ipſa cenſura. fol. 161
De octaua cauſa excuſationis ab incurſu cenſuræ ab homine, ſcilicèt intentione Iudicis ferentis illam. fol. 163
De nona cauſa, ob quam dubitari poteſt, an quis excuſetur ab incurſu cenſuræ, ſcilicèt vbi preceptum ſub illa pœna impoſitum, non fuit acceptatum. fol. 164.
De vltima cauſa, de qua dubitari poteſt, an excuſet à cenſurę incurſu, ſcilicèt conſuetudine. fol. 167
De pœna ſuſpenſionis, quam incurrit Iudex, qui ſententiam cenſurę tulit abſq; trina monitione, aut non in ſcriptis, vel ſine cauſę expreſſione. 168.
An Prælati Regulares, ſi Cenſuras ferant in ſuos ſubditos, non obſeruando ſupradictã formã ad vnquẽ, incurrant ſuſpenſionem, ſeù interdictũ ab ingreſſu Eccleſiæ. fol. 169.
De abſolutione à Cenſuris ab homine. per ſententiam generalem. ibid.
Quis abſoluere poſſit à Cenſura lata ab homine per ſententiam particularem, in foro exteriori. fol. 178.
A quo Iudice abſoluendus, ſit quò ad forum externum is, qui appellauit à Cenſura, contrà eum lata. fol. 183.
An pendente appellatione, Iudex à quo poſſit abſoluere eum, contrà quem tulit ſententiam Cenſuræ. fol. 185.
Quædam alia notatu digna circà hanc materiam. fol. 186.
Quando, & quomodo danda ſit abſolutio ſimplex excommunicato à Iudice appellationis. fol. 188.
De abſolutione ad cautelam, quomodo conueniat, & differat cum abſolutione ſimplici, de qua ſuprà. fol. 190
De abſolutione ad cautelam in particulari. fol. 191.
De abſolutione de reincidentiam in communi. 196.
De abſolutione ad reincidentiam in particulari. fol. 200.
De abſolutione à Cenſuris ab homine, quò ad forum conſcientiæ. 204
Quis abſoluat in foro conſcientiæ à cenſuris reſeruatis per ſententiam generalem eos, qui in alia Diœceſi, illas contraxerunt. ibid.
Quis abſoluat à Cenſuris ab homine per ſententiam particularem, quò ad forum

Digitized by Google

forum conſcientiæ. 209.

De abſolutione, non præmiſſa ſatisfactione partis. 206.

Abſolutio à Cenſuris ab homine per ſententiam particularem, data vi priuilegij, vel Bullæ pro foro conſcientiæ, an proſit, quò ad forum externum. 310.

Conſultatio circà hoc quæſitum. ibid.

De probatione abſolutionis obtentæ prò foro conſcientiæ, ad hoc vt prodeſſe poſſit foro externo. 214.

An liceat pretium dare, quando ſuperior iniuſtè me excommunicauit, ſuſpendit, vel interdixit, vt me ab ſoluat. 219.

Recollect. 3.

DE Officio, & Poteſtate Confeſſarij, circà pænitentes, excommunicatione maiori, ligatos. 220.

Quid ſit, & quotuplex excommunicatio. ibid.

De communione actiua fidelium, qua priuatur ipſe excommunicatus, in communi. 221.

An excommunicatus toleratus, ex quo ab alijs prouocatur ad communicandum, tàm in diuinis, quàm in humanis, excuſetur à culpa, de qua ſuprà. 224.

Excommunicatus, quæ Sacramenta validè, vel inualidè, licitè, vel illicitè recipere poſſit, & præcipuè de Sacramento pænitentiæ. 228.

De communicatione paſſiua prohibita fidelibus cum excommunicatis. 237

Qui nam ſint excommunicati vitandi, ſeù non tolerati. ibid.

Excommunicati denunciati, qui nam cenſeri debeant. 238

Denunciatio excommunicationis, à quo fieri debeat, & qualiter. 240

Quæ notitia, ſeù ſcientia denunciationis requiratur, ad hoc vt quis teneatur euitare excommunicatum denunciatum. 243

Notorij Clericorum percuſſores, qui nam cenſendi. 246.

Quãdo mihi conſtat, Titiũ v.g. percuſſiſſe clericũ in oppido, vel collegio coram ſex perſonis, vel in Ciuitate, aut Magna Communitate coram decem, an tenear illum euitare. 248.

An poſſit dari caſus, in quo adſit notorietas, de qua ſuprà, circa percusſionem, quia coram ſex, vel decem perſonis fuit facta, & ad publicam notitiam deuenit N. percusſiſſe coram decem, vel ſex reſpectiuè, Clericum, & tamen quis non obligetur euitare talem notorium clerici percuſſorem. 249

An notorius clerici percuſſor in vno loco, ſit vitandus, etiam in alio loco ab ijs, qui id ſciunt, & quid de dubitante, an quis ſit publicus, ſeù notorius clerici percuſſor. 252

Hodiè, an poſſint fideles communicare, cum excommunicato tolerato, abſq; aliqua culpa. ibid.

De ijs, in quibus fideles prohibentur communicare cum excommunicatis vitandis. 249.

De actibus particularibus, qui reducuntur ad ly os. ibid.

De actibus particularibus, qui reducuntur ad ly orare. 257.

De actibus particularibus, qui reducuntur ad ly vale. 252.

De actibus particularibus, qui reducuntur ad ly Communio.

Qui ſint actus particulares, qui reducuntur ad ly menſa. 265.

De culpa

Digitized by Google

De culpa, & pœna, ſub quibus prohibetur ſupradicta communicatio fidelibus cum excommunicatis. 266

De cauſis excuſantibus communicantes cum excommunicatis à culpa, & pœna, de quibus ſuprà. 268.

De prima cauſa excuſante comprehenſa in particula vtile. ibid.

De ſecunda cauſa excuſante, quæ comprehenditur ſub particula lex. 271.

De tertia cauſa excuſante à communicatione cum excommunicato non tolerato comprehenſa ſub ly Humile. 274.

Reſolutio aliquarum difficultatum, quæ ſunt communes duobus quæſitis præcedentibus. 278.

De quarta cauſa excuſante à communione cum excommunicato comprehenſa ſub Res ignorata. 280.

De quinta, & vltima cauſa excuſante à communicatione cum excommunicato comprehenſa ſub particula Neceſſe. 282

De excommunicatione minori, quæ incurritur ob communicationem cum excommunicato, abſque legitima cauſa excuſationis. 283.

Recollect. IV.

DE Officio, & Poteſtate Confeſſarij, circà excommunicationes in particulari, tàm S. P. quàm Epiſcopis, ac etiam nulli reſeruatas. 285.

Hæc Recoll. non habet Titulos cùm in ea recenſeantur excommunicationes Ordine Alphabetico, quarum ſingulæ ſatis indicantur in Indice Materiarum.

Recollect. quinta.

DE Officio, Poteſtate Confeſſarij, circà pœnitentes, qui in excommunicationem Canonis, ſi quis ſuadente 17. q. 4. incurrerunt. 402.

Clerici, & Monachi nomine, qui veniant. ibid.

Clerici, & Monachi, quando hoc priuilegium amittant: ità vt illos percutientes, ex hoc capite non incurrant excommunicationem. 410.

Quæ perſonę percutientes clericum, vel Monachum, comprendantur ſub illo relatiuo, ſi quis, poſito in Canone. 415.

Manuum violentarum appellatione, quę actiones, circà propoſitum noſtrum, contineantur. 421.

Qualis eſſe debeat violenta manuum iniectio in Clericum, vel Monachum, ad hoc vt ſubiaceat, huic excommunicationi. 425.

De cauſis ex quibus liceat, abſq; incurſu huius excommunicationis, manus inijcere in gaudentes, hoc priuilegio 331.

Quando, & quomodo ratione officij propriè ſumpti, liceat manus violentas inijcere in perſonas Eccleſiaſticas. ibid.

Quibus, & quando liceat ratione correctionis, percutere perſonas Eccleſiaſticas. 337.

Defenſionis, ac neceſſitatis ratione, qñ & quomodo excuſetur, quis ab excommunicatione, manus violentas in Clericum inijciendo 440.

Quis abſoluat ab excommunicatione huius Canonis 448.

Regula generalis prò arbitrando, quando percuſſio clerici ſit iudicanda enormis, mediocris, vel leuis. 449

Ependuntur uerba extrauagantis Perlectis, circà deſcriptionem percuſſionis leuis. 450.

De circunſtantijs in particulari, ex quibus

Digitized by Google

bus percuſſio leuis, euadere poteſt grauis. 453
Epiſcopi in quibus caſibus abſoluere poſſunt à percuſſione Clericorum enormi, vel mediocri. 456
De aliquibus impedimentis in particulari, in quibus Epiſcopus poteſt abſoluere, etiam ab enormi publica percusſione Clerici. 461.
Quis Epiſcopus, & quos ſubditos abſoluat tales impeditos. 475.
Epiſcopi nomine, cui conceditur dictæ facultas abſoluendi ſubditos impeditos adire Curiam, vel Legatum prò abſolutione ab hac excommunicatione; qui nam veniant. 476.
Quis abſoluat Religioſos ab hac excommunicatione. 482
De ſatisfactione requiſita ab eo, qui clericum, uel monachum percuſſit 489
Quomodo Iudex Eccleſiaſticus procedere debeat, in declarando, percuſſorem clerici, aut monachi incurriſſe excommunicationem huius Canonis. 496

Recollect. VI.

DE Officio, & Poteſtate Confeſſarij circà pœnitentes, ſuſpenſionis Cenſura adſtrictos. 503.
De nomine ſuſpenſionis, & de eius definitione, ac diuiſionibus. ibid.
Suſpenſiones à iure, vel Conſtitutionibus S.S. Pontificum, vſquè ad preſens latę; Ordine Alphabetico. 505
Singulas iſtas habetis indicatas in Indice Materiarum.
De culpa requiſita ad incurrendam ſuſpenſionem. 656
De effectibus ſuſpenſionis ab officio 657
De effectibus ſuſpenſionis à beneficio. fol. 664.
An cum ſuſpenſo communicare liceat, & ſi non tolerato. 667
De ceſſatione ſuſpenſionis. 668.
De abſolutione à ſuſpenſione. 620
De ſuſpenſione contrà Clericos ludentes aleis, uel taxillis, lata in ſynodalibus Conſtitutionibus aliquorum Epiſcopatuum. 674.

Recollect. VII.

DE Officio, & Poteſtate Confeſſarij, circà pœnitentes, qui abortum procurauerunt. 678
Quid ſit abortus, & quotuplex. ibid.
De abortus reſeruatione. 679
De abortus antè Conceptionem, procuratione. 680.
De abortus inanimati procuratione. 481
De abortus fœtus animati procuratione. ibid.
De abortus fœtus animati excommunicatione. 983
De abortus animati irregularitate. 684.
De Abortus abſolutione, & diſpenſatione. 685
Additiones eorum Authorum, quos poſt impresſionem cuiuſque folij, ad manus mihi peruenerunt, ac earum etiam Doctinarum, quas poſt eandem impresſionem, recolligere, ad Lectoris vtilitatem, potui.

FINIS.

# RECOLLECTIO PRIMA.

## De officio, & poteſtate Confeſſarij circà pænitentes, cenſuris à iure irretitos, in communi.

*Hucuſque explicata à nobis fuere illa, quæ diuiſim pertinent, vel ad obligationem, vel ad authoritatem confeſſariorum, remanet pro complemento operis, vt agamus de illis, in quibus vtrumque concurrere poteſt, & quia inter hæc, primum locum obtinet materia de Cenſuris, ideò hanc præmictimus recollectionem.*

### *De nomine Cenſuræ, & poteſtate, illam ferendi.*

1 PRIMA concluſio: Cenſura dicitur non ſolum à *cenſendo*, quod ſignificat ſententiam ferre, ſed etiam à *cenſio*, quòd ſignificat caſtigare, & corrigere, vndè morũ correctores, olim dicebantur cẽſores. ita communiter. *Nau.c.27.n.1.Sayrus Vgolin. Suarez, Auila, Alterius, Filliuccius, Conink, Raſtellius, Megalius, Bonacina, Lvyman, Hurtadus, & alij*, qui ex profeſſo tractant de cenſuris, & integra volumina de hac materia ediderunt.

2 Secunda concluſio: Cenſura differt a caſu, quia caſus ſignificat culpam, cenſura autem ſignificat pœnam; Patet ex dicendis infrà cùm
3 *de caſibus reſeruatis*, vnde conceſſa facultate circa caſus, non cenſentur conceſſa circa cenſuras quidquid *Zerola, apud Homobonum 1.p. de caſibus reſeruatis, cum de cauſa finali caſuum reſeruatorum, tit. Authoritas quomodo detur fol. 21. in 2. editione*, contrarium probare nitatur, de qua re, etiam egi *parte 2. recoll. 11. nu. 167. late Floronus de caſibus reſeruatis p. 1. c. 1. n. 6. & ſeq.* Duardus *in Bullam cænæ lib. 3. §. 2. q. 11.*
4 *num. 11.* fallit tamen corolarium iſtud in caſibus Summo Pontifici reſeruatis: nam cùm illi regulariter, habeant ſecum anexam cenſuram, ſequitur, quòd vbi Summus Pontifex
5 concedit per Bullam facultatem abſoluendi à caſibus, ſibi reſeruatis videatur concedere facultatem abſoluendi à cenſuris, illis annexis *Floronus loco ſupra citato cap. 11. q. 4. num. 6*
6 *& ſequentibus, Duard ſupra nu.* 12. vbi ex hac regula adnotat, quòd licèt in *S. Concil. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6.* fiat mentio de caſibus occultis etiam Apoſtolicæ ſedi reſeruatis atq; adeò cẽſuræ nòn exprimatur, nihilominus poſſe Epiſcopos abſoluere à cenſuris, quas, caſus Papales habent annexas.

7 Eadem ratione, differre cenſuram à peccato mortali, quia peccatum non eſt pœna, poſt *Vaſquez, notat* Bonacina *diſp. 1. de cenſur. q. 1. p.*
8 *1. num. 2.* quod etiam differat à penitentia impoſita à confeſſario, *Sayrus de cenſuris lib. 1. cap. 1. nu. 11.*

9 Tertia concluſio: Eſt poteſtas in Eccleſia ferendi cenſuras. eſt de fide, vt teſtatur poſt *Suarez tom. 5. diſp. 1. ſect. 2. nu. 14. Conink diſp. 13. de cenſuris num. 24. Bonacina diſp. 1. q. 1. p. 1. n. 2.* Oppoſitum eſse hereticum, teſtatur, *Auila de cenſuris prima parte dub. 2.* & Patet *Matthei 18.* vbi poſtquam dicitur, quòd eccleſiam non audiens, habendus ſit ab Apoſtolis (qui Eccleſiam repreſentebant) tanquam Ethnicus, & publicanus, ſtatim ſubijcitur, *Amen dico vobis, quæcumque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata, & in Cælo, & quæcumque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in Cælo.*

10 Ampliatur concluſio Primo, vt dicta poteſtas, non ſolum ſit ad priuandum fideles bonis externis, ideſt externo conuictu, ſed etiam internis communibus; nempè ſuffragijs, & orationibus Eccleſiæ, non autem particularibus, vt ſunt fides, gratia, ſpes, charitas, dona, alia-



Digitized by Google

aliæque virtutes,vt latè contra hereticos,probant Doctores ſupracitati,pręcipuè *Auila*,qui teſtatur, hanc ampliationem eſſe de fide, & oppoſitum eſſe hereticum,& *Alterius de cenſuris lib.1.diſp.3.cap.2.in princ.*

11 Ampliatur ſecundò,vt dicta poteſtas ſit ſpiritualis,& eccleſiaſtica:contra illos hereticos, qui putabant, illam tantum eſſe politicam,& ciuilem,quos reijcit, *Alterius loco ſupra proximè citato*,ſeù vt alij dicunt nihil operari apud Eccleſiam triumphantem , ſed tãtum apud eccleſiam militantem, de qua re, *Couar.in c. Alma mater par. 1. in initio num.9. verſ.* Hinc patet.

12 Ampliatur tertiò,vt non ſolum ſit poteſtas in Eccleſia ferendi cenſuras, ſed etiam in ea adſit poteſtas, compellendi vi ad hibita ſubditos fideles ad cenſurarum obſeruantiam, eſt hæc ampliatio contra Confeſſionem Auguſtanam,vt per *Valentiam in 3.p.D.Thom. diſp. 7.q.17.puncto* 1. *Conink loco ſupra citato*, vbi latè dictum errorem impugnant.

Ampliatur quartò, quòd dicta poteſtas fe-
13 rendi dictas cenſuras, ſit de iure diuino, contra hereſim *Marſilij Patauini*, aſſerentis, dictã poteſtatem habere Eccleſiam à Principibus ſecularibus, *Auila ſupracitato dub.2.ad finem*, Qui *dubio ſequenti*, probat,vſum ferendi cenſuras fuiſſe antiquiſſimum in Eccleſia,ſcilicèt à tempore Apoſtolorum vſque nunc obſeruatum. Dixi, quòd poteſtas ferendi cenſuras
14 ſit de iure diuino, quia ſecus eſt de earum inſtitutione, nempè quòd pro tali culpa, vel tali exceſſu,ſit impoſita pęna huiuſmodi,cùm nulla ſit impoſita pro aliquo caſu, vel exceſſu cenſura de iure diuino, ſed omnes impoſitæ reperiantur ab Eccleſia,cui dictam poteſtatem reliquit Chriſtus,cenſuras inſtituendi, ſeu imponendi, *Raſſellius de cenſuris q.2.n.2. & 14. Hurtado eod.tract.diff.3.ad finem,Bonacina ſupracit. Punc.2.n.2* Quod eſt verum etiã
15 quoad effectus earum cenſurarum, quia adhuc iſti effectus ſunt de iure poſitiuo *Alterius ſupracitata diſput.3.cap.2.Suarez diſp.2.ſect.1. nu.*9.de qua re nos latius infra.

16 Quæres quando fuerit data dicta poteſtas de facto Eccleſiæ à Chriſto? Reſpondetur ex *Suarez,quem ſequitur Conink ſupra diſput.13. nu.*29.fuiſſe datam Petro *Io.* 21. quando ei dixit, *Paſce oues meas*, quia tunc Beatus Petrus, eiuſque ſucceſſores fuerunt conſtituti abſo-
17 luti Paſtores cũ poteſtate eccleſiaſtica,cęteris verò Apoſtolis data fuit *Io.*20.quãdo eis dixerat,*Sicut miſit me viuens* Pater,*& ego mitto vos. Hurtado de cenſuris in communi difficultate* 3.
18 *ſub nu.*8. Sumus enim in ea opinione , hanc poteſtatem immediatè omnibus Apoſtolis fuiſſe collatam, quæ eſt probabilior, & communior,teſte *Suarez tom.*5. *diſp.*1.*ſect.*2. *verſ. quò ad aliam vero partem*, quam etiam probauimus,loquendo de poteſtate clauium, ſupra *p.*2. *recollect.*1. *num.*26. *& ſeq.*

## *Quid ſit cenſura.*

CEnſura , ita variè à Doctoribus reperitur definita, vt vix vna videatur cum alia in verbis conuenire, cùm quiſque, vt ſuum ingenium oſtentaret, propriam in medium afferre conetur, addendo, diminuendo, aut aut mutando aliqua verba,ſemper tamen mihi viſa fuit optima hæc definitio.

19 Concluſio:Cenſura eſt *pœna eccleſiaſtica, qua fideles puniuntur priuatione aliquorum bonorum ad ſalutem animæ.* Dicitur,*pœna* loco generis, ſic enim prædicatur de omnibus ſuis ſpeciebus mox enumerãdis.Quod rectius loco generis ponatur in hac definitione ly , *pœna*, quàm *ſententia* , prout voluiſſe videtur *Nauarr.in eius definitione,probat Sayrus lib.1. de cenſuris cap.*1.Dicitur,*Eccleſiaſtica*,ad differentiam aliarum pœnarum, quæ infliguntur à Iudicibus laicis, cauſa enim efficiens cenſuræ,eſt Iudex Eccleſiaſticus, ideſt habens iuriſ-
20 dictionem Eccleſiaſticam in foro externo; Huius iuriſdictionis regulariter,vt quis capax ſit,requiritur,vt habeat ſaltem primam tonſuram,etiam ſi ſit Religioſus profeſſus. Dixi regulariter, quia ex commiſſione Summi Pontificis, non ſolum Laicus , ſed etiam fęmina ſecundum probabilem ſententiam,poteſt cẽſuras ferre, & ab eis abſoluere,vt dixi ſupra *par.2 recollect.1.nu.69.& 156 & infra recoll. ſeq.latius dicetur*, quibus illic allegatis, addo *Raſſellium ſupra c.2. poſt Suarez t 5. diſput.2. ſect.3.Bonacinã diſpu.1.de cenſuris q.1.pũcto 2. num.4.Toletum lib.8. cap.7.nu 1.& 2.*Dicitur, *qua fideles*, loco ſubiecti, non enim infidelis, ideſt non baptizatus neq; Dæmon, aut cada-
21 uer, vel animalia poſſunt cenſuris affici, & ſi alicubi reperietis Dæmonẽ,vel animalia fuiſſe excõmunicata,prout in Dialogis D.Gregor. ly excõmunicatio,in eo loco ſtat ꝓ deteſtatione, vel adiuratione, non aũt pro cenſura, *Sanch. lib.2.ſumma moralis cap.42.Suarez diſput.5. de cenſuris ſect.1.num.2. Conink diſput.13.dub.6. Naldus verbo excommunicatio nu.14.* *Duard. in Bulla cœnæ lib.1.cap.1.quæſt.3. num.83.* vbi latè de hac materia ſubiecti excommunicationis. Dicitur,*puniuntur priuatione*, quia in bonis ſpiritualibus, non poſſumus puniri per inflictionem alicuius rei poſitiuè, cùm hæc nequit eſſe pœnalis, ſed benè per earum priuationem,ſeù per actum priuatiuum , vt optimè,*Suarez ſupra diſp.prima ſect. prima nu.5. ad finem.* Dicitur indefinitè , *aliquorum bono-*
22 *rum* , loco effectus ipſius cenſuræ, illa enim non priuat omnibus bonis ſpiritualibus,cùm non priuet gratia,donis, charitate , charactere , &c. de quibus ſupra *ſub num.* 10. Item quia cenſura non ſolum priuat bonis ſpiritualibus , ſcilicèt ſacramentis, ſuffragijs, &c. ſed ẽt aliquibus bonis temporalibus, ſcilicet in

Digitized by Google

indirectè in ordine ad ſpiritualia, nempè conuictu externo, ſeù communicatione fidelium, perceptione fructum beneficij, adminiſtratione officij, maximè in ſuſpenſione, *Layman lib. primo tract. 5. cap. primo num. 2.* Dicitur tandem, *ad ſalutem animæ*, vt indicetur finis Eccleſiæ in ferendis cenſuris, qui èſt reſipiſcientia circa crimen, & peccatum cõmiſſum, ſeù vt diſcedat reus à contumacia. vnde cenſura communiter dicitur, eſſe pænam medicinalem, & ſic etiam differt cenſura ab alijs pœnis, quas infligere ſolent iudices eccleſiaſtici in cauſis prophanis vt depoſitio degradatio, &c. *Layman ſupra n. 3.*

*Cenſuræ ſpecies quænam ſint.*

22 PRima concluſio: Excommunicatio, ſuſpẽſio, & interdictũ ſunt ſpecies cenſuræ. Hæc concluſio non ſolum eſt cõmunis, vt teſtatur, *Auila de cenſuris parte prima dubio 5. Alterius eod. tract. lib. 1. diſput. 1. cap. 2.* Conink *diſp. 13. num. 5.* ſed eſt certa, & extra controuerſiã: vt ait, *Suarez to. 5. diſp. 1. ſect. 3. in principio*, Probatur in *c. quærēti de verborũ ſignif.* vbi Innocentius Tertius cuidam Priori interroganti, quid debeat intelligi per cenſuras Eccleſiaſticas, cũ huiuſmodi clauſula apponitur in Bullis Apoſtolicis? Reſpondet debere intelligi, *Non ſolum interdictum, ſed etiam ſuſpenſionē, & ex cõmunicationē*, Confirmatur nã quando in iure fit mentio cenſurarũ, hæ tres ſpecies enumerantur, & harum trium cenſurarum fit mentio, vt videre eſt in *c. ſtatutum de ſtn. excom. in 6. & in cap. 15. etiam eodem tit. extr. & in cap. 1. de his, quæ vi, metu ſua cauſa fiunt*, & alibi ſepè. Probatur quoque ratione, quia tã excommunicationi, quã ſuſpenſioni, & interdicto conuenit definitio cenſuræ, ſcilicèt quòd ſit pęna eccleſiaſti-
23 ca, &c. Item quia quælibet ex ipſis ſpeciebus eſt diſtincta ab alia, non ſolum materialiter, ideſt ratione diuerſi ſubiecti, cùm excõmunicatio pertineat ad omnes fideles, ſuſpenſio autem tantum ad clericos, & interdictum non ſolum ad omnes fideles, ſed etiam ad loca: vndè interdictum diuiditur in perſõ-
24 nale, & locale, vt infra ſuo loco; ſed etiam formaliter, quia licet omnes iſtę ſpecies priuent bonis ſpiritualibus, tamen quęlibet diuerſo modo priuat illis bonis: nam excommunicatio priuat dictis bonis, quatenus illa bona pertinent ad communicationem fidelium; ſuſpenſio quatenus ſunt functiones eccleſiaſticæ ſeu vſus poteſtatis eccleſiaſticæ; interdictum autem quatenus ſunt res ſacræ, & diuinæ, ita *Hurtado de cenſuris in communi difficultate ſecunda*, alias differentias, & conuenientias inter ipſas, habetis apud *Nau. cap. 27. num. 157. & ſeq. Graſ. parte prima deciſ. lib. 4. cap. 1. Sayrum lib. 1. de cenſur. cap. 2. Alterius diſp. 2. cap. 4.*

Ex qua doctrina, noſter *Raſtellius in ſuo*
25 *opuſculo de cenſur. quæſt. 1. art. 3.* colligit, excommunicationem non ſolum eſſe pœnam grauiorem ſuſpenſione, & interdicto; ſed etiam irregularitate, & ceſſatione à diuinis, & teſtatur eſſe opinionem communem, contra *Medinam, & Sotum*, intellige de excom-
26 municatione maiori, quia irregularitas eſt maior pęna, quam excõmunicatio minor, vt bene contra, *Caietanum, notat Nau. cap. 27. nu. 158.* & proſequitur. *Alterius diſp. 2. cap. 3. ad finem*, vbi etiam declarat quomodo excõmunicatio ſit maius malum peccato mortali, Qualiter vero intelligatur id, quod habetur in *c. corripientur 24. quæſt. 3.* ſcilicèt excõmunicationẽ maiorem eſſe pænarum maximã, notat, *Nauar. loc. ſupra citato.*

27 Secunda concluſio: præter ſupra enumeratas ſpecies, non eſt alia pœna eccleſiaſtica, quę propriè poteſt dici cenſura. Hæc concluſio eſt contra, *Sotum in 4. diſtint. 22. quæſt. 3. art. 1. in princ.* quem ſequitur *Corduba in ſuis quæſtionibus Theologalibus q. 144.* qui contendit, etiam ceſſationem à diuinis, & irregularitatem ex delicto, eſſe ſpecies cenſuræ, item cõtrà, *Viguerium de ſacramento ordinis cap. 13.* & alios innominatos, apud *Auilam prima parte dubio 5.* addentes duas alias ſpecies, nempè depoſitionem, & degradationem, Quarum opinionum fundamentũ primũ eſt quia licèt Innocentius Tertius in d. *c. quærenti*, dixerat, nomine cenſurarum in reſcriptis, intelligi non ſolum interdictum, ſed etiam ſuſpenſionem, ac excommunicationem; tamen non ſtatuit, præter illas tres, non dari alias cenſuras, ſed tantum ibi enumerantur dictæ tres, tanquam in vſu frequentiores, & ad ſummum, ex dicto *tex.* nõ poteſt id probari, niſi per argumentũ negatiuũ, quod in Metaphiſica non eſt firmũ Secundũ fundamẽtũ quia tã ceſſatio à diuinis, irregularitas ex delicto, depoſitio, ac degradatio ſunt pœnæ eccleſiaſticæ, quibus fideles priuantur aliquibus bonis ſpiritualibus. Concluſio autem, noſtra, quæ eſt communis, & certa, de qua latè, *Alterius diſput. 1. de natura excommunicat. lib. 1. cap. 3. Filiucius tract. 11. ſeu 1. de cenſuris num. 9. & ſeq.* Probatur, reſpondendo rationibus in contrariũ, & ad primã reſpõdetur, quòd licèt Innocentius tertius ibi non negauerit, dari alias ſpecies cenſuræ; tamen ex quo ibi indefinitè loquitur, videtur id negaſſe, ex regula vulgata, quod indeſinita equipollet vniuerſali, vt benè, *Suarez ſupra ſect. 3. num. 2.* vndè idem eſt, dixiſſe, quòd per cenſuras eccleſiaſticas debet intelligi in Reſcriptis, non ſolum interdictum, ſed etiam ſuſpenſio, & excommunicatio, quàm dixiſſe, vt ipſe ait, omnem cenſuram, comprehendi in illis tribus. Confirmatur, quia ex quo dicta reſponſio ſit doctrinalis, & diffinitiua, non debet præſumi



Digitized by Google

mutila, ac diminuta, qualis vtique eſſet, ſi
aliæ præter ipſas reperirentur ſpecies cenſu-
ræ: Ad confirmationem de argumento ne
gatiuo reſpondet, *Auila*, quod ſcilicet & ſi
27 argumentum negatiuum non ſit firmum
in Metaphiſica; tamen in iure eſt firmiſsimū.
Ad ſecundum reſpondetur primò, negādo
ceſſationem à diuinis, irregularitatem ex deli-
cto, depoſitionem, ac degradationē eſſe pęnas,
pro vt probat nouiſſimè, *Hurtado loc. ſup.* Ac
dato, & nō cōceſſo, eſſe pęnas ſecūdo negatur
eſse pœnas, medicinales, ſicut cēſura eſt pęna
medicinalis, ad finem reſipiſcentiæ, vt ſupra.
Et tandem, quòd ad rationem cenſuræ, non
ſufficiat eſſe pęnam eccleſiaſticam, &c. ſed
etiam quòd ſit talis pœna, quæ apta ſit indu-
cere in violatores ipſius, aliquos effectus iu-
ris, inter quos iſte eſt præcipuus, vt irretitus
aliqua cenſura; ſi celebret, incurrat irregu-
29 laritatem, quæ tantum incurritur per cele-
brationem, vel alium actum ordinis exerci-
tiū in excōmunicatione, ſuſpēſione, vel inter-
dicto, non autem ob violationem ceſſationis
à diuinis, irregularitatis, depoſitionis, vt per
*Auilam ſupra dubio 5. & Sayrum lib. 7. de cen-
ſuris cap. 9. n. 20. Layman ſup. c. 2. n. 1. ad finem.*
Quæres quomodo differat cenſura ab ani-
maduerſione, & ſeueritate eccleſiaſtica? reſpō-
30 detur, quod ſeueritas eccleſiaſtica reſpicit pu-
nitionem animæ, & animaduerſio eſt idem
cum depoſitione, & degradatione, ita *Graff.
p. 1. deciſ. lib. 4. cap. 5. Megalius tertia parte ſa-
crum inſtit. Peregr. lib. 1. cap. 1. num. 3. & 4.* A-
nathema autem propriè dicitur excommuni-
catio maior. *Nauar. in tract. de datis, & pro-
miſſ. notab. 5. nu. 2. cum alijs, quos ſequitur Say-
rus lib. p. de cenſ. cap. 3. num. 5. & probat nouiſſi-
mè Hurtado diſp. 1. de excom. num. 7.* contra
*Toletum lib. 1. cap. 6. num. 2. & Auilam parte
2. cap. 2. diſput. prima dub.* 1. qui & ſi concedāt,
non differre eſſentialiter quò ad vinculum,
volunt tamen differre accidentaliter quo ad
ſolemnitates, & ceremonias, ac modum, illam
fulminandi, ſed hodie dictę cerimoniæ non
ſunt in vſu, de materia degradationis egimus
ſupra *parte ſecunda recoll.* 1. *a num.* 186. Hæc
quo ad theoricam, pro Praxi tamē Quærimus
primò.

*An conceſſa facultate abſoluendi ab om-
nibus cenſuris, cenſeatur conceſſa
facultas etiam circa irregu-
laritates ex delicto.*

CAſus hui⁹ quæſiti quotidie accidit in pra-
xi propter Bullas Cruciatæ, Iubilei, Pri-
uilegiorū Religionū, vel Confraternitatū, in
quibus Confeſſarijs conceditur dicta facultas
abſoluendi ab omnibus cenſuris, vel ſimplici-
31 ter, vt in Bulla Cruciatæ à Pio V. deinceps,
quia ab eo fuerunt ſublata pro confeſſarijs il-
la alia verba, *Sententijs. & pœnis, &c.* vt aduer-
tūt, *Enriquez lib. 7. de Indulgentijs cap. 13. num.
6. Auila parte prima dub. 7. & parte 7. diſp. 10.
dub. 4. & Filliuccius tract. 9. de cenſuris nu. 8.*
de Bulla cruciatæ in qua fuit conceſſa facul-
tas abſoluendi ab omni cenſura & pæna ec-
cleſiaſtica, agit, *Molina tom. 4. diſputatione 80.
num. 5. ad finem.* Vel additis dictis verbis, nē-
pe, *Cenſuris, & pœnis*, quas paſsim, vt inquit,
*Nauar. cap. 27 ſub n.* 154. apponi fuit ſolitum
in dictis Bullis Iubilei, prout etiam reperiun-
tur poſita in Bullis Indulgentiæ plenariæ pro
tribus menſibus de anno 1631. & prorogatio-
nibus ab Vrbano VIII. ac etiam in priuilegijs
conceſsis Regularibus, vt nouiſsimè per *Sua-
rez tom. 4. de Religione cap. 2. a num. 41. lib. 2.*
aut appoſitis his alijs verbis, *Ab eccleſiaſticis
ſententijs, & cenſuris*, vt aliquando etiam in
Bulla iubilei Clementis VIII. fuit dictum, te-
ſte, *Sayro lib. 1. de cenſuris cap. 1. ad fin.*, prout
etiam obſeruatum fuit à Sāctiſs. Paulo V. in
Iubilei Bulla, quam retulimus in noſtro,
*tractatu de iubileo p. ſecunda ad finem*, & Vr-
bano VIII. in iubileo Ann. 1628. apud, *S. Fau-
ſtum de iubileo lib. 4. ad finem*, & in vltima Bulla
iubilei, anni 1636. Eadem verba reperiun-
tur appoſita ab eodem Sanctiſſimo Domino
noſtro Vrbano VIII. nēpè, *ſentētijs, & cenſu-
ris*, ſine ly, *pœnis*, quod etiam fuit obſeruatum
in iubileo Gregorij XV. apud, *Sigiſmundum
de Bononia de electione dubio 97. in fine.*
Pro huius quęſiti faciliori reſolutione, ſup
ponendum ex infra dicendis in *recollectione
de officio, & poteſt. Confeſſ. circa pænitētes irre-
gulares*, quòd irregularitas eſt duplex, vnà ex
defectu, alia ex culpa, ſeù ex delicto. irregula-
32 ritas ex defectu eſt quintuplex, nempè ex de-
fectu Sacramēti, vt bigamus; ex defectu cor-
poris, nempè quando alicui deficit aliquod
membrum principale, vel habet notabilem
deformitatē; ex defectu animi, vt Neophi-
tus, Cathecumenus, & omninò illitteratus; ex
defectu natalium, vt qui non eſt natus ex le-
gitimo matrimonio, & tandem ex defectu lē-
nitatis, qualis eſt, qui in bello iuſto aliquem
occidit, vel mutilauit, vel tanquam Iudex
33 condennauit ad mortem, vel mutilationem,
Ex delicto autem irregularitas contrahitur,
tripliciter; nempè ex homicidio, & mutilatio-
ne, ex rebaptizatione, & tandem ex violatio-
ne cenſuræ; quia verbi gratia excommunica-
tus, ſuſpenſus, &c. exercet actum ordinis, vel
in loco interdicto, quis celebrauit. Addunt
aliqui poſt, *Sotum*, etiam vbi quis ſcienter or-
dinatur ab Epiſcopo excommunicato, vel ſu-
ſpenſo; item qui dum excommunicatus, ſuſ-
penſus, aut interdictus eſt, ordines ſuſcipit,
ſed in his duobus caſibus verè non contrahi-
tur imediatè irregularitas, ſed benè ſuſpen-
ſio.

Digitized by Google

ſio, in qua ſi poſtea talis celebret, efficitur irre-
gularis, vt infra ſuo loco.

Hoc poſito, ſunt ſecernenda certa ab in-
certis.

34 Primò Certum eſt quod habens facultatẽ
abſoluendi, ſiuè ſimpliciter *à cenſuris*, ſiuè *à*
*ſententijs, & cenſuris*, ſiuè à *ſententijs, cenſuris, &*
*pœnis*, non poteſt ab irregularitate aliqua ex
defectu diſpenſare, quia neque illa poteſt
aliquo modo comprehendi, nec nomine cẽ-
ſuræ nec ſententiæ, aut pœnæ, vt eſt clarum
ex terminis, & conceduut, *Sotus, & ſequaces.*

Secundo, & ſi non ſit ita certum apud ali-
quos Authores, an data facultate vt ſupra, vel
circa cenſuras ſimpliciter, vel etiam circa
ſententias, aut tandem addatur ly à *penis*, poſ-
ſit Confeſſarius diſpenſare ab omni irregula-
ritate proueniente ex culpa, & delicto, ex quo
putant, *Sotum*, quem habent pro Auriga in
35 opinione, de qua infra, non ſe benè decla-
raſſe; Tamen apud alios authores, eſt certiſſi-
mum, nec irregularitatem ob homicidium,
vel mutilationem, aut re baptizationem, etiã
quod illa ſit occulta, nec ſit facilis acceſſus ad
Epiſcopum vel Nuntium Apoſtolicũ, & co-
gatur talis celebrare, vel ſumere Eucariſtiam,
nullo modo poſſe ſub dictis verbis reduci, &
ratio eſt conuincens, quia nos videmus
primò, quod quando ſummus Pontifex con-
cedit facultatem circa irregularitatum diſpẽ-
ſationem, excipit iſtam ex homicidio volun-
tario, vel mutilatione, vt patet *ex Sac. Conci-*
*lio Tridentino ſeſſ.* 14. *c.* 6. Item in Bulla cru-
ciatæ, vbi licèt concedat commiſſario ipſius
facultatem diſpenſandi circa irregularitates,
tamẽ excipit hanc irregularitatem ex homici-
dio voluntario, ſicuti etiam in priuilegijs Re-
ligionum, vt patet ex his, quæ dixi *parte ſecũ-*
*da huius tractatus de poteſtate Confeſſarij recol-*
*lect.* 11. *num.* 219. vndè DD. communiter do-
36 cent; quod conceſſa a Summo Pontifice fa-
cultate circa irregularitates ſimpliciter, ex ſti-
lo Curiæ cenſeantur ſemper exceptæ duæ ir-
regularitates, nempè ex homicidio volunta-
rio, & bigamia, *Nauar. cap.* 27. *ſub num.* 154.
*Suarez diſp. prima de cenſuris ſect.* 3. *Sancto Pau-*
*lo lib.* 4. *quaeſt.* 109. *& dixi cum de iubileo par-*
*te ſecunda num.* 55. Si ergo Sum. Pontifex quã-
do concedit facultatem expreſſam circa diſ-
penſationẽ ab irregularitatibus, & non expri-
mit facultatem circa irregularitatem ex ho-
micidio voluntario, non cenſetur conceſſa,
quomodo poterit hic cenſeri conceſſa dicta
facultas vbi tantum ſit mentio cenſurarum,
vel etiam ſentẽtiarũ, aut tandem quoque pœ-
narum, nec pænitus aliqua mentio reperitur
facta de irregularitate? militat etenim regula,
37 ſi non expreſſe, ergo nec tacitè, & quod illa
quæ ſpeciali nota digna ſunt, nunq̃ cenſentur
conceſſa in generali conceſſione, *c. fin. de offic.*
*Vicarij in* 6.

38 Tertiò, etiam eſt certius, quòd vbi concedi-
tur facultas diſpenſandi, ab irregularitatibus,
exceptis irregularitatibus ex homicidio vo-
luntario, & bigamia, conceſſa cenſetur fa-
cultas vniuerſa quò ad omnes alias irregula-
ritates, ita, *Molina tomo* 4. *diſp.* 80. *ſub num.* 6.

39 Dificultas igitur reſtringitur circa irregu-
laritatem, quæ oritur ex violatione cenſuræ,
de qua propriè loquitur, *Sotus loc. ſup. cit. quæ-*
*ſito præcedenti, concluſ.* 2. qui non eſt ſibi con-
trarius, *lib. de iuſt. & iure*, prout arbitrati ſunt,
*Sayrus lib.* 1. *de cenſuris cap.* 1. *ad finem & Mo-*
*lina tom.* 4. *diſp.* 80. *num.* 5. *Nam* vt benè ad-
uertit *Salon* 2. 2. *tom.* 1. *quæſt.* 64. *art.* 8. *concluſ.*
*prima*, hoc loco vltimo, quando negat, appel-
latione cenſuræ, irregularitatem venire, intel-
ligit de irregularitate ex defectu, & homici-
dio, quam excludit expreſsè *loco primo citato*,
vbi habet hæc verba, *eſt enim duplex irregula-*
*ritas, altera quæ in pœnam peccati eſt impoſita*,
*vt ſi excommunicatus ordines ſuſcipiat; vel ab*
*Epiſcopo excommunicato, vel ſi excommunica-*
*tus celebrat, & propter alia plura peccata, &*
*hæc propriè dicitur cenſura irregularitatis, ſed*
*altera irregularitas eſt quæ incurritur citrà cul-*
*pam, vt propter bigamiam, vel propter effuſionẽ*
*ſanguinis etiam licitam, & hæc non eſt cenſura*,
*quia non habet rõnẽ pænæ*, & poſtea ſubdit, *Quò*
*circa, quando cõfertur in Bulla Cruciatæ facul-*
*tas abſoluendi ab omni cenſura eccleſiaſtica, illo*
*nomine, includitur etiam irregularitas ratione*
*peccati contracta; ſed tamen aliud irregularita-*
*tis genus, vt propter bigamiam effuſionem ſan-*
*guinis, orbitatem membri, aut fœditatem corpo-*
*ris, quia non eſt cenſura, ſub illo nomine non*
*comprehenditur.*

In hac difficultate ſic declarata, tres poſ-
ſunt enumerari opiniones inter ſe contrariæ

Prima opinio eſt, *Soti loco primo citato*,
qui vt patet ex verbis mox relatis, ſimpliciter
docet, facultatem conceſſam abſoluendi ab
omnibus cenſuris eccleſiaſticis, vel ab omni
cenſura eccleſiaſtica, & ſi non addantur illa
verba, *a ſententijs*, vel etiam, *pœnis*, extendi ad
abſolutionem, ſeù diſpenſationem huius ir-
regularitatis contractæ ex violatione cenſu-
ræ, prout explicauimus, *ſupra nu.* 33. *verſ. Ad-*
*dunt aliqui*; hanc opinionem probant mor-
dicus *Salon. loco ſupra cit. Bannes Aragona, &*
*Medina, item Gutierez lib.* 1. *quæſt. Canonicarũ*
*cap.* 3. *Corradus p.* 1. *reſponſorum caſuum coſcien*
*tiæ q.* 155. *Ledeſma in ſumma de las cenſuras c.* 1.

40 Secunda opinio eſt aliorum, qui ſupponũt
in Bulla prædicta Cruciatæ dari, ſicut etiã in
Bullis iubilei facultatẽ prædictam abſoluendi
*à cẽſuris, ac etiam pœnis*, & docent, hoc caſu, vir-
tute dictorum verborum, poſſe pænitentes
habentes dictam Bullam, diſpenſari ab irregu
laritate contracta ex violatione cenſurarum,
ita expreſsè, *Miranda*, qui in his terminis lo-
quendo, & ſi proteſtetur nolle in hac quæſtio-
ne

Digitized by Google

ne, iudicem agere, *partis 2. ſui manualis, quæſtione 8. art. 14. in princ.* teſtatur tamen, non ſolū, quòd hæc opinio ſit benignior, & æquitati conformior, ſed etiam quòd non ſit improbabilis. De probabili, & communi Tomiſtarum expræſsè teſtatur, poſt *Ioannem de la Cruz, & Rodriquez in commentario bullæ cruciatæ, Pater Diana tom. 1. ſuarum reſ. moral. tract. 11. de Bulla cruciata reſol.* 27. quem numero inter authores huius ſecundæ opinionis, ex eo, quia ad finem dictæ *reſolutionis* 27. notat cum *Salonio*, ſententiam à ſe poſitam vt probabilē, procedere etiam quò ad alias Bullas, in quibus ſolum dicitur, vt poſſit confeſſarius abſoluere à cenſuris, & non additur vox illa *à pœnis eccleſiaſticis*, & confirmat iterum *4. p. tract. 2. reſol.* 81. vbi addit pro opin. hac, *Petrū Corneyo* id probantē ēt in eo, qui ante ætatem ordinat⁹ celebrauit, vel miniſtrauit in ordinē, quē nō habet, de qua re *Ledeſma loco ſupracit.*

Vtraque tamen opinio probatur eodē fundamēto, & ideò vna ab alia nō differt, niſi in verbis. Fundamentū .n. eſt iſtud, iſta irregularitas ex violatione cenſuræ, impoſita eſt merè in pœnam culpæ illius, quā quis committit violando cenſuram, ſeu celebrando, alioſque actus ordinis exercendo, dum manet quis cenſuratus, ergo conceſſa facultate, ſiuè circa omnes cenſuras eccleſiaſticas, ſiuè etiam circa pœnas, cenſetur conceſſa facultas quoque circa hanc irregularitatem. Conſequentia probatur ex definitione cenſuræ ſupra tradita, quæ eſt, quod ſit pœna eccleſiaſtica, &c. Cōfirmatur ex Bulla quadam Pij IV. de anno 1561. in qua conceditur facultas abſoluendi ab excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, & poſtea ſubdit, *ac ab omnibus cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis*, ergo ſignū eſt, dari aliā cenſuram præter excommunicationē, ſuſpenſionē, & interdictum, ſed hæc non poteſt eſſe alia, niſi irregularitas ex violatione cenſuræ, quia vt dixi, eſt pura pœna, ergo. *Guttierez*, probat idem ſed alia ratione, nempè ex eo, quia talis irregularitas ex violatione cenſuræ trahit originem ex ipſa cenſura, ergo conceſſa facultate circa cenſuras, cenſetur conceſſa ēt circa hanc irregularitatem, Conſequentia pbatur ex regulis illis, qui cōcedit antecedēs cenſetur etiam concedere, & conſequēs, & acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis.

Tertia opinio docet, Cōfeſſarium electum per Bullas cum dictis verbis, ab aliqua irregularitate diſpēſare nō poſſe, eſt *Nauarri cap. 27. ſumma num. 254. & alibi ſæpè in diuerſis Conſilijs, Sayr loco ſuprac. Toleti lib. 1. c. 89. ad finem Graffij conſ. 2. num. 13. de pœnit. Molina tom. 4. diſp. 80. ſub num. 6.* teſtatur de communiori: Sicut etiam dicit eam communem Canoniſtarum, & de ſtylo curiæ, *Sigiſmund. à Bononia tract. de elect. dub. 97. ſub num. 3. Suarez diſp. 1. de cenſ. ſect. 3. & diſp. 40. ſect. 3. num. 3. & tom. 4. de Religione lib. 2. cap. 2. num. 41.* teſtatur, *Bonacina*, ēt de communi, *diſp. 7. de cenſ. quæſt. 5. puncto 2. nu. 8.* vocat eam veram, & certiorē.
41 *Henriquez lib. 7. de indulg. cap. 13. num. 6.* & omnino tenendam, dixit, *Auila de cenſuris p. 7. diſp. 10. dub. 4.* probant *Layman de irregularitate cap. 1. num. 4. & S. Fauſto lib. 4. de iubileo quæſt. 108. Turrianus in ſelectis diſputationibus, centuria ſecunda cenſ. Theolog. dubio 29.* qui audet vocare opiniones de quibus ſupra improbabiles, fatetur alijs pluribus allegatis, hanc opinionem eſſe probabiliorem *Pater Diana locis ſupra citatis*. Ratio fundamentalis eſt illa, quam tangit *Suarez cit. cap. 2. num. 42.* quòd ſcilicèt irregularitas iſta violationis cenſuræ eſt reſeruata ſummo Pontifici in *c. 1. de ſententia excommunicationis in 6.* non ratione culpæ, & ſic quatenus eſt pæna; ſed ratione indecentiæ, ex eo, quod quis dum eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus, aut interdictus, indignus reputatur, vt accedat ad Altare, & actum ordinis miniſtret, & ſic indecentia adeſt in cenſurato, priuſquam celebret &, ideò incurrit celebrādo irregularitatem, ergo non poteſt vllo modo comprehendi ſub nomine cenſuræ. Antecedens probatur, quia omnes Doctores, & ipſa quo-
42 que ratio, & praxis docent, quòd quilibet Confeſſarius poteſt abſoluere à culpa per talem celebrationem commiſſa, cum irregularis ſit capax paſſiuè omniū ſacramentorum, excepto ordine, *Reginaldus lib. 3. ſuæ praxis fori pœnitentialis num. 14.* non autem poteſt abſoluere ab iſta irregularitate; ergo ſignum eſt, quod dicta irregularitas non eſt reſeruata ob culpam, ſed ob indecentiam, fauet doctrina, *Bonacina citata diſp. 7. de cenſuris quæſt. 5.*
43 *P. vltimo, num. 2.* vbi docet, quòd obtinens à Penitentiaria facultatem, vt poſſit diſpenſari ab hac irregularitate, non impediatur vti dicta facultate ex eo, quod poſt petitam, & obtentam dictam facultatem celebrauit, quia vt dixi non eſt reſeruata ob culpam, quā cōmittit excōmunicatus, &c. celebrando, ſed tantum ob indecentiam. Conſequentia probatur; ſi enim priuſquam cōmittatur culpa, ex qua oritur pœna, adeſt in excommunicato indecentia, & indignitas celebrandi; ergo hæc irregularitas eſt eiuſdem ſpeciei, quàm irregularitas ex defectu, vel effuſione ſanguinis; ſed iſtæ irregularitates, ſecundum omnes, nō veniūt appellatione cenſuræ in dictis Bullis, ergò nec iſta ob violationem cenſuræ.

Ex qua ratione reſpondetur facillimè rationibus in contrarium adductis. Ad primàm enim, negatur quòd hæc irregularitas ſit mera pœna, quia vt dictum eſt, adeſt etiam indecentia, cuius ratione, talis prohibetur celebrare, vndè irregularitas definitur, quod ſit *impedimentum canonicum, &c.* item dato, & non conceſſo, quod ſit pœna, negatur, quod ſit talis

44 talis pœna ſicut eſt cenſura: nam cenſura eſt pœna ad finē, vt quis a culpa reſipiſcat, irregularitas verò eſt pœna ad finē, vt quis abſtineat à ſacro miniſterio, tanquam indignus, donec cum eo diſpenſetur, vt infra, *cùm de irregularitate*.

Ad ſecundùm, reſpondet, *Sayrus, & Molina*, quòd ſcilicèt etiam Clemens VIII. conceſſit in quadam Bulla Iubilei facultatem circa excommunicationem interdictum, & ſuſpenſionem, aliaſque cenſuras, & pœnas, tamen
45 poſtea proteſtatur, ſicut in Bullis Iubilei ſemper videmus, proteſtari alios SS. Pōtifices, non *intendere per præſentes, ſuper aliqua irregularitate publica, vel occulta, diſpenſandi facultatem largiri*, ergo potius dicta verba ponuntur ad maiorem exagerationem facultatis circa abſolutionem neceſſariam, ad lucrādā indulgentiam, vt benè, *Molina citata diſp. 80. ad finem.* non autem ad tribuendam facultatem circa diſpenſationem ab iſta irregularitate, quæ non eſt neceſſaria ad lucrandam indulgentiam, nec impedit abſolutionem à peccatis, & cenſuris, ſicuti à pari diximus in *noſtro tractatu de Iubileo parte ſecunda num. 9.* de illis verbis, quæ ſolent apponi in Bullis indulgentiarum, vbi dicitur, concedi *indulgentiam plenam, plenariam, & pleniſſimam*, quę verba non ſignificant, differre indulgentias prædictas, ſed potius poni ad exagerationem, vt ſignificet Summus Pontifex, quantam poteſt concedere maiorem indulgentiam.

Ad tertiam rationem, *Gutierez*, reſpondet *Auila loco ſupra cit.* quòd ſecundum ſtylum Curiæ nunquam conceditur irregularitas, niſi exprimatur, quaſi dicat, quòd regula illa, qui concedit antecedens cenſetur concedere, & conſequens, procedit, niſi contrarium ſit de ſtylo Curiæ, quod vt ipſe affirmat facit ius, & nos alibi etiam docuimus; Sed clarius reſpondere, illam regulam habere locum,
46 quando conſequens, ſeu effectus conſequitur ad antecedens, vel cauſam ex ſe, non autem per accidens; irregularitas autem iſta, eſt effectus cenſuræ non per ſe, ſed per accidens, vt benè *Suarez cit. tom 4. de Religione lib. 9. cap. 2. num. 42. ſequitur Filiucc. tract. 10. de cenſ. cap. 8.* qui id probant ex eo, quòd irregularitas non contrahitur per eandem culpam, qua contrahitur cenſura, ſed per diuerſam culpam, nempè celebrationem poſt contractam cenſuram.

Pro praxi tamen nouiter quæro, An ſtante, quòd aliqui DD. teſtantur, opinionem *Soti* eſſe probabilem, vt præter ſupra allegatos, etiam fatetur, *Henriquez citato lib. 7. de indulgentiis cap. 7. num. 6.* & ex alia parte habemus regulā, quòd in moralibus ſufficit ſequi opi-
47 nionem probabilē, poſſit Confeſſarius in facto, hanc opinionem ſequi, & conſulere? *Rodriq. n. in expoſitione Bullæ cruciatæ. §. 9. nu.* 45. aſſerit, quòd Confeſſarius poſſit illam ſequi, & conſulere, & ſi poſtea in, *Quæſtionibus Regularibus*, contrariam opinionem in puncto ſubſtineat. *Miranda cit. p. 2. ſui Manualis Prælatorum regularium q. 8. art. 14. concl. 1.* clarius loquitur, his verbis. *Et quod dicta opinio ſic explicata, & declarata non ſit improbabilis, præter fortiſſimas, & probabiliſſimas rationes, quas pro ſe habet, ſuperque ſatis conſtat, poſtquam à tot, tantiſque grauiſſimis Doctoribus comprobatur, & ſubſtinetur, & quod ſubſtineri, & practicari poſſit, aſſeritur, & congruentiſſimum, atque conuenientiſſimum exiſtimant, vbique vt practicetur ad tutandas, & quietandas multorum ſacerdotum conſcientias, qui forſam celebrauerunt, neſcientes ſe eſſe excommunicatos, ex quo perindè irregularitatem incurrunt, quos durum eſſet nimis, pro diſpenſatione Romam velle mittere, ſeu ad Epiſcopos*, huc vſque, *Miranda*.

E contra, *Molina ſupradicta diſput. 80. ſub num. 6. verſ. Noſtra*, habet hæc verba, *Noſtra Nauarri, omniumque Doct. ſententia, vel inde ſanè eſt omninò amplectenda, quòd ea, quæ dicta ſunt, cum minimum reddunt dubiam contrariā ſententiam; in dubio autem, an aliquis facultatē habeat diſpenſandi, aut abſoluendi ab irregularitate, nefas profectò illi omninò eſt, ab illa abſoluere, circa illamque diſpenſare, item diſpenſationes ipſa in dubio, an qui ſecum diſpenſauit, legitimam ad id poteſtatē, facultatemque habuerit, tenetur ſe habere pro irregulari, minimèq; diſpenſato. Quare interim dum contraria ſententia, non eſt ita moraliter certa, vt qui vti ea debet, abſq; omni dubio, eā ſibi omninò perſuadeat, neque Confeſſario, neque irregulari fas eſt ea vti.* Quod aſſertum *Molinæ*, nequaquam pro-
48 cedere poteſt, ideòque illius ſententię, me nequaquam ſubſcribere poſſum, ex quo eò ipſo, quòd opinio eſt probabilis, qui eam ſequitur vt probabilem, dicitur habere certitudinem moralem, vt bene explicat, *Layman lib. 1 ſuæ Theologiæ mor. tract. 1. c. 5. ſub n. 8.* quia neceſſe eſt, quod ſibi perſuadeat, talē opinionem inniti rationibus probabilibus; ita vt pro oppoſita, nulla ſit ratio conuincēs, quam vel ipſe, vel alius non poſſit ſoluere; vt etiam habetur per *Filiuccium tract. 21. nu.* 133. & hoc eſt, quòd ſignificat commune pro-
49 loquiū, ſufficere in moralibus ſequi probabilem opinionem, quod eſt verum, etiam quādo probabilis opinio concurrit cum alia probabiliori, vt in ſpecie de caſu vbi agitur de iuriſdictione Confeſſarij, probaui, *p. p. recoll. 2. num 135. & proſequitur latè Diana p. 3. tract. 2. recoll. 3. & p. 4. tract. 4. reſolut. 4.* Quæ doctrina eò magis habet locum in præſenti caſu diſpenſationis, quia illa poteſt impendi extra Sa-
50 cramentū confeſsionis, vt diximus in noſtro *tractatu de iubileo*; loquēdo de diſpenſatione voti, qbus illic allegatis, addo nūc, *Portellium in*

Digitized by Google

*in ſuis dubiis regularibus, verbo, Cõfeſſor diſpen ſans n.* 13. vbi loquitur de diſpenſatione cum inceſtuoſo, vel habente votum caſtitatis, ad finem reddẽdi debitum coniugi, & in terminis diſpenſationis ab irregularitate *Diana p.*3. *tract.*2.*reſolut.*20.*poſt Layman lib.*6.*tract.*6.*c.* 10.*num.*20.& in ſpecie de illa, quę includitur ſub nomine cẽſuræ præſupponit idem *Diana* poſt alios, loquens de Bulla Cruciatæ, & pro-
51 bãs, poſſe Cõfeſſarios à dictis Irregularitatib⁹ diſpenſare abſentes, ea ratione; quòd poſſit dicta diſpenſatio impendi extra Sacram. pœnitẽtiæ *p.*1.*tract.*2.*reſolutione* 103. de qua re iterum *ibidem tract.* 4. *reſol.*118. vbi etiam pro-
52 bat, quòd Confeſſarius habens facultatem diſpenſandi ſuper certam materiam, ſatis cenſetur diſpenſaſſe, abſoluendo eum ſacramentaliter, abſque eo, quòd addatur verba illa, *& diſpenſo, &c.* ſi putauerit, id non eſſe neceſſa-
53 rium. Vndè excepto caſu Bullæ Iubilæi, vbi Summus Pontifex expreſsè proteſtatur, non intendere per illam concedere facultatem aliquam ſuper irregularitate, incapacitate, vel inhabilitate, ibi *per præſentes autem non intendimus ſuper irregularitate publica, vel occulta, nota, defectu, incapacitate, aut inhabilitate, quoquomodo contracta diſpenſare, vel aliquã facultatẽ tribuere diſpẽſandi, aut habilitandi & in priſtinũ ſtatũ reſtituẽdi, etiã in foro cõſciẽtiæ.* Arbitror poſſe practicari dictã opinionẽ affirmatiuam, & in hoc ſenſu, eſſe illam probabilem, vt dixi *in tract. de Iubileo extraordinario num.*54. quia dato, quòd irregularitas proueniens ex violatione cenſuræ, prout ſunt etiam aliæ irregularitates, ſcilicet irregularitas ex eo, quòd ordinatus ante ætatem celebrauit, vel quia miniſtrauit in ordine, quẽ nõ habet, vel ob alia delicta, in quibus exemplificat *Petrus de Corneyo apud Dianam par.*4.*tract.*2.*reſol.*81. *& proſequitur Ledeſma parte prima ſub titulo de las cenſuras eccleſiaſticas capitulo primo verſiculo, De lo qual ſe ſigue,* ſit pœna, quia tamen eſt incapacitas etiam, ac inhabilitas ad ordines ſuſcipiendos, ac actus illorum exercendos, videtur expreſsè excepta illarum diſpenſatio, aut abſolutio in dicta Bulla, & vbi ſumus in claris non egemus coniecturis, vt benè *Molina t.*4. *diſp.*80.*ſub nu.*6.*verſ hunc autem eſſe ſtylum Curiæ, &c.* & tangit etiam *Auila loco ſupra citato.*

Petes an circa hãc materiam adſit aliquod
54 priuilegium pro Regularibus? Reſpondetur ex *Peregrino p.*2. *compendii priuilegiorum noſtræ Congregationis, verbo abſolutio, quò ad ſæculares* §.3. Nicolaum V. conceſſiſſe Monachis S. Hieronymi, quorum priuilegia communicat hodie omnes alij Regulares, vt dixi *par.*2. *recollect.*10.*in princ.* vt queãt abſoluere Confeſſarij ex dicta Religione ab omnibus irregularitatibus, quæ ex violatione cenſuræ proueniunt, à quibus poteſt abſoluere, & diſpenſare Epiſcopus, de quo priuilegio facit mentionem, *Portellius verbo confeſſor quò ad ſeculares num.*32. & nos diximus *ſupra par.*2. *recol.*10.*n.*155. Dictum priuilegium eſt valdè rationabile, cùm enim dictis Regularibus cõceſſum ſit abſoluere à cenſuris nonnullis, etiam reſeruatis Summo Pontifice concedi etiam illis potuit, vt Eccleſiaſticos, qui in eas inciderant, & quos abſoluunt, poſſint etiam diſpenſare in irregularitate ob violationem ipſarum incurſa, in quibus irregularitatibus, quod poſſit Epiſcopus diſpenſare, dicetur infra ſuo loco, pro nunc certum eſt, poſſe diſpen-
55 ſare cum irregulari ob violationem cenſuræ quando cenſura erat occulta *Alzedo in ſua*
56 *praxi Epiſcopali p.*2.*c.*6.*n.*55. Alij autem, qui non habent tale priuilegium, ſi crimen eſt occultum, debent obtinere facultatem diſpenſandi in illa ab Epiſcopis, qui à Concilio Tridentino habent facultatem diſpenſandi ab irregularitatibus occultis, vt infra *cùm de irregularitate*, vbi etiam habetis, idem cõceſſum eſſe Superioribus Regularibus ex priuilegio ſibi conceſſo à Pio V.

## *An abſolutio generalis data in litteris, ſiuè gratiæ, ſiuè iuſtitiæ à cenſuris, ſuffragetur etiam irregularibus.*

57 IN gratijs, & reſcriptis Apoſtolicis ad euitanda pericula, & nullitates, quæ frequenter in impetrationibus oriri poſſunt ex capite cenſurarum, emanauit ſtylus Curiæ Romanę, vt in cuiuſcumque reſcripti impetratione, ſiuè procedat per viam gratiæ, ſiuè per viam iuſtitiæ, ſemper detur impetrãti abſolutio generalis, per illa verba. *Teque à quibuſuis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quib⁹ quomodolibet innodatus exiſtas, ad effectũ præſentiũ dumtaxat conſequendum, harum ſeriè abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes*, vel his
58 ſimilia, quæ abſolutio cum ſit ordinaria in dictis gratijs, & reſcriptis Apoſtolicis, etiam ſi omittatur, cenſetur in illis adiecta, tanquã poni ſolita, vel ſaltem debent reformari litteræ, & in illis inſeri, vt poſt alios *Ricciullus notat in ſuo tractatu de iure perſonarum lib.*4. *c.*9. vbi plura habes ad intellectũ dictæ clauſulæ, Suppoſito.n. nõ fieri mẽtionẽ ibi de diſpenſa tionẽ ab irregularitate, vt cõtra *Cordubã* habetis per *Sanchez lib.*2 *opuſc.mor.c.*2.*dub.*14.*n.*5. qui loquitur de irregularitate ex homicidio
59 Quærimus hoc loco, an dicta abſolutio ſuffragetur irregulari? Quod quæſitum etiam tetigimus *in noſtro tractatu de officio cappellani q.*4.*praxi* 6. *nu.*96. vbi retulimus duas opiniones; Primam *Nauarri, & Pariſii*, docentiũ, illa non ſuffragari, quam opinionem etiam docuit

Digitized by Google

docuit Sayrus lib. 1. de cenſuris cap. 1. num. 18. & probat Sanchez lib. 2. opuſculorum moralii cap. 2. dub. 13. nu. 10. & ita fuit etiam deciſum per Rotam apud Garſiam p. 7. c. 11. num. 8. ad finem Secundam, Pierini affirmantem, ſuffragari dictam abſolutionē irregulari, qui loquitur in
60 irregularitate orta ex homicidio. Vbi diſtinctione, niſi ſumus concordare dictas opiniones oppoſitas, vt ſcilicèt prima opinio negās, intelligi debeat de alijs irregularitatibus ex delicto, nempe ex homicidio infamia, &c. Secunda opinio autem habeat locum in irregularitate proueniente ex violatione cenſuræ, ratio huius diſtinctionis eſt, quia vt inquit Sanchez loco ſupra citato, incredibile eſt, Papā velle cum homicida diſpenſare, maximè, vt recipiat beneficia, quæ incredibilitas ceſſat in irregularitate orta ex violatione cenſuræ, ex eo quòd dicta abſolutio fuit introducta ad tollendum impedimentum collationum ratione cenſuræ, & talis irregularitas trahit originem à cenſuris, nec hoc caſu omninò eſt excepta irregularitatis diſpēſatio, ſicuti exci-
61 pitur in Iubileis; Nota tamen, quòd irregularitas ad hoc, vt inducat priuationem beneficij ipſo iure, & ſic quòd impediat impetrationē debet præcedere ipſam impetrationem, ſeu collationem, & ſic doctrina ſuppoſita, de tali irregularitate eſt intelligenda, vt benè Sāchez lib. 2. opuſc. moral. cap. 1. dubit. 14. in princ. Suarez tom. 5. diſp. 49. ſect. 2. num. 15. & ſeq. Non
62 deſunt tamen Doctores volentes, quòd collatio beneficij facta irregulari, neque ſit irrita, & inualida ipſo iure, & ideò talem ſolum indigere diſpenſatione ſuper irregularitate, & non noua collatione, ita poſt Silueſtrum, tanquam ſatis probabile docet Corneyo in 3. par. D. Tho. tract. 5. de irregularitate diſput. 5. dub. 2 q. 2. quem probat Diana par. 4. tract. 2. reſol. 79. de qua re etiam agit ibidem reſolut. 37. Filliuc. tract. 9. de cenſuris in particulari nu. 85. & ſeq. Molina to. 4. diſput. 77. in princ. & quòd
63 irregularitas contingens poſt obtentum beneficium non inducat priuationem beneficij ipſo iure, ſed requiratur ſententia Iudicis, etiam ſi ſit ex homicidio, docet idem Sanchez loco ſupra cit. nu. 6. vbi quòd poſſit illud, alteri, interim, dum non priuatur per ſententiam, renunciare, & nequaquam amittat pro illo interim, fructus dicti beneficij, fauet deciſio nouiſſima in Arboren. Canonicatus 14. Ianuarij 1636. coram Merlino ad finem, ibi, Obiectum verò priuationis Didaci ab irregularitate, eò quòd poſt recurſus habitos celebrauerit, minus ſubſiſtere viſum fuit, quoniam vltra quòd celebratio de iſto tempore non probatur, adhuc non releuaret; nullo enim iure ſancitum eſt, ob irregularitatem induci priuationem beneficii obtenti ipſo iure, aut dignitatis, quacumque illa ſit, niſi per Iudicis ſententiam ſecundum qualitatem irregularitatis, priuetur: ita expreſsè docuerunt Abbas in cap. tanta num. 3. de exceſſibus Prælatorum. Rebuff. in praxi beneficiorum tit. de modo amittendi beneficia nu. 50. Nauar. in man. cap. 27. nu. 251. & nos latius infra cùm de irregularitate.

64 In electionibus Superiorum Regularium in Capitulis Prouinciali, vel Generali ſolent electores non ſolum abſolui, ſed etiam diſpēſari ab omni irregularitate, de qua re Sigiſmūdus à Bononia tract. de elect. & poteſt. Prælatorum regular. dub. 99. num. 3. Adde intelligi de inhabilitate, à qua poſſint Superiores maiores diſpenſare, de qua re idem Author proximè citatus, dubio præcedenti vndè infertur, quòd nō
65 cenſeantur diſpenſati procurantes, directè vel indirectè voces, ſeu ſuffragia tam pro ſe ipſis, quàm pro alijs in dictis capitulis, cùm talis inhabilitatis, & priuationis vocis diſpenſatio, ſit reſeruata Summo Pontifici ex Decreto Clem. VIII. de reformatione Regularium, tam Monacorum, quam Mendicantium cuiuſcumque ordinis, & inſtituti 28. Iunij 1599. §. vt omnis officiorum ambitus alias 35. inter Bullas recentiores fol. mihi 152. per infraſcripta verba,
66 vt omnis officiorū ambitus occaſio præcludatur, caueāt oēs à directa, vel indirecta vocū ſeù ſuffragiorum procuratione, tum pro ſe ipſis, quàm pro alijs, tum in capitulis locorum, tum in cæteris, præſertim Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, ſeù alibi. Quicumq; ſecus fecerint præter alias pœnas, & cenſuras hactenus contra huiuſmodi ambientes inflictas (quas in ſuo robore permanere volumus) in pœnam priuationis officiorum, quæ obtinent eo ipſo incidant, & ad futura quæcunque pariter inhabiles habeantur, ſuper quo cum eis diſpenſari à nemine poſſit, niſi à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, & pro grauitate culparum grauius etiam plectantur, porrò ſupradictas pœnas omnes, ad complices, ac ſimpliciter ſcientes, & non reuelantes extendimus, Hactenus Sanctiſſimus Pontifex, de qua re latè Deo dante, etiam nos agemus in noſtra Summa Bullarum recentiorum.
67 Quæres hac occaſione, an irregularis ſit habilis ad eligendum, & ſic non priuetur voce actiua? Duas ſententias ſibi contrarias refert Tamburrinus in ſuo tractatu de iure Abbatum tom. 1. diſput. 5. quæſito 8. à num. 14. Primam Silueſtri, & Azorii, affirmatiuam, nempè irregularem eſſe priuatum voce actiua; Secundam negantem Nauar. Suarez Filliuc. & Bonacina, qui teſtantur de communi, cui opinioni ipſe adheret, poſt Sigiſmundum à Bononia in ſuo tractatu de elect. Prælatorum Regularium dub. 70. nu. 6. & ſequentibus, ea ratione, quòd irregularitas ſuperueniens non priuet aliquem iuriſdictione, ſicut vt ſupra diximus ex Rota Romana, illa non priuat ipſo iure beneficio iam obtempto, ſed ius eligendi vel eſt iuriſdictio, vel ad iuriſdictionem pertinet, ergò ſicut irregularis non priuatur

iuriſdictione ita pariter non priuatus iure eligendi.

## *De cenſurarum diuiſione in ferendæ, & latę ſententię.*

POſtquàm Confeſſarius ſcit, quæ nam ſint ſpecies cenſuræ, ſeù quæ nam verè ſint cenſuræ, ſequitur, vt addiſcat aliquas diuiſiones ipſarum cenſurarum, quarum prima aſſignatur communiter ab omnibus Doctori-
68 bus, quod ſcilicèt aliæ cenſurę, ſeù excommunicationes, ſuſpenſiones, & interdicta, ſint ferendæ ſententiæ, ſeù comminatoriæ, ſcilicèt quæ non incurruntur ſtatim, ſed tantum poſt ſententiam Iudicis, aliæ verò latæ ſententiæ, quæ ſtatim incurruntur abſque alia Iudicis ſententia condemnatoria. Quæ diuiſio, & ſi, vt dixi, ſit communis apud omnes Doctores, habet tamen aliquas difficultates, quarũ reſolutio eſt valde neceſſaria ad plura, quæ infra in progreſſu huius materiæ à nobis dicenda ſunt. Prima difficultas eſt.

## *An dentur cenſurę latę ſententię, quę incurrantur antè ſententiam condemnatoriam.*

VIdetur enim non poſſe dari cenſuras latæ ſententiæ, & per conſequens omnes eſſe tantum ferendæ ſentẽtiæ, & comminatorias, ratio eſt in promptu, quoniã cenſura, vt ſuprà dictũ eſt in definitione ipſius, eſt pęna, ſed pęna nunquam incurritur etiam in foro conſcientiæ, niſi poſt ſententiam condemnatoriam,
69 ergo. Minor, quòd ſcilicèt pęna nunquam incurratur maximè in foro conſcientiæ, niſi poſt ſententiam condemnatoriam, probatur ex *gloſ. in cap. fraternitatis* 12. *q.* 1. & docent eam communiter canoniſtæ in *c.* 1. *de conſtitutionibus, & Theologi in materia de legibus, cum alijs allegatis per Riccium* 1. *parte ſua praxis deciſ.* 139. *in adit. Neap.* vbi citat *Magonium* teſtantem, ita totum mundum ſeruare, ꝙ ante hos omnes dixit *Gramm. deciſ.* 105. *nu.* 60. item omnia iura mundi hoc dicere, teſtatur poſt *Silueſtrum, Reginald. lib.* 13. *praxis n.* 284. *verſiculo poſteriorem autem &c.* Qui etiam ſubdunt rationem, quia inquiunt, valde durum eſt, & longè à ſuauitate legis Chriſti, quòd quis cogatur in ſe ipſum pęnam exequi, quòd vtique accideret, ſi is qui fecit actũ prohibitum ſub pœna cenſuræ, nempè excõmunicationis, vel ſuſpenſionis, aut interdicti, antè omnem ſententiam teneretur ſe habere tanquam excommunicatum, ſuſpenſum, aut interdictum, ergò, de primo ad vltimũ nõ dãtur cenſurę latæ ſententiæ, ſed omnes erũt, dumtaxat ferendæ ſententiæ.

70 Pro reſolutione huius difficultatis, præſupponendum eſt, illam verſari circa cenſuras latas à iure, non autem circa cenſuras latas ab homine, prẹſertim per ſententiã particularem, contrà aliquem nominatim; hoc enim caſu, certum eſt, non eſſe opus alia ſententia,
71 cùm de natura ſententiæ ſit, vt habeat promptam, & paratam exequutionem, vt notant *Doctores in Rubrica de ſententia, & re iudicata, & habetur per gloſam in extrauaganti ad condito: verbo mobilium ad finem, de verborum ſignificatione,* quod maximè eſt verum, quòad effectus cenſuræ, qui non requirunt factum hominis, ſeù alterius miniſteriũ, ideò eorum exequutio ſtatim oritur ab ipſa ſententia, abſque vlla retardatione, vt benè explicat *Suarez de legibus lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 4. *& Alterius diſput.* 5. *de cauſa excommunicationis lib.* 3. *cap.* 2. Qui *in fine dicti capitis* proponit quæ-
72 ſtionem, quomodo ſit reuera excommunicatus abſens per epiſtolam, an quando ſcribitur vel quando recipitur Epiſtola? & reſpondet, poſt gloſam in *cap. Apoſtolicę verbo probabilis extra de Clerico excommunicato miniſtrante,* cum diſtinctione, vel Prẹlatus, qui excommunicauit, voluit, vt ſtatim pronuntiata ſententia, eſſet talis abſens excommunicatus, & illicò erit excommunicatus, tamẽ illi talis excommunicatio non nocebit, donec illius notitiam non habuerit; vel non conſtat de tali voluntate Prẹlati, aut Iudicis, & tunc nõ intelligitur talis excommunicatus, antequã
73 recipiat literas. Habet igitur locum difficultas in cenſuris à iure; fertur v. g. in *Canone ſi quis ſuadente diabolo* 17. *q.* 4. excommunicatio latæ ſententiæ contra percuſſores Clericorum. Titius percutit Clericum, quæritur quomodo ſtatim, nulla alia præcedente ſententia Iudicis declarantis, cum incurriſſe, ob probatam percuſſionem, dictam excommunicationem, ſit priuatus Sacramentis, ſuffragijs, &c.

Hoc ſuppoſito, ſit.

74 Concluſio: Rectè diuiduntur ſpecies cenſuræ in ferendæ, & latæ ſententiæ, Probatur, reſpondendo difficultati propoſitæ; dantur enim cenſuræ latæ ſententiæ à iure, quæ incurri poſſunt ſtatim ante omnem ſentẽtiam cõdemnatoriam, vel declaratoriam, eſt communis, vt teſtatur *Auila p. p. de cenſuris dub.* 7. omnes in hoc conuenire, teſtatur *Alterius diſputatione octaua de cauſis excommunic. lib.* 3. *cap.* 2. *verſ. dico tertio,* dicit eſſe certiſſimum *Suarez de legibus lib.* 5. *cap.* 5. *n. etiam* 5. Probat *Auila. & ſequitur Filliucius tract.* 11. *aliàs primo de cenſuris in communi num.* 21. *ad finem, & nu.* 169. Ex tex. *in cap. paſtoralis §. verum de appellat.* vbi aſſignando S. Pontifex rationem quare non ſuſpendatur ſententia cenſuræ per appellationem, dicit, hoc ex eo prouenire, quoniam cenſura trahit ſecum exequutionẽ,

Con-

Digitized by Google

Confirmat *Alterius ſupra* ex verbis Euangelij, *ſi Eccleſiam non audiuerit ſit tibi, ſicut Ethnicus, & Publicanus*, quare Publicanus? ſubdit ipſe, quoniam cùm iuri inobediens fuerit, ſtatim ab Eccleſiæ ſuffragijs excluditur: ergo ſtatim cenſura operatur ſuum effectum ante omnem aliam ſententiam, vbi ipſa eſt latæ ſententiæ.

75 Ampliatur concluſio, etiam ſi cenſura ſit occulta, ſeù factum, ob quod incurrit quis excommunicationem, ſit occultum, ex hoc enim nihil impeditur, quin ſtatim cenſura liget, & producat ſuos effectus, reſpectu eius, qui illam incurrit, licèt reſpectu aliorum, vt eum euitare teneantur, neceſſaria ſit denuntiatio, & in percuſſione clerici, quòd dicta percuſſio ſit publica poſt extrauag. Martini V. in Concilio Coſtantienſi vt infra *Recoll. 3.*

Ad rationem dubitandi, quòd ſcilicet de ratione pœnę, ſit non obligare, maximè in foro conſcientiæ, niſi poſt ſententiam declaratoriam: Reſpondent communiter Docto-

76 res ſupra cit. hanc regulam non habere locum in pœna excommunicationis, & alijs cenſuris, & ſi diſcordēt ipſi Authores in reddendo rationem differentiæ inter cenſuras, quibus etiam addunt irregularitatem, quæ nunquam in iure reperitur impoſita, niſi latæ ſententiæ, & alias pœnas; Quorū opiniones refert *Suarez tom. 5. diſput. 3. ſect. 1. num. 6.* Inter quas duæ ſunt præcipuæ. Prima *Caiet. 2. 2. q. 62. art. 3.* qui vult, rationem diffe-

77 rentiæ eſſe, quoniam cenſuræ licèt ſint pœnæ, conſiſtunt tamen in priuatione, vnde in definitione dicitur, *qua puniuntur priuatione* ſupra num. 19. & ſic ſunt pęnæ priuatiuæ; aliæ autem pęnæ, cùm conſiſtant in aliquo poſitiuo, *vt faciat, ſoluat,* non mirum, quòd non incurrantur, niſi poſt ſententiam, Sed hæc ratio non placet, quoniam dantur aliæ pęnæ priuatiuæ, quæ tamen non obligant in conſcientia, niſi poſt ſententiam declaratoriam, vel ſaltem eſt dubium, an ita obligent: Secunda opinio eſt *Soti lib. 1. de iuſtitia, & iure q. 6. art. 6.* qui vult, rationem differentiæ eſſe,

78 quia cenſura priuat bonis ipſiuſmet Eccleſiæ, cuius authoritate illa infligitur, aliæ autem pęnæ priuant bonis proprijs Rei, qui multatur. Et ideò nihil mirum ſi cenſuræ incurrantur ante omnem ſententiam Iudicis declaratoriam; non autem aliæ pęnæ; Probare videtur hanc rationem *Reginaldus lib. 13. prax. n. 286.* Hæc ratio diſplicet, *Auila ſupra d. par. 1. dub. 7.* nam Beneficia, & officia Eccleſiaſtica, vox in electionibus ſunt bonna collata ab ipſa Eccleſia, & tamen quando illis, quis priuatur per aliquam legem ipſo facto, propter aliquod crimen, adhuc non obligant, ſecundum plures Authores ante ſententiam. Alia ratione reijcit hanc ſententiam *Bannes apud Sayrum lib. 3. clau. Regia cap. 9. nu. 23.* Vnde placet, quod inquit *Sanch. lib. 9. de matrimonio diſput. 30. nu. 2.* Loquendo de pęna priuationis, debiti petitionis, ratione copulæ inceſtuoſæ à coniuge habitæ, quo caſu, nec ad illam pęnam incurrēdam, requiritur aliqua ſententia condemnatoria, vel declaratoria, vbi habet hæc verba, *Quòd ſi ratio-*

79 *nem petas, fateor nullam me concludentem inuenire, vt hæ pœnæ quamuis priuatiuæ ſint, non indigeant ſententia; ſicut nec inuenio in irregularitate, excommunicatione, ſuſpenſione, & interdicto, atque adeò nec in illis, nec in hac, aliam rationem adequatam inuenio, quàm quòd pęnæ priuatiuæ ſint, atque ita facilius in eas incidatur: ſicque vſu receptæ, & declaratæ ſint, quòd nulla indigeant ſententia condemnante, aut crimen declarante, quod non ita contingit in omnibus pœnis priuatiuis, & ita non mirum eſt, ſi aliqua illarum poſtulent Iudicis ſententiam.* Hactenus *Sanch.* Hanc eandem rationem ſcilicèt, quoniam ſic receptum ſit, ac declaratū communi vſu, & Doctorum conſenſu, quòd Eccleſia ſic intendat obligare, etiā dixit *Auila loco ſupra citato verſ. vnde, & clarius Suarez ſupra citato cap. 8. de legibus in principio*, ibi, *& pro ratione ſufficiat, quòd verba illa, in rigore ſufficiant ad hoc ſignificandum, & quòd communis vſus, & ſenſus, ac obſeruantia talium legum oſtendit, in hoc ſenſu vſurpari, neque in his Canonibus, temperatum eſſe aliquo modo rigorem talium vocum,* Si quęritis vnde habeat fundamentum talis vſus? reſpondet idem *Suarez ibidem*, dum ſubdit, *cuius ratio eſſe potuit, vel*

80 *quoniam hæ pœnæ ſunt ſpirituales, & medicinales, & ideò animam ſtatim ligare cenſentur, & cum hac veneratione, & timore ſemper ſuſceptæ ſunt, vel quoniam per cenſuras, ſeparatur quis à cōmunibus bonis Eccleſiæ tanquam indignus, & ideò ſtatim obligatur in conſcientia, vt ſe ſeparet, & abſtineat, pertinet enim ad Paſtorem Eccleſiæ, ſeparare indignos, & illis præcipere, vt ſe ſeparent, quod præceptum in ipſa cenſura includitur,* Hucuſque *Suarez*, cuius primam rationem attingit *Auila loco ſupra citato*, his verbis, *meritò autem Eccleſia obſeruat hanc cōſuetudinem, nam cùm cenſuræ ſint pœnæ ſpirituales habent maiorem proportionem cum culpa, & ideo facilius eam comitantur, &c.* eſtque idem cū his, quæ *Sanch.* expreſsit *lib. 7. de matrim. diſput. 91. nu. 4.* quòd pęnæ cenſurarum pertineant ad forum internum, aliæ vero pęnæ pertineant ad forum externum. Addimus nos, hoc non eſſe contrarium doctrinæ communi, quòd poteſtas excommunicandi pertineat ad poteſtatem fori externi, ſed idem eſt cum eo, quod docēt Catholici contrà Lutherum, cenſentem, non ſolum eſſe pęnam externam, ſed etiam pęnam internam, ſeù, vt benè, *Couarruuias, & alij, contrà quādam gloſam,* non ſolum cēſurā priuare bonis exterioribus, ſed etiam interioribus animæ, vt per Regi-

naldum lib. 32. praxis num. 132. & 156. Ad ra-
81 tionem rationis, eſſe ſcilicet contrà ſuauitatem legis Chriſti, quòd quis cogi debeat in conſcientia ad exequendam pęnam in ſe ipſum, reſpondet Suarez *diſpu. 3. ſect. 1. nu. 11. & clarius poſt Leſſium*, *Aegidius* Conink *diſputatione 13. de cenſuris num. 3. probat Alterius ſupra citato cap. 2. ad finem, & perbellè etiam explicat noſter Raſtellius iu ſuo libello de cenſuris q. 3. art. 1. nu. 2.* diſtinguendo de pęna, Aut
82 pęna eſt tam grauis, vt ſuperet communiter vires humanæ naturæ, vel ſaltem illi repugnet exequutio ipſius pęnæ in ſe ipſum, vt eſt, ſe ipſum occidere, mutilare, publicè flagellare, ſubire durum carcerem, & tunc non ſolũ eſt contra ſuauitatem legis Chriſti, ad eam aliquem obligare, vt cogatur exequi in ſe ipſum, ſed ad id non poteſt obligare lex humana; Aut pęna non eſt adeo grauis, & difficilis, vt repugnet naturæ, ſed tolerabilis, vt inquit *Hurtado de cenſuris in communi num. 19. ad finem, ante eum* Reginaldus *lib. 13. num. 278.* & tunc talis modus puniendi, neque eſt contrà ſuauitatem legis Chriſti, neque excedit poteſtatem legis humanæ, maximè quando prudenter iudicatur expediens ad bonum commune, & non excedens grauitatem delicti, vt eſt in caſu noſtro, ſcilicèt in cenſuris, de quibus, vt concludit *Alterius loco ſupra citato*, Eccleſia iudicauit, ad commune bonum expedire, vt qui propter grauiora delicta, dignoſcuntur, cenſurarum pęnis, obſtringi, eo ipſo, abſque externo aliquo miniſterio incurrant illa omnia damna, & incommoda, quæ ex ex cenſuris ſequuntur.

Et quia ex dictis patet, nec ſolum cenſuras incurri ante omnem ſentẽtiam, quando ſunt à iure poſitæ cum clauſulis denotantibus latam ſententiam, vt volebat *Sotus*, licèt in illis, non ſit ita dubiũ apud DD. ſicut in aliis pęnis priuatiuis, *Filliucc. trac. 11. de cenſuris in communi n. 21.* nec quoq; omnes pęnas priuatiuas Eccleſiaſticas eodem modo inflictas, habere hoc proprium, vt incurrantur ſtatim, nulla expectata ſententia, ſaltem declaratoria criminis vt ſentiebat *Caiet.* Hic inquirimus.

### *Quæ ſint aliæ pœnæ, quæ etiam incurruntur ante ſententiam, & quæ non incurruntur, niſi poſt ſententiam.*

HÆc materia pertinet ad tractationem de legibus, vbi latè id tractant Doctores, præcipuè Suarez *eo tractatu lib. 5. de. 4. item* Salas *eodem tract. diſp. 15. clarius Reginal. lib. 13. q. 3. Sayrus lib. 3. clauis Regiæ cap. 9. n. 16. Azorius tom. 1. inſtit. moral. lib. . Molphefius trac. 9 cap. 9. Bonac. diſput. 5. de legibus q. 1. p. 7. §. 2. Layman lib. 1. tract. 4. cap. 14. num. 1.* tamen etiam congruit huic loco, vt magis clara reddatur ratio de cenſuris. Dicimus enim, hoc colligi debere ex ratione, ob quam pęnæ cenſurarum, quando imponuntur ipſo facto, vel ipſo iure incurrendæ, ſtatim nulla ſententia expectata incurruntur, quę vt ſupra diximus præcipua eſt illa, quod ſint pęnæ merè ſpiri-
83 tuales, vt optimè noſter *Molphefius loc. ſupra dicto à num. 35.* quòd autem cenſuræ ſint pęnæ merè ſpirituales, dixit antea *Ioannes de Lignano tract. de cenſura Eccleſiaſtica in principio num. 7. vol. 9. tract.* Ex quo enim v.g. irregularitas ex delicto, impedimenta Canonica matrimonij ex crimine cõtracta, pœna reſtitutionis fructuum impoſita Beneficiario ob nõ recitatum officium pro rata, priuatio beneficij ſimoniacè acquiſiti, & ſimiles, ſunt pęnæ merè ſpirituales, nulla deſideratur ſententia, ad hoc, vt cenſeri debeat quis irregularis, matrimonium ſit inualidum, vel ſi tantũ ſit impediens ipſum impedimentum, debeat talis abſtinere à petitione debiti, & tandem reſtituere ratam fructuum Beneficii. Ex quo verò priuatio Beneficii non ſimoniacè acquiſiti, officii, vel propriorum bonorum, item vocis actiuæ, vel paſſiuæ, inhabilitas ad officium, & Beneficium, & ſimilia non ſunt pęnæ merè ſpirituales, non obligant ad earũ exequutionem ante ſententiam declaratoriam criminis, etſi ex eo, quia inflictæ ſunt ipſo iure, & ſint latæ ſententiæ, ipſa ſententia condemnatoria poſtea ſequuta, retrotrahatur ad diem commiſsi criminis, vt benè, ac clarè *Molina tom. 1. de iuſtitia, & iure diſp. 95. & 96. Sanch lib. 2. ſumma cap. 22. num. 26.* vbi ſubdit alios effectus dictorũ verborum; Qui *Molina*, & ſi contrarium defendat, citata *diſputatione 96. verſ. quod attinet, ad finem*, quando in ſententia, vel canone ſubiungitur aliud verbum, vndè conſtet Summum Pontificem
84 velle, vt nulla ſententia expectari debeat, & exemplicat in verbis Extrauagantis *Ambitioſè de rebus Eccleſiæ non alienandis*, ibi, *ipſo facto priuati exiſtant, illaque abſque declaratione aliqua vacare cenſeantur &c.* tamen in terminis eiuſdem *extrauagantis*, dictam pęnã priuationis beneficii non incurri; vt ſupra ante ſententiam declaratoriam criminis, probat *Quaranta, verbo Alienatio rerum eccleſiæ n. 49.* & in iiſdem terminis loquendo, teſtatur de communi, *Ricc. par. 1. praxis deciſ. 139 in aditione Neap.* & loquendo de qualibet priuatione inhabilitatione, &c. poſt alios Doctores, quos refert, docet Bonac. *loco ſupra citato ſub num. 16.* qui ex eo, quòd contrariam opinionem vocat probabiliorem, videtur fateri, hanc eſſe probabilem, dicit tamen probabiliorem hanc noſtram ſententiam *Sanch. lib. 2. ſum moralis cap. 22. num. 20.* imò hanc ſententiam eſſe vſu receptam, poſt *Salas, teſtatur Molphef. loco etiam ſupra citato num. 44. probat Diana part. 2. tract. 3. Miſcellaneo reſolut. 67.* vbi inter alias deciſiones ex iſta ſen-

Digitized by Google

ſententia, refert illam *Ioannis Valeri in differentijs vtriuſque fori, verbo pœna, differentia* 20.
85 *num.*4. nempè Superiorem alicuius religionis incidētem in aliquem caſum abſolutionis, ſeu priuationis ipſo facto Prioratus, etiam ſi palàm conſtet de crimine, non incurrere dictam pœnam donec per Superiorem declaretur, & conſequenter tuta conſcientia in eo manere poſſe, nec licere ſubditis illum expellere à gubernatione, quoniam tunc agitur in foro exteriori, in quo foro, eſt certum apud omnes Doctores, quòd licèt opus non ſit ſententia diſpoſitiua, ſit tamen neceſſaria ſententia declaratiua, *Myninſgerius obſeruat.*67. *centur.*6. *de Franch. dec.*63. *num.*11. & nouiſſimè *Lezzana*, non ſolũ aſſerit, *cap.*10. *ſumma quæſtionum Regularium nu.*31. hanc opinionem non eſſe improbabilem; ſed etiam ſubdit, quòd ita vidit conſuli à Pęnitentiarijs S. Petri de Vrbe; qui loquitur in terminis Decretorum, Bullarum, ſeù Conſtitutionum Summorum Ponficum, aut Sac. Congregationis, vbi reperiuntur illa verba *Priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ,* Priuationis *officiorum, Dignitatum, adminiſtrationum bonorum, &c. inſuper inhabilitatis ad prædicta, & alia quæuis obtinenda ipſo facto, vel ipſo iure, aut eo ipſo, abſq; vlla declaratione, vel ante omnem declarationẽ, ſeù abſque vllo Superioris decreto, aut miniſte-*
86 *rio, aut ſententia*, & ſic non habet locum differentia, quam alij faciebant inter inhabilitatem, & priuationem vocis, vt illa ſcilicèt non requireret ſententiam, ſed benè iſta, item alia differentia ſimiliter inter priuationem vocis paſſiuæ, & actiuæ, & tandẽ, quod non ſolum in hoc caſu, quis non teneatur relinquere officiũ, ſed neque obligetur procurare diſpēſationem, vt docuerunt aliqui, quos ſequitur *Sayrus d. lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 35. quia cùm non incurrantur iſtæ pęnæ, niſi poſt ſententiã non pertinent ad forum internum, ſed ad forum externum, vt dixi ſupra *p.* 2. *huius tract. reſolut.*11. *ſub num.* 215. docet *Portellius in in ſuis Dubijs regularibus, verbo inhabilitas ad finem*, ibi, *Ex qua conſtat, quòd ſi delinquens non incurrit inhabilitatem antequam declaretur per ſententiam Iudicis, poterit talis delinquens quandiù eſt occultus ferre ſuffragium, acceptare officium, & beneficium, antequam declaretur inhabilis per ſententiam, idque ſtando in ſecunda opinione, quam ego magis tolerarem in caſu, quo delinquens occultus nullo modo poſſet obtinere diſpenſationem occultam, & ex non ſuffragando in electionibus, vel ex renunciatione officij, ipſi reſultaret grauis infamia*, ac tandem cõcludit, Nota iſta verba, *ſed tamen ſicut dixi, etiam faciendo ſine iſtis conditionibus occurrentibus, non condemnabo propter iam dicta*, vbi clarius loquitur, quàm *ibidem verbo lex, num.*7. vbi ſequendo *Rodriq. tom. p. qq. Regu-*
87 *lar. quæſt.*7. *art.*16. vbi facit differentiam inter priuationes ab officiis, & Prælationibus, & priuationes vocis actiuæ, & paſſiuæ, ac inhabilitatem, &c. quam opinionem ſupra etiam nos reprobauimus *num. præcedenti.*

88 Ex quibus patet, contrariam opinionem, vt ſ. quando adduntur dicta verba *abſque vlla declaratione, & ſimilia*, pænam præfatam incurri ante omnẽ ſententiam, non eſſe certã apud omnes, vt dixit *Sigiſmundus à Bononia in ſuo tractatu de electione dub.*93. *num.*4. quia adſunt plures Doctores, noſtram ſententiam ſimpliciter ſectantes, quos ſupra retulimus, qui ſufficiunt ad reddendam eam probabilem, quod ſufficit, vt poſsimus eam tutò ſequi in moralibus, vt notum eſt apud omnes.

### *An tranſgrediens pręceptum impoſitum ſub pœna cenſuræ ferendę ſententię, peccet mortaliter, nec nè.*

SEcunda difficultas circà iſtam diuiſionem, eſt de cenſura ferendæ obligatione, ideſt an ſicut contraueniens præcepto impoſito à iure, vel ab homine ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ de materia, quæ non ſit peccatũ mortale de ſuo genere, peccat mortaliter, vt certum eſt apud omnes, ita etiam
89 contraueniens præcepto impoſito ſub pœna excommunicationis ferendæ ſententiæ, ſeù comminatoriæ exemplum, in *cap. Clerici, qui, extra de vita, & honeſtate clericorum*, præcipitur ſub pœna excommunicationis ferendæ, ne Clerici geſtẽt arma abſq; licentia Epiſcopi. Et in *Can. qui die, eod. tit.* contra intereſſentes ſpectaculis, vel comedijs, diebus feſtis, Quęrimus an Clericus arma geſtando, vel etiam laicus intereſſendo ſpectaculis, aut comedijs diebus feſtis, peccet mortaliter? hanc difficultatem tractant Doctores in materia de legi-
90 bus, ſub alio titulo .ſ. an pœna cenſuræ ferendæ ſentētiæ ſit ſignum obligationis ſub mortali; Vt igitur clarius habeatur reſolutio huius difficultatis, diuidimus eam in duas partes; In prima agemus de excommunicatione, in ſecunda de duabus alijs ſpeciebus cenſuræ, nempè ſuſpenſione, & interdicto.

### *Præceptum ſub pœna excommunicationis ferendæ ſententiæ tranſgrediens, an peccet mortaliter.*

SVppoſito, quòd præceptum, vel lex ſit de materia, quæ ſit, vel indifferens, aut ſaltem peccatum veniale, vt in exemplis poſitis de geſtatione armorum à Clericis, vel intereſſētia diebus feſtis, comedijs, vel ſpectaculis;

nam

Digitized by Google

91 nam ſi eſt de materia, quæ de ſuo genere ſit peccatum mortale, certum eſt, tranſgreſſorem ſtatim peccare mortaliter, v.g. fertur ſimile præceptum contra cōponentes trāſcribentes libellos famoſos in *c.quidā maligni* 5.*q*.1. nulli dubium eſt, quòd qui compoſuerit, trāſcripſerit aliquem libellum famoſum, peccauit mortaliter. Circa hāc difficultatem ſic declaratam reperio varias opiniones, quas ex Authoribus viſis, accepi, vt ſequitur.

Prima opinio eſt *Sylueſtri verbo præceptum*, *§. 3. & eiſdem ferè verbis Armil.ibidem ſub num.6. Tabiena verbo lex, num.29. Soti in 4. diſt.22.quæſt.*1.*art.*2.*coroll.*1.quam ex recentioribus, teſtatur eſſe ꝓbabiliorē *Salō* 2.2.*q*.77. *artic.*1.*controuerſ.*8.*num*.8. *Sayrus lib*.3. *Clauis Regia, cap*.3.*num*.27. *verſic.addunt aliqui*, qui ſimpliciter aſſerunt, huiuſmodi præcepti tranſgreſſorem peccare mortaliter. Fundamentum huius opinionis eſt, quoniam talis tranſgreſſor certū eſt, quòd meretur excommunicari, ſtatim, quod tranſgreditur dictum præceptum, ſed quis excōmunicari non poteſt, niſi pro peccato mortali, vt infra ſuo loco, ergò ſupponendum eſt, iam peccaſſe mortaliter. Probare etiam videtur hanc opinionem V*aſquez* 1.2.*q*.96.*diſp*.158.*c*.5. *nu*.41. & ſi ex alia ratione, quia putat, ad excommunicationem ferendam nunquam hoc caſu monitionem eſſe neceſſariam, niſi in lege exprimatur, quod probat *Reginaldus lib*. 15. *num*. 49. *& Bonac. de cenſuris in particulari diſp*.3.*quæſt*.5.*pun.p.nu*.3.qui *Vaſquez* ex hoc infert, immeritò excuſatos fuiſſe à mortali
92 ab aliquibus Theologis, Religioſos, qui ſpectaculis agitationis Taurorum intereſſe prohibiti ſunt ſub pœna excommunicationi ferendæ, idem etiam *Suarez t*.5.*diſp*.18.*ſect*.3. *à num*.20. videtur ſentire.

Secunda opinio, eſt *Nauarri cap*. 23. *ſummæ, num*.53.*ad finem, Caiet. verbo præcepti trāſgreſſio, & aliorum*, quos ſequitur *Valentia* 1.2.*diſput*.7.*cap*.5.*punct*.6. diſtinguens, an lex, in qua imponitur tale præceptum prærequirat monitionem antequā feratur excommunicatio, vel nō; Primo caſu, de quo habemus inter alia exemplum, in *cap. hoc conſultisſimo de rebus eccleſiæ non alienandis*, vbi poſt monitionem, præcipitur excommunicari debere vſurpantes de bonis Eccleſiæ ex contractibus ſubmiſſionis bonorum legitimè celebratis, refert *Bonac. tom*. 3. *de cenſuris in particulari diſp*.2.*quæſt*.2.*punct. vigeſimo*. Concedunt citati authores, trāſgreſſorem non peccare mortaliter, ſecus autem ſecundo caſu, vbi non requiritur monitio, nam inquiunt ipſi, primo caſu non meretur quis ſtatim excommunicari, ſeu dignus efficitur, quòd ſtatim excommunicetur, ſicut in ſecundo caſu, hanc opinionem fatentur eſſe probabilem *Vaſquez, & Suarez locis ſupra citat*. plura alia iura, in quibus expreſſè prærequiritur admonitio iudicis ad incurrendam excommunicationem, refert *Auila loco infra citando*.

Tertia opinio, quam *Vaſquez loco citato tribuit Driedo lib*.2. *de libertate eccleſiaſtica*, *cap*.10. *circa tertiam propoſitionem, &* Suarez *tom*. 5. *diſput*.18.*ſect*.3.*num*.21. *tribuit Caiet. in ſumma verbo clericorū peccata*, quicquid dicat ipſe *Suar.Caietan*.hic ſe corrigere ab his, quæ aliàs dixit, cuius contrarium oſtendit *Auila loco infra citando*, Qui authores non docent ſimpliciter, excommunicationem ferendæ ſententiæ non eſſe ſignum obligationis ſub mortali, ſeu tranſgreſſorem præcepti ſub tali pœna, non incurrere ſtatim peccatum mortale, vt putant aliqui moderni, inter quos *Caſtrus Palaus tract*.3.*diſp*.1.*punct*.15. ſed docent, non ſemper eſſe dictam pœnam ſignum obligationis ſub mortali, & per conſequens, non ſemper tranſgreſſorem talis præcepti incurrere peccatum mortale, vt benè eos allegant *Vaſquez ſupra, & clariùs Sanch. lib*. 6. *ſum.moralis, cap*.4.*num*.49. & ſi male (ſalua eorū pace) confundant iſtam ſententiam, cū ſecunda ſupra relata, quia & ſi diſtinguat hęc opinio, ſicut & illa, tamen eſt longè diuerſa, hæc diſtinctio ab illa, Vult enim hæc opinio, quod ſit ſignum obligationis ſub mortali talis pœna, non ſolum, quando in canone non prærequiritur monitio, ſed etiā ſi non ſit res leuis, ſed grauis, quæ præcipitur, Non ſit autē ſignum obligationis ſub morteli, non ſolum vbi prærequiritur in canone, vel præcepto monitio, ſed etiam quando materia ex ſe nō eſt grauis, ſed leuis, vt optimè explicat *Suarez ſupradicta diſput*.18.*ſect*.3.*num*.2.*ad finem*, per hæc verba *Erit ergo iuxta hāc ſententiam, materia talis pręcepti, aut ſufficiens ad peccatū mortale, ſi ex ſe grauis ſit, aut ſi ſit leuis, erit ex ſe quidem inſufficiēs, vt ex vi ſolius legis trāſgreſſio, ſit mortalis, adiūcta tamē iudicis monitione, iā trāſgreſſio erit peccatūmortale, quoniā, quī reſiſtit monitioni iudicis facta ſub cōminatione excomminationis maioris, etiam in materia leuī efficitur dignus, in quem feratur excommunicatio maior, & conſequenter peccat mortaliter*, Quæ doctrina quò ad ſecundam partem, quòd ſcilicèt quando eſt res leuis præcepta ſub hac pœna, etiam ſi prærequiratur monitio in canone iuris, vel in præcepto hominis, neque tunc obliget ſub morali, dixit apertis verbis *Caiet*.verbo *clericorum peccata, verſ.nec obſtat dictis*, allegatus ab eodem *Suarez*: libenter ſubiungo verba Caietani, cùm hodie ob Authores modernos, antiqui deſerantur, non dico ſolum videre, ſed nec apud ſe habere; ſunt iſta, *nec obſtat dictis, quod ex-*
93 *communicandus ſit, ſi quis ex clericis comam relaxauerit: quoniam non incurrit pœnam excommunicationis, non dico lata, ſed ferendæ ſen-*



Digitized by Google

*niſi monitus contumax fuerit, quoniam quicquid ſit re rigoris iuris, æquitatis tamen ratio habet, vt non ſit excommunicandus à iudice, niſi præmonitus à Iudice ſuo.* ſubdit rationem, *tum ne quaſi ex improuiſò, tanta, taliſque pœna inferatur prò his, quæ non ſunt ex ſuo genere criminoſa, tum propter tantam multitudinem impunè ſolitam hæc transgredi; ita vt non prò magno peccato transgreſſio reputetur, quæ ex ſuo genere mala non ſunt, ſed ex poſitiuo iure.* Scio, *Sayrum loco citato,* negare hunc clericum nutrientem comam peccare venialiter, ſed nititur falſo fundamento, vt aliàs dicam. Quod etiam quando materia eſt grauis, quamuis requiratur alia monitio, vt potè quia lex ita ſtatuit, obligabit ad mortale, dixit expreſsè, *Auila par. 2. de cenſuris cap. 5. diſp. 1. dub. 3. verſ. tertia, verò pars,* vbi quærit, quænam iudicanda erit hoc caſu materia grauis? & reſpondet, eſſe iudicādā illam, quæ hic, & nunc, attentis circumſtantijs conducit ad aliquod magnum bonum conſequendum, vel euitandum graue malum arbitrio boni viri, ſequitur *Bonac. diſp. 1. de cenſuris in genere quaeſt. 1. pun. 3. n. 10.*
95 dat exemplum de Inquiſitoribus ſub excommunicationis pęna præcipiētibus, vt oēs confluant in templum ad audiendum ędictū fidei, hæc eſt materia grauis, quoniam pertinet ad exaltationem fidei, vt ſciant homines, quæ ſint denuncianda Inquiſitoribus, item de Epiſcopo præcipiente ſub eadem pœna,
96 vt omnes ad proceſſionem tempore peſtis, vel belli, qui enim commodè poterat accedere, & non acceſſit ad proceſſionem, vel ad audiendum ædictum fidei, peccabit mortaliter, quoniam eſt materia grauis, Quæ exempla ſunt *Soti, pro prima opin. relati,* quod clarè indicat, ipſum *Sotum,* non contradicere huic noſtræ ſententiæ, nam ſolum, concludit, pœnam iſtam eſſe ſignum obligationis ſub mortali, quando imponitur pro re graui, ſicut neque contradicere intendo, *Salonium* pro eadem opinione enumeratum, quia etiā
97 dat exemplum ęxcommunicationis ferendę ſententiæ, de qua in *cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſionibus* contra eos, qui in Paſchate non communicauerint, quæ eſt etiā materia grauis, Nota tamen hic obiter, falli *Salonium,* ſicut etiam fallitur *Cartarius apud Menoch. de præſumpt. præſumpt. 6.* dum aſſerit, in dicto *cap. omnis,* comminari pœnam excommunicationis, quando quis non communicatur in Paſchate, quia in dicto textu comminatur tantum, interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & priuatio ſepulturæ, vt per *Sayrum ſupra, & dixi par. 1. recollect. 18. num. 22. & latè probat Fagundez lib. 1. in ſecundum præceptum cap. 4. nu. 2.* clarè ibidem *Caiet.* ni fallor ſubdit hoc idem, *loco citato* ibi, *& propter hanc rationem, quia ſcilicèt pœnæ graues, grauiores, ac grauiſſimæ in iure appoſitæ, exceptis excommunicationibus latæ ſententiæ, aut ſunt tales, vt ſine peccato mortali incurri poſſint, aut ſi ſine peccato mortali incurri non poſſunt, exigere videntur monitionem, vt non niſi in contumacem ferantur,* Ratio, qua probari poteſt hæc opinio ſumitur ex *Suarez citato num. 21.* ibi, *quamuis peccatum mortale tantum ſit materia excommunicationis, quæ actu infertur, nihilominus legem, quæ aliquid prohibet ſub excommunicatione ferenda, non ſemper per ſe ſe obligare ad mortale, quia non ſemper ſola transgreſſio legis illius, vt ſic, ſufficit conſtituere hominem dignum excommunicatione, niſi aliundè creſcat culpa, & cōtumacia* intellige ex inobedientia, & contumacia poſt monitionem, qui *Suarez,* licèt in ſequentibus, videatur du-
98 bitare de hoc, nēpè quomodo eadem materia, quæ non erat mortalis antè admonitionem, fiat mortalis poſt admonitionem iudicis, ſed tandem, non ſolum hoc concedit poſſe contingere ex accidenti. *num. 27.* ſed etiam *nu. 24.* dixit, eſſe probabile, quòd etiam per ſe multum augeatur culpa ex inobedientia, & contumacia contrà Prælati monitionē, qui clarius ni fallor adhæret huic ſententiæ *lib. 4. de legib. cap. 18. à num. 13.* vbi & ſi videatur diſtinguere, an lex ſufficientem monitionem cōtineat, vel non ſufficienter lex admoneat ſubditum in ordine ad talem cenſuram, tamen *num. 18.* explicans ſecundum membrū dictæ diſtin. nēpè quando lex requirit ſuperioris admonitionē, loqui videtur de caſu, vbi materia eſt leuis, quod colligo primò ex eo, quia dicit hæc verba, *hæc fuit mens Caiet. & ſine dubio nihil aliud ſenſit Driedo,* qui authores ſunt pro noſtra ſententia; ſecundò, & fortius; quia *ad finem* ſubdit, contra *Vaſquez loco cit.* licèt eum non nominet, ſemper ad fulminandam talem excommunicationem eſſe neceſſariam monitionem, niſi illam ius, aut Iudex apertè excludat, ideòq; regulariter loquendo, ex vi talis cenſuræ non ſatis colligi legem obligare ex ſe ſub mortali, & ſubdit inter alias rationes, iſtam, quoniam iuxtà cōmunem vſum, ita videntur intelligi ſimiles comminationes legum, qui communis vſus interpretatur, eſſe neceſſariam monitionem, quando præcipitur ſub hac pœna cenſuræ ferendæ materia leuis, vt benè *Sanch. lib. 6. ſumma cap. 4. num. 12.* qui etiam poteſt numerari inter ſequaces huius noſtræ ſententiæ, quoniam, & ſi *num. 50.* firmet, illam regulam generalem; omnem ſcilicet legem præcipiētē aliquod ſub pœna excommunicationis ferēdæ, obligare ſub peccato mortali, tamen *num. 51. ſequenti,* id limitat, vbi lex aliqua, aut ſuperioris præceptum ſub excommunicationis pœna, ederetur, ea forma, vt neceſſaria ſit monitio præuia, prius quàm excommunicatio illa propter transgreſſionem infligatur

tur, & *num.* 52. limitat ſecundò, vbi reperitur tale præceptũ factum pro re leui, & dat eadẽ formalia verba *Caiet.* quæ nos ſupra retulimus, qui *Caiet.* loquitur de tali pęna pro leui materia comminata, & loquendo de præcepto ſimili facto à iudice, ſubdit alia exempla ſimilia, quæ vt inquit ipſe, cũ ſint de re leui, cenſentur facta ad terrorem potius, quàm vt excommunicandi ſtatim ſint aliqui, nulla
99 monitione præmiſſa, veluti cùm Iudex Eccleſiaſticus præcipit alicui ſub pęna excommunicationis ferendæ, vt coram ſe compareat, vel publicis præcibus interſit (intellige) extra caſum peſtis, vel belli, iuxtà ea, quæ diximus ſupra *num.* 96. Inter ſequaces huius opinionis, etiam cenſeo eſſe *Caſtrum palaum allegatum per Dianam par. 3. tract. 6. miſcellaneo reſol.* 76. qui benè explicat *Suarez loco ſuprac. de legibus*, his verbis, *cùm cenſura annexa non eſt peccato, indigere alia monitione, vt imponatur, ac ea de cauſa non eſt ſufficiens ſignum mortalis obligationis*, quid enim ſignificat ly, *cum cenſura annexa non eſt peccato*, niſi cùm materia præcepta non eſt grauis; hanc opinionẽ fatetur eſſe probabilem *Vaſquez p. 2. q. 96. diſp.* 158. *cap.* 5. *num.* 43. dum explicat ſecundã ſententiam, & ſubdit, *eſſe probabile ſaltem, colligi non poſſe obligationem ad mortale ex pęna hoc modo appoſita, quamuis poſſit ex grauitate materia alias iudicari*, quẽ ſic allegat *Sanch. ſupra nu.* 12. *ibi, & dicit eſſe probabile Vaſqu.* Addens, tunc recurrendum ad grauitatem materiæ, ad diiudicandum, an ex illa colligatur obligatio ſub mortali, & patet ex caſu, quem ſubdunt ambo ſupradicti Authores, Lata, eſt. n. in iure excommunicatio contra
100 participantes cum excommunicatis ab alijs Iudicibus, quàm à Papa, donec participantes prædicti moniti non deſiſtant, quærunt *Vaſquez, & Sanchez*, an dicti participantes ante monitionem peccent mortaliter? ſubdit *Vaſquez* hæc verba, *Maior Gabriel, & Couar. cenſent, non peccare mortaliter, Sotus vero aſſerit peccare mortaliter*; concludit tandem, quòd ſibi videtur eſſe probabilem primã opinionẽ, non ſolum ex eo, quia ibi expreſsè prærequiritur monitio, ſed etiam quoniam dicta participatio eſt ex ſe peccatum veniale, cùm ex ſe non incurratur niſi excommunicatio minor, hoc enim mihi ſignificant ſupra relata verba, *Vaſquez in fine d. nu.* 43. ibi, *aut ſaltem ex hac ratione habemus, colligi certò non poſſe obligationem ad mortale ex pœna hoc modo appoſita, quamuis poſſit ex grauitate materia alias iudicari*, quaſi dicat, ſi materia præcepta eſſet grauis, qualis non eſt iſta participatio, etiam ſi prærequireretur monitio, peccaſſet mortaliter quis transgrediendo dictum preceptum, ſed quoniam iſta materia eſt leuis, ideò probabilis eſt prima opinio, ſcilicèt participantẽ cum excommunicato, vt ſupra non peccare
101 mortaliter, vt intelligamus, quòd ad iudicandum, quando dicta pęna ſit ſignum obligationis ſub mortali, recurrendum ſit non ſolum ad illam diſtinctionem, an prærequiratur in canone, vel pcepto monitio, ſed ẽt ad aliam diſtinctionem, an materia præcepta ſit leuis, vel grauis, quæ eſt noſtra ſententia huc
102 vſq; ni fallor, à nemine ita declarata. In dubio autem, an materia ſit leuis, an grauis? puto talem pęnam ſiuè illa prærequirat, ſiuè nõ monitionem, non obligare ſub mortali, ex regula de lege pęnali, nempè in pęnis in dubio nos debere, quod eſt mitius interpretari.
103 Quòd autem aliqui moderni aſſerunt, nutritionem comæ, ac alia, quæ in iure Canon. inuenimus prohibita ſub hac pęna cenſuræ ferendæ abſque alia prærequiſitione monitionis, licèt hodie leuia reputentur, tamen tempore, quo ita fuere prohibita, fuiſſe grauia, & ideò transgreſſores ipſorum canonum tunc peccaſſe mortaliter, præterquàm quòd hoc à nobis non conceditur. Non tamen infertur; ergo hæc ſubdiſtinctio de materia graui, & leui non eſt vera, cum ſufficiat, quod hodie iſta pro leuibus habeantur, & ideò excommunicationẽ ferẽdæ ſententiæ pro illis materijs comminatã abſque prærequiſitione monitionis, hac ratione nõ obligare ſub mortali ad hoc, vt vera ſit noſtra doctrina, vt ſupra declarata.

Sed quoniam *Vaſquez ſuprà citatus pro prima opinione*, aſſerit, ad fulminandam excom-
104 municationem comminatam, nunquam eſſe monitionem neceſſariam, niſi in lege exprimatur, quem ſequitur *Reginaldus lib. 15. ſub nu.* 49. & è contrario, *Suarez loco citato de legibus*; affirmat, ſemper eſſe hoc caſu neceſſariam monitionem, niſi illa expreſsè excludatur, quem ſequitur *Caſtr. Palaus tract. 3. diſp. 1. p. 15. nu.* .quæ ſunt principia omninò oppoſita à doctiſſimis viris edocta, meritò videndum à nobis erit, quomodo vtraque doctrina poſſit concordari.

Præſuppoſito enim, tale præceptum à iure, vel ab homine (inter quæ nulla eſt differentia, vt benè *Vaſquez, & Sanch. locis ſupra cit.* quidquid inter hæc, diſcrimen D. *Antoninus* videatur inuenire) fieri abſolutè, ideſt abſque expreſſa prærequiſitione monitionis; Ratio dubitandi pro *Vaſquez*, eſt, nam cum abſolutè definit ius, vel Iudex, contrauenientẽ eſſe excommunicandum, ipſa lex, vel præceptu videtur admonere, quæ admonitio ſufficit, Pro *Suarez* autem ſententia videtur multum fauere text. in *cap. ſacro de ſententia excommunicationis*, vbi multatur pœna interdicti per menſem ab ingreſſu Eccleſiæ, qui Iudex, excommunicationis ſententiam abſq; competenti admonitione præmiſſa tulerit, quæ diſpoſitio maximè habet locum ſecundum omnes, quando fertur excommunicatio

tio

Digitized by Google

tiò pro culpa præterita, qualis eſt, vbi fertur à Iudice excommunicatiò, aliàs comminata, vt patet ex terminis. His præmiſsis. Dico, vtrũque dictum in ſuo ſeſu eſſe verum, vel enim delictum, pro quo reperitur latum dictum præceptum eſt permanens, vt in caſu de clerico, qui nutrit comam, vel barbam, illicitè negotiatur, permanet in cõcubinatu, & tunc verum eſt dictum *Suarez*, ſemper eſſe neceſſariam monitionem, adhoc vt deſiſtat ab ipſo delicto committendo, antequam procedatur ad ferendam excommunicationem comminatam in canone, vel præcepto, niſi expreſsè fuit excluſa in eodem canone, vel præcepto, Aut delictum non eſt permanẽs, ſed vt ita dixerim, tranſiens, vt eſt præceptum ſub hac pœna latum in iure contrà aſsiſtentes diebus feſtis, comedijs, & contrà religioſos hodie intereſsentes agitationi taurorum, & tunc eſt verum dictum *Vaſquez*, non requiri monitionem, ſed ſufficere citationẽm, & in hoc ſenſu explico Bonacinam *loco ſupra citato de cenſuris in particulari diſp. 3. q. 5. p. 1. §. 1. n. 3.* vt infra. Probo hanc meã doctrinã ex differẽtia, quam idemmet *Bonac. poſt Alterium ibid.* tra-
105 *dit* inter monitionem, & citationem, ſcilicèt quòd monitio adhibetur, vt ſubditus obediat, ſicque cenſuram euitet; Citatio verò vt pars certior fiat de eo, quòd Iudex eſt facturus, ſed ſic eſt, dico ego, quòd vbi delictum eſt permanens, tunc poteſt reus obedire, & euitare cenſuram, non autem vbi eſt tranſiẽs, cùm hoc caſu ſufficiat, quòd citetur ad vidẽdum ſe excommunicari, ſuſpendi, &c. ergo, fauet *Franciſcus de Aretio conſil. 163. ſub n. 3.* ibi, *monitio exigitur, vbi cenſura exigitur pro contumacia in non faciendo*, allegans text. in *Canone Epiſcopum vndecima q. 3.* quia iſta cõtumacia in non faciendo, tantum interuenit
106 in delictis permanentibus; & ita reſpondetur argumento, quod fieri poteſt, nempè iſtã excommunicationem latam à Iudice in vim comminatoriæ latæ etiam à iure, eſſe excommunicationẽ ab homine, ſeù nouam excõmunicationẽ, vt dixit *Graſſius de quinque caſibus lib. 1. cap. 4. cum de regulis circa excommunicationem, nu. 4.* & cenſura ab homine habet ortum à contumacia, nam hoc habet locum in delictis permanentibus, vbi poteſt dari correctio, & emendatio, non autem in delictis tranſeuntibus, vbi non datur correctio, vel emendatio, iuxtà vulgatum proloquium, factum infectum fieri non poteſt, vt egregiè videtur attingere *Ioannes de Lignano in tract. de cenſura eccleſiaſtica §. 12. volumine 9. tractatuũ.* Requiritur igitur, vt ſupra innui, citatio, quando delictum eſt tranſiens, non ſolum *ad viden-*
107 *dum, ſe excommunicari*, de qua per *Achillem de Graſſis decis. Rota Romana 372. alias 6. de ſententia excommunicationis*, vbi loquitur de paritione monitorij, quod delictum eſt permanens, ſed etiam ad finem probationis illius criminis, aut delicti, propter quod comminatur cenſura à iure, vel ab homine, ſ. *ad dicendum cauſam, quarè non debet excommunicari, ex eo, quia, &c.* vt in ſimili, *Couar. in cap. Alma mater §. 6. nu. 5. verſ. trina, &* latè diſcurrit *Franciſcus de Aretio citato conſ. 163.*
108 vbi tractat articulum illum, an talis citatio requiratur, etiam vbi delictum eſt notorium, de qua nos ſuo loco. Nota quòd idem *Franciſcus de Aretio loco ſupra citato ad finem*, & ſi fateatur verã eſſe differentiam, de qua ſuprà, inter monitionem, & citationem, tamen ſubdit *poſſe nos exponere monitionem pro citatione*, imò *Franciſcus Leo in ſuo theſauro fori Eccleſiaſtici p. 3. c. 7. de excommunicatione nu. 101. ad finem*, dicit, monitionem, & citationẽ aliquando æquiparari, & allegat *Puteum deciſ. 271. num. 4.* ibi, *monitio vel citatio par. 3.* Addo *deciſionem 267. in nouis nu. 3* ibi, *excommunicari nemo debet, niſi perſonaliter, monitus, & citatus*, patet etiam in *cap. in nomine Domini extra de teſtibus.* vbi monitio ponitur pro citatione, quæ ſi ſunt vera, poſſumus
109 dicere, quòd quando *Vaſquez* docuit, nunquam eſſe neceſſariam monitionem, niſi expreſsè ſit requiſita ad fulminandam cenſurã comminatam, intellexiſſe forſitam de monitione ſtrictè ſumpta, ſcilicèt canonica, ideſt trina, & quando *Suarez* è contra dixit, ſemper neceſſariam eſſe ad hoc monitionem, niſi expreſsè excluderetur, intellexiſſe de citatione, vt ſupra declarauimus. Quatenus autem ſubdit *Suarez*, niſi expreſſè excludatur, ſi intelligamus de citatione, forſan eius eſt opi-
110 nionis, quòd Princeps poſſit tollere citationem, ſed in contrarium eſt text. in *clemen. paſtoralis §. cæterum extra de re iudicata*, cum alijs allegatis per *Franciſcum de Aretio citato conſilio 163.* vbi loquitur in terminis cenſurarum à S. P. latarum contrà Florentinos, qui ſuſpenderunt quendam Archiepiſcopum, & detinuerunt in carcere Cardinalem, teſtatur de communi *Boerius dec. 247. num. 5.*
111 & quod nec de plenitudine poteſtatis, poſſit eccleſia aliquem abſque vlla monitione, cenſura afficere, notat *Auila 2. p. c. 5. diſp. 5 dub. 10. cum alijs allegandis infra recoll. 2.*
112 Quæres quotuplex monitio requiratur, quando delictum eſt permanens, vt ſupra? Reſpondet *Auila citata par. 2. cap. 5. diſput. 1. dub. 3. verſ. 3. pars poſt Couar. in c. alma mater p. 1. § 9. nu. 5. verſ. trina verò*, generaliter loquendo, quòd vbi poſt canonem comminantem requiritur monitio, ſufficiat vna, hæc ſũt verba Couar. *Imò ſi ipſius canonis prohibitio, loco monitionis haberi debet, quamuis non ſit per ipſum canonem lata excommunicatio, poterit à Iudice ferri, vnica ſaltem monitione præmiſſa, ne id fiat, quod canone prohibitum extat*, & ſic ſecundũ eũ, nõ requiritur hoc caſu trina mo-



Digitized by Google

nitio, quæ debet præcedere fulminationem excommunicationis, & quæ cauſat debitam contumaciam pro cenſura infligenda, vt infrà latius, *cùm de cauſa nullitatis cenſuræ ex defectu monitionis, Recollectione ſequẽti*, vbi latius de hac materia, ſed tantum citatio. Supponit enim *Couarr.* non requiri in canone expreſsè monitionem, quia ſi illa expreſsè ibi requireretur, neceſſaria eſſet trina, vel vna pro *trina*, propter maiorem maturitatem Iudicij in excommunicante, & pro maiori contumacia in excommunicato.

113 Nec mirum, ſi hic *Couar.* monitionem pro citatione intelligat, iuxtà dicta ſupra, *ſub num.* 108. fauet *Rota Romana deciſ.* 399 *in nouis*, ibi, *citatio enim ſæpe habet vim monitionis, vt legitur, & notatur in cap. ex parte de verborum ſignificatione*, ſicut etiam monitio habet vim citationis, maximè peremptoriæ, *lege ceſſante C. quomodo & quando Iudex*, iuxtà ſummarium *Pauli de Caſtro*. fauet *Auila loco ſupra citato dub.* 1. vbi quærit, an quando lex comminatur excommunicationem, & non requirit aliquam monitionem, poterit Iudex ſtatim excommunicare tranſgreſſorem? & reſpondet, licitè poterit ferre excommunicationem ſine alia monitione, ſed meliùs faciet ſi præmittat vnam ſaltem monitionem; & ſtatim ſubdit, non poterit excommunicare ſine citatione, dando ei terminum ad allegandum pro ſe, &c.

## *Tranſgrediens præceptum ſub pœna ſuſpenſionis, vel interdicti latæ, vel ferendæ ſententiæ, an peccet mortaliter.*

PRæſupponimus, vt ſuprà, tale præceptum non eſſe poſitum pro materia, quæ ſit ex ſuo genere peccatũ mortale, ſed q̃ ſit ex ſuo genere tñ venialis, aut indifferẽs. Hoc ſuppoſito, Circa primã partẽ quæſiti de ſuſpenſione, & interdicto latæ ſententiæ, ſunt duæ

114 opiniones, prima eſt *Nauar. cap.* 23. *n.* 53. *ad finem, Caiet.* 2. 2. *q.* 188. *ar.* 9. *ad* 2. *& in ſumma verbo præcepti tranſgreſſio verſ. pœna præceptorum, Salon.* 2. 2. *q.* 17. *art.* 1. *controuerſ.* 8. *n.* 8. *Valentia in prima ſecunda diſp.* 7. *q.* 8. *num.* 6. *in* 4. *ſigno, cum alijs, quos habebis apud Sanch. & Suarez infra citandos*, qui docent, has pœnas, quibus etiam addunt impedimentum canonicum irregularitatis, non eſſe ſignum obligationis ſub mortali, & per conſequens, præceptum ſub illis pęnis tranſgredientem, non

115 peccare mortaliter, ſequitur *Diana par.* 2. *tract.* 10. *de legibus reſol.* 21. *vbi allegat etiam Sayrum, & Azor.* fundatur hæc opinio primò, quoniam tales pęnæ imponuntur aliquando non ſolum pro culpa veniali, ſed etiam abſq; vlla culpa propria, ſed tantum pro aliena culpa, ergo. Conſequentia probatur ex regula illa, in dubio, maximè quando ſumus in pęnis, ſemper debere nos interpetrari, quod mitius, & minimum eſt; ſi igitur non ſemper tales pęnę imponuntur pro culpa mortali; ſed aliquando pro veniali, imò etiam non prò propria culpa, ſed aliena, ergo, nõ eſt certum, imò eſt etiam dubium an tales pęnæ obligẽt ſub peccato mortali, igitur in hoc dubio debemus potius interpetrari, quod eſt minus, & minimum, nempè legiſlatorem noluiſſe obligare ſub mortali, ſed tãtum ſub veniali, quod eſt minimum, & mitius.

Secunda opinio eſt *Angeli, Silueſtri, & aliorum, apud Suarez infra citandum, Vaſqu. & cæterorum, quos ſequitur Sanchez lib.* 6. *ſummæ moralis cap.* 3. *num.* 141. qui docent, dictas pęnas eſſe ſignum obligationis ſub mortali, Probant ex eo, quòd ſint pęnæ grauiſsimæ, ſed pęnæ grauiſsimę non imponuntur, niſi pro peccato mortali, ergo, ſunt ſignum obligationis ſub mortali, & qui præceptum ſub dictis pęnis tranſgreditur, peccat mortaliter, Maior probatur à *Vaſqu. prima* 2 *diſp.* 158. *c.* 5. ab effectibus ipſius ſuſpenſionis, & interdicti,

116 quorum vnus eſt, priuare participatione ſacramentorum, item adminiſtratione ipſorum, & diuinis, vt latius patebit infra, cùm de ipſis in ſpecie. Accedũt *Aegidius Conink diſp.* 13. *dub.* 8. *& Hurtado de cenſuris in communi nu.* 43. qui excipit dumtaxat interdictum perſonale particulare latum à iure, vel ab homine generaliter, non reſeruatũ, & probat *Caſtrus Palaus tract.* 3. *diſp.* 1. *pun.* 15. *nu.* 6.

Cõcluſio, Hæc ſecunda opinio, dubio procul non ſolum eſt verior, & tutior, ſed etiam hoc tempore communiter recepta; Nam eſt magis vſu receptum, vt non ferantur ſimiles cenſuræ, nec poſsint incurri abſque peccato mortali, & quòd quando quis excuſatur à mortali, tunc etiam excuſetur ab ipſis, vt teſtatur, & probat *Auila*, loquendo de ſuſpenſione 3. *par. diſp.* 3. *dub.* 3. *ad finem, Homobonus de caſibus reſeruatis par.* 1. *cum de forma adhibenda in cenſuræ abſolutione prænotatione* 2. *& fatetur idem Diana par.* 3. *tract.* 6. *reſol.* 51. vbi poſtquam allegauit Authores docentes, ſuſpenſionem, interdictum, & irregularitatem incurri ob peccatum veniale; ſubdit, *at mihi ſemper contraria ſententia placuit*, pro qua allegat alios Authores; & deindè ſubdit hæc alia verba, *Dicendum eſt igitur, quòd quoties ignorantia iuris, vel facti excuſat tranſgreſſionem à mortali, excuſet etiam non ſolum ab excommunicatione, ſed etiam ab alijs cenſuris,*

117 *& pœnis ob delictum impoſitis, vt irregularitate ob delictum, ſuſpenſione, & interdicto, & ratio eſt, quoniam, cum ſupradictæ pœnæ ſint grauiſſimæ, non eſt credendum, illas, piam matrẽ Eccleſiam infligere ob peccatum veniale, &c.* Idem repetit eadem *p.* 3. *tract.* 6. *miſcellaneo,*

ſe-

Digitized by Google

*reſol. 31.* ſicut etiam *p. 2. tract. 2. miſcellaneo, ſeu 16. reſol. 20.* probat ex profeſſo, quòd ad irregularitatem ex homicidio incurrendam, requiratur culpa mortalis, ita vt negligentia non ſufficiat, vt infra latius cùm *de irregularitate*.

Ad rationem pro prima opinione, quòd
118 ſcilicèt ſuſpenſio, & interdictum aliquando imponi ſolet pro culpa veniali, Reſpondetur ex *Suarez tom. 5. diſp. 4. ſect. 4. nu. 7. & lib. 4. de legibus cap. 18. ad finem*, diſtinguendo de ſuſpenſione, vel interdicto maioribus, & de ſuſpenſione, ac interdicto minoribus, ſi enim loquimur de primo caſu, vbi ſuſpenſio eſt maior, ac interdictum, eſt etiam maius, negatur imponi aliquando, & contrahi pro peccato veniali, quia reqritur mortale, ſi verò loquimur de ſuſpenſione minori, vel interdicto minori, concedimus imponi aliquādo, & contrahi pro peccato veniali. Nota tamen, hic pro ſuſpenſione maiori intelligere *Suarez*, vbi quis ſuſpenditur, vel ſimul ab officio, & beneficio, vel ab vno tantum eorum, tamen per notabile tempus; pro ſuſpenſione vero minori, quando quis ſuſpenditur quo ad vnum actum tantum, & ad breue tempus, vt à ſemel non eligendo, vel diſtributiones quotidianas vnius diei non percipiendas, itē pro interdicto maiori, intelligere quādo fertur quòad omnes ſuos effectus, vel ad vnum tantum, ſed per notabile tempus; Pro interdicto vero minori, quando fertur ad aliquem ſpecialem actum, ſcilicèt non celebrandi, vel non intereſſendi officio alicui diuino, ad breue tempus, in quo ſenſu, iſta diſtinctio negari non poteſt à Doctoribus, vt optimè *Bonacina diſput. 3. de cenſuris puncto p. nu. 2. ad finem*, & ſic, quando *Auila par 3. de ſuſpenſione diſp. 1.*
119 *ad finem*. ait, diſtinctionem de ſuſpenſione maiori, & minori, nullum habere fundamentum, intelligit quatenus ab alijs, aliò ſenſu illa explicatur, de quo infrà ſuo loco, pro nunc videte *Fillucium tract. 17. de cenſuris num. 6. verſus finem*. Qui *Suarez, loco vltimo citato*, benè etiam declarat, hic agi de interdicto prout habet veram rationem pęnæ reſpectu eius, qui dedit cauſam interdicto, ad quod incurrendum requiritur culpa mortalis propria, & ſic ceſſat ſecunda obiectio, Circa verò irregularitatem, idem *Suarez*, eodem loco, benè
120 ſubdit, non habere locum hanc diſtinctionem de maiori, & minori, cùm ſemper irregularitas ex delicto ſit pœna grauiſſima, & ſuo modo ſpiritualis, & ideo ſemper etiam eſt ſignum obligationis ſub mortali, de qua re nemo eſt, qui dubitet.

Poſita igitur ſupradicta concluſione, augetur dubium circà ſecundam partem quæſiti. Si enim impoſitio harum pęnarum ſuſpenſionis ſcilicèt, & interdicti quando ſunt latæ ſententiæ, eſt ſignum obligationis ſub mor-
121 tali, ergo etiam quando reperiuntur comminatæ, & ſic ſunt ferendæ ſententiæ, Conſequentia patet à ſimili ex his, quæ diximus ſuprà, cùm de excommunicatione, nempè ad hoc, vt pœna ſit ſignum obligationis, & quòd tranſgrediens ſimile præceptum, peccet mortaliter, ſufficere, quòd quis ſit dignus, vt puniatur illa pęna, quæ non imponitur, neque poteſt incurri, niſi pro culpa mortali.

Hac tamen ratione non obſtante, communiter Doctores, etiam id affirmantes de excommunicatione ferendæ ſententiæ, negant de ſuſpēſione, & interdicto ſimilibus, quos ſequitur *Diana par. 3. ſuarum reſolut. moralium tract. 6. miſcellaneo, reſolut. 76. ad finem*, ſed ex quo fundantur ipſi authores in ea ratione, quòd hæ cenſuræ imponi poſſunt pro culpa veniali; itē ēt incurri, aliquādo abſq; vlla propria culpa, quæ ratio iam ex dictis ſuprà proximè, non ſubſiſtit generaliter, ſed ſolum vbi ſuſpenſio, vel interdictum non eſſent ſecundum totam ſuam rationem, & ſic non haberent rationem cenſuræ maioris, vt ibi explicauimus, poſt *Suarez*, neque poteſt ſubſiſtere eorum ſententia, iuxtà commune proloquium, fundamentum vbi ruit, ruunt & fundata *cap. veniens de presbytero non baptizato*, Hinc *Molphesius noſter tract. 9. ſuæ ſummæ c. 8. num. 63.* putauit, eodem modo in his cenſuris diſtinguendum eſſe, prout diſtinguebant doctores, loquentes de excommunicatione ferēdæ, ſcilicèt vel non prærequiritur in canone, aut præcepto, aliqua monitio, & tunc eſt ſignum obligationis ſub mortali; vel prærequiritur dicta monitio, & non erit ſignum dictæ obligationis, & per conſequens tranſgrediens tale præceptum non peccabit mortaliter, ſed nec poſſum huic ſententiæ, me ſubſcribere, tum propter ea, quæ ſuprà dixi circà ſimilem diſtinctionem, loquendo de excommuuicatione; tùm etiam, quia vt conſtabit ex dicendis, cùm *de his duabus cenſuris*, non eſt certum inter authores, an ad ferendā ſuſpenſionem, & interdictum debeat præcedere monitio, quidquid ſit de excommunicatione, vndè Doctores docentes, in his cenſuris nō eſſe neceſſariam monitionem, inferunt, illas poſſe imponi pro peccato pręterito, non autem excommunicationem, de qua re videte pro nunc *Sayrum lib. 1. de cenſuris cap. 11. num. 24. iunctis his, quæ dixit lib. 4. cap. 2. nu. 14. Auilam par. 1. diſpu. 3. dub. 4. Bonacinam de cenſuris in genere diſp. p. q. 1. p. 9. n. 4. ad finem, & de cenſuris in particulari diſp. 3. q. 5. p. 1. n. 3.*

Vndè cenſeo, idem eſſe concludendum hoc caſu, ſicuti concluſum fuit circa excommunicationis ferendæ ſententiæ obligationem, nempè præſuppoſito, hic agi de ſuſpenſione, & interdicto maiori, vt ſuprà explica-
122 tum eſt, poſt *Suarez*: habendam eſſe rationē materiæ: propter quam lata reperiatur ſuſpē-

ſio, vel interdictum ferendæ ſententiæ, an grauis ſit, vel leuis, ſi enim eſſet grauis, etiam ſi reperiatur in canone, vel præcepto prærequiſita monitio, obligaret ſub mortali; è contra ſi materia eſſet leuis, etiam ſi abſolutè feratur dicta pęna, abſque aliqua prærequiſitione monitionis, non obligabit ad mortale; Quis enim affirmaret, tranſgredientem ſuſpenſionem ferendæ ſententiæ latam in *cap. inhibito ex. de diſponſat. impuberum*, contrà clericos aſſiſtentes clandeſtino matrimonio, peccare tantum
123 venialiter, item olim ordinatum ſcienter ante legitimam ætatē ( pro qua ordinatione, iure antiquo erat impoſita ſuſpenſio tantum ferendæ ſententiæ, & ſi de iure nouo ex conſtitutione Pij Secundi, hodie incurrat talis, ſuſpenſionem latæ ſententiæ, vt per *Bonacinam diſput. 2. de cenſuris in particulari q. 1. p. 1. in principio*) tantum peccaſſe venialiter? nemo quidem, cùm in vtroque caſu licèt extet pęna ſuſpenſionis ferendæ ſententiæ, tamen materia eſt grauis. Ratio eſt, quam attingit *Bonacina ibidem p. 5. §. 4. in principio*, vbi aſſe-
124 rit, ordinatum non ſeruatis interſtitijs, & ſi tantū hoc caſu reperiatur facta ſimplex prohibitio à iure, in Concilio Tridentino, abſque vllius cenſuræ comminatione, tamen peccare grauiter, cùm faciat talis contra leges Eccleſiaſticas in re graui, quod ſufficit ad peccatum mortale. Circà ſuſpenſionē, latā con-
125 tra clericos ludentes aleis, vel taxillis, dixi in facto, materiam eſſe grauē, maximè ſi ſæpius ludant, cùm multi Doctores velint, hos ex ſua natura peccare mortaliter, licèt alij contrarium defendunt, de qua re pro nunc videte *Dianam par. 4. tract. 4. miſcellaneo reſol. 183.*

E contrà Bononiæ, vt refert *Homobonus tract. 4. ſui examinis q. 151.* Lata eſt ſuſpenſio contrà Sacerdotes pergentes ad celebrandū capite diſcoperto, & alibi vidi quoq. ſimilem ſuſpēſionem latam contrà eoſdē Sacerdotes celebrantes abſque habitu talari, ponamus quod talis ſuſpenſio non ſit latæ, ſed tantum ferendæ ſententiæ, quis enim condemnaret ſacerdotem, ſemel, aut bis contrauenientem dictis conſtitutionibus de peccato mortali, ſecluſo ſcandalo, vel contemptu? nemo quidem, vt idem *Homobonus docet loco ſupra citato*, & hoc non ex alia ratione, quàm, quod materia, pro qua illa pœna eſt comminata, reputatur leuis.

### *De abſolutione tranſgreſſionis præcepti ſub pœna cenſuræ ferendæ.*

PRo complemēto huius materiæ, arbitror non prætereūdum eſſe quæſitum illud, quod etſi non reperiatur expreſsè tactum à Doctoribus, quotquot hucuſque viderim, tāmen de facili poteſt occurrere in praxi. quæſitum eſt iſtud. Poſito quòd materia, pro qua lata ſit ſuſpenſio ferendæ ſententiæ ſit grauis, & per conſequens, quod quis tranſgrediendo illud præceptum peccet mortaliter: Si contingat, vt quis de facto, ſimile præceptum
126 tranſgreſſus ſit, tamen ſtatim confeſſus fuit talem tranſgreſsionem, & ab ea fuit abſolutus, ſi deinde feratur excommunicatio, an talis illa, ligabitur quoàd forum internum? de hoc enim poteſt eſſe dubium, ſit exemplū, comminata eſt excommunicatio contra componentes, ſcribentes, vel promulgantes libellos famoſos. Adeſt ſuſpenſio ferendæ cōtra clericos, & Religioſos aſsiſtentes matrimonio clandeſtino, vt ſupra, Titius cōpoſuit, vel ſcripſit libellū, Claudius Clericus fuit p̄ſens matrimonio clandeſtino, tamen antequam contrà eos feratur excommunicatio, vel ſuſpenſio, confeſsi fuerūt iſta ſua peccata, & ab illis abſoluti. Præſuppono. n. vt cert, à talibus peccatis poſſe regulariter quemlibet confeſſarium abſoluere, Dixi *regulariter*, quia ſi factum eſt notorium, & ſic faciliter credi poteſt, eſſe procedendum à iudice, melius faceret Confeſſarius (vt in ſimili dico infra *ſub nu. 135.*) ſi abſtineret ab abſolutione. &
127 quæro, ſi poſtquā confeſſi, & abſoluti fuerunt, feratur excommunicatio, vel ſuſpenſio, an dicta excommunicatio, vel ſuſpenſio liget eos, & ſi iam confeſſos, vt ſupra, & abſolutos? Ratio dubitandi pro negatiua opinione eſt illa, quia excommunicatio, & ſuſpenſio non ligat, niſi vbi adeſt peccatum, in hoc autem tempore, quando fulminatur excommunicatio, in prædictis perſonis, non adeſt peccatum cùm fuerit remiſſum mediāte ſacramēto pęnitentiæ, ergò. E contra pro affirmatiua, poteſt ſic argumentari: ad incurrēdam excommunicationem, vel ſuſpenſionē ſufficit contumacia, vt eſt certum, at in hoc caſu, & ſi non adſit peccatum, quia fuit abſolutum, & deletum, adeſt tamen contumacia, ergo talis ligatur dicta excommunicatione, vel ſuſpenſione. Minor, quòd adſit contumacia, probatur ex doctrina, de qua infrà, cùm
128 de monitione prærequiſita ante fulminationem excommunicationis, vel alterius cenſuræ, circà quam materiam DD. communiter diſtingunt inter caſum, vbi adeſt pręceptum poſitum in iure ſub pœna cenſuræ ferendæ, vel non; Primo caſu, dicunt non eſſe neceſſariam monitionem, ſed ſufficere citationem tantum *ad dicendum cauſam, quare, &c.* Secundo verò caſu; aſſerunt requiri monitionē, quibus illic allegatis adde *Sanchez lib. 2. de matrimonio diſp. 34. n. 28. Bonac. diſp. 1. de cenſuris in genere q. 1. p. 3. n. 19.* vbi hanc afferunt rōnē dictæ diſtinctionis: Quia lex primo caſu net, nō aūt ſecūdo caſu; Modo ſic argumentor, adeſt hic monitio à iure, ergo non ſolum adeſt peccatū, ſed ēt cōtumacia. Conſequentia



Digitized by Google

tia parte, quia contumacia non eſt aliud, niſi monitioni non obtemperare.

129 Si placet, vt meam ſententiam in mediũ afferam. Dicerem, hoc caſu eſſe quoque diſtinguendum inter caſum, vbi ſumus in his transgreſsionibus, quæ ſtatim omninò tranſeunt, vel quæ non ſtatim tranſeunt; ſed relinquunt poſt ſe aliquam obligationem ſatisfaciendi; Primo caſu non incurritur cenſura; Secundo verò caſu incurritur. huius noſtræ ſententiæ veritas, ſit clara, explicando quoſdã caſus particulares, pro quibus reperitur lata cenſura ferendæ ſententiæ, de quibus ſuprà.

130 Quis confecit, diuulgauit libellum famoſum, hoc peccatum nõ eſt ex his, quæ ſtatim trãſeunt, ſed relinquit poſt ſe obligationẽ reſtitutionis famæ, & recantationis panolodiæ. *Hoc* .n. caſu, ſi quis confeſſus fuit, & promiſit recantare, vel famã reſtituere, tñ non reſtituit, & adhuc viget ſcandalum; ſi fulminatur excommunicatio comminata iam à iure cõtrà eum, ipſe ligatur ipſa excommunicatione.

131 Fertur ſuſpenſio, vt dixi contrà clericos, vel religioſos aſsiſtentes matrimonio clandeſtino, hoc peccatum eſt de his, quæ ſtatim tranſeunt (ſuppoſito enim contrahentes eſſe conſcios inualiditatis, talis matrimonii, quia aliàs remaneret ipſi clerico, vel religioſo, qui fuit aſsiſtens, obligatio illos de hoc, certiores faciendi) ſi talis clericus poſt aſsiſtẽtiam prædictam confeſſus fuit, & fuit abſolutus à tali peccato; quantumuis fulminetur excommunicatio, vel ſuſpenſio, non remanebit tali cẽſura ligatus.

Hanc diſtinctionem, & doctrinam deſumo ex his, quæ tradunt Doctores in ea quæſtione valdè celebri in hac materia de cenſuris; an
132 ſcilicèt pro peccato præterito poſsit ferri cenſura, in qua hoc modo diſtinguunt DD. aut peccatum eſt de his, quæ ſtatim tranſeũt, vel non ita *Suarez tom. 5. diſp. 4. ſect. 1. nu.* 10. *& 11. Saynus lib. 1. de cenſuris cap. 9. ſub nu. 25. verſus finem*, qui in ſpecie primam partem noſtræ diſtinctionis probat hac ratione, quia inquit ipſe, *ſæpè eum excommunicari contingeret, qui tamen iam eſſet de eo peccato præterito contritus, & ſic in gratia, cùm tamen non niſi ob peccatum mortale, quis excommunicari debeat,*

133 Scio aliquos Doctores, etiam in hoc primo caſu, diſtinguere inter cenſuram excommunicationis, & alias duas ſpecies cenſuræ, nẽpè ſuſpenſionem, & interdictum, quòd ſcilicèt excommunicatio non poſsit ferri pro peccato purè præterito, ſed benè ſuſpenſio, & interdictum, cùm excommunicatio ſit pœna medicinalis, ſuſpenſio verò, & interdictum ſint pœnæ vindicatiuæ: ita *Duardus lib. 2. in Bullam cœnæ can. 9. q. 5. n. 4.* ſed hoc verè non procedit, quando ſuſpenſio, & interdictum imponuntur per modum cenſuræ, ſed benè quando imponuntur per modum pœnæ, vt per *Bonacinam de cenſuris in genere diſput. 1. q. 1. p. 3. in fine.*

Ad rationem dubitandi pro negatiua, iam patet reſponſio, concedimus .n. nõ ferri excõmunicationem niſi pro peccato, & ideò quãdo peccatum iam omninò tranſijt, talẽ non incurrere excommunicationẽ, ſecus quando non omninò tranſijt peccatum, vt explicatũ eſt.

Ad rationem pro affirmatiua, concedimus aſſumptum, nẽpè contumaciam ſufficere ad incurrendam cenſuram, quòd autem hic præter peccatum adſit cõtumacia, diſtinguimus, adeſt contumacia; quando peccatum habet tractum ſucceſsiuum, non autem quando omninò tranſijt; quia tunc tranſgreſsio, &
134 contumacia eſt idem hoc caſu, itẽ ꝙ ad incurrendam cenſuram non ſufficit contumacia iuris, ſed requiritur etiam, hominis, ideſt erga iudicẽ, hic, & nunc fulminantẽ excommunicationẽ, vt benè *Bonacina loco ſupracitato p. 9. nu. 11. verſ. 22. caſus.* Ex quibus deſumes etiam; quomodo intelligendus ſit *Genuenſis in praxi Archiepiſc. Neapol. cap. 26.* vbi, quòd
135 poſtquã dixit iudex poteſt declarare excommunicatum abſolutum ab excommunicatione in foro conſcientiæ, antequam negotium deduceretur in iudicium, & teſtatur ita ſeruari Neapoli, de qua re egi cũ de *iubileo extraordinario ſub n.* 60. ſubdit hæc verba, *ipſe iudex honeſtius, & benignius faciet, ſi ipſũ nõ inquietet, nec declaret excommunicatum in foro exteriori; niſi pars eſſet in iudicio, quæ inſtaret,* Intelligi enim debet in terminis ſecundi caſus à nobis ſupra poſiti, vbi factum eſt de his, quæ ſtatim tranſeunt, non autem quandò eſt permanens, & duret adhuc ſcandalum quod ipſe iudex debet auferre, hoc .n. mihi ſignificat, ly, *niſi pars eſſet in iudicio.* Vnde ſic ẽt ꝓcedit ampliatio quã poſt alios tradit *Marcel. Vulpe in ſua praxi fori eccleſiaſtici c. primo num. 36. ad finem.* quòd .ſ. etiam ſi abſolutio ſacramentalis fuit obtempta poſt deductum negotium in iudicio, & poſtquã quis fuit denũciatus excõmunicatus, tñ parte ſatisfacta, iudex honeſtius, & benignius faciet, ſi eum non moleſtet. Fauet *Vecchius in ſua praxi* pro Nouitijs *diſp 9. dub. 9. ſub nu. 5.* vbi habet hæc verba. *Vnde ſi Epiſcopus cuilibet ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ præciperet vt ad proceſſionem iret, vel quidpiam aliud faceret, quod non fecit, poteſt per priuilegiatum abſolui inconſulto Epiſcopo, ſi non perſeueret in rebellione, & res iam trãſiuit.* Quod aũt cõſtare debeat iudici de abſolutione data in foro conſcientiæ, ſcilicèt per teſtimonium confeſſariorum, vel teſtium, qui viderunt eum exequi opera iniuncta in iubileo, dixi loco ſupracitato de iubileo, & illic allegatis accedit *Layman lib. 1. tract. 5. cap. 7. num. 6. verſ.*

*Dico*

*Dico 2.* qui benè ſubdit, *Priuilegiatum ſine cō-*
*ſenſu Ordinarij abſoluere facilè non debere à*
*cenſuris notorijs, ſi illæ ad forum iudiciale dedu*
*ctæ ſunt, vel facilè deducendæ putantur*. Hac oc
caſione reſoluamus caſum alium ſimile, &
136 eſt, Ponamus, quòd ſit impoſita excommu-
nicatio latæ ſententiæ contrà homicidas, vt
ſæpè in aliquibus Epiſcopatibus reperitur im
poſita excommunicatio reſeruata; vel vt cla-
rius loquar, reperitur excommunicatio à
Xiſto Quinto impoſita contrà abhortum
procurantes ſecuto effectu, quam ſibi reſer-
uabat, ſed poſtea Gregorius XIV. reſeruauit
Epiſcopis, vt infra latius ſuo loco, Titius vul-
nerauit Petrum letaliter; Martinus propina-
uit poculum abhortionis Meuiæ; antequam
vulneratus moriatur, vel Meuia abortiatur,
iſti confitentur, & abſoluuntur, quæro, an
ſequuto homicidio, vel abhortu, tales incur-
rant excommunicatum, & ſic indigeant no-
ua abſolutione à tali excommunicatione?
Notate, quia Dixi, *letaliter vulnerauit*, qui ſi
vulnus non fuit mortale, ſed mors ſequuta
137 fuerit ex negligentia medici, vel ſua intem-
perantia, non incurreret talis, iuxtà probabilē
opinionē cēſuram, vel irregularitatē, vt poſt
*Suar. & alios habetur per Duard. lib. 2. in Bul-*
*lam cænæ c. 9. q. 10. à num. 5.* & de irregularitate
loquendo, teſtatur *alijs citatis Diana par. 4.*
*tract. 2. reſol. 10.*

Hunc caſum in terminis terminantibus,
nullus ex Doctoribus, quos reuoluere hucuſ-
que potui, tangit, præter *Azorium par. 1. in-*
*ſtit. moralium lib. 1, cap. 7. verſus finem*, qui vi-
detur, vt rem certam ſupponere, quòd tales
138 ligentur dicta excommunicatione, homici-
dio, vel abhortu ſequuto; mouetur hac ra-
tione, cenſura eſt pęna, ſed ad incurrendam
pœnam ſufficit effectus ſequutus, & ſi non
ſit peccatum, nequè voluntarius, ergò. Pro-
bat minorem, per textum in *cap. ſi quis inſa-*
*niens 15. q. 1.* vbi habetur, *quòd ſi quis inſaniens*
*aliquem occiderit; ſi poſtea ad ſanam mentem*
*deuenerit, debet leuiori pœnitentia puniri*, occi-
ſio, ſubdit *Azor.* facta ab inſano, non eſt pec-
catum, neque voluntaria, & tamen ibi iube-
tur puniri, & ſi leuiori pęnitentia, ergo vt in-
curratur pęna, ſufficit effectus prohibitus ſe-
quutus, & ſi in eo non concurrat peccatum,
& voluntarium, ergò à ſimili in caſu noſtro,
licèt mors ſequuta poſt confeſsionem non ſit
peccatum nouum, neque ſit voluntaria, ex
quo voluntas fuit præciſa per confeſsionem,
tamen incurritur excommunicatio.

Fauet etiam huic opinioni alia opinio
*Vaſqu.* quam ſequitur *Sanchez lib. 1. ſuæ ſum-*
*mæ cap. 16. in fine*. Loquentis in caſu excom-
municationis contrà homicidas, ſi quis ait
139 ipſe, exceſsit in bibendo cum præuiſione
ebrietatis, & homicidij, quod ſolet ab ipſo cō
mitti tempore ebrietatis, & ſi antè ſequutam
ebrietatē talis pœniteat dicti exceſſus, & cōfi-
teretur, & abſolueretur, tamen ſi ſequatur
ebrietas, & homicidium, incurreret in hanc
excommunicationem, quia inquit, ad has pę-
nas incurrendas, ſufficit dediſſe cauſam libe-
ram, & ſequutum fuiſſe effectum.

Sed vt verum fateat, ſicut opinio hæc *San-*
*chez* mihi diſplicuit loquendo in caſu ebrie-
tatis *prima parte noſtri tractatus de officio con-*
*feſſarij recoll. 7. num. 704.* ita etiam nunc diſpli
cet opinio *Azorij in hoc caſu* homicidij. Dico
140 igitur, cenſuram (quidquid ſit de irregula-
ritate, quam fatemur contrahi hoc caſu) non
incurri ab hoc tali, in foro conſcientiæ. Pri-
mò, quia certum eſt, quòd excommunicatio
non poteſt contrahi abſque peccato, vel cō-
tumacia, ſed ſtante hac pœnitentia tempore,
quo mors, ſequitur non adeſt nouum pecca-
tum neque noua contumacia præter illud
peccatum vulneris, quod fuit cauſa mortis,
ergo. Minor patet, quod non adſit nouum
peccatum, neque contumacia, quia peccatū
nō eſt, niſi voluntariū, at quādo ſequitur mors
poſt vulnus, vel ebrietatem, illa eſt inuolun-
taria; ergo. De vulnerāte letaliter patet, quia
iam pęnituit, & confeſſus fuit; De ebrio eſt
certiſſimum, qui enim caret vſu rationis, non
poteſt velle.

Fauet huic noſtræ opinioni alia opinio, quā
vocat ſatis probabilem *Bonacina diſput. 1. de*
*Cenſuris in genere q. 1. p. 6. nu. 6. & ante eum*
*Auila de cenſuris p. 2. c. 5. diſput. 3. dub. 7. concl.*
*2. in fine*, quod ſcilicèt mandans homicidium
vbi eſt lata excommunicatio contra homici-
141 das, nō incurrat excommunicationem, ipſo
ſequuto, ſi antequam ſequeretur dictum ho-
micidium pęniteret, & vellet ſi poſſet reuo-
care mandatum, & fecit omne poſſe ſuum, vt
talis reuocatio deueniret ad mandatarium,
ſequitur *Duardus d. lib. 2. in Bullam can. 9.*
*quæſt. 5. in fine, & can. 11. q. 13.* ea ratione præ-
cipua, quia ad incurrendam cenſuram, vt ſu-
prà, requiritur peccatum, vel cōtumacia, ſed
hic non adeſt peccatum, neque contumacia,
ergo.

Accedit huic opinioni, alia opinio quoque
*Fagundez in ſecundum præceptum Eccleſ. lib. 8.*
*cap. 7. à nu. 18.* vbi docet contrà *Sanchez, & So-*
142 *tū*, quòd ſi hic caſus homicidij eſſet reſerua-
tus, & quis aliquē vulneraret letaliter vt ſup.
& antequam ſequatur mors, vel abhortus, ta-
lis fuiſſet confeſſus; poſt ſecutā mortem, vel
abortum, ratione reſeruationis non eſſe obli-
gatū iterū conferri. Paritas pro caſu noſtro,
ꝓbari poteſt, tū ex his quæ notat *Sanch. lib. 9.*
*de matrimonio diſp. 32. num. 18.* vbi docet re-
ſeruationem aliquando eſſe pœnam, ſed cen-
ſura etiam eſt pęna, igitur valet argumentum
de vno ad aliud, tū ēt ex ratione, qua id pro-
bat *Fagundez*, quæ eſt, quòd iam in prima cō-
feſsione ſit explicata tota malitia homicidij
ex

Digitized by Google

ex quo dixit vulneraſſe letaliter, ſi ergo non tenetur amplius confiteri, quia explicauit totam malitiam, ergò deeſt nouum peccatum; ergò, neq; poteſt ligari cenſura, quæ requirit peccatum, vel contumaciam. Hanc opinionem etiam reperi poſteà defendere *P. Naldū in ſuis annotationibus practicis ad varia iuris pontificij, &c. in 2. diſceptatione, poſt annotationem ad cap. omnis vtriuſque ſexus de pœnit. & remiſſ. fol. mihi 97.* & ſi fateatur opinionē cōtrariam eſſe probabilem, & tutiorem.

143 Ad rationem *Azorij, & Sanchez*, quod ad incurrēdas has pęnas, ſufficiat eſſe datam cauſam liberam, & ſequutū effectum; diſtinguo, aut loquimur de irregularitate, vel de cenſuris; ſi de irregularitate, concedimus, vt infrà ſuo loco, ſi veró de cenſuris, & tūc iterum diſtinguendum eſſe cenſeo, aut loquimur quò ad forum externum, vel quò ad forum internum, primo caſu, ſufficit cauſa libera data, & effectus, cùm. n. iā conſtet iudici fuiſſe ex vulnere, ſequutam mortem; poteſt citare eum ad dicendam cauſam, quare non debet declarari excommunicatus (qui ſi compareat, & afferat cauſam ob quam non ſit excommunicatus, ſcilicèt quia ante confeſſus, & ſit paratus ſatisfacere, tunc non debet amplius moleſtari, ſi pars eſt ſatisfacta, vt dixi *ſupra ſub n.* 135. vel ſaltē debet abſolui ad cautelam; Ideòque ſi eſt ſacerdos ob ſcandalum, quod indè euenire poteſt his puſillis, qui neſciunt has ſubtilitates, conſulerem, vt nō celebraret publicè. Secundo caſu ſcilicèt pro foro interno, non ſufficit cauſa data, & effectus ſequutus; ſed requiritur peccatū, vel perſeuerantia in peccato, ſiuè contumacia, cùm omnis cenſura, vt cenſura, ſit pęna medicinalis, vel peccati vel contumaciæ.

Ad confirmationem, ex textu in *cap. ſi quis inſaniens* 15. *q.* 1. Reſpondetur, ipſum nihil probare contrà nos, cùm non loquatur de pęna cenſuræ, cuius proprium eſt, vt dixi, ad hoc, vt in foro conſcientiæ incurratur, requirere peccatum, vel contumaciam, ſeù perſeuerantiam in peccato; ſed de aliis pęnis vindicatiuis; Accedat quòd *Gratianus ibi, in ſumma, Addentes, alijque DD.* notant, in eo textu tractari de irregularitate, quam nos cō-
144 cedimus, hunc talem, qui poſt vulnus confeſſus fuit, ſi ſequatur mors, illam incurrere, ſicut omnes concedunt, & dixi *dicta recollectione 7. num. 95. poſt Azor. & alios*, quibus adde *Couarr. in clem. furioſus par. 3. relectionis in*
145 *initio*, ratio differentiæ inter irregularitatē, & cenſuram, eſt clara, quia irregularitas non eſt pęna, ſed impedimenrum canonicum, prohibens ſimiles homicidas, ob indecentiā non accedere ad altare, neque aſcendere ad ſacros ordines, vnde ad illam incurrendam ſufficit, ſi data ſit cauſa, ex qua ſequutum fuit poſteà homicidium, ex quo oritur indecētia, ad incurrendam autem cenſuram non ſufficit indecentia, ſed requiritur peccatum homicidij tunc temporis, quando illa debet incurri.

Quærunt etiam DD. an in caſibus ſupradictis ſi antequàm fulminata eſſet excommunicatio, vel ſequatur effectus; moriatur is, qui tranſgreſſus fuit præceptum, vel dedit
146 cauſam, ex qua ſecutus fuit effectus, poſſit excommunicari, vel incurrat excommunicationem, & ſic debeat exhumari, & abſolui? *Vgolinus relatus à Suarez diſput. 5. de cenſuris ſect. 1. nu. 13.* quatuor opiniones refert, ſed communis, & vera, eſt negatiua, quòd nequè defunctus incurrat dictam excommunicationem, nequè poſſit excommunicari; non ea ratione, quòd mandatum extinguatur morte mandantis, ſed quia homo iam mortuus eſt incapax cenſuræ, cùm iam non ſit amplius homo, ſed cadauer, ſequitur *Suarez, & alijs allegatis* Duard. *lib. 1. in bullā cænæ c. 1.*
147 *q. 3. à num.* 9. Vbi etiam habetis, quando contrahatur excommunicatio lata pro articulo mortis; idem firmat *Auila 2. par. cap. 4. diſputatione vnica dub. 8. ante tertiam concluſionem*, contrà aliquos iuniores innominatos ab eodem, vbi etiam de mandante percuti
148 clericum, qui fuit ex dicto mandato percuſſus poſt mortem mandantis, de qua re latè *Sayrus lib. 1. de cenſuris cap 8. num.* 12. vnde quando Doctores aſſerūt aliquem poſſe poſt mortem declarari cenſura ligatum, & habetur, *in cap. ſi quis de hæreticis, late Lazarius de monitorijs ſectione 4. q. 10. num. 11. & ſeq.* declaradi ſunt, ſupponere, iam delictum ob quod declarātur excommunicati, fuiſſe perfectum in vita.

## *Confeſſarius quomodo iudicare poſſit, an cenſura ſit latæ, vel ferendæ ſententiæ.*

IN hac re primò proponemus, quæ certa habentur apud DD. & deinde quæ dubia ſunt, diſputabimus. Præſupponimus enim,
149 quamlibet cēſuram habere ſuam formam nam etſi priuet, non per hoc eſt ſimplex priuatio, ſed eſt præceptum reale, & poſitiuum, producens in ſubiecto delinquente vinculū etiam poſitiuum, & morale, vnde ad eam ferendam neceſſaria ſunt verba, quibus iudex ſufficienter manifeſtet ſuam intentionem, vt eſt communis Doctorum ſententia, de qua teſtatur *Auila par. 2. cap. 2. diſp. vnica in princip.* & alij cōmuniter. Hoc præſuppoſito,
150 Certum eſt primo, quòd quando non cōſtat ex verbis, quibus prolata fuit cenſura, an ſit latæ, vel ferendæ ſententiæ, ſtandum ſit declarationi eius, qui eam tulit, an intellexerit de lata, vel ferenda, quæ declaratio debet fieri iuridicè, & authenticè, argumento eorū, quæ

Digitized by Google

quę docet *Suarez tom. 5. diſput. 3. ſect. 2. ſub num 7.*

151 Quando autem non poteſt haberi dicta declaratio, in dubio, cùm ſimus in pænis, benignior facienda eſt interpretatio, quòd ſit tantum ferendæ ſententiæ, vt habetur per *gloſam in cap. in pœnis de reg. iuris, notant Sanchez lib. 1. ſumma moralis cap. 10. nu. 16. Auila de cenſuris par. 2. cap. 2. diſput. 1. verſ. ſecunda regula in fine, Hurtado de cenſuris in communi num. 22. Rebellus de oblig. iuſtitia lib. 1. q. 6. nu. 36. & alij, quos probant Bonacina diſput. 1. de cenſ. q. 1. p. 1. in fine, & Reginald. lib. 1. praxis nu. 158. in fine.* Etſi *lib. 9. nu. 110. in fine* doceat, dubitantem an incurrerit cenſuram latæ, vel ferendæ ſententiæ, debere abſtinere à diuinis, & ſic interpretari incurriſſe latam ſententiam: tamen pro noſtra ſententia declarauit *Rota Romana par. 1. recent. dec. 176. vt teſtatur Naldus verb. excommunicatio num. 6.*

152 Ex qua doctrina infert *Layman lib. 1. trac. 5. c. 2. ad finem,* quòd ex quo dubium ſit inter Doctores an illa verba *excommunicatus ſit,* vel *anathema ſit*, de quibus infra num. 161. contineant cenſuram latæ, vel ferendæ ſententiæ, potius ſit iudicanda excommunicatio ferendæ ſententiæ, quàm latæ, vbi per alia iura non appareat, contrà dictum crimen, aliàs extare cenſuram, quæ clarè contineat latam ſententiam, quod vtique cenſeo habere locum, etiam in alijs caſibus dubijs, de quibus infra.

153 Certum eſt ſecundò, cenſurā latæ ſententiæ eſſe primò, quoties adſunt verba *ipſo iure, ipſo facto* ſicuti etiam quando aduerbia iſta alia reperiuntur in ſententia, vel lege; *confeſtim, ſtatim, illicò, continuò, ex nūc, & ex tunc, omninò, prorſus, incontinenti, protinus, eo ipſo mox*, & alia huiuſmodi, quæ enumerantur à *Rebello loco infra citando*, vbi generaliter loquitur de pœna impoſita in lege, vel ſtatuto, quando ſit latæ, vel ferendæ ſententiæ, *Reginald. lib. 13. n. 259. in 5. modo, Megal. d. c. 5. n. 7.* ita cōmuniter oēs DD. vt teſtatur *Suarez diſ. 3. ſect. 3. nu. 8.* Limita tamen vbi aduerbia iſta coniunguntur cum verbis futuri temporis ſubſtantiui v. g *mox, ſtatim, eò ipſo, &c. excommunicetur, vel excommunicabitur*, vt benè *Suarez d. ſect. 3. nu. 5.* & ita intelligendus *Raſtellius de cenſuris q. 3. art. 2. num. 1. in ampliatione.*

155 Secundò, cùm cenſura explicatur per verbū præſentis, vel præteriti temporis indicatiui, vt *qui hoc fecerit excommunicatur,* vel *eum excommunicamus, eſt excommunicatus; declaro ipſum excōmunicatum, vel nouerit eſſe, vel fuiſſe excommunicatum,* quia eſſet tūc quoque latæ ſententiæ, ita *Suarez ſupracitato num. 2. in fine Duard. in comment. Bullæ cenæ,* ponit alia exempla *lib. 1. cap. 3. quaſt. 1. in 1. Megalius p. 3. lib. 1. cap. 5. nu. 1.*

156 Tertio, eſt etiam latæ ſententiæ, quando fertur cenſura per modum imperatiui temporis præſentis, v. g. *qui hoc, vel illud fecerit, excommunicationi ſubiaceat; habeatur pro excommunicato, incidat in excommunicationem,* ita *Raſtellius d. q. 1. art. 1.* Contrarium poſt *Alphonſum à Caſtro*, videtur docere *Reginald. d. lib. 13. praxis nu. 288. in 3. regula;* ſed prima opinio eſt verior, P. *Megalius ſup. num. 8. poſt Suarez diſp. 3. ſect. 3. nu. 6.*

157 Certum eſt Tertiò, excommunicationē ferendę ſententiæ, & comminatoriam eſſe. Primò quando dicitur ſimpliciter, *ſub pœna vel interminatione excommunicationis, vel anathematis*, eſt communis opinio Theologorū & Summiſtarum, teſte *Suarez dicta ſect. 3. num. 6. in fin. ſequuntur Conink* P. *Raſtellius, Duardus, Naldus, &* Bonac. *loc. ſuprac. Rebell. loco ſuprac. nu. 37. verſ. inter verba,* vide tamē infra *verſ. 3. dubium ad finem.*

158 Dixi ſimpliciter, quia ſecus erit. Primò ſi adderetur aliqua particula cōtrarium ſignificans, vt *mox, ſtatim, &c.* ſecus autem putat *Conink nu. 22.* quando dicitur ſub interpoſitione excōmunicationis. Contrarium tamen docent; *Reginaldus lib. 13. nu. 258. & Naldus verbo excommunicatio num. 6.* & videtur verior opinio, cùm non appareat differentia inter primum, & ſecundum modum.

Secundò, quando per verbum præſens ſignificatur quid faciendum, verbi gratia, *Iubemus, volumus, vt excommunicetur, Bonacina loco ſupracit.*

Tertiò, quando exprimitur per modum ſimilitudinis v. g. *ſicut excommunicatus euitetur*, quia omne ſimile non idem *Raſtellius d. art. 2.*

Quartò, quando fuerit dictum, *incurrat indignationem Dei omnipotentis, vel Beatiſſimorum Apoſtolorum Petri, & Pauli*, nam ſicut benedictio S. P. non eſt abſolutio, ita indignatio non eſt cenſura, *Raſtellius loco ſuprac. fine.*

159 Quintò, quando ponitur cum verbo futuri temporis, *excommunicetur excommunicabitur,* ſimpliciter abſque alia particula ſignificante ſententiam latam, vt eſt particula *ipſo iure, & ipſo facto. Reginald. d. lib. 9. nu.* 100. *& lib. 13. num. 158. in 2. regula, Raſtellius d ar. 2. nu. 3. Megalius d. cap. 5. nu. 8.* ſecus tamen erit ſecundum Conink *ſup. num. 21.* ſi addatur particula *ſtatim*, *vel mox*, vt ſi dicatur *mox, vel ſtatim excommunicetur*, idem eſt, ſcilicèt ferendæ ſententiæ, ſi fuerit coniunctum cum gerundio, vt v. g. *nouerit ſe mox excommunicandum,* ſecus ſi cum participio vt v. g *nouerit ſe mox excommunicationem incurſurum*, quia tunc ſenſus indicat, eſſe cenſuram latæ ſententiæ.

Hæc ſunt certa.

160 Primum dubium eſt, circa hæc verba, *nouerit*

Digitized by Google

*uerit ſe in excommunicationē incurſurum; erit excõmunicatus, incurret excõmunicationē.* An ſignificet cēſurā ferēdæ ſentētiæ? Affirmat *Conink diſ.* 13. *ſub n.* 2. q̃ opinio eſt probabilis, vt teſtatur *Suarez d. ſeſt.* 3. *nu.* 3. & ſi ipſe probabiliorem putet contrariam opinionem, & proſequitur *Filliuccius tract.* 11. *num.* 18. *idē docet Reginaldus lib.* 13. *num.* 259. *in octauo modo*, ſi fuerit dictum, *nouerit ſe eſſe excommunicatum*, & ſic vbi eſt coniunctum cum participio præteriti temporis; Quòd ſit probabilior opinio, per hæc verba ſignificari cēſuram eſſe latæ ſententiæ, teſtatur *Rebell. p.* 1. *de oblig. iuſtitia lib.* 1. *q.* 6. *nu.* 44. vbi idem aſſerit de alijs verbis, *nouerit ſe excommunicationi ſubiacere*.

161 Secundum dubium eſt, quando explicatur cenſura per nomen adiectiuum cum verbo ſubſtantiuo, vt quando dicitur, *excommunicatus ſit, anathema ſit? Nauarr. cap.* 27. *nu.* 12. defendit, quòd dicta verba ſignificent ſententiam ferendæ, quia ly (ſit) ſignificat etiam tempus futurum, modi futuri, & ſic non ſolum ſignificat, vt dicunt Aduerſarii, tempus præteritum, ſed in pœnis mitior pars eſt amplectēda, igitur potius pro futuro, quàm pro præterito eſt interpretranda cenſura. Probabilem hanc opinionem exiſtimat *Sanchez lib* 7. *de matrimonio diſp.* 12. *num.* 2. *& in ſum. lib.* 2. *cap.* 38. *num.* 91.

162 Contraria tamen opinio, eſt *Suarez d. ſec.* 3. *num.* 4. P. *Raſtellij de cenſuris q.* 9. *artic.* 2. *in* 3. *regula*, iſtam docent, Doct. magis communiter, vt per *Duardum d. lib.* 1. *c.* 3. *q.* 1. teſtatur eſſe veriorē, *Conink ſupra verſ. contra dicta*, qui etiam vocat contrariam opinionem falſam, Ratio eſt, quia licèt ly (ſit) abſtractum, ſonet equiuocum; tamen coniunctum cum præcepto, debet interpretari in tempus, iuxta naturam præcepti quod reſpicit tempus præſens, teſtatur de communi *Filliucius tract.* 11. *nu.* 19.

Limita hanc doctrinam, quando adduntur, dicta verba præcepto negatiuo abſque præfiſſione termini v. g. *qui non ſoluerit, ſit excommunicatus*, quia tunc eſt ferendæ, ſecus ſi dictum fuerit, qui non ſoluerit per menſem, *Megalius ſupra nu.* 8.

163 Tertium dubium eſt, quando dicitur in aliquo reſcripto, vt quis teneatur aliquid facere ſub pœna *tot aureorum, & in ſubſidium excommunicationis*, an talis non ſoluendo, ipſo facto incurrat excommunicationem vel debeat expectare ſententiam ferendam? Reſpondet *Naldus verbo excommunicatio num.* 7. eſſe ferendæ, quia pœna illa (tot aureorum) non obligat eum ſtatim, ſed poſt ſententiam Iudicis, vt in terminis docet *Rebellus p.* 1. *de oblig. iuſtitia lib.* 1. *q.* 6. *num.* 37. ergo etiam excommunicatio, cùm ſubrogatum debeat ſapere naturam eius, in cuius locum ſubrogatur; idem dixi in facto de præcepto facto à

164 quodam ſuperiore ſub pœna, *unciarum centum, & pœna excommunicationis*, licèt non addatur *in ſubſidium*, contra tranſgreſſores, & ſi in fine edicti, reponantur illa verba, vt in caſu contrauentionis procedatur ad exactionē vnciarum centum, & declarationem excommunicarionis aduerſus inobediētes, quia ibi, ly *declaratio* præſupponit exequutionem vtriuſque pœnæ, quæ exequutio requirit ſententiam condemnationis, & perconſequens, ibi tantū fit comminatio, & non fulminatio dictarum pœnarum, vt habes inter meas conſultationes, vbi etiam probaui; nihil officere hoc caſu, quòd ſuperior declarauerit poſt factum, habuiſſe intentionem, per illa verba ferre excommunicationem latæ ſententiæ.

165 Nota quod licèt excommunicationis pęna appoſita in obligatione camerali, vel pro ſolutione penſionis ſit latæ ſententiæ, tamen non incurritur niſi quando creditor ſe declarat velle, quòd debitor illam incurrat, ita *Alterius lib* 3. *de cenſ. diſ.* 1. *c.* 7. *verſ. dubitatur, Filliuc. tr.* 14. *n.* 21. & aduertit et *Reginal. li.* 13 *ſua praxis. num* 283. agens de pœna conuentionali, ſiue in contractibus, ſiuè in ſtatutis appoſita, nam primo caſu, ad obligationem ipſius, requiritur petitio partis, ſecundo vero caſu, requiritur, vt contraueniens capiatur, quamuis ſi notabile nocumentum communitati intulerit, illud iure naturali teneatur reſarcire.

### *De diuiſione cenſuræ in eam, quæ eſt à iure, & eam, quæ eſt ab homine.*

166 Sicut cenſura ratione modi, quo fertur, ſuprà diuiſa eſt in latæ, & ferendæ ſententiæ; ita attenta cauſa efficiente, à qua fertur, diuiditur in eam, quæ eſt à iure, & quæ ab homine.

167 Prima concluſio: Cenſura à iure, eſt non ſolum, quæ continetur in corpore iuris, ſed omnis, quæ fertur per præceptum generale, & perpetuum, propriè habēs rationem legis, ſiuè ſtatuti, ſiuè conſtitutionis, ſiuè canonis. Cenſura verò ab homine eſt, quæ fertur à iudice per ſententiam, quæ habet rationem præcepti, vel generalis, vel particularis: Eſt communis omnium theologorum, & canoniſtarum, vt teſtatur *Suarez tom.* 5. *diſput.* 3. *ſect.* 1 *nu.* 2. qui benè declarat, cenſuram dici

168 à iure, non ex eo, quia etiam ipſa non habeat ortū ab homine, nam homines fuerūt, & ſunt, qui etiam iura condiderunt, & condunt; ſed quia homo duobus modis poteſt ferre cenſuram; Vno modo ferendo legem ſtabilem, & permanentem, quæ obliget ad hanc pęnam, & tunc dicitur cenſura à iure; Alio modo, proferendo ſententiam, vel ali-



Digitized by Google

quid præcipiendo in ſingulari actione, vel negotio, mandato tranſitorio, & tunc dicitur ab homine, proſequitur *Filliucius tract. 11. ſeu prima de cenſuris nu. 13.* & concordat alij communiter.

Ex qua concluſione indicantur duæ differentiæ præcipuè inter has duas ſpecies cenſuræ, prima eſt, quò ad poteſtatem illas ferendi, ſecunda eſt quoad earum durationem, vt intra.

### *De prima differentia inter cenſuras à iure, & ab homine, quò ad poteſtatem illas ferendi.*

ISta enim differentia conſiſtit in hoc, quia non omnis, qui habet poteſtatem ferendi cenſuram prout ab homine, poteſt ferre etiam illam prout à iure, ſed benè è cōtra: nā
169 requiritur maior iuriſdictio in ferenda cenſura à iure; cùm pro ferenda cenſura ab homine ſufficiat, vt quis habeat iuriſdictionem eccleſiaſticam in foro exteriori ordinariam, vel delegatam; pro ferenda autem cenſuram à iure, eſt neceſſaria poteſtas leges ferendi, *Silueſter verb. excommunicatio 1. nu. 5. Auila par. 2. de cenſuris cap. 3. diſput. 1 dub. 4. Suarez tom. 5. diſput. 3. ſect. 1. num. 3. Alterius diſput. 8. de cauſa efficiente excommunicationis c. 1. lib. 3.* & alii omnes communiter.

170 Si quæratur primo, qui nam ſint, qui facultatem habeant leges condendi, & ſic cenſuras à iure ferendi.

Reſpondet, *Suarez loco proximè citato, & latius lib. 4. de legibus cap. 4. 5. & 6.* Summum Pontificem habere hanc poteſtatem ſupremam, & à ſolo Chriſto proximè pendentem, item vniuerſalem quòad omnes Chriſtianos, ſecundo loco, ab ipſo Summo Pontifice, illā obtinere, etiam vniuerſalem poteſtatem, Cōcilia generalia, tertio loco Legatum S. Pontificis, qui & ſi capax eſſe poſſit ab eodem recipere, etiam vniuerſalem quò ad omnes Chriſtianos, tamen regulariter ſolum eam recipere ſolet pro aliquo Regno, vel Prouincia, ad quam mittitur, & tunc propriè non dicitur legem ferre, ſed ſtatuere, vt & alij de quibus infra: ita *Auila loco infra citādo*, & alij communiter; quarto loco, inquit *Suarez loco primo citato*. habent hanc poteſtatem, non vniuerſalem, ſed partialem quò ad ſubditos ſuos, & in ſuis diœceſibus, & territorijs, Epiſcopi, & alij, qui Epiſcopalem iuriſdictionem
171 participāt. Nota tamen per Epiſcopos intelligi etiam Primates, Archiepiſcopos, & Patriarcas, qui poſſunt in ſuis particularibus diœceſibus, quod Epiſcopus, per alios verò, qui Epiſcopalem iuriſdictionem participant, intelligi Cardinales in Eccleſijs ſolum ſuorū titulorum, item Abbates exempti, vel alij ſimiles Prælati habentes diœceſes, niſi id illis ſit ſpecialiter prohibitum, aut ad id ex præſcripta conſuetudine requiratur, communitatis, vel capituli conſenſus: ita *Suarez ſupracitato lib. 4. de legibus cap. 5. num. 3. & ſeq. Auila p. 2. cap. 3. diſp. 1. dub. 4. verſ. dico ſecundo ad finem.* Qui *Suarez ibid. cap. 6. num. 17.* firmat, etiam
172 Capitulum ſede Epiſcopali vacante habere hanc poteſtatem, & teſtatur de communi, à qua non recedendum, & ſi fateatur contrariam ſententiam eſſe probabilem, item etiā quòd illam poteſt delegare Vicario à ſe electo, vbi *nu. 5.* notat, collegium Cardinalium vacante ſede, non habere poteſtatem condēdi leges obligantes totam Eccleſiam, & tandē quòad Religioſos comprehenditur, Capitulum Generale, vel Prouinciale Religioſorū. *Soto in 4. diſtinct. 22. q. 2. art. 3. Alterius diſp. 2 lib. 1. c. 5. nu. 17. ad finem, Hurtado de cenſuris*
173 *in communi nu. 17.* Ipſa capitula hanc poteſtatem habere de iure humano, non autem diuino, probat *Auila citata diſp. 1. dub. 5. concluſ. 2.* etiam Synodus Diæceſana, vel Prouincialis habet ſimilem facultatem, *Reginaldus lib. 9. ſua praxis num. 97. Florenus de caſibus reſeruatis Fauentia p. 1. c. 2. §. 2. num. 17. Alterius diſp. 8. de cauſ. excom. lib. 3. cap. 1. verſ. quā*
174 *ob rem, ad medium,* illa quò ad Diæceſanos, iſta etiam quò ad ſuffraganeos, *Toletus lib. 1. cap. 6. verſ. 5. latè Suarez d. lib. 4. de legibus c. 5. ſub n. 2. & c. 6. nu. 8* Sic intellige id, quod dixit *Silueſter verb. excommunicatio 1. ſub nu. 5.* poſſe Metropolitanum excommunicare ſuū ſuffraganeū, quod etiam admittit *Auila ſup. dub. 1.* Qui poſtea ſe declarat *p. 2. cap. 3. diſp. 2. dub. 6.* docens, hoc poſſe Archiepiſcopum in Concil. Prouinciali, vt bene ſupradicti Authores: accedit etiam *Bonacina diſput. 1. q. 1. p. 1. num. 1. ad finem,* latè *Alzedo in ſua Praxi Epiſcopali p. 2. c. 1. nu. 40.* vbi, de qua materia, & quomodo poſſit Epiſcopus ſtatuere in ſynodo. De aliis caſibus, in quibus poteſt
175 Archiepiſcopus excommunicare ſuffraganeum, nempè appellationis, & viſitationis, vide te ſupra *par. 1. recoll. 4. nu. 8.* & infra *Recoll. ſeq.* cùm de cauſis nullitatis cenſuræ ex eo, quia fuit lata cōtra tenorem priuilegiorum.
176 Quòd ſtatuta in dictis ſynodis, vel Concilijs, lata, obligēt, ēt quòd nō fuerint confirmata per Summum Pontificem, notat *Suarez citato lib. 4. de legibus cap. 6. nu. 10.* vbi habes, quid efficiat dicta confirmatio, quando poſtulatur à Pontifice, prout poſtulari ſępe ſolet, de qua re etiam *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi alleg. 93. num. 26.* vbi poſt *Quarantam*, refert declaratum per ſacram Con-
177 gregationem, non obligari Epiſcopum mittere ſynodum ad Vrbem antè publicationem.

Quod dicimus de Epiſcopis, Archiepiſcopis, Patriarchis, & Primatibus, intellige etiā ſi

non

non ſint benedicti, quia legem ferre pertinet ad poteſtatem, non ordinis, ſed iuriſdictionis; De Epiſcopis loquitur *Suarez ſupracitato lib. 4. cap. 4. ſub num. 9.* de quibus nos etiam diximus *ſupracitata ſecunda parte recoll. 9. num. 7.*
179 vbi etiam de Archiepiſcopo ante pallium receptum & ſi enim prohibeatur ante receptionem pallij, prouētus aliquos, ideſt redditus ſuæ Eccleſiæ accipere in *extrauag. iniunſta de elect.* tamen poteſt capere poſſeſſionē, & ea, quæ ſunt iuriſdictionis exercere, ſi habet Breue ad illam capiendam, videte *Alzedum ſupracitata ſua praxi par. 1. c. 3. à nu. 59 Azor par. 2. lib. 3. cap. 34.* qui latè tractant de
180 materia hac. De Abbatibus nō benedictis, facit mentionem *Silueſter verbo excommunicatio 1. ſub nu. 1. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. p. 1. tit. 1. cap. 1. nu. 12, & ſeq.* intellige ſi literas dictę cōfirmationis habeant, & poſſeſſionē cæperint, vt ſupra, accedit, *Barbo ſup. n. 14.* Quærūt Doctores vtrū Epiſcopi, & alij extra Synodū poſsint ſtatuere abſque cōſenſu cleri, & capituli? Certum eſt enim poſſe Epiſcopū ſtatuta ædere, non ſolum in ſynodis, ſed etiā
181 extra ſynodos, quia ædere ſtatutum, eſt voluntariæ iuriſdictionis, & quæ ſunt voluntarię iuriſdictionis, poſſunt ſemper, & vbique exerceri. Canoniſtæ in *c. nouit. de officio delegati*, ex noſtris notat *Alterius diſp. 12. lib. 5. c. 2. col. 5. verſ. poſt Archiepiſcopos, Alzedus in ſua praxi epiſcopali p. 2. c. 1. nu. 40.* difficultas eſt an requiratur conſenſus capituli, vel cleri.

Aliqui reſpondent, dicendo quòd poteſt ſta-
182 tuere abſque conſenſu, & conſilio, cleri, ſed non abſque conſilio ſaltem capituli, meo iudicio diſtinguēdū eſt, aut loquimur de poteſtate ſtatuendi extra ſynodum, & dicendum eſt, regulariter Epiſcopū poſſe ſtatuere independenter à conſilio, vel conſenſu cleri. Dixi *regulariter*, quia in aliquibus materijs, à iure communi canonico, expreſsè Epiſcopi in ſtatuendo, prohibentur ſtatuere abſque conſenſu cleri, vel capituli, item etiam, & Populi ita, *Suarez. citato lib. 4. de legibus c. 5. nu. 3.* quando verò volunt Epiſcopi aliquid ſtatuere in ſynodo, tunc tenentur adhibere conſilium non cleri, ſed capituli, quod ſequi nullo iure cogitur; ita loquitur declaratio congregationis adducta per *Franciſcum Leonem in ſuo Theſauro fori Eccleſiaſtici lib. 1. c. 9. num. 15.* allegata per *Alzedum in ſua praxi Epiſcopali p. 2. c. 1. nu. 40.* qui implicat caſum, vbi ſtatuit extra ſynodum, & in ſynodo, ſicuti etiam loquitur *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegatione 93. num. 25. ab eodem Alzedo allegatus* benè verū eſt, quod capitu-
183 lum viuente Epiſcopo, non poteſt abſq; licentia Epiſcopi aliquod ſtatutum condere, *Bonacina poſt alios ab eo citatos diſp. 1. q. 1. p. 1. num. 1. ad finem*, intellige, exceptis minoribus, quæ ſolum pertinent ad bonum ordinem, & regimen capituli, quę poſſunt ab ipſo ſtatui abſque confirmatione Epiſcopi, vt benè *Suarez loc. ſup. cit. c. 6. num. 11.*

Si quæras ſecundò, qui nam ſint illi, qui
184 non habent poteſtatem cenſuras ferendi à iure, ſed tātū ab homine, & ſic per ſententiā, duraturam duntaxat cum officio illius, qui eam fert? Reſpondet *Alterius lib. 3. diſput. 8. c. 1. verſ. quamobrem ad finem.* hoc poſſe alios Prælatos inferiores. *Auila verò citata par. 2. cap. 3. diſput. 1. dub. 4.* dicit, hoc poſſe omnes, qui poſſunt excommunicare. Clarius nouiſsimus *Hurtado de cenſuris in communi ſub num. 17.* ſubdit hæc verba, *ad cenſuras verò ferendas poſteriori modo; nempè ab homine, ſufficit poteſtas exterior eccleſiaſtica, ſiue ordinaria, ſiue delegata, qualis reperitur in vicario, ſeu Prouiſore Epiſcopi, & in Archipreſbitero, & alijs, qui habent poteſtatem exteriorem eccleſiaſticā* quod dixit de vicariis, probat ēt *Genuenſis in praxi Archiepiſcopali Neap. c. 1. nu. 18. ad finem.* Quòad regulares loquendo, idē
185 dicendum eſt de ſuperioribus localibus tā primariis, vt sūt Priores & Guardiani, q̄ ſecūdarij, vt ſub priores, Vicarij, &c. de qbus infra, videte pronunc *Alterium diſp. 7. lib. 3. cap. 1. verſ quantum ad regulares f. mihi 331. uol. 1.*

## *De viſitatoribus Diæceſum, vel Religionum an ipſi ſint de his qui poſſunt excommunicationes ferræ per modum ſtatuti.*

186 SOtus *n. in 4. diſtinctione 24. q. 2. art. 1. ante ſecundam concluſionem* ſimpliciter affirmat, quem ſequitur, *Hurtado de cenſuris in com. num. 17. ad fin.* dum enumerat eos inter illos, qui habent poteſtatem ad ferenda iura, ſeu ſtatura perpetua, videtur hanc etiā opinionem ſequi *Fuſcus de viſitat. lib. 1. c. 30.* & ſi non clarè loquatur, *Nau.* verò *c. 27. ſub nu. 2.* ſimpliciter docet, excommunicationes & alias cenſuras latas in mandatis viſitationum non eſſe ſtatuta; ſed mandata generalia,
187 vel ſpecialia hominum, & per conſequens expirare cum eorum officio. *Auila* tandem *p. 2. de cenſuris c. 1. diſput. 1. verſ. 3. diuiditur, ad med.* diſtinctione nititur cōcordare has duas opiniones cōtrarias. Aut loquimur n. de ordinationibus, per quas ſub cenſuræ pæn, Viſitatores iubent aliquid obſeruari pro bono Diæceſis, ſeù Religionis, & tunc eſt vera opinio *Soti*, quia vt inquit ipſe *Auila loco ſupracit.* & clarius *c. 3. diſput. 1. dub. 4. uerſ. dico 2.* Viſitatores Diæceſum dum viſitant poſsūt facere ordinationes in ſcriptis cum pæna excommunicationis, quæ durant, donec per alium reuocentur, idem habet *Alterius lib. 3. diſput. 8. c. 1. uerſ. quamobrem ad finem*, ibi *poſſunt uiſitatores Diæceſum, &* Religionum



Digitized by Google

*in ipſa viſitatione ordinationes, & edicta ſub pœna excommunicationis, & cenſurarum, promulgare, & relinquere, vt ab omnibus in futurum obſeruari debeant, & hæc vim habebunt, quouſque reuocentur.* Vbi clarè patet, intelligere de ordinationibus pro bono Eccleſiæ vel Religionis. Aut loquimur de edictis vel ordinationibus, quibus dicti viſitatores præcipiunt hoc, vel illud ſibi reuelari, & tunc rectè loquitur *Nau.* inquit *Auila, loco ſupra citato*; concordat *Sanchez lib. 6. opuſculorum moralium c. 2. dub. 25. ſub num. 3.* per hæc formalia verba. *Vnde fit, vt quæ eduntur in viſitatione populorum, durabunt quandiu viſitatio Populi durat, & finita populi viſitatione, ceſſabit obligatio edicti. Ratio, quia animus viſitatoris eſt, per edictum conſtringere ad denunciandum, vt ſic perfectè viſitationis munus obeat, & munus viſitationis in vnoquoque populo, certo tempore obit, ergo quandiu durat viſitatio alicuius populi, durabit in illo edictum, & quando ſigillatim viſitantur Parochiæ alicuius Vrbis, & in vnaquaque dum viſitatur legitur edictum, durabit in vnaquaque Parochia, edicti obligatio, quandiu illius Parochiæ viſitatio durabit. Ratio quia hæc ſe habent inſtar viſitationis ſingulorum oppidorum, ergo ſicut in vnoquoque oppido durat, dum illius viſitatio durat; ita in vnaquaque Parochia, etc.* Hactenus *Sanchez*. Nota pro declaratione illorum verborum, *Sanchez, conſtringere ad reuelandum* S. Congregationem declaraſsè apud *Barboſ. de off. & poteſt. Epiſcopi alleg. 73.*
188 *num. 29.* non licere Epiſcopo viſitationem agredienti proponere edicta, quibus iubeatur crimina detegere, multoque minus ſub pæna excommunicationis, quidquid *Reſta in ſuo libello de viſitat. p. p. c. 88.* contrariũ docuerit, idem dicas de Regularibus *Rodriquez tom. 2. q 4. art. 5. ad finem & nos infra Recoll. ſequenti.*

Vt autem in hac re meam aperiam ſententia; Dico nequaquam diſſentire *Sotũ & Nau.* quia *Sotus* dicit, viſitatores Diæceſum, aut Religionum, dum viſitant, poſſe ordinationes in ſcriptis ſub cenſuræ pæna relinquere, quouſque per alium reuocentur, prout etiam loquuntur *Auila, & alterius locis citatis*, quod eſt idem quàm, quod ipſi habeant facultatem in viſitatione, cenſuras per modum ſtatuti, ferendi, hoc enim ſignificat (poſſe) & ideo rectè numerat Hurtado illos, inter eos Prelatos inferiores, qui pollent hac authoritate, nec poteſt id negari ex verbis *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reformatione c. 3.* vbi de viſitatorum officio loquendo, ait, *Viſitationum autem iſtarum præcipuum ſit Scopus, ſanam, ortodoxamque doctrinam, expulſis hæreſibus inducere, bonos mores tueri, prauos corrigere, populum cohortationibus, & admonitionibus ad Religionem, pacem, innocentiamque accendere, cætera prout locus, tempus, & occaſio feret, ex viſitantium prudentia, ad fidelium fructum conſtituere)* quomodo clarius potuit Concilium explicare, quòd viſitatores habeant poteſtatem ſtatuendi, quàm per verbũ *Conſtituere*; tũ etiã hoc probatur rõne, quia vt in dictis verbis *S. Concilij* patet, & habetur in *c. placuit 10. q. 1. aliiſque iuribus citatis per Fuſcũ in trac. de viſitatione lib. 1. c. 1.* finis viſitationis eſt corrigere & reformare mores & alia, ſed reformatio, vel correctio, vt ſit perfecta, prout eſſe debet, non debet eſſe temporalis, ſed perpetua, igitur.

*Nau.* verò non negat, poſſe viſitatores vt ſupra ordinationes facere in ſcriptis ſub cenſura, quouſque per alium reuocentur, ſed tãtum aſſerit, excommunicationes, & alias cẽſuras latas in mandatis viſitationum non eſſe ſtatuta, ſed mãdata generalia, vel ſpecialia hominum, id eſt, vt ego intelligo, quando ipſi viſitatores, aliud non exprimunt, ſcilicèt velle vt durent dicta mandata vſque, quò fuerint reuocata, vel adſit aliud uerbum denotans perpetuitatem, vt infrà cùm quæremus *Quomodo cognoſcatur an cenſura ſit à iure, vel ab homine per ſententiam generalem.* vnde
189 in facto ex eo, quòd quidam viſitator fecit quodam edictum, prohibens ſub pœna excommunicationis aſportationem armorum clericis cuiuſdam Diæceſis, & ſubdit quòd ponatur dictum edictum inter mandata viſitationis, dixi, talem cenſuram nequaquam cenſeri debere latam per modum ſtatuti, ſed tantum per modum ſententiæ generalis, nã vt inquit *Nau.* mandata viſitationum non ſunt ſtatuta, ſed mandata generalia, vel ſpecialia, quem in hoc ſenſu, ſequitur *Fagundez in 2. præceptũ lib. 8. c. 1. ad finem*, cuius verba hic libenter do, cùm loquatur in terminis reſeruationis, qualis erat illa excõmunicatio contra clericos arma geſtantes lata, vt ſupra. Verba ſunt iſta, *Sed quid ſi in mandatis viſitationum, Epiſcopi reſeruent ſibi aliqua peccata, ſiuè cũ excõmunicatione, ſiuè ſine illa, expirat ne reſeruatio mortuo Epiſcopo, vel amoto ab officio & dignitate? Certè reſolutio huius dubij pendet ex reſolutione illius, an mandata viſitationum expirent morte condentis? & quidẽ Nau. c. 27. n. 2. & Auila in compendio Nau. uerbo excommunicatio littera H. docent (& optime) expirare, & non eſſe à iure, vel ab homine in generali, ſi ſunt mandata generalia; in ſpeciali, ſi ſunt ſpecialia hominum, & ſic expirare mortuo latore, vel amoto ab officio, vel dignitate, quod intelligendum eſt, quoad illum, qui in vita condentis Epiſcopi, illam excommunicationẽ non incurrerunt, quia ſi adhuc viuente illo incurſa ſunt; aut non amoto ab officio, vel dignitate, tunc quidem non expirant, & idem dicendum eſt de viſitationibus* Prouincialium *Religionum, vt de ſe patet, quia hæ non durant*

niſi

Digitized by Google

*niſi quamdiù ipſi Prouinciales durarent in officio, modo non ſint approbata à ſuis Generalibus, quia tunc tandiu durabunt quandiù Generales durauerint.* hucuſque *Fagundez.*

Sed quid ſi is, qui fer ſimile edictum fuiſ-
190 ſet viſitator Apoſtolicus, caſus accidit in facto pro his Diœceſibus, quæ iuſſu Sanctiſſimi Pontificis Pauli V. fuerunt viſitatæ per Epiſcopum Venuſinum Perbenedictum, qui in diuerſis ex ipſis, reliquit ſimilia edicta prohibentia aliquid ſub pęna excommunicationis S.P. reſeruatæ, certū eſt enim, ipſum tāquam delegatum à ſede Apoſtolica habuiſſe poteſtatis legis condendæ in dictis Diæceſibus, difficultas verſatur in duratione dictorum editorum, ſtāte quòd non adeſt ibi aliquod verbum denotans perpetuitatem, ſed tantum fuit dictum; vt ponatur edictum inter acta viſitationis? Dicere enim quòd non durauerint, niſi durante viſitatione, nō poteſt ſubſiſtere, cùm ſi hoc eſſet verum, non haberetur finis viſitationis, qui eſt, vt dixi, reformatio, & correctio morum, quæ ratio militat etiam affirmando, quòd tantum durauerint viuente eo, vel dum ipſe fuerit viſitator Apoſtolicus, & ſic durante ipſo in officio viſitationis; maximè cū viſitauerit, vt delegat⁹ Sedis Apoſtolicæ. Affirmare ēt quòd præfata edicta ſint perpetua, quòuſque reuocata fuerint per S. Pontificem, à quo fuit ipſe delegatus, multum detrahit iuriſdictioni Epiſcopali, quid igitur concludendum? Dixi, durare vſque
191 quo non fuerint reuocata per ſucceſſorem Epiſcopum, ex quo enim dictæ viſitationes fuerunt a S. Cōgregatione expeditæ ad querelam Vniuerſitatum ob negligentiam, & defectum Epiſcoporum viuentium, ac dicta edicta fuerunt ædita propter abuſus ex dicta negligentia, vel defectu Epiſcoporum tunc tēporis introductos, ſequitur ꝙ durante eorū vita, debeant & iam durare dicta edicta, neque eorum culpa debet alijs ſucceſſoribus Epiſcopis nocere, vt latè fundaui in conſultatione de hac re.

## *De Generali, & Prouinciali Religionum, an poſsint cenſuras ferre per modum ſtatuti vel conſtitutionis.*

HOc quæſitum procedit in his caſibus, in quibus id nō efficiunt in Capitulis generalibus, vel Prouincialibus, ſed extra ipſa capitula. Exemplum P.N. Generalis excommunicationem fert contra extrahentes li-
192 bros à Bibliotheca, quæritur an vim habeat obligandi dicta excommunicatio, eo ammoto ab officio? Ratio dubitandi eſt, quia ipſi habent iuriſdictionem quaſi epiſcopalem; ſed Epiſcopi extra ſynodum, etiam abſque conſenſu capituli, regulariter habent poteſtatem leges ferendi, vt ſupra dixi, & probat latè *Suarez de legibus lib. 4. cap. 6. nu. 2.* ergo etiam Generales pro toto ordine, & Prouinciales pro tota prouincia; ſed cōtrarium eſt verius, non poſſe iure communi inſpecto dictos Generales, aut Prouinciales extra Capitulū Generale, vel Prouinciale ferre cenſuras per viam ſtatuti, ſeu conſtitutionis: ratio eſt, quia ſecundum *D. Thomam 1. 2. q. 90. art. 1.* condere leges in Religionibus ſpectat ad communitatem, affert rationem, quia legis impoſitio eſt res grauiſſima, cùm perpetuò duret, ideo requiritur conſenſus communitatis, cui imponitur. Secundo, & fortius, inquit, *Suarez lib. 4. de religione lib. 2. cap. 8. nu. 4. 5. &* 8. dicti Prælati habent iuriſdictionem ab ipſa religione reſpectiuè; ergo non poſſunt leges ferre ſine conſenſu ipſius Religionis, quæ repræſentatur per capitulum generale, vel prouinciale, & ita reſpondetur rationi dubitandi; habent enim iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, concedo, ſed non habent illam immediatè à Papa, prout Epiſcopi, ſed ab ipſa Religione. Ex qua doctrina, ſequitur, quod Prælatus, vt ſupra ſi præcipiat ſubdito, vel communitati ſub pęna excommunicationis, ne quis extrahat libros ex Bibliotheca, ipſo amoto ab officio, vel mortuo, ceſſat obligare præceptum, & excommunicatio, *Granado apud Dianam par. 2. tract. 2. reſol. 43.* & alij, quos ſuo loco infra citabimus.

193 *Dixi, iure communi inſpecto*, quia ſecus erit, vbi à conſtitutione Religionum fuerit illis hoc conceſſum, *Suarez lib. 4. de legibus cap. 6. num. 21.* vbi habet hæc verba. *In quo vero reſideat hæc poteſtas leges condendi, nempè in ſupremo Prelato, vel in Capitulo generali, aut Prouintiali, vel in vtroque ſimul, non poſſumus idem de omnibus definire; ſed conſulenda vniuſcuiuſque regula, &c.* Vnde aliquando conceſſū eſt eis, id facere cū cōſenſu Conſultorū, Aſſiſtētiū, vel collegarū iuxta tenorem cōſtitutionū, & Regularum, vt per *Lezzanā in ſuis qq. regular. cap. 18 nu. 90.* vbi affirmat, hanc poteſtatem habere Generalem Carmelitanæ ſuæ Religionis, qui etiam ſubdit, debere in condendis dictis legibus, dictum Generalem, vel Prouincialē exprimere, ſe in illa re, vti poteſtate extraordinaria, ſibi in hac parte à conſtitutionibus conceſſa, & *ad finē numeri*, ſubdit ſe audire, in Auguſtiniana familia, præcepta ſuperiorum durare etiam tranſacto tempore officii, ſi à ſucceſſoribus non reuocentur quid obſeruetur in Religione Minorum de Obſeruantia, vide apud *Portellium in ſuis dubijs Regularibus verbo excommunicare nu. 1.* Quod diximus de conceſſione à cōſtitutionibus, à fortiori habet locū in conceſſione facta per priuilegium à Sum-
194 mo Pontifice, prout ait *Pierinus in ſuo Prælato Regulari q. 1. cap. 8. num. 5.* Pro noſtra Re-

Digitized by Google

Religione, eſt certum, vt patet ex prohemio conſtitutionum, dumtaxat Generali Capitulo, per Summorum Pontificum priuilegia conceſſam eſſe authoritatem, nouas condendi leges, & veteras abrogãdi, ex quo ſequitur quomodo ſubſtineri poſſit decretum noſtræ Religionis, *quod ſtatuta, & decreta à Patre Generali, vel quolibet alio Præpoſito in ſua domo facta, indictaue in ſuo robore permaneant donec à generali, vel ſucceſſore reuocentur*, hoc enim caſu appellatione ſtatuti, & decreti nõ
195 includi caſuum reſeruationem factam à Præpoſito, vel Generali ita *Diana* poſt *Megal. p.3. trac.2. reſ.23.* de qua re nos infra ſuo loco

## *De differentia inter cenſuram à iure, vel ab homine in ratione durationis.*

196 SEcunda differentia inter cenſuram à iure, & ab homine eſt, quod cenſure à iure ſunt perpetuæ, cenſuræ verò ab homine temporales, ſeù vt clarius loquar, cenſuræ à iure non ammittunt vim obligãdi ob mortẽ illas ferentis, vel amotione ab officio eius, qui illas tulit, ſed tantum per reuocationem factam per aliam legem, vel conſuetudinem legitimè præſcriptam. Cenſuræ vero ab homine, ſtatim amittunt vim obligandi per mortem, vel amotionem ab officio illius,
197 qui eas tulit. Ratio huius differentiæ ſumitur ex eiſdem terminis; De natura enim legis eſt, quòd ſit perpetua, vnde à iure conſulto in *l. Ariani* C. *de hæreticis*, dicitur, quod lex ſemper loquitur, de natura autem hominis eſt, quod eius vita ſit temporalis, ita *gloſa in c. à nobis el primo verſ. nonniſi ad finem de ſent. excommunic. Panormitanus, D. Antonin. Silu. Tabien. & Nau.* quos refert, & ſequitur, aſſerens hanc concluſionem eſſe ab omnibus approbatam, *Alterius lib.3. de cenſuris diſput. 9. cap.4. verſ. eſt tamen concluſio*, ita communiter Doctores, vt teſtatur *Suarez tom.5. diſp. 3. ſect. 4. ſub nu.* 10. Rationem huius rationis
198 videtur afferre *Sayrus lib.1. de cenſuris c.7. ſub nn.11.* & probat noſter *Duardus lib.1. in Bullam cœnæ cap.3. q.7.* quia lex eſt quædam norma, qua vita noſtra dirigitur, igitur dum homines ſunt in mundo, ſemper eſſe debet permanens ipſa lex, ſententia verò reſpicit præſentem ſtatũ, & ideò pendere debet in eſſe, & conſeruari à iuriſdictione ipſius ſententiam ferẽtis. Sed pace tantorum virorum, licèt hæc ratio benè conuincat pro prima parte, ideſt pro cenſuris à iure; tamen pro cenſuris ab homine, non videtur concludere, quia poteſt quæri de ratione, quarè ſententia reſpiciat præſentem ſtatum, & proindè pendeat in eſſe, & conſeruari à iuriſdictione ſententiam ferentis? Placet igitur cum *Suarez loco ſupracitato*, & clarius explicant *Filliuccius tract.1. de cenſuris in communi nu.69. Alterius loco ſupracitato verſ. eadem doctrina.* rationem pro
199 hac parte de cenſuris ab homine, ſumi debere ex illa iuris regula ſatis vulgata, nempè mandatum expirat morte mandantis re integra: nam idem eſt, iudicem ferre ſententiam cenſuræ, pro culpis futuris, prout propriè eſt cenſura generalis ab homine (in qua videtur maior difficultas, quia iſta eſt valdè affinis cẽſuræ à iure) quàm mandare ſub pęna cenſuræ, ne aliquid tale fiat; ergo ſicut mandatum pendet in fieri, & in eſſe à vita ipſius mandantis ita & cenſura ab homine generalis, videte *Alterium loco ſupracitato*, qui benè reſpondet obiectionibus, quæ fieri poſſunt circà hanc
200 materiam. Dixi, *re integra*, quia ſi ante mortem, vel ablationem iuriſdictionis fuit crimen commiſſum, propter quod erat lata cenſura ab homine, tunc res non eſt amplius integra, & per conſequens fuit incurſa cenſura, quæ non tollitur, niſi per abſolutionem, *cap. paſtoralis* §.1. *de officio Ordinarij Conink diſput.12 num.13. Layman lib.1. tract.5. cap.2. n.2. Alterius loc. citato in principio, Filliuccius ſupra nu.72.*

Hæc quòad theoricam, deſcendendum nũc eſt ad praxim. Pone inquã, quod tempore Sedis Epiſcopalis vacantis, vel exiſtente denunciato Epiſcopo de excommunicatione, quo caſu ſuſpenſa eſt iuriſdictio ipſius, Accedat aliquis Neapoli, & confiteatur, ſe loquutum eſſe cum monialibus, vbi contra alloquentes cum monialibus eſt lata excommunicatio, vel etiam hic Arimini fatetur clericus, ſe luſiſſe aleis, vel taxillis, vbi eſt cõtra clericos dictis ludis ludentes, lata ſuſpen-
201 ſio à diuinis; Cõfeſſarius ante omnia debet inquirere, an dictæ cenſuræ latæ pro dictis criminibus ſint à iure, vel ab homine, quia ſi ſunt à iure certum eſt, debere iudicare abſolutè dictũ pęnitentẽ in illas incidiſſe, nec poſſe ab eis abſoluere, ſi non habeat facultatem neceſſariã; ſi verò ſunt ab homine, rurſus debet inſpicere, an pænitens alloquutus fuit cũ monialibus, vel luſerit aleis, aut taxillis antequam Epiſcopus mortuus fuit, uel renunciauit Epiſcopatui, aut fuit denunciatus excommunticatus, uel poſtea: nam primo caſu adhuc confeſſarius debet iudicare eum excommunicatum, uel ſuſpenſum. Secundò verò caſu, ſi poſt mortem Epiſcopi, renunciationem, vel ſuſpenſionem iuriſdictionis, reperit alloquutum fuiſſe pęnitentem cum monialibus, vel luſiſſe taxillis, &c. debet iudicare eum non incurriſſe excommunicationem, & ſic liberè poteſt eum abſoluere.

Sed hinc quæro primo de excommunicatione, vel alia cenſura lata ſub conditione v.g. *Niſi intra 30. dies ſolueris, reſtituas, ſatiſfacias, & ſimil. ſit excõmunicatus*, vtrum ad in-
202 currendã dictam cenſuram ab homine, ſufficiat

ficiat, latorem eius ſententiæ vixiſſe, & iuriſdictionem habuiſſe in principio termini triginta dierum, vel etiam ſit neceſſarium vixiſſe, & iuriſdictionē habuiſſe vſque ad diē trigeſimum incluſiue? Reſpondetur neceſſe eſſe iudicem illum viuere, vel habere iuriſdictionem die vltimo, quo clauditur terminus, ſcilicèt die trigeſimo, aliàs non incurrit quis cenſuram, ratio eſt, quam tangit *Alterius ſupracitato cap.4.verſ. hæc igitur doctrina, ad finem,* quòd ſententia excommunicationis tunc incipit vim habere, cum impletur cōditio, & non retrotrahitur ad diē promulgationis, ſicut accidit in aliis ſententijs.

Quæro ſecundo, quid dicendum in caſu quo, & ſi quis fuit priuatus iuriſdictione, vel eius iuriſdictio ſuſpēſa per denunciationem
203 de excommunicatione tū poſtea fuit, vel reſtitutus, vel abſolutus ab excommunicatione, an cenſuræ latæ ab eo ante priuationem, vel ſuſpenſionem per modum ſententiæ, & ſic ab homine, denuò vires aſſumant? Reſpōdetur, diſtinguendo duos caſus ſupra poſitos: ſi enim fuit priuatus, & tūc licèt per medium ſententiæ reſtituarur ei officium, ſeu iuriſdictio, non reaſſumunt vires cenſuræ ab eo latæ; ſi verò tantùm fuit ſuſpenſa eius iuriſdictio, putà quia fuit denunciatus excommunicatus, & poſteà abſolutus, & tunc cenſuræ ab ea latæ, vt ſupra reaſſumunt vires ſuas. Ratio differentiæ eſt, quia quādo reſtituitur ille, qui fuit priuatus, habetur, ac ſi de nouo eſſet creatus Epiſcopus, Vicarius, & Officialis; ſecundò verò caſu quia per abſolutionem iam tollitur impedimentum, ideoque non deſinit, quin ſit idem ſuperior; ita *Filliuccius citato tract.*11.*ſeu primo de cenſuris in communi num.*70. pluribus *Alterius citato c.4. verſ. qua in re animaduertendum eſt.*

Ex prima parte huius diſtinctionis ſequitur, quid dicendum de excommunicatione
204 aliiſque cenſuris latis ab eo, qui aliàs fuit Generalis, vel Guardianus, v.g. vt ſupradixi, tulit excommunicationem contra eos, qui extraherent libros ex Bibliotheca, quia licèt finito officio, iterū poſt aliquos annos crearetur Generalis, vel Guadrianus in eodē Monaſterio, cenſuræ ab eo latæ non reaſſumunt vim obligandi: quia & ſi ſit eadem perſona, tamen hic & nunc eſt nouus ſuperior.

Quæro tertio, ponamus, quòd excommunicatio, vel alia ſententia fuit lata ſub conditione, de qua *ſup.nu.*202. *niſi infra* 30. *dies ſolueris, &c.* Prælatus tamen, qui eam tulit quando claudebatur trigeſimus dies, erat denunciatus excommunicatus, vel aliàs ſuſpenſa eius iuriſdictio (in his terminis habet locū hoc quæſitum, non autem in terminis priuationis) tamen poſtea fuit dictus Prælatus abſolutus poſt diem trigeſimum, vtrum di-
205 cta excommunicatio, ita vires reaſſumat,
205 vt v.g. Titius, qui non ſoluerat intra dictum terminum, remaneat excommunicatus? Reſpondent *Filliuccius ſupra nu.*71. *& Alterius eodem cap.*4. *verſ. ſed vlterius*, Titium incidere in dictam excommunicationem, eadem ratione, de qua ſupra, quia per abſolutionē, & ablationem impedimenti reaſſumit eius ſententia vim obligandi. Nec obſtat, quód iā in trigeſimo die, qui erat vltimus termini appoſiti, ille Prælatus non habebat iuriſdictionem, quia vt benè dicti authores, ille terminus fuit poſitus contra Titium, & non in eius fauorem, ſeu non intelligitur appoſitus ad hoc, vt tranſacto illo termino amplius nō teneatur ſoluere, ſed quòd ſi velit cenſuram euadere, ſoluat intra dictum terminnm, vel vt loquuntur Doctores, poſitus eſt terminus, non ad finiendam obligationem; ſed differendam ſolutionem, ſi igitur per ablationē impedimenti remanet idem Prælatus, qui erat ante trigeſimum diem, & Titius adhuc non ſoluit, poſt dictum diem trigeſimum contrauenit ſententiæ cenſuræ ab eodem Prælato latæ, igitur incidit in dictam cenſuram, videte *Alterium ſupra*, vbi hoc confirmat, exemplo de communione in Paſchate & alijs ſimil. Petes quādo ex eo ꝙ poſt ſen-
206 tentiam cenſuræ latam, Prælati iuriſdictio eſt ſuſpenſa, quis excuſetur ab incurſu illius, etiam ſi poſtea fuerit abſolutus? Reſpōdetur id accidere, quando ſententia fuit lata ſimpliciter, v.g. vt exēplificat *Filliuccius ſupra, ſi peieraueris, ſis excommunicatus*, vel vt ait *Alterius. quicumque adulterium patrauerit, incidat in excommunicationem.* his enim caſibus, ſufficit ſi Titius peierauerit, commiſerit adulterium, tempore, quo iudex erat ſuſpenſus, vel excommunicatus, vt non incurrat cenſuram, & nihil nocet ſi poſtea abſoluatur Prælatus, quia cenſura eo caſu reaſſumit vires quòad eum, qui poſt abſolutionem Prȩlati peierauerit, vel adulterium commiſerit, non autem quòad eos, qui eo tempore, quo erat ſuſpenſus Prælatus, commiſit dicta crimina prohibita, vt ſupra.

Quæres quarto pro complemento materiæ, an cenſura reſeruata, vt eſt Neapoli excōmunicatio contra alloquentes cum monialibus, ſuppoſito quòd ſit ab homine per ſententiam generalem, contracta in vita, vel
207 durante iuriſdictione Epiſcopi, an ſcilicèt poſt mortem ipſius remaneat reſeruata, v.g. Titius viuente Epiſcopo alloquutus fuit cū monialibus abſq. licētia, mortuo, vel trāslato ipſo ad alium Epiſcopatum, vult confiteri, an poſſit abſolui à quolibet confeſſario dicta excommunicatio iam cōtracta? Dixi ſuppoſito, ꝙ ſit ab homine, &c. quia ſi ipſa reſeruatio fuit facta in ſynodo, vel in edicto perpetuo, aut conſtitutione: certum eſt, illam durare donec tollatur ab Epiſcopo ſucceſſore,

non

Digitized by Google

nõ ſolum ad effectum, vt qui inciderat iam in eam, non poſſit abſolui, niſi ab habente facultatem; ſed etiam ad effectum; illam incidendi. Subdidi, per *ſententiam generalem*, quia ſi eſſet lata cenſura per ſententiam particularem, & ipſi ferenti illa reſeruata, remanet ſecũdum omnes Doctores ſemper reſeruata, etiam mortuo, vel amoto ab officio ipſo iudice, & non poteſt abſolui, niſi à ſucceſſore, vel à ſuperiore ipſius iudicis, qui illam tulit. In hoc quæſito ſic declarato ſunt duæ opiniones, vt videbimus infra cùm *de officio, & poteſtate confeſſarii circa caſus reſeruato*, vbi eſt proprior locus, & vbi concludimus cum opinione negatiua, ſcilicèt mortuo, vel amoto ab officio reſeruante, ceſſare reſeruationem etiam ad effectum, vt qui viuente, vel iuriſdictione fruente ipſo reſeruante, in illam inciderat, poſsit à quolibet abſolui, videte pro nunc *Graffium lib. 1. cap. 4. regul. 11. de quinque caſibus.* male; ſua pace à noſtro *Molfeſio tract. 7. ſumma c. 17. ad finem*, pro contraria opinione, quam ipſe ſequitur allegatus, & *Floronum de caſibus reſeruatis p. 1. c 4 §. 8. nu. 5. verſ. quare &c.* vbi hoc probat
208 ex differẽtia inter reſeruationem, & cenſuram, quòd ſcilicèt reſeruatio afficiat confeſſarij iuriſdictionem, cenſura verò afficiat ipsũ pœnitentem, qui cõmiſit delictum, vt loco citato latius explicabimus, accedit alijs allegatis, *Diana par. 4. tract. 4. reſol. 108.*

### *Duę aliæ difficultates circa materiam cenſurarum à iure, explicantur.*

PRima difficultas, quia diximus, alias cẽſuras eſſe à iure alias, & ab homine; Quæro vtrum cenſuræ, quæ ſunt à iure, ſint à iure po
209 ſitiuo, vel etiã reperiatur aliqua, quæ ſit de iure diuino, ſeu an alicui peccato reperiatur annexa cenſura de iure diuino, ratio dubitãdi ſumitur ex verbis *D. Pauli ad Titum cap. 3. Hereticum hominem poſt primam, & ſecundam monitionem deuita*, ſi enim de iure diuino tenemur euitare hæreticum poſt primam, & ſecundam monitionem; ergo excõmunicatio cõtra eũ lata, eſt de iure diuino, ſed in cõtrarium eſt non ſolum communis, ſed verior opino, teſte *Duardo lib. 2. in Bull. cœna canone 1. q. 18. nu. 4.* quæ eſt tenenda tanquam certa, vt dixit *Auila p. 2. c. 3. diſp. 1. dub. 6. & dixi ſupra nu. 14.* Probatur, quia ſi talis excommunicatio eſſet de iure diuino vtiq; non potuiſſet circa eã fieri mutatio, ſed fuit facta mutatio, ergo ſignum eſt, non eſſe de iure diuino, Maior probatur, quia in his, quæ ſunt iuris diuini, Eccleſia nõ habet poteſtatem, vt eſt clarum. Minor probatur, quia à principio quilibet tenebatur euitare excommunicatum, ob hæreſim etiã occultam, dũmodo notus eſſet illis, quod talis erat hereticus *c. cum de ſiatres, c. cum à nobis el ſecondo de ſententia excommu.* Tamẽn videmus, ꝙ per Cõc. Cõſtant. fuit decretũ, de quo infra *Reſoll. 3.* vt nullus teneatur euitare excommunicatum; niſi in duobus caſibus, quando ſcilicèt fuit denunciatus talis per cedulones, vel fuit publicus clerici percuſſor, ergo iſta excommunicatio nõ eſt de iure diuino, Ad authoritatem D. Pauli, & ſimiles reſpondetur, quòd Apoſtolus protulit dictam excommunicationem in particulari, prout iudex, & Prælatus, & non in communi, prout ſcriptor Eccleſiaſticus.

210 Secunda difficultas eſt, an aliqua cenſura ſit ex conſuetudine *Reginaldus lib. 9 ſua praxis num. 99.* reſpõdet negatiuè, *quia ſi quando inducitur talis conſuetudo, vel inducta eſſet, id eueniret Summo Pontifice, vel Prelato approbante, ideoque eſſet à iure, vel ab homine, prout eſſet ipſa conſuetudo antiqua, vel moderna*, & ita intellige *Auil. par. 2 cap. 3. diſp. 1. dub. 1. ad medium*, dum tractans enim articulum illum, vtrum poteſtas ferendi cenſuras poteſt acquiri ex conſuetudine, de qua re *Suarez t. 5. diſput. 2. ſect. 2. qui n. 12.* ſubdit hæc verba [vnde ſi talis conſuetudo habeat, quod facientes hoc vel aliud ſe reputent excommunicatos, vere ligat excommunicatio.] Octo alias differentias inter cenſuras à iure, & ab homine, refert *Sayrus lib. 1. de cenſuris cap. 7. à nu. 11. de quibus nos infra commodius pro Praxi, recoll. ſequenti.*

### *Quomodo cognoſcere poſſit confeſſarius an cenſura ſit à iure, vel ab homine.*

DIfficultas hæc continget confeſſario quoàd cenſuras ab homine per ſententiam generalem latam ab eo, qui habet etiã poteſtatem legis condendæ, quia iſtæ ſunt
211 valdè affines cenſuris à iure: ita vt aliqui voluerint, inter eas nullam intercedere differentiam, vt eſt videre per *Suarez tom. 5. diſput. 1. ſect. 4. num. 8. & ſeq.* vbi refellit dictam ſententiam, ac in medium affert differentias inter ipſas, de quibus nos ſupra, & latius idẽ *Suarez lib. 1. de legibus c. 10 ferè per totum Duardus lib. 1. in Bulla cœna lib. 3. q. 7. num. 6. & ſeq.* ex quo patet, quòd licèt ſit de ratione le-
212 gis, vt pro aliqua communitate, & propter commune bonum feratur, *Suarez latè citato lib. 1. de legibus cap. 6. & 7.* tamen hæc ſolum non arguunt (vt in noſtris terminis loquamur) quòd cenſuræ ſint à iure, & non ab homine per ſententiam generalem, vt aliqui putarunt, quos videtur ſequi *Megalius 3. part. inſtitut. peregrin. lib. 1. cap. 1. num. 12.* quia etiã
213 generalis ſententia fertur ſæpè ſæpius pro aliqua communitate, & propter commune bonum: ita expreſſit clariſsimis verbis *Suar. citato cap. 19. nu. 11. ibi, nam etiam preceptum generale, & ſi non feratur per modum ſtatuti,*

ad

Digitized by Google

*ad curam totius communitatis, & bonum eius pertinet.* hoc ſignificat *Toletus lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 5. dum enumerando differentias inter excōmunicationes à iure, & ab homiue, ait, primā differentiā eſſe, quòd excommunicatio à iure ſemper eſt generalis, excommunicatio verò ab homine, aliquando generalis aliquādo particularis.

Reſpondeo igitur practicè loquendo; poſſe confeſſarium intelligere, cenſuram à iu-
214 re, ſeu vt proprius loquar, latam per modū ſtatuti; vel conſtitutionē eſſe. Primo quando ſuperior vtitur verbo ſignificante legem, & ſtatutum, verbi gratia, *ſancimus, ſtatuimus,* & ſimile. Secundo & ſi non adſint dicta verba, tamen adſint alia verba denotantia perpetuitatem pręcepti, veluti *perpetuò duraturum,* vel *donec reuocetur,* ex his enim verbis, cenſuræ Bullæ cœnæ hodie ſunt à iure, vt habet *Suarez d. cap.* 10. *nu.* 15. Tertio ſi præcepto inter leges, vel ſtatuta referatur qualia non eſſe dixi ſupra *num.* 187. acta viſitationum, has coniecturas colligo ex eodem *Suarez d. c.* 10. *ſub nu.* 12. ibi, *quotieſcumque Princeps declarat ſimpliciter, ſe ſtatuere, vel condere legem, aut ponere præceptum ita durabile ac ſubinde vale præceptum ſignificari nomine legis.*

Sicut è contrà, debet confeſſarius iudicare,
215 quòd cenſura ſit ab homine. Primo cum tantum præcipit. Secundo cùm præcipit ad tempus, vt ad annum, vel tempus vitæ, & ſic ſiue definitum, ſiue indefinitum, de qua re per *Reginaldum lib.* 9. *praxis num.* 97. vbi dat exemplum, ſi v. g. ferretur excommunicatio à Summo Pontifice contra eos, qui in colloquio cum monialibus protulerit verba obſcena, vel ſe immiſcuerit alicui certo negotio, &c. Tertio ſi ſingulis annis præceptum proferatur. Quarto ſi occaſio, ob quam fertur non ſit perpetua, ſed emergens, v. g. tempore vindemiarum ſolet fieri ſententia generalis, quiſquis furtum fecerit ex vineis Eccleſiæ, & tempore proceſsionis, contrà clericos non accedentes ad illam, vel cum vacat aliqua hæreditas, quiſquis ex eius bonis habet, quòd reſtituat intra menſem, ad quem caſū poſſumus reducere excommunicationem illam latam à viſitatore Apoſtolico ob abuſum repertum in Dięceſi ob negligentiam Epiſcopi de qua ſupra nu. 191. Quærit idem *Suarez loco ſupracitato num.* 16. vtrum ſi ſu-
216 perior declararet, velle tale præceptum habere vim legis pro dicto tempore definito, aſſequeretur effectum: v. g. ſi declaret, quòd etiam eo mortuo intra dictum tempus, præceptum retineret efficaciam? Et reſpondet affirmatiuè, quia id nō includit repugnantiam; ſed ſubdit, id ſolo Summo Pontifici, & ſupremo Principi permitti, cū inferiores Principes non poſſint in re tam graui diſpenſare, & eadem ratione poſt pauca, inquit, *poteſt ſu-*
217 *premus Princeps decretum, ſeu præceptum ferre declarans velle, vt duret pro tempore vitæ ſuæ, & non amplius, & quòd in cæteris habeat virtutem, & efficaciam legis, quia Princeps, poteſt vti ſua poteſtate prout voluerit.*

218 In dubio autem quando non conſtat, an debeat præſumi à iure, vel ab homine? puto inſpiciendum eſſe primo à confeſſario, an ſit pro futuro delicto, vel pro præterito, quia ſi eſt pro futuro, tunc potiùs cenſeri debet à iure, quàm ab homine: ſi vero pro præterito, tunc eſt cenſenda ab homine, & ſic ſententia
219 ad futuram emendam: nam legis natura eſt diſponere de futuro non de præterito, vt habetur in *l. leges, la prima C. de legibus, ſecundum ſummarium* Baldi, vndè benè *gloſ. in l. cùm lex ff. eod. tit.* dicit, conuerti litteram ipſius textus, & dum ibi dicitur, *cùm lex in præteritum quid indulget, in futurum vetat.* debet intelligi è conuerſo, *cùm lex in futurum vetat, in præteritum indulget,* ſed quia poteſt etiam lex reſpicere præteritum quando id expreſſum fuit à legiſlatore, vt habetur in dicta *l leges ſupra allegata,* de qua re latè *Suarez lib.* 3. *de legibus cap.* 14. Aliam regulam tradit *Bonacina diſput.* 1. *de cenſuris q.* 1. *puncto* 11. *num.* 15.
220 nempè quando id, quod præcipit talis ſuperior, reperiatur etiam præceptum, vel prohibitum à iure canonico, ex qua regula hic author probat, excommunicationem latam ab Archiepiſcopo Mediolanēſi contrà clericos geſtantes ſcoplum, cenſeri potiùs latam per modum ſtatuti, quam per modum ſententię, & ſic potius iudicandam eſſe à iure, quàm ab homine, quia hoc caſu Archiepiſcopus, ſuo edicto videtur ſe voluiſſe accomodare iuri communi canonum, & ideò ſicut illi canones perpetuò durant, & vim habent legis, ac ſtatuti vniuerſalis; ita præſens conſtitutio videtur perpetuò duratura, & vim ſtatuti habere reſpectu ſubditornm dicti Archiepiſcopi. Sed hæc regula non placet, quia etiam furtum, & alia peccata ſunt prohibita in decalogo, quod eſt maius, iure canonico, & tamen non per hoc, excommunicatio lata contra furantes ſimpliciter, vel contra obſcenitatem committentes cum monialibus, iudicanda, quòd ſit per modum ſtatuti.

221 Dicerem igitur, in dubio interpretandam eſſe potiùs cenſuram ab homine, quàm à iure, militat enim eadem ratio, qua ſupra probauimus, in dubio potiùs interpretandam eſſe cenſuram ferendæ, quàm latæ ſententiæ, nempè quia in pęnis, in dubio, quod mitiùs eſt, & minimum interpretari debemus; & mitius, & minimū eſt, cenſuram, quæ eſt pęna, eſſe ab homine quàm à iure, ad quod probandum ſufficit, quòd cenſura ab homine ceſſat morte, & amotione, illam ferentis; cenſura verò à iure ſemper duret, donec reuocetur, & ſic eſt perpetua.



Digitized by Google

## *De aliquibus cenſuris an ſint à iure, vel ab homine.*

222 PRimo quæritur de cenſuris latis in Monitorijs, quæ fieri ſolent ad reuelandū, vel reſtituendum, an ipſa iudicanda ſint lata à iure, vel ab homine? Reſpondetur ex *Genuenſi in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana cap.1.n.18. notabili 17.* eſſe cenſuras ab homine, & non à iure, & proindè expirare morte, vel remotione concedentis ab officio, ac etiam vbi ſubditus efficeretur alterius fori, antequam incurratur excommunicatio, proſequitur *Lazzarius de monitorijs ſect. 2. q.1.nu.11.* Qui idem ait procedere non ſolum
223 vbi Iudex, ſed etiam vbi vel pars, vel delegans iuriſdictionem ad concedenda dicta monitoria, mortui ſunt, ſupponit etiam *Alterius lib.3 de cenſuris diſput.1.c.6. 7. & 8.* vbi latè tractat de iſtis monitorijs; ſicuti etiam nouiſſimè *Sanchez in ſuis opuſculis moralibus lib.6. c.2.dub.14.& ſeq. Auila de cenſur.p.2.c.5.diſp.2 Marcellus Vulpe in ſua praxi fori Eccleſiaſtici cap.2.* Qui *Sanchez dub.25.* benè declarat, quomodo intelligatur id, quod dici ſolet, ſcilicèt dicta ædicta durare tempore, quod in il-
224 lis præfigitur ad faciendum contenta in eis, & tranſacto dicto tempore non habere vim; hoc modo inquit iſte author debet intelligi, nempè quando intra dictum terminum, ſeù tempus præfixū in edicto, v.g. infra octo dies, vel quindecim, intra quos tenebatur reuelare, quis non fuit conſcius eorum, quæ in monitorijs mandantur, hoc enim caſu, & ſi poſtea tranſacto termino fuit conſcius, non ligatur cenſuris ibi contentis, non denunciādo, ſed ſi intra terminum fuit conſcius monitorij, & eorum quæ ibi mandantur, tunc, etiā non denunciando incidit in excommunicationem, & ſic etiā tranſacto termino tenetur
225 monitoris parere. Dixi *fuit conſcius monitorii, & eorum, quæ mandantur intra dictum tempus,* &c. quia ſi tantū adſit ignorātia circà ipſam monitorii promulgationem, is, qui iā ſciebat contenta in monitorio, de tempore promulgationis, obligatur ſuperueniente notitia monitorij poſt dictum terminum, non ſtatim; ſed intrà æqualem terminum denuntiare; niſi ante notitiam mortuus ſit, vel ammotus iam ab officio ipſe, qui tulit monitorium, vt per *Alterium lib.3. de cenſuris diſput. 1.cap.18.ad fin.& Dianam par.3.tract.5.miſcellaneo reſolu.95.* vbi, & ſi referat Authores pro contraria ſententia, hunc ſcilicet non teneri amplius ad reuelādum, tamē conſulit, vt non recedatur à ſententia affirmatiua, quam aſſerit eſſe communem. Nota, quia id ꝙ dicitur, de ignorante, debet etiam intelligi de impotente infra dictum terminum reuelare, vt habetur per ſupracitatos authores, & in terminis denunciationis faciendæ à pœnitente, quæ fuit ſollicitata à Confeſſario, tractat idē *Diana par.4.tract.5.reſol.26.* idem dicendum de alijs edictis ordinariorum, quæ æduntur
226 tempore ordinationis, vel quadrageſimæ, durant enim durante dicto termino, vt per *Sanchez ſupracitato, dub.25.num.4.& Auilā loco infra citando.* Quis abſoluat eum, qui non paruit Monitorio? præter ea, quæ dixi *cum de iubileo num.49. vide infra num.231.*

227 Secundo quæritur de cenſuris latis in edictis inquiſitorum, an ſint à iure, vel ab homine? Reſpondet *Auila de cenſuris par.2. cap.5. diſput.5.dub.5.concluſ.3. quem ſequitur Sanch. in opuſculis moralibus lib 6.cap.2.dub.15.nu.3. ad finem;* cenſeri debere de iure, & non ab homine, quia ſemper durant donec reuocentur, proſequuntur, *Homobonus tract.7. ſui examinis q.35. aliique quos refert, & ſequitur Diana*
228 *p.4.tract.5.reſol.27.* Vbi ex hac doctrina infert, quòd ſemper obligēt dicta edicta, etiam ſi poſt longum tempus pœnitens fuit ſollicitata, ſecus tamen dicit, poſt Auilam de edictis
229 Epiſcoporum, quæ ſcilicet durant ad ſummum tribus mēſibus, & qui poſt tres menſes nouit aliquem cōcubinarium, nō tenetur ad denunciandum. Quod excommunicatio in dictis edictis cōtra non denunciantes inflicta,
230 ſit latæ ſententiæ, & ab ea non poſſit abſolui niſi ab Inquiſitore, vel ſupremo Tribunali Sancti Officij, qui non denunciauit, habetur per *Lazzarium de monitorijs ſect.4.q.13.n.3. & de blaſphemia q.12.nu..79.* Qui ait, ſic declaratum fuiſſe à S. Congregatione ſanctæ inquiſitionis Romæ, & ſequitur *Floronus de caſibus reſeruatis par.1.cap.5.§.2.nu.5.* loquens ēt in eo caſu, quod non reperiatur in edicto facta reſeruatio, Videte *Bonacinam in opuſculo de onere, & obligat. denunciandi diſput. 1. puncto 1. §. decimo,* quia poſt alios tanquam probabile putat, Epiſcopum virtute facultatis tibi conceſſæ à Concilio Tridentino, poſſe abſoluere hoc caſu quādo caſus eſt occultus. Benè tamē ſubdit *Lazzarius loc.ſuprac.* quòd ſi quis iuridicè poſt incurſam excommunicationem denunciauit; & ſic tandem ſatisfecit edicto, poterit abſolui à quolibet confeſſario; Idem dicendum de eo, qui non paruit
231 Monitorio generali ad reuelandum, quia non ſatisfacta parte non poteſt abſolui, niſi ab Epiſcopo, ſi verò fuerit ſatisfacta pars, poteſt abſolui à quolibet cōfeſſario idem *Lazarius de monitorijs ſect.4. q.14. nu.12. & 13.* dixi *generali,* quia ſi eſſet ſpecialiter, & nominatim quis per Monitorium excommunicatus, ſemper abſolutio ſpectat ad Epiſcopum; ſed hæc procedunt de Monitorio lato ab Epiſcopo. Quid autem ſi fuerit conceſſum à Summo
232 Pontifice? *Marius Antonius lib.1. variar. ſolut.112. caſu 37.* reſoluit eodem modo, quo ſuprà,

Digitized by Google

ſuprà, ſcilicèt poſt reuelationem factam
poſſe Vicarium Epiſcopi abſoluere, ante verò
reuelationē, non poſſe quē abſolui, niſi à S.P.
ſeu Penitentiario, ſequitur *Lazzarius ſupra*
*q.13.* non ex eo, quia illa excommnnicatio
licèt ſit ab homine, eſt tamen generalis, quæ
vbi non reſeruatur, poteſt abſolui ab Ordina-
rio, vt ait *Marcellus Vulpe in ſua praxi fo-*
*ri eccleſiaſtici cap.3. nu.21.* quia hæc ratio etiā
concluderet, ꝙ poſſit abſolui talis, à quolibet
Cōfeſſario iuxta infra ſuo loco, dicēda, ſed vt
*Marius Antoninus, & Lazarius loc. citat.* ſub-
dunt, ob aliā rationem magis particularem, nē
pè, quod hoc caſu Ordinarius ſit mixtus exe-
quutor, intellige quando præcedit ſatisfa-
ctio partis, ad cuius inſtantiam, quis fuit dele-
gatus; limitat doctrinam iſtam *Marius An-*
*toninus ſupra c. verſ. Bene verum* quando ta-
lis, in generali monitus, poſtea fuiſſet nomi-
natim excommunicatus, ſed meritò illam
refellit, *Lazarius ſupra cit. num. 7.* tamquam
de iure non probabilem, quia per hoc, quòd
quis ſit nominatim excommunicatus à dele-
gato vti mixto exequutore, non impeditur;
dummodo ſatisfaciat, vt ſupra, quin ab eodē
poſſit abſolui.

Vnde tantum limitarem, vbi à die fulmi-
natæ excōmunicationis elapſus eſſet annus,
quia tunc expirat iuriſdictio delegati quò
ad hunc effectum impendēdi abſolutionem,
& tenetur excommunicatus pro ea adire de-
legantem, qui in caſu noſtro eſt Summus
Pontifex.

Quæſitum etiam fuit de excommunica-
233 tione lata in Bullis penſionis ob illius non
*ſolutionem*, an ſit à iure, vel ab homine? Et re-
*ſponſum* fuit eſſe à iure, cùm illa ſit de ſtylo
Curiæ Romanæ, qui ſtylus æquiparatur iuri,
vt dictum eſt ſupra in 1. *par. tract. recoll. 2.* non
tamen illa incurritur ſtatim tranſacto termi-
234 no, prius quam penſionarius declaret etiam
authenticè, ſuam voluntatem eſſe, vt ipſe
incurrat illam, ita poſt *Suarez, & Garſiam,*
*Emanuel de Moura opuſculo 1. de empſal. &*
*incantationibus ſectione 1. capite 1. num. 9.* idem
dicas de qualibet obligatione in forma Ca-
meræ, vbi intrat pęna excommunicationis,
de qua re egimus ſupra cùm *de diuiſione*
*cenſura ferenda, & lata ſententia nu.*

### *Qualis culpa requiratur in penitente ad hoc, vt iudicari debeat à Confeſſario, incurriſſe in cenſuram.*

Licèt eadem culpa requiratur ad incurrē-
dum cenſuram à iure, quam ab homi-
ne, tamen quia in cenſura ab homine lata per
ſententiam, attenditur potius ipſa ſententia
lata, quam culpa, vt iudicari debeat, quò ad
forum externum (quem reſpicit ipſa ſentētia)
quis cenſura irretitus; ideò quæſitum iſtud
235 de culpa requiſita pro contrahenda cenſu-
ra, potius ſpectare, arbitratus ſum ad iſtam
recollectionem, *de officio, & poteſtate Con-*
*feſſarij circa cenſuras à iure in communi,*
quia in iſtis iudicare debet confeſſarius, ſpe-
ctata tantum conſcientia ipſius pœnitentis.
quando autem dixi *in cenſura ab homine*
*lata per ſententiam* intellige de ſententia par-
ticulari, & vbi quis nominatim fuit declara-
tus, in cenſuram incurriſſe, & pro tali denun-
ciatus; nam cenſura lata per ſententiam gene
ralem in hoc, ſicut in alijs, pari paſſu ambulāt
cum cenſuris à iure, de quibus hic eſt ſermo.

236 Hoc præſuppoſito, certum eſt apud Do-
ctores. Primò, quòd ad incurrendam cenſu-
ram requiratur aliqua culpa, patet ex eius de-
finitione, in qua dicitur, cenſuram eſſe pęnā
237 & pœna ſupponit culpā, cui cōmenſuratur,
238 *l.1.§. expilatores ff. de effractoribus*, neq; pro-
greditur vltra illam, *l. ſancimus C. de pœnis:*
ità *ConinK diſput. 13. de cenſuris num. 66. Du-*
*ardus lib. 1. in Bullam cęna cap. 1. q. 3. num. 18.*
*Bonacina diſput. 1. q. 1. de cenſuris puncto 3. n. 2.*
Vbi benè, poſt *Auilam*, infert, non ſufficere ſo
339 lam intentionem Prælati, ad hoc, vt eius
ſubditus incurrat cenſuram, quia vt dixi, ex
parte ſubditi requiritur etiam culpa, & deli-
ctum. Eſt etiam ſecundo certum, non ſuffice-
re ad incurrendam excommunicationem
maiorem quamlibet culpam, ſed neceſſe eſ-
240 ſe, talem culpam eſſe grauem, ideſt morta-
lem; Patet in *cap. nemo, & in can. nullus. 11. q.*
*3. & in d. c. nemo,* affertur ratio, conuincens,
ibi, *Anathema cùm ſit æterna mortis damnatio,*
*non poteſt imponi, niſi pro culpa mortali,* quòd
enim anathema, idem ſit cum excommu-
nicatione maiori, dictum fuit ſuprà *initio hu-*
*ius Recollectionis.* Concordant in hoc Do-
ctores omnes, qui etiam dicunt, quòd ſaltem
241 prius natura debet quis peccaſſe mortaliter,
quàm incurriſſe excommunicationem, & no
tat in ſpecie, *Auila p.2. c.5. diſp. 1. dub. primo*
*verſic. ex dictis, &c.* eſtque idem cum eo, quod
dicit *Filliuccius tract. 11. num. 155. & ſeq.* cul-
pam iſtam eſſe cauſam diſpoſitiuam excom-
municationis. Dixi, *excommunicationem ma-*
*iorem*, nam manifeſtum eſt, excommunicatio
242 nem minorem contrahi ob culpam venia-
lem, quia quamuis ex obiecto ſit graue ma-
lum, tamen quia tantum priuat participatio-
ne paſſiua ſacramentorum, reputatur leuis
pęna, ita hoc probant, qui negant ſimplici ſa-
cerdoti facultatem abſoluendi ab ea, vt eſt
243 *Caiet. & Suarez,* quos ex modernis ſequitur
*Layman lib. 1. ſua theologia moralis tract. 5. p. 2.*
*cap. 3. nu. 6.* Qui verò docent, poſſe quemlibet
ſacerdotem ab ea abſoluere, prout nouiſſimè
poſt *Nau. Toletum, & alios, tuetur Hurtado*
*de cenſuris in communi difficultate 10. num. 42.*



Digitized by Google

dicũt, leuem pœnam reputari ob facilitatem, qua auferri poteſt, de qua re infra ſuo loco. Difficultas igitur prima in hoc quæſito eſt, de alijs ſpeciebus præter excommunicationem
244 ſcilicet de ſuſpenſione, & interdicto, An etiam ad illas incurrendas requiratur culpa mortalis, vel ſufficiat venialis? Cuius reſolutio patet ex ſupradictis n. 114. circa aliud quæſitũ, *an tranſgrediens præceptũ ſub pæna ſuſpenſionis vel interdicti latæ, vel ferendæ ſententiæ,* peccet mortaliter. Vndè quia ibi cum rigidiori opinione, fuit concluſum, tranſgredientem præceptum ſub pęna ſuſpenſionis, vel interdicti latæ ſententiæ, quatenus ſunt cenſuræ maiores, peccare mortaliter, non alia ratione, quã ex eo, quòd tunc ſint pęnæ grauiſsimæ, & nõ ſolent imponi, niſi ob grauiſsima crimina; ſequitur, illas nec incurri poſſe, niſi ob peccatũ etiam mortale, quæ opinio quò ad hanc partem eſt benignior, ità *Suar. Vaſq. Aegidius ConinK, Filiuccius tract.* 11. *num.* 160. *& Hurtado allegati à nobis ſupracitato loco*, accedit *Layman lib.* 1. *tract.* 5. *cap.* 8. *aſſertione ſecunda in fine*, & loquendo de ſuſpenſitione ibidem *par.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. habet hæc verba, *ad incurrendam ſuſpenſionis cenſuram, qualis in ſacris canonibus decreta eſt, & communiter ab homine imponi ſolet, requiritur culpa mortalis*, & ita ſubdit intelligendos *Caietan Henriquez, Nauar. & Auilam relatos ab Hurtado* ſupra pro contraria opinione, ſequitur etiam *Diana par.* 3. *tract.* 6. *miſcellaneo reſol.* 51. vbi idem dicit de irregularitate. Qui *Hurtando nu.* 46. *loco*
245 *citato*, excipit interdictum particulare, & perſonale purè latum à iure, vel generaliter ab homine, & non reſeruatum, quia poteſt incurri ad ſolum peccatum veniale, quod etiam vult ſignificare *Layman loco ſupracit.* ibi, *perſonali, eoque totali interdicto.* Qui etiam *Layman*, & *Hurtado ibidem à num.* 48. inferunt, eum qui violatione ſtatuti, aut pręcepti, cui eſt annexa à cẽſura aliqua, excuſatur à peccato mortali, vel veniali prærequiſito reſpectiuè pro diuerſitate cenſurarum, excuſari etiam ab incurſu cenſuræ.

246 Secunda difficultas poteſt eſſe in hac materia de cenſuris latis, de ea re, quæ non eſt peccatum mortale ex ſuo genere, vt furtum adulterium, ſed vel tantum peccatum veniale, vel indifferens, vt loquutio cum monialibus, quomodo verificari poſsit, id quod ſupradictum fuit, quòd ad incurrendam illam, requiratur peccatum mortale in pęnitente? Aliqui Authores, quos refert *Suar. to.* 5. *diſp.* 2. *ſect.* 2. *n.* 4. *& Bonacina diſp.* 1. *q.* 2. *p.* 3. & ego tacito nomine citaui 1. *par. huius tractatus Recoll.* 1. *num.* 101. (occaſione excommunicationis latæ à variis SS. PP. contrà extrahentes extra ſtatum eccleſiaſticum frumenta, blada, legumina, &c. quæ hodiè ob *Conſtitutionem*
247 *Vrbani VIII.* fuit reſtricta, quò ad eos tãtũ, qui extrahunt cauſa mercaturæ, vt eſt videre apud *Bonacinam q.* 3. *de cenſuris in particulari diſp.* 2. *q.* 3. *pun.* 42. *nu.* 1. *verſ. ſanctiſſimus verò,* vbi latè tractat de materia dictæ excommunicationis) docent, quòd tunc ob cuiuslibet frumenti, vel bladi, &c. quantitatis extractionem, quis incurreret dictam cenſuram, quia eo caſu, cùm ſit prohibita materia, quæ de ſe eſt indifferens, peccatum non metitur à grauitate ipſius, ſed à contumacia, & inobedientia. Hoc tamen non obſtante contraria opinio eſt probabilior, nempè quòd ſicut in materia, quæ eſt de ſuo genere peccatũ mortale, excuſat ab ipſo, peccato paruitas materiæ & per conſequens etiam ab excommunica-
248 tione, vt omnes fatentur: ita etiam excuſet ab incurrenda iſtam excommunicationem latam pro re indifferenti. Confirmatur, nam cenſura, lata pro iſtis rebus, præſupponit præceptum prius natura, vt ita dixerim, præcedere, vt benè *Auila par.* 1. *cap.* 5. *diſp.* 1. *dub.* 2. *ad finem*, Bonacina *de cenſuris diſp.* 1. *q.* 1. *puncto* 8. *nu.* ſed de ratione præcepti eſt, vt quis excuſetur ab eius tranſgreſsione mortali, ratione paritatis materiæ, ſicut excuſatur ratione ignorãtiæ, imperfecti diſcurſus, metus, &c. ergo. Hanc opinionem in eiſdem terminis excommunicationis latæ, vt ſupra, contra extrahentes frumenta, &c. à ſtatu eccleſiaſtico, quam *ibid.* ſequutus fui *nu.* 102. poſteà reperi, probare *Filliuccium tractatu* 15. *de cenſuris nu.* 16. vbi teſtatur de probabili, *& Bonacinam loco ſupracitato num.* 22. & ſi diſcordent in alio articulo, nempè quę materia hoc caſu iudicanda ſit à confeſſario parua, vel magna, leuis, vel grauis, de qua re videte infra n. 254. Et loquendo generaliter de cenſuris in genere probat *Suar. tom.* 4. *diſput.* 5. *ſect* 4. *& diſput.* 28. *ſect.* 4. *& diſput.* 36. *ſect.* 2. *& lib.* 4. *de legibus cap.* 18. eſt etiam communis omnium Doctornm, qui tractant hunc articulum de culpa, ob quam incurri, & ferri poteſt cenſura, hi ſunt *Reginaldus lib.* 14. *num.* 49. *ConinK diſput.* 13. *nu.* 6. *in* 2. *concluſione* Bonac. *vbi ſupra* qui communiter docent, cenſuram in iure latam, ſupponere culpam mortalem, nec cõtrahi poſſe abſque illa, ità *Henriquez lib.* 13. *cap.* 34. *nu.* 1. Ad rationem in contrarium, ne-
249 gatur, quòd ad incurrendam cenſuram, hoc caſu ſufficiat contumacia, nec requiratur grauitas materiæ, primo quia nõ eſt aliquod præceptũ nõ incurrendi in cenſurã, ſecũdo, & fortius, quia ad incurrendam cenſuram, non eſt neceſſarius actus inobedientię ſpecialis, ortus ex affectu, non ſe ſubijciendi ſuperiori; ſed ſufficit actus inobedientiæ generalis, ideſt ſufficit ſi fiat actus prohibitus, licèt ex eo duntaxat, quia illum exiſtimet bonum ſibi, vel vtile, aut delectabile, ita *Hurtado de cenſuris in communi num.* 74. vbi benè ex hac ratione, poſt *Cordubam, & Auilam*, reijcit opinionem

nem

Digitized by Google

250 nem *Henriquez* docetis, quòd faciens actū
prohibitum ſub pœna cenſuræ duplex pec-
catum commictat, vnum ſcilicèt contra obe-
dientiam, alterum contra virtutem, cui ad-
uerſatur ille actus, ſecluſa cenſura; nam ino-
bedientia generalis, quæ tantum ſufficit,
ad incurrendam cenſuram, non eſt virtus
diſtincta à virtute, cui aduerſatur actus, nem-
pè furtum, &c.
Quæres quomodo ſit metiēda leuitas ma-
teriæ, cùm ipſamet res præcepta ſit leuis? Re-
251 ſpondent *Suar. Auila, & Bonacina locis cit.*
& alij omnes conueniunt in re, & ſi diſcre-
pent in verbis, teſte *ConinK loco infra citando*
quòd dicta leuitas, & grauitas metienda ſit
per ordinem ad finem intentum à ferente
cenſuram. Supponunt enim, non poſſe rem
leuē præcipi abſolutè: ità *ConinK diſ.* 13. *n.* 69.
Qui benè declarat, quæ ſit res leuis abſolutè,
exemplo verbi otioſi. *Quis enim, ait ipſe, non
diceret, præceptum, & excommunicationem eſſe
inualidam; ſi quis mihi præciperet ſub pæna
excommunicationis, ne loquerer verbum otio-
ſum, & monitum, ac non deſiſtentem excommu-
nicaret, &c.* Si igitur leuis materia abſolutè
non poteſt præcipi, ſequitur, quòd talis leuis
materia poſſit tantum præcipi, vbi ratione
finis intenti à ſuperiore fieri poterit aliquan-
do grauis ratione circūſtantiarū, vt per DD.
ſupracit. Quando autē res leuis ratione finis,
252 vel circumſtantiarum fiat grauis in caſibus
particularibus, inquit *Bonacina diſput.* 1. *de
cenſuris quæſt.* 1. *puncto* 3. *num.* 10. *poſt* Auilam
*par.* 2. *cap.* 5. *diſput.* 1. *dub.* 3. *verſ.* 3. *pars*, id
remicti arbitrio boni viri, inſpectis circum-
ſtantiis, &c. fauet *Graſſius de arbitrariis Con-
feſſariorum cap.* 14 *lib.* 2. *nu.* 5. vbi generaliter
docet, ꝙ remictatur arbitrio confeſſarii, qui
eſt Iudex ſpiritualis, quando materia ſit gra-
uis, & quando leuis, quod intelligo, quò ad
253 iudicium validitatis, vel inualiditatis dictæ
cenſuræ, aut præcepti, non autem quò ad Iu-
dicium an hic, vel ille inciderit in talem cen-
ſuram, quia etſi finis in animo retentus, verbi
gratia, ferentis ſuſpenſionem contra clericos
ludentes aleis, vel taxillis, ſit euitatio ſcanda-
li, & ferentis excommunicationem contra al
loquentes cum monialibus, ſit euitatio alicu
254 ius mali, non tamen clericus ludens per no
tabile tempus abſque ſcandalo, & ſimiliter
ſecularis loquens cum monialibus abſque
aliquo mali periculo, non incurrerent in di-
ctas cenſuras, niſi expreſſé, vel tacitè in ſen-
tentia cenſurę exprimatur, prout exprimitur
in caſu reſeruato Bononiæ, & teſtatur *Homo-
bonus de caſibus reſeruatis, cum de iſto caſu de
monialibus*, ratio eſt, quia lex datur vniuerſis,
& non ſingulis, item quia lex ità debet intel-
ligi, vt non reddatur eluſoria *cap. ſi ciuitas de
ſent. excommunicationis in* 6. *l. ſi quando ff. de le-
gatis primo, fauet*, Bonacina *diſpu.* 1. *de cenſuris
in particulari q.* 8. *puncto* 4. *ad finem poſt Alte-
rium, Vgolinum, & Duardum*, vbi agit de ex-
communicatione lata in Bulla cænæ, contra
deferentes arma, &c. ad infideles, quia pro-
bat, contra *Sayrum, & alios*, eum incurrere
dictam excommunicationem, qui arma de-
ferret, vel ferrum ad infideles, & ſi ad alium
255 finem, quàm impugnandi fideles, dummo-
do ſit materia grauis, & nos etiam diximus
*prima part. huius tractatus recoll.* 10. *num.* 102.
vbi de excommunicatione contra extrahen-
tes frumenta blada, &c. de ſtatu Eccleſia-
ſtico, ſcilicèt ſat eſſe ad illam incurrendam,
quod quis extrahat quantitatem notabilem
256 (quam ibi diximus, eſſe valorē duorum au-
reorum, & *Bonacina loco citato*, extendit vſq;
ad extractionē vnius rubbi, pro cuius extra-
ctionis licentia, ſoluūtur cameræ duo aurei, &
ſi ex tali extractione, licèt ꝗa à pluribus ſit fa-
cta, inducatur penuria; rationē attingit *Bona-
cina primo loco ſupracit.* quia in legibus Eccle
ſiaſticis, non eſt ſimpliciter ſpectandus finis
præcepti, qui non cadit ſub præcepto, ſed be-
nè materia, ſeù actio prohibita. Idem dicen-
dum in caſu contrario, quia contingere po-
teſt, quod aliquando interueniat finis inten-
tus à ſuperiore, nam ſi eo caſu ſi tantum præ-
ceptum violetur in materia parua, non incur
rit quis in excommunicationem, exemplum
ſit de excommunicatione lata in eadem Bul-
la cęnæ cōtra legentes libros Hæreticorum,
nam legēs paruam materiam, nempè duas li-
257 neas paruas, non incurreret dictam excom
municationem, & ſi ex illarum lectione ma-
gnum ſequitur damnum, *Idem Bonacina de
cenſuris in particulari diſput.* 1. *q.* 2. *puncto* 4.
*nu.* 14. *in fine*. Qui *in tractatu de cenſuris in ge-
nere diſp.* 2. *q.* 5. *puncto* 4. *num.* 9. contra *Tolet.
& alios*, concludit, in tali materia dari parui-
tatem materiæ, & ſi adſit periculum, quòd
aliquis legendo vnam, tantum lineam im-
bibat dictum errorem. Quando autem exem
plificat in duabus lineis paruis loquitur ſecū-
dum opinionem aliquorum magis rigoro-
ſam, cùm non deſint opiniones benigniores,
vt infra nu. 262.
Quò ad id, quòd dixi ſupra, rem leuem
non poſſe præcipi abſolutè, ſed tantùm eo
caſu, quo ratione finis, & circumſtantiarum
fieri poteſt grauis. Nota pro Regularibus,
quòd ea, quæ apud ſeculares, etiam clericos
leuia reputantur, apud Regulares, maximè
obſeruantiam ſectatores, grauia, & excommu
258 nicationis, vel ſuſpenſionis capacia eſſe ſo-
lent ex eo, quòd illa ad obſeruantiam votorū
eſſentialium, valde ſunt neceſſaria; huiuſmo-
di ſunt, ſecundum *Llamas par.* 1. *Methodi c.* 9.
§. 22. Ingreſſus in alterius cellam, reuelatio
ſecretorum Religionis, tranſitus per mediam
Ciuitatem, & forum mercatorium, ſeu pla-
teas, vbi ambulant nobiles ad ſolatium, allo-
quutio

Digitized by Google

quutio Nouitiorum, omiſſio culpabilis, ſocij in itinere, acceſſus ad aliquam domum ſuſpectam, &c. refert, & ſequitur *Pignatus in ſuo Prælato Regulari q. 3. c. 3. nu. 15. ad finem.*

Ex hac doctrina ſequitur deciſio plurimorum caſuum, qui quotidie accidere poſſunt.

259 Primus caſus; in Bulla cœnæ Domini excõmunicantur deferentes arma ferrum, metallum, funes, & alia vſui bellico accomodata, ad infideles, quia hæc eſt materia indifferens. Ideo Doctores, quos refert, & ſequitur *Bonacina d. diſp. 1. de cenſuris in particulari q. 8. puncto 4.* docent, paruitatem materiæ excuſare ab incurrenda dictam cenſuram, & ſubdit, quòd parua, vel magna materia, hic iudicanda ſit arbitrio prudentis viri, iuxtà damnum paruum, vel magnum, quod poſſunt inferre infideles fidelibus.

Secundus caſus habetur apud eundem *Bonacinam ibidem q. 9. puncto 3. num. 4.* de ex-
260 communicatione lata contra impedientes victualia in Vrbem transferri, quia ſi impediretur parua quantitas, vel per paruum tempus, non incurreretur dicta excommunicatio, cùm hæc cenſura ſit ibi lata pro bono curialium, quod in dictis caſibus non læditur grauiter.

261 Tertius caſus eſt de excommunicatione in eadem Bulla cœnæ, contra legentes libros hæreticorum, omnes enim Doctores fatentur, ab ea excuſare materiæ paruitatem, habito reſpectu, vt ſupra, ſic enim conciliantur *Sanch. & Suar.* quorum primus vult, legentẽ vnum foliũ excuſari à peccato mortali, ſecũdus verò id negat, quia reputat in ea lectione, multum poſſe eſſe præiudiciale, vt per *Dianã par. 1. tractat. 11. de bulla cruciatæ*, nam vt dixi, inquirendum eſt, an inſpecta qualitate perſonæ legentis, poſſit ex dicta lectione contingere tale periculum, vel non, qua ratione fuit in facto reſolutum, non callentẽ lingua latina, qui legerat foliũ vnũ latinũ, nõ
262 incurriſſe in dictam excommunicationem, neque etiam, qui illum legerat, impugnandi cauſa, poſita in dicto folio. Quid autem ſi eſſet paruiſſima materia, nempè duæ lineæ paruæ, diximus *ſup. nu.* 257.

263 Quartus caſus eſt de excommunicationibus latis in Cõſtitutionibus ſynodalibus, nempè contra matres, & nutrices, quæ retinent infantulos ante annum in lectis, de qua re agitur in *cap. conſuluiſti 2. q. 5.* excuſat enim ab incurſu dictæ excommunicationis, leuitas materiæ, ideſt ſi retineantur per paruum tempus, in quo non poteſt verſari aliquod periculum ſuffocationis ipſius infantuli, vt per *Bonacinam diſput. 1. de cenſuris, q. 1. puncto 7. §. quarto num. 18.* ſicuti vbi retinetur ſine periculo ſuffocationis, vt ſi aliquid apponitur inter infantem, & ſecum dormientem *Gambarupta de caſibus reſeru. caſu 23. f. mihi* 244. vbi an coactio ab illa excuſet. Qui, *Bonac.* vt aliàs
264 diximus, idẽ dicit de excõmunicatione lata contra clericos ſcoplum geſtantes, excuſatur enim ſi quis clericus paruo tempore, vel cãa itineris ſuſpecti, vel vt auẽ in arbore inſidentem occideret, dictum ſcoplum geſtaret.

Quintus caſus eſt de excommunicatione lata in quibuſdam Epiſcopatibus contra alloquẽtes cum monialibus, omnes enim Docto-
265 res conueniunt, excuſare paruitatem materiæ, & ſi diſcordent in illa aſſignanda; aliqui enim volunt, paruam materiam eſſe deſumẽdam ex verbis, quæ aliquis loquitur, vt v.g. Quando aliquis loquitur verba vrbana, ideſt ſi ſalutatus reſalutet, vel interrogatus de ſtatu, reſpondeat. ità *Graffius de quinque caſibus lib. 2. cap. 5. num. 3.* vbi ponit caſum de Reli-
266 gioſo, qui accedit cum ſocio habente licentiam ad colloquendum cũ moniali, ac etiam de eo, qui habet licentiam loquẽdi cum vna moniali, & ſuperuenit alia, quia inquit ipſe, ſi per incogitantiam, & per oblinionem loquitur cum alia, credens poſſe loqui, vel interrogatus reſpondeat, non incurreret in excommunicationem, ità ẽt habet *Floron. p. 1. cap. 1. nu. 19. Homobonus par. 2. de caſibus reſeruatis in 5. caſu exceptione ſecunda*, idem dicit *Bonacina de clauſura q. 3. p. 5. n. 1.* de Religioſo, qui obtempta licentia à ſuperiore adeundi monaſterium monialium, cauſa confeſſionis, vel concionis, pauca verba loquitur cum moniali.

Alij id metiuntur ex tempore, quo fit locutio cum monialibus, vnde aliqui ex ipſis dixerunt, hoc caſu eſſe paruam materiam, tẽpus, quo inſumi ſolet in recitatione *Pſalmi, Miſerere, &c.* alij extendunt, etiam vſque ad quartam partem horæ, vt eſt videre per *Dianam par. 3. tract. 2. reſolut. 48. & tract. 5.*
257 *reſ. 69.* Qui loco primo citato, videtur velle, non ſufficere decem verba, immò neq; tria, vel duo, etiam ſi ſint obſcena, hæc ſunt eius verba, *licèt aliqui aſſerant, ſufficere decem verba, imò tria, vel duo ſi ſint obſcena.* Ita enim loquendo, declarat ſe contrariæ eſſe opinionis, ſcilicèt non ſufficere tria, vel duo verba, ſi ſint obſcena ad incurrendam excommunicationem, quod valde fauet his, quæ ſupra dixi de legẽte duas lineas paruas libri hæretici, ẽt cum periculo, quia etiam verba turpia, & obſcena loqui, vel audire, vt docet *Sanch. lib. 9. de matri. diſp* 46. & dixi *ſup. p. 1. recoll. 9. n.* 345.
268 tãtum eſſe poteſt peccatum veniale, quando aliud non intenditur, niſi delectatio conſurgens ex ipſis verbis, verbi gratia, vanitas, vel artificiũ, aut etiã vanũ ſolatiũ, ſicuti eſſet peccatum mortale quando proferuntur, vel audiuntur cum delectatione notabili in parte ſenſitiua, uel ratione finis mortalis, Ac ẽt ratio eſſe poteſt, quia ad incurrendam excom-
269 municationem, non ſolum requiritur peccatum

catum

Digitized by Google

catum mortale in ratione loquendi uerba turpia, ſed etiam in ordine locutionis, & ſic ſemper requiritur, vt locutio duret notabili ſpatio temporis, ita intelligo *Dianam loco ſupra citato*, limitarem tamen, vbi excommunicatio expreſsè eſſet lata contra loquentes verba turpia, & obſcena cum moniali, vt eſt caſus reſeruatus Bononiæ, & agit *Homobonus de caſibus reſeruatis Bononiæ*.

Tertia difficultas eſt, de cenſuris latis pro materia, quæ de ſuo genere ſit peccatũ mortale, v. g. contra eos, qui furantur, vel furati ſunt, An ſcilicèt eadem quantitas, quæ requi-
270 ritur ad peccatum mortale furti, ſufficiat ad incurrendam excommunicationem, ſed de ea egi ſupra *par. 1. recoll. 10. nu. 97.* vbi etiam de furtis minutis à pluribus vni, vel pluribus ab vno, vel diuerſis, factis ad quem locum remitto lectorem.

An etiam propter idem peccatum pluries repetitum, cui eſt annexa excommunicatio, vel alia cenſura, ſiuè à iure, ſiuè ab homine incurrat qs vnã tãtũ excõmunicationẽ. v.g. vel ſuſpenſionem, quærit *Auila p. 2. c. 6. diſp. 2. dub. 3. poſt quartam cõcluſionem*. Et reſpondet, ſe iudicare probabilius, quòd incurrãtur plures excommunicationes in ſpeculatiua, licèt quò ad praxim hoc nil refert, nã ſiuè ſit vna, ſiuè ſint plures: ablata vna tolluntur omnes.

## *Ad incurrendam cenſuram an ſufficiat peccatum mortale internum.*

271 SVnt aliqua peccata, quæ ita perficiuntur internè, ſicut externè, verbi gratia; ità quis committit peccatum mortale hæreſis, & in foro conſcientiæ eſt hæreticus, qui internè, voluntariè dubitat de aliquo articulo fidei, vel illi penitus fidem non præbet, quàm qui externè oſtendit dubitare, vel non credere. Sunt alia autẽ peccata, quæ non ita perficiuntur internè, ſicut externè, verbi gratia, volens percutere, clericum, non dicitur percuſſor clerici, &c. quærimus igitur primo hic, quando peccata, quæ ita perficiũtur internè, ſicut externè prohibentur ſub pęna cenſuræ, quis internè dumtaxat illa committendo, incurrat cenſuram? de his enim eſt difficultas peculiaris, nam de alijs, quæ non ita perficiũtur externè, ſicut internè, certum eſt, ob peccata internè tantùm perfecta, non incurri cenſuram.

Circa hanc primam difficultatem videtur prima fronte aſſerendum, tales internè tantũ perficientes peccatum incurrere cenſuram, quia, vt quis incurrat in cenſuram, ſufficit quòd peccauerit mortaliter in ea materia, pro qua lata eſt cenſura, ſed peccatum mortale ita cõſumatur per actum internum, ſicut per externum, ergo. Antecedens patet ex ſupra à nobis dictis. Conſequentia non poteſt negari ex communi, & certa ſententia, quæ docet, committi peccatum mortale nõ ſolum opere, & verbo, ſed etiam cogitatione. Confirmatur ex *Concilio primo Toletano in confeſſione fidei*, ibi, *qui exiſtimat credendum eſſe Aſtrologia, anathema ſit, item in clementina prima §. verũ de hæreticis*, vbi excõmunicantur Inquiſitores, inquirentes, vel omittentes inquirere odio, vel amore in cauſa hæreſis, Sed exiſtimare eſſe credendum Aſtrologiæ, & odio, vel amore aliquid facientes, vel omittentes facere, pertinent ad actus internos, ergo pro iſtis actibus internis poteſt incurri cenſura, hanc opinionem videtur docere *gl. in cap. cogitationis, verbo patitur de penitentia diſtinct. prima, & in clementina prima §. verum de hæreticis, Medin. C. de pænit. in tractatu de oratione quæſt. 15. cum aliis, quos refert Sanch. lib. 2. ſummæ cap. 8. in principio*.

His tantum non obſtantibus, ſit.

272 Concluſio: ad incurrendam cenſuram, vt ſuprà, nunquam ſufficit peccatum internum, ſed requiritur peccatum externũ; eſt cõmunis, teſte *Sayro lib. 1. de cenſuris cap. 10. nu. 14. Suarez tomo 3. diſp. 4. ſect. 2. in princip. Conink, Filliuccius, Alterius loc. ci. Layman lib. 1. tract. 5. c. 5. n. 1. Hurtado, & alij*. Vocat eam veriſſimam *Sanchez loco ſupra citato num. 2. innumeros ſuo more pro hac ſententia referens authores*. Ratio conuincens eſt, quia vt ſupra dixi, poteſtas ferendi cenſuras pertinet ad forum externum, vnde non poſſunt ferri, niſi ab habẽte poteſtatẽ, etiã pro foro externo, & ideò Parochus non poteſt ferre cenſuram, quia non habet poteſtatem, quò ad forum externum, ergò, non poteſt quis illam incurrere, niſi etiam commiſerit peccatum externum. Et ſic reſpondetur rationi in contrariũ; nempè peccatum conſumari etiam per actũ
273 internum; diuerſum enim eſt iudicium de peccato, quàm de cenſura, quia peccatum pertinet ad forum internum confeſſionis tãquam prohibitum à lege diuina, quæ iudicat etiam de internis. Cenſura autem fertur ab Eccleſia, quæ iudicat de externis, ideo pertinet ad forum externum, & ſic explicantur dicta Summorum Pontificum in variis iuribus, nempè in *cap. tua nos de ſimonia*, ibi, *nobis tantum datum eſt de manifeſtis tantumodo iudicare*, & in *cap. ſicut tuis, eodem tit.* vbi habetur, quòd Eccleſia non iudicat de occultis, ſic etiam reſpondetur ad aliam obiectionem, de reſeruatione peccatorum internorum, ſecun
274 dum probabilem aliquorum opinionem, nam præterquam, quòd reſeruatio, non eſt pęna poſitiua, ſed negatiua, vt per *Sanchez d. cap. 8, nu. 4.* Ipſa etiam ſpectat ad forum internum, ſicut peccatum, cui eſt annexa, quod peccatum, vt abſoluatur, debet manifeſtari.

Ad *Concilium Toletanum, & clementinam*

pri-

Digitized by Google

*primam* §. *verum*, Reſpondetur, debere interpretari, non de actu ſimpliciter, & merè interno exiſtimationis, aut commiſſionis, vel ommiſſionis ex odio, vel amore, ſed de ipſis actibus quatenus exeunt ad actus ſenſibiles, ſcilicèt verba, vel alia ſigna, & ſic, qui tantum
275 mente, abſque alio actu externo non oſtendit credere Aſtrologiæ, non incurrit dictam excommunicationem, ſic etiam de Inquiſitoribus, vt ſupra, incurrunt quando odio, vel amore omittunt inquirere, vel inquirunt, committendo peccatum externum iniuſtitiæ, quia in dictis iuribus non fertur cenſura directè in actus internos ſecundum ſe, ſed indirectè, vt influunt in actus exrernos, *Auila par.* 1. *dub.* 10. *Suarez diſp.* 4. *de cenſuris ſectione* 6. *nu.* 2. *& ſeq.*

Ex hac doctrina, ſequitur deciſio plurimorum caſuum.

276 Primus caſus eſt, de excommunicatione cõtra hæreticos, vt ſcilicèt illa non liget eum, qui tantum internè eſt hæreticus, & nullo ſigno externo, illã manifeſtat, vnde talem põt quilibet confeſſarius abſoluere, *Toletus lib.* 4. *cap.* 4. *num* 4. *Layman lib.* 2. *tract.* 1. *c.* 14. *nu.* 1. *verſ. ſecundò requiritur, Ricciullus pœnè innumeros citans lib* 5. *de iure perſonarum c.* 10. *nu.* 9. *& ſeq.* qui videtur id aſſerere tanquam principium in hac re certnm, & ſi aliqui Canoniſtæ, & Theologi antiqui, contrarium docuerint. Quæro pro praxi, quæ ſint iſta ſigna externa, ob quæ iudicandus eſt hæreticus externus, & quòd inciderit in excommunicationem contra hæreticos latam.

Dixi, *qui tantum internè*, quia certum eſt apud omnes, quòd qui talis non eſt internè, ideſt non habet errorẽ in intellectu, neque in illo eſt pertinax, ob ſola ſigna, vel verba denotantia hæreſim, non incurrat dictam excõ-
277 municationem, quæ requirit iſta duo ſimul concurrere, & manifeſtatio debet procedere ab interna hæreſi, *Layman loco ſupra cit. cum alijs citandis infra nu.* 303.

Vnde infertur, ex *Sanchez, & aliis, quos ſequitur Bonacina de cẽſuris in particulari diſp.* 1. *q.* 2. *puncto* 2. *nu.* 7. quòd ſcribens, vel tranſcribens, aut diſputando proferens hæreſim, vel blaſphemias hæreticales, abſque præuio errore intellectus, non incurrit hanc excommunicationem.

Quam doctrinam extendit primo, etiam ſi proferret, vt ſupra hæreſim, quam aliàs anteà ipſe tenebat, quia quod fuit, & non eſt, pro nihilo habetur, ſecũdo extendit contra *Caieta-*
278 *num*, etiam ſi quis metu mortis hęreſim fateretur, ſiuè verbis, ſiuè ſignis, nempè turificando Idola, illis genuflectendo, & ſimilia faciendo, quæ profitentur alienam ſectam. *Nauarrus cap.* 11. *nu.* 26. *& cap.* 27. *nu.* 56. *Suarez diſput.* 4. *ſect.* 3. *nu.* 15. hoc enim cáſu, licèt peccet contra confeſſionem fidei, tamen fidem interius retinet in forọ conſcientiæ; concordat *Layman ſupra*, qui addit aliam ampliationem, nempè quando quis dicat dumtaxat exterius, habere propoſitum amplectẽdi talem hæreſim.

279 His ſuppoſitis pro reſolutione caſus propoſiti, dico, quòd ad incurrendam dictam excommunicationem contra hæreticos, neceſſaria ſint ſigna, vel verba aduertenter, & deliberatè ad hunc finem facta, vel dicta, quæ ſufficienter ex ſe, vel ex adiunctis alijs circũſtantijs, apta ſint indicare hereſim nunc exiſtentem in tali homine, ità vt ſi aliquis eſſet præſens, poſſit iudicare, talem eſſe hæreticum.

Dicitur primo *aduertenter, & deliberatè ad hunc finem*, quia ſi non aduertenter, nec deliberatè, nec ad hunc finem manifeſtandi hereſim, dicta ſigna, vel verbum emanaret, talis nõ incideret in dictã excommunicationem, ita præter *Granadum apud Dianam par.* 4. *tractatu* 4. *miſcellanio reſolut.* 24. *Layman ſup. n.* 3.
280 qui benè ſubdit, requiri aduertentiam requiſitam ad peccatum mortale. Cõfirmatur ex eo, quod vt probabilius docet contra alios, *Sanchez ſupra, & Bonac. d. num.* 7. *ad medium*, non ſufficere, ſi dicta ſigna, vel verba emanẽt in ſomnis, vel in ebrietate, vt ſubijciatur quis huic excõmunicationi, ſecundum probabilẽ opinionem, de qua infra num. 307. quidquid ſit de alijs; *Layman ſupra num.* 2. *in principio.* Dicitur ſecundo, *quæ ſufficienter ex ſe*, vt excludam verba indifferentia, verbi gratia, ita eſt, annuere capite, vel ſi habet quis in mente, quod *Chriſtus non fuerit homo*, dicat, vel ſcribat tantum hęc verba, *verè non eſt homo*, vel id mente affirmando, annuat capite, vel percutiat fæmur, non incidit in dictam excommunicationem, idem dicit *Layman ſupra, poſt Sanchez* ſi quis hæreſim mente retentã ſcribat characteribus, qui à nemine præter ipſum intelligi poſſunt, idem etiam dicas ſi iocosè fuerunt dicta verba prolata, tunc enim licèt ſint prolata aduertenter, tamẽ non poſſunt dici prolata ad hunc finem vt in ſpecie per *Granadum loco ſupra citato.*

Dicitur tertio, *vel ex adiunctis circumſtan-*
281 *tiis*, quia licèt caput non aperire in eleuatione Euchariſtiæ, templum nũquam introire, comedere carnem diebus vetitis, ex ſe non ſint ſigna ſufficientia: cùm poſſint fieri ex alia cauſa, tamen ſi ex circumſtantiis adiunctis, verbi gr. ſi talis non aperiat caput in eleuatione Euchariſtiæ inter Caluiniſtas, qui negat, ibi adeſſe Corpus Chriſti, vel carnes diebus vetitis comedat inter Luteranos, qui credunt, Eccleſiam non poſſe prohibere dictum eſum, vel alio modo ea faceret, etiam inter Catholicos, vt facilè poſſit ab aſtantibus deprehendi eius hæreſis interna, incideret in excommunicationem, *Azorius par.* 1. *lib.* 8.

*cap.*

Digitized by Google

*cap*.9.qui ita intelligẽdus eſt, vt ait poſt alios
*Layman ſupra ſub num* 4.qui ſubdit,limitatio
282 nem *Sanchez*, vt ſcilicèt parua materia
carnis in diebus prohibitis, etiam animo he-
retico excuſet à manifeſtatione hereſis mor-
tali, ſicut excuſat à mortali fractionis ieiu-
nij, non eſſe vniuerſim, & in omni caſu
verum. *ſiquidem*, vt ipſe ait, *nihil prohi-
bet; tales circumſtantias concurrere, vt etiam
exigua carnis comeſtio ſufficiens ſit proteſtatio
hæreſis, putà ſi hac expreſſa intentione, inter
alios cibos carnis ferculum proponatur, vt
qui Lutherani ſunt, à Catholicis diſcernantur,
quia hoc caſu, ſi occultus hereticus ſine con-
traria proteſtatione, vel modicum ex eo come-
dat, peccat quidem venialiter contra eccleſiaſti-
cam legem, intemperantiæ motiuo latam, at ve-
rò mortaliter delinquit, quatenus hereſim ſuã
ſufficienter manifeſtat, & profitetur*, opinio au-
tem Sanchez eſt probabilis, & illam docent
*Bonacina, & Duardus ſuprà*, ſufficit enim ſi
non oſtendat voluntatem edendi notabilem
quantitatem.

Dicitur quarto, *hæreſim nunc exiſtentem in
tali homine*, vt excludatur caſus, quo quis illã
confiteretur, illius pænitendo, vel manifeſta-
283 ret amico cauſa diſcedendi ab illa, vel alteri
manifeſtaret cõſilij, vel inſtructionis capiẽda
cauſa, vt per *ſupracitatos authores* præcipuè
*Granadum apud Dianam loco suprac.* qui idem
dicit de eo, qui illam ſcriberet inter alia eius
peccata.

Dicitur quinto, *apta ſint, &c.* quia ad hoc
ſufficit, vt ſi aliquis eſſet præſens, poſſit dictã
284 hæreſim percipere, & ſi aliquis verè non ſit
præſens. Vnde non eſt neceſſe, vt quis audiat
dicta verba, vel videat dicta ſigna, & ſic quòd
poſſit probari dicta hæreſis in iudicio, ſed vt
dicit *Suarez*, & probãt omnes DD. ſufficit ſi
dicta hæreſis ſit occulta per accidens *Ricciul-
lus lib.5.de iure perſonarum cap.* 10. *in princi-
pio*, vbi quòd hæc doctrina non habeat con-
tradictorem. Vnde qui ſcriberet hæreſim,
quam in mente retinet, & ſi poſtea illam la-
ceraret, excommunicationem incurreret,
Quando dixi, *audiat*, intellige vt dixi *vt ſup.
nu*.279. *ad finem*. de characteribus; ſi dicta ver-
ba ex ſe ſint ſufficientia ad manifeſtandam
dictam hæreſim ſecundum ſe, & ex circum-
ſtantijs, vt per DD. ſupracitatos.

Secundus caſus eſt, de ſimonia, ſimoniacus
enim in ordine, vel beneficio incurrit excom
285 municationem reſeruatam, imò qui co-
miſit ſimoniam in ordine, incurrit etiam ſu-
ſpentionem, vt ſupponimus *ex materia de ſi-
monia*. Eſt certum, hanc pęnam non incurri,
286 niſi ipſa ſimonia ſit cõpleta, nempè quãdo
inter uenit conuentio, ſiuè expreſſa, ſiue taci-
ta, vt dixi *in meo tractatu de officio capellani
q.4.praxi* 5.*num*.314. poſt *Bonacinam diſp.* 2.
*de cenſuris in particulari q*.3. *puncto* 24. *nu*.7.
accedit *Sanchez lib.4. opuſcul. mor. cap.3. dub.
106. nu*.4. Modò ſi aliquis daret rem ſpiritua-
287 lem, & alius daret rem temporalem ani-
mo ſimoniaco, nullo ſigno externo tacito,
vel expreſſo, licèt eſſet ſimoniacus mentalis,
tamen nõ incurreret excommunicationem,
& ſuſpenſionem contrà ſimoniacum latam,
neq; teneretur reſignare beneficium aut re-
ſtituere acceptum, vt in terminis docet poſt
alios *Duardus lib.2. in bullam cœnæ cap.1.q.*14
*nu*.5. *&* 14. *Sanch. ſup. dub*. 105. *nu*.4. Ratio eſt
manifeſta, quia actus ille dandi rem tempo-
ralem, &c. eſt actus indifferens, vt latè dice-
mus infrà cum *de ſimonia*.

288 Tertius caſus eſt de eo, qui ratam habet
percuſſionem clerici, vel aliquod aliud cri-
men committeret, contrà quod expreſsè eſt
lata cẽſura ergà eos, qui ratum habent illud,
quia neque incurritur ob ſolam ratihabitio-
nem internam, ſed eſt neceſſarium aliquod
ſignum externum approbatiuum illius actio
nis factæ nomine ſuo, vt benè *Sayr. lib*.1.*de
cenſuris capite* 10. *num*.17. *Clarius* Duardus
*can*.11. *Bullæ cœnæ nu*.3. *& Bonac. ibidem diſp.*
1.*q*.12. *puncto* 1. vbi explicat, quæ differentia
289 ſit inter mandare, & ratum habere, qui om-
nes docent, quòd ad incurrendam hoc caſu
cenſuram, neceſſe ſit, illum actum nomine
ſuo factum, approbare aliquo actu externo,
verbi gratia, verbis, nutu vel aliquo alio ſi-
gno equipollenti: ac etiam ſubdunt, non re-
quiri, quòd hoc ſignum æquiualens, ſit appro
batio explicita, ſed ſufficit ſi ſit implicita, vt
ſi illum receptauit, vel laudauit, aut illi bene-
fecerit, vt per *Duard. ſupra*, fauet *Naldus ver-
bo ratihabitio num*.5. vbi dicit, quòd ad incur-
rendam hanc cenſuram, ſufficiat, ſi poſt deli-
ctum, abſque alijs verbis, quis elargiatur ali-
quid delinquenti. Dixi primo, *expreſsè*, quia
nunquam ob ratihabitionem incurritur cen-
290 ſura, niſi exprimatur in ſpecie, *Suarez de cẽ-
ſuris diſp.44.ſect.3.num*.25. ratio eſt, nam ratũ
habens non eſt cauſa delicti, ex quo præſup-
ponitur iam delictum fuiſſe cõmiſſum, quan
do quis illud ratum habet, qua ratione ta-
lis, & ſi incurrat excõmunicationẽ quomo-
docũq; ratã habeat percuſsionẽ, tñ ſi ita occi
ſionẽ, vel mutilationẽ ratã habet, nõ incurre
ret in irregularitatẽ. *Suar. loc. ſup. proximè al-
leg. Sayrus lib.7. de cenſur. c.4.n*.17. item quòd
291 neque teneatur ad reſtitutionem docent
*Leſſius lib.2. cap.13. num.13. Vaſquez opuſculo
de reſtitutione cap.9. §.1. nu.19. & Molina de
iuſt. t.3. tract.2. diſp.729. nu*.3. Qui *num*.6. agit
de eo, qui ſcit nomine ſuo damnum daturũ,
& non impedit, de qua re clarius diſtinguen-
do, loquitur *Rebell. p.1. lib.2. q.14. ſect.3. n*.13.

292 Dixi ſecundo, *ſuo nomine factam*, quia ſi
quis tantum gauderet de percuſſione, vel
alia actione, pro qua impoſita eſt cenſura, ẽt
contra illam ratam habentes, ignorans tamẽ

fuiſſe illam ſuo nomine factã, licèt peccaret grauiter, tamen non incurreret cenſuram, requiritur enim non ſolùm approbatio, ſcilicèt, vt approbet factum materiale, ſed etiam formale, vt ita dixerim, ſeu qualitatem *Bonacina loc. ſup. cit. nu.* 23.

243 Eſt ſecunda difficultas vtrum poſſit ferri cenſura pro actibus merè internis, qui non exeant in actum ſenſibilem, nempè contra hæreſim mentalem, ſimoniam mentalem, homicidium internum, delectationem moroſam, odium Dei, iudicium temerarium, &c. Quæ alio vocabulo dicuntur actus interni per ſe, & abſolutè. tres opiniones refert *Raſtellius de cenſuris quaſt.* 4. *artic.* 1. *& Conink tom.* 1. *q.* 83. *nu.* 289 ſit tamen.

Secunda concluſio: pro actibus merè internis, vt ſupra, non poteſt ferri cenſura: Hæc concluſio dicitur verior à ſupra citatis Authoribus, & ſi *ConinK*, fateatur, duas alias opiniones eſſe etiam probabiles, teſtantur hanc eſſe communem opinionem, *Suarez, diſpu.* 4. *ſect.* 2. *in principio. Hurtado de cenſuris in communi, difficultate* 11. ratione, de qua ſupra, ꝗ
294 ſcilicèt, & ſi Eccleſia iudicet de internis in foro confeſſionis ſacramentalis, & data ſint præcepta in decalogo de peccatis internis, *non concupiſces vxorem, vel rem alterius*, item probabiliter aliqui DD. aſſerant, poſſe reſeruari peccata interna, non tamen, inde infertur, ergo etiam poteſt Eccleſia pro dictis peccatis internis ferre cenſuram, quia vt dixi cẽſura eſt pœna, quæ pertinet ad forum externum, vbi non ſufficit conſcientia delinquentis, ſicut in ſacramento confeſſionis, quam etiam conſcientiam reſpiciunt præcepta decalogi, quæ conſtituunt culpam, & non pœnam, & etiam reſeruatio, quæ eſt retentio
295 facultatis abſoluendi in foro pęnitentiæ, ſed requiritur, vt delictum ſit tale, quod probari poſſit ſua natura, & ſi actu nequeat probari, vt per *Sayrum ſupra nu.* 15. & alios communiter, quos citaui *ſupra nu.* 284. qui ita explicant cõmune proloquium illud, Eccleſia non iudicat de occultis, nẽpè debere intelligi de merè occultis occultis nõ aũt per accidẽs, cũ.n. pæna iſta nõ ſit ferenda per iudicẽ, ſed lata iã ſit à iure, & ipſo facto incurrẽda: probatio non eſt neceſſaria, ſed ſufficit ſi delicta, ob quæ imponitur cenſura, poſſint probari *Sãch. lib.* 2. *ſumma cap.* 8. *nu.* 6. *Ricciullus citatus ſup. num.* 184. *Farinaccius de hereſi quaſt.* 192. §. 1. *num.* 6.

Tertia difficultas eſt de ipſis actibus inter-
296 nis, non abſolutè, ſed vt informant, ſiuè ordinantur ad actus externos; nam licèt omnes ferè DD. conueniant, poſſe pro illis ferri cenſuram, quando illos informant adequatè, vt loquitur *Raſtellius loco ſupra citato*, ſeu vt alij dicunt, aliquo modo coniunguntur cum actibus externis, & de facto reperitur impoſita, vt ſupra diximus, contra eos, qui credunt, & proferunt hæreſim, item contra exiſtimantes eſſe credendum Aſtrologiæ, & contra inquiſitores, qui ex odio, &c. procedunt, tamen diſcordant, quando dicti actus interni informent inadequatè, vel per illationem, actus externos, vt loquitur *Raſtellius loco ſupra citato*, vel accidentariè, vt ait *Suarez dicta ſectione ſecunda*. Exemplum eſt, ſi feratur excommunicatio contra frangentes ieiunium ex hæreſi, audientes miſſas animo irridendi, confitentes abſque dolore, &c. an poſſit ſuſtineri? Circa quam difficultatem, tres opiniones refert *Raſtellius de cenſuris q.* 4. *art.* 2. Prima opinio eſt *Nau. cap.* 23. *num.* 103. negantis, Secunda *Medina*, affirmantis. Tertia eſt, *Suarez diſp.* 4. *ſect.* 2. diſtinguentis, aut actus externus, eſt bo-
297 nus, & internus, vt ſupra malus, vt audire miſſam animo irridendi, & ſic non poteſt ferri cenſura pro actu interno, aut actus externus eſt malus, ſicut internus, vt frangere ieiunium propter hæreſim, non confiteri cum dolore, audire miſſam, vel recitare horas ſine attentione, & ſic poteſt ferri pro eis cenſura, aut actus externus, eſt indifferens, & internus malus, vt dare aliquid animo ſimoniaco, & ſic non poteſt ferri cenſura, quia actus indifferens eſt bonus, *l. meritò ff. pro ſocio.* Hanc opinionem *Suarez* ſequitur *Raſtellius ſuprac. & aliis citatis, probat Bonac. ſupra q.* 1. *par.* 3. *n.* 4. *in fin.* Nota tamen, quòd *ConinK* ſi benè legatur *diſputatione* 13. *nu.* 71. *&* 72. non in totum ſequitur *Suarez*, licèt eum pro ſe alleget *Bonac.* nam *Suar.* quem ſequitur *Bonacina*
298 docet, poſſe ferri cenſuram, contra eum qui recitat horas canonicas, vel qui audit ſacrum ſine attentione merè interna, quia ex quo bonitas actus externi, prouenit ab actu interno, ideo deficiente attentione, actus externus eſt etiam malus, ita *Suarez dicta diſp.* 4. *ſect.* 2. *num.* 27. *& ſect.* 7. *in fine.* quem allegatis alijs, videtur ſequi *Ricciullus citato lib.* 5. *c. c.* 10; *num.* 4. At ex docrina *ConinK citato n.* 71 & magis clarè *tomo* 1. *q.* 83. *n.* 296. non poteſt ferri cenſura dicto modo, vnde conſequenter, contra eoſdem docet, non incurri cenſuram latam contra non recitantes horas cano-
299 nicas, vel non audientes miſſam, qui audiunt, vel recitant ſine attentione merè interna, quando ij exterius, ita decenter recitant horas, vel audiunt miſſam, vt nullo ſigno externo poſſit coniecturari diuagatio, ac diſtractio mentis, & ſic, quæ non eſt apta probari, ita etiam *Vaſquez* quem probat *Hurtado, loco ſupra citato num.* 13. Fauet *Petrus Ochagauia de ſacram. tract.* 2. *de Eucharistia q.* 15. *nu.* 7. ibi, *indè qui cum reuerentia extrinſeca ſine intrinſeca tamen, communicaret in Pa-*
300 *ſchate, non violaret præceptum eccleſiaſticum, ſed diuinum, vnde non incurreret pęnas, vel cenſuras eccleſiaſticas, quæ contra tranſgreſſores* hu-

Digitized by Google

*huius legis imponerentur, quam in rigore ſeruaret legem, & præceptum*.

Ad fundamentum *Suarez*, quòd talis recitatio horarum, vel auditio miſſæ abſque attentione, vt ſupra, non ſit recitatio, vel auditio miſſæ, cùm iſta non poſſint ſubſiſtere ſine illa. Reſpondet *Conink loco citato num.* 296. negando aſſumptum, quia ſecundum com-
301 munem opinionem, ſatisfit præcepto per actum, qui non ſit vera virtus, imò quòd ſit peccatum, vt ieiunare ob vanã gloriam, &c. communicare in Paſchate cum conſcientia peccati mortalis indignè, de qua re poſt alios *Diana par.* 3. *tract.*4.*reſol.*43. *& in addit. poſt tertiam, par. reſol.* 14.

Ad probationem, quòd non poſsit ſubſiſtere dicta oratio ſine attentione, ex qua col-
302 ligit *Suarez*, differẽtiam inter iſtum caſum, & alium de communione indigna facta in Paſchate, in quo caſu concedit, non poſſe ferri cenſuram, quia actus communionis externus poteſt ſubſiſtere abſque actu interno ſacrilegij. Reſpondetur ex eodem *Conink ibid.* id etiam negando, quia dicta recitatio, & auditio abſque attentione prædicta, eſt verus
303 actus religionis, ſicut adoratio Idoli externa abſq; intentione hæreticali, eſt verus actus idolatriæ, & hæreſis, poteſtque puniri ab Inquiſitione, & tamen, talem actum faciens, non incurrit excommunicationem latã contra hæreticos, vt dixi *ſuprà nu.* 277. & fatetur ipſemet *Suarez*, quem ſequitur etiam *Bonac. d. quaſt.*1.*puncto* 3.*nu.* 15. & latius docet *Fagundez lib.*8. *in ſecundum præceptum Eccleſiæ cap.* 8. *n.*39.

304 Sequitur ex ſupra dictis. Primò, quòd ſuo malo exemplo inducens ad faciendum id, quod cenſura eſt prohibitum, non incurrit cenſuram, etiam ſi hoc quis intenderet ſuo malo exemplo, vel quoque ſit is, qui ex officio teneatur impedire tale malum, nam iſta mala intentio etiã in corde latet, quæ non ſufficit *Sanch. lib.*1.*ſumma, cap.*6. *num.*5. *& alij communiter*.

Secundo ſequitur, eum, qui facit actum, per quem credit incurrere excommunicationem non eſſe excommunicatum, quia pecca-
305 tum internum conſcientiæ erroneę, non ſufficit ad incurrendam cenſuram, vt poſt alios *Bonacina de cenſuris diſputatione prima quaſt.*2.*puncto* 1. *nu.*22. & ante eum *Reginal. lib.*9.*ſuæ praxis num.* 171. *Auila par.*2. *cap.*5. *diſp.*3.*dub.*14.

Tertio ſequitur, quid dicẽdum in eo caſu, quo quis, quando committit actum exrernũ, non eſt mentis compos, v.g. quando percutit
306 clericum, dormit, vel eſt ebrius, an incurrat excommunicationem? Reſpondet *Suar.* quẽ ſequitur *Megalius part.*3 *lib.*1.*c.*3.*nu.*79. affirmatiuè, quia illa percuſſio licèt non ſit peccatum actu, eſt tamen peccatum habitu, & in cauſa, quando talis ante ſomnum, vel ebrietatem potuit præcauere, ac tenebatur præcauere ipſum peccatum, & non fecit, quod ſufficit ad contrahendam cenſuram, & ſequutus fui ſupra *prima par. recollect.*7.*num.*79. *& ſeq.* Quibus illic allegatis addo *Auilam de cenſuris par.*1. *dub.*11. *concluſ.*2. *Dianam part.* 3. *tract.*6.*miſcell.reſol.*32. *& p.*4.*trac.*4. *reſol.* 24. qui refert Auctores docentes cõtrariam ſen-
307 tentiam, nempè hæreticum mentalem, qui in ſomnis, vel ebrietate manifeſtat ſuam hereſim, non incurrere excommunicationem latam contra hæreticos, cui opinioni accedit Bonac. *de cenſuris in particulari, quaſt.*2. *puncto* 2.*nu.*7. qui teſtatur de probabili.

### *An peccatum quodlibet mortale externum ſufficiat ad incurrendam cenſuram.*

PRima concluſio, Ad incurrendam cenſuram, non ſolum requiritur peccatum, quòd ſit mortale, & externum; ſed etiam requiritur, quòd in ſuo genere ſit conſumma-
308 tum, & cõpletum. Probatur ex regula illa, verba debent intelligi cum effectu, *l.*3. §.*hæc verba ff. de negot. geſt.* Eſtque concluſio communis in hoc ſenſu, quòd lata cenſura contra aliquid facientes, illã non incurrãt, attentantes ſolũ illud facere, v.g. attẽtantes clericum percutere, ſi cum effectu non percutiãt illum, & ſimil. de quibus per *Auilam par.*2. *cap.*5.*diſp.*3.*dub.*5.*Suar.diſp.*4.*ſect.*3. *ConinK diſp.*13.*nu.*75. in hoc DD. conuenire, teſtatur *Hurtado de cenſuris in communi nu.*57. Vt autem magis clara redatur iſta concluſio. Sciendum.

309 Nullum eſſe dubium, quòd etiam poſsit ferri cenſura pro attentatis tantum, & peccatis externis non completis, vt benè *Raſtellius ſupra quaſt.*4.*art.*3.*in principio*, imò de facto, aliquas cenſuras eſſe latas à iure contra attentantes, oſtendũt *Couarr. in cap. Alma* 1. *par.* §. 10.*nu.*8.*Vgolinus tab.*1.*cap* 9. *n. vltimo. Auila p.*2.*c.*5.*diſp.*3.*dub.*6. *Conink ſupradicta diſp.*13 *n.*76. notat poſt alios *Bonac. diſ. p. q.*1. *de cenſuris p.*3.*nu.* 12. *& ſequentibus*, teſtatur de communi *Suar.d.diſp.*4.*ſect.*3.*nu.*4. Exemplum habetis in *c.*1. *de homicidijs in* 6. vbi mandans aliquem occidi per Aſſaſſinos, excommunicatur, etiam ſi non ſit ſequutus effectus, & in *clementina prima de pœnis*, vbi excommunicantur mendicantes auocantes in concionibus populum à ſolutione decimarum, etiam ſi non ſit ſequutus effectus.

Dixi, *quòd ſit in ſuo genere conſumatum*, quia diuerſo modo, iuxtà diuerſum modum pro-
310 hibitionis, poteſt eſſe culpa externa, pro qua cenſura fuit impoſita, non conſumata, & completa; nã vt inquit *Suar. ſup.* Verba legis, vel ſententiæ continentis cenſuram, ſunt accipienda propriſſimè ideoq; aliquando cen-

F 2 ſura

ſura prohibet effectum, tunc non contrahitur, niſi effectus ſequatur. Sic qui proiecit lapidem, vel ſignauit percuſſionem contra clericum, nō incurrit excommunicationem *canonis ſi quis ſuadente*, quia non fuit ſubſequutus effectus percuſsionis. Ità etiam conueniens de temporali pro ſpirituali,
311 non incurrit cenſuras contra ſimoniacos, ſi effectus traditionis pecuniæ nō ſit ſequutus. Ità *Suar. tom. 5. diſp. 4. ſect. 2. n. 4. & 5.* vbi impugnat quandā limitationem *Vgolini* contra hanc regulam, nempè quando actus conſiſtit in actione cōtinua, vt ædificare in alieno ſo-
312 lo, non reſtituere, vel retinere concubinam, quòd tunc ſcilicèt ſufficiat ad incurrendam cenſuram, actus inchoatus. Docet enim *Suar.* id hoc caſu eſſe, quia tunc actus inchoatus eſt perfectus, quantum lex requirit.
313 Idem dicendum de ſuffragante indigno, qui non incurrit pœnā iuris, niſi ex votis electio ſequatur. *cap. perpetua ſanctionis de elect. in ſexto, Raſtellius, Filliuccius, ConinK, & alii ſupracitati.*

Item de mittente literas ad aliquos, quādo eſt prohibitum ſub cenſura, non incurritur, ſi
314 literæ non peruenerunt ad eum, cui prohibetur. *ConinK loco ſupracit. A auila ſupra cit. dub. 5. ad finem, Hurtado de cenſuris in communi ſub nu. 58. Floronus de caſibus reſeruatis Fauentia 1. par. cap. 1. nu. 34.* vbi de caſu reſeruato ſcribentium litteras monialibus, de quare etiam *Graſſius in expoſitione caſus ſimilis.*
315 Item de excommunicatione lata contra procurantes abhortū à Greg. 14. quæ nō comprehendit eum, qui præbuit poculum, vel tentauit abhortum, niſi ipſe realiter ſequatur habetur in dicta conſtitutione relata per *Quarantam, & Patrem Naldum verbo* Abbortus, & nos latè infrà cùm de *officio, & poteſtate confeſſarii, circa dictum crimen,* dicemus.
316 Item ſi lata eſſet excommunicatio contra committentes homicidium, non incurrer, & lethaliter vulnerans, etiam ſi aliter vulneratus ex miraculo non moriatur DD. ſupracitati, & præcipuè *Hurtado loco citato nu. 57. ad finem, & Filliuccius tract. 11. ſub nu. 174.* qui teſtatur de communi.
317 Item ſi lata ſit excommunicatio, non ſolum contra facientes, ſed etiam contra mandantes, & conſulētes, intelligitur enim ſequuto effectu, quia iſte actiones mandati, & conſilij regulariter acceſſoriè, & non principaliter prohibentur ſub cenſura, *Toletus libr. 1. c. 9. ad finem*, qui teſtatur de communi ſententia, loquendo de excommunicatione canonis *ſi quis ſuadente*, vbi excommunicantur dicti mādantes, & conſulentes, &c. in odium dictæ percuſsionis; ſecus autem eſt quando cenſura principaliter fertur ob conſilium, vel mandatum, ſeu in odium ipſius, vt eſt excommunicatio in Bulla cœnæ contra auxiliū conſilium, fauorem, &c. Saracenis in damnum, &c. Chriſtianorum, vt per *Alterium lib. 5. diſp. 8. cap. 10. verſ. ſed modo*, & poſtea reperi hanc diſtinctionem adnotatam ab *Hurtado de cenſuris in communi num.* 59. vbi affert alia exempla, latè *Molina t. 4. diſp. 92. nu. 9. Auila ſup. nu. 6. Fernandez p. 2. ſui exam. c. 9. § 7.*
318 Reſtringit hanc doctrinam *Suarez d. ſect. 3. nu.* 8. quando effectus ſequeretur per accidens, & per modū, quem nō intēdit cenſura, quia ver. gr. actio externa non eſſet, ſufficiens ad producēdum dictum effectum, hoc enim caſu, inquit ipſe, non incurreretur cenſura. Exemplificat in ſimoniaco mentali, qui aliquid dedit, vel recipit pro re ſpirituali; nulla tamen conuētione externa, & de eo, qui vulnerauit aliquem lethaliter, tamen ex negligentia medici, vel incuria ipſius vulnerati, ſecuta eſt probabiliter mors; primo enim caſu non incurritur cenſura contra ſimoniacos, neque ſecundo incurritur cenſura contra committentes homicidium lata, de quibus per *Filliuccium tract. 11. num. 173.*

Nec obſtat, quod ſecundo caſu, qui taliter vulnerauit incurreret in irregularitatē, quia reſpōdetur, eſſe differentiā inter irregularita-
319 tē, & cenſurā, vt enim irregularitas contrahatur ſufficit, vt detur cauſa homicidio ſubſecuto; cēſura autem imponitur contra committentes homicidium, de qua re *Bonac. d. p. 3. num. 16.* & poſt alios *Diana tomo 4. tract. 2. de irregularitate reſolut.* 10. qui refert plures Doctores docentes contrariam ſententiam, nempè non ſolum in caſu, quo vulnus fuit leue, ſed etiam ſi fuit graue, ſi tamen non fuit cauſa mortis, non incurri irregularitatem, vt infrà latiùs dicam cùm *de irregularitate.*
320 Dixi *ſequuta probabiliter*, quia ſi eſſet dubium an ex vulnere, vel ex incuria, & negligentia medici, mors ſit ſecuta; talis præſumi debet excommunicatus; & petere debet abſolutionem ad cautelam, quando autem præſumatur mors ex vulnere, vel non, infrà cum *de irregularitate ex homicidio*, vide pro nunc *Baiardum ad Clarum §. homicidium num. 154. & ſeq.*
321 Idem tandem dicendum eſt de proiciente ſaxum, vt percuteret Titium clericum, ſi caſu inculpabili percuſſit Caium etiam clericū, quia iſta percuſſio ſic nō eſt mortalis: ita poſt *Suar. & Sayrū, Bonacina diſp. 1. de cenſuris q. 2. p. 1. nu. 2.* Dixi *caſu &c.* quia contrarium dicendum, vbi Caius putabatur Titius, vt per *Bonacinam ſupra*, quibus ab eo allegatis, addo *Layman lib. 1. tract. 5. p. 2. c. 5. n. 8.* de qua re latius vide etiam infra *nu.* 364.
322 Quæres an requiratur effectus, vt ſupra completus ex quocumque conſenſu ſufficiente ad peccatum mortale? Reſpondetur diſtinguendo, aut prohibetur delictum abſolutè,

Digitized by Google

ſolutè, & tunc cenſura incurritur per conſenſum voluntarium, qui ſatis ſit ad peccatum mortale,& ad contumaciam contra cenſurã. aut verò delictum prohibetur, ita vt lex requirat directum, & perfectum voluntarium, v.g. quando prohibetur per hæc verba aut ſimilia, *qui ſcienter, temerè*, aut *temerario auſu*, vel *ex certa ſcientia*, aliquid fecerit; vel qui *præſumpſerit, vel auſus fuerit*, aliquid facere; & tunc non eſt ſatis voluntarium ſufficiens ad peccatum mortale, ſed requiritur directũ voluntarium, & ex certa ſcientia cenſuræ, vnde quamuis hoc caſu interueniat negligentia, vel ignorantia mortalis, non incurritur cenſura, lex enim non operatur, vltrà id, quod verbis exprimit *Suarez ſupra diſpu.* 4. *ſect.*4. *nu.*9. *Raſtellius, & Bonacina locis ſuprac.* & infrà nos latius ſuo loco, cùm de hac ignorantia culpabili.

Secunda concluſio. Ad hoc, vt aliquod peccatum mortale externum, ſit ſufficiens materia cenſuræ, eſt neceſſarium, vt actus
323 ille exterior conſumatus, ſit mortalis, non per ſolam relationem ad actum internum; ſed etiam ſecundum operis externi quantitatem, quia cum excommunicatio, & cæteræ aliæ pœnæ graues, non imponantur tantum ob peccatum mortale, ſed etiã ob tale, quod poſſit eccleſiæ conſtare, oportet, vt hoc peccatum mortale ſit tale, etiam prout manifeſtatur per actum externum, qui ſolus, Eccleſiæ iuriſdictioni in foro externo ſubeſt: ità *Rodriquez tomo primo ſumma capite* 80. *nu.* 8. *Henriquez lib.*13. *de excommunicatione cap.*17 *num.*2. *Suar. de cenſuris diſp.*22. *ſect.*1. *nu.*23. *Sanch. lib.*2. *decalogi capite* 8. *nu.*7. *Reginaldus lib.*1. *praxis fori pœnitentialis cap.*17. *nu.* 211. *Coninck de cenſuris diſp.*14. *dub.*15. & alij plu-
324 res. Hinc inferentes, non incurri excommunicationem percuſſionis clerici quando externa percuſsio eſt leuis, & venialis, & ſi mortalis ſit ob prauum percutientis animum, de qua re *Portellius* §. *excommunicare in addit. nu.*11. item ſi lata eſſet excõmunicati contra
325 furantes, illum nõ fore excommunicatum, qui leuem quantitatem furatus ſit, & ſi illud furtum mortale eſſet ob prauum furantis affectum, quia v.g. volebat quantitatem notabilem furari, vt per DD. ſupracit. idem de hereſi inaduertenter manifeſtata ab eo, qui internè hereticus eſt, docent Authores, quos probat *Diana par.*4. *tract.*4. *reſolut.*24. nam vt dixi ſupra requiritur deliberatio ſufficiens ad peccatum mortale. Fauet *Sanchez lib.*2. *ſumma cap.*8. *nu.*17. *Duardus, & alii, quos ſequitur Bonacina de cenſuris in particulari diſp.*1. *q.*2. *puncto* 2. qui docent, comedentem paruã quantitatẽ carnis diebus vetitis, etiam animo heretico, nõ incidere in excommunicationẽ latam contra hereticos, quia tunc non manifeſtatur hæreſis in materia graui, & ſi id non admittat ſimpliciter, *Laymann relatus ſupra ſub nu.* 182. videte ibi.

326 Tertia concluſio. Quando fertur cenſura contra actum principalem v.g. contra faciẽtes, non includitur actus acceſſorius, nempè mandans, conſulens, auxilium ferens. eſt doctrina communis *Caie. Tabiena, & Nau.* quos refert, & ſequitur, contrà *Panorm. & Sylueſt. Auila par.*2. *c.*5. *diſp.*3. *dub.*2. *concluſ.*1. *Henriquez lib.* 13. *de excommunicat. cap.*13. *num.*2. *& cap.*21. *n.*1. *in commento lit* E. *Suarez ſupra ſect.*3. *nu.*5. *in fine*, *Reginaldus lib.*9. *num.*114. *Sanch. lib* 8. *de matrim. diſp.*48. *n.* 2. & alij quos probat *Bonac. ſup. p.*3. *ſub num.*19. teſtatur de communi *ConinK diſp.*14. *n.*18. *referens alias opiniones, Hurtado de cenſuris in communi ſub nu.*62. Qui benè aduertunt, difficultatem in iſta materia magis verſari circa mandantem quàm circa conſulentes, quia conſulens non dicitur facere opus per conſultũ, ſicut mãdãs per mãdatẽ, iuxta regulã illã iuris vulgatam, qui per alium facit per ſe ipſum facere videtur, & ea noſtra facimus, quibus noſtram impartimur authoritatem *l.* 2. *ff. de veteri iure enucleando.* Probatur, quia cenſura, vt dixi in definitione, eſt pęna, & pœnæ cum ſint odioſæ, non ſunt extendendæ de caſu ad caſum, & qui per alium facit, non verè videtur ipſe facere, ſed interpretatiuè, & fictè, vt benè *Auila loco ſupracitato.* Confirmatur ex ſupradictis *num.*306. *& num.*317. *& ſeq.* quòd ſcili-
327 cèt vbi Summus Pontifex vult, cenſuras extendi ad iſtos actus acceſſorios, id exprimit, vbi etiam explicauimus quando hoc caſu requiratur, quod ſit ſequutus effectus, vel non, quia cum hæc cenſura poteſt ferri principaliter contra facientes, & ſecundario contrà mãdantes, & conſulentes, &c. ac etiã eque principaliter contra vtroſque; diximus, hoc tantũ ſecundo caſu incurri à conſulentibus, & mãdantibus etiam effectu non ſecuto, ſi autem eſſet dubium an principaliter, vel acceſſoriè prohiberentur iſtæ actiones, iudicandum erit, quòd acceſſoriè dumtaxat ſint prohibitę, cùm in pænis ſtante dubio, benigna ſit facienda interpretatio *Bonacina ſuprac. q.*1. *p.*3. *n.*15. *Hurtado loco infracitando*.. quia etiam in dubio, an in iure comprehendantur dictę actiones, iudicandum erit pro negatiua, *Auila ſuprac. concl.*2. Addit *Auila ſuprac. dub.*6. *cõcl.*2. caſum, in quo aliquæ actiones acceſſoriæ includantur in cenſura, etiam ſi non exprimantur,
328 & eſt quando apponitur aliqua particula, in qua tacitè comprehendantur, v. gr. quando cenſura fertur, etiam contra eos, *qui fuerint cauſa, &c.* vel qui *immediatè, vel mediatè*, aut *quocũque modo fuerint culpabiles.* Qui benè ſubdit, quòd quando fertur ẽt *contra adiuuantes*, comprehendatur illi, qui dant modũ, ſicuti ſi diceretur, *ſi quis per ſe, vel per alium fecerit*, comprehenderentur iubentes,

&

Digitized by Google

& dantes pecuniam, vt illud fiat, non autem tantum conſulentes.

329 Circa caſum, vbi prohibitæ ſunt iſtæ actiones acceſſoriè tantùm occurrunt aliqua dubia. Quorum primum eſt, vtrum mādans, vel conſulens homicidium incurrat dictam cenſuram, etiam quòd non influxerit in effectū, quia v. g. idē erat talis facturus omninò ſine cōſilio, & mādato? Reſpōdetur negatiuè, quia hoc caſu talis effectus non pendet à mandante, vel conſilium dante: ita *ConinK diſp. 14. nu. 175. Molina t. 4. tract. 3. diſp. 52. nu. 8. ad finem*, ibi, *ſi tamen re ipſa in effectum non influxerit, quia licèt conſulerit, vel aliquid aliud effecerit, vndè exequutor moueri, aut adiuuari potuerit, indè tamen motus adiutuſque non fuit, & ſubindè effectus inde, nec partialiter, cauſa partialitate fuit ſequutus, tunc non incidit in eam excommunicationem.* probat nouiſsimè *Hurtado de cenſuris in communi num. 59. verſ. obſeruandum* idem habet *Auila par. 2. c. 5. diſp. 3. dubio 3. concl. 4. & dubio 4.* vbi contra *Couarr.* id dicit probabilius, non ſolum in conſulente,
331 ſed etiam in mandante, poſt *Nau. cap. 27. nu. 51. verſ. Adde quod refert*, nam licèt mandans habuerit animum influendi in effectum tamen de facto non influxit *Molina* verò citato *t. 4. tract. 3. diſp. 33. memb. 2. n. 7.* loquendo
332 de pęna, qua hoc caſu quis ſit puniendus nēpè extraordinaria, vel ordinaria, probat ſententiam *Couarr.* quam teſtatur eſſe communem, vbi mandatarius id efficeret nomine mandantis, & non ſuo, ac etiam ſubdit *quando item nomine ſuo, & mandantis id efficeret, licèt vterque teneretur pœna ordinaria, tamen ſi mandanti tunc aliquid de pœna ordinaria remitti fortaſſe deberet, contribuere tamen vterque deberet ad damna data*, limita tamen
333 doctrinam principalem, vbi conſilium, & mandatum auxerit volūtatem exequutoris, vt poſt Nau. notat *Auila citata concluſ. 4.* & anteà dixit *Silu. excommunicatio 8. nu. 10.*

334 Quæres quomodo cognoſcetur, vtrum cōſilium, vel mandatum influxerit in effectum ſecutum, modo prædicto? Reſpondet *Auila ſuprac. concl. 5.* quòd ſi ille, qui recipit conſilium aſſerat, ſe motum eſſe aliquo modo ex tali conſilio, & eius voluntatem auctam fuiſſe, hoc ſufficiet; quod etiam puto habere locū in mandato, iuxtà eiuſdem opinionem relatā *ſup. n.* 331. Si verò hoc non poſsit ab illo ſciri, ſubdit, recurrendum eſſe ad coniecturas, inter quas illa eſt præcipua, an ſtatim, vel poſt multos dies, quis fuerit exequutus conſilium nam primo caſu, debet iudicari, ſuum conſilium influxiſſe, ſecundo verò caſu, inquit ipſe, non poteſt ex hoc ſumi certa coniectura, vndè clarius loquitur *Molina citata diſp. 33. membro 2. nu. 10.* quòd hoc caſu, quando ſcilicèt poſt longum interuallum fuit ſequutus effectus, prudentis arbitrio, ſpectatis circumſtantijs concurrentibus, erit iudicandum, an exequutor ex eo prauo cōſilio fuerit permotus, ꝙ ſecus eſſe in mandante, probat *membro ſequenti nu. 4.* vbi non conſtat de expreſſa, vel tacita reuocatione mandati.

335 Nota quòd in dubio an conſilium, vel mandatū influxerit in effectu .ſ. poſt factā diligentiam, & conſideratis omnibus circūſtantijs; vt ſupra, ſi quis adhuc maneat dubius, debet reputari excommunicatus: ita *ConinK diſp. 15. nu. 175. ad finem, Auila ſuprac. concl. 5. ad finem*, vbi idem dicit de irregularitate, & limitat, quò ad reſtitutionem, vbi in dubio, melior eſt conditio poſsidentis, de qua re *Diana par. 3. tract. 5. reſol. 84. & par. 4. trac. 2. reſol. 15. & tract. 3. reſol. 28.* vbi ſuo more refert Authores pro vtraque parte.

Secundū dubium eſt, de conſulente minus malum parato committere grauius: exemplū fit in excommunicatione lata contra percutientes clericum, & conſulentes, quis conſulit ei, qui volebat occidere clericum, vt tantum eum verberibus cedat, an incidat excommunicationem, Reſpondetur negatiuè, quia conſilium eius, malum non eſt, vt aliàs dixi *ſup. par. 1. Recoll. 9. num. 359.* & in ſpecie notat *Sanch. de matrimonio lib. 7. diſp. 11. num. 15. Auila de cenſuris 2. par. cap. 5. diſput. 3. dub. 3. concl. 1.*

Tertiū dubiū eſt, an reuocans ſeriò mādatum, & conſilium, incurrat in cenſuram, effectu ſecuto. Dixi, *ſeriò*, quia ſi reuocatio non fuit efficax; ideſt vt benè explicat *ConinK diſput. 14. n. 179.* quia fuit talis, quòd qui effectū exequitur, non credat mandantem, vel conſulentem ex animo reuocaſſe; ſed tantum hoc exterius ſimulare, ad pęnam, vel culpam ęuadendam. Concordant omnes Doctores, incurri cenſuram non obſtante tali reuocatione, Qui *ConinK ibid. nu. 182.* quò ad man-
336 dantē, ait eſſe certū non incurrere, ſi reuocatio innotuit mandatario antè commiſſum delictū, vt ēt præter *Auilā, & alios ſuprac. Layman lib. 1. tract. 5. p. 2. c. 5. ſub nu. 7. & Hurtado loco ſupracitato nu.* 60. in mandato enim agitur res mandatis, & in eius gratiam, ac vt ei placeatur, & proindè cognita eius voluntate oppoſita, etiam mandatum deſinit influere, ſeù eſſe efficax, teſtatur, de communi *Molina t. 4. diſp. 33. membro 2. num. 8.* Difficultas eſt an
337 incurrat, ſi non innotuerit dicta reuocatio antè commiſſum delictū? Et licèt cōmunis ſententia, de qua teſtatur *ConinK ſup. n. 176. verſ. Nota ſecundò* eſt, ꝙ hoc caſu talis. Tn̄ probabilis opinio eſt cōtraria, talē nō incurrere excōmunicationē, vt fatetur *Auila ſup. dubio 7. concluſ. 2.* & ſequitur *Hurtado ſurpac. diſſ. 15.*
338 *nu.* 68. Quò verò ad conſulentem communior ſententia eſt, illum incurrere, quia ſi cōſilium erat verum, licèt reuocet illud, nō tn̄ reuocat influxum, ita communiter DD. Non

autem

Digitized by Google

autem eſt improbabile, quòd non incurrat, ſi reuocauit afferendo tales rationes, quæ ſint efficaces ad deſerendum primum conſilium, quia fecit quod potuit, vt per *Auilam, & Laymanlocis ſupracitatis* alioſque authores, quos probat *Diana 3. par. tractatu 1. miſcellaneo reſ. 83.* loquentes non ſolum in terminis excommunicationis, ſed etiã irregularitatis, & reſtitutionis. Accedit cõtra *Conink diſp. 15. n. 185. & ſeq.* qui hoc limitat, vbi conſtaret, vel ex dicto ipſius cõſulti, aut aliàs, ipſum fuiſſe motum ex conſilio dato. *Hurtado ſupra n. 68.* vbi æq; loquitur de caſu, vbi nõ innotuerit reuocatio mãdati, vel aliàs mãſit mãdatũ efficax, mouens, vnde idẽ dicendum eſt de mandato, admixto conſilio, cũ de quo per *Molin ſupra cit. diſput. 33. membro 2. nu. 8. ad finem*, vbi etiã de caſu, quando quis prauum conſilium dedit, ſed perſuadere illud tunc non potuit, & ſi, poſtea conſultus, illo permoueatur, ad delictum patrandum, an talis in foro exteriori debent puniri pęna ordinaria, item de excõmunicatione loquitur *ibid. diſp. 52.*

336 Quartum dubium an in caſu, in quo aliàs cenſura redderetur quodammodo fruſtratoria, ſi non comprehenderet mandantes, &c. illi concludantur? *ConincK ſup. n. 188. ad fin.* affirmat, & explicat exemplo excommunicationis latæ contra ſepelientes excommunicatos in loco ſacro. Contrarium tamen eſt verius, vt per *Toletum in lib. 1. cap. 9. num. 12.* vbi teſtatur de communi, *Hurtado* confirmat, *de cenſuris difficult. 14. ad finem*, ex eo quod S. P. in *c. ciuitas 17. de ſentent. excommunicationis*, vt neceſſarium duxit declarare, quòd interdictum Ciuitatis extenderetur ad ſuburbia, & tamen ẽt ibi videtur, quòd aliàs interdictum redderetur fruſtratorium.

Quarta concluſio: Nullum peccatum mortale externum, & plenè conſumatum quantumuis graue, & enorme ſufficit ad incurrendam cenſuram à iure etiam latam: niſi habeat
337 quoque annexam contumaciam. Probatur declarãdo ipſam concluſionem, vt ſequitur. Licèt enim certum ſit apud Doctores, *vt infra Recollec. ſeq.* ad contrahendam cenſuram ab homine per ſententiam particularem, requiri contumaciam, nempè quod quis monitus, non obediat monitioni; ad incurrendã verò cenſuram à iure, vel ab homine per ſẽtentiam generalem, ſufficere violationem ipſius legis, vel ſententiæ. Tamen ex quo iidem authores ſubdunt, ipſam promulgationem iuris, & ſententiæ generalis vim habere monitionis generalis, ſequitur quòd etiam ad incurrendas iſtas cenſuras, requiratur contumacia reſpectu ipſius promulgationis iuris, vel ſententiæ, quæ contumacia eò ipſo interuenit hoc caſu, quando contrauenienti non conſtat de tali lege, vel præcepto ſub tali pœna, vel in uoluntariè violat dictam legem, & præceptũ, quæ omnia cùm pertineãt ad cauſas excuſantes ab incurſu cenſurarum, de quibus mox agemus, nil aliud hic dicetur, ſed ad eum locum remittimus lectorem.

Aliqui addunt, etiam debere hoc peccatum mortale externum plenè conſumatum eſſe
338 præſens, nec ſufficere præteritum, vel futurum, Sed loquendo de cenſuris à iure, de quibus hic eſt ſermo, id non poteſt habere locum in cenſura ipſo facto lata, vbi tranſgreſſio iuris, & peccatum ob quod cenſura incurritur, hoc caſu pari paſſu ambulant, ſed poteſt habere locum, in cenſura ipſo facto lata, vbi tranſgreſſio iuris, & peccatum, vt ſupra non ambulent pari paſſu, vt verbi gratia ſi quis vulnerauit aliquem letaliter, & antè quam mors ſequatur, efficaciter reſipiſcat, confeſſus de dicto peccato, non incurret excommunicationem latam contra homicidas, vt dixi ſupra nu. 136. quibus illic allegantis, Accedit *Hurtado de cenſuris in communi nu. 68. verſ. ob*
339 *hanc rationem ad finem*, ibi, *& qui propinat venenum clerico, ſi ante mortem clerici omninò efficaciter reſipiſcat, non incurret excommunicationem latam in c. ſi quis ſuad. diabolo.*

## *Ex quibus cauſis confeſſarius poſſit iudicare, pęnitentem excuſari ab incurſu cenſurarum à iure.*

CVm egiſſemus hucuſque de officio cõfeſſarij circà cauſas, ob quas incurri poſſunt cenſuræ à iure, ſcilicèt de culpa, & qualitate ipſius, ad incurſionem ipſarum neceſſarijs, congruum erit nunc agere de eius officio circà alias cauſas, ex quibus pænitens, qui li-
340 cèt effecerit actum illum, qui eſt prohibitus ſub cenſura, tamen in illam nequaquam incidiſſe, iudicare debeat confeſſarius, quæ eſt materia valde vtilis, & neceſſaria; imò, vt ait, *Nauarrus in ſumma cap. 27. num. 9.* plena cõſolationis, tum pro confeſſarijs, qui ſæpe non habentes facultatem à cenſuris reſeruatis, impediuntur ſuum munus explere, tum etiam pro pænitentibus, qui excuſati à cenſuræ incurſione, liberantur à ſcrupulis, & peccatis.

341 Cauſæ iſtæ pro cenſuris à iure, ad tres reducuntur, nempè ad ignorantiam, metum, & neceſſitatem, de quibus hic ſigillatim agendum, cœteræ verò, vt nullitas cenſuræ, iniuſtitia, innocẽtia à peccato, atque impotentia, pertinent, vel particulariter, vel inſimul ad cẽſuras ab homine, de quibus *infrà Recoll. ſeq.*

342 Pro omnibus iſtis cauſis generaliter, ſecundum omnes Doctores, notandum eſt, illas excuſare ab incurſione cenſuræ, quotieſcunque excuſant à peccato mortali, in illis cẽſuris, ad quas, vt ſupra diximus, incurrendas requiritur culpa mortalis, vel etiam, excuſant

à culpa

Digitized by Google

à culpa veniali, vbi illa ſufficit ad incurrẽdas aliquas ex his cenſuris, ea ratione, quòd ceſſante cauſa neceſſaria ad producendum effectum, nequit effectus, inde ſequi, & culpa neceſſariò requiritur ad cenſuram incurrendã, ex ſup. dictis *nu. 245.* & ſi enim ſupra *p. 1 huius tract. recollect. 7.* explicaui quomodo, & quando præfatæ cauſæ excuſent à culpa, vbi aliqua etiam tetigi, ſpectantia ad hanc materiam cẽrarum, tamen hic clarius ſunt explicandæ difficultates, tanquam in proprio loco, & materia.

### *Confeſſarius quomodò, & quando poſſit ex capite ignorantiæ iudicare pænitentem, qui effecit actum ſub cenſura prohibitum, non incurriſſe cenſuram.*

343 PRæſuppoſitis diuiſionibus ignorantiæ ex dictis citata *recoll. 7. à nu. 288.* & infrà dicendis in proprijs caſibus. In hac materia, verè intricatiſſima, iuxta ea, quæ proximè dixi. Primò explicabo aliquos caſus, in quibus pænitens ex parte actus, quem fecit, commiſit culpam mortalem, tamen ratione ignorãtiæ, vel iuris, vel facti, excuſari poteſt ab incurſione cenſuræ, ſecundò ſubdam alios caſus, in quibus idem penitens, non ex parte actus, ſed ex parte ignorantiæ, quia illa fuit culpabilis, & tamen etiam excuſetur ab incurrendis cẽſuris. Tertio explicabo quaſdam alias difficultates, quo ad hanc materiam.

### *An, & quando ignorantia iuris excuſet ab incurrenda cenſuram.*

PRima difficultas in iſta materia eſt, vtrum efficiens actum, quem ſcit eſſe contra ius diuinum, vel naturale; neſcit tamen eſſe contra legem eccleſiaſticam, quæ illum etiam
344 prohibet, ſub excommunicatione, vel alia cenſura, non ſolum talis peccet, ſed etiam incurrat cenſuram. Exemplum, furtum, ſcit, quis eſſe prohibitum in Decalogo, neſcit tamen furari bona naufragata, habere etiam cenſuram excommunicationis annexam in Bulla cænæ Domini, furatur talis bona naufragata, quæritur an prçter peccatum, quod eſt certũ, ipſum committere, contrahat etiam dictam excommunicationem. Tres opiniones referunt circa hanc difficultatem, *Sanch. lib. 9. de matrimonio diſp. 32. & Auila de cenſuris p. 2. p. 5. diſput. 5. dub. 7.* Prima eſt, quæ ſimpliciter affirmat, talem incurrere excõmunicationẽ, ſeù aliam cenſuram. Secunda, quæ diſtinguit inter cenſuras latas à iure communi, ſeù latas in conſtitutionibus Summmorum Pontificum, & cenſuras latas ab Ordinarijs, vel Epiſcopis pro ſuis Diæceſibus; primo caſu affirmat hæc opinio, incurri dictas cenſuras, non autem ſecundò caſu, quam opinionem videtur innouare *Comitulus lib. 5. ſuorum reſponſorum moralium cap. 3.* Tertia opinio, quæ ſimpliciter negat, quòd talis incurrat dictam excommunicationem, cui adereo, vndè ſit,
345 Prima concluſio: Efficiens actum prohibitũ de iure diuino, vel naturali, ignorans tamen eſſe prohibitum, etiam de iure humano eccleſiaſtico, vbi quoque eſt adiuncta pœna cenſurç, non incurrit cenſuram, ſiuè ſit lata cenſura in Conſtitutionibus Ordinariatum, ſiuè Summorum Pontificum. Hæc concluſio non ſolum eſt probabilior, vt teſtatur *Sãchez citata diſp 32 n. 9.* & ſi fateatur, alias duas opiniones, etiam eſſe probabiles, ſed eſt communis, vt teſtatur *Auila loco ſupra citato, & Hurtado de cenſuris in communi diff. 22.* & patet ex numero authorum, quos pro illa allegat *Sanchez loco ſuprac.* nam pro ea citat, ferè omnes Canoniſtas in *c. à nobis el 2. de ſentent. excommunicationis, & Summiſtas in verbo ignorantia,* citatque *Iulium Clarum,* aſſerentẽ ab hac opinione in iudicando non eſſe recedendum, in ſpecie de communi Canoniſtarũ, teſtatur *Couarr.* licèt ipſe contrariam opinionem ſequatur, vt refert *Filiuccius tract. 1. de cenſuris in communi nu. 233.* qui probat noſtram concluſionem ſicuti etiam *Alterius de cenſuris diſp. 2. de cauſis excommunicationis lib. 3. cap. 3.* qui teſtatur, hanc opinionem eſſe probabiliorem, ſicut etiam antea teſtatus fuit *Toletus lib. 1. cap. 9. ſub num. 11. Duard. lib. 1. in in Bullam cenæ c. 2. quæſt. 5.* Accedunt *Vaſqu.* quem ſequitur *Bonacina diſp. 1. de cenſuris q. 2. p. 1. nu 7.* & ſi malè, contra hanc conluſionem, alleget *Auilam,* loco, quo infra citabimus. *Valentia Molina,* & alij apud nouiſſimũ *Dianam par. 3 ſuarum reſolut. moralium tract. 6. miſcellaneo reſol. 41.* vbi ponit caſum de Epi
346 ſcopo prohibente furtum ſub pçna excommunicationis, quam prohibitionem ignoret
347 fur, & in terminis furantis, bona naufragatorũ, contra *Gambarutam* docet *Bonacina diſp. 1. de cenſuris in particulari q. 5. puncto 4. nu. 4.* de magis communi teſtatur *Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana cap. 24. n. 15.* qui ex hoc
348 infert, exteros non poſſe declarari excõmunicatos in foro exteriori, niſi quando præſumitur ſcientia, nempè poſt duos menſes in Conſtit. Principum, & ſiu arbitrium iudicis in ſtatutis inferiorum. Ratio fundamentalis, & quidem ſolidiſſima; æquè procedens de ignorantia iuris communis, & particularis eſt, quia cauſa materialis proxima neceſſaria ad valorem ipſius cenſuræ, vt ſupra tactum fuit, & infra latius dicetur *Recoll. ſequenti,* eſt contumacia, & inobedientia contra præceptum Eccleſiæ, iuxtà illud *Matthæi 18. Si Eccleſiam*

Digitized by Google

*eleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & Publicanus:* ſed ignorans ius eccleſiaſticum, non poteſt dici contumax contra Eccleſiam, ergo *talis* non poteſt cenſura innodari. Nec obſtat reſponſio *Scoti*, quòd nempè ſufficiat, vt quis ſit inobediens Deo, qualis eſt, qui ſcit, vel ſcire debeat, *hoc* factum prohibitū eſſe à Deo; Nam *illa* ſolum concludit, talem committere culpam, non autem quòd ſit contumax, & inobediens Eccleſię, quæ contumacia, & inobedientia præter culpam requiritur, vt ſupra dixi, ad incurrēdam cenſuram; ita præter DD. citatos, notat *Layman lib. 1. tract. 5. c. 6. num. 2.* Ad textum in *cap. 2. de conſtitutionibus in 6.* pro ſecunda opinione allegatum, Reſpondēt
349 communiter DD. argumentum à contrario ſenſu, non habere locum, vbi in ſenſu cōtrario militat eadem, vel maior ratio, prout *in* caſu noſtro, vbi facilius poteſt dari ignorātia, de cenſuris latis à iure communi, & Pontificio, quàm à proprijs Prælatis, videte *Alterium loco ſupracitato, verſiculo ſecundo magis dubitant, Layman loco ſuprac. nu. 5.*

350 Ex hac cōcluſione ſequitur primo, excuſari à cenſura facientem actum, qui de ſe malus nō eſt, & ſic, neque eſt cōtrà ius diuinum, neque naturalem, ſed tantum eſt malus, quia prohibitus iure poſitiuo, illum ſub cenſura interdicente, cuius iuris poſitiui, hic tranſgreſſor habet ignorantiam, ſiue illud ius ſit commune, & pontificium, ſiuè particulare & Epiſcopale, quæ eſt omnium communis ſententia, vt per *Sayrum lib. 1. cap. 18. num. 27. Filiucium tractatu 1. de cenſuris num. 256. Auilam par. 2. de cenſuris cap. 1. diſput. 7. dubio 7. in principio,* vbi explicat in ingrediente monaſterium monialium *Layman loco ſuprac. n. 7.* & alii ſupracitati paſſim, patet, quia hic excuſatur à contumacia, quæ requiritur, vt ſupra, ad incurrendam cenſuram.

351 Sequitur ſecūdo, quòd ſi daretur aliquis, qui ignorantia inuincibili laboraret *canonis ſi quis ſuadente*, & talis percuſſerit clericū, lìcèt ſciat id eſſe prohibitum à lege diuina, & naturali, excuſaretur ab excommunicatione, *dicit* hoc eſſe probabiliſſimum, contra *Scot. Sotus in 4. diſt. 3. quæſt. vnica articulo 9. verſ. habemus ergo.* Scio. *Homobonum in ſuo examine eccleſiaſtico tractat. 5. quæſt.* 24. ad finem, contendere, quòd non poſſit iuuare ignorātia dicti canonis, vtpotè vulgatiſſimi, ſed noſtrum corolarium præſupponit adeſſe ignorantiam inuincibilem, quæ in omni materia excuſat. Vnde idem dicerē de ignorantia cēſuræ poſitæ in aliqua extrauaganti, & ſi valde nota, & Doctores relati à Ricciullo *loco infra citato nu.* 45. explicari poſſunt pro foro externo tantum.

352 Quando autem poſſit dari ignorantia de iure naturali diximus ſupra *par. 1. Recall. 7. nu.* 296. vbi quærimus an poſsit dari ignorāti iſta de quibuſdam præceptis Decalogi, & præter ibidem à citatos videri poteſt *Molina, tomo 4. diſp. 9. ad finem.* Quòd ignorantia quā-
353 do prouēnit ex eo, quia quis arbitratur, hunc caſum in iure non comprehendi, vel ipſum in eo minime includi, ſit ignorantia iuris, quæ excuſat in foro conſcientia à peccato mortali, dixit *Nau. c. 23. n. 4.* cum alijs allegatis per *Ricciullum de iure perſonarum lib. 1. cap. 13. num. 46.* & per conſequens etiam à cenſura, quæ non incurritur, niſi cum peccato mortali.

Secūda difficultas verſatur, vbi qs ſcit actū, quem efficit, eſſe prohibitum etiam à iure poſitiuo, ſiuè communi, ſiuè particulari ſub aliqua pæna graui in confuſo (ità intelligas, *Graſſium infra citandum nu. 360.*) tamē ignorat eſſe id prohibitum ab eodem iure eccleſiaſtico, ſub iſta ſpeciali pœna cenſuræ; An
354 ignorantia ſolius cenſuræ ſufficiat ad excuſandum pænitentem ab ipſius incurſione. Duas opiniones refert *Sanchez loco ſupra cit. num. 12.* Primam *Couar. & Corduba* negatiuam, quòd ſcilicèt talis ignorantia non excuſet, quia ſufficit, ſi ſit quis contumax reſpectu eccleſiæ, qualis eſt qui ſcit aliquid eſſe prohibitum à lege Eccleſiaſtica, lìcet ignoret, quòd ſit prohibitum ſub cenſuræ pæna, quā ex modernis ſequūtur *Suarez, Vaſquez, & nouiſſimè probat Hurtado de cenſuris in cōmuni num. 94.* qui hanc opinionem ita habet pro certa, vt contrariā dicat eſſe falſam, & *Comitulus lib. 5. ſuorum reſponſorum quæſt. 4.* qui ait, hanc eſſe doctrinam communem, & omnium tribunalium cōſuetudinem. Secūdam opinionem refert *Filliuccius ſupracitato tract. 11. ſub nu. 254.* diſtinguens, vt ſupra inter leges Papæ, & ordinariorum, nēpè primo caſu ignorātiam prædictam excuſare, nō autem ſecundo caſu. Hoc tamen non obſtante, ſit.

Secunda concluſio: ignoranria ſolius cenſuræ in penitente, qui legem Eccleſiaſticam id prohibentem ſub tali pœna ignorans, trāſgreditur, ſufficit ad excuſandum à cenſura, Hęc opinio eſt probabilior, teſte *Sanchez loco ſupra citato nu. 13.* & ſi fateatur. contrariam opinionem eſſe probabilē, quibus ab eo citatis, nempè *Nauarro, Angelo, Silueſtro, & aliis* addo *ConinK diſput. 13. de cenſuris dub. 10.* latè eam ſententiam probantem, *Alterium de cenſuris diſput. 2. lib. 3. cap. 3. verſ. ex his tribus modis, Valentiam t. 4. diſpu. 7. q. 12. p. 7. Auilam citato dubio 7. Filiuccium tract. 1. de cēſuris in communi num. 254. & 257.* vbi teſtatur de cōmuni canoniſtarum, *Layman lib. 1. tract. 5. c. 5 num. 8.* qui pro ea citat *Suarez*, qui tamen cōtrariū aſſerit de irregularilate, & alijs pænis, teſtatur de communi, poſt *Nau. Graſſius p. 1. deciſionum aurearum lib. 2. cap. 63. num. 28.* Ratio fundamentalis, qua euertitur funda-



Digitized by Google

mentum contrarium eſt, quòd ad incurrendam cenſuram non ſufficit quælibet inobedientia, ſeu contumacia; ſed perfecta, & completa, ſed hæc non interuenit, niſi quando nō ſolum ſcitur, quòd aliquid ſit prohibitum, ſed etiam, quòd ſit prohibitum ſub hac pæna cenſuræ in ſpecie; igitur. Maior probatur quia cenſura ex vna parte eſt pœna medicinalis *cap. cum medicinalis de ſententia excommunicationis in* 6. ex alia verò parte eſt pœna vltima, & grauiſſima, qua Eccleſia pſticaunit. *cap. corripiantur* 24. *q.* 3. At ſi ignorata incurreretur, non eſſet medicina, & ſi ſolum ſufficeret ſcientia iuris poſitiui id prohibentis, non eſſet vltima pęna, ergo. Conſequentia probatur inſimul cum Minore rationis principalis, nam qua ex parte eſt vltima pæna petit ſummam contumaciam, qualis eſt vbi cognita cenſuræ pæna, duret in inobediente contumacia, ſed in ignorante, hoc non interuenit: ergo. Confirmatur, quia poteſt euenire quòd ſi delinquens eſſet conſcius dictæ pęnæ in particulari poſitam, id non comiſiſſet: ergò ſignum eſt, quòd antè ſcientiam illius pænæ non videtur rebellis, contumax, atque incorrigibilis, qualis debet eſſe contumacia, vt ſit perfecta, & cōpleta; ergo ignorantia ſolius cenſuræ, excuſat ab illa incurrenda. Et ſic remanet reſponſum rationi in contrarium; Concedimus enim regulariter incurri pænā ab eo, qui conſcius eſt legis prohibentis licèt ignoraret pœnam, ſub qua id prohibetur, fallere tamen regulam in hac pœna cenſuræ, rō differētiæ eſt, quia requirit peculiarē modū contumaciæ, ex quo talis pæna non ordinatur tantumodo ad puniendum delictum, ſed etiam ad emendationem, vel ad cogendū peculiari modo, ne committatur, ſcilicèt ſub illo peculiari, & rigoroſo modo præcipiendi ſub comminatione cenſuræ.

Ex hac concluſione ſequitur primo, quòd
penitens ſciens, non tantum percuſſionem,
vel homicidium eſſe à iure diuino, ac naturali
prohibitum, ſed etiam percuſsionem, ac
homicidium in perſonam clerici à iure cano
nico eſſe ſpecialiter interdictum, neſciat autē
355 eſſe prohibitum ab eodem iure canonico
ſub pœna excōmunicationis, excuſatur ab incurrenda
dictā pœnam excōmunicationis: ità
in ſpecie *Filliuccius ſupra, Bonacina dicto p.* 1.
*nu.* 5. *Auila de cenſuris par.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 5. *dub.*
7. *ad finem*, vbi hoc extendit, etiam ad eum,
356 qui dū percutit clericū promeret hūc actū,
etiam ſi eſſet impoſita excommunicatio, te
percuterem, contra *Couarr.* cuius opinionem
dicit falſam poſt *Vaſqu. Hurtado de cenſuris
in communi nu.* 29. de qua re nos infrà cùm
*de ignorantia concomitante*.

357 Sequitur ſecundò, quòd affines, vel conſanguinei, ſcientes prohibitum eſſe inter ſe contrahere matrimonium à iure canonico, vt dicitur in *clementina vnica de conſanguinitate, & affinitate*, ſi ignorant id, ibidem eſſe prohibitum ſub pœna excommunicationis, non incurrere dictam excommunicationem, vt benè contra aliquos, *Sanchez lib.* 7. *de matrimonio diſp.* 48. *nu.* 19.

358 Sequitur tertio iuxta exempla, quæ ponit *Filliuccius tract.* 11. *citato num.* 249 & 253. ſi quis permutet beneficium, cum alio beneficio ſciens id eſſe prohibitum iure poſitiuo, neſciens autem id prohibitum ſub excommunicationis, vel ſuſpenſionis pæna in particulari, vel etiam permutat beneficium cum pecunia, quæ eſt ſimonia prohibita à iure diuino, licèt enim etiam ſciat, id quoque eſſe prohibitum de iure humano, ſi neſcit prohibitum eſſe ſub pęna cenſurę excuſatur ab illa incurrenda.

359 Sequitur quarto, quòd ſi confeſſarius ſciat eſſe prohibitū abſoluere à caſibus Bullæ cænę, vel decreti Clem. 8. & neſciat id prohibitū etiam ſub pęna excommunicationis, illam non incurrit, vide infra *nu.* .

360 Sequitur 6. neque ſufficere, ſi quis ſciat in confuſo eſſe id prohibitum ſub pæna graui, vt vult *Graff.* 1. *par. deciſion. lib.* 2. *cap.* 63. *n.* 38. quia debet ſcire in ſpecie id eſſe prohibitum ſub pęna cenſuræ.

361 Sequitur 7. non eſſe neceſſarium ſcire cenſuram in ſpecie, ſcilicèt an ſit excommunicatio, interdictum, vel ſuſpenſio, hoc licèt expreſsè non dicant Doctores, tamen præſupponunt, vt certiſsimum.

Sequitur 8. non eſſe admittendam diſtinctionem de legibus ordinariorum, & Papæ, quam aliqui Doctores adhibent, cùm id non probet *text.* ab eis allegatus, vt dixi *ſupra nu.* 349. quibus illic allegatis, accedunt *Layman cit. cap.* 6. *num* 7. & *Filliuc. tract.* 11. *n.* 251. *poſt Suarez*.

### *An & quando ignorantia facti excuſet ab incurſione cenſuræ.*

362 CONcluſio: ignorantia facti excuſat ab incurrenda cenſurā; exemplum, quis ſcit eſſe impoſitam excommunicationem contra percuſſores clericorum, tamen putās occidere laicum, occidit clericum, non incurrit excommunicationem, licèt peccet mortaliter, habetur expreſsè *in cap. ſi verò de ſententia excommunicationis*, Ratio eſt conuincens, quia excommunicatio non infligitur ſimpliciter; ſed ob percuſsionem Clerici, ergò cùm ignoratur iſta circumſtantia, non incurritur excommunicatio. Conſequentia probatur, quia omnes DD. dicunt, hoc eſſe peccatum homicidij, ſed ad incurrendam hanc excommunicationem non ſufficit committere homicidium, ſed debet etiam quis committere

ſa-

Digitized by Google

ſacrilegium, ergo ita *Auila de cenſuris p.2.c.5. diſp.5.concl.6.verſic.2. Couar. & ſequũtur alij citatis, Sanchez loco citato nu. 24. Suar. diſput. 4.ſec.8.nu.11.* quibus accedit poſt *Vaſqu. Layman loco ſupracitato nu.7. verſ.ſecundo extendi debet, Hurtado de cenſuris in communi nu. 98. verſ.hoc ergo ſuppoſito,* Aliqui limitant, quã-
363 do talis dat operam rei illicitæ v.g. ſi clericus, cui prohibita eſt venatio, putans occidere feram, occidit hominem: ita *gloſ. per illum text.in d.c.ſi verò* §.*ignorauerit*, ſed textus ipſe, eos conuincit, in quo ponitur caſus de eo, qui volens occidere laicum, occidit clericũ, quæ enim res magis illicita, quàm occidendi voluntas. Confirmatur, quia ex eo ꝙ quis dat operam rei illicitè, non per hoc non eſt ignorans clericatus, & ſic non adeſt ignorantia facti, quæ excuſat, & facit, quòd factum ſic ignoratum ſit inuoluntarium, vt per Doctores ſupracitatos præcipuè *Suarez nu. 12. Molinam tom.4.diſp.53.in principio, & Layman loco ſupracitato verſ.ſecundo extendi debet,* vbi benè ſubdit, hoc habere locum, ſiuè quis det operam rei licitæ, ſiuè illicitæ.

364 Sed maior videtur difficultas. Si quis volens occidere vnum clericum, occidit alium, qui etiam eſt clericus? Reſpondeo, quod iſte caſus, duobus modis poteſt cõtingere; primo v. g. volebam occidere Andream clericũ, & ille, quẽ occidi nõ erat Andreas, ſed Carolus ẽt cleric⁹; Secũdo quãdo duo clerici in ſimul ambulant, Andreas ſcilicèt, & Carolus, accedis, vt occidas Andream, ſed errore manus, non occidis Andream, ſed Carolum, primo caſu incurritur excommunicatio, non autem ſecundo caſu. Ratio differentiæ eſt, quia primo caſu, non ſolum effectus, ſed opus ſecutũ fuit malũ, in ſecundo verò caſu, tantum adeſt effectus malus, opus verò non fuit voluntarium, & ſic iniurioſum ſtatui clericali, quia ſequitur ex errore, qui ab ignorantia procedit. *Sanchez ſup. n.27. Molina t.4.diſp.53.nu. 1. Suarez diſp.22.ſect.1.num.*14. *Bonac.diſput. 1.quæſt.2.puncto* 20. qui etiam affirmat, talem non incurrere in irregularitatem *Sayrus lib. 3.cap.29.num.9. & dixi ſupra 1.par. Recoll.* 10. Nota, non deeſſe authores, qui etiam primo caſu excuſant dictũ occidentem ab excommunicatione ex eo, quia putant, quòd excõ-
365 municatio canonis, *ſi quis ſuadente,* excommunicat eũ, qui ſuadente Diabolo, ideſt ſciẽter occidit hunc clericum in particutari, non autem volentem occidere clericum in genere, ſed non placet; quia vt benè *Layman, ad hoc à nobis citatus ſupra nu.* 321. tota ratio, ob quam canonis præfati excõmuuicatio incurritur, cõſiſtit, quòd quis voluntariè percuſſerit hominem, quem ſciat eſſe clericum, & ſic vt etiam ait *Molina tom.4.tract.3.diſputatione 53.num.2.* dicta excommunicatio lata eſt pro percuſſione clerici, non autem pro percuſſione huius, vel illius clerici, qui ait, nullum eſſe, qui de hoc dubitet.

### *Qualis debeat eſſe hæc ignorantia, ſiuè iuris, ſiuè facti, ad hoc vt excuſet ab incurſione cenſurarum.*

II

CIrca hoc quæſitum eſt certum primò, quòd vbi ignorantia, ſiuè iuris, ſiuè facti eſt inculpabilis, ideſt cõtingit abſq; culpa, illa excuſet ab incurſione cẽſuræ. Itẽ, ſecũdò eſt ẽt certũ, talem ignorantiam inculpabilem
366 contingere, vbi eſt ignorantia inuincibilis, ideſt quando quis nunquam audiuit, vel dubitauit ius, aut factum ſubiici cenſuræ, vel ſi audiuit, & dubitauit, fecit omne poſſe, vt veritatem ſciret, & non potuit ſcire, Dat exemplum *Suarez diſp.4.ſect.8.nu.16. & ſeq. Portellius v. excommunicatio in addit. num.* 9. vbi dicit hoc eſſe valde conſolatorium ad quietandos ſcrupulos, nempè quò ad hominẽ doctum, ſi fecit ſufficientem diligentiam, libros aliquos reuoluendo, vel ſi eſt idiota, alios conſulendo, & hoc facto, putauit, ſe rem poſſe facere, quia inquit, excuſabitur à cenſuris, ſi res ſit prohibita ſub cẽſuris, cùm talis ignorãtia fuit inuincibilis, & inculpabilis, etiam ſi illa diligentia fuiſſet mediocris. hæc ſunt eius verba. latè quoque *Filiuccius tract.11.n.* 248. & 251.

Reſtringitur igitur huius quęſiti difficultas, ad ignorantiam vincibilem, quę po-
367 teſt eſſe inculpabilis & culpabilis, item iſta, & ſcilicèt culpabilis, de qua hic præcipuè quæritur eſt triplex, purè vincibilis, craſſa, ſeu ſupina, & affectata. Ignorantia purè vincibilis eſt, quando quis cum audiſſet, vel dubitaſſet de cenſura iuris, vel facti adhibuit diligentiam, ſed nõ moraliter neceſſariam, pro qualitate rei; Craſſa, ſeu ſupina, quãdo modicam, aut nullam diligentiam adhibuit, tamen ex tedio, & pigritia; Affectata, quando illam diligentiam, non adhibuit ex malitia ad liberius peccandum, iuxtà ea, quæ dixi ſupra *1.p. Recollect.7.num.*292. His ſic declaratis.

Prima difficultas eſt de ignorantia vincibili pura, an excuſet, pro cuius ſolutione, ſit.

Prima concluſio: poſito quòd ignorantia purè vincibilis poſſit eſſe mortaliter culpabilis, illa excuſat ab incurſu cenſuræ. ità *Sanchez citato lib.9. de matrim.diſp.32. nu.31. & lib.1.ſumma cap.16.num.7. Bonacina de cenſuris diſp.1.q.1.p.1.num.10.verſ.non improbabiliter,* fatetur hanc opinionem eſſe probabilem *Conink infracit.* pro contraria ſen tentia, & tandem defendit eam *Raſtellius*, quem ſequitur nouiſſimè *Diana par.3.tract.5. reſolut.13. in principio*.

368 Hæc concluſio habet duas partes, prima,



Digitized by Google

quòd hæc ignorantia purè vincibilis poſſit eſſe mortaliter culpabilis. Secunda, quòd hoc poſito etiam excuſet à cenſuræ incurſu, Quò ad primam partem probatur exemplo præceptorum; ad hoc enim, vt quis peccet mortaliter contrà præcepta, non requiritur sūma negligentia in eis adimplendis, ſed ſatis eſt, non adhibere mediocrē diligētiā humano, & morali modo poſsibilē v.g. dubitat quis, eſſe diē feſtū, in quo de præcepto debet audire miſſam, licèt non adhibeat ſummam negligentiam in vincendo dictum dubium, peccat mortaliter, non audiendo miſſam. Confirmatur, quia plures Doctores admittūt ſacramentum pænitentiæ informe, vbi tacetur aliquod peccatum, aut non præmittitur examen ex negligētia mortali, dum modo, non ſit craſſa, vel ſupina, vel affectata, Modo arguo ſic ignorantia vincibilis mortalis, quæ non ſit, neque craſſa, aut ſupina, vel affectata non eſt alia, niſi iſta, quam nos vocamus purè vincibilem, ergo. iſta eſſe poteſt mortalis.

369 Secunda pars, quòd iſta ignorantia, & ſi mortalis excuſet, vt ſupra. Pobatur etiam in *c.2.de conſt.in* 6. vbi habetur, ignorantiā excuſare in cenſuris, dummodo non ſit, neque craſſa, aut ſupina. iſta autem ignorantia purè vincibilis, non eſt neque craſſa, nec ſupina, vt ſupra dixi, ergo. Dices ſufficit, quòd mortaliter peccet, quis in ea ignorantia, vt incurrat talis cenſuram, Reſpondetur ex ſupradictis, non quodlibet peccatum mortale ſufficere ad incurrendam cenſuram, ſed requiri peccatum mortale, quod habeat rationem contumaciæ, ex eo quòd cenſura ſit vltimum remedium contra contumaces, ſed qui facit aliquā diligentiam, licèt non moraliter ſufficiētē, & ſi peccet mortaliter, nō tamē pōt dici cōtumax, ergo neque peruenit ad hunc ſtatum, vt poſſit incurrere pœnam iſtam, quæ imponitur contra contumaces, vt per authores citatos pro concluſione.

Hæc concluſio eſt contra *Suarez tom.* 5. *diſp.*4.*ſect.* 10. *nu.* 10. qui defendit, quod eo ipſo ignorantia eſt vincibilis mortaliter, non poteſt excuſare à cenſura, ac vt refert, & ſequitur *Filliucius tract.*11. *num.*273. ait, contrariam opinionem non eſſe practicè probabilem, quia vnum habet authorem, *Lopez*, qui non mouetur vrgente fundamento, ſed ex quadam pietate ad euitanda animarum pericula, ſed fallitur, vt patet ex alijs authoribus, quos allegat, & ſequitur *Duard.li.*1.*in bullā cœnæ c.*2.*quaſt.*1.*n.*5. dicit probabiliorem, *Conin*K *diſp.*13.*nu.*95. probat *Alterius libr.*3. *diſp.*2. *cap.*3. *ad fin.* Quorum fundamentum ruit iā ex dictis. Dixi mortalis, quia ſi hæc eſſet tantum culpabilis venialiter, concedunt authores contrarij, illam excuſare ab incurſu cenſuræ.

370 Ex hac concluſione deducitur pro praxi, quòd qui percuſſit clericum, dubitans an ſit clericus, vel cōtra percuſſorem clericorum, ferri de iure cenſuram, excuſari, ſi fecit aliquam diligentiam ad vincendum dictum dubium iuris, vel facti, licèt non moraliter ſufficientem, pro qualitate rei, vt ſupra dixi.

371 Secūda difficultas eſt de ignorantia craſſa, & ſupina, non eo caſu, in quo ſimpliciter fertur cēſura contra aliquid facientes, vt v.g. eſt excōmunicatio lata cōtra alloquentes cū monialibus, quia hoc caſu certum eſt, non poſſe excuſare à cenſura, ſicut non excuſat à culpa, & patet in *c.* 2. *de conſtitutionibus in* 6. quod eſſet verum, etiam ſi quis daret operā rei licitæ, vt per infrà citandos Authores, & *Molinam in ſpecie tom.*4. *tract.*3.*diſp.*53.*nu.*4. ſed benè quando reperitur lata contrà aliquid, præſumentes facere, vel omittentes, aut contra audentes, ſeù temerario auſu, vel ſciēter facientes, vel omittentes aliquid, prout eſt excommunicatio lata in Bulla cœnę Dñi contra abſoluentes à caſibus ibi contentis abſque iuriſdictione, & etiam ſecundum aliquos, excommunicatio lata in *can.ſi quis ſuadente.* Pro cuius reſolutione, ſit.

Secunda concluſio: ignorantia craſſa, & ſupina, culpabilis mortaliter, excuſat ab incurſione cenſuræ, quando illa eſt lata contrà præſumentes, vel audentes facere, vel omittere aliquid, ſeù contrà ſcienter, vel auſu temerario aliquid facientes, ita *Sanchez lib.*9. *de matrimonio diſput.*32. *num.*36. *& ſequent.* *& lib.*1.*ſumma cap.*10. *num.*36. *&* 38. dicitur verior opinio à *Duardo lib.*2.*in Bullam cœnæ, cap.*1.*quaſt.*36. *Suar. diſp.*4.*ſect.*3. *à nu.*10. *& de legibus lib.*1.*c.* 22. *à Bonac. diſp.*1. *q.*2.*p.pr. num.*12. *probant Baſilius Pontius, Molina, Curiel, & alij, quos refert, & ſequitur nouiſſimè Diana par.*3. *tom.*5. *reſol.* 15. in hoc communiter Doctores conuenire, dixit *Hurtado de cenſuris in communi nu.*95. ratio eſt, quia præ-

372 ſumptio, ſcientia, & auſus ſupponunt dolum, & temeritatem, *l.ſed ſi lex* §.*ſcire ff.de petitione hæreditatis*, quæ non interueniunt in ignorantia craſſa, & ſupina, vt patet ex dictis. Eſt contra *Nau. cap.*27.*nu.*73. & ſi concedat, eſſe veram concluſionem, quando fertur contra ſcienter aliquid facientes, vt patet ibidem *num.*141. ſequitur *Alterius diſput.*11. *de ſuſpenſioue cap.*5.*verſ. hoc autem, quod dixi, ad finem*, qui tantum concedit hoc caſu, dictā ignorantiam reddere faciliorem abſolutionem, vel diſpenſationem, & teſtatur de probabiliori; concordāt cum noſtra cōcluſione *Layman lib.*1.*trac.*5.*c.*5.*n.*8.*verſ.porrò & Filliucc.tr.*11.*nu.*260. qui etiam teſtatur de communi.

Ampliatur primo iſta noſtra concluſio, vt ſit vera, non ſolum, vbi talis ignorantia eſt

Digitized by Google

373 eſt ignorantia iuris, ſed etiam vbi eſt ignorantia facti, *Auila par. 2. de cenſuris cap. 10. diſp. 5. dub. 9.* Contrà aliquos, qui volebãt hoc habere locum tantum in ignorantia iuris, accedit *Diana par. 3. tractatu 5. reſolutione 7. verſic. notandum.*

374 Ampliatur ſecundo etiam, vbi quis daret operã rei illicitæ: ità contrà *Couar. & Cordubã Hurtado ſup. num. 91.*

375 Ampliatur tertio, etiam ſi talis ignorãtia fuerit affectata, ità poſt *Vaſquez, Siluestrum, Angelum, & Tabienam, Hurtado vbi ſupra num. 92.* fatetur eſſe probabilem *Filiuccius tractatu 11. ſeù primo de cenſuris in particulari num. 260. verſ. ſecundum.* teſtatur de probabiliori *Bonacina ſup. num. 11.* Qui etiam id confirmat *diſput. 1. de cenſuris in particulari q. 2. puncto 4. num. 8. & probant alii, quos refert, & ſequitur Diana loco primo ſupracit. & latius loco ſecundo citato, ſcilicèt tractatu ſexto reſol. ſeptima, contra Suarez, ConinK, Duardum, Layman, & alios allegatos per ſuprac. Authores* inter quos non numero, *Sanchez*, quia in *ſumma lib. 1. cap. 10. num. 38.* retractauit iſtam contrariam ſententiam, & probat hanc noſtram ampliationem. Ratio fundamentalis eſt, quia licèt ignorantia affectata procedat

376 ex dolo, & temeritate, tamen verè talis dolus, & temeritas in hoc caſu, præſupponimus non eſſe circa excommunicationem, vel aliã cenſuram, ſed circa ignorãtiam ipſam, quod ſufficit ad non incurrendam cenſuram, hoc modo latam. Vnde quando aduerſarij dicunt, quòd ignoratia affectata equiparatur ſcientiæ, rectè reſpondet *Hurtado ſup.* quod equiparatur ſcientiæ, quò ad incurrendam culpam, non autem quò ad incurrendam cẽſuram latam hoc modo.

Tertia difficultas eſt de ignorantia concomitante. Verbi gratia quis occidit clericũ, inuincibiliter ignorans, vel eſſe latam excõmunicationem pro clerici occiſione, quo

377 caſu dicitur ignorantia concomitans iuris, vel ignorans illum eſſe clericum, quo caſu eſt ignorantia concomitans facti; tamẽ quãdo ſe preparat, promit hunc actum, ego occiderem eum, etiam ſi eſſet impoſita excommunicatio, vel ſi ſciat eſſe impoſitam excommunicationem, dicit, ego occiderẽ ẽt ſi eſſet clericus? circa huius difficultatis ſolutionem, ſit.

378 Tertia cõcluſio. Ignorãtia cõcomitãs, ſiue iuris ſiue facti excuſat ab incurrendis cẽſuris ita *Vaſquez, Sanchez, & Molina, quos ſequitur Duardus lib. 2. in Bullam cana can. 1. quaſt. 38. num. 8.* Auila ſupra *dubio 7. ad primum. Hurtado num. 9. Bonacina ſupra num. 19. Filliucius num. 246. Layman lib. 1. tract. 5. c. 5. num. 7.* Ratio eſt, quia excommunicatio eſt poſita cõtrà contumaciam, efficacem, & abſolutã. Sed iſta ignorantia concomitans excludit dictam contumaciam efficacem, & abſolutam, & tantum inducit contumaciam conditionalem, ergo non ſufficit ad incurrendam

379 cẽſuram. Eſt cõtrà *Couarruuiam in c. alma mater parte prima §. 10. num. 15.* qui ſimpliciter affirmat, talem ignorantiam, quando eſt facti, non excuſare à cenſuris, quam opinionem, dicit falſam *Hurtado loco ſupra citato*, Eſt etiam contra *Sayrum, & Graffium, apud Duardum, loco ſupra citato*, qui diſtingunt

380 de cenſura, lata ſimpliciter, & lata contra præſumentes, &c. aliquid facere, vel ſcienter, &c. aliquid facientes; primo caſu, affirmãt incurri cenſuram, non autem ſecundo caſu. Vnde, quia iſti authores putant, *in canone ſi quis ſuadente*. per dicta verba, non exigi præſumptionem, contra id quod ſupra nos diximus *ſub nu.* 381. aſſerunt, talem occidẽdo clericum, quem credit eſſe laicum, cum eo animo, vt etiam percuteret, ſi eſſet clericus, non incurrere dictam excommunicationem

381 Addunt tamen *ſupra citati Authores* pro concluſione, contrarium debere concludi in eo caſu, vbi quis promeret actum hoc alio modo, *volo nunc occidere illam feram, vel illũ laicum, & ſi clericus eſt, etiam volo eum occidere*, ſi enim talis de facto, vt ipſi aiunt, occideret clericum, omni dubio procul, eſſet excommunicatus, hoc enim caſu, non eſſet ignorantia concomitãs, quia iſtius voluntas non eſt conditionalis, ſed abſoluta, & per cõſequens tam actus internus quam externus eſſet ſacrilegus, quod nõ contingit in primo caſu, in quo licèt actus internus. ſ. volendi occidere aliquem etiam si ſit clericus, ſeu peccatum internum, ſit peccatum ſacrilegii, tamen actus externus, non eſt ſacrilegus, & per conſequens peccatum internum tãtum erit peccatum ſacrilegii, ob quod internum peccatum non poteſt incurri cenſura, vt ſupra dixi.

### *De aliquibus ſcitu dignis à confeſſario in materia ignorantiæ excuſantis à cenſuris, & aliis.*

ET ſi infra poſita quæſita pertineant ad ſuas proprias materias, vt tamen huius ignorantiæ, de qua hucuſque actum eſt, materia ſimul a lectore habeatur, illa hic ſubdimus.

Primo quæro, an ignorantia ſolius Iuris poſitiui, vel etiam ſolius pœnæ, vt ſupra explicaui, excuſet non ſolum ab incurrenda excommunicationẽ ſed etiam ab incurren-

382 dis ſuſpenſionẽ, & interdictum? *Soto in 4. diſtinctione 3. quaſt. vnica art. 9. ad finem Ledeſma Henriquez, & Lopez, apud Sanchez, infracit.* docere videntur, hoc non habere locum

cum in ſuſpenſione, & interdicto, ſed ſolum in excommunicatione. Contrarium autem docet expræſſè *Suarez tomo* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 9. *num.* 19. *&* 20. dicit probabilius *Sanchez lib.* 9 *de matrim. diſp.* 32. *num.* 17. *&* 21. *ConinK diſp.* 13. *n.* 90. *&* 91. ſupponit *Bonacina de cēſuris diſputatione prima quæſtione ſecunda punto* 1. *n.* 13. Probatur, quia etiam in ſuſpenſione, & interdicto, quando habent propriam rationem cenſuræ, eſt neceſſaria contumacia reſpectu Eccleſiæ, & nemo poteſt eſſe inobediens, & contumax Eccleſiæ, niſi peccet contra preceptū Eccleſiæ, ergò neque incurrit dictas cenſuras, latè. *Diana parte tertia tractatu* 6. *reſol.* 41. quibus ab eo allegatis, addo *Hurtadum de cenſuris in communi diffic.* 21. *&* 22. nec ſuffragatur differentia, quā aduerſarii in medium afferunt inter excommunicationem, & alias cenſuras, quòd nempè ex-
383 cōmunicatio ſit vltima, & ſūma poena, & per conſequens ad illam incurrendam, requiratur ſūma contumacia, quod non eſt in ſuſpenſione, & interdicto, quia licèt excomunicatio ſit maior poena ſuſpenſione, & interdicto, tamen quando ſuſpenſio, & interdictum habent rationem propriæ cenſuræ, requirunt perfectam contumaciam ſicuti requirit excommunicatio.

Secunda difficultas eſt de irregularitate ex
384 delicto, an ab ea excuſet ignorantia iuris Eccleſiaſtici imponentis hanc pœnam, v. g. ſcit quis adeſſe ius, illud factum prohibens, tamen ignorat id prohibitum in ſpecie ſub hac pęna irregularitatis ſimpliciter.

Dixi, *ex delicto*, quia certum eſt apud omnes, irregularitatem, quæ non eſt ex de-
385 licto, ſed ex defectu, ab ignorante incurri, cùm enim ad hoc, vt talis irregularitas incurratur, non opus ſit culpa aliqua, mirum non eſt, ſi ignorantia ab ea non excuſat, quæ intantum excuſat ab irregularitate, quatenus excuſat à culpa. Vndè in vniuerſum docent
386 DD. quod vbi irregularitas incurritur propter aliquam culpam, ſi ignorantia excuſet à culpa, excuſat etiam ab irregularitate. *Molina tom.* 4. *tract.* 3. *diſp.* 78. *ad finem*, ibi *Quia ergo quando homicidium, aut mutilatio ſunt obiectiuè mala, & illicita, irregularitas ob ea nō incurritur, niſi quando interuenit culpa ſaltem venialis talis homicidii, vel mutilationis, vel quando fiunt dando operam rei illicitæ, apta vt inde mutilatio, vel homicidium ſequatur, conſequēs profecto eſt, vt quando ignorātia inuincibilis in eiuſmodi mutilatione, vel homicidio omnino excuſauerit à culpa neceſſaria vt ob tale homicidium, aut ob talem mutilationem irregularitas incurratur, conſequenter excuſet efficientem tale homicidium, aut mutilationem ab irregularitate illa incurrenda.*

Dixi ſecūdo, *Ignorantia iuris*, nam certum
387 eſt, ignorantiam facti excuſare, quando eſt inuincibilis, teſtatur de communi *Filliuccius tract.* 20. *num.* 181. *& ſeq.* Dixi tertio, *ſimpliciter*, quia certum eſt apud omnes, & notat, *ConinK infra citandus*, quòd quando irregularitas impoſita eſt contra aliquid ſcien-
388 ter, vel cum præſumptione aut audacia facientem, ignorantiam vt ſupra excuſare.

Circa hanc difficultatem ſic declaratam. *Sotus in* 4. *diſtinctione* 22. *quæſtione prima art.* 2. *argumēto* 2. *ad fin. & clarius diſtinctione tertia quæſtione vnica art.* 9. *verſus finem*, & ſi concedat, quòd igorantia iuris inuincibilis excuſet ab excommunicatione, negat autem id, loquēdo de irregularitate, ac affert ratio-
389 nem differentiæ inter cenſuras, & irregularitatem, quia cenſura non ſolum ob culpam, ſed etiam ob inobedientiam Eccleſiæ incurritur, aliæ verò pœnæ, vt irregularitas, ſufficit ꝙ adſit culpa. Vnde infert, quòd oc-
390 cidens aliquē, licèt ignorans inuincibiliter ex homicidio inſurgere irregularitatem, in eam incidit, ſequitur *Sotum*, & ſi eum non alleget *Suarez diſp.* 49. *ſect.* 5. *num.* 9. qui confirmat rationem *Soti*, ex eo, quòd cenſura ſit pœna medicinalis, & ideo pro contumacia feratur, formaliter, vt ab illa recedatur, irregularitas autē, non ſit pęna medicinalis, ſed ad vindictam delicti, ideoque contumaciam non requirat, proſequitur *Hurtado diſp. prima de irregularitate num.* 28. *& ſequenti*, qui pro hac opinione etiam refert *Vaſquez*. Addo ego *Auilam parte ſecunda cap.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 10. *concluſione ſecunda & parte ſeptima diſp.* 2. *dub.* 7. *concluſione ſecunda* vbi & ſi cōcedat, ignorantē inuincibiliter ſe eſſe excōmunicatum, vel eſſe prohibitum in iure quod excommunicatus ordinetur, vel exerceat ordines, excuſetur ab irregularitate; tñ ſecus eſſe ait, vbi quis ſcit ſe eſſe excommunicatū & illi prohiberi ordines exercere, &c. quod etiam docet *Filliuccius tract.* 19. *ſub n.* 44. *& clarius Reginaldus lib.* 30. *nu.* 15. quòd ignorantia tam culpæ ob quam incurritur irregularitas quàm ipſius irregularitatis; ab hac, ſicut ab iſta excuſet, non autem ignorantia ſolius irregularitatis etiam inuincibilis, vbi hanc doctrinam exemplificat, non ſolum in caſu homicidij, ſed etiam in eo qui
391 cùm in cenſura reperiatur, celebret cum ignoratia, quòd per talem celebrationem incurrat irregularitatem, in quibus terminis uidetur etiam loqui *Sotus loco primo citatus*,
392 qui idē dicit de bigamo contrahente cum ignorantia, quòd ex tali contractu reſultet irregularitas. *teſtatur de communi Layman lib.* 1. *tract.* 5. *c.* 5. *ſub n* 8.

His tamen non obſtantibus. Alij, quos refert, & ſequitur *Sanchez lib.* 9. *de matrim. diſputatione* 32. *num.* 17. *&* 20. docent contra-
393 rium, ignorantiam nempè iuris excuſare, & ab incurrenda irregularitatem ex deli-

cto

Digitized by Google

cto vt ſuprà, quibus ConinK diſp. 18. dub. 4. qui teſtatur de probabiliori, poſt *Sanchez ſupra, Portellius in ſuis dubiis regularibus Verbo ignorantia dub. 19. Caſtrus Palaus.* & alii, quos refert,& ſequitur *Diana tomo 4. tractatu 2. reſol. 36. & 85.* Probat *ConinK* hanc opinionem, nempè ignorantiam, de qua ſupra excuſare ab incurrēda dictā irregularitatē, qa iſta irregularitas ob delictum, videtur inuēta ad puniendos contumaces, ſed ignorans non eſt contumax, ergo. Non placet hæc rō, Vndè id potius probarem ex alio principio.

394 *Nau. cap. 27. n. 274.* quod ſcilicèt ad hoc, vt quis incurrat pænam extraordinariam, & exorbitantem, non ſufficiat, vt quis conſentiat in eo, quod eſt cauſa dictæ pęnæ, ſeu ſciat talem poenam eſſe pro dicta cauſa impoſitā, ſed requiritur, vt ſciat cauſam illius poenæ, quæ regula, vt ipſe ait *cap. 23. num. 45. ad finē,* præcipuè procedit quoad forum conſcientiæ, ſubdens, hoc multos pios conſolari poſſe, maximè in materia cenſurarum, & irregularitatum.

395 Quæres quomodo practicati poteſt hæc opinio? *Franciſcus Merolla, allegatus à Diana locis ſupra citatis.* Reſpondet practicari poſſe in omnibus irregularitatibus ex delicto, præter eam, quæ oritur ex homicidio, vel mutilatione, quia licèt hæc irregularitas videatur ex delicto, includit tamen defectum perfectæ lenitatis. Non enim melioris debet eſſe conditionis, dicit ipſe, occidens, vel mutilans iniuſtè, quàm occidens, vel mutilans iuſtè, ſicut eſt Iudex, aliuſque miniſter Inſtitiæ, vel occidens in bello iuſto, ſed hic non excuſatur ſecundum omnes propter quamlibet ignorantiam iuris ab irregularitate ex defectu lenitatis, ergo neque ille. Sed non diſcedendo à prima ſententia, poteſt reſponderi huic rationi, quòd ad incurrendā

396 irregularitatem ex defectu lenitatis non requiritur culpa, & ideo ab ea non excuſat ignorantia, ex quo ſufficit eo caſu conſentire in cauſam ipſius; Ad incurrendam verò hāc irregularitatem ex homicidio requiritur culpa, vt explicaui ſuprà *nu. 386* ideò non ſolum ſufficit conſentire in eius cauſam, ſed etiam debet quis conſentire in eius pœnā. Confirmatur, quia illa irregularitas, ex defectu lenitatis eſt facilioris diſpenſationis, imò non de-

397 ſunt authores, qui doceant, illā eſſe reſeruatam Epiſcopis, & etiam Prælatos Regulares poſſe ſuos ſubditos ab ea diſpenſare, *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 30. nu. 4.* in terminis Prælatorum regularium, *Auila par. 2. cap. 6. diſp. 5. dub. 1. concluſione ſecunda,* vbi ex hoc probat, poſſe ab ea diſpenſare cōmiſſarium bullæ cruciatæ, videte *Dianā par. 4 tract. 2. reſol. 69. latè Marchinus de ordinis ſacramento tract. 1. p. 9. c. 2.* qui probat, de prædicta irregularitate ex defectu leuitatis nihil ſacrum Concilium Tridētinum diſpoſuiſſe, & ideo poſſe ab ea Epiſcopum diſpenſare iuxta ius antiquum, quod non eſt immutatum per aliquod ius nouum, & Prælatos regulares etiam id poſſe ex priuilegio, quo gaudent diſpenſandi in quacumque irregularitate, excepta bigamia, & homicidio volūtario.

Quæ diximus ſupra, ampliat, *Merolla apud Dianam loco ſupracit* etiam ſi ignorantia eſſet

398 vincibilis, & culpabilis dummodo non ſit craſſa, vel ſupina, quod etiam docuit *Layman lib. 1. tract. 5. p. 4. cap. 2. nu. 1.* ibi, *Tertio, ad hanc irregularitatem, quæ ex delicto oritur requiritur dolus, & culpa lata ideoque ignorantia quæcunque, ſi craſſa non ſit, excuſat.* eſt contra illos, qui negant ignorantiam culpabilem excuſare, vt per *Filiucc. tract. 12. nu. 8. & tract. 20. num. 183.* Et *Sanchez d. diſput. 32.*

399 *n. 26.* etiā hoc extēdit ad ignorantiam concomitātem, & probat *Layman lib. 1. tract. 5. c. 5. num. 7. ad finem.* Qui *Sanchez,* cum *ConinK* etiam extendit noſtram concluſionem, vbi opus ob quod eſt lata irregularitas, ſit etiam iure naturali prohibitum, ac etiam vbi ignorantia ſit circa annexionem duntaxat irregularitatis, quæ omnia negant aduerſarij, vt per *Hurtadum, & alios locis ſupra citatis pro prima opinione.*

Tertia difficultas eſt circa excommunicationem minorem, vtrum participans cum excommuuicato, ignorans vt ſupra eſſe prohibitam communicationem cum ipſo, quæ eſt ignorantia iuris, de qua eſt difficultas, excuſetur ab incurrenda dictam excommunicationem minorem? *Siluester, Diuus Antoninus, & alii* putant, excuſare ignorantiam hoc caſu, tantum vbi eſt inuincibilis. At *Hurtado diſp. 9. de excommunicatione 9. num. 25.* probat, quòd etiam ignorantia vincibilis, & ſic cum culpa mortali, vt ſupra dictum eſt de aliis cēſuris, excuſet etiam hoc caſu ab excommunicatione minori, & optimè quidem, nam in *cap. quoniam multos 11. q. 3.* vbi enumerantur illæ quinque cauſæ, in quibus excuſantur à tali excommunicatione minori, participantes cūm excommuincato, quæ comprehen-

400 duntur in illo verſu. *Vtile, lex, humile, res ignorata, neceſſe.* Epreſsè dicitur iſtis caſib⁹ eximi participantem cum excommunicato à dicta pæna, *ex miſericordia, & benignitate,* ergo non tantum eximi debent, qui ignorantes inuincibiliter dictam pęnam, participant vt ſupra, ſed etiam, qui vincibiliter, & cum culpa, cùm aliàs nulla exerceretur benignitas, & miſericordia, ex quò inuincibilis ignorantia ſecundum omnia iura excuſet, iſtam doctrinam docet *Suarez,* & probat *Filiucc. tract. 4. de cenſuris in particulari num. 128.* & ſi excludant ignorantiam affectatam, loquendo iuxtà opinionem, quam ſupra impugnaui, ſicut etiam *Layman lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 2.*

num.

Digitized by Google

*num.* 16. *§. lex ignorata*, excludit quoq; ignorantiam craſſam.

401 Quarta difficultas, eſt de reſeruatione ipſius cenſuræ, vtrum poſito, quòd aliquis ſciat, pro aliquo caſu eſſe impoſitam cenſuram, ignorat tamen illā eſſe reſeruatam, poſſit abſolui à quolibet confeſſario? *Sanchez ſupra diſput.* 32. *nu.* 18. diſtinguit de reſeruatione facta ob bonam gubernationem Eccleſiæ, vt maiora crimina à maioribus iudicibus cognoſcantur, & ſic reſpiciente perſonā confeſſarij, à quo aufert facultatem abſoluendi in dicto caſu, & de reſeruatione facta in lege in pœnā, & odium ipſius delinquentis, prout inquit ipſe *Sanchez*, eſt reſeruatio facta à Sixto V. contrà malè promotos. primo enim caſu ignorantia non excuſat, ſecundo verò caſu, quia habet rationem pœnæ excuſat ignorantia. Veritas tamen eſt, quòd quando
402 agitur de foro conſcientiæ, vt ſunt termini, de quibus loquimur, reſeruatio ſemper reſpicit ipſam Confeſſarij iuriſdictionem, & per conſequens nihil poteſt ſuffragari ignorantia ipſius pœnitētis, vt infra latius dicemus, cū de *officio*, *& poteſtate confeſſarij circa pœnitentes qui in caſus reſeruatos inciderunt*, & poſt hæc ſcripta, & lecta, reperi, ita cōcludere licèt pluribus verbis *Marchinus in ſuo bello diuino p.* 4. *c.* 2. *ſub nu.* 40. ex qua opinione noſtra, pro praxi infertur. Primo ex *Auila par.* 2. *de cenſuris*
403 *c.* 5. *diſput.* 5. *dub.* 7. quòd ſciēs eſſe aliquid prohibitum ſub pœna excommunicationis, ignoret tamen eſſe illā reſeruatā in bulla cœnæ, non poſſit abſolui à quocumque confeſſario, & confirmat, ac probat late *Marchinus ſupracitato loco*. Infertur ſecundo, quòd etiā
404 Sacerdos ignorans dictam reſeruationem, ſi abſoluat, licèt non peccet, tamen abſolutio non valeat ex defectu iuriſdictionis, ita *Facundez lib.* 8. *in* 2. *præcepto cap.* 6. *num.* 28. vt late dicimus loco ſupra citato, ad quem locum remittimus lectorem.

405 Quinta difficultas eſt de ignorantia, circà impedimentum, quod tantum impedit matrimoniū. v. g quis baptizat proprium filiū extra caſum neceſsitatis, vel accedit ad conſanguineam vxoris in primo, vel ſecundo gradu, ne ſciens, ex his conſurgere impedimentum petendi debitum, vtrum poſtea ſi id ſciuerit, teneatur petere diſpenſationem? Duas opiniones refert *Sanchez d. diſp.* 32. *num.* 43. adheret tamen opinioni, quæ negat, talem teneri petere diſpenſationem. Quia ignorantia excuſat ab incurſu dicti impedimenti, quod habet rationem pœnæ, quod eſt notandum pro confeſſarijs ſecularibus; nam regulares circa hoc
406 habent priuilegium ſpeciale, vt videre eſt *ſupra par.* 2. *recoll.* 10. *n.* 199. ſequitur poſt hæc ſcripta, & lecta *Diana p.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 12.

Sexta, & vltima difficultas, an ea, q̄ diximus ſupra de ignorantia, extendi poſsint etiam ad inaduertentiam, vel obliuionem naturalem,
407 verbi gratia, quis ſcit eſſe latam excommunicationem contra percutientem clericum, & ſcit talem eſſe clericum, tamen quando percutit, non aduertit ad excommunicationem, & clericatum, ſic etiam de irregularitate, &c. an incurrat dictam excommunicationem; vel irregularitatē? Difficultas verſatur, vbi talis inaduertentia, ſeù obliuio naturalis non excuſet à tota culpa, ſed tantum à mortali, nam quando excuſat à tota culpa, equiparatur ignorantiæ inuincibili, & per conſequēs nemo eſt, qui neget, excuſare, in ſpecie *Regin. lib.* 13. *praxis nu.* 172. *ad finem* loquendo generaliter de excuſatione à lege pænali. Sicut etiam quando non excuſat à tota culpa, ſed à mortali, certum eſt etiam apud DD. excuſare dictam inaduertentiam, & obliuionem ab incurrenda excommunicationē, quæ vt ſupra diximus, non incurritur, niſi ob peccatum mortale, & ſic dubiū tātum reſtringitur circa alias duas ſpecies cenſuræ, nempè ſuſpenſionem, & interdictum, quæ poſſunt incurri ēt ob peccatum veniale. Sed ex ſupra à nobis dictis, Idem dicendum eſt de iſtis alijs cenſuris, ſicut dicitur de excommunicatione, quādo reperiuntur latæ ſecundum totum eorū effectum, quia habent rationem veræ cenſuræ, & per conſequens ſunt pœnæ grauiſſimæ ideoque requiritur ad illas incurrendas, peccatum mortale, ſicut ad incurrendam excommunicationem *Sanchez ſupracitato lib.* 9 *de matrimonio diſp.* 32. *num.* 29. qui idem à pari docet, quando ignorantia fuerit culpabilis
408 tantum venialiter. Idem etiam docens de irregularitate. Non enim credibile eſt, inquit ipſe *Sanchez*, piam matrem Eccleſiam velle talibus pænis, iſtos plectere pro culpa tantum veniali, clarius de excommunicatione, & alijs cenſuris, *Hurtado de cenſuris in communi nu.* 93. *& ſeq.* ibi, *ob eandem rationem impedit inaduertentia omninò actualis ipſius iuris, quamuis adſit ſcientia habitualis illius, quia ſcilicèt excuſat à culpa, imò quamuis adſit aduertentia actualis illius, ſi non ſit plena, impedit incurſionem cenſuræ, quæ tantum incurritur ob p. m.* idē habet *Layman lib.* 1. *tract.* 5. *cap.* 5. *num.* 7. *verſ. Porrò*, ibi, *vt etiam intelligatur de inconſideratione, ſiuè obliuione legis, aut præcepti eccleſiaſtici non craſſa, ſeu ſupina, vt aduertit Suarez diſput.* 3. *ſect.* 8. *nu.* 11. Exemplificat *Portellius verbo excommunicare in addit. num.* 9. in eo, qui ſcit opus eſſe prohibitum ſub cenſura, at quando illud facit non aduertit, vel quòd ſit prohibitū dictum opus, vel quòd ſit prohibitū ſub cenſura, & ſi putet poſt, *Suarez ſupra*, talē inaduertentiam non excuſare ab irregularitate, quod tamē etiam excuſet ab irregularitate, non videtur negare *Hurtado de irregul. diſput.* 1. *num.* 28. ibi, *& ob rationem dictam ſi efficax eſt*, non incurret irregularitatem, qui

non

Digitized by Google

non conſiderat, vel aduertit actu, delictum eſſe contra ius eccleſiaſticum, etiam ſi habitualiter id ſciat: imò ei, qui non conſiderat, in eo delicto eſſe annexã irregularitatem, quod *Aegid. Conin K* tenetur admittere, iuxta illud, quod docuit *diſp. 13. nu. 93.* Hucuſq; *Hurtado.*

Hac occaſione nota doctrinam ſingularẽ,
409 *Sanchez lib. 4. ſumma cap. 22. num. 28.* Siquis vouit ſoluere decem, vel ingredi religionem, ſiluxerit, vel fornicatus fuerit, & dum ludit, vel fornicatur, non eſt memor voti, vel etiam ſi memor eſt voti, non eſt memor pęnæ, quòd non teneatur, neque ſoluere decem, neque ingredi religionem, quod etiã poſt hæc ſcripta, & lecta, adnotauit *Diana par. 3. tract. 6. reſ. 41.* qui idem dicit de beneficiato in aduertenter, vel ex obliuione naturali omittente recitare horas, ſcilicèt non teneri ad reſtitutionem fructuum pro rata, &c.

Ex quibus patet, quid dicendum ſit de eo, qui efficit actum prohibitum ſub cenſura,
410 quando eſt ebrius, vel in freneſi, ſi id præuidere poterat, & per conſequens etiam præcauere, quia ſufficit, quod peccauerit in cauſa mortaliter, ad hoc, vt incurrat cenſuram, vt ſupra diximus poſt *Suarez tom. 5. diſp. 6. ſect. 1. num. 20.* quem probat *Megalius par. 3. lib. 1. cap. 3. nu. 79.* quòd eſſe verum in omni ſentẽtia, teſtatur *Sanchez lib. 1. ſumma cap. 27. n fin.* vbi hoc extendit etiam ad eũ caſum, quo voluntas prima per pœnitẽtiã fuit reuocata, ſeù interrupta, & limitat in peccatis oris, nempè blaſphemia, periurio, &c. Quia ſi pro iſtis eſſet impoſita cẽſura, blaſfemans, vel peierans, &c. in ebrietate, vel il freneſi, non incurreret cenſuram, de qua re *Diana par. 3. tractatu 7. reſol.*
411 *52. ad finem* idem de irregularitate, & reſtituendi obligatione poſt *Vaſq. & Azorium*, habet idem *Diana, vbi ſupra verſ. imò ego puto.* Nec obſtat opinio eorum, qui vt ſupra retuli, docent, Hæreticum internum, ita proferentẽ hæreſim in ſomno, vel phreneſi nõ incurrere in excommunicationem, quia præter quod non eſt improbabile hunc talem incidere in dictam excommunicationem, vt ibi dixi, non
412 eſt eadẽ rõ de excõmunicatione ob hæreſim quæ non eſt prohibita; niſi ab interna hęreſi procedat, & exprimatur, & de cenſura ex alia cauſa, quæ de per ſe, & directè eſt prohibita, & poſt hæc ſcripta, & lecta, reperi adnotare pluribus verbis, *Boſſius de iubileo ſect. 1. caſu 10. §. 4. nu. 137. & ſeq.*

## *Metus ratione quando, & in quibus caſibus poſſit confeſſarius excuſare pęnitentem ab incurſu cenſurarum.*

PRo intelligentia huius materiæ recolendum eſt, quod diximus ſupra *par. 1. Recoll. 7. nu. 120.* ſcilicèt nos habere duos terminos, nempe vim, vel vt alij dicunt violen-
413 tiam, & metum, eſt enim differentia inter hos duos terminos, non ſolum quia vis ſemper eſt à principio extrinſeco, verbi gratia, quando quis cogitur facto aliquo extrinſeco aliquid facere, metus verò poteſt eſſe non ſolum ex principio extrinſeco, verbi gratia, quando minis, vel timore cogitur aliquis, ad aliquid faciendum, ſed etiam ex principio intrinſeco, nempè ex metu infirmitatis, naufragii, &c. Sed etiam quia, quod fit ex vi, dicitur inuoluntarium ſimpliciter, ideòque excuſat ab omni culpa, quod aũt fit ex metu, non eſt inuoluntarium ſimpliciter, ſed ſecundum quid, ex quo potius quis elegit malum facere, quã pati id, de quo metus incutitur. Ex qua differentia ſequitur, quòd cum peccatum non ſit, niſi voluntarium, dum metus non tollat, ſed tantum minuat voluntarium, neque excuſet à culpa, ſed illam minuat. ità communiter Theologi in materia de actibus humanis, & nos latius explicamus, loco ſupra citato, quibus illic allegatis accedit *Layman lib. 1. tract. 2. c. 6. nu. 7. ad finem.* vndè etiam ſequitur, quarè hic quæramus de metu, quomodo excuſet à cenſurã, & non de vi, cùm
414 enim vis tollat voluntarium ſimpliciter, excludit etiam omnem culpam, ſine qua culpa non poteſt incurri aliqua cenſura, vt ſæpius ſupra dictum fuit, & habetur in *c. ſacris de iis, quæ vi metuſque cauſa fiunt*, At metus cũ non excludat, vt diximus, culpam, ſed tantum minuat, de eo tantum eſt difficultas, vtrũ excuſet à cenſura.

415 Secundo etiam recolendum eſt ex dictis *citata Recollectione 7.* quod metus eſt duplex, leuis, ſcilicet, & grauis, quem metum grauem alii vocant iuſtum, probabilem, & cadentem in conſtantem virum, metus leuis accidit, quoties timetur malum leue, metus verò grauis, quando timetur magnum malum, nempè mortis, mutilationis, amiſſionis famæ & honoris, vel iacturæ magnæ bonorum, aut cruciatus corporis, carceris diuturni, infamiæ ſtupri, vel iniuſtæ excommunicationis, vt poſt alios habetur *per Layman loco ſupracit. num. 5. verſ. Porrò*, qui ſubdit, quòd iudicis arbitrio, relinquitur definiendum, vtrum in particulari cõſideratis circumſtantiis rerum, aliã mala exiſtant, quæ cauſent dictum metũ grauem. Conueniunt enim authores, metum leuem, non excuſare ab incurrenda cenſura, quia cùm leuiter minuat culpam, adhuc remanet, quòd culpa ſit grauis, pro qua poſſit etiam quis incurrere pænam grauem, qualis eſt cenſura.

His præſuppoſitis, eſt prima difficultas, an metus excuſet à cenſura lata pro actu, non intrinſeco malo, ſed malo, quia prohibito; Cẽ-
416 ſura enim dicitur lata pro actu intrinſecè



Digitized by Google

malo, quando ille actus prohibitus reperitur à l. diuina, vel naturali, qualis eſt qlibet actus prohibitus in Decalogo, Verbi gratia, furtũ, homicidium, inceſtus, adulterium, &c. dicitur verò lata pro actu malo, quia prohibito, quando aliàs actus eſt indifferens, ideſt neque bonus, neque malus, tamen, reperitur prohibitus à ſuperiore ob aliquem finem, exemplificat *Filiuccius infrà citandus* in locutione cũ monialibus? *Durandus in 4. diſt. 18. quæſt. 5. ad tertium Caiet. par. 2. quæſt 96. artic. 4.* docent ſimpliciter, metũ hoc caſu nõ excuſaret omninò ab ipſa culpa, ſed tantũ minueret culpã, confirmant ex textu in *cap. ſacris de his, quæ vi, metuſque cauſa fiunt*, vbi non excuſatur quis à communicatione cum excommunicato ex metu. Hoc tamen non obſtante, ſit.

417 Prima concluſio. Metus excuſat à cenſura lata pro actu malo, quia prohibito. Eſt communis opinio omnium Doctorum, vt ſupponit *Suarez lib. 3. de legibus cap. 30. num. 14 & de cenſuris diſp. 6. ſect. 3.* dicit hoc eſſe certum *ConinK diſput. 13. num. 101.* docet *Filiuccius tract. 1. de cenſuris in communi num. 268. Hurtado eodem tractat. nu. 99. ad finem*, qui loquitur generaliter de omnibus cenſuris, ſicut ẽt loquitur *Duardus in Bullam cœnæ Domini lib. 1. cap. 2. quæſt. 2. num. 19. Bonacina de cenſuris diſp. 1. de cenſuris q. 2. puncto 3. num. 2. Roderic. Suarez alleg. 33. n. 3. & ſeq.* loquẽs de metu ob præceptũ Regis. ratio huius concluſionis ſumitur ex eodẽ illo principio, ꝙ ſupra poſuim' in materia ignorantiæ, nempè ad incurrendã cenſuram, requiri contumanciam reſpectu Eccleſiæ, qualis non poteſt interuenire in eo. qui ob metum grauem tranſgreditur præceptum ipſius Eccleſiæ, cuius reſpectu neq; iſte, hoc caſu peccat mortaliter. Ad rationem dubitandi reſpondetur, id quod dicitur, metum

418 minuere tantum culpam, procedere in prohibitis, quia malis, non autẽ in malis, quia prohibitis, quo caſu non præſumitur in dubio voluiſſe Eccleſiam obligare contrauenientes cum tanto rigore, vt illius præcepto obedire teneamur, etiam inſtãte metu graui, nam leges humanæ debent eſſe ſuaues, & accõmodatæ fragilitati hominum, & ſic reſpõdetur ad textum in d. *cap. ſacris* quòd ſcilicèt intelligatur, vbi metus, non ſimpliciter fuit incuſſus, ſed in odium fidei, & poteſtatis eccleſiaſticè, quo caſu res redditur intrinſecè mala. Confirmatur, vt benè *Suarez citato cap. 30. de legibus nu. 6. & latius poſt ConinK, explicat Layman loco infra cit.* quòd obligare ad rem præceptam, non obſtante, quocumque metu, ſit ſupra poteſtatem legiſlatoris humani. Ex hac concluſione, infert *Bonacina loco ſu*

419 *prac.* quòd ſi eſſet lata cenſura cõtrà clericos deferentes arma, ſi hoc facerẽt metu mortis, quia v. g habent inimicitias, non incurrerẽt dictam cenſuram, quia armorum aſportatio eſt res indifferens.

420 Infertur ſecundò, quòd communicans cum excõmunicato metu graui vt ſupra, nõ ſolum excuſetur ob excommunicatione minori, quæ regulariter contrahitur per dictam participationem, ſed etiam ab excommunicatione maiori, in illis caſibus, in quibus talis participatio, prohibetur ſub excommunicatione maiori, vel ſub peccato mortali, de quibus infra *Recollect. 3.* quicquid *Caietanus, & Adrianus* contrarium doceant, ratio eſt, quia tantũ de iure poſitiuo eſt interdicta ipſa communicatio cum excõmunicato, quod ius poſitiuum, vt dixi, non obligat cum tanto rigore. Videte pro nunc *Dianam tract. 6. reſol. 48. verſ. 4. licitum eſt*, latius *Auendannus in ſuo tractatu nouiſſimo de metu lib. 2. cap. 31. per totum*, quòd eſt verum non ſolum, quò ad fideles, qui communicant cum excommunicato, ſed

421 etiam quò ad ipſum excommunicatum communicantem etiam in diuinis cum fidelibus, vt per *Auilam par. 2. cap. 6. diſp. 8. dub. 1. verſ. 3. opinio. & verſ. vltimò ſequitur*, vbi teſtatur, ita communiter tenere Magiſtros.

Tertio infertur ex *Duardo lib. 1. in Bullam cœnæ cap. 2. quæſt. 2. num. 22.* legentem libros

422 hæreticorum ex eodem metu, non incurrere excommunicationem Bullæ cænæ, quia talis lectio, neque eſt intrinſecè mala, niſi foret illi occaſio proxima infectionis.

423 Infertur quarto, quòd metu graui deferẽs libellum duelli, vel cimba tranſuehens duellantes, non incidit in excommunicationem latam contra auxilium præſtantes in duello, *Sanch. tom. 2. Summæ lib. 1. cap. 7. nu. 19. Auila par. 2. cap. 6. diſp. 8. dub. 5. verſ. 3. ſequitur ad finem*, quia etiam iſta ſunt indifferentia.

424 Infertur quinto, præceptum ieiunii, vel recitationis officij diuini, aut auditionis miſſæ in die feſto, & ſi iniunctum ſub cenſura, non obligare cum detrimento ſalutis, vt infrà.

Hæc concluſio ſic declarata, Ampliatur vt procedat etiam quando actus prohibitus à iure eccleſiaſtico, reperiatur etiam prohibitus à iure diuino poſitiuè tamen, dant exemplum DD. de integritate confeſſionis, ipſa .n. eſt præcepta de iure diuino, tamen poſitiuo.

425 Vndè ſi ſit impoſita cenſura contra non integrè confitentes peccata ſua, ſi quis ex metu graui, non faceret integram confeſſionem, non incurreret cẽſuram, ſicut nec etiam peccaret; ita *Conink, Auila, Hurtado, & alij ſuprà citati*.

426 Secũda difficultas eſt, an hoc ſit verum, vbi actus ſit ꝓhibitus quia malus, ſ. prohibitus iure naturali, & diuino, prout plerumque ſunt oẽs actus præceptorũ negatiuorum Decalogi. Verbi gratia non furtum facies, non mæcaberis, &c. vtrum etiam metus grauis excuſet ab incurrenda cenſurã, ſicut iã ſupradictũ eſt excuſare ab illa, qñ actus eſt malus, quia pro-



Digitized by Google

prohibitus à iure poſitiuo? *Sayrus lib. 1. cap. vltimo num. 41. Suar. d. diſput 6. ſect. 3. Sanch. lib. 9. de matrimonio diſput. 31. num 4. & 6.* teſtatur de communi, *Duardus lib. 1. in Bullam cœnæ cap. 2. quæſt. 2. nu. 7.* docent opinionem negatiuã, quibus accedit nouiſsimè *Hurtado de cenſuris in communi nu. 100. ad finem*, ea ratione, quia talis metus hoc caſu non excuſat à culpa. Hoc tamen non obſtante, ſit.

427 Secunda concluſio: metus grauis excuſat ab incurrendis cenſuris, etiã latis pro actu, qui ſit prohibitus, quia malus, & ſic à iure diuino, vel naturali negatiuè, vt ſupra: Hanc concluſionem defendit, & probat *ConinK diſput. 13. num. 59. poſt Nauarrum cap. 27. num 63. ad finem, & Auilam par. 2. cap. 6. diſput. 8. dub. 1. verſ. Tertio ſequitur*, qui teſtatur de communi, accedunt *Filiuccius d. tract. 1. de cenſuris in communi num. 269. & Bonacina* etiam videtur ſequi hanc opinionem *loco ſupra citato*, vt patet ex exemplo, quod ipſe in medium affert *n. 5.* clarius poſt *Suar. lib. de legibus cap. 30. num. 14. Layman lib. 1. tract. 5. cap. 5. num. 9.* ibi *Qui ex graui metu mortis, infamia &c. tranſgreditur legem, aut præceptum eccleſiæ, is non incurrit annexam cenſuram, tametſi quandoque à culpa etiam mortali non excuſetur, ſi videlicèt legem violet, quæ naturaliter obligat.* licèt enim hoc caſu furando, vel inceſtum quis committendo peccaret mortaliter excuſatur tamen à cenſura, quatenus illa eſt à iure eccleſiaſtico ex eodem principio, de quo ſupra, quòd ad incurrendam cenſuram, non ſufficit, vt quis peccauerit, ſed etiam requiritur, quòd fuerit contumax Eccleſiæ, qualis non eſt, vt ſupra dixi, qui ex metu graui aliquid fecerit. Ad id quod aſſerit *Hurtado loco*
428 *ſupra citato*, quòd præceptum Eccleſiæ hoc caſu obliget ad id, ad quod aliàs quis obligatus erat iure diuino, vel naturali, & ſic per hanc ſuam prohibitionem, eccleſiaſticam non exponere ſubditum alicui periculo, cui iam non ſit iure diuino expoſitus. Reſpondetur eſſe verum, quò ad culpam, non autẽ quò ad pœnam cenſuræ, quæ non ſolum requirit cõſenſum in factũ, ſed etiam in cõtumaciam, vt ſupra. Ex hac concluſione infertur, excuſari
429 Chriſtianos remigantes in triremibus, vel nauibus Turcarum, vel aliàs metu, vt ſuprà, ſe exercentes in damnum Chriſtianorum, licèt enim concederemus, illos peccare contrà ius naturæ, vt aliqui volunt, de qua re egi *ſupra par. 1. recoll. 7. nu. 135.* vbi alios citamus, non tamen incurrerent in excommunicationem, &c. *Auila, & Bonac. ſupra c.* de qua re & ſi haud clarè *Comitulus lib. 5. reſponſorum morali q. 8. & 9. clarius Diana p. 3. tractatu 5. reſ. 36. & tr. 6. reſ. 48.* intellige non ſolum de excommunicatione in Bulla cænæ, ſed etiam de excõmunicatione à iure, vt contra aliquos *P. Lanfrancus opuſculo de ſcandalo c. 12. nu 7.* & ſi alia ratione, quæ non eſt ita particularis. Ita etiam de deferentibus ex metu graui ar-
430 ma, æquos, &c. ad Turcas, vel etiam aperiẽtibus ex eodem fine, ſecreta ſtatus Chriſtianorum, &c. *Bonacina de cenſuris in particulari diſput. 1. q. 8. puncto 4. num. 6.* idem de eo, qui compulſus ab alio metu mortis percutiat, vel occidat clericum, quòd non incurrat excommunicationem dixit *Auila ſupra verſ. 3. ſequitur, ad finem*, quia vt dixi non ſequitur, peccauit quis mortaliter contra legem naturalem, vel diuinam, ergo incurrit cenſuram, niſi etiam peccauerit contra ipſam eccleſiam imponentem cenſuram.

Ampliatur concluſio, vt procedat, non ſolum quoad cenſuras, ſed etiam quò ad effectus cenſurarum; exemplum ponunt communiter DD. de eo, qui eſt excõmunicatus,
431 & tamen ob metum grauem ammiſſionis famæ celebret, quia non incurrit irregularitatem. *Ita Auila, & Bonac. locis citatis*, eadem ratione, quia iſti effectus ſunt de iure humano, quod ius non cenſetur obligare cum tanto rigore. Nota tamen ad declarationem huius ampliationis, quòd iſti effectus, vel ſolum inducunt impedimentum, & ſic culpam, vel etiam inualiditatem actus, ampliatio procedit in primo caſu, vbi inducunt tantum culpam, vt in caſu propoſito de excommunicato celebrante. Idẽ dicas de ordinato ab Epiſcopo excommunicato per metum grauem, cùm enim metus excuſet à culpa, excuſat etiam à ſuſpenſione, vel irregularitate; Non autem
432 ſecundo caſu, quia tunc peccabit, & actus ſequutus erit inualidus. *Hurtado de cenſuris in communi nu. 101. ad finem*, Exemplum eſt de excommunicato denunciato, ſacramentaliter abſoluente, & ſi metu, vt per *Auilam p. 2. cap. 6. diſp. 8. dub. 5. verſ. 4. opinio ad finem*, vbi contrarium docet de iudice ferente per metum, ſententiam, quòd ſcilicèt tunc non peccabit, & ſi eius ſententia taliter per metum lata, erit inualida, de qua re latè *Auendãnus in ſuo tract. de metu lib. 2. cap. 15. a n. 33.* poteſt etiam hoc comprobari exemplo, quod tradit *Suarez ſupra allegatus* pro concluſione, & proſequuntur alii, ibi à nobis citati, de
433 contrahente per metum grauem matrimonium cum conſanguinea, vel affine in gradu prohibito, talis enim vtiq; incurreret excommunicationem latam in *clementina vnica de conſanguinitate, & affinitate*, ſed tamen non per hoc, non erit inualidũ matrimonium, & non peccabit conſumando, *Sotus d. artic. 4.* quia conſumando non cõtrauenit legi eccleſiaſticæ, ſed naturali, concordãt in hoc *Suar. de legibus lib. 3. cap. 3. nu. 15. Auila & ConinK*, quos ſequũtur *Hurtadus, & Layman ſupra. Megalius p. 3. lib. 3. c. 2. nu. 31.* vbi dat exemplũ de collatione beneficij facta excommunicatio, de qua re nos latè in noſtro *tract. de officio*

*capellani*, Vtrum autem metus ſcãdali, ſeu vt alij dicunt, neceſsitas vitandi ſcandali, ſit ſufficiens, vt aliquem excommunicatum celebrantem excuſet ab irregularitate infra num. 444.

434 Ampliatur ſecundo, quòd procedat etiã vbi metus non incutitur ipſi, ſed propinquis, nẽpè patri, matri, fratri, filio, vxori, &c. nã cũ in ipſis, etiam quis torqueatur, cenſetur metus grauis etiam reſpectu ipſius. Ita poſt *Siluestrum, & alios Ricciullus loco infra citando, Megalius p.3. lib.1. cap. 2. n.78. & poſt Couarr. Sanch. Suar. Azor.* Conink, *& alios Layman lib. 1. tr.5. p.2. cap.6. nu.5. verſ. Porrò.*

Limitatur primò, vt procedat tantum, vbi talis metus incutitur propter cauſas humanas, nempè commodi, vel voluptatis, ſecus ſi in odium religionis, vel poteſtatis eccleſię. Ita DD. omnes, vt teſtatur S*uar. diſp.6. ſect 3. & lib.3. de legibus cap.30. num.9.* proſequitur *Hurtado de cenſuris in communi n.*100. Solum diſcrepat *Salas*, qui cõtendit, hoc ſecũdo caſu, talem peccare mortaliter, non autem incurrere in cenſuram, eadem ratione, qua nos ſupra, quòd ſcilicèt talis non videatur peccare contra præceptum eccleſiæ, ſed fallitur ſua pace, quia cùm talis metus inferatur in contemptum Prælati, & odio poteſtatis eccleſiæ non ſolum quis peccat contra ius diuinum, ſed etiam contrà ipſam eccleſiam, de cuius iniuria agitur, vt benè *Layman citato num.9. ad finem*; hanc opinionem dicit probabiliorẽ *Bonac. diſput.1. q.2. puncto 3. nu.2. ad finem, latè Ricciullus lib. 4. de iure perſonarum capit. 44. num.11.*

436 Limitatur ſecundo, vbi præciperetur aliquid ſub cenſura, exprimendo, quod id teneatur quis exequi, etiam cum periculo mortis, *Ricciullus ſup. num.8. & ſequenti* Quod ſit poteſtas nõ ſolum in Iudice eccleſiaſtico, ſed etiam in Iudice laico ſeculari, aliquid præcipere ſub hoc periculo, eſt communis ſententia, de qua teſtatur *Suarez de legibus lib. 3. cap.3. num.* 4. vbi dat exempla in caſu aggrediendi periculoſum bellum, & perſeuerandi tempore peſtis, in aliquo loco ad commune bonum, in terminis noſtris *ConinK loco ſupra citato num.*104. teſtatur de communi, poſt *Sotum, Duardus ſupra num.33.* qui do-

437 cet, quòd Epiſcopus tempore peſtis poſsit præcipere, ſub cenſura Medicis, Confeſſariis, & tanto magis Parrochis ne diſcedant à loco, vbi peſtis graſſatur. Accedit *Megalius 3. par. lib.1. cap.3. nu.76. ad medium, latè Marchinus in ſuo bello diuino, ſiuè de peſte noſtri temporis.*

438 Limitatur tertiò, vbi metus proueniret ex ſuo delicto, verbi gratia, quis ob ſuũ crimẽ fuit condemnatus ad mortem, vel mutilationem, quia ſi Iudex præciperet ei aliquid faciendum, quod ſub cenſura reperitur prohibitum ſi velit mortem euadere, non poteſt id exequi abſque incurſu cenſuræ.

### *Neceſsitatis ratione, quando quis iudicandus ſit à confeſſario, non incidiſſe in cenſuram.*

PRima concluſio, quoties enim actus prohibitus ſub cenſura eſt malus tantum, quia prohibitus: vt ſupra explicaui, *quæſito præcedenti in ſecunda concluſione*, excuſat ne-

439 ceſsitas. Probatur, nam eadem, imò maior ratio militat pro excuſatione à lege humana in caſu neceſsitatis, quàm in caſu metus, vt benè *Filiuccius tractatu 1. de cenſuris in communi num.270. Duardus, & alij ſupracit.*

Ex qua concluſione ſequitur, quòd non ſolũ ratione metus excuſatur quis ab excommunicatione, loquens cum monialibus in ea Diœceſi, vbi id prohibetur ſub tali cenſura, ſed etiam ratione neceſsitatis, puta famis, vel ſimili. Poteſt probari hæc concluſio, ac illatio per regulam illam, quam generaliter tradit *Graffius de arbitrariis confeſſariorum lib. 2. cap.44. num. 9.* ſcilicèt quòd quæ neceſsitatis

440 cauſa fiunt nunquam prohibita cenſentur, etiam ſi latiſsima ſit prohibitio, vbi quoque benè probat, remitti arbitrio boni viri, quanta debeat eſſe talis neceſsitas, & loquitur de participãte ex caſu neceſsitatis cum excõmunicato, quo caſu, vt ſuprà indicaui, & infrà latius dicam *Recollect. 3.* poteſt quis etiam incurrere excommunicationem maiorem, De excommunicatione contrà violantes feſta, quòd illam non incurrãt, qui ex neceſsi-

441 tate illis diebus opera ſeruilia exercent, docet idẽ *Graffius lib. 2. de caſibus reſeruatis cap. 29. ſub num.24.* de qua re latè *Fagundez lib.1. in 1 praec. cap. 14. Sanchez lib. 5. opuſculorum moralium cap. 2. dub. 18.* In terminis de fugiente hoſtes, vel etiam Satellites, ex quibus timet mortem, vel graue damnum, ſi fugien-

442 do ingrediatur monaſterium monialium ad ſe tuendum, quòd non incurrat excommunicationem latam contra ingrediẽtes dicta Monaſteria abſque licentia Superioris, poſt *Sanch. & alios Bonacina de clauſura q. 4. puncto 4. nu.13. vbi nu. ſequenti* habetis, quid agendum hoc caſu, & quando talis gaudeat immunitate. Nota tamen, quòd contrarium

443 vidi practicari in fœminis coniugatis, quæ ob viri ſeuitiam in dicta Monaſteria abſque licentia ſe recipiunt, maximè quando periculum vitæ amittendæ non eſſet valde proximum, quia fuerunt abſolutæ ab excommunicatione.

444 Ampliatur, vt ſupra fuit dictum de metu, etiam quò ad effectum cenſurarum: nam ſi Sacerdos, vel Religioſus habens excommunica-

Digitized by Google

nicationem à qua hic, & nunc non poteſt abſolui, timeat, quòd non celebrando, ſibi infamia alicuius delicti obueniret, ſi celebret, nõ non fiet irregularis, ita poſt *Nau. & Cordubam, Auila p. 2 cap. 6 diſp. 8. dub. 5. verſ. ex dictis primo ſequitur.* per hæc verba, *quòd ſi Religioſus incidit occultè in excommunicationem reſeruatam Papæ, vel ſuo Superiori abſenti, interim dum non poteſt obtinere abſolutionem, poteſt contritus celebrare, vel recipere eucharistiam, quando reliqui Religioſi recipiunt, & intereſſe choro, ſi ex eo, quòd abſtineat, periclitatur eius fama.* Vbi idem dicit de ſacerdote, qui oc
445 cultè occidit clericum, quia vt ſubdit *verſ. ſequenti*, hæc irregularitas ſolum incurritur ob celebrationem, quæ fit cum peccato mortali, qualis non eſt iſta, quæ fit ex neceſſitate euitandæ infamiæ, vel ſcandali, latè *Suarez tom. 5. diſp. 6. ſect. 4. n. 13. & ſequenti, Megalius par. 3. cap. 1. n. 77.* de veriori teſtatur *Lazarius de monitorijs ſect. 4. q. 18. nu. 7. Hurtado de cenſuris in communi ſub nu.* 101. ibi, *vnde qui ſecretò commiſit delictum, cui annexa eſt cenſura poteſt, ſi aliàs ſit in ſtatu gratiæ celebrare, etiam*
446 *abſque confeſſione, quoties id ſit neceſſarium, nè eum ipſius infamia alij conijciant, eum commiſiſſe aliquod delictum, ob quod non audet celebrare, ac proindè non fiet irregularis, quia irregularitas hæc non incurritur abſque peccato mortali*, ſi quæris quare talis celebratio non ſit mortalis? Reſpondet *Nauarrus citatus ſup.*
447 & alijs citatis proſequitur *Layman lib. 3. tr. 3. p. 3. c. 12. ad finem*, quia lex naturalis, & diuina, de defendenda propria fama, præſtat legi humanę de abſtinendo à ſacro in excommunicatione, vel irregularitate. An etiam neceſ-
448 ſitas populi, vt audiat miſſam, vel etiam ipſius ſacerdotis corporalis, quia ſi non celebrat, priuatur ſtipendio, quo ſolum poteſt ſubſtentari illo die, etiam hoc caſu excuſet ab irregularitate? dixi in *tract. de officio cappellani q. 10. num. 54.* quibus illic allegatis pro primo caſu, videte *Filliucium tractatu 11. nu. 272.*

449 Aliqui Doctores ſubdunt, quòd neceſſitas euitandi ſcandali, etiam excuſet à paritione cenſurarum, ita *Auila loco ſupracitato verſ. vltimò ſequitur*, loquens de excuſatione ab incurſu excommunicationis ob communicationem cum excommunicato, & *Megalius etiam ſupra num.* 78. qui loquitur de excommunicatione ab incurſu excommunicationis in communi, ſed ſi res benè perpendatur, vix poteſt dari caſus, in quo, tantum ratione ſcandali, vt illum explicauimus *ſup. p. 1. Recoll. 14.* Quis excuſetur ab incurſu cenſurarum, niſi timeatur infamia, vt ſupra declaratum fuit, maximè pro celebratione, nam probabile eſt, quod poſt alios, docet *Filliuccius tract. 11. ſub nu. 271.* ſcilicèt excommunicatum poſſe audire ſacrum, quando illud non poteſt omittere, niſi cum aliorum ſcandalo. Qui *intelligit per ſcandalum, occaſionem, quæ alijs daretur committendi aliquod peccatum, vt murmurandi grauiter, vel temerè iudicandi, non autem quamcumque admirationem populi cum continua ſermocinatione circa talem effectum, & cauſas eius*, & ita intellige *Auilam* loquentem de communicante ex tali neceſsitate cum excommunicato, vt infrà *Recoll. 3.*

Ampliatur ſecundo concluſio, vt ſit vera non ſolum vbi vrgeat neceſsitas in propria perſona, ſed etiam vbi id contingeret in aliena perſona, quia hoc etiam caſu excuſatur quis ab incurſu cenſurarum. Primus caſus ponitur à *Marcello Vulpe in ſua praxi fori eccleſiaſtici cap. 1. ſub nu.* 40. de percutiente clericum, non ſolum pro ſua defenſione neceſſaria cum moderamine inculpatæ tutelæ; ſed etiam pro defenſione illarum perſonarum, per quas ei fit iniuria, vt ſunt filij, pater, mater, frater, vel ſoror, quia quilibet tenetur ſubuenire proximo ſuo, ſicut ſibi ipſi. *can. charitas 6. item, de penit. diſt.* 2. de qua re egi *ſup. par. 1. recoll. 7. à nu. 244.* Secundus caſus ponitur à *Megalio 3. par. lib. 1. cap 3. num. 74.* de prohibitione facta ſub pœna excõmunicationis ne quis abſq; debita licentia ingrediatur in Monaſterium monialium, de qua infrà *cùm de excõmunicationibus in particulari*, quia ſi accendatur ignis in monaſterio, vt in facto
450 euenit caſus hic Arimini, & non ſuppetat tempus adeundi ſuperiorem, ingrediens dictum Monaſterium ad effectum extinguendi ignem, non incurrit dictam excommunicationem, quòd etiam neceſsitas vitæ, aut ſalutis proximi excuſet ab obſeruatione diei feſti, *Fagundez lib. 1. in primum præcep. cap. 14. num. 16.*

Quæres qualis debeat eſſe talis neceſsitas, quæ excuſet ab incurſu cenſurarum? pro reſponſione ſit.

451 Secunda concluſio magis particularis; illa neceſsitas excuſat ab incurſu cenſurarum, quæ excuſat à peccato mortali. Patet ex regula, ceſſante cauſa ceſſat effectus: cauſa enim circa quã, ſeù materialis, ob quam incurritur cenſura, vt ſupra dictum fuit, eſt culpa mortalis, ergo vbi ratione neceſsitatis, quis excuſatur à culpa mortali, excuſatur etiam ab incurrenda cenſuram, ob dictam culpam latã. Cõfirmatur, nam quando quis habet iuſtam & rationabilem cauſam nõ ſeruandi legem, aut pręceptum, in quo imponitur cenſura, excuſatur ex capite neceſsitatis ab illius obligatione, ergo etiam ab illius pœna, quæ eſt cẽſura. Maior probatur, quia leges humanę debent eſſe accomodatæ hominum fragilita-
452 ti, & per conſequens non poſſunt obligare, niſi quatenus humana fragilitas poteſt illas ſeruare, & ſic abſque tanto rigore, diſpendio, & periculo, vndè hoc caſu inter-

Digitized by Google

terpretari debemus mẽtẽ legiſlatoris fuiſſe, ꝙ noluerit obligare, cũ neq; potuiſſet, vt ſupponim⁹ ex materia de legibus pro nũc videre *Vaſq.* 1.2.*diſp.* 161.*c.* 2.*n.* 11.*& dicta à nobis ſup. p.* 1. *Recoll.* 7. *à n.* 161. vbi habes plures caſus ſimilis neceſsitatis, quæ excuſet à mortali. Hæc concluſio tribui poteſt *Nau. cap.* 27. *num.* 9. vbi ſubdit, hanc regulam eſſe plenam conſolationis, *Filliuccius ſupra num.* 270. *Megalius etiam ſupra num.* 74. & cæteri communiter.

453 Ex capite nullitatis, poſſe aliquem excuſari etiam à cenſura in iure lata, quando ipſum ius eſt nullum, puta, quia actu dictum ius non obligat probat *Suarez tom.* 5 .*diſp.* 4.*ſect.* 6.*n.* 2. *& ſeq.* vbi late declarat, quo modo lex, & ius, actu deſinat obligare, & ſummant *Filliuccius tract.* 11. *à nu.* 27.

## De abſolutione à cenſura de iure, in communi.

EX quo enim cenſura in iure poſita, poteſt eſſe, vel Summo Pontifici, vel Epiſcopo, vel nemini reſeruata, vt infra cùm *de cenſuris in particulari*, ad quem locum pertinet etiam agere de abſolutione cẽſuræ, quæ eſt reſeruata, & quæ non eſt reſeruata, ideò hic tantum agimus de abſolutione ipſius cenſuræ in communi.

## An cenſura neceſſariò tolli nequeat, niſi per abſolutionem.

454 PRima concluſio: Cenſura propriè, & perfectè non tollitur, niſi per legitimã abſolutionem. Concluſio eſt certa, & communis, vt poſt *Suarez, & ConinK dixi ſupra* 1.*par. Recoll.* 5. *num.* 43. quibus illic allegatis addo *Layman lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 1. *tract.* 5. *par.* 1. *c.* 7. *in principio, & Filiuceium tract.* 11. *n.* 279. vbi teſtatur hanc concluſionem eſſe de fide, ex verbis illis Chriſti Domini. *Quæcumq; ligaueris, vel ſolueris, &c.* Qui benè inferunt, vt etiam ego ibi ſubdidi, cenſuram non tolli per hoc, quòd cenſuratus deſinat eſſe ſub poteſtate cenſurantis, vt v.g. ſi ſuperior, qui cenſuram tulit, vel ipſemet, contra quem fuit lata, moriatur, vel ipſe ſuperior amiſerit alio modo iuriſdictionem, aut ipſe cenſuratus aliò ſe transferat, item neque per emendationem ipſius cenſurati, ſeu receſſum à contumacia, vt ſi parti, ob cuius leſionem lata fuit, integrè fuerit ſatisfactum, vel paritum monitioni, quia ſicut ad infligendam cenſuram, non ſufficit voluntas partis læſæ, ſed opus eſt authoritate iuris, vel iudicis, ita eadem eſt neceſſaria, vt ipſa tollatur.

455 Hæc enim ſunt certa; dubium duntaxat verſatur, quando cenſura non fertur abſolutè, ſed ſub conditione, *niſi*, vel *donec reſipiſcas, ſatisfacies, & ſimil.* vt per *Suarez infra cit.* idẽ dubium erit, ſi fuerit dictum *quouſque ſolueris*, ſatisfeceris, &c. nam aliqui authores de omni cenſura affirmant, illam dicta conditione, latam ſemper egere abſolutione. Alij generaliter etiam loquendo docent, ſequuta ſatisfactione, ipſam ceſſare abſque aliqua abſolutione. Et tandem cæteri magis communiter diſtinguunt inter excommunicationem, & alias duas ſpecies cenſuræ, nempè ſuſpenſionem, & interdictum; primo caſu aſſerunt neceſſariam eſſe abſolutionm, non autem ſecundo caſu, vt poſt Couarru. refert *Suarez t.* 5.*diſp.* 7.*ſect.* 1.*à nu.* 11. Qui author, ſi rectè legatur, *ibid. diſp.* 19.*ſect.* 1.*à nu.* 3.*& clarius diſp.* 29.*ſect.* 2.*num.* 14 *& diſp.* 38.*ſect.* 1. *à num.* 3. adheret huic tertiæ ſententiæ, & ſi nõ ſimpliciter id neget de ſuſpenſione, & interdicto, vt negauit *Nau. cap.* 26.*num.* 265.*ad fin.* & ante eum *Silueſter, infra citato loco*, ſed tantum, vbi iſtæ cenſuræ feruntur ob puram pœnam, quia putat, quòd quando reperiuntur illo modo latæ ob contumaciam, ſicut fertur excommunicatio, adhuc eſſe neceſſariã abſolutionem.

456 Secũda concluſio: Suſpẽſio, & interdictũ, vt ſuprà dixi, lata, ſequuta ſatisfactione, &c. ceſſant abſq; alia abſolutione; ita *Silueſter verbo interdictum* 3.*num.* 13. *Nau. ſupra c. nu.* 165. *Couarr. & alii communiter, vt percipitur ex* Suarez *ſupra c. diſp.* 7.*ſect.* 1.*num.* 11. *&* 12 teſtatur de communi, loquendo de ſuſpenſione poſt *Nauarr. Auila p.* 3.*diſp.* 7.*dub.* 1.*concluſ.* 1. vbi habet hæc verba. *Quando ſuſpenſio impoſita fuit ad certum tẽpus v.g. per menſem, vel ſub conditione, donec ſatisfeceris, aduenientè termino, vel facta ſatisfactione, ceſſat ſine noua abſolutione*, vbi allegat *Angelũ, Silueſtrum*, D. *Antoninũ, & Henriquez*, in quo concordat *Layman lib.* 1. *tract* 5. *cap.* 4.*nu.* 1. latius, & plures allegando, teſtatur de communi *Sayrus lib.* 4 *de cenſuris cap.* 17.*num.* 2. *&* 3 vbi *num.* 4 idẽ poſt eoſdem authores dicit de interdicto, & ampliat, vt *Auila loc. ſupra c.* ſiuè à iure ſiuè ab homine ſint dictæ cẽſuræ impoſitæ, item quòd neque ſit neceſſaria declaratio iudicis, quod etiam dixit *Layman loco ſupra proximè citato*, cuius tamen contrarium videtur firmare *gloſa in clem.* 1.*verſ. donec de decimis*, ibi, *ſatis crederem, quòd ſufficiat declaratio iudicis ſuper ſatisfactione, ſine alia abſolutione*, ſed gloſa ſupponit, eſſe dubium de ſatisfactione, vt patet paulò ante, ibi, *quia de ſatisfactiune dubitari poteſt.* ideò ead. *gloſa in cap. non eſt nobis, verſ. donec, extra de ſponſalibus.* ſimpliciter docet, tempore elapſo non eſſe neceſſariam abſolutionem pro interdicto illo modo, lato. Confirmatur ex Pontificali Romano Clementis VIII. cum de ordine ſuſpenſionis circa principium.

457 Ampliatur ex *Auila, loco ſupra citato*, eſſe

eſſe veram hanc noſtram concluſionem,ſi-
uè lata ſit eo modo cenſura pro delicto præ-
terito, ſiuè pro futuro, ſeu pro contumacia,
vel vt clarius loquar, ſiuè ſit lata, vt pura
pæna, ſiue vt cenſura, & ſequuntur *Layman*
*etiam ſup.cap.*4.*nu.*1. ibi, *Si ob delictum præte-*
*ritum impoſita eſt ad certum tempus v.g.ad triē-*
*nium, vel ſub conditione,donec reſtituas,elapſo*
*tempore, vel impleta conditione, per ſe ipſum*
*ceſſat,&c. Hurtado de ſuſpenſione difficultate*
12. *& de interdicto difficult.* 16. *num.* 47. qui
teſtatur: ità contrà nonnullos,conuenire cō-
muniter Doctores fatetur hanc opinionem
eſſe communiorem *Alterius diſp.*8. *de ſuſpen-*
*ſione cap.*2.*verſ.ſecundo ad propoſitam,& diſp.*
11. *de interdicto c.*1.*verſ.remanet*, & ſi ipſe ſe-
quatur opinionem contrariā, itē *Suarez duo-*
*bus poſterioribus locis ſupracitatis*, qui docet
quòd quādo dictæ duæ cenſuræ feruntur ob
contumaciam,& ſic non in puram vindictā,
ſed vt cenſuræ,expreſsè ſub hoc modo,& cō-
ditione *donec*,vel *quouſq; ſatisfeceris*, vel *vſq;*
*ad ſatisfactionem*. eſſe neceſſariam abſolutio-
nem,& ſi non ſit neceſſaria, quando tantum
feruntur ad certum tempus pro delicto præ-
terito v.g. ad triennium, hanc ampliationem
eſſe probabilem,& ſi contrarium aſſerat eſſe
verius, teſtatur *Filiuccius loquendo de ſuſpen-*
*ſione tract.* 17. *num.*71. *& tract.* 18. *num.*115.
loquendo de interdicto, dixi, *expreſsè ſub hoc*
*modo,& cōditione,&c.* quia nō aſſentior *Sayro,*
*& aliis ab eo relatis lib.* 4. *de cenſuris cap.* 17.
*num.*8. qui generaliter docent,ſuſpenſionem
458 propter contumaciam latam, per ſe ipſam
ceſſare, ſi reus à contumacia receſſit,& nulla
opus eſſe abſolutione, vt benè poſt *Suarez*
*Layman loco ſupracit.* & latius *Alterius citata*
*diſput.* 8. *de ſuſpenſione cap.* 2. *verſ.* 1. *ſi loqua-*
*mur*, cùm hoc caſu non habeat locum regu-
la illa; taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, ſed
potius alia regula, quòd abſolutè loquens,
abſolutè ſit intelligendus, & per conſequens
cùm cenſura, vt cenſura ob contumaciam
abſolutè lata,indigeat abſolutione,etiam ceſ-
ſante contumacia, ita etiam ſuſpenſio, & in-
terdictum ſic abſolutè lata.

Limita tamen concluſionem ſecundum
omnes Doctores ſupracitatos, quando ſenſus
verborum eſſet, vt non antea abſoluatur ſuſ-
penſio, vel interdictum, niſi præcedat abſo-
lutio, vt infra in limitatione ad proximam
concluſionem.

459 Tertia concluſio: excommunicatio ſub
eadem conditione lata *donec* vel *quouſque*
*reſtituas,ſatisfacias.&c.* ſecundum tutam opi
nionem, ſequuta ſatisfactione, vel ſolutione
ceſſat abſque aliqua abſolutione dicit hanc
noſtram concluſionem probabiliorem poſt
*Couarr. Auila par.* 2. *cap.*7. *diſp.*2.*dub*,7. *verſ.*
*concluſio.* Dicit veriorem, *Conink diſp.*14.*de*
*excommunicatione num.* 219. *Vaſqu. de excom-*
*municatione dub.* 18. illam docere communi-
ter DD. aſſerit *Hurtado diſp.*14.*de excommu-*
*nicatione nū.* 3. Probatur à pari de ſuſpenſio-
ne,& interdicto, etiam latis ob contumaciā,
ſicut fertur ipſa excommunicatio, vnde hāc
opinionem ſequendo, euadimus difficulta-
tem aſſignandi rationem differentiæ inter di-
ctas duas ſpecies cenſuræ, & excommuni-
cationem, quarè illæ eo modo latæ, ceſſent
ſequuta ſatisfactione, non autem excommu-
nicatio, circa quam valde inſudant authores
contrarij, vt eſt videre, apud *Suarez,& Alte-*
*rium locis citatis ſupra*, huic etiam noſtræ cō-
cluſioni videtur ſe ſubſcribere *Layman lib.*1.
*tract.*5. *par.*1.*cap.*7. *num.*1.*verſ. denique, & ſi*
*obijcias*, dum docet,non repugnare, quòd cē-
460 ſura validè feratur ſub hac conditione, vt
duret, donec in contumacia perſeueratur, &
vt cum primū à cōtumacia receſsū fuerit, vel
ſatisfactum,ipſo facto liber,quis, & abſolutus
exiſtat, qua ratione,hanc probant concluſio-
nem *Couarr. Auila ConinK. & Vaſquez*,quod
ſcilicèt eo modo excommunicandi, implici-
tè detur abſolutio ſequuta ſatisfactione, ſeù
dictum modum excommunicandi idem ſi-
gnificare,ac ſi diceretur explicitè: te excom-
munico propter talem offenſam in bonis, vel
perſona;& rurſus te abſoluo ſtatim atque ſa-
tisfeceris, & per conſequens talis excommu-
nicatio ſecundum dictos authores non tolli-
tur abſque abſolutione, vt aliqui obijciunt,
ſed hæc ratio non placet *Hurtado loco ſuprac.*
461 quia vult ceſſare dictā excōmunicationē,nō
ex voluntate iudicis poſitiua eā auferendi, ſed
ex defectu voluntatis eam prolongandi poſt
illum terminum, ſeu ſatisfactionem, quia
abſque voluntate excommunicantis ne-
quit prolongari, quæ ratio mihi videtur
veroſimilior Certum autem eſt, tunc con-
tinere abſolutionem explicitè quando vte-
retur excommunicans his verbis, *ex quo*
*ſatisfecerit* abſolutus ſit, vt per *Suarez*, *&*
*alios ſupracitatos Authores,qui Suarez diſp.*19.
*ſect.* 3.*nu.*9. hunc modum excommunicandi
tribuit S.Pontifici dumtaxat.

Dixi ſecundum tutam opinionem, quia
communis,& tutior in praxi opinio eſt,quòd
ſit opus abſolutione, vt teſtatur *Reginaldus*
*lib.*9.*praxis fori pænitentialis num.*64. *ad finē*,
cùm ſit ſenſus illius modi, vt ante illam ſatiſ-
factionem,non poſſit tolli, ſed benè poſt illā
impletam, & excommunicatio regulariter
non tollitur niſi per abſolutionem, vt per
*Filliuccium tract.*11. *nu.*276.*verſ.neque eſt ne-*
*ceſſaria,& tract.*12.*nu.*129. *ad finem.* de com-
muni teſtatur idem *Couarr.* qui noſtram do-
cuit concluſionem, & refert, & probat *Alte-*
*rius lib.* 4. *de excommunicatione diſput.*1.*c.*1.
*verſ. hanc opinionem*, & confirmari poteſt ex
Pōtificali Romano loco ſuprac. vbi tantū ſit
mentio de ſuſpenſione, & interdicto. Am-
plia-

Digitized by Google

462 pliatur concluſio ſiue ſit cenſura lata à
Summo Pontifice, vt per Authores ſupraci-
tatos, ſiuè ab interioribus Prælatis, contrà
*Silueſtrum.*

463 Et limitatur quando excommunicatio
ferretur hoc modo, *Petrus ſit excommunica-
tus ob furtum*, vel aliud crimen, *& non libere-
tur donec ſatisfecerit*, quia hoc caſu conueniũt
Anthores ſupracitati, poſt ſatisfactionem eſ-
ſe neceſſariam abſolutionem cùm hæc ver-
ba dirigantur ad iudicem, qui debeat eum
liberare, ſcilicèt abſoluere poſt ſatisfactionẽ,
ita *Suar. diſp.* 8. *ſect.* 1. *n.* 13. *Reginal. ſup. & alij.*

464 Quæres an ſi lex, ſeu ius, in quo fertur cẽſu
ra contrà aliquod crimen cõmittentẽ, abro-
getur per æqualem poteſtatem habentem, is
qui ante abrogationem dictum crimen cõmi
ſit, remaneat abſolutus à dicta cenſura, vel
egeat adhuc abſolutione? Reſpondet *Alterius
lib.* 4. *de excommunicat. diſp.* 1. *cap.* 1. *in princ.*
Hunc egere abſolutione, quia abrogatio ad
excommunicationem præteritam non tra-
hitur, ſed benè ad futuram iuxta regulam,
465 quod lex reſpicit futurum, non præteritum
tempus *cap.* 2. *c. finali de conſt. l. leges & conſti-
tutiones C. de legibus*. Adde tamen, niſi dicta
lex abrogans, declararet etiã nullam dictam
legem antiquam, in qua impoſita erat pœna
cenſuræ, quia tunc talis lex extenditur ad
præterita, vt per *Canoniſtas in d. c. fin.* & tradit
latè *Suarez lib.* 1. *de legibus cap.* 14. *num.* 2. & in
terminis noſtris loquendo *t.* 5. *diſp.* 19. *ſect.* 1.
*nu.* 9. vbi benè declarat, dictum modum reuo
cationis prioris legis, vt cenſura ex vi illius
incurſa ablata cẽſeatur eſſe cũ irritatur p no-
uã legem quidquid ex alia lege ſequutũ fuit.
Quod etſi cõcedat S. Pontifici tñ *n.* 10. ſubdit,
quòd ſi ab inferioribus vſurparetur, licèt ma-
lè facerent, factum tamen teneret, concordãt,
*Alterius* ſupra *verſ. eodem modo*, & *Filliuc.*
466 *tract.* 12. *nu.* 231. *& ſeq.* Quando autem reuo-
catio cenſuræ facta fuit per vim, & metum
quòd nullam afferat excuſationem, ſicut ab-
ſolutio ab ea, eodem modo extorta, nullum
operatur effectum, poſt *Baſilium Pontium
notat Diana p.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 115. *ad finem.*

## *Quis poſſit à cenſura abſolui.*

467 PRima concluſio. Abſoluendus à cenſu-
ra debet eſſe ſubditus, & per conſequẽs
diſtinctus ab ipſo abſoluẽte. Probatur à pari
ex his, quæ infrà dicentur, cũ de cenſuris ab
homine, ſicuti enim ibi probamus, non poſſe
ferri cenſuram, niſi in ſubditum, & per conſe-
quens in perſonam diſtinctam ab eo, qui illã
fert, ita neque poteſt dari abſolutio, niſi ſub-
dito, qui neceſſario ſupponitur, eſſe perſonã
diſtinctam ab ipſo abſoluente, Conſequentia
probatur ex verbis *D. Ambroſii* relati in *ca-
none verbum Dei de pœnitentia diſtinct.* 1. ibi, *Do-
minus par ius, & ſoluendi voluit, & ligandi,
qui vtrumque pari conditione permiſit.* Ex qui-
bus patet, hæc duo eſſe corollatiua, quorum
468 vt vulgatum eſt proloquium, eadem debet
eſſe diſpoſitio *l.* 1. *vbi Bartolus C. de cupreſſis
lib.* 10. *Abbas in c. quia clerici nu.* 7. *de iure pa-
tronatus.* Concluſio hæc, poſt alios antiquio-
res ponitur à *Suarez tom.* 5. *diſp.* 7. *ſect.* 7. *nu.* 2.
Dicit eſſe certam, *Filliuccius tract.* 11. *nn.* 323.
& probant alij communiter. Non obſtat,
quòd mortuus debeat abſolui à cenſura, quã
in vita contraxit, qui non videtur, quòd ſit
ſubditus, vt latè explicaui ſupra *par.* 2. *Re-
coll.* 8. *à num.* 16. Quia reſpondetur, mortuum
469 poſſe dici quodammodo ſubditum eccle-
ſiæ, quò ad aliquem finem, pro quo abſolui-
tur, nempè vt Eccleſiaſtica poſſit frui ſepul-
tura, ita *Filliuccius ſupra*, agit etiam de hac
470 re *Megalius par.* 3 *lib.* 1. *cap.* 9. Nota tamen,
quòd cùm diſtinctio perſonalis in abſolutio-
ne à cenſuris requiratur tantum iure huma-
no, nõn repugnat, Papam poſſe ſeipſum ab il-
lis abſoluere, ſecus tamen eſt in alijs Prælatis,
quia ipſi non poſſunt ſolo ſigno declarare
abſque verbis, quem eſſe abſolutum à cenſu-
ris, ſicut poteſt Summus Pontifex, vnde quia
non eſt improbabile, ſuſpenſionis, interdicti,
ac irregularitatis ablationem non egere ver-
bis, probabile etiam eſt, poſſe dictos Prælatos
ſeipſos ab iſtis cenſuris, ac irregularitate libe-
rare, vt nouiſsimè oſtendit *Boſſius de iubileo
ſect.* 1. *c.* 10. §. 9. *n.* 199. Et ſi fateatur contrariã
ſententiam eſſe communem.

471 Secunda concluſio: Abſens poteſt abſolui
à cenſuris: Probatur eadem ratione, de qua
ſupra, aliquis etiam abſens poteſt excommu-
nicari, ergo etiam ab excommunicatione, vel
alia cenſura abſolui. Confirmatur à *Tuſco lit.
A. concluſ.* 39. *nu.* 6. nam abſolutio eſt priuile-
gium, quod benè confertur abſenti. Hæc cõ-
cluſio eſt communis, vt præter *Coriolanum*,
quem citauimus ad hoc, ſupra *par.* 1. *Recoll.* 3
*num.* 112. teſtãtur *Reginaldus lib.* 9. *praxis nu.*
39. *Alterius lib.* 5. *diſp.* 6. *cap.* 1. *in principio.* &
*poſt Suarez ſuprà*, *Filliuccius tract.* 11. *num.*
323. Nec obſtat, quòd de contumacia depoſi-
ta non poteſt conſtare, quando quis eſt abſẽs,
quia ſupponimus ab abſente peti abſolutio-
nem, quod ſufficit ad indicandam contuma-
ciam depoſitam, vel etiam ſi non fuit petita,
ex quo hæc abſolutio poteſt etiam dari inui-
to, vt infrà *concluſ. proxima*, negamus eſſe ne-
ceſſarium, quod conſtet ſuperiori de contu-
macia depoſita, ad effectum abſolutionis ma-
ximè in foro externo; de quo loquuntur di-
cti authores.

472 Tribus modis poſſe dari abſolutionem à
cenſuris abſenti, notant communiter Docto-
res, vt per authores ſupracitatos, ſcilicèt ver-
bo, literis, & mediante procuratore, & ſi non
de-

Digitized by Google

deſint, qui negent, aliquos ex illis, nempè per litteras, & per procuratorem, vt per *Sayrum lib. 2. de cenſuris num. 12. & 13.* Sed quidquid ſit de abſolutione mediante perſona procuratoris, qui nomine cenſurati recipiat abſolutionem, quæ pertinet ad forum externum, & ſic non facit ad noſtrum propoſitum, vt be-
471 nè aduertit *Reginaldus ſupra num. 40.* Abſolutio iſta per litteras eſt in vſu eccleſiæ, nõ ſolum, per litteras, in quibus committitur facultas abſoluendi præſentem, alicui Sacerdoti, maximè quando dicta abſolutio delegatur coniuncta cum ſacramento pœnitentię, vt quotidie videmus fieri a S. Pænitentiaria, & põt hoc modo vti quilibet Prælatus, ita abſoluẽdo à cenſuris ſibi reſeruatis, quia vt ait *Sotus*, & proſequũtur *Sayrus, Reginald. & Auila locis ſupracitatis*, eſt mos Eccleſiæ per litteras committere Sacerdoti, vt ab excommunicatione abſoluat. Sed etiam ſine commiſsione, ſcil. ſimpliciter abſoluendo à cenſuris, vt fit etiã quotidie in reſcriptis S. Pontificis, & litteris collatiuis beneficiorum, vbi apponuntur illa verba; *Teque abſoluentes, à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, &c.* de quibus *ſupra egi à num. 57.* & in terminis notat *Filiuccius citato num. 324.* Et abſolutio abſenti ſolo verbo poteſt dari non ſolum ſecundum omnes à S. Pontifice, qui vt poſt alios antiquiores, notant *Reginaldus,*
472 *Alterius, & Sayrus locis ſupracitatis*, ſi intra cubiculum ſuum, diceret, ego abſoluo omnes excommunicatos totius mundi, intẽdens hoc ipſum, quod dicit, omnes eſſent abſoluti & fierent participes ſuffragiorũ Eccleſiæ, & ab alijs Prælatis inferioribus reſpectu cenſurarum ſibi reſeruatarum, & ſuorum ſuditorum, vnde *Auila loco ſupracitato verſ. 1. ſequitur*, ſubdit, quod rectè faciunt Prælati qui dum in Capitulis generalibus dant generalem abſolutionem à cenſuris, ſolent eam extendere ad abſentes. Sed etiam à quolibet confeſſario, quod accidere poteſt, quã-
473 do v.g. ex in conſideratione, aut obliuione nõ abſol uerat pænitentem à cenſuris; quia ſi aliàs non poteſt habere pænitentem præſentem, poterit illũ abſoluere in abſẽtia, ita poſt *Paludanum, & Nau. Alterius lib. 4. diſp. 6. conſ. 1. verſ. poſtremò eadem concluſ. ad finem*, idem eſt quando confeſſarius abſoluit ab aliqua
474 cenſura à qua nõ poterat, quia erat reſeruata: nam obtenta facultate, ſi aliter non poteſt haberi pænitens, & moneri de errore, poterit eum abſoluere abſentem, vt poſt *Nau. cap. 26. nu. 14.* habet *Auila par. 2. cap. 7. diſp. 2. dub. 1. verſ. 2. ſequitur, & Bonac. diſp. 1. q. 3. p. 4. nu. 4.* Qui contra ipſum *Nauar.* docent, ſecus dicendum de abſolutione à caſu reſeruato, de qua re infrà nos ſuo loco, cùm *de officio & poteſtate confeſſarij circà pænitentes habentes caſus reſeruatos*, videte pro nunc *Vegam in ſumma de abſolutione caſu 17. Layman lib. 1. tr. 5. c. 6. nu. 7.*

Sed hac occaſione non prætereunda deciſio caſus, qui nuper accidit in facto, de quodam Confeſſario, qui ex obliuione abſoluit quendam ab excommunicatione S. P. reſeruata in Bulla cænæ, & cùm pœnitentem illũ non poſſet amplius reperire, & de errore mo-
475 nere, iuxtà ea, quæ aliàs dixi *ſupra Recoll. 3. num. 115.* & proſequitur poſt illa ædita *Diana par. 2. tract. 15. ſeu primo miſcellaneo reſol. 60.* Adueniẽte promulgatione iubilei, quęſiuit, an virtute illius, ipſum pęnitentem poſſet abſoluere abſentem, & ignorantem, quæquidẽ deciſio pendet ab alia, quam tetigit *Additionator meus tract. de iubileo extraordinario n. 18. in editione Neapolitana*, an ſcilicet abſolutio vi iubilei poſsit impendi à cenſuris, quæ vt ibi firmaui, dari poteſt etiam extra Sacramentum pęnitentiæ, poſsit quoque concedi à Cõ-
476 feſſario, alicui abſenti? Et dixi, pro deciſione eſſe diſtinguendum, aut ipſe confeſſarius ſcit, dictum pænitentem conſequi præſentẽ iubileum, vel id ignorat; primo caſu, ipſe pænitens nulla indiget abſolutione ex eo, quòd
477 dictæ cenſuræ tamquam oblitæ tempore iubilei iam fuerat ſublatæ per generalem abſolutionem datam, hæc enim eſt differentia inter peccata oblita, & cenſuras oblitas in ordine ad abſolutionem: nam peccata oblita nõ tolluntur per ſe, & directè per abſolutionem ſacramentalem, ſed per accidens, virtute ſacramenti, & ideo ſemper remanet obligatio, cùm ad memoriam redierint, illa confitendi. cenſura verò per verba illa, *inquantum poſſum, & indiges*, tolluntur per ſe, & directè, & proinde cùm ad memoriam redierint, non eſt neceſſaria noua abſolutio, *Alterius lib. 4. diſp. 4. c. 2.* à ſed quolibet confeſſario poſsũt abſolui, iuxta ea, quæ ibid. dixi *n. 200.* & proſequitur nouiſsimè *Boſſius de iubileo ſect. 1. caſu 18. n. 2. & 5.* & ſic quando *Diana tr. 11. reſ. 19. & Santofauſto lib. 4. de iub. q. 127.* aſſerũt, p abſolutionẽ datã tempore iubilei tolli reſeruationem oblitorum, intelligunt de peccatis reſeruatis, non de cenſuris, cùm in illis tollatur tantum reſeruatio, in iſtis verò non tantum reſeruatio, ſed etiam ipſamet cenſura, Nec eſt ingerẽdus ſcrupulus an Confeſſarius tunc habuerit intentionem ab omnibus abſoluere, cùm talis debeat ſemper præſumi, ſcilicèt vtendi cum pænitente facultate, & priuilegio cõceſſo in Bulla, Sicuti neq; alius ſcrupulus ſubſiſtit, an obliuio fuerit culpabilis, vel inculpabilis, vt per *Ledeſma p. 1. ſumma Hiſpana tit. de la dexcomunione c. 8. verſ. à cerca d'eſto*, Aut ignorat hunc confeſſum eſſe ad
478 finem lucrandi iubileum, & non poterit eũ abſoluere abſentem, cùm hæc facultas conceditur in ordine ad conſequutionem iubilei, & erga eum, qui ad hunc effectum confi-



Digitized by Google

tetur, vt dixi *in eod. meo tract.* & nemo eſt, qui hoc neget. Quod voluit ſignificare mens Additionator *loco ſupra citato*, dum negat abſenti poſſe impendi abſolutionem virtute iubilei à cenſuris, non alia ratione, quàm, *quòd in pænitente requiratur propoſitum acquirendi iubileum, & praſtatio operum,* & ſic quia
479 hoc caſu abſolutio à cenſuris non pendet à ſola volũtate ipſius abſoluẽtis, qua rõne è cõtrario abſens, et inuitus abſolui põt regulari cenſuris, vt per DD. ſupracitatos, ſed ex iſta particulari diſpoſitione pœnitentis, cui datur in Bulla iubilei facultas eligendi confeſſarium, à quo valeat abſolui à reſeruatis, & ideò danda eſt præſenti. Nec obſtat contrariũ defendere *Egidium Trullench apud noſtrum Dianam par. 4. ſuarum reſolut. moral. tract. 2. reſol. 103. ſeu vltima dicti tractatus,* loquens in
480 terminis Bullæ Cruciatæ (& ſi ſubdat, *bene non expedire, communiter fieri ob reuerentiã cenſuræ, & ad vitanda ſcandala, niſi in caſu aliquo raro, vt ſi valdè expediret excommunicato abſolutio, & non facilè, & ſine ſcandalo adire poſſit confeſſarium, nam in tali caſu licebit abſoluere eum per litteras, aut per nũcium*) quia eſt caſus diuerſus à noſtro, illo n. caſu: *Trullench*
481 præſupponit, pænitentẽ, & ſi abſentem, non tamen eſſe ignorantem talis abſolutionis, vt præſupponit caſus noſter, & in quibus terminis loquitur noſter *Additionator.* Poſito enim, quòd quis elegerat aliquem in confeſſarium ad finem Bullæ, ſiuè iubilei, ſiuè Cruciatæ, ſicut in illis requiritur, non eſt improbabile ſtante opinione probabili etiam, quòd abſolutio à cenſuris, virtute earum Bullarum
482 poſſit dari extra Sacramentum, vt de Bulla iubilei probaui *loco ſupracitato,* & de Bulla cruciatæ probat *Diana par. 1. tract. 11. de Bulla cruciatæ reſol. 25.* vrgente aliqua cauſa rationabili, abſentem, ab illis abſoluere, & tãto
483 magis diſpenſare ab irregularitate, vel ab impedimento impediente debiti petitionem, vt proſequitur ibid. *Diana,* & dixi *ſupra num.* 50. & 51.
484 Quæres primo, quare abſolutio à cenſuris dari poſſit abſenti, non autem abſolutio à peccatis, de qua egi ſupra 1. *par. recoll.* 3. *à nu.* 102. Reſpondet *Alterius lib. 4. diſp. 6. cap. 1. verſ. Ratio autem,* differentię rationem eſſe, quia forma abſolutionis à peccatis tanquam inſtituta à Chriſto debet dirigi ad perſonam præſentem, *Abſoluo te,* quod non eſt neceſſariũ in abſolutione à cenſuris, quæ non habet ex inſtitutione Chriſti certam formam, ſed ad earũ abſolutionẽ, vt infra dicetur, ſufficiũt quælibet verba declarantia volũtatem ipſius, qui poteſt, & vult ab eis liberare, & abſoluere; Aliam rationem affert *Petrus Ledeſma in ſua ſumma par. 1. de la Deſcommunion c. 8. verſ. ala terzera duda,* quod ſcilicèt abſolutio à peccatis pertinet ad iudicium fori interioris, quod nõ põt fieri niſi in præſentia. Abſolutio verò à cenſuris ſpectat ad iudicium fori exterioris, quod poteſt exerceri in abſentia, ſed non placet, cùm adhuc quæri poteſt, quare iudicium primo caſu debet fieri in præſentia non autem ſecundo caſu.
485 Quæres ſecundo, an ſemper, & omni caſu, abſolutio à cenſuris non ſolum poſſit dari validè abſẽti, ſed etiã licitè, ideſt ſine culpa? Aliqui enim authores generaliter, & indiſtinctè docent, poſſe abſolui abſentem à cenſuris ita *Auila loco ſupracitato pro concluſione, Bonacina diſput. 1. q. 3. p. 4. num. 4.* Alij quòd præſentia hoc caſu nõ eſt ita neceſſaria ad valorẽ ipſius abſolutionis, ſed benè ad licitum vſum: ita *Filiuctius ibidem citatus,* vbi habet hæc verba, *non eſt danda abſolutio abſenti, niſi quando aliter fieri non poteſt* fauet *gloſa in cap. de manifeſta 1. q. 2. verbo indicaui,* ibi, *non eſt abſoluendus, ſi tamen taliter abſoluitur, tenet abſolutio*, ſed clarius loqui videntur *Siluester abſolutio 3. num. 9. Sayrus lib. 2. de cẽſuris c. 21. ſub num. 13. Alterius lib. 4. diſp. 6. cap. 1. verſ. de ſecunda parte, & Reginaldus lib. 9. nu. 40.* Qui iuſtã cauſã requirunt, vt quis licitè abſolui, vel abſoluere poſſit, nempè abſq; peccato, eo tũ caſu ſcil. quando abſolutio impartitur per procuratorem, vbi quod talis procurator debet habere ſpeciale mandatum, nec hoc caſu in abſolutione ſint neceſſariæ cæremoniæ requiſitæ in *cap. à nobis extra de ſententia excommunicationis.* Nota quia iſti loquuntur in
486 terminis abſolutionis quò ad forum externum concedendæ à ſuperiore, vt patet ex his, quæ ſubdit *Filiuccius loco ſupracitato,* ibi, *primò enim curandum eſt, vt accedat ad locum abſoluentis, ſecundò ſi non poteſt, mittenda eſt facultas, vt aliquis præſens illum abſoluat, tertiò ſi nullus adeſſet in eo loco, mittenda eſt facultas ad aliquem vicinioris loci; Denique ſi aliter non poteſt, & aliòqui dignus eſſet, poteſt abſolui in abſentia.* Quo verò ad abſolutionem con-
487 cedendam à confeſſario, ego puto neceſſariam eſſe cauſam iuſtam, vt pœnitentem abſoluere poſſit in abſentia à cenſuris, & maximè ab excommunicatione, nempè quod non poſſit illum habere præſentem, ſaltem abſque ſcandalo, vt dixi ſupra *nu. 473. & 474* qua deficiente, & ſi abſolutio valeret, vt ſupra dictum eſt, tamen peccaret ipſe confeſſarius.
488 Quæres tertio, quando iſte talis eſſet abſolutus, ſtatim, quãdo Prælatus illum abſoluit, vel poſtea quando ipſe venit in notitiam dictæ abſolutionis? Reſpondent communiter Doctores hunc talem, non remanere abſolutum, niſi poſt habitam notitiam ipſius abſolutionis, niſi aliter conſtet de mente abſoluentis: ita *Siluester Reginaldus, Filiuccius locis ſupracit. & Trullench apud Dianam citato p. 4. tract. 2. reſol. 103.*

Sed

489 Sed quid ſi nullo modo poſſit cõſtare de intentione prælati abſoluentis? Reſpondet *Alterius cit. lib. 4. diſput. 6. verſ. Quarè ſupponendum eſt?* Simpliciter, & regulariter abſolutionem operari effectum ſuum erga abſentẽ, vt fiat particeps ſuffragiorum eccleſiæ, non autem, vt ſine peccato poſſit ſe ingerere rebus ſacris ante notitiam, vel quòd alij, ſi ipſe erat *Denunciatus*, aut publicus clerici percuſſor, poſsint licitè cum eo communicare.

490 Ex quo ſequitur, quid dicendum ſit, ſi notitia dictæ excommunicationis perueniat ad ipſum excommunicatum iam mortuum, vel mortuo, eo qui abſolutionem impenderat, an iterum abſoluendus.

Primo. n. caſu inquit *Sayr. cit. c. 21. nu. 12. ad finem*, eſſet talis iterum abſoluendus, quia mens iudicis, & legis, eſt ligare, & ſoluere à die notitiæ, non autem ſecundo caſu. Reſpõſio iſta *Sayri*, quò ad primam partem non placet per ea, quæ dixi ſupra ex *Alterio*, dictã abſolutionem quando aliter non conſtat de mente abſoluentis, ſtatim operari effectum ſuum, & ſi quò ad euitandam culpam in gerendo ſe pro non excommunicato, ſit opus notitia, qua notitia adueniente, ſicut quis poteſt abſque culpa communicare, nulla præmiſſa noua abſolutione: ita etiam poteſt, ſi pſe iam reperiatur mortuus, ſepeliri abſque noua abſolutione. Adde quod *Rota apud Gonzales in regulã 8. Cãcellariæ* §. 2. *n.* 114. tenuit, abſolutionem à cenſuris prodeſſe ignoranti quamuis ſcientiam illius non habuerit, etiam quò ad forum exterius, vnde dixit, quòd valida fuerat collatio facta à capitulo ſuſpenſo, & abſoluto in curia, tempore quo idem capitulum, notitiam illius abſolutionis nondũ habuit, & refert noſter *Naldus in ſumma verbo abſolutio à cenſuris nu.* 16.

491 Secunda concluſio: inuitus validè abſolui poteſt per Superiorem à cenſuris, non ſolum ab homine, ſed etiam à iure latis. Eſt communior, & probabilior opinio, vt teſtatur *Alterius lib. 4. diſput. 6. cap. 2. verſ. communior.* Qui hoc probat ratione *Diu. Thomæ*, nempè quia ſicut cenſura fertur contra inuitum, cũ ſit pœna, de cuius rõne ſicuti eſt, vt inferatur cõtra volũtatẽ, ſic ẽt tolli, & abſolui ab ea poſſit inuitus; ex qua ratione patet, quare à peccatis non poteſt quis abſolui inuitus, cùm. n. de rõne peccati eſt, quòd ſit volũtarium, neq; quis põt ab eis niſi volens abſolui, de communi teſtatur *Auila cit. p. 2. cap. 7. diſp. 2. dub. 2. Vaſquez de excommunicatione num. 14. dub. 8. Suarez t. 5. diſp. 7. ſect. 7. Sayrus lib. 2. cap. 21. n. 5. Megalius 3. par. lib. 1. cap. 9. num. 7. Filliucc. n. 325. Laym. lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 6. n. 9. verſ. dico 6.*

492 Dixi primò, *validè*, quia aliquando illicitè confertur, ideſt cùm peccato, & ſi abſolutio teneat, quod vt egregiè declarat *Alterius ſupra verſ. qua verò*, poteſt contingere, non ſolum eo caſu, quo quis tãtum eſt inuitus ex eo, quia non vult petendo abſolutionem ſe ſubijcere alicui iudici, vel quia delictum fuit trãſiens, & non habuit tractũ ſucceſſiuũ, ſed etiam vbi eſſet talis inuitus, quia perſeuerat in contumacia, nam etiam hoc caſu valida erit abſolutio, ſed peccabit iudex abſoluens, non ſolum, vbi præberetur ex tali abſolutione ſcandalum, vel occaſio paruipendendi cenſuras, aut perſeuerandi in contumacia, ſed etiã
493 vbi non interueniret cauſa rationabilis abſoluendi hunc talẽ, quæ maximè in hoc caſu eſſe debet, non ſolum vtilitas ipſius excommunicati, cui dicta excommunicatio detrimentum affert, eò quod fiat deterior, ſed etiã vtilitas aliorũ, & publica, quia ſcilicèt neceſſitas incumbit communicandi cum ipſo excommunicato, vt latius per *dictum authorem*, qui loquitur non tantum in terminis cenſurarum ab homine, ſed etiam cenſuratũ à iure, proſequitur *Reginaldus lib. 9. num. 37.* & tangunt Sayrus ſup. num. 11. *Megalius n. 13, Auila, & Bonacina locis citatis*, & ſi nõ ità clarè, & diſtinctè, fauent verba *canonis. Et qui emendat* 45. *diſt in ct.* quæ ſunt iſta, *Multa enim bona præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur vtilitati, non voluntati*, ſubdit rationem, *quia ipſi ſibi inueniuntur eſſe inimici*, Praxim obſeruandam, breuiter ponit *Filiuccius ſupra num. 326.* Primo aduertat iudex ne talis abſolutio vergat in cuiuſq; præiudicio, ſecundò quòd non ſequatur ſcandalum, vel contemptus cenſuræ, tertiò, vt ſufficienter conſtet, nõ eſſe ſperandum fructum ex tali cenſura. Hãc eandem praxim docet *Ricciullus lib. 4. de iure perſonarum cap. 68. ad finem*, qui ſubdit, illam deberi ſeruari à Prælatis, non autem à S. Põtifice, qui eſt ſupra ius poſitiuum, ſed idem dic de Prælatis, qui ad libitum poſſunt tollere, vel ſuſpendere cenſuras ab eis latas, *Alterius, & Megalius locis ſupracitatis*.

Dixi ſecundò, *per Superiorem*, quia hic modus abſoluendi inuitum ſpectat ad facultatẽ abſoluendi à cenſuris, quàm habent ij, qui nõ ſolum poſſunt abſoluere in foro interiori, ſed etiam in foro exteriori, vnde ſequitur,
494 quòd confeſſarius, de cuius officio, & poteſtate hic agimus, nunquam poſſit abſoluere à cenſuris inuitum, etiam quòd talis facultas abſoluendi à cenſuris ſibi concederetur per Bullam aliquam iubilei, vel alterius priuilegij, quia etſi concederemus, poſſe talem confeſſarium vti dicta facultate extra ſacramen-
495 tum pænitentiæ (vt probauimus in noſtro tractatu de *iubileo extraordinario num. 56.* & alijs allegatis proſequitur *Diana p. 1. trac. 11. reſolut. 25.* quibus ab eo allegatis addo *Hurtadum diſp. 15. de excommunicatione num. 17. & ſeq.* Quidquid *Boſſius de iubileo ſectione 1. caſu 28.* ſcrupuloſius de hac re loquatur, quã facultatem, & competere etiam omnibus



Digitized by Google

aliis confeſſarijs, quibus conceditur poſſe ab
ab illis abſoluere in foro conſcientiæ; dixi
*ſupra 2.par. recoll. 10. num. 229.* Tamen quia
per dictas facultates non conceditur, poſſe
aliquē abſoluere, *niſi quis voluntariè ſubijciat*
*ſe, in tali foro, & velit abſolui, idcirco repugna-*
*ret, quòd inuitus abſolueretur*, hæc ſunt verba
*Alterij loco citato verſ. & hæc concluſio*, eſtque
idem cum eo, quòd dixit, *Suarez citata diſp. 7.*
*ſect. 7. num. 5. ad finem*, & proſequitur *Bonacin.*
*diſp. 1. q. 3. p. 4. nu. 3. verſ. dixi ſi ſpectemus*, ſcili-
cèt, quòd habens limitatam facultatem abſol
uendi à cenſuris in ordine ad ſacramētū pę-
nitētiæ, nō poſſit abſoluere inuitū, quod ante
hos omnes etiam dixit *Henriquez lib. 13. de*
*excommunicatione c. 29.* & ſic intellige *Megal.*
*3. par. lib. 1. cap. 9. ſub nu. 11.* Hanc doctrinam
declarat *Auila 2. par. cap. 6. diſp. 2. dub. 2.* pro-
cedere, vbi facultas præfata fuerit conceſſa
496 Confeſſario in fauorem pænitentis, vt con-
ceditur in Bulla iubilei, & Cruciatæ, & diplo
matibus ſacræ pęnitentiariæ, non autem vbi
dicta facultas fuit conceſſa in fauorem con-
feſſarij, prout ipſe ſubdit. *eſt facultas, qua ab-*
*ſoluunt ab ipſis cenſuris, Religioſi vigore priui-*
*legiorum Religioni conceſſorum*, Quod ſalua
pace tanti iuri, non placet, quia & ſi dicta pri-
uilegia ſint conceſſa Religioni, non tamen
ſequitur, quòd abſolutè ſint conceſſa in fauo
rem confeſſariorum, & ſic non ſint conceſſa
ipſis confeſſarijs in ordine ad pœnitentes,
quorum etiam fauorem, non poteſt negari,
reſpicere dicta priuilegia: fauent dicta à no-
bis *ſupra par. 2. recoll. 10. nu. 18. & proſequitur*
*poſtea Diana trac. 11. de Bulla cruciata reſol. 44*
497 vbi quòd adſtringūtur dicti Regulares, vti
dictis priuilegiis cum pænitente, quem au-
diunt in confeſſione, aliàs peccent, & ſaltem
negari non poteſt, dicta priuilegia eſſe con-
ceſſa in ordine ad ſacram. pænitentiæ ideoq;
non poſſe Religioſos illis vti, niſi velint ipſi
pęnitentes abſolui, vt *ſup. n. 495.* Quando autē
*Suarez loco ſuprac.* ait quòd habens ordinariā
iuriſdictionem poteſt abſoluere à cenſuris
inuitū, intellige quò ad forū etiam externū;
Vnde clariùs poſt *Henriquez* loquitur *Auila*
*loco ſupracitato*, ibi [ſed nota, quòd concluſio
intelligitur de abſolutione per poteſtatem
ordinariam, & abſolutam independentem à
voluntate excommunicati ] ideòque Parro-
498 chus, & ſi habeat iuriſdictionem ordina-
riam erga ſuos Parochianos, vt ſupra dictum
fuit, & poſſit abſoluere ab excommunica-
tionibus nemini reſeruatis, vt infra dicetur
ſuo loco, tamen non poſſet abſoluere ab illis
inuitum, quia etiam dictam iuriſdictionem
habet in ordine ad Sacram. pænitentiæ, & ſic
dependentem à voluntate excommunicati,
quando vult abſolui. Nec obſtat, poſſe etiam
ab illis abſoluere extra Sacram. pœnitentiæ,
ex quo, vt aliàs dixi, cenſuræ abſolutio ſpe-
ctata ſua natura, niſi contrarium exprimatur,
dari poteſt extra ſacramentum, vnde præce-
dere debet etiam in confeſſione ſacramen-
tali abſolutionem à peccatis, vt clarum eſt.
Quia id intelligitur ſaltim præſuppoſita vo-
luntate ipſius pænitentis, vnde *ſupra 1. par.*
*recoll. 7. n. 111.* dixi, abſolutionem à cenſuris
dandā eſſe moribūdo, qui amiſit loquelā, nec
petijt cōfeſſariū, vel oſtenderat ſigna contri-
tionis in præſentia cōfeſſarij, dūmodo nō cō-
ſtet, illum omninò impænitentem in hunc
ſtatum incidiſſe, quod etiam poſt editam di-
ctam Recol. notauit *Boſſius in ſuis diſc. mor. di-*
*ſcept. 2. num. 37. & duobus ſequentibus*, vbi quod
talis abſolutio proſit, vt poſſit talis ſepeliri in
499 loco ſacro. Quando autē adminiſtranda, &
quæ ſacramenta danda ſint inuitis, ideſt fræ-
neticis, tractat *Poſſeuinus in ſuo tract. de officio*
*Curati c. 5. à n. 6.*

500 Nota, quòd per ſuperiorem non ſolum
hic intelligitur S. Pontifex, ſed etiam quilibet
Prælatus à quo fuit lata cēſura, vt benè cōtrà
*Alberic.* probat *Ricciull. lib. 4. de iure perſona-*
*rum cap. 68. num. 15.* vbi latè diſcurrit de aliis
cauſis rationalibus, ob quas inuitus poteſt ab-
ſolui, inter quas vna eſt, ſi talis debeat exami-
nari in caſu neceſſario, quia poteſt inuitus
abſolui ad teſtificandum, quòd etiam quis
inuitus poſſit abſolui, vt ſupra, quia ideo eſt
inuitus, quia putat, ſententiam cenſuræ eſſe
iniuſtam, vel nullam, tangit *Graſſius par. 1.*
*deciſ. lib. 4. cap. 17. ſub nu. 5.*

502 Quarta concluſio; qui dum viueret cen
ſura erat ligatus, ſi ante abſolutionem mo-
riatur cum ſignis contritionis, iam defunctus
poteſt abſolui, *cap. à nobis, el 2. de ſententia ex-*
*communicationis*. Patet hæc concluſio ex di-
ctis ſupra *par. 2. Recoll. 8. à num. 16.* vbi quòd
dicta abſolutio deſeruiet ad hoc, vt frui
poſſit talis defunctus ſuffragijs Eccleſiæ, &
poſſit eius cadauer tradi eccleſiaſticæ ſepultu
ræ, ſi non fuit ſepultus in loco ſacro, ſed in
503 loco proximo cæmeterio, vel Eccleſiæ, prò
ut ſepeliri debet. *Bonacina diſput. 2. de cenſuris*
*q. 2. p. 3. §. 3. num. 4. & 6. Sayrus lib. 3. cap. 35. n.*
*11. late Ricciullus lib. 4. de iure perſonarum c.*
*60 num. 24.* quidquid contrarium dicat *Graſ-*
*ſius in appendice lib. 3. cap. 5. num. 38.* & ſi de
facto ſit iam ſepultus in Eccleſia, tunc non
debet exhumari, ſed ſufficit ſi abſoluatur fla-
gellando ſepulcrum, vt ibi dixi, vbi quod
talis abſolutio debet hoc caſu dari tali defun-
cto ab eo, qui poterat viuum abſoluere (& ſic
non poſſit dari à quolibet confeſſario, vel ſa-
504 cerdote, vt poterat ei illa dari in articulo
mortis, iuxta terminos textus in *cap. Parochia-*
*nos extra de ſepulturis*, de qua re egi ibidem
*num. 7. & ſeq.*) vt præter Doctores citatos, ha-
betur per *Suarez diſ. 7. ſect. 1. n. 5. Tolet. lib. 1.*
*cap. 16. ad finem Auilam 2. par. cap. 4. diſput.*
*vnica dub. 8. concluſ. 5.* vbi quòd talis defun-
ctus

Digitized by Google

ctus non poteſt dici abſolui hoc caſu directè, ſed indirectè, clarius *Hurtado de cenſuris in communi ſub num.* 28. ibi, *& conſequenter per abſolutionem non abſoluitur directè, & in ſe ipſo, & quia non eſt in ſe ipſo ligatus, & quia non habet ſuperiorem, à quo poſſit in ſe ipſo abſolui, abſoluitur tamen indirectè quò ad alios fideles, vt poſſint eum ſepelire in loco ſacro, &c.*

Dixi, *cum ſignis contritionis, &c.* quia aliàs non debet abſolui, vt per *Auilam ſupra, concluſ.*6. & ſic nota, non ſufficere ſigna contri-
505 tionis abſque abſolutione, vt poſsit ſepeliri in loco ſacro, & pro eo orari publicè *gloſ.* 1. *in c. à nobis el 2. de ſent. exc. Graffius in Appendice ad dec. li.* 3. *c.* 1. *n.* 28. *Ricciul. ſup. c.* 65. *n.* 22. qui benè ſubdūt, ꝙ antequā talis abſoluatur debet conſtare Eccleſiæ de ſignis contritionis, cum quibus deceſſerat, an ſcilicèt fuerint ſufficientia, Adde ex *Toleto citato c.* 16. *nu.* 11. quod talia ſigna contritionis, quæ dedit excōmunicatus ante mortem, probari poſſunt
506 per vnum teſtem fide dignum, quia nulli fit præiudicium, qui ad hoc allegat *Henricū Boich in d. cap. à nobis nu.* 6. *& Hoſtienſem lib.* 5. *ſummæ tit.* 16. *accedit Vgolinus tab.* 1. *de cenſur. cap.* 19 *num.* 4.

507 Monet *Suarez de cenſuris diſp.* 7. *ſect.* 1. *n.* 7 quod ſi excommunicatio fuerit occulta, non ſit practicanda dicta abſolutio, quia vel talis deceſsit in malo ſtatu, & nihil proderit abſolutio, vel deceſsit in bono ſtatu, & illa non eſt neceſſaria, nec quò ad Deum, nec quò ad Eccleſiam, quæ iā permittit communicationē in diuinis cum eo; habent igitur locum ſupradicta quò ad forum externum, vbi quis fuit cenſuratus vitandus, ſeù non tolleratus, quo caſu, & ſi talis fuerit ad inſtantiā partis, tñ ſupradictam abſolutionem nō poteſt pars impedire, quia vult prius ſibi ſatisfieri, cùm hæres defuncti ſibi remaneat obligatus *ibid. Suarez nu.* 6.

508 De forma abſolutionis defuncti, dixi ſupra 1. *par. Recoll.* 5. *nu.* 63. & habetur in *d. cap. à nobis*, eſt eadem cum abſolutione viui excepto iuramento, quòd eſt impoſsibile à defuncto haberi *Auila ſupra*.

## *Quis poſsit abſoluere à cenſuris in iure latis, in communi.*

FVit quædam opinio *gloſæ in c.* 2. *de pænit. & remiſſion. in* 6. quòd cenſura iuris poſ-
509 ſit à quolibet Epiſcopo abſolui, quæ non eſt vera, quia in iure cenſuræ aliquæ reſeruātur ipſi conditori iuris, qui eſt S. P. aliquæ Epiſcopis, aliæ nulli reſeruantur, vt poſt *Marianum Socinum, notat Graffius in appendice ad ſuas deciſ. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 17. Poteſt tamen ſaluari dictum ipſius gloſæ hodie propter Concilium Tridentinum, intelligendo de cenſuris occultis, nam ab ipſis, poſſunt abſoluere Epiſcopi etiam ſi ſint S. Pontifici reſeruatæ, vt latè dixi *ſup. p.* 2. *recoll. nona.*

510 Prima concluſio. Abſolutio cenſuræ eſt duplex, vna pertinens ad forum externum, ſeu contentioſum, alia quæ pertinet ad forū internum, ſeu pænitentiæ: Eſt magna differētia inter iſtas abſolutiones, quia prima cùm pertineat ad poteſtatem iuriſdictionis, poteſt dari etiam à clerico primæ tonſuræ, qui habet iuriſdictionem ferendi cenſuras, vt ſolet eſſe Vicarius Epiſcopi, ſecunda autem cùm pertineat ad poteſtatem ordinis non poteſt dari, niſi à Sacerdote: in præſenti loco agimus de abſolutione, quò ad forum internum, quia de abſolutione quò ad forum externū infra Recollectione ſequenti *Graffius latè ſupracit. cap.* 8. *à num.* 2. vbi reſoluit quæſtionem illā, inter Canoniſtas agitatam, an abſolutio à cenſura, maximè ab excommunicatione ſit iuriſdictionis, vel ordinis, concordando illos hoc modo, quòd ſcilicet ſit tā iuriſdictionis,
511 quàm ordinis, quia poteſt quis tantum abſolui, quò ad forum externum ab eo, qui habet tantum poteſtatem iuriſdictionis, & poteſt abſolui etiam quò ad forum internum ab eo, qui habet poteſtatem iuriſdictionis, & ordinis, non enim ſufficit, vt quis habeat poteſtatem ordinis, & quod ſit ſacerdos, vt poſsit abſoluere à cenſuris, ſed poteſtatem iuriſdictionis, quoque debet habere ſaltem delegatam ab eo, qui habet ordinariam, & ſic decla-
512 ratur regula illa, qui poteſt cenſuras ferre poteſt ab illis abſoluere, ſeù vt alij dicūt, eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare, intelligitur enim ꝑ ſe, ſi habet poteſtatē ordinis, & ſit ſacerdos, vel per alium, ſi non habeat dictam poteſtatem ordinis, ſed ſit tantum clericus, & ſi ſit diaconus, vel ſubdiaconus, vel ſubdiaconus, ita *Graffius ſupracitato loco, & alij communiter.*

Secūda concluſio. Non ſolum ille qui ius condidit, poteſt abſoluere à cenſuris in iure
513 latis. Sed etiam eius ſucceſſor, vel ſuperior, ita *Suarez diſput.* 7. *ſect.* 3. *in principio*, *Alterius lib.* 4. *diſput.* 3. *cap.* 1. Ex quo ſequitur quia Summi Pontifices authores fuerunt cēſurarum in iure contentarum, quòd ab eis abſoluit S. Pontifex, qui eſt eorum ſucceſſor, ita etiam de cenſuris latis in conſtitutionibus Summorum Pontificum, dicendum eſt
514 ſicut quia Epiſcopi, vel Archiepiſcopi, & cœteri Prælati habentes Epiſcopalem iuriſdictionem ferunt cenſuras per ſententiam generalem, ipſi ēt, eorumq; Vicarij, cum quibus faciunt vnum tribunal, ab illis abſoluūt, & eorum quoque Superiores, qui reſpectu omnium eſt S. Pontifex, reſpectu vero Epiſcoporum, eſt Archiepiſcopus in duobus tātum caſibus, nempè appellationis, vel viſitationis, vt dixi ſupra *2. p. rec.* 9. *n.* 27. vbi quādo poſſunt viſitare Prouinciā idem dicendū eſt de Legatis à latere reſpectu Epiſcoporū, quia idem

Digitized by Google

idē poteſt Legatus præfatus omni tempore, quod poteſt Archiepiſcopus tempore viſitationis, vt dixi ibidem *verſ. item concordat, &c.* Dixi reſpectu Epiſcoporum, quia reſpectu cenſurarū, quas ſibi reſeruat S.P. in iure, vel conſtitutionibus, Legatus non poteſt abſoluere ab omnibus, ſed tm̄ ab excōmunicatione canonis: ſi quis ſuadente, vt infra dicetur ſuo loco. videte pro nunc *Graſſium ſupra cap. 8. num. 13.*

## *Qualis, etiam in communi debeat eſſe abſolutio à cenſuris data.*

PRima concluſio, & ſi regulariter abſolutio à cenſura debeat dari verbis, vel ſcripto, tamen, vt illa operetur effectū, non eſt neceſſaria certa, & præſcripta forma verborum, ſed ſufficiunt quælibet verba dumodo ſint prolata ad hūc finem ſeu cum tali intētione, & ſonent liberationem à tali vinculo, *Sayrus lib. 2. cap. 16. in principio, Suarez diſp. 6. ſect. 9. nu. 14. Valentia t. 4. diſp. 7. q. 17. p. 8. Bonacina diſp. 1. de cenſuris q. 1. p. 5. nu. 1. & ſeq. Auila p. 2. c. 7. diſp. 3. dub. 1. & aliis communiter.*

Hinc ſequitur primo, quòd ſi confeſſarius diceret, *te abſoluo*, cū intentione abſoluendi à cenſuris, & peccatis, in rigore abſolueret ab vtriſque, contra *Sylueſtrum*, poſt Vgolinum verius exiſtimat *Sayrus loco ſupracit. num. 3.*

515 Sequitur ſecundo, non poſſe dari caſum, quòd confeſſio ſit inualida ex eo, quòd excommunicatione irretitus, fuit abſolutus per illa ſola verba, *Te abſoluo à peccatis tuis*, nulla præmiſſa abſolutione ab ipſa excommunicatione, & ſi id ſcienter fiat à Confeſſario, ideſt licèt ſciens confeſſarius pœnitentem eſſe excommunicatum, per dicta ſola verba, eum abſoluat, nulla facta mentione excommunicationis. Ratio eſt, quia cùm abſolutio à peccatis ſupponat abſolutionē ab excōmunicatione, cēſetur per dicta verba, velle prius abſoluere ab excommunicatione, & poſtea à peccatis, vt dixi ſupra *par. 1. recoll. 5. num. 19.* vbi quòd talis in dubio debeat interprætrari intentio ipſius confeſſarij, quando contrarium expreſsè non conſtat, cùm nemo præſumi debet, voluiſſe committere ſacrilegium; ſi. n. ſufficiunt illa ſola nerba *Te abſoluo*, cum intentione abſoluendi ab vtriſque, vt dixi ſupra, & notant *Suarez, & Auila, infracitandis locis*, tanto magis ſat erunt, cùm adduntur iſta alia verba *à peccatis tuis*, quorum abſolutio, vt dixi præſupponit abſolutionem ab excommunicatione. Scio *Nau. in c. cautus de pænit. diſtinct. 6. nu. 2.* conſulere, vt in caſu neceſſitatis, puta articulo mortis proximæ, tutius
516 ſit dicere *Abſoluo te*, quàm addere ly *à peccatis tuis*; ſed pace tanti viri, hæc ſua cautela non habet fundamentum, nam cùm cenſura præſupponat culpam, & abſolutio culpæ præſupponat abſolutionem à cenſuris, abſolutio à peccatis nominatim, non ſolum non tollit virtualem intentionem abſoluendi à cenſuris, ſed illam includere debet, vt ſupra dixi. hoc enim voluit dicere *Auila p. 2. cap. 6. diſp. 3. dub. 4. in principio*, ibi, *Tertiò nota, quòd quæſtio non procedit quando inſtat mors adeò repētina, vt non ſit tempus abſoluendi ab excommunicatione, tunc enim abſolutio à peccatis eſſet valida, & fructuoſa, etiam ceſſante ignorantia, ita communiter DD. non enim eſt intentio eccleſiæ, quòd iſte careat beneficio eccleſiæ, ſed caſus hic eſt metaphiſicus, præcipuè cùm ſufficiat hoc vnum verbum, Te abſoluo*, ex quibus verbis patet, quod non ex hoc, quia ſufficit dictum verbum, *Te abſoluo*, pro abſolutione tam cēſurarum, quam peccatorum, ideò addendo ly *à peccatis tuis*. non ſit fructuoſa dicta abſolutio, idem in re habet *Bonacina diſp. 1. q. 3. p. 5. nu. 4.* quod gauiſus ſum poſt hæc ſcripta, & lecta reperiſſe apud *Boſſium de iubileo ſect. 1. caſu 23. nu. 19.*

517 Quæres an ſi confeſſarius abſolueret dictum excommunicatum in dicto articulo, vt ſupra, his verbis, *abſoluo te à cenſuris*, animo ſubdendi abſolutionem à peccatis, tn̄ antequā illā ſubdat, moriatur ipſe infirm⁹ erit nè abſolutus à peccatis? Ratio dubitandi eſt, quia iam prolata fuerunt illa verba, *Te abſoluo*, quæ vt ſupra dixi, ſunt ſufficientia ad abſolutionem vtriuſque vinculi, ſcilicèt cenſuræ, & culpæ, quando confeſſarius habet talem intentionē: prout hic præſupponimus, illam in hoc caſu habere dictū confeſſariū, dū iā incepit abſoluere à cēſuris, & paratus erat ꝓſequi abſolutionem à peccatis. Confirmatur, quia, vt ſupra dixi, cenſura incurritur propter culpam, ergo abſoluendo à cenſuris cenſetur implicitè abſoluere à peccatis. His tamen non obſtantibus. Reſpondetur ex *Suarez t. 5. diſp. 10. ſect. 2. ſub nu. 7.* non eſſe ita certum, quòd abſolutus à cenſuris, ſit abſolutus à peccatis, ſicut eſt certum, quòd abſolutus à peccatis ſit abſolutus à cenſuris, vnde ipſe concludit, quod in iſto caſu, qui eſt metaphiſicus, vt dixi ſupra, quia non poteſt dari talis neceſſitas, vt non ſuppetat tempus ſaltem vtendi hac forma breui, *Te abſoluo à cenſuris, & à peccatis tuis*, tutius eſt, vt talis cōfeſſarius proferat dicta verba, *Te abſoluo à peccatis tuis*, quia, vt ipſe ait, *licèt infirmus moriatur antè quā proferatur illa verba, & ab omnibus peccatis tuis, abſolutio ſacramentalis erit valida, quòd non ita erit certum de cenſura, &c.* Cōfirmatur ex his, quæ docet idem *Suarez ibid. diſput. 7. ſect. 5. nu. 38.* dum agit de abſolutione à cenſuris dāda in ſacramento confeſſionis, in ordine etiā ad abſolutionem peccatorum vi iubilei, quia
518 ait, *quòd ſi caſu aliquo contingeret ſacerdotē, qui ritè, & rectè cepit abſoluere, perficere formā abſolutionis a cenſura, & non vltra progredi,*

ad

*ad abſolutionem peccatorum, vel quia repentè mortuus eſt, aut loquelam amiſit, aut (quòd difficilius eſt) quia ſubitò mutata voluntate, noluit à peccatis abſoluere: in eiuſmodi caſu, exiſtimo, abſolutionem à cenſuris ratam manere, & poſtea non eſſe aliam neceſſariam, & peccata illa non manere iam reſeruata, ſed à quocumque habente communem iuriſdictionem in foro pœnitentiæ, poſſe abſolui.* Quomodo clarius potuit docere, quòd abſolutio à cenſura non extendatur ad abſolutionem à peccatis, etiam ob quæ fuerunt incurſæ cenſuræ ipſæ, vt patet ex verbis, quæ ſubdit, quæ ſunt iſta, *Suppono enim non habuiſſe dicta peccata aliam reſeruationem, niſi mediante illa cẽſura*. Ad rationem dubitandi reſpondetur, quod licèt dicta verba, *Te abſoluo*, prolata cum intentione abſoluendi à cenſuris, & peccatis, operentur dictũ effectum, tamen quãdo quis progreditur abſoluendo à cenſuris, non poteſt habere dictũ effectum, quia iam declarat vlterius progrediendo, velle ſeparatim, & nominatim ab illis abſoluere, & velle aliquid facere, non eſt facere. Ad confirmationem etiam replicatur, quòd licèt cenſuræ præſupponant culpam, tamen earum abſolutio licita, & valida non præſupponit abſolutionem à peccatis, ſicut abſolutio eodem modo licita, & valida à peccatis, præſupponit abſolutionem à cenſuris,
519 vnde hoc caſu militat regula illa, qui vult aliquid, cenſetur velle omne illud, ſine quo id fieri non poteſt *c. præterea de officio delegati, l. illud, ff. de acquirenda hereditate*, quæ iura ad hoc allegat *Nau. c. 23. nu. 53.*

520 Sequitur tertio, quòd neque in eadem abſolutione à cenſuris in foro conſcientiæ requiritur expreſsio cauſæ ipſius cenſuræ, v. g. ab excommunicatione, quam incurriſti ob percuſſionem clerici, extractionẽ à ſtatu eccleſiaſtico, & ſimil. vt dixi loco citato *num. 49* accedunt *Suarez diſput. 7. ſect. 9. à num. 6. Fillinccius tract. 11. num. 329.* Quod eſt verum, etiam ſi pœnitens pluribus ſit irretitus cenſu-
521 ris, vel ob eandem, vel diuerſas cauſas, ſufficit enim, quòd abſoluens nouerit cenſuras incurſas, & velle, ac poſſe ab eis abſoluere, *Reginaldus lib. 9. nu. 78. verſ. Tertiò*, vbi ſubdit hæc verba. *Quamuis hæc ita ſint, tamen ſi Confeſſarius habuerit intentionem abſoluendi pœnitentem ab omnibus excommunicationibus, quibus ipſum irretitum eſſe nouit (eas omnes comprehendendo illis ſolis verbis. Abſoluo te à vinculo excommunicationis) abſoluit ab omnibus, etiam ſi in abſolutione prædicta nõ exprimat cauſas omnium, nec addat illa verba; toties quoties eam incurriſti. Ratio eſt, quia cùm ſola verba. Abſoluo te à vinculo excommunicationis, ſint forma ſufficiens, cæteraque addantur non ad neceſſitatem, ſed tantum ad maiorem declarationẽ eius, quod agitur, per ea tolli poſſunt omnes excommunicationes, quibus aliquis irretitus eſt, ſi cum tali intentione ab habente ſufficientem iuriſdictionem, proferantur.*

522 Requiritur igitur, vt confeſſarius habeat notitiam cauſarum, & velit, ac poſſit abſoluere ab ipſis. Vndè ſi abſoluens habet notitiam omnium cauſarum, & excõmunicationum, quibus ligatur ipſe pænitens, & abſoluit ſimpliciter à vinculo excõmunicationis, erit ab oĩbus abſolutus, ẽt ſi ipſe penitẽs ex pluribus cauſis, vnã tantum exprimat, nam in abſolutione attẽditur mens ipſius abſoluentis: ſicut è contrariò ſi expreſſio eſt facta omnium cauſarum, ſed abſoluens ſe reſtringit ad vnam tantum, tunc abſolutio proderit pro illa ſola, eadem ratione, ità *Auila 2. par. c. 7. diſput. 2. dub. 3. verſ. tertia concluſio, & Alterius lib. 4. diſpu. 5. cap. 4. verſ. quod ſi petitio, & ſequenti*, quare autem poſſit abſolui vna excommunicatio, relicta alia, non autem poſſit abſolui vnum peccatum mortale, abſque abſolutione alterius, dixi ſuo loco, videte pro nunc *Ledeſ. in ſua ſumma tit. de la deſcommunion c. 8. verſus finem. Qui Alterius ſup. verſ. Dico ſecundo* docet, quòd ſi quis abſque expreſsione cauſarũ, vel ſaltem non omnium cauſarum, peteret
523 generaliter, & indiſtinctè abſolutionem ab oĩbus excõmunicationibus, vel cenſuris, quibus reperitur innodatus, & Confeſſarius habens poteſtatem, ab omnibus illis etiam generaliter abſoluat, valida ſit abſolutio, licèt peccet taliter abſoluens abſque notitia cauſarũ. præſupponit enim hic author, potuiſſe ipſum confeſſarium à penitente habere dictam notitiam cauſarum, & neglexiſſe, & propter dictam negligentiam peccare, nam etiam abſolutio aliàs ad cautelam data à confeſſario ante abſolutionem à peccatis ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, &c. etiã eſſet illicita. Addit quoque ibidem *diſp. 7. c. 2. verſ. Reſpõdeo expreſſiuè*, quòd regulariter loquendo, quando ex parte ſuperioris adeſt iuriſdictio, & ex parte pœnitentis non adeſt impedimentum, abſolutio cenſeri debeat conceſſa ab omni excommunicatione, niſi contrarium exprimatur, quod intelligo, non ſolum de excommunicationibus, & cenſuris
524 confeſſis, ſed etiam de oblitis, ſaltem obliuione non craſſa, quod non ſolum eſt verũ in abſolutione data tempore iubilei, de qua ſupra *nu. 477.* ſed etiam de abſolutione data à quolibet confeſſario Regulari habente facultatem circa cenſuras oblitas, accipe verba *Layman lib. 1. ſua Theologia moralis tract. 5. p. 3. c. 6. ad finem, ibi, Cæterum ſi aliquis facultate præditus v. g. confeſſarius à Papa priuilegiatus indefinitè, ac generatim abſoluat pœnitentem ſuum à vinculo excommunicationis, aliiſque cenſuris (cuiuſmodi abſolutio, ſacramentali abſolutioni ad cautelam præmitti ſolet) tunc credendũ eſt, abſolutionem verè, & efficaciter conferri ab omnibus excommunicationibus, aliiſque cenſuris, à quibus confeſſarius pro eo tempore, rectè, &* con-

Digitized by Google

*conuenienter abſoluere poteſt, tametſi fortè pœnitens per obliuionem non craſſam, omittat confiteri peccata, quibus cenſura annexa ſunt, vel vel etſi confiteatur, neſciat tamen modo, vel ipſe, vel etiam confeſſarius, huiuſmodi peccatis cenſuram adiunctam eſſe. Ex quo ſequitur, ſi poſtea pœnitens recordatur peccati Summo Pontifici reſeruati, quod apud* Confeſſarium *dicta poteſtate præditum bona fide confiteri intermiſit, poſſe illud deindè cuiuis expoſito ſacerdoti confiteri, quippè cum Papalis reſeruatio cenſuræ, ablata ſit,* Dixi, *habente facultatem*, quia de cenſuris oblitis, in quibus non habebat confeſſarius facultatem dixi ſupra *par.* 1. *recollec.* 18.*n.*127.& tractat *Alter.cit.Diſp.*4.*c.*3.Quod autem paulò poſt ſubdit idem *Layman, ſecus vero dicendum eſt ſi ſint peccata ſpecialiter reſeruata Epiſcopo, quia Epiſcopi non tantum cenſuras, ſed etiam ipſamet peccata ſecundum ſe, abſolutioni ſuæ reſeruare, & Parochii eorũq; cooperantibus denegare ſolent*, an ſit verum, di-
525 cetur infra cũ de caſibus reſeruatis. De Religioſis etiam, qui in viſitationibus generaliter abſoluuntur à cenſuris, & irregularitatibus, quòd remaneant abſoluti, vt ſupra ab oblitis, dixit *Auila p.*2.*c.*7.*diſp* 2. *ad finem.*

Sequitur quarto, neque eſſe neceſſariam determinationem cenſuræ in particulari v.g. poſt illa verba, *Te abſoluo*, ſubijcere *ab excommunicatione*, ſi quis ſit excommunicatus, *à ſu-*
526 *ſpenſione*, ſi ſit ſuſpenſus, &c quia ſufficit ſi ex adiunctis antecedẽtibus, vel conſequentibus fiat determinatio, vt contra *Silueſtrum* probat *Sayrus lib.*1.*cap.*19.*num.*3.& proſequitur poſtea *Suarez.diſp.*19.*ſect.*2.*nu.*9.*& diſp* 17. *ſect.* 9.*nu.*4. vbi benè ſubdit, hoc habere locũ, vbi à confeſſario, vel alio ſuperiore, quis abſoluatur per illa verba vſitata ex vſu Eccleſię *Te abſoluo*, ſecus autem ſi per alia verba, de quibus infra, v.g. *ego tollo, vel auferro*, ſic enim quia ſi determinationem non ſubijciat, dicta verba nullum ſenſum faciunt, neceſſaria eſt determinatio cenſuræ. Intellige ly *ex adiunctis*, & non ſolum vbi pœnitens ab aliqua cenſura petit abſolui, vt *Filliucius* explicat *tract.*11.*num.*328. ſed etiam vbi Confeſſarius nouit, qua cenſura illa pœnitens ſit irretitus, ſi
527 vero atq; ex petitione pœnitẽtis, nec ex notitia confeſſarij colligi poteſt determinatio, ſecundum pluries *Suarez citata ſect.* 9.*nu.* 5. addere determinationem, ſaltem per verba generalia, vt fit in abſolutione cenſurarum, quæ præcedit abſolutionem peccatorum cum pœnitente dictam abſolutionem non petente, nec de ea cogitante, *Abſoluo te, ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti in quantum poſſum, & indiges*, & proſequitur *Alterius lib.*4.*diſp.*2.*c.*1.*verſ.Reſpõdeo quando.*
528 Sequitur quinto, ſufficere ſi Confeſſarius in abſoluendo à cenſuris vtatur verbis ſufficientibus ad indicandum illum effectum tollendi cenſuram ſiuè ſit verbum, *Abſoluo*, ſiuè *tollo*, aut *auffero*, ſiue *benedico, relaxo*, &c. cum intentione tollendi vinculum præfatum, *Nau.cap.*26.*nu.*1. *Silueſt. Abſolutio* 3. §.2.cum aliis allegatis per *Sayrum lib.*1.*c.*16. *in principio*, quibus accedunt *Suarez Alterius Bonacina, Filliuccius, & alij, ſupracitatis locis* Scio *Sayrum loco ſupracitato*, quem ſequitur *Duardus lib.*3.*in Bullam cœnæ* §.2.*q.*17. negare, ſufficienter impendi abſolutionem ab excommunicatione per verbum *Rebenedico*,
529 quia inquiunt ipſi, neq; rectè fertur excõmunicatio per verbum *Maledico*, ſed contrarium ſupponunt omnes alij authores ſupracitati, & meritò, quia non ſequitur, non ferri põt excommunicatiõe per verbum *maledico*, ergo neque aufertur per verbum *ribenedico*, ſufficit enim dictum verbum ſignificare iuxtà mentem abſoluentis, prout verè ſignificat ablationem vinculi, & reconciliationẽ reſpectu eccleſiæ, quod poſtea repori adnotatum à *Boſſio de iubileo ſect.*1.*caſu* 23. *n.*10. Qui benè *num.ſeq.* contra *Vgolinum*, probat, quòd etiam vbi tractatur de abſolutione à cenſuris
530 contentis in Bulla cœnæ, abſolutio rectè impendatur per alia verba, quàm per illa *Te abſoluo*, vt ſuprà, cùm non appareat aliqua ratio differentiæ inter iſtas cenſuras, & alias, quando quis habet facultatem ordinariam, vel delegatam abſoluendi ab eis. Ampliat hoc dictum *Alterius citato lib.*4. *diſp.*7. *cap.*1. *verſ. reſpondet Silueſter*, et vbi delegatur abſo-
531 lutio ab ipſis cẽſuris, illis verbis, *vt abſoluat ſeruata forma iuris*, vel *ſeruet iura*, niſi et cõcederetur delegatio expreſsè ſub illa cõditione, vt obſeruetur forma aſſignata, quod cõtingit quando dicitur *abſoluatur ſecundum formam eccleſiæ conſuetam*, nam primo camo caſu, cùm de iure poſsit quis abſoluere à cenſuris per verba æquipollentia, ſatisfacit delegationi, vt abſoluat ſeruata forma iuris ſecundo verò caſu, cùm forma conſueta Ec-
532 cleſiæ abſoluendi à cenſuris, fit per illa verba, *Abſoluo te, &c.* vt dixi ſupra *par.*1. *recoll.* 5. *nu.* 46. cenſetur conceſſa facultas abſoluendi hoc modo, & non alio, & alias non ſeruando dicta forma inualidè talis abſolueret. Nota, quòd quãdo datur abſolutio per verbũ *auffe-*
533 *ro*, vel *tollo*, aut *relaxo*, eſſe neceſſaria expreſſio perſonæ, & cenſuræ, quando autem datur per verbum *benedico, reconcilio*, eſt neceſſaria expreſsio tantum perſonæ, vt te *benedico*, aut *rebenedico, reconcilio* te eccleſiæ, videte *Suarez ſupra, & Valentiam tom.*4. *diſp.*7. *q.*17.*p.*8.
534 Sequitur ſexto non peccare Confeſſariũ ſi non vtatur forma longa poſita in Rituali cum cæremoniis ibi aſsignatis, quia, vt ſupra *recoll.*5.*nu.*57. illam obſeruare tenetur quis in abſolutione quò ad forum externum, ratio eſt, quia dicta forma, & cæremoniæ accipiun-

Digitized by Google

piuntur a tex. in *c. à nobis de ſent excommunic.* qui textus loquitur de abſolutione danda in foro externo: ita *Auila p.2. c.7. diſp.3. dub.3.* vbi poſtquam paulò anteà *dub.2. verſ. circa 3.* poſuiſſet formam conſuetam abſoluendi ab excommunicatione, ſubdit hoc loco iſta verba, *Dico tamen primo quando confeſſor abſoluit in confeſſione nullum peccatum committit non vtendo illa forma longa, & cæremonijs, imò idem dico quando confeſſor abſoluit ex-*
535 *tra confeſſionem in foro conſcientiæ tantum*, Et ſi ſubdat, *quòd ſi confeſſio fieret in loco ſecreto, & poſſet commodè ſeruari prædicta forma, expediret, ita fieri, vt excommunicatus concipiat timorem, & reuerentiam circa cenſuras*, idem paucioribus verbis, habet *Homobonus de caſibus reſeruatis in ſecunda editione par.1. tit. de forma adhibenda in cenſurarum abſolutione, cùm de forma ipſius abſolutionis fol. mihi 125.* vbi poſt traditam formulam conſuetam, ſubdit hæc verba. *Sed vt dixi hæc ab eo obſeruanda ſunt, qui in foro exteriori abſoluere debet, vel cui à Romano* Pontifice *committitur abſolutio in forma Eccleſiæ conſueta, aliàs id non ſeruans, vt multi volunt, mortaliter peccat, licèt abſolutio teneat, ſed quod non peccet mortaliter, aliis probabilius placet, modo abſit contemptus.* Ex quibus verbis patet, hos loqui tùm de forma, tùm etiam de cæremonijs, & ſi alij authores tantum loquantur de
536 cæremonijs, nempè recitatione Pſalmi, flagellatione, &c. de quibus nos ſupracitata *recoll.5. à nu.48.* nam non deſunt Doctores docentes, quòd non poſsint omitti à Sacerdote dictæ cæremoniæ abſque cauſa rationabili, ſiuè abſolutio detur ab Ordinario, ſiuè à delegato, ſiuè in publica, ſiuè in ſecreta ſacramẽtali abſolutione, ita *Alterius cit. diſp.7. cap.2. verſ. hæc eſt integra, &c. Sayrus Nau. & Suar. quos ad hoc allegat Boſſius infra.* qui tuetur opinionem illorum, qui docent, has cæremonias eſſe ſeruandas neceſsitate præcepti, tantũ in abſolutione publica, quò ad forum exterius, non autem quò ad forum internum, quã teſtatur eſſe probabiliorem: ita alijs citatis, ſ. *Henriquez, Filiuccio, Valero, & Bonacina, Boſſius de iubileo ſect.1. caſu 24. nu.7.* vbi ſubdit, ſicut & nos diximus loco ſupracitato *nu.*
537 46. *in fine*, Non obſtare, quòd Regulares ex priuilegio habeant, non eſſe obligatos obſeruare dictas cæremonias, quia vt aliàs etiam ſæpe dictum à nobis fuit, multa priuilegia ipſis Regularibus fuerũt conceſſa ad tollẽdos potius ſcrupulos, quàm ex eo, quòd illis opus haberent, & clarius loquitur, *Layman lib.1. tract.5. par.2. cap.6. num.7. verſ. dico ſecundo ad finem*, ibi, *in foro autem interno eiuſmodi ſollemnitates omitti poſſunt*, & citat non ſolum *Nau. Henriquez ſuprà, & ConinK*, ſed etiam *Auilã*, qui, vt ſuprà dixi, loquitur etiam de forma, Veritas eſt, quòd quando confeſſarius vult
538 à cẽſuris abſoluere in ſacramẽto confeſsionis, ſ. ſimul cùm peccatis, nequit abſq; culpa, omittere verba illa ſaltim *Abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis, &c.* vt dixi citata *Recoll.5. num.57. ad finem*, non credo tamen hanc culpam eſſe mortalem, ſecluſo ſcandalo, vel contemptu, cùm omnes Doctores citati, in hoc conueniant, nempè dicta verba non eſſe de ſubſtantia ipſius abſolutionis. Excipit *Hurtado diſp. 14. de excommunicatione difficultate 4. verſ. conueniunt 2.* vbi omitterentur dictæ ceremoniæ in aliqua ſollemni abſolutione, in eccleſiæ ſatisfactionem facta.

Nota, quòd *Auila loco ſupracitato*, excipit iuramentum, quia ſi à iure in abſolutione à cenſuris requiratur, vt antè quam impendatur, confeſſarius recipiat à pænitente iuramẽtum, peccaret abſoluens eum, abſque iuramẽto, & ſi vis ſcire, quãdo ius requirit dictum iu-
539 ramentum? Reſpondetur, illud exigere nõ in delictis omnibus; ſed in grauibus, & enormibus, *Layman lib.1. tom.5. p.2. cap.6.* teſtatur de cõmuni *Alterius cit. diſp.6. c.2. verſ. communis*, qui *ibid. verſ. dubitant ſecundo*, ſubdit, debere cõiter illud requiri à viris, & ſecundum aliquos Doctores requirendũ eſſe ẽt à fæminis, & relinqui arbitrio Epiſcopi, ſi recipiẽdũ
540 ſit à pueris, *ſed Sayrus lib.2. cap 18. num. 3.* omninò ab hoc onere excludit pueros, & alijs citatis probat *Layman cit. c.6. n.8. verſ dico tertio*, vbi hoc ampliat ẽt ſi dicti pueri ob delicta commiſſa in impubertate, poſtea adepta pubertate, ideſt poſt 14. annos abſoluerentur, quia neque tenentur dictum iuramentum præſtare, & teſtatur de communi. Idem *Alterius ibid. verſ. tandem*, quærit vtiliter, quod non faciunt alij authores, an in abſolutione impenſa ab excommunicatione in foro pæ-
541 nitentiæ virtute priuilegij, aut iubilei, aut alicuius Bullæ Pontificiæ, debeat interuenire iuramentum, & reſpondet. *non opus eſſe, vt ius iurãdum, aut aliqua alia obligatio interueniat, Nam ſacri canones exigunt iuramentum in abſolutione, quæ conceditur in foro exteriori, & id ad cautelam, vt abſolutus ipſe, & alij ſuo exemplo in poſterum ſint obedientes, & etiam vt vi iuriſiurandi, poſſit abſolutus poſtea facilius compelli ad ea ſeruanda, quæ iuramento promiſit, quæ non habent locum in foro interiori pænitentiæ, ideò tunc temporis tale iuramentum non requiritur.* Hucuſque ille author, quæ opinio mihi magis placet, quàm contraria probata ab *Hurtado diſp.14. de excommunicat. num.17.* qui allegat ad hoc *Auilam, & ConinK* nihil de hoc particulari loquẽtes, ſed tñ generaliter. Qui Alterius explicat quoque, quòd tale iu-
542 ramentum debet eſſe, non vniuerſale de parendo omnibus mandatis Eccleſiæ, ſed tantum de parendo mandato Eccleſiæ circa ſubiectam materiam, & cauſam propter quam inflicta fuit excommunicatio, ſeu

de ſeruãdo illam legem, propter cuius tranſgreſsionem incurrerat iam excommunicationem, vel etiam de adimplenda prudenti, & iuſta pænitentia, quæ ei imponitur dum abſoluitur, videte eum. Quando autem dixi, iuramentum, vt ſupra, requiri in abſolutione excommunicationis data pro foro externo;
543 intellige ad licitum, eius vſum, quia illo prætermiſſo adhuc abſolutio erit valida, vt per *Alterium ſupra, & latius per Sayrum*, qui contrà aliquos canoniſtas, teſtatur de communi. Quod limitat *Reginaldus lib.9. nu.63.* in caſu, quòd conceſſa fuit talis facultas cum conditione, his verbis expreſſa, *dummodo abſoluas in forma iuris*, vel *quod prius iuret ex communicatus de ſtando mandatis eccleſiæ*, tunc enim erit nulla abſolutio ſine iuramento impenſa, ſecus ſi tantum fuit commiſſum *abſoluere ſecundum formam iuris*.

Quæres an detur caſus, in quo etiam abſq; verbis, ſed ſolo facto, v.g. nutu, benedictione, oſculo, & ſim. poſſit cenſura innodatus abſolui? Reſpondetur dari hunc caſũ, & eſt quãdo
544 Papa hæc exercendo erga excommunicatum, declaret etiam, ſe velle tali facto à cenſura eum liberare, ita controuerſiam, quæ de iſta re, antea erat inter Canoniſtas, dirimit Clemens Quintus in Concilio Viennenſi, & refertur in *clem. fin. de ſententia excommunic.* his verbis, *Si Summus Pontifex ſcienter etiam excommunicato participet litteris, verbo, vel oſculo, ſeu alio quouis modo, ipſum per hoc abſoluere nulla ratione cenſetur, niſi ſe velle forſitan exprimat, illum ex hoc pro abſoluto haberi*, vbi *gl. lit. A. ad fin.* ſubdit, *ſicut per participationem, non abſoluit: ita per euitationem non excommunicat*, hanc deciſionem habere locum ẽt quò ad alias cenſuras, docet *Sayrus lib.7.c.11. num.2.* his verbis, *quod non ſolum de excommunicatione (de qua in clem. agitur) ſed etiam de ſuſpenſione, & interdicto, dicendum eſt. Si enim Papa in Eccleſia interdicta celebret, non ideò ſublatum eſſe interdictum, cenſetur*, Qui author
545 etiam ſimili modo dicit, quòd ſi Papa euitando aliquem, declaret ſe per talem euitationem velle eum excommunicare, ſuſpendere, vel interdicere, quòd talis erit excommunicatus, vel ſuſpẽſus, aut interdictus. Dixi *Quando Papa, &c.* Quia ſecus eſt de Epiſcopis
546 & alijs Prælatis, quauis fulgeant dignitate: nam ipſi participando cum excommunicatis à ſeipſis non ſolum non habent poteſtatẽ declarandi, per talem participationem velle illos abſoluere, ſed incurrunt excommunicatum minorem, vel maiorem, ſicut alij priuati participantes, *Sayrus lib.2.c.13. num.30. & 31.* Ratio eſt manifeſta, quia ſolus Papa eſt ſupra ius poſitiuũ, quod & ſi non præſcribat certam formam abſolutionis à cenſuris, tamẽ præſcribit, & vult, ꝙ talis abſolutio detur per verba ſignificantia, vt ſupra, liberationem ab illis, item quod communicans cum excommunicato incurrat minorem, vel maiorem excommunicationem, Alij verò omnes ſunt ſubiecti ipſi iuri poſitiuo, & per conſequens tenentur illud ſeruare, vt per Doctores ſupracitatos, accedit *Graffius in appendice ad ſuas deciſiones lib.3. cap.3. num.20.* latè *Suarez diſp. 7. ſect. 9. num.14. Filliuccius tract.11. num.321. Naldus verbo excommunicatio num.34.* vbi clarius loquitur, quam ibidem verbo Abſolutio à cenſuris *num. 1.* vbi ſimpliciter aſſerit, Papam poſſe abſoluere ſolo animo abſque verborum prolatione, Nota ex *Sayro loco vltimo citato num.29. & Graffio loc. ſupra citato*, Papam vix ſcienter communicare cum excommunicato; nam de ſtylo Curiæ, tales ſi negotij, vel tractatus quidpiam habent cum Papa, per ipſum, vel per alios abſoluuntur ad cautelam durante tractatu, & poſtea reducuntur in eandem ſententiam, inſtar teſtium excommunicatorum, ita *Sayrus*.

547 Secunda cõcluſio: Abſolutio à cẽſuris dari poteſt validè non ſolùm ſub conditione de præſenti, & de præterito, ſed etiam ſub cõditione de futuro; De conditione de præſenti, & præterito inter Doctores non eſt difficultas, quia huiuſmodi conditio non ſuſpendit actum, & æquiualet cõditioni abſolutæ, nam vel conditio poſita eſt, & ſic operatur ſtatim effectum, vel poſita non eſt, & non operatur dictũ effectum, ſic enim abſoluimus quotidie pænitentes, *in quantum poſſum, & indiges*.

548 Aduerte tamen, quòd hæc conditio debet eſſe talis, vt poſsit de ea humano modo cõſtare, an ſit impleta, ſeù quòd adſit aliquod extrinſecum ſignum, quo poſsit ſufficienter cognoſci, an confeſſarius habuerit abſolutã voluntatem necne, quæ abſoluta voluntas eſt neceſſaria ad valorem ſacramenti. Hinc ſi quis dicat, abſoluo te ab excommunicatione, ſi Deus iam nouit te reſtiturũ, & ſi conditio ſit de præſenti, iamq; ſit poſita, nihil tñ operatur, antequam reſtitutio fiat de facto, quia ante nõ poſſumus cognoſcere, an cõditio ſit poſita, ita communiter authores.

549 De conditione de futuro contingenti eſt aliqua difficultas, ſed communiter Doctores, eam validam iudicant, quia ſicut poteſt ferri cenſura ſub tali conditione, *ſi non ſatiſfeceris*, ita etiam poteſt dari abſolutio *ſi ſatiſfeceris*, deinde nullum ius hoc prohibet, nec obſtat, quod abſolutio ſacramentalis à peccatis ſub iſta conditione ſit inualida? Nam reſpondetur, hoc indè procedere, quòd non ſit in poteſtate confeſſarij ſuſpendere effectũ ſacramenti, cùm Sacramentorum valor non pendeat immediatè à voluntate confeſſarij; ſed tantum quodammodo mediatè, quatenus ab eo pendet hic, & nunc, vt ponatur vera forma, & materia ſacramenti cum intentione faciẽdi, quod fecit Chriſtus, ſicut valor

ab-

abſolutionis à cenſuris pendet immediatè à voluntate abſoluentis, vt valor cuiuſcumq; conceſſionis, & contractus pendet à voluntate concedentis, vel contrahentis, vt contrà *Angelum,& Siluestrum,verbo abſolutio* 3.communiter docent Doctores, vt teſtatur *Auila par.*2.*cap.*7. *diſp.*3. *dub.*15. *concluſ.*2. probant *Couar. in cap. Alma mater par. prima* §. 11. *Sayr. lib. primo de cenſuris cap.* 16. *num.* 17. *Suarez de cenſuris diſpu.*7.*ſect.*8. *à num.*5. *Conink diſp.*14.*n.*203.imò quòd non ſolum ab-
550 ſolutio ſit valida, ſed etiam licita, allegans *Suarez*, *ConinK*, *& Vaſquez*, nouiſsimè docet *Hurtado diſp.* 14. *de excommunicatione n.*5.Contrariũ tamẽ poſt *Nauar.probat Auila loco ſupracitato*, ſed verè *Suarez*, *& ConinK*, tantum docent, quòd & ſi hic modus abſoluendi non ſit per ſe malus, tamen regulariter ſit illicitus, ita *Suarez*, quẽ ſummat *Filiucc. tract.*11.*n.*310.*ad finem.*ſubdit tamen *ConinK* ex cauſa rationabili poſſe dictum modum fieri licitum, ſi v. g. *Reus non poſſet, niſi poſt aliquos dies ſatisfacere parti læſæ, idque ſecretò ne ſeipſum infamet, & tamen deberet ire in exteram Regionem,vbi eſſet ſatisfacturus,atque ita niſi ſtatim hoc modo daretur abſolutio, deberet diu differri cum graui damno Rei*. Eſtque idem cum eo, quod docuit *Suarez to.*5. *diſp.* 7 *ſect.*8.*nu.*11.vbi probat dictum modum re-
551 gulariter eſſe illicitum, ſed ſi probabilis neceſsitas,vel vtilitas occurrat, non eſſe peccatum id facere, & proſequuntur, illo citato, *Reginaldus lib.*9.*num.*51. *Filliuccius tract.*11. *num.*310.*Megalius par.*3.*lib.*1.*cap.*10.*num.*28. qui ſubdit,hoc caſu, eſſe rationabilem cauſã, *ſi ita daretur ad incutiendum metum ei,qui abſoluitur, vel ad inducendum illum ad ſatisfaciendum, vel ad omittendum aliquod malum*, *Riccitullus lib.*4. *de iure perſonarum cap.*66. *nu.* 7.*&* 8. qui teſtatur hanc opinionem eſſe frequentiorem, & tutiorem, *Alterius* (& ſi ſuo more, non alleget *Suarez*, à quo hauſit vniuerſam eius doctrinam) *lib.*4. *diſp.*1.*c.* 3. *ad finem*, *Villalobos p.*1.*ſuæ ſummæ tract.* 16. *difficultate* 22. qui tãdẽ cõcludit,opinionem *Vgolini* relatam à *Suarez ſupra num.* 10. docentis ſimpliciter, hanc abſolutionem eſſe licitam, eſſe veram interueniente cauſa neceſſitatis, vnde eodem modo poſſem ego dicere,opinionem *Auila p.*2.*c.*7 *diſp.*3.*dub.*15.qui ſimpliciter aſſerit,dictam abſolutionem, & ſi validam(in quo præter paucos antiquos, cõueniunt omnes recentiores) eſſe tamen illicitam, eſſe veram ſecluſa cauſa neceſsitatis, quam opinionem etiam debet fateri veram *Hurtado diſp.*14.*de excommunicatione ſub n.*5. qui allegatis *Vaſquez, Conink, & Suarez*, firmat, dictam abſolutionem, non ſolum eſſe validam, ſed etiam licitam, doctor enim eſt
552 explicandus iuxtà authoritates,quas allegat vt per *Bartolum in l.non ſolum liberatu. ff. de lib.legat.* ſed *Suarez, & ConinK,vt ſupra* retuli, non docent ſimpliciter, illam eſſe licitam, ſed tantum interueniente caſu neceſsitatis,& *Vaſquez loco ab eo citato, nempè dub.*8 *de excõmunicatione num.*3.ex eius validitate,tantum infert,quòd poſsit impendi, & nihil aliud particulare ſubdit, ſicut etiam *Bonacina diſp.* 1. *q.*3.*p.*7. ex eo quod nullo iure prohibetur,ita abſolui à cenſuris, putat eſſe licitam dictam abſolutionem,ergo.Hæc ſunt,quæ authores, quos hucuſq; legere potui de hac reſcribunt, vel ſummando,vel extendendo doctrinam *Suarez*.

553 Nullus autem ex eis declarat, an dicta doctrina poſsit practicari, non ſolum in abſolutione data pro foro externo, ſed etiam in abſolutione pro foro interno, nam ſi perpendimus verba *Suarez loco ſupracit.* loquitur de abſolutione data à Prælato, & Iudice & ſic de abſolutione pro foro externo danda, ita ẽt *Alterius*, *& Conink* qui loquitur de Reo, & hoc non obſtante dicunt, quòd regulariter dictus modus ſit illicitus,non ſolum quia eſt contra vſum Eccleſiæ, ſed ẽt quia, vt ipſe *Suar.*ſubdit,*vel is,qui abſoluitur eo tẽpore, quo abſoluitur dignus eſt abſolutione,vel non; ſi eſt dignus ſimpliciter abſoluendus eſt, & immeritò additur conditio ſuſpendens conditionis effectũ, ſi verò non eſt dignus, non debet tũc abſolui, &c.* Clarius *Vaſquez loco ſupracitato.*ſupponit eſſe loquutionem de foro externo ibi, *Cùm enim iſtæ abſolutiones, & ſententiæ ſint fori exterioris,non eſt cur fori interioris abſolutioni equiparetur in omnibus*.

Quæro igitur nouiter,an ex cauſa rationabili poſſit Confeſſarius licitè,& abſq; peccato abſoluere ſub cõditione de futuro pænitentẽ
554 in foro interno à cenſuris, ſicut Prælatus in foro externo,iuxtà præcedentem doctrinam? & reſpondeo diſtinguendo de abſolutione pro foro interno,vel loquimur de ea,quæ datur à cenſuris, & à peccatis ſimul, & ſic de abſolutione data in Sacramento confeſsionis, vel de abſolutione data ab eodem Confeſſario extra Sacramentum confeſsionis, de qua egimus ſupra *num.* 482. Primo caſu, dico abſolutè, nullam poſſe dari cauſam rationabilem, ob quam poſsit reddi licitus dictus modus abſoluendi, & proindè ſemper peccare Confeſſarium illo,vt ſupra,vtentem, Primã partẽ,quòd nulla poſsit dari cauſa rationabilis, probo ex eadem ratione *Suarez*, vel enim Confeſſarius ſupponit pænitentem eſſe diſpoſitum,quia vult ſatisfacere, & debet eum abſoluere purè abſque aliqua conditione,vel ſupponit eum indiſpoſitum,quia non vult ſatisfacere, & tùnc nullo modo debet eũ abſoluere,nec purè,nec ſub coditione;Secunda pars, quòd peccet Confeſſarius ita abſoluendo,etiam probatur(quia vt innui *ſup.p.*1. *recollect.*4.*ſub num.* 51. vbi incidenter de hac



Digitized by Google

materia etiam egi) abſolueret a peccatis prius
quàm abſolueret à cenſuris, cùm ſic pœnitēs
ſic abſolutus remaneret ſtatim à peccatis
liber, & tamen adhuc cenſuris irretitus, quia
vt omnes ſupradicti Doctores fatentur, talis
abſolutio ſub conditione de futuro non ſor-
titur effectum, niſi purificata conditione
Abſoluere autem prius à peccatis quàm
à cēſuris, quòd ſit illicitum, præſupponimus,
vt certum ex dictis ſuo loco, vbi ēt dixi quòd
quādo huius defectus eſt conſcius pœnitens,
ſit inualida confeſsio; videte ſupra *par.* 1. *re-
coll.* 18. *de officio confeſſarij circa cognitionem
inualiditatis confeſſionis, num.* 65. *verſ. ex par-
te pœnitentis.* Secundo caſu quando confeſſa-
rius abſoluit à cenſuris extra ſacramentum;
Dico, quòd intercedēte cauſa rationabili, de
qua ſupra, licitè Cōfeſſarius abſoluit abſq; pec
cato; licèt. n. dicta abſolutio etiam detur per
555 per modum diſpoſitionis proximæ ad abſo-
lutionem à peccatis, quod ſignificant illa
verba, per quæ ſolet concedi talis facultas,
nempè *in foro conſcientiæ,* vel *in foro pœniten-
tiæ;* tamen vt benè *Suar. diſp.* 7. *ſect.* 5. *ſub n.* 38.
talis proximitas non debet eſſe phyſica, ſed
ſufficit ſi ſit moralis, item & fortius non in-
teruenit hoc caſu illud periculum abſoluē-
di prius à peccatis, quàm à cenſuris, ſicut in-
tercedit, vbi datur abſolutio ſimul, & à cen-
ſuris, & à peccatis.

556 Petes quodnam peccatum erit, ſi daretur
abſolutio, vt ſupra abſque cauſa rationabili?
Reſpōdetur eſſe culpam grauē, niſi excuſetur
ex paruitate materiæ, ita *Suar. diſp.* 7. *ſect.* 8. *n.*
4. vbi loquitur generaliter de abſolutione im
prudenter data, quia vt ipſe ſubdit, hoc cedit
in irreuerentiā rerū ſacrarū, et eſt abuſus qui-
dam Eccleſiaſticæ poteſtatis, et proſequitur
*Megalius loco ſupra citato ſub nu.* 28. quæ do-
ctrina non ſolùm eſt vera reſpectu abſolutio-
nis extra Sacramentum data à Confeſſario
pro foro interno, ſed etiam in abſolutione
data à Prælato quò ad forum externum, de
quo, vt ſupra dixi, loquitur *Suar.* de culpa,
quam committeret qui ſacramentaliter ita
abſolueret, patet ſupra, eſſe peccatum grauiſ-
ſimum ſacrilegij, & loco ſupra citato dixi,
ſcilicèt *p p. recoll.* 4. *n.* 51.

557 Tertia Concluſio; Abſolutio à cenſuris
debet procedere ab intentione voluntaria, &
& libera abſoluendi: patet, quia actio iſta ab-
ſoluendi debet eſſe humana, vt autem ſit ta-
lis, requiritur conſenſus, & intentio operan-
tis libera, & voluntaria, vt clarum eſt, ita
*Suar. ſupr. diſp.* 7. *ſect.* 6. *nu.* 12. *Alterius lib.* 4.
*diſp.* 5. *cap.* 2. *in princ. & alij infra citādi com-
muniter.*

Ex hac concluſione ſequitur primò, Ab-
ſolutionem à cenſuris obtemptam per vim,
558 & metum grauem, iniurioſè incuſſum ab
homine, eſſe nullam, nempè quando extor-
quetur per vim erit nulla ex natura ſua, cùm
uis tollat voluntarium ſimpliciter, vt patet
ſuprac. *par.* 1. *recoll.* 7. *num.* 107. Quando verò
per metum, tūc etiam erit nulla, non autē ex
natura ſua, quia metus nō tollit voluntarium
ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, vt diximus
loco ſupracitato, *nu.* 108. ſed quia à iure talis
abſolutio irritatur. in *cap. vnico de his, quæ vi
metuſque cauſa fiunt in* 6. vbi etiam imponi-
tur pœna excommunicationis non reſeruatæ
contra extorquentes dictam abſolutionem,
vt per authores infracitandos, in ſpecie *Aui-
lam, & nos etiam infra cùm de excommunica-
tionibus in particulari recoll.* 4. *verbo Abſolu-
tionem,* Nota, corollarium iſtud ſupponere,
quòd Prælatus, vel confeſſarius, & ſi abſoluat
ex metu, tamen quod tūc habuerit intentionem
abſoluēdi, quia ſi non habuit iſtā intentionē,
certum eſt, ex hoc alio capite, illam eſſe irri-
tam, & nullam, vt benè *Auila par.* 2. *cap.* 7.
*diſput.* 2. *dub.* 5. *concluſ.* 1. ibi, *Supponimus enim,
quòd iudex vult abſoluere.*

559 Dixi primo, *grauem,* quia metus leuis nō
ſufficit ad irritandam dictam abſolutionem,
iuxta regulam, metus leuis non habetur in
conſideratione, *l. nec timorem ff. de eo, quod
metus cauſa* ita contra *Caiet. & Nau.* qui exi-
ſtimant, dictum metum ſufficere pro abſolu-
tione data in foro conſcientiæ. *Suar. to.* 5. *diſp.*
23. *ſect.* 4. *num.* 11. *Auila loco ſupracitato verſ.* 5.
*poteſt, Alterius citato c.* 2 *verſ. quare non probo.*
Grauis autem metus eſt idem cum eo, quem
alij vocāt cadentem in virum conſtantem, de
quo ſupra egi *num.* 415. Vndè quando quis ad
extorquendam dictam abſolutionem mina-
tur Prælato, vel Confeſſario mortem, vel gra-
ues corporis cruciatus, vel omnium bonorū
expoliationem, aut maioris partis eorum, &
ſit talis perſona, ſolita exequi dictas minas, ſi
abſolutio detur, erit nulla, & incurreret, ex-
torquēs excommunicationem, de qua ſupra,
vt in terminis notat *Bonacina de cenſuris in
particulari diſp.* 2. *q.* 2. *pun.* 15. *nu.* 3. *verſ. ex quo
ſequitur.* teſtatur de communi *Toletus lib.* 1.
*cap.* 39. *nu* 7. *ad finem,* & ſi ipſe videatur fir-
mare opinionem contrariam, quem in hoc
ſequitur *Megalius p.* 3. *lib.* 1. *cap.* 9. *ad finem.*

560 Dixi ſecundò *iniurioſè,* quia ſi metus fuit
incuſſus ſine iniuria, non dicetur propriè me-
tus, & ideò non poteſt abſolutionem præfa-
tam irritare. Vnde vt benè *Suarez ſup. ſubdit,* ſi
metus vel vis conſiſtat tantum in denegan-
dis beneficijs, vel in pura, & iuſta defenſione,
non ſufficeret ad hunc effectum, & proſe-
quitur *Bonacina loco ſupracitato num.* 3. vbi de
eo, qui metum incutit repetendo ſuum cre-
ditum ab Epiſcopo.

561 Dixi tertio, *ab homine,* quia ſi metus in-
cutiatur, vel à cauſa naturali, ſeù vt alij dicūt
ex timore innato, & non illato, abſolutio erit
valida, vt per *Authores ſupracitatos,* vide etiā
*Bo-*

Digitized by Google

*Bonacinam de cenſuris in genere diſpu.1,quaſt.3.p.8.num.5.verſ.dixi cadentem*. Adde quòd
562 cùm homo dicatur etiam fæmina,nihil refert an maſculus, vel fæmina ſit, qui dictam abſolutionem per metum extorqueat; ſicut
563 nec refert; an ſit fidelis, vel infidelis,vel ſit ille,qui debet abſolui,vel alia tertia perſona,
564 vt per ſupradictos authores communiter, quod vltimũ dicit verum *Auila* etiam ſi ipſe, qui fuit abſolutus, ignorauerit illo tunc, ſibi per metum ab alio incuſſum, fuiſſe impensã abſolutionem.

Hoc corollarium ſic declaratũ, Ampliatur primo,etiam ſi ſententia cenſuræ,pro qua data fuit abſolutio,vt ſupra per vim, vel per metum,fuerit iniuſta,dummodo ſit valida,prout
565 explicabimus infrà *recoll.ſequenti*,ita *Suar. loco ſuprac.ſub n.13.& Auila ver.ſecundo,quod hac*.Vbi hoc dicit verum,non ſolum quando dicta cenſura eſt iniuſta, ſed valida ex parte modi procedendi, ſeu vt alij dicunt ex ordine, vel etiam ex animo,ſed etiam quando eſt talis ex parte cauſæ, ſed quia talis ſententia, vt infra dicetur *Recoll.ſequenti* eſt valida tantum quò ad forum externum,reſpectu cuius requiritur abſolutio, ideo hæc doctrina *Auilæ* debet intelligi de abſolutione quò ad forũ
566 externum,non autem quo ad forum internum,cùm quò ad forum internũ illa ſit nulla,vndè ēt quò ad ipſum forum internum nó eget abſolutione, vt *loco ſupracitato* latius dicetur,nec extorquens dictam abſolutionem incurreret excommunicationem, de qua ſuprà, neq; contrarium videtur docere *Suarez diſput.23.ſect.4. num.12.* ibi, *nam ſi fuiſſet ſententia cenſuræ nulla ſimpliciter, ideſt tam in re, quam in exteriori foro,non credo incurſurum hanc excommunicationem*, quia non loquitur de abſolutione, ſed de reuocatione ipſius ſententiæ, vt patet ex ſequentibus verbis, quæ reuocatio cùm ſpectet ad forum externum meritò ad hoc, vt illam extorquens per vim, vel metum non incurrat cenſuram,debet eſſe nulla ipſa ſententia, tam quò ad forum internum,quàm quò ad forum externum,cùm hic tractetur de abſolutione extorta quò ad forũ internũ reſpectu cuius fori, vt dixi, ipſa sẽtentia eſt,nõ ſolũ iniuſta,ſed inualida,nulla egens abſolutione, ſi quis à confeſſario pro illo foro interno extorqueret per vim,& metum ipſam abſolutionem; dico non incurrere dictam excommunicationem.

567 Ampliatur ſecundo, etiam in reuocatione ipſius cenſuræ per vim, vel per metum extorta,quia adhuc eſſet nulla,vt habetur expreſsè in *d.c.vnico de his,quæ vi, metuſue cauſa fiunt*, & proſequuntur omnes authores ſupra citati, ſi enim textus id non exprexiſſet, reuocatio non veniret, cum valde differat reuocatio ab abſolutione, vt per *Graffium in appendice ad ſuaſ. deciſ. cap.8. in principio*, vbi quod idem ſit reuocatio,& relaxatio, *Ricciul. lib.4.c.65.* ex quo ſequitur,quòd facta reuocatione per vim,& metũ, vt ſupra, non per hoc
568 quis liber remanet ab ipſa cenſura,hoc præcipuè accidere poteſt, vt benè *Suarez loco ſupra citato, & proſequitur Bonacina de cenſuris in communi diſp.1.q.3.pun.8.ad finem*, vbi lata eſt ſub aliqua conditione, vel niſi infra certũ terminum, &c. quia ſi ante dictam conditionem purificatam, vel aduentum termini, quis per vim, & metum fecit à iudice reuocare dictam ſententiam cenſuræ, non per hoc purificata conditione, & adueniente termino, talis non erit cenſura irretitus. circà hanc materiam adeſt etiam *Decretum* S. *Concilij Tridentini ſeſſ.35.c.3*.ibi. *Nefas autem ſit ſeculari cuilibet magiſtratui prohibere eccleſiaſtico iudici,ne quem excommunicet, aut mandare, vt latam excommunicationem reuocet, ſub prætextu, &c.* de qua re videas *Auilam ſupracitato dub.5. verſ. ſecundo quod hac excõmunicatio,Franc.Leo p.3.ſui Theſ.fori eccl.c.7.n.13.*

Ampliatur tertio, etiam ſi ita daretur abſo-
569 lutio ab excommunicatione minori, ita *Suar.ſuprac.ſub n.13.& alijs citatis proſequitur Bonac ſupra n.4.* qui etiam teſtatur de cõmuni, ſed contrarium docet *Toletus ſupra num.7. & poſt Siluestr. & Tabienam*, probat *Auila loc.ſuprac.dub.5.ad finem*.

Hæc concluſio ſit ampliata, limitatur primo à *Toleto loco ſupracitato*, quando quis tã-
570 tum mandauit talem extorſionem, vel illam ratam,habuit, quidquid contrarium doceant gloſa, & Silueſt. quia vt ſubdit ipſe author, *quando mandans non exprimitur non comprehenditur*,quæ ratio etiam militat in ratihabitione,vt ſupra dixi à nu. 326.

571 Limitatur ſecundo in relaxatione, ſeu reuocatione à ceſſatione in diuinis per vim, & metum extortã,quia illa erit valida, nec vim & metum ad hoc inferens,erit excommunicatus: ita poſt *Geminianum, Auila loc. cit. dub. 5. ad finem*, ea ratione, quòd textus tantum loquatur de excommunicatione, ſuſpenſione,& interdicto,quæ ratio idem probat de irregularitatis diſpenſatione,& ſimil. quòd ſcilicèt, & ſi metu,aut vi extorta, ſit valida.

Quare autem excommunicatio lata per vim, & metum ſi valida, non autem abſolutio dicetur infra recollectione ſequẽti,videte pro nunc, *Alterium loco ſupracitato*.

Sequitur ſecundo, quòd abſolutio à cenſu-
572 ris data ex falſa cauſa ſubſtantiali,ſeù vt alij dicunt per fraudem,dolum, vel errorem in re eſsẽtiali,ſit etiam nulla,& irrita, & ſi enim iuriſdictio non pendeat à veritate cauſæ,tamẽ ignorantia illa, quæ ex errore procedit,cauſat in abſoluente inuoluntarium, quod ſufficit ad illam abſolutionem inualidandam cùm vt ſupra dixi,abſolutio, vt ſit valida debeat eſſe actio humana. eſt communis opinio,

Digitized by Google

nio, vt teſtatur *Alterius loco infra proxime ci-*
*tando in principio capitis 3.* Probari etiam po-
teſt ex eo, quòd abſolutio ſit gratia, quæ vitia-
tur ex falſa cauſa expreſſa, *vt ſup. p. 1. recoll. 11*
*num.* 460. probaui, ex quo infertur, nõ ſolum
eſſe inualidam abſolutionẽ, quãdo exprimi-
tur falſa cauſa eſſentialis, ſed etiã quãdo ſup-
572 primitur, veritas etiam ſubſtantialis, per al-
legata à *Nauarr. in ſumma cap. 22. nu. 8. verſus*
*finem*.

573 Dixi primo, *data*, quia præſuppono Iudi-
cem, vel Confeſſarium non cognoſcere falſi-
tatem cauſæ; nam ſi cognoſceret, vtique abſo
lutio eſſet valida, *Alterius ſupracitata diſput.*
*5. cap. 3. verſ. quare ſi voluntas*, qui hoc probat
authoritate, & ratione, authoritate ſcilicèt
*text. in cap. venerabilibus* §. *ſanè certum, de ſen-*
*tentia excommunicationis in 6.* Et ratione,
quia ad validitatem abſolutionis ſufficit ſi
concurrant hæc duo, nempè poteſtas abſol-
uentis, & eius voluntas, non negat tamen ta-
liter abſoluentem peccare, quod maximè ve-
rum exiſtimo, vbi ita daretur cum iniuria par
tis v. g. quia pænitens dicit ſatisfeciſſe, vel nõ
poſſe ſatisfacere, & Cõfeſſarius ſcit, illũ nõ ſa
tisfeciſſe, vel poſſe ſatisfacere, licèt. n. hoc caſu
abſolutio eſſet valida, tñ peccaret dictus Cõ-
feſſarius, ita abſoluendo *Auila p. 2. cap. 7. diſp.*
*3. dub. 4. verſ. 2. opinio.* Vbi hoc ampliat, etiam
ſi iudex, & ſi non cognoſceret falſam eſſe cau
ſam adductam, tamen intenderet abſoluere
574 etiam eo caſu, quòd dicta cauſa eſſet falſa,
quòd ſubdit poſſe præſumi ex circumſtantiis
particularibus. Qui *Auila* ſubdit rationem
differentiæ, quare abſolutio ex falſa cauſa,
575 vt ſupra, ſit valida, non autem excommuni-
catio lata ſimiliter ex falſa cauſa, de qua re
*Alterius ſupracitato cap. 3.* An talis abſoluẽs,
vt ſupra, etiam teneatur ad reſtitutionem par-
ti leſæ. vide ſup. 1. *par. recoll. 1. à nu.* 100.

Dixi ſecundo, *ſubſtantiali*, quia ſi tantum
detur abſolutio ex falſa cauſa, quæ non ſit
ſubſtantialis, ſed vt ita dixerim, accidentalis,
quia v. g. *pænitens fingeret aliquas cauſas acci-*
576 *identales, vt magis alliciat animum iudicis,*
*valebit abſolutio*: ita *Auila ſupradicto dub. 4. ad*
*finem*, ſufficit enim ſi ſit vera cauſa finalis, li-
cèt non ſit vera cauſa impulſiua, vt per *Bo-*
*nacinam diſput. 3. de cenſuris in genere q. 3. p. 8.*
*num. 8. ad finem*, qui teſtatur ita *Suarez, Ema-*
*nuelem Sà*, & alios, communiter docere; cau-
577 ſa autem ſubſtãtialis eſt, non ſolum vbi quis
dicit ſe ſatisfeciſſe, vel non poſſe ſatisfacere,
vt ſupra, ſed etiam quando dicit ſe occidiſſe
ob defenſionem, vel quod clericus fuit ag-
greſſor, vt per *Auilam loco ſupracitato verſ. 2.*
*opinio, ad finem*, vel ſi affirmet habere propo-
ſitum parendi eccleſiæ, cùm non habeat, quia
hic & ſi exterius remaneat abſolutus, tamen
apud Deum, adhuc manet cenſura irretitus
*c. officij de ſententia excommunicationis in 6.*
*Suarez diſp. 7. ſect. 7. n. 12. ad finem.* Qui idem
ſubdit de abſolutione data hæretico, qui fin-
578 gens ſe conuerſum, petit abſolutionem ab
Inquiſitore, qui ſubdit, quod ſi talis poſtea
reſipiſceret, non per hoc poteſt dictum pec-
catum hæreſis abſolui à quolibet cõfeſſario,
quia permanente eadem cenſura, quæ non
fuit validè abſoluta, perſeuerat eadem reſer-
uatio. Sed pone pœnitentem exprimere verã
cauſam ſubſtantialem, & fingere cauſas acci-
dentales, & impulſiuas ad alliciendum ani-
mum iudicis, tamen iudex, vel confeſſarius
579 habuit intẽtionẽ nõ abſoluendi, ſi tales cau-
ſæ non eſſent veræ, vtrum talis remaneret va-
lidè abſolutus? Dicerẽ, talem abſolutionem
eſſe inualidam ſi expreſsè conſtaret de dicta
intentione abſoluentis, ratione, de qua ſupra,
quòd ſcilicèt hæc abſolutio à cenſuris pendet
omninò à voluntate ipſius abſoluentis, in du
bio autem non debet præſumi iudicem, vel
confeſſarium habuiſſe dictam intentionem,
cùm de iure ſufficiat, vt quis exprimat cauſã
ſubſtantialem, ad hoc, vt cenſeatur habere
intentionem abſoluendi, cui iuri in dubio
quiſque cenſetur ſe conformare.

580 Sequitur tertio, quòd tempore iubilei pe
tens abſolui à cenſuris abſque animo adim-
plendi onera iniuncta, inualidè abſoluitur, vt
dixi, *in meo tract. de iubileo extraordinario n. 8.*
*verſ. ad rationem in fine*, in quo conuenire om
nes teſtatur nouiſſimè *Boſſius de iubileo ſect. 1.*
*caſu 31. nu. 1.* fauet *Auila cit. dub. 4. verſ. ſuppo*
*nendum*, vbi ponit caſum de excommunica-
to excommunicatione reſeruata S. Põtifici,
qui fingit eſſe in articulo mortis, & ſic abſol-
581 uitur ab eo, qui extra talem articulum non
poterat abſoluere, & dicit eſſe inualidam di-
ctam abſolutionem, non ſolum ex ignoran-
tia ipſius confeſſarij, quæ cauſat inuolunta-
rium, ſed etiam quia iuriſdictio confeſſarij
hoc caſu, ſicut in caſu iubilei, pendet ex veri-
tate ipſius cauſæ.

Sequitur quarto, pænitentem accedentem
ad Confeſſarium, qui habet facultatem abſol-
uendi à cenſuris v. g. tempore iubilei, &c. non
remanere abſolutum ab illis, quas voluntariè
582 reticet abſque iuſta cauſa, quia ab illis non
intendit Confeſſarius abſoluere, vt poſt *Co-*
*ninK* notat *Bonacina ſupracit. quæſt. 3. pun. 6.*
*ſub nu. 11.* & dixi cum de *iubileo extraordina-*
*rio num. 200. ad finem*, vbi adduco rationem,
quia & ſi Confeſſarius det abſolutionem ge-
neralem, tñ cenſetur abſoluere à bona fide,
non autem malitioſè, ac voluntariè oblitis,
quod poſtea reperi docere *Duardum noſtrũ*
*lib. 3. in Bullam cœnæ 54. q. 2. num. 29.* ſuppo-
nens, vt & ego ſupponebam, talem abſolu-
tionem dari non extra ſacramentum, ſed in
ſacramento confeſſionis, quo caſu eſt inuali-
da confeſſio, ex dictis à nobis *ſupra par. 1. Re-*
*coll. 18. num. 65. verſ. ex par. 1. vtriuſq;* & du-
bitatur

Digitized by Google

583 bitatur an poſita opinione, quòd per inualidam confeſſionem factam ordinario, vel delegato per Bullam,&c. tollatur reſeruatio, ac etiam cenſura (de qua re egi cùm *de iubileo extraordinario num.* 155. *&* 205. & poſt ea edita agit *Diana p.1.recol.11.de Bull.cruciata reſ.1.& 18.& 3.p.in additis reſ.*16.& proſequitur *Boſſ.ſup.caſu* 34.cēſcatūr ſublata cēſura,& reſeruatio,non ſolum reſpectu bona fide oblitorum, & ſi obliuione culpabili, ſed etiam obliuione doloſa, de qua hic agimus, et dicimus, quod ex eo, quia præſumitur ab iſtis noluiſſe abſoluere confeſſarium, quibuslibet generalibus, verbis vtatur in abſolutione, non cenſeantur ſublatæ ipſæ cenſuræ, ac reſeruatio. Nec conrarium iure Boſſius probat, *de iubileo ſect.* 1. *caſu* 28. *à nu.*18.*quia ibid.num.*23. concludit reſolutionem,his verbis. *Quidquid autem ſit de prædictis opinionibus, ſi abſoluens Ordinarius intendiſſet abſoluere,non obſtante dolo, teneret in vtroque foro abſolutio, etiam quòad doloſè tacitas*, nam ſupponit ipſe voluntatem abſoluentis, quam nec ego, nec *P. Duardus* ſupponimus. Hæc pro nunc ſufficiant circa iſtam maternam præter ea quæ dixi *ſu prac. par.*1.*recoll.*5. *à num.*43.

584 Quia tn̄ fecimus ſupra mentionē de abſolutione cenſurarum oblitarum,ac etiam de abſolutione data ab ipſis cēſuris extra ſacramentum, in quibus caſibus remanet obligatio pænitentibus petere abſolutionem ſacramentalem à peccatis, dictis cenſuris annexis occurrit pro coronide huius Recollectionis quæſitū iſtud, An dicti pænitentes quando confitentur dicta peccata,teneatur confiteri circumſtantiā cenſuræ? cui quæſito reſpōdeo verbis *Auila p.2.c.*5.*diſp.*1.*dub.*11. *poſt* 1.*cōcl.* ibi ſecundo ſequitur,quòd ſi aliquis quando cōfitetur, iā eſt abſolutus ab excōmunicatione,non tenetur(meo iudicio) confiteri circūſtantiam excommunicationis, ſaltem ſi propoſuit citò exire ab excommunicatione, & loquor quando res prohibita de ſe erat peccatum nam aliàs non poterit explicari malitia peccati, niſi explicatur præceptum continens pænam excommunicationis. v.g. Petrus furatus eſt bona alicuius naufragi,& non reſtituit cùm poſſet,ſi ante confeſſionem abſolutus ſit ab excommunicatione in Bulla cænæ contra dictos fures lata, ſufficit ſi dicat furatum fuiſſe,& nō tenetur explicare, quòd erāt bona naufragi,quia nec mutat ſpeciem nec aggrauat notabiliter ſaltem, ſi vt dixi citò propoſuit exire ab excommunicatione .i.

# RECOLLECTIO SECVNDA.

## De officio,& poteſtate Confeſſarij circa pænitentes, cenſuris ab homine ligatos.

QVia ſatis varia,& diuerſa ſunt ea, quæ ſcire debet confeſſarius circà cenſuras ab homine ab his, quæ pertinent ad cenſuras à iure,& ſi DD. tractantes de cenſuris in communi,quos hucuſque perlegi, iſta cum illis confundant, rem valde gratam confeſſarijs facere putaui,ſi illa hic, ipſe diſtinguerem,& ſicut ſupra *recoll. præced.* explicaueram, ea quæ præ manibus habere debeat ipſe confeſſarius, pro pænitentibus, cenſuris,à iure ligatis;ita in præſenti,eadē methodo facili,& clara, dilucidarem ea, quæ in promptu,idem confeſſarius ſcire debeat pro pænitentibus, contrà quos lata fuit cenſura ab homine, vt vtriſque opportunum remedium afferre commodius,& abſque magno labore queat.

*Quomodo Confeſſarius practicare debeat authoritatem D.Gregorij, nempè ſententiam paſtoris, ſiuè iuſtam, ſiuè iniuſtam, eſſe timendam.*

REferuntur hæc verba in *can.ſent.*11. *q.*3. quæ rectè intelligi non poſſunt, niſi prius explicemus, quænam ſententia cenſuræ ſit iuſta, & quæ iniuſta. Præſuppoſito igitur, quòd hic D.Gregorius loquatur de ſententia cenſuræ lata ab homine per ſentētiam particularem, cùm rarò accidat, ſententiam generalem, eſſe iniuſtam,ſit.

1 Prima concluſio; ſententia cenſuræ parti-
cularis iuſta, eſt illa, quæ reperitur lata
cum omnibus circumſtantijs,& conditioni-
bus, quæ ſunt neceſſariæ ad illam ferendam;
2 ſententia verò iniuſta eſt illa, quæ fuit lata
abſque aliqua ex dictis circumſtantijs,ſeu cō-
ditionibus requiſitis, *ita Toletus lib.*5. *cap.*11.
*ſub nu.*2. *Alterius lib.*1.*diſput.*1.*cap.*5. *verſ.*4.
*& vltima, Auila* 3.*par.cap.*6.*diſp.*1. *in princip.*

&

Digitized by Google

, & alij communiter, licèt non ita clarè. Si autem quæris, quæ nam ſint circumſtantiæ, &
3 conditiones præcipuæ requiſitæ, ad ferendā ſententiam cenſuræ? Reſpondetur breuiter, tres eſſe, prima, quòd feratur à legitimo iudice, ſecunda quod feratur ob iuſtam cauſam, nempè peccatum mortale externum conſumatum. Tertia, quod ſeruetur ordo, quod eſt idem cum eo, quod ait *Nauarr. cap.27.nu.3.* ſ. ſententia cenſuræ iniuſta eſt illa, quæ fertur ab eo, qui non poteſt, aut aliter, aut ob aliud, quàm debet. Dixi, *præcipua*, quia ſunt aliæ conditiones, & circumſtantiæ, quæ requiruntur tantum ad debitè ferendam cenſuram, quarum aliquæ debent præcedere, aliquæ comitari, aliæ ſubſequi dictam ſententiam, de quibus per *Sayrum lib. 1. cap. 12. & ſeqq. Filliucc. tract. 11. cap. 3. & 4. & alios ſupracitatos, & nos infrà num. 7.*
5 Secunda concluſio; ſententia cenſuræ iniuſta, ſubdiuiditur in nullam, ſeù inualidam, & validam, ita DD. ſupracitati, & alij communiter, probant *Nauarrus, & Alterius ſupra*, exemplo aliarum ſententiarum, quæ quotidiè feruntur in cauſis temporalibus, quæ etſi iniuſtæ, tamen aliquæ à iure iudicantur validæ, aliæ inualidæ, vt in toto titulo de *ſent. & re iudicata: item C. de ſententijs, & interloquutionibus omnium iudicum, &* C. *quando prouocare non eſt neceſſe*, & alijs ſimilibus latè Vantius *Ariminen. in ſuo celebri tract. de Nullitat.*
6 Cenſura iniuſta, & inualida, ſeu nulla eſt, quando defuit aliqua circumſtantia, vel conditio eſſētialis; iniuſta, ſed valida verò dicitur, quando deeſt aliquod ex requiſitis, quæ non ſunt eſſentialia, ſed accidentalia, quorum ali-
7 qua præcedunt dictam ſententiam, nempè rectus animus iudicis, & trina monitio: & alia, quæ comitantur ipſam ſententiam, ſcil. quòd feratur in ſcriptis, & quòd in ea exprimatur cauſa, & alia quæ ſubſequuntur dictā ſententiam, nempè, vt legatur, & tradatur eius copia parti petenti, &c. vt per authores ſupracit.
8 Tertia concluſio: quando D. Gregor. aſſerit, *Paſtoris ſententiam ſiuè iuſtam, ſiuè iniuſtam, eſſe timendam*, non intelligitur de iniuſta inualida, ſeù nulla; iſta n. ſententia non eſt timenda, neque in foro conſcientiæ, neq; in foro externo, niſi ratione ſcandali vitandi. Probatur ex regula illa, quod nullum eſt, nullum poteſt producere effectum, ſed effectus ſententiæ cenſuræ ſunt ligare coram Deo, & Eccleſia; ergo quando illa eſt nulla, neque ligat coram Deo, neque coram eccleſia. Ita poſt *Hoſtienſem, Conar. Nauarr. & alios; Sayr. lib. 1. cap. 16. num. 42. & ſequentibus; Toletus cit. lib. 1. cap. 11. num. 4. ad finem. Alterius lib. 1. diſput. 3. verſ. huius igitur. Auila par. 2. cap. 6. diſput. 1. dub. 1. in fine, Marcellus Vulpe in ſua Praxi fori eccleſiaſtici cap. primo num. 22.*
Non enim eſt timenda hoc caſu ſententia
9 Paſtoris iniuſta, quia non ſolum taliter cenſuratus, nequaquam priuatur ſuffragijs Eccleſiæ; ſed nec etiam participatione ſacramentorum, vſu ſpiritualium, & communicatione fidelium, quod eſt dicere, poſſe participare ſacramenta actiuè, & paſſiuè, ac vti ſpiritualibus, & communicare cum fidelibus abſque aliqua culpa, tum in occulto, tum etiam in publico, quando non adeſt periculum ſcā-
10 dali, i. cùm hæc facit corā ijs, qui vel ignorāt cēſurā cōtra eū latā, vel certiorati ſint de nullitate ſententiæ, aliàs. n. peccaret, & ſi celebrādo etiam cū dicto ſcādalo, non incurreret in irregularitatē, vt per *ſuprac. authores.* Hoc. n. ſignificat, quod dixi in concluſione, *neque in foro externo, niſi ratione ſcandali euitandi.*
11 Quæres an dictum D. Gregorij poſſit aliquo modo verificari, etiam de ſententia cenſuræ iniuſta, & inualida, quod ſit timēda? Reſpondetur affirmatiuè. Primò, vbi adeſt periculum ſcandali, vt benè *Hurtado de cenſuris in communi num.* 105. Secundo quando dicta nullitas non eſt euidens, *Abbas in capitulo ita quorundam num. quarto de iudeis.*
12 Tertio, quia talis nulliter excommunicatus, ſi in publico, cum ſcādalo celebrat, poteſt puniri ab Ordinario. Notat *Alterius lib. 2. diſp. 1. cap. 4. verſ. 3. dubitatio.* Quod talis non
13 egeat abſolutione, ſed relaxatione, habetur p *Graffium in appendice ad deciſ. lib. 3. cap. 8. in principio.* dixit *poſt Henriquez lib. 13. cap. 15. nu. 4. Marcellus Vulpe in ſua praxi fori eccleſ. cap. 1. num. 13. & antè eos Ioannes de Lignano tract. de cenſ. Eccleſiaſt* §. *26. ad finem*, qui benè ſe declarat, hoc intelligi debere, vbi dicta nullitas eſt certa, quia ſi eſt dubia, debet petere abſolutionem ad cautelam, de qua ibi agit, & nos agemus infrà ſuo loco.
Hæc enim quæ hucuſque diximus ſunt certa apud authores. Difficultas eſt de ſententia
14 iniuſta, ſed valida, an ſcil. quoquomodo ſit timenda, præcipuè in foro interno, de hoc foro enim eſt dubium, quia eſt certum ligare in foro externo; vnde titulus difficultatis eſt. An omnis ſententia iniuſta, ſed valida, in omnibus caſibus, in quibus ſupradixi, id contingere, liget in foro interno.
Conueniunt DD. primo, ligare tam in foro interno, quam externo, quoties eſt iniuſta
15 tātum ex defectu rectitudinis animi iudicis; ſeù vt dicunt, eſt iniuſta ex animo: Item ſecūdo, non ligare in foro interno, & ſi liget in fo-
16 ro externo, quoties eſt iniuſta ratione falſæ cauſæ; & difficultas reſtringitur ad ſententiā iniuſtam, ſed validam ex defectu ordinis iuridici non eſſentialis, quia v.g. fuit lata abſq;
17 trina monitione, vel abſque ſcriptura, aut ſine expreſſione cauſæ, & alijs, de quibus ſupra. Nam *Tolet. lib. 1. ſumm. cap. 17. num. 5. in editione Veneta cum Addit. de anno* 1621. *apud Bertannum*, docet, quòd excepta ſententia iniuſta, ſed valida ex animo, omnis alia ſententia

ſentia iniuſta,ſed valida,non liget in foro cõſcientiæ; hæc enim ſunt eius verba, *Quæ verò iniuſta eſt,ſed valida,excepta ea,quæ iniuſta eſt ex ſolo animo excommunicantis, apud Eccleſiã ligat,ſed non apud Deum,quod eſt dicere,non priuat communibus, & generalibus ſuffragijs Eccleſiæ,ſed priuat communione fidelium participatione ſacramentorum, ac diuinorum officiorum auditione, &c.* huc vſque *Toletus*, cuius opinio eſt ſingularis. Vnde fit.

18 Quarta concluſio, ſententia iniuſta,ſed valida ex defectu ordinis iuridici non eſſentialis, eſt timenda, tam in foro externo, quàm interno,quia in vtroque foro ligat. *Ita Sotus in 4. diſt.22.q.7.ar.3.concluſ.2 Nauar.cap.27. nu.3.Vgolinus de cenſuris tab.1.c.13.§.3. Alterius lib.3. diſp.2.cap.1.verſ.2.intelligi poteſt, & lib.2. diſp.1.c.4. verſ.2. dubitatio. Bonacina diſp.1.de cenſuris q.1.par.10.nu.3.* Qui expreſsè ait,illam ſententiam D.Gregorij intelligẽ-
19 dam eſſe de ſententia, quæ fertur à Paſtore non ſeruato iuris ordine tantum accidentali, aut de illa, quæ prouenit ex prauo affectu. Clarius *Auila p.5.cap.6.diſp.1.dub.1. Miranda p.2.ſui manualis* Prælatorum *Regularium Regularium q.35.num.14.Suarez diſp.4.ſect.7. ſub n.41. Reginaldus lib.9.praxis ſub num.104. Megalius p.3.lib.2.cap.3. num.14.* & DD. qui contrarium docent, loquuntur in ſententia cenſuræ ex defectu cauſæ, A*bb.in cap.ab excommunicato nu.11.de reſcriptis.*Ratio eſt,quia
20 quòd ſit iniuſta hoc modo, ſcilicèt, ſed valida,tantum operatur,vt poſſit,& debeat declarari nulla interim tamen dum non fuerit declarata nulla,ſortitur ſuum effectum ligandi in vtroque foro, hoc enim ſignificat,eſſe validam,vt benè *Reginald.ſupra.*

21 Ex qua concluſione ſequitur primo,talem egere abſolutione, intellige ab eo, qui tulit ſententiam cenſuræ, vel ad quem fuit appellatum, vt infra, *cum de abſolutione*,dicemus: vide pro nunc *Sayrum loco infra citando* intellige,etiam in foro conſcientiæ, vt per *Mirandam loco ſuprac.*& antea dixit *Ioannes de Lignano in tract. de cenſur.eccleſiaſtica* §. 26. *nu.*20. *Qui etiam* §.24.*nu*.4.*&* 9.ſubdit, quòd iudex, qui tulit dictam ſententiam iniuſtam,prçterquàm,quod incurrit pænas inflictas in *cap.ſacro de ſent.excom.& cap.1.eod.tit.in 6.* cogitur ſatisfacere ei, qui fuit ab eo iniuſtè, vt ſupra, cenſuratus,pro intereſſe paſſo, & addit, quòd quando talis iniuſtè cenſuratus,abſoluitur in foro conſcientiæ, non eſt opus, qnod præſtet ſatisfactionem, quæ alijs citatis proſequitur *Sayrus lib.1.de cenſ.cap.13.nu.13.*& nos latiùs infrà ſuo loco.Talis etiam iniuſtè excomnnicatus,ſi non petit abſolutionem, neque ap-
22 pellet,nihil ducens manere in tali excõmunicatione,peccaret mortaliter,ꝙ eſt verũ,nõ ſolum quando eſt iniuſta, ſed ẽt quando eſt inualida quò ad forum dumtaxat internum. *Sotus loco ſupracit. concluſ.2. latius Sayrus cit.lib.1. cap.17.num.19.* Vbi *num.*20. quòd quando talis quærit remedium appellationis
23 contra dictam ſententiam iniuſtam, nõ poſſit audiri, niſi faciat ſe abſoluere ad cautelã, de qua re *Abbas in c. ſignificauerunt num.*14. *de exceptionibus*, vbi *nu.*20.ſecus dicit,quando dicit dictam ſententiam eſſe nullam,idem habet in *cap. cum contingat de officio delegati.*

24 Sequitur ſecundo,talem iniuſtè,ſed validè excommunicatum priuari ſuffragijs eccleſię, participatione ſacramẽtorum,&c. de quibus infra ſuis locis, cùm *de cenſuris in ſpecie*, tam in publico, quàm in occulto, & ſi hoc non vendicet ſibi locum in eo, qui fuit etiam in-
25 iuſtè excommunicatus ex defectu cauſæ, puta quia eſt innocens, vel etiam ſi ſit nocens, id non fuit probatum in proceſſu, quia etſi quò ad forum externum ſententia iſta ſit valida, tamen non priuatur ſuffragijs,& participatione ſacramentorum, vt *infrà ſuo loco.* Ex quo corollario conſequitur, quòd iniuſtè, ſed validè cenſuratus, *vt in concluſ.* celebran-
26 do,vel aliàs actus ordinis exercẽdo, incurrat irregularitatẽ,ac ipsũ effici irregularem tam quò ad forum internum,quam externum. Ita *Alterius cit. cap.5. verſ.2. dubit. & Miranda ſupra,*& ita intellige *Sotum loc.ſuprac.concluſ. 2.verſ.2.modo.*

27 Ex dictis patet, quod nã ſit officium Cõfeſſarij circà cẽſuras ab homine latas, Erit nẽpè primò ſcire caſus,in quibꝰ ſẽtẽtia cenſuræ nõ ligat neque in foro conſcientiæ, neque in foro externo; Secundo quando vel ligat tantum quò ad forum externum, & non quò ad internum, ita enim addiſcet,in cæteris caſibus, ligare illam quo ad vtrumque forum, vt *ſupra dictum eſt*. Tertiò, in quibus caſibus,& ſi obliget quò ad vtrumque forũ, tamẽ excuſari poſſit pænitens ab eius cenſuræ incurſu;& tandẽ qui poſſint ab iſtis cenſuris abſoluere.

Quæres pro complemento huius quæſiti, an in dubio ſententia cenſuræ ſit iudicanda obligare, maximè in foro conſcientiæ? Reſpondetur, quòd in dubio debet præſumi va-
28 lida,& iuſta,& per conſequens,quòd obliget in vtroque foro, quia in dubio præſumitur pro ſententia iudicis, argumento *textus in l. Neſennius Apollinaris ff.de euictionibus,de Frãchis dec.148.num.9.*in terminis noſtris *Marius Antoninus lib.1. variarum reſolut.71. num. 4. caſu.10.*ex noſtris *Suarez diſp.4.ſect.7. nu.42. Bonacina diſp.1. q.1. pun. 10. num. 11.* Et dixi *ſup. par.1.recoll.15.num.47.* quòd in tali du-
29 bio celebrans efficiatur irregularis, docet *Sayrus cit.cap.17.num.15. ad finem.* Vnde authoritas D. Gregorij à pluribus Doctoribus
30 explicatur hoc ſenſu, quando ſcilicet eſt dubium an ſententia paſtoris ſit iuſta, vel iniuſta,tũc eſt timenda,vt per *Sot.loc.ſuprac. verſ.*

31 *arguet tamen.* Dixi, *in dubio*, quia ſi adſunt opiniones DD. circa dictam validitatem, & per conſequens non ligare, ſubditus non ligaretur dicta ſententia, iuxta ea, quæ dixi *par. 1. recoll. 2.* & in terminis docet *Bonacina loco proximè citato*, & ſi ipſe ſupponat probabiliorem opinionem eſſe, quæ neget dictam validitatem, quod contradicit cõmuni regulæ, nempè in moralibus ſufficere probabilem opinionem ſequi. Ex qua doctrina colligere poteſt lector ſenſum doctrinæ, *Sot. in 4. diſt. 22. q. 1. art. 3. concluſ. 3. verſ. ſecundo modo*, dum aſ-
32 ſerit, non ſufficere alicui, ſi eius Aduocatus dicat, ſententiam cenſuræ contra eum, non fuiſſe latam ex cauſa iuſta, vt poſſit ſe gerere tanquam non cenſuratum, ſecundum quod eum allegat *Sayrus cit. cap. 17. n. 15.* & *Miranda loco ſupracitato*, Quia *Sotus* loquitur de foro exteriori, vnde videtur docere, quod ſufficeat quò ad forum conſcientiæ conſilium ſuorum Aduocatorum, hæc ſunt verba Soti, *& ideò licèt reus etiam conſilio ſuorum Aduocatorum, iudicet cauſam non fuiſſe iuſtam, eſt nihilominus illi timenda, quare debet ſe gerere tam quam excommunicatum in foro exteriori*, quomodo potuit clarius loqui? Aduerte, *Sotum*, ibi, confundere hunc caſum cum alio caſu dubij, vnde quando dicit, talem celebrantem incurrere irregularitatem, & priuari ſuffragijs, &c. debet intelligi de eo, qui eſt in dubio, an ſit cenſuratus, & adhuc manens in dubio celebrat, quia ſi deponit dubium, &
33 adheret conſilio Aduocatorum, quòd cauſa ob quam fuit excommunicatus, non ſit iuſta, tunc etſi in foro exteriori debeat ſe gerere, vt excommunicatum, tamen celebrando etiã in publico non erit irregularis in foro conſcientiæ, ſed tantum in foro externo, nec priuatur ſuffragijs, vt infrà *cùm de hoc caſu in particulari: nempè de inualiditate ex defectu cauſæ:* idem dicendum à pari, quando ex conſilio Aduocatorũ, qui in materia cenſurarũ ſunt verſati, & tantò magis ex conſilio Theologorum moralium, ſententia cenſuræ iudicetur
34 inualida, & nulla, quia tunc ſecluſo ſcãdalo, & contemptu eccleſiæ, poſſet quis ſe gerere quam non excommunicatum, vt infra.

Allegans cenſuras contrà eum latas, eſſe nullas, vel iniuſtas, debet id probare, & per
35 conſequens tenetur ad exhibitionem proceſſus, quatenus ex eo velit docere de nullitate, vel iniuſtitia. *Seraphinus deciſ. 1164. latè Sayrus l. 1. c. 16. nu. 30. ad finem.*

36 An autem idem iudex, qui protulit dictam ſententiam, vel cenſuram, vel declaratoriam cenſuræ iam latæ à iure, poſſit cognoſcere de dicta nullitate, & iniuſtitia, & illam reuocare, vel neceſſarium ſit ipſi, contra quem fuit lata dicta ſententia, recurrere ad iudicem ſuperiorem, ſeù Metropolitanum, infra ſuo loco.

## *De primo caſu, ex quo confeſſarius poteſt iudicare, quòd cenſura ſit iniuſta, & inualida, nempè ex eo, quia non ſit lata à legitimo iudice.*

37 GLoſa *in cap. præſenti de ſententia excommunicationis*, enumerat quinque caſus, in quibus ſententia eſt nulla. *Sayrus lib. 1. cap. 16* ſex. *Silueſter verbo excommunicatio*; quindecim. Tandem *Tuſcus lit. E. concluſ. 452.* enumerat viginti duos caſus, Nos autem hic explicare conabimur eos caſus, qui ſunt in praxi frequentiores, & quia ſecundum omnes, primus caſus eſt, in quo ſententia cenſuræ, eſt nõ ſolum iniuſta, ſed inualida, quando ſcilicèt cenſuræ ſententia fuit lata ab eo, qui nõ erat
38 legitimus iudex eius, contrà quem reperitur lata cenſura, ſeù ab illo, qui in eum, in quem ipſe, qui tulit ſententiam non habet iuriſdictionem, querimus.

## *Qui nam ſit legitimus Iudex, qui poſſit ſententiam ferre, cenſuræ.*

39 PRo intelligentia huius quæſiti, ſciendũ DD. conuenire, primo, quod legitimus Iudex ferendi cenſuram ſit is, qui habet iuriſdictionem eccleſiaſticam coerciuam, ordinariam, vel delegatam in eum, in quem vult cenſuram ferre. Secundo etiam conuenire,
40 quòd illi habeãt ordinariam iuriſdictionem, qui illam ſibi vendicat à iure, ratione proprij muneris, ſeù officij, veluti eſt Summus Pontifex reſpectu omnium Chriſtianorum, Legatus, & Archiepiſcopus, Patriarca, vel Primas reſpectu Prouinciæ, intellige in illis duobus caſibus, ſcilicèt tempore Viſitationis, vel quando ad eos eſt cauſa deuoluta per appellationem, vt aliàs dixi, & tandem Epiſcopi, & Prælati alij reſpectu ſuæ Diœceſis. Quòd iſti, facultate tali poſſint vti ſtatim, atque ſint cõ-
41 firmati, & ſi non ſint conſecrati, eſt certum, quia conſequuntur omnia, quæ pertinent ad poteſtatem iuriſdictionis, intellige ſi fuit illis à S.P. per Breue conceſſum, vt accipiant poſſeſſionẽ Epiſcopatus, quòd raró euenit, Frequẽtius .n. accidit in Archiepiſcopo, qui poſt conſecrationẽ, poſſeſſionem ante pallii ſuſceptionem, adepti ſunt, ipſi enim poſſunt excõmunicare, & alia ad iuriſdictionẽ pertinentia peragere; videte pro nunc *Alzedum par. 1. ſuæ praxis cap. 8. num. 59. & ſeq.* Delegatam verò
42 qui habent dictam iuriſdictionem non à iure, neque ratione proprij muneris, ſed ab iis, qui ordinariam habent iuriſdictionem, nempè quando proficiſcitur eorum iuriſdictio à Summo Pontifice, Archiepiſcopo, Epiſcopo: & ſi

Digitized by Google

& ſi delegatus à Summo Pontifice dicatur habere ordinariam iuriſdictionem, vt alias
43 dictũ fuit à nobis. Conueniũt DD. tertiò, iſtã eſſe potiſſimam differentiam inter illos, qui habent ordinariã iuriſdictionem, vel delegatam ferendi cenſuram, quòd ſcil. qui habent ordinariam, poſſint illam delegare alijs, qui verò habent delegatam, nequeant illam alijs ſubdelegare, excepto eo, qui haberet illam à Summo Pontifice, vt latè *Alterius cit. lib. 3. diſp. 7. c. 1. ad finem*, & nos ſupra par. 2. *Recoll. 1.* & *Recoll. 5.* Quartò etiam cõueniunt, quòd
44 quòd quando quis non eſt iudex legitimus .i. vel non habet iuriſdictionẽ, vel ſi habeat, illa careat ſuper articulo, cuius occaſione fertur cenſura, ipſam ſententiam cenſuræ eſſe nullam, vt per *Sayrum lib. 1. cap. 16. num. 10.* vbi *num. ſequenti.* refellit limitationem, quã aliqui adhibent in eo caſu, vbi quis ſcienter
45 conſenſiſſet in talem iudicem. Quintò conueniunt, quod legitimus Iudex ſit ille, qui nõ
46 ſolum eſt competens, vt *infrà*, ſed qui qui legitimè fuit electus, & ſic non eſt intruſus in beneficio, vel officio, à quo pendet eius iuriſdictio, *Sayrus ibid. nu. 13.* vbi declarat quis
47 dicatur intruſus, de qua re nos in *noſtro tract. de offic. Cappellani q. 4. praxi 5. nu. 297.* quibus illic allegatis adde *Capicium deciſ. 6. num. 12.*
48 optimè expplicantem, quibus modis quis dici poteſt intruſus, quòd in dubio quis non debeat iudicari intruſus, *Maſcard. de probat. vol. 2. concluſ. 936. nu. 3.* ex noſtris vide *Sanch. lib. 2. opuſcul. moral. cap. 2. dub. 21.* An autem vt quis poſſit ferre cenſuras, & excommunicare, ſufficiat ſi habeat bona fide poſſeſſionẽ iuriſdictionis abſque proprietate, tractat *Io. Andreas in cap. auaritiæ de elec. in 6.* ad quem ſe remittit, *Panormitanus in cap. cum dilectus nu. 6. extra de religioſis domibus.*

His ſic explicatis, deuenio ad difficultates, quæ poſſunt contingere, primò circà eos, qui habent ordinariam; ſecundò circà eos, qui habent delegatam iuriſdictionem ferendi cẽſuras. Quò ad habentes ordinariam eſt. Prima difficultas circà Epiſcopos an habeant hanc
49 iuriſdictionem ordinariam. Ratio dubitandi eſt, quia ſi haberent dictam poteſtatem ordinariam ferendi cenſuras, illam haberent pro tota Eccleſia, hoc eſt falſum, nã pro tota eccleſia, vt ſupra diximus, habet ſolus Papa, & Cõciliũ generale; ergò. Antecedẽs probatur, ille, contra quem fert Epiſcopus cenſuram, maximè excommunicationis, quocumque loco, & in quocunque Archiepiſcopatu reperiatur, ſemper eſt excommunicatus, & ſic priuatus ſacramentis Eccleſiæ, ſuffragiis generalibus, &c. ergo Epiſcopus haberet dictam poteſtatem ordinariam quò ad totam Eccleſiam.

50 Ob hanc rationem, *Scotus in 4. diſt. 19. q. 1. ar. 3.* putat, nõ poſſe Epiſcopum iure proprio, & quaſi poteſtate ordinaria ferre excommunicationem, quæ obliget, nõ ſolum ſuos ſubditos, ſed fideles omnes ad vitandum excommunicatum à ſe, ſed hoc de facto facere Epiſcopos ex permiſſione, & tanquam delegatos Summi Pontificis. Verum ab hac opinione tanquam ſingulari, inaudita, & minimè ſacris canonibus conſentanea, recedunt communiter DD. vt eſt videre per *Sotum in 4. diſt. 22. q. 2. a. 1. Suarez tom. 5. diſp. 18. ſect. 1. num. 7. Alterium lib. 3. diſp. 7. cap. 2.* & alios commu-
51 niter, qui docent, Epiſcopos, & alios Prælatos, vt ſupra, iure ordinario ferre cenſuras in ſuos ſubditos. Vndè in *can. viſis 16. q. 2.* Excõmunicatio vocatur mucro Epiſcopi. Ad rationem *Soti* reſpondetur. Negando, quòd ex hoc, quia excommunicati, vel aliàs cenſurati ab Epiſcopo, ſint vbique priuati, vt ſupra, ſequatur, ergò ipſi habent iuriſdictionem pro
52 pro tota Eccleſia, cùm hoc proueniat non ex eorum iuriſdictione, ſed ex natura ipſius excommunicationis, quæ vt dicunt DD. communiter, ſequitur excommunicatum, vt lepra leproſum, & habetur in pluribus iuribus, de quibus per *Couarr. in c. alma mater p. 1. §. 3. num. 2.*

53 Secunda difficultas poteſt eſſe de alijs Prælatis inferioribus Epiſcopo, vt ſunt Abbates exempti, Superiores Religioſorum, &c. & ratio difficultatis eſt, quia non ſolum in can. *viſis ſupra cit.* excõmunicatio dicitur mucro Epiſcopi, ſed etiam in *cap. corripiamur 24. q. 3* excommunicatio appellatur Epiſcopale iudicium; ergo ipſis Epiſcopis, & non alijs Prælatis inferioribus competit ordinaria iuriſdictio ferendi cenſuras. In contrarium tamen eſt veritas, nam etſi iſti Prælati non vocentur Epiſcopi, tamen à iure conceditur eius iuriſdictio Epiſcopalis, *Alterius cit. diſp. 7. cap. 1. verſ. ſed vlterius*, vbi explicat, qui nam ſint ipſi
54 Prælati habentes iuriſdictionem epiſcopalẽ. Eſt tamen verum, quod nullus Prælatus præter Epiſcopum, poteſt excommunicare ſollemniter .i. cum ſollemnitate Anathematis. Ita intelligitur *Sotus de iuſtitia lib. 1. q. 1. ar. 3.* dum ait, excommunicandi proprium munus eſſe Epiſcopi, *Siluester verbo excommunicatio 5. §. 5. verſus finem. Auila par. 2. cap. 3. diſp. 1. dub. 1. verſ. ſed nota*, vbi *verſ. ex dictis ſequitur*, loquendo de Vicarijs Supprioribus, & miniſtris in religionibus, poſt Superiorem principalem, dicit, quòd habeant abſente dicto principali ſuperiore talem iuriſdictionem ordinariam ferendi cenſuras, de qua re nos infra latius.

55 Tertia difficultas eſt de Parochis, nam aliqui DD. docuerunt, poſſe Parochum excommunicare, ſeù excommunicationis ſententiã ferre pro furtis, vel rebus deperditis, ac etiã pro delictis notorijs; fundantur hi authores in pluribus iuribus, vbi ſupponitur, non ſolũ

Epiſcopos, ſed etiam preſbiteros poſſe excom municare, in ſpecie habetur in *can. nemo Epiſcopus 2. q. 1.* ibi, *nullus Epiſcopus, nullus preſbiter excommunicet*, vbi pro preſbitero, certū eſt, intelligi debere Parochum, qui dicitur proprius ſacerdos. Probatur etiam ratione, quia vt diximus, hæc poteſtas pertinet ad ordinariam iuriſdictionem eccleſiaſticam, & Parochus ēt habet ordinariā iuriſdictionem.

In contrarium eſt communis Tgeologorum, & Canoniſtarum ſententia, de qua teſtantur *Alterius ſupra c. diſp. 6. cap. 3. verſ. Reſpondendum eſt diffiultati. Auila 2. par. cap. 3. diſp. 1. dub. 2. Suarez t. 5. diſp. 18. ſect. 1. ſub n. 3.* & alij paſſim. Ratio eſt, quia vt diximus ſuprà *in principio Recoll.* ad ferendam cenſuram, nō ſolum requiritur poteſtas ordinaria, ſed etiā quod talis poteſtas ordinaria debet eſſe coer-
56 ciua, ideſt quò ad forum externū; Parochus autem, & ſi habeat iuriſdictionē ordinariam eccleſiaſticā, tamē habet illam quò ad forum internum conſcientiæ, non autem quò ad forum externum, ad quem pertinet iſta poteſtas cenſuras ferendi.

Quò ad poteſtatem delegatam ferendi cen ſuras. Eſt prima difficultas, vtrum Summus
57 Pontifex poſſit delegare hanc poteſtatem feminæ, nempè ferendi ſententiam cenſuræ contra aliquos. Certum eſt enim apud DD. poſſe hanc facultatem Summum Pōtificem conferre laico, vt dixi *ſupra c. par. 2. Recoll. 1.* difficultas eſt quò ad feminam, *Armilla verbo excommunicatio num. 24.* affirmat, poſſe ſcil. Summum Pōtificem de plenitudine ſuæ poteſtatis hanc facultatem ferendi cenſuras cōmunicare feminæ, hanc opinionem dicunt probabilem *Paludanus in 4. diſt. 18. q. 2. ar. 3. Silu. verbo ſuſpenſio q. 2. & alij apud Alterium cit. diſp. 7. lib. 3. cap. 5. verſ. propter hanc rationem, Sayrus, & Filliuc. quos ſequitur Hurtado de cenſuris in communi nu. 13. ad finem,* ſequitur eandem hanc opinionem *Duardus noſter lib. 2. in Bullam cænæ cap. 1. q. 2. num. 32.* Hanc opinionem non eſſe improbabilem aſſerit *Bonacina diſp. 1. de cenſuris q. 1. punct. 2. ad fin.* Probat *Paludanus*, quia hoc cùm ſit purè po
58 ſitiuum, licèt non poſſet Papa ordinare feminam, quod eſt diuinum, poſſet tamen, inquit ipſe, conferre fæminæ, primam tonſurā, quod eſt humanum, ſed vt quis ſit capax huius poteſtatis ſufficit ſi habeat primam tonſuram, vt aliàs dixi, ergo. At quia hæc opinio *Paludani* non eſt vera de prima tonſura, vt nouiſsimè per *Marchinum in ſuo tractatu de ordine tract. p. par 4. cap. 1. nu. 18.* latius *Layman lib. 5. tract. 9. cap. 6. num. 2.* ideò clarius for mat argumentum *Alterius ſupra*, Quòd femi na poſſit excommunicare non eſt contra ius diuinum, ſicuti quod femina poſſit ordinari, ſed tantum eſt contrà ius poſitiuum, ſed in iure poſitiuo Papa poteſt diſpenſare, ergò quòd non videtur negare *Suarez diſp. 2. ſect. 3. verſ. addo præterea*, licet fateatur nunquā in hoc diſpenſatū fuiſſe à Summis Pontificibus, quia non decet, nam etſi, vt ibi ſubdit, hoc non ſit ſimpliciter contra ius diuinum, eſt tamen minus conſentaneum illi. eiuſdem etiā opinionis eſt *Layman lib. 1. tract. 5. par. 1. c. 3. nu. 4.* & nos etiam poſt *Filiucium, & Bonacinā* ſequuti illā ſumus, *ſupra 2. p. Recoll. 1. n. 64.* Etſi contrariam opinionem doceat *Auila p. 1. dub. 6. & ſequitur Coninck diſput. 13. num. 33.* ea ratione, quæ à nobis, & aliis negatur omninò, nempè quòd mulier tā de iure poſitiuo,
59 quàm etiam de iure diuino ſit incapax, non ſolum poteſtatis ordinis, ſed etiam poteſtatis iuriſdictionis ſpiritualis, quæ requiritur ad ferendam cenſuram, cùm enim illa ordinetur ad poteſtatem ordinis, per conſequens non poteſt eſſe illius capax, qui non etiam ſit capax poteſtatis ordinis, imò *Conink loco ſupra c.* putat, quod femina ſit incapax iure diuino dictæ poteſtatis iuriſdictionis, quia poteſtas clauium à Chriſto fuit data Apoſtolis, eorūq; aliqua ratione, ſucceſſoribus, & feminæ nullo modo poſſunt Apoſtolis ſuccedere, hæc opinio licèt ſit probabilis, tamen cōtraria eſt probabilior, vt dixi etiam loco ſupracitato,
60 vbi de Abbatiſſa, an poſſit ferre cenſuras cōtra ſuos ſubditos, de qua re præter à me ibi citatos, vide *Layman loco ſupracitato*, & adeſt nouiſsimus *Tractatus integer de iure Abatiſſarum Tamburrini*, correſpondens alteri, quem prius edidit de iure Abbatum.

Secunda difficultas eſt, an ab eodem Summo Pontifice poſſit committi iuriſdictio fe-
61 rendi cenſuras infideli, ſeu non baptizato. *Vgolinus tabul. prima de cenſuris c. 2. §. 9.* affirmat, Summum Pontificem id poſſe de plenitudine ſuæ poteſtatis. Sequitur *Sayrus lib. 1. c. 5. nu. Alterius lib. 3. diſp. 2. c. 6. verſ. ſi poſtulet aliquis, Hurtado citat. num. 13. de cenſuris in communi*; fundantur præcipuè hi DD. in eodem principio, quo ſe fundant authores relati ſupra, pro opiniones, quòd poſſit dicta facultas committi feminæ, nempè non baptizatum ſeu infidelem eſſe incapacem dictæ poteſtatis de iure poſitiuo, in quo Papa poteſt diſpenſare.

Contrarium tamen docet *Suarez diſp. 2. de cenſuris ſect. 3. ſub nu. 12.* ſequuntur *Duardus ſupra lib. primo in Bullam cænæ quaſt. 2. num. 33. Bonacina diſp. 1. quæſt. 1. pūcto ſecundo verſic. tertia conditio*, vbi aſſerit, hanc eſſe opinionem *Henriquez*, ea ratione, quòd non baptizatus, non ſolum iure eccleſiaſtico & poſitiuo, ſed iure etiam diuino, & naturali quodammodo, eſt incapax iuriſdictionis ec-
62 cleſiaſticæ. Nec obſtat quod infidelis poſſit validè baptizare, vt inquit *Alterius loc. ſupra c.* quia negatur, ex hoc inferri, eſſe ipſum capacem iuriſdictionis Eccleſiaſticæ, cum ad ba-

pti-

Digitized by Google

ptizandum ſufficiat materia, & forma, cum
intentione miniſtri, ideòque ſecundum om-
nes, fœmina poteſt in neceſsitate baptizare,
ad ſententiam autem cenſuræ requiritur e-
tiā iuriſdictio eccleſiaſtica coerciua, vt dixi.
Accedat, quòd nunquam reperitur conceſ-
ſum infidelibus baptizare, ſed ſi reperitur, ali-
quem infidelem de facto baptizaſſe, aliquē,
eo caſu tantum declaratur talis quòd ſit verè
baptizatus, & ſic habet in hoc caſu locū, regu
la, multa facta tenent, quæ ſi non eſſent facta
non tenerent, & hoc non abſque ratione, ſci-
licèt nè quis cogeretur iterum baptizari.

Confirmatur, quia ſi verum eſſet ſimplici-
ter, infideles poſſe baptizare, non ſolum de
poteſtate abſoluta, Summus Pontifex, vt lo-
quuntur DD. ſed ēt de ordinaria, poſſet con-
cedere tam fœminæ, quàm infideli poteſtatē
ferendi cenſuras, quod negant aduerſarii: Se-
quela patet, nam ſi abſque diſpenſatione ha-
bent poteſtatem baptizandi, ergo tanto ma-
gis cum diſpenſatione cuiuſlibet ordinarii;
ſignum eſt igitur non ſequi ex hoc, quod poſ-
ſit baptizare, ſeu vt rectius loquar, quod bap-
tiſmus ab eo collatus, valeat, & teneat, ergo
eſt etiam capax iuriſdictionis Eccleſiaſticæ,
cenſuras ferendi, &c. Accedat, quod hoc ca-
63 ſu tractatur de inferenda pœna contra chri-
ſtianos, quod expreſsè eis prohibetur, *in cap.
nulla diſt.* 54. *& in c. & ſpeciali de iudeis*, latè
*Riccinllus de iure perſonarum lib.* 2. *cap.* 22.
*&* 23. vbi quod nequeat etiam eſſe arbitrer
inter Chriſtianos.

Tertia difficultas eſt, de clerico coniuga-
64 to, vtrum Epiſcopus poſsit delegare ei hanc
facultatem cenſuras ferendi; dixi, *Epiſcopus*,
quia de Summo Pontifice, quod hoc poſsit,
nullus eſt qui dubitat., ſi enim poteſt illam
committere laico, ergo à fortiori etiam cle-
rico coniugato. Aliquibus videtur, id poſſe
Epiſcopum, nam clericus coniugatus iam
habet primam tonſuram, & gaudet priuile-
gio fori, & canonis, & per conſequens eſt per-
ſona eccleſiaſtica, ergo etiam videtur capax
iuriſdictionis Eccleſiaſticæ. *H*ac tamen ratio-
ne non obſtante, contrarium docent omnes
DD. in ſpecie *Alterius lib.* 3. *diſp.* 7. *cap.* 6. *verſ.
ſecundo, poſſet quis quærere*, vbi hoc ampliat e-
tiam in eo, qui vnicā duxit, & virginem. *Aui-
la de cenſuris p.* 1. *dub.* 6. *ad finem*, vbi hoc ex-
tendit, etiam ſi talis habeat quatuor ordines
minores, ratio eſt, quia in *cap. primo de cleri-
co coniugato in* 6. expreſſè dicitur, clericum
65 coniugatum præter canonis & fori priuile-
gium, in omnibus aliis, æquiparari ſæculari-
bus, *gloſa in d. c. vnico verbo cæteri* & alias dixi
*ſup. p.* 1. *huius tract. rec.* 11. *n.* 728. quibus illic
allegatis Adde *Ricc. p. p. praxis reſ.* 292. vbi in
ſpecie, quod nō gaudeat beneſic. *c. Odoardus
&. latius de eis agimus p.* 2. *recoll.* 1. *a nu.* 110.
vbi quod non poſsit eſſe Vicarius Epiſcopi

66 limita primo, mortua vxore, quia recupe-
rat omnia priuilegia *Nouarius in ſuis ſingula-
ribus concluſ.* 93 *ad finem*, *Squillantes c.* 6. *de
priuilegiis clericorum num.* 17. limita 2. vbi eſ-
ſet diſpenſatus ad retinendum beneficium,
quod habeat annexam iuriſdictionem quò
ad forum externum etiam, quia cenſetur
etiam diſpenſatus ad cenſuras ferendi iuxta
regulam iuris, qui dat antecedens, dat & con-
ſequēs hanc diſpenſationē non poteſt dare ni
ſi Summus Pontifex *Riccius* 3. *parte praxis
reſol.* 114. *n.* 5. qui rectius loquitur de benefi-
cio ſimplici *ibid. reſol.* 118. dum contrà id
quod dixit citata *reſol.* 114. firmat ſimpliciter,
non poſſe clericum coniugatum habere be-
neficium, ſimplex, niſi ex diſpenſatione eiuſ-
dem ſummi Pontificis.

Quarta difficultas eſſe poteſt de delegato,
67 qui noluit oſtendere copiam ſuæ commiſ-
ſionis patenti, de qua re *Nauar. conſ.* 9. *de ſen-
tentia excommunicationis* Sanchez *lib.* 3. *opu-
ſculorum moralium*, *capite vnico dub.* 28. *nu.*
9. *Auila de cenſuris parte* 2. *cap.* 6. *diſp.* 1. *dub.*
1. non pigebit tranſcribere verba Sanchez
pro his, qui librum illum emere non poſſunt,
ſunt iſta *ex dictis fit, quod ſi de legatus excom-
municet, non obedientes ſibi petentes, vt delega-
tionis literas exhibeat, eaſque non exhibens, nō
tenet excommunicatio & in culpa non eſt alter
non obediens. Sic Panorm. in d. c. cum in iure de
off. delegati n.* 7. *& c.* Qui *Sanchez* id ampliat *n.*
6. ēt ſi delegatus ſit Cardinalis, & *n.* 8. probat
68 cōtra aliquos, citatum a delegato, non tene-
69 re comparere, ſi petiit oſtendi ſibi literas de-
legationis, & ille renuerit. Secus dicas vbi agi
tur de Epiſcopo dicente ſibi à D. Papa cōceſ-
ſā fuiſſe facultatē abſoluēdi ab excōmunica-
tione ad reincidētiam, & tractatur de nullius
præiudicio *Mar. Ant. lib.* 1. *var. reſol.* 74. *n.* 3.

Quinta difficultas etiam eſſe poteſt de de-
70 legato, qui poſtquam fuit ei reuocata dele-
gatio, ſed antequam haberet notitiam dictæ
reuocationis tulit ſētentiā cenſuræ, de qua re
*Auila p.* 2. *c.* 3. *diſp.* 1. *dub.* 3. qui cōcludit, valida
eſſe geſta per delegatū, antequā reuocatio ad
eū perueniat, de qua re *Alter. lib.* 3. *diſ. c.* 6. *ad fi.*

An meri exequtores poſsint excommuni-
71 care, tractat *Sanchez lib.* 3. *opuſculorum mora-
lium cap. vnico dub.* 40. qui concludit, opinio-
nem probabiliorem eſſe, quòd dicti executo-
res non poſsint, & probat ex *c. fin. de off. de le-
gati*, vbi abſolutè dicitur, hos executores nul
lā habere iuriſdictionē, Reſtringit autē & op-
timè, quādo in cōmiſione apponeretur clau-
ſula, *contradictores compeſcendo*, vel alia ſimilis.

Vt autem hæc iuriſdictio ferendi cenſu-
72 ras ſit acquiſita per conſuetudinem præ-
ſcriptā, debent duo concurrere, primo quòd
præſcribens habeat aliquam iuriſdictionem,
vel præeminentiam, ſecundo, vt acquiſierit
dictam iuriſdictionem nomine dictæ iuriſdi-

ctio-

Digitized by Google

ctionis, ſeu præeminentiæ, & ſic non priuato, & proprio nomine. *Rota in nouis ſub tit. de præſcriptionib. deciſ.* 2. Adde tertium requiſitum, quod talis conſuetudo præſcripta ſit approbata à Summo Pontifice, vel Epiſcopo, latè *Sayrus lib.* 1. *de cenſuris cap. 6. num. 30. & ſeq.* vbi quòd poſsit quis præſcribere tantum facultatem excommunicandi, & non alias cenſuras, ſcil. ſuſpenſionem, vel interdictum ferendi, & vt poſsit quis etiam illam acquirere pro certis caſibus, & non pro aliis. Vbi ĕt ſubdit idem *Sayrus*, Parocho ex conſuetudine præſcripta, poſſe excommunicare ſuos ſubditos in quibuſdam caſibus, nempe pro furtis, rapinis, & huiuſmodi, intellige in illis locis, vbi adeſſe talis conſuetudo præſcripta, ne ſim contrarius, his, quæ dixi *ſupra num.* 55.

Quomodo aũt acquiratur ex priuilegio di-
73 cta facultas explicat *Sayrus ibid. num.* 33. qui tamen non declarat, an talis iuriſdictio debeat iudicari ordinaria, vel delegata, ſed re vera quando non fuit conceſſum priuilegium a Papa, ſemper dicta iuriſdictio iudicanda erit delegata, & ſic ad illud caput pertinebit.

## *De ſecundo caſu, in quo à confeſſario iudicari debeat iniuſta & inualida ſententia cenſuræ, nempè quia iudicis legitimi, iuriſdictio eſt impedita.*

NOn ſolum eſt inualida ſentẽtia cenſuræ vbi illa lata fuit à non legitimo iudice, prout in quæſito præcedẽti explicatũ fuit ſed ĕt quãdo etſi aliquis ſit legitimꝰ iudex habẽs ordinariam, vel delegatam iuriſdictionem erga eum, contra quem fert ipſam cenſuram, tamen tempore quo fert dictam ſententiam,
74 eius iuriſdictio eſt impedita, quod poteſt cõtingere tribus præcipuè modis, vt benè *Filliuc. tract.* 11. *de cenſuris num.* 4. Primus modus eſt, quando iudex qui fert ſententiam cenſuræ, eſt ipſe cenſura ligatus. Secundus quando ipſe iudex non fuerit cenſura irretitus, tamen is, à quo habet ipſe iuriſdictionem, eſt cenſura ligatus. Tertius quando fuit ante ſententiæ prolationem per partem appellatum, vel Iudex recuſatus, tamquam ſuſpectus. Dixi præcipuè, quia ad ſunt etiam alii caſus, in quibus poteſt impediri talis iuriſdictio ad effectum de quo querimus, vt infra.

## *De primo impedimento iuriſdictionis ad ferendam cenſuram, nempè vbi iudex, qui protulit ſententiam, erat ipſe cenſura irritatus.*

CErtum eſt apud DD. quòd quando iudex eccleſiaſticus, ſiuè ordinarius, ſiuè delegatus tempore, quo protulit ſententiam,
75 erat denunciatus pro excommunicato, vel ſuſpenſo, aut interdicto, vel etiam erat publicus clerici percuſſor, ſententiam cenſuræ ab eo latam eſſe nullam, & inualidam, ratio eſt manifeſta, nam ferre talem ſententiam, eſt actus iuriſdictionis, ſed denunciatus, vt ſupra vel notorius clerici percuſſor, priuatur vſu iuriſdictionis, ergo. Minor eſt clara vt patet *ex dictis ſupra p. 2. recoll.* 1. *n.* 177. & 183. Ac ſupponimus ex dicendis, cùm de effectibus cenſuræ. Confirmatur, nam ille, qui eſt extra eccleſiam, non poteſt ſeparare alium à corpore ipſius eccleſiæ: denunciatus autem de cenſura, & clerici notorius percuſſor, iuxta diſpoſitionem. Conc. Coſtant. vt infrà *recoll. ſeq.* eſt extra Eccleſiam; ergo non poteſt aliũ ſeparare per ſententiam cenſuræ ab ipſa eccleſia; fauet etiam regula illa, qui in Eccleſia delinquit, non debet Eccleſiæ priuilegio frui. Dixi, *iudex eccleſiaſticus*, quia de hoc hic querimus, quid autem dicendum ſit de iudice
76 ſeculari quò ad geſta per eum, dum eſt cenſura irretitus, videte *Alterium citato lib. 2. diſp. 2. cap.* 1. vbi tractat articulum illum an electio excõmunicati ad officium ſeculare, cui annexa eſt iuriſdictio, ſit ipſo iure irrita nec nè; & aſſerit, ſecundum probabilem opinionem, illam non eſſe ipſo iure irritam quæ fuit opinio *Suarez*, & ſequitur *Laymam lib. primo tract. 5. p. 6. cap. 3. num. 14. ad finem.* Vnde ſi non ſit irritata, talis electio, poterit officii poſſeſſionem accipere, non autem debet illum exercere, quia hic poſſeſſionis actus ſpectat potius ad dignitatem quàm ad iuriſdictionem vt in facto a viris doctiſsimis fuit concluſũ. videte ConinK *diſp.* 14. *num.* 104. & *Hurtadum diſp. 4. de excom. difficult.* 2.

Difficultas eſt, quando non fuiſſet talis iu-
77 dex denunciatus de cenſura, vel notorius clerici percuſſor, ſed tolleratus *Nã Gloſ. in ſumma 24. quæſt. 5. & alii, vt refert. Nauar. c. 27. ſub num. 6. & Toletus lib. 1. cap. 7. num.* 4. docent ſimpliciter, excommunicatum, non poſſe excommunicare; ratio huius opinionis eſſe poteſt, nam quod quis priuetur vſu talis poteſtatis, eſt quia excõmunicatus, ſuſpenſus, &c. non autem quod ſit denunciatus, aut notorius clerici percuſſor. Conueniunt enim DD. hunc peccare mortaliter, cenſuras ferendo, vt infra.

Contrarium autem non ſolum è verius, ſed commune, vt inquit *Nauarr. loco ſupra citato poſt Panormitanum in cap. ab excommunicato de reſcriptis vbi, nu.* 11. de excommunicatione lata ab hæretico. Ratio eſt euidens, quia poſito, quòd talis habeat iuriſdictionem ordinariam, & delegatam, adeſt in eo titulus coloratus, item cùm non ſit denunciata contra eum dicta cenſura, nec erat clerici notorius percuſſor, interuenit etiam communis error;

ſed

Digitized by Google

78 ſed quando interſunt hæc duo, nempe titulus coloratus, & communis error, geſta per alias inhabilem, valent, vt eſt certum ex dictis à nobis *ſupra recoll.*1.*num.*76. quibus illic allegatis addo *Sayrum lib.*2. *de cenſuris cap.* 12. *nu.*71. *& Dianam par.*2.*tract.*2.*miſcellaneo reſol.*45. *& par.*3. *tract.* 4. *de ſacram. reſol.* 122. (vbi quod tam quò ad forum internum, quã
79 quò ad forum externum ſufficiat communis error abſque titulo colorato, ad dandam iuriſdictionem, cuius tamen cõtrarium docet communiter Doctores ſupracitati, & probat *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.* 25.*nu.*18.*ad finem*) ergo. Confirmatur, quia vt DD. aſſerunt hæc eſt differentia inter impedimentum iuris poſitiui, & naturalis, quandò enim adeſt impedimentum iuris poſitiui, error communis, & titulus, ſupplent defectum iuriſdictionis, vt in caſu noſtro; quando verò eſt impedimentum iuris naturalis, vel diuini, nempè quòd femina excommunicet, vt ſup. dixi *ſub.nu.*58. error communis, & titulus nõ ſupplent defectum iuriſdictionis, cenſura autem eſt impedimentum iuris poſitiui; ergo etſi quis cenſura irretitus ferat ſententiam cenſuræ, ſi tamen concurrat titulus, & communis error, vt diximus, accidere quoties, quis non eſt denunciatus de ipſa cenſura, vel notorius clerici percuſſor, ſuppletur in eo defectus iuridictionis. Ita præter *Nauarr. & Toletum ſupra. Sotus, Vgolinus, & Couarr. quos ſequitur Megalius p.*3.*lib.*1.*cap.*2.*nu.*34. *Alterius lib.*2.*diſp.*2.*cap.*2.*verſ.*2. *& alij infra citãdi.* Ad rationem in contrarium reſpondetur, quòd iura, & DD. præcipuè *D. Thomas*, quan-
80 do dicunt, excommunicatum non poſſe excommunicare, intelligunt de excommunicato publico, qui de iure antiquo erat priuatus vſu iuriſdictionis, hodie autem vtimur iure nouo Concil. Coſtant. ſecundum quod, tantum excommunicatus, denunciatus, & notorius clerici percuſſor, amittit vſum talis iuriſdictionis, tam quò ad forum internum, quàm externum, vt diximus ſupra *par.*2.*recoll.* 1. *nu.*177. & infrà clariùs dicetur *recoll. ſequenti*, ex quibus patet, quid dicendum de merè laico, qui communiter reputatur clericus, & vt talis ab Epiſcopo fuit creatus ſuus
81 Vicarius generalis, an ſententia cenſuræ ab eo lata ſit valida nec ne? Erit enim valida, quia eſt defectus iuris poſitiui: qui ſuppletur vbi adeſt titulus coloratus, & error communis, idẽ dicas de excommunicato denũciato, qui reputatur communiter abſolutus, de quo per *Ricciullum lib.*4. *de iure perſonarum lib.*4.*c.*116.*nu.*15.

Ad confirmationem, negatur ſufficere, quòd quis ſit excommunicatus, vt ſit poſitus extra eccleſiam ad hunc finem, vt ſupra dixi, & latius dicetur infra *Recoll. ſequenti.*

Sed hic oritur aliud dubium, pone quòd aliquis fuerit denunciatus in vno Epiſcopatu
82 de cenſura, hic autem vbi exercet officium vicariatus, vel alterius iuriſdictionis eccleſiaſticæ, eſt occulta dicta denunciatio, an ferendo ſententiam cenſuræ iuſtè, & validè illam ferat? Ratio dubitãdi eſt, quia quando quis eſt denunciatus, vt ſupra dixi, eſt poſitus extra Eccleſiam; ergo non poteſt eijcere alios per cenſuram ab ipſa Eccleſia.

Hac tamen ratione non obſtante, Contrarium eſt verius eadem ratione, de qua ſupra proximè; nam quandiu eſt occculta, denunciatio ipſius in hoc loco (quod etiam habet
83 locum, vbi in eodem loco fuiſſet facta denunciatio, ſed multo iam tempore antea, ita quòd nunc quando profertur ſententia cenſuræ ab eo, non extet illius memoria.) Adeſt communis error, qui cum titulo colorato, quem ſupponimus iam habere, ſufficit ad reddendã validam ſententiam latam ab excommunicato, ita *ConinK diſp.*14. *num.*38. *Alterius lib.* 2.*diſp.*2. *c.*2. *verſ. ſed dubitari poteſt*, vbi hoc extendit, etiam ad eum caſum, vbi talis denũciatio facta in alio loco, vel multo tempore antea, ſciretur ab eo, contra quem lata fuit ſententia cenſuræ; nam ſcientia vnius, vel alterius, non facit, quòd error non ſit communis, & leges conſiderant caſus non particulares, ſed generales, qui *Alterius* benè ſubdit,
84 quod his caſibus, quando ſcilicèt quis tempore, quo acquiſiuit officium, vel delegatus fuit, iam reperitur cenſura irretitus, vel poſt obtemptum officium, incurrit excommunicationem, de qua fuit denunciatus, quæ denunciatio hic eſt occulta, licèt ſententia cenſuræ ab eo lata ſit valida, tamen poteſt retractari, & inualidari, probata dicta denunciatione in alio, vel eodẽ loco, & ità intellige *Ricciullum cit.cap.*18.*nu.*16. Ad rationem dubitandi iam remanet reſponſum ex ſupradictis.

Secundum dubium, & fortius militat, quãdo cenſura non eſſet occulta, ſed publica, an eò caſu, & ſi non fuiſſet ſecuta denunciatio, poſſit validè ab iſto cenſurato, ſed tollerato
85 ferri talis ſententia cenſuræ, hic enim propriè dicitur tolleratus, nam id quod eſt occultum, non poteſt dici tolleratum, ſed quod eſt publicum.

In hac re certum eſt, ante extrauagantem ad euitandam *Conc. Coſtant.* excommunicationem latam à tali, fuiſſe inualidam; difficultas eſt, an idem ſit dicendum poſt dictam ex-
86 trauagantem? Nam *Suarez tom.*5. *diſput.*13. *ſect.*2. *num.*15. quem ſequitur *Layman lib.* 1. *ſua theologia moral. tract.*6.*par.*2.*cap.*4.*num.*6. docet, eſſe inualidam talem ſententiam cenſurę latam ab excommunicato tollerato, fundatur in ea ratione, quòd per dictam extrauagantem, vt in ipſa proteſtatur Concilium Coſtantienſe, nullus fauor, aut gratia conceſſa

cen-

cẽſetur ipſis excommunicatis, niſi quatenus cedat in gratiam, & commodum cæterorum fidelium, ſed quòd ſententia cenſuræ ſit valida, eſt fauor ipſius cenſurati, nec cedit in gratiam, & fauorem cæterorum fidelium, ergò dicendum eſt fuiſſe inualidam. Hanc opinionem fuiſſe communem antiquorum DD. teſtatur *Guttierez loco citando infra*.

Contrariam tamen ſententiam, quòd ſcil. ſit valida talis cenſura lata à iudice publicè excommunicato, tamen tollerato, & ſic non denunciato, neque notorio clerici percuſſore, docent *Sayrus lib. 1. de cenſuris cap. 5. n. 35. Megalius p. 3. lib. 1. c. 2. nu. 35.* fundatur enim hæc opinio in *ead. extrauag. ad euitanda*, ipſa enim, vt inquiunt ſupracitati DD. non intendit fauere excommunicatis, ſed bono publi-
87 co, ſed intereſt bono publico, quòd ſententia à Iudice lata, ſit valida, & firma, ergo. Eandem ſententiam defendit *Gutierez lib. 1. canonic. quæſt. cap. 1. nu. 83.* Huic rationi reſpondet *Layman loco ſupracitato* ad bonum publicum pertinere, quòd ſententia ſit firma, & valida, si impedimentum eſt occultum, quia tunc adeſt communis error, non autem quādo impedimentum eſt publicum, & notoriū tamen fallitur ſalua ſua pace, quia eo ipſo, quod quis non eſt denunciatus, hodie ſemper verificatur, adeſſe communem errorem.

Tertia opinio eſt *Vaſquez, & Auila*, quam ſequitur *Conink diſp. 14. num. 91.* diſtinguens inter eum caſum, vbi antequam Iudex ferret
88 ſententiam cenſuræ, fuit à reo oppoſita exceptio de excommunicatione ipſius iudicis, vel non fuit oppoſita dicta exceptio, primo enim caſu, ſi non obſtante dicta exceptione Iudex protulit talem ſententiam, tunc inquiunt ſupracitati *DD.* ſententia eſt inualida; ſecundo verò caſu, eſt valida. Probatur, quia quamdiu non excipitur de excommunicatione, talis cenſetur agnoſci tamquam verus Iudex, ſecus verò ſecundo caſu. huic opinioni videtur adherere, poſt Præpoſitum *Diana tom. 5. tract. 9. reſolut. 109.* Hæc tamen ratio non ſubſiſtit, quia ad ſummum probare poteſt, quòd talis ſententia poſſet inualidari, & irritari, vt ſupra dictum eſt, non autem quod ipſo facto ſit inualida, ſicut etiā neque ipſa opinio placet, quia in hoc verſatur difficultas, quod iſti authores ſupponunt pro certo, nempè, an quādo non fuit oppoſita aliqua exceptio excōmunicationis, ſētētia à tali excōmunicato lata ſit inualida, nec ne?

Quarta ſentētia eſt *Paludani*, quam aliqui alij ſequuntur, qui diſtinguunt inter eum, qui fert ſententiā cenſuræ, gratia ſui, vel gratia aliorū, qn. n. iudex illā fert gratia ſui, dicūt iſti *DD.* eſſe inualidam dictam ſententiam; quando verò gratia aliorum, tūc erit ipſa ſententia valida; fundatur hæc diſtinctio in *eadē extrauaganti*, dum proteſtatur, nolle fauere in aliquo ipſis excommunicatis, ſed benè fidelibus, cui fuit ſupra reſpōſum. Vnde hæc etiā diſtinctio eſt diuinatoria.

89 Vt autem inter iſtas opiniones aperiam meam ſententiam, Dico, quod licèt opinio prima *Suarez*, ſit probabilis, tamen probabilior mihi ſemper viſa fuit opinio *Sayri*, quia ideò per *Concilium Conſtant.* fuit declaratū requiri denunciationem de cenſura, vel eſſe aliquem notorium clerici percuſſorem, vt iudicari debeat quis tanquam poſitus extra Eccleſiam, vt ſignificetur certus modus cognoſcendi, quando aliquis ſit, vel non ſit extra eccleſiam, & ſic vt tollantur ſcrupuli, & pericula, vt infra *recoll. ſequēti* latius dicetur, ſed etiam quando quis publicè eſt excommunicatus, non iudicatur ab eodem Concilio eſſe certè extra eccleſiam, quia etiam eo caſu requirit denunciationem, &c. igitur ſolum & dumtaxat, quando quis fuit denunciatus, vel publicus clerici percuſſor, tunc actus ab eo geſtus, erit inualidus, nō autem quando tantū eſt publicus. Confir. ex his, quæ dicunt *D*octores de ſacramento abſolutionis ab eodē tollerato collato, quòd ſit validum,
90 quia vt inquit *Hurtado diſput. 4. de excommunicatione difficult. 4. ad fin.*, eo ipſo quādo Eccleſia permittit, & tollerat illum in fauorem fidelium ad aliquid agēdum, relinquit illi iuriſdictionem ſufficientem ad illud validè efficiendum, & dixi *ſup. par. 2. recoll. 1. nu. 181.*

91 Ex qua ſententia ſequitur primo, ſi aliquis Iudex tulit ſententiam excommunicationis contra eos, qui furati ſunt, ſi intra viginti dies non reſtituerint, tūc ſi Iudex fuerit infra dictū terminū, denūciatꝰ excōmunicatus, qui furatus fuit, non incidit in excommunicationem, quia dctia ſentētia pendet à iuriſdictione ipſius, qui eam tulit, ſed ante quàm compleretur terminus ille, fuit priuatus iuriſdi-
92 ctione, ergo. Idem dicendum de ſententia generali lata ſimili modo, ſi antequam quis furetur, v. g. Iudex denunciaretur excōmunicatus, quia neq; incurritur dicta excōmunicatio, ſi autem fuit abſolutus Iudex, & dein-
93 de compleatur terminus, vel quis furetur, certum eſt hunc incidere, quia per cenſuræ denunciationem, non ceſſauit iuriſdictio in iudice, ſed tantum fuit ſuſpenſa. Ita poſt *Suarez diſp. 2. ſect. 4. Vgolinum, & alios, Bonacina diſp. 1. de cenſuris q. 2. p. 5.*

94 Sequitur ſecundo, quòd ſi plures ſint iudices delegati, qui proferant ſententiam excommunicationis, ſi vnus eorum ſit excommunicatus denunciatus, ſufficit, vt ſit inualida dicta excommunicationis ſententia. Ratio eſt, quia iſti non habent iuriſdictionem inſolidum, ſed quilibet ex particulari iuriſdictione iudicat, vt eſt textus *in c. ad probandum de ſententia, & re iudicata*. Ita *Auila par. 2 cap. 6. diſp. 7. dub. 3. verſ. præterea*, latè declarat *Ricciulius lib. 4. de iure perſonarum cap. 18. à nu. 7.*

videte

Digitized by Google

videte eum. An autem excommunicatio
95 vnius compromiſſarij electionis, vitiet geſtũ ab omnibus. *Panorm. in cap. in cauſis nu. 17. de elect.* Qui *in cap. nobis fuit nu. 2. de ſimonia* tractat de excommunicato, qui interuenit in actibus vniuerſitatis, & concludit, eſſe valida geſta per alios, niſi dictus excommunicatus fuit ſcienter admiſſus. De excommunicato, qui intereſt electioni, vide eundem in *c. meſſana nu. 3. de electione.* Quòd iudex irregularis poſſit ferre ſentẽtiam cenſuræ validam, quia non priuat vſu exterioris iuriſdictionis eccleſiaſticæ, dicetur infrà *nu.* 104.

96 Sequitur tertio, quid dicendum ſit, vbi iudex inciderit in hereſim etiam exteriorem, ſi enim non fuerit etiam declaratus talis, vt ſupra dixi *par. 2. recoll. 1. n. 209.* & dicã ẽt *n. 104.* infra *Recoll. ſequenti,* non amittit vſum iuriſdictionis, & pro inde eius ſententia eſt valida, videte pro nunc *Sotum in 4. diſt. 22. q. 2. ar. 2.*

*De ſecundo impedimento iuriſdictionis ad ferendam cenſuram, nempè quando, & ſi ille, qui tulit ſententiam cenſurę, non ſit de cenſura denunciatus, vel notorius clerici percuſſor, tñ alius, à quo ipſe habet iuriſdictionem, eſt talis.*

EXemplificãt communiter DD. primo in delegato ſimpliciter ab Epiſcopo, vel alio Prælato, ſecundo in Vicario ipſius Epiſcopi; ſi enim detur caſus, quod Epiſcopus, vel alius Prælatus, à quo quis eſt delegatus generaliter, vel ſpecialiter ad ferendam cenſuram, vel cuius eſt Vicarius, ſit denunciatus
97 excommunicatus, ſuſpenſus, &c. an ſententia cenſuræ lata à Vicario, vel ab iſto delegato, eo tempore, quo Epiſcopus, vel Prælatus eſt denunciatus, ſit valida nec ne? Dixi de Vicario Epiſcopi, quia certum eſt coadiutorem Epiſcopi, vel alios, qui habẽt iuriſdictionem nõ ab Epiſcopo, ſed à lege, ſemper poſſe excommunicare. *Ricciullus lib. 4. de iure perſonarum cap. 19. in princip.* vbi idem dicit de Vicegerente reſpectu Vicarij Vrbis, & Locumtenente, reſpectu Auditoris Cameræ. Circa huius caſus deciſionem, reperio varias opiniones, vt eſt videre apud *Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 30. n. 6.* Sed opinio communis *Suarez diſp. 14. ſect. 1. ſub nu. 2. Sayri lib. 2. c. 6. Auila p. 2. cap. 6. diſp. 6. dub. 4. Hurtad. de cenſuris in communi num. 27. ad finem.* Diſtinguit inter Vicarium generalem Epiſcopi, & aliũ Iudicem delegatum ab Epiſcopo, qualis eſt Vicarius foraneus, vel alius eius officialis cõſtitutus ad quaſdam cauſas, vt per *Sanchez loco ſupra allegato,* Vicarij enim ſententia cen-
98 ſuræ, Epiſcopo excommunicato, ſemper eſt nulla, ſiue re integra, ideſt ſiuè antequam fuerat cepta cauſa, & iudicium, ex quo ſequitur ſententia excommunicationis, v.g. antequam Vicarius citauit aliquem ad dicendum cauſam, quare non debeat declarari excommunicatus, fuit Epiſcopus denunciatus de cenſuris, ſiuè re non integra, quia v.g. fuit ceptum à Vicario iudicium, & citatus quis ad dicendum, &c. quando Epiſcopus fuit denunciatus excommunicatus, &c. Delegati verò ſententia cenſuræ, non eſt nulla, niſi quando delegatus fuit denunciatus re integra, ideſt antequam delegatus inceperit iudicium, & ſic antequàm citauerit aliquem, &c. vt benè explicant *Sanchez, & Sayrus locis ſupra citatis, & Alterius lib. 3. diſp. 7. cap. 3.* Item *Auila loco etiam ſuprà citato, verſ. 6. conditio,* qui intelli-
99 gere videtur, ly, re integra, quando delegatio fuit facta antequam delegans fuerit denunciatus excommunicatus, ſed meo iudicio fallitur, quia hoc caſu nulla traſfunderetur iuriſdictio in delegatum *cap. 1. de officio Vicarii, vbi Franchus, latè Sbrozz. de officio Vicarii lib. 3. q. 17. nu. 5. vbi ad finem* idẽ dicit de Vicario Capitulii Sede Vacante, & *c. 18. à n. 8.* vbi loquitur de Subuicatio reſpectu Vicarii excommunicati, & proſequitur *Ricciullus lib. 4. de iure perſonarum cap. 19.* vbi benè diſtinguit plures caſus in iſta materia, maximè delegati.

100 Ratio diſcriminis, & differentiæ eſt, quia cum Epiſcopus, & Vicarius faciant idem tribunal, ideò ſicut Epiſcopus non poſſet etiam re non integra, ſcil. cepto iudicio, vlterius procedere, poſtquam fuit denunciatus excõmunicatus, ita etiam eius Vicarius, Delegatus autem cùm non faciant idem tribunal cũ delegante, ideò quò ad negotia cepta, non expirat eius iuriſdictio, neque morte naturali delegantis, igitur neque etiam per denunciationem eiuſdem de cenſura. Quod autem diximus de delegato quoad delegantem, idem dicendum erit de ſubdelegato reſpectu delegati, qui fortè fuit denunciatus de cenſura, vt benè *Sayrus, & Alterius locis ſupra citatis,* & proſequitur *Megalius par. 3. lib. 1. cap. 2. ad finem,* quò loco rectius loquitur, quàm antea locutus fuit *ibidem num. 4. ad finem,* vbi etiam re non integra, cenſet per denunciationem cenſuræ in perſonam delegantis, ceſſare eius iuriſdictionem, contra communem opinionem, de qua ſupra. Nota quod in illis caſibus
101 in quibus ſuſpenditur iuriſdictio Vicarii vel Delegati per cenſuram ſuperuenientem in perſonam Epiſcopi, vel Delegantis, ſi poſtea abſoluatur Epiſcopus, vel delegans, non requiritur noua delegatio, vel commiſſio, ſed poteſt procedere ex veteri. *Imola in cap. licet ſub nu. 31. de officio delegati, vbi etiam Butr. num. 21.*



Digitized by Google

### *De qua cenſura debeat eſſe quis denunciatus, ad hoc, vt tam ipſe, quàm ab eo delegatus, impediatur ferre validam ſententiam cenſuræ?*

S*Anchez, Alterius, Nauarr. Toletus, Auila, Sbrozz. & aliis locis suprac.* Reſpondent, ſufficere non ſolum denunciatũ eſſe aliquẽ, vt ſupra, de excommunicatione, ſed etiam ſi de qualibet cenſura quis ſit denunciatus, & ſic quòd eundem effectum operetur denunciatio de ſuſpenſione, & interdicto, quàm de excommunicatione. Sed rectius *Megalius d. c. 2. nu. 23. ad finem, & Hurtado de cenſuris in communi nu. 22. ad finem*, putant, id tantum
102 eſſe verum de excommunicatione, & ſuſpenſione, non autem de interdicto, Nam interdictum, nec aufert iuriſdictionem, nec illam ſuſpendit, vt ſupponimus ex infra dicen-
103 dis ſuo loco. Ad id verò, quod dixi de ſuſpẽſione, addo non intelligi debere, niſi de ſuſpenſione ab executione iuriſdictionis, quia iſta tollit vſum iuriſdictionis, ita habetur clarè per *Gloſ. in cap. audiuimus, verb. quia excommunicatus 24. q. 5.* Vndè non ſufficit, vt quis ſit ſuſpenſus ab officio. Quando autem quis cẽſeatur ſuſpẽſus ab executione iuriſdictionis infrà cùm *de ſuſpenſione*.

Ex quò ſequitur, quòd ſi iudex ferens ſententiam cenſuræ, vel is, à quo habet iuriſdi-
104 ctionem ſit irregularis etiam ex delicto, nõ per hoc impediatur eius iuriſdictio, quin nõ poſſit ferre excommunicationem, vel aliam cenſurã, ratio eſt quia irregularitas nõ priuat vſu iuriſdictionis exterioris, ſed tñ vſu ordinis, *Riccar. in 4. diſt. 23. ar. 4. Alter. dicta diſp. 7. lib. 3. c. 4. verſ. ſed poſſet quis.* Qui benè ſubdit, per accidens poſſe eſſe inualidam ſentẽtiam cenſuræ latam per irregularẽ, nempè quãdo per irregularitatem quis ſit priuatus officio, vel dignitate, à qua habet iuriſdictionem ferendi cenſuras, caſus iſte contingit, vbi quis dum eſt irregularis, recipit dictum officium, vel dignitatem, vt habetis in noſtro *tract. de officio Cappellani, & latius infra cùm de irregularitate.*

105 Quæres, quale peccatum committat excommunicatus ferens ſententiam cenſuræ contrà aliquem? Reſpondent communiter DD. peccare mortaliter, quia vſurpat iuriſdictionem, quam non habet, in re graui, quod eſt peccatum graue, ſcil. mortale, vt habetur per *Diuum Thomam 2. 2. q. 6 ar. 6* quod eſt verum, etiam ſi fuerit ipſe excommunicatus occultus, vel tolleratus, quia dicta extrauagans nullum priuilegium confert ipſis excommunicatis, neque reſpectu ipſorum corrigit ius antiquum, ita Nauarr. *ſup. num. 7. Alterius d. c. 4. Toletus lib. 1. cap. 7. num. 5. Megalius d. c. 2. num. 43.*

### *De tertio impedimento iuriſdictionis ad ferendam cenſuram, nempè appellatione interpoſita antè ſententię prædictæ prolationem.*

ETſi coniungantur communiter à DD. duo impedimenta, nempè appellatio, & recuſatio Iudicis, quia ambo eodem modo ſuſpendunt iuriſdictionem iudicis, vel à quo appellatum fuit, vel qui fuit tanquam ſuſpectus recuſatus, vſquequò vel appellatio, vel recuſatio non fuerit ab alio iudice ſuperiori declarata nulla, & inanis, nam vt ait *Gloſ. in rub. extrà de appell. & recuſ. & relationibus,*
106 quando querit, cur ibi Summus Pontifex coniungat hæc tria? & reſpondet, quia per iſta tria ſuſpenditur eodem modo iuriſdictio Iudicis, tamen vt magis diſtinctè, & facilius iſta materia verè difficilis, & intricata reſoluatur, hic agam tantum de appellatione, & in ſequenti de recuſatione.

Prima cõcluſio: ſententia cenſurę lata poſt appellationem propoſitam, eſt nulla, & inua-
107 lida reſpectu ipſius appellationis. Probatur hæc concluſio in pluribus iuribus, de omnibus enim tribus cenſuris, habetur in *cap. 1. de appellat.* ibi, *poſt appell. ſuſpendit, ſuas eccleſias interdixit, & canonicos, ſi eidem tamquam priori non obediunt, excommunicatos denunciauit*, cum aliis iuribus allegatis, & ponderatis per *Sayrum lib. 1. cap. 16. nu. 14. & alios Authores infra citandos.* Ratio fundamentalis eſt, quia poſt appellationem iuriſdictio ſuſpenditur, & ſic iudex abſque iuriſdictione profert ſententiam. Pro certo ſupponunt *Nauarr. cap. 27. ſub num. 4. Suarez, Layman, Hurtado,* aliique tractantes de hac materia. Eſt concluſio certiſſima, vt teſtatur *Sanchez lib. 3. opuſc. moral. cap. vnico dub. 32. num. 217. Franciſcus Amaya in ſuis obſeruat. iuris lib. 2. obſeruat. 15.* qui allegat *Sayrũ, Suarez, &* Auilam, *Rota Romana deciſ. 120. verſ. in quibus apparet, in nouis, apud Ricciullum lib. 4. de iure perſonarum cap. 64. num. 37. Ioannes Iacobus Laurentius in ſuo tract. de iudice ſuſpecto cap. 5. num. 31. Alterius lib. 3. diſp. 5. cap. 1. in principio.* de communi teſtatur *Marcellus Vulpe in ſua nouiſſima praxi iudiciali fori eccleſiaſt. c. 1. ſub n. 20.* vbi refert verba Archidiaconi *in canone iure 11. q. 3.* quæ ſunt iſta, *quamuis ſit credendum ordinario denuncianti, aliquem excommunicatum, vt hoc can. cura, & extra de tregua, & pace c. 1. ſi autem ſcias pro certo denunciatum ante excõ-*
108 *municationem appellaſſe, securè, & pro certo potes illi communicare extra de appell. c. dilectis in fine, nam ipſe denunciatus poteſt ſe ingerere communioni, etiam in diuinis,* hæc ille, intelligas ſecluſo ſcandalo, vt dixi ſupra, & pro-

ſe-

Digitized by Google

ſequitur idem *author ibidem num.* 22. Conuenire in hoc DD. teſtatur *Hurtado de cenſuris in communi nu.* 106. & quod ſacerdos excommunicatus poſt appellationem, ſi celebret, nō fiat irregularis, notat *Sanchez ſup. dub.* 32. *num.* 221. *& alii communiter*.

Hæc concluſio ampliatur primo etiam ſi dicta cenſuræ ſententia poſtea lata, ſit iuſta,
110 quia ſcil. verè ipſe contra quem fertur, commiſit id crimen, &c. Nam quòd dicta ſententia ſit iuſta, ſolum efficit, vt poſſit iudex appellationis, illam ſententiam cōfirmare, ex actis ante appellationem, vel recuſationem factis, ita *Innocentius, & Ioannes Andreas in cap.* 1. *de confirmat. vtili, vel inutili*, probat *Alexander conſil.* 67. *vol.* 6. quorum opinionem aliis allegatis, communem dixit *Lancellottus de attentatis p.* 2. *c.* 6. *nu.* 65. *& accedit Farinac. in fragment. par.* 2. *litera I. nu* 813. & latius nos infrà *cùm de appellatione friuola*.

111 Ampliatur ſecundo, etiam ſi Iudex à quo, non admiſiſſet appellationem, vel recuſationem, quia appelatio, & recuſatio ſufficit ſi ſit legitima, ad hoc, vt ſuſpendat iuriſdictionem iudicis à quo, ac ēt ꝙ ſit inualidum quicquid poſtea geſſit ipſe iudex, maximè in materia cenſurarum, in qua appellatio, ab interloquutoria ſuſpendit dictam iuriſdictionem iudicis, licèt ſecus ſit in appellatione ab interlocutoria in aliis cauſis; ita *Sanchez ſupra citato lib.* 1. *opuſculorum moral. c. vnico dub.* 32. *nu.* 218. *&* 224. Qui benè *n.* 223. ex hoc infert,
112 quòd etſi quando iudex non admittit appellationem, oporteat appellare à non admiſſione, aliàs appellatio maneat deſerta, tamen adhuc, etſi à parte non fuerit appellatū à non admiſſione appellationis, ſententia cēſuræ lata poſt appellationem remanet inualida, ratione de qua ſuprà. Idem eſſe quoque ſi appellationi fuerit renunciatum à parte
113 poſt DD. ſuprà allegatos. patet in *c. licet de ſententia excommunic. in* 6. Et contra *Siluestrum poſt Couarr.* probat *Hurtado ſupra nu.* 108. qui idem dicit in caſu, quo fuit terminus ad proſequendam appellationem dilatus, & concordat *Sanchez ſupra nu.* 221.

114 Ampliatur quarto, & ſi non fuerit appellans proſequutus dictam appellationem, & ſic fuit deſerta, ex regula, quòd ab initio eſt inualidum, tractu temporis non poteſt conualeſcere, quod maximè eſt verum in cenſuris, vbi non admittitur iuris ciuilis fictio. *Alterius lib.* 3. *diſ.* 5. *c.* 1. *verſ. vlterius.* Vbi *ad finē* ſubdit, quòd talis ſententia quò ad cenſuras, facta appellatione non tranſeat in rem iudicatam, & *Sanchez nu.* 219. *& ſeq.* oſtendit, id habere locum non ſolum in excommunicatione, ſed etiam ſuſpenſione, & interdicto. latè de materia huius ampliationis, *Auila p.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 12. *verſ. quid ſi appellatio*, *Hurtado nu.* 108. *ad finem*, *Tuſcus lit. E. concl.* 451. *nu.* 4. *vbi nu.* 3. dicit, hanc ampliationem veram, ſiuè ſententia cenſuræ, ſit generalis, ſiuè particularis.

Ampliatur quinto, etiam vbi ſententia lata fuit in diem, vel ſub conditione v. g. *niſi*
115 *infra viginti dies ſolueris, vel quid aliud facias, excommunico te*, quia ſi is contra quem fuit lata, appellauit ante adimpletam conditionem non poteſt declarari, ſeu denunciari de illa cenſura, & aliàs denunciatio facta eſt nulla, & inualida, quod eſt certum apud DD. quia tūc habetur, ac ſi fuiſſet appellatum ante ſententiam cenſuræ, cùm illa ſententia non habeat vim, niſi poſt tranſactum dictum terminum quoad effectum ſuſpenſiuum, tamquò ad incurſum cenſurarum, quàm quò ad præceptum ſolutionis, &c. *Alterius lib.* 3. *diſp.* 5. *cap.* 3. *verſ. quintè dubitatur*, *Sanchez ſupra num.* 256. *& nu.* 262. cumulat alios *Canoniſtas*, *Ricciullus lib.* 4. *de iure perſonarum cap.* 64. *nu.* 25. *& ſeq.* Qui *Sanchez ſupra, num. ſequenti*, ſecus dicit, quando iudex dixit, *condendo te ad ſoluendum, quòd ſi non ſoluas infra viginti dies, excommunico te*, nam hoc caſu, ſi appellatum fuerit infra decem dies, habet appellatio effectum ſuſpenſiuum quòad incurſionem cenſuræ, non autem quò ad ipsū præceptum de ſoluendo, quia illud tranſibit in rem iudicatam, ex eo, quòd dictio (niſi) ſit conditionalis, *Sanchez ſupra num.* 257. Extendit doctrinā iſtam *Hurtado*, etiam quando eſt lata ſententia ſub tacita conditione v. g. ſoluas, aliàs ſis excommunicatus. *diſp. de cenſuris in communi*
116 *nu.* 107. Et limitant illam *gloſ. & DD. in c. P. & G. de officio delegati*, quando quis ab initio conſenſerit, vt poſt diei, vel conditionis aduentum poſſit excommunicari, vt in Beneficiario, cui fuit reſeruata penſio, quia nec pendente conditione, nec ante diem, poteſt appellare *Couarr. in c. alma mater par.* 1. *c.* 10. *nu.* 4. *ad finem*, *Gutierez lib.* 1. *qq. canonicarum c.* 4. *nu.* 26. idem dicas de obligatione in forma
117 Cameræ, quia non datur ab ea appellatio quòad effectum ſuſpenſiuum, *Marius Antoninus lib.* 2. *var. reſolut.* 60. *caſu* 18. *verſ.* 2. & in terminis excommunicationis, poſt *Galleſ. Marcellus Vulpe in ſua praxi fori eccleſiaſtici cap.* 21. *nu.* 40. Difficultas eſt inter DD. an tūc,
118 vt appellatio operetur hunc effectum, neceſſe ſit, vt in terponatur intra decem dies, vel ſufficiat ſi proponatur quandocumque ante euentum conditionis, & ſi euentus præfatus excedat dictum terminum? Duas opiniones referuntur per DD. in *cap. à nobis, el primo, de ſententia excommunicationis, & cap. præter el ſecondo de appellationibus*, Sed magis recepta ab authoribus, eſt ſententia, quæ docet, ſat eſſe quod appelletur quandocumque ante lapsū termini, quam dicit probabiliorem, & veriorem *Sanchez loco ſupracitato num.* 260. Qui hoc ampliat nu. 273. etiam ſi dictum fuerit à



Digitized by Google

119 Iudice, niſi ſolueris certū &c. *Ex nunc prout ex tunc ſis excommunicatus*. præter allegatos à *Sanchez* ſequitur ſententiam principalē *Alterius etiam loco ſupracit. verſ. Animaduertit Abbas*, vbi reddit bonam rationem ex eodem principio, de quo ſupra, quòd in cenſuris non ſit locus fictioni iuris ciuilis, nempè quia licèt in alijs ſententijs conditionalibus, conditio adueniens retrotrahatur ad diem promulgationis ſententiæ, & ab illa die condemnatus ſit reus, ac ob id terminus decem dierum ad appellandum, incipiat currere à die promulgationis ſententiæ, tamen in cenſuris vſque ad diem, qua adimpletur conditio, non cenſetur lata ſententia, neque illa adueniente retrotrahitur ad diem pronunciationis ipſius ſententiæ. Concordat poſt *Couar. & Suarez, Hurtado de cenſuris in communi num.* 107. *& ſequentibus, Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana cap.* 22. *num.* 2. *verſ. declara ſeptimo*. Sed ratio *Alterij* ſi rectè pōderetur, probat, quòd
120 terminus decem dierum incipiat à die exiſtentis conditionis, quod clarius docet *Leander Calganett. in tract. de conditionibus, & demonſtrat. p.* 2. *q.* 60. *ſub nu.* 3. vbi ait, *quòd à ſententia excommunicationis appellatur in termino; ſed à die exiſtentis conditionis, non à die prolationis ſententia, prout in alijs*, & refert *Camillus Borrellus in ſua ſumma deciſ. tom.* 2. *tit.* 33. *nu.* 890. Quod autem idem omninò ſit, quoties à Iudice fuit ad tempus ſuſpenſus effectus
121 interdicti, ſuſpēſionis, & excommunicationis ſi hoc medio tempore fuit appellatum, ſ. non poſſe quem declarari, & denunciari, vt in ampliatione principali, probat *Sanchez loco ſupracitato num.* 268. *& ſequentibus*, vbi refellit opiniones contrarias. Reſtringe tamen quando fuit relaxata excommunicationis
122 ſententia cauſa ferendi teſtimonium, quia tunc ſi interim appelletur, non ſuſpenditur effectus excōmunicationis *Prax. Arch. ſuprà*.

Ex quo ſequitur, quòd ſi ſit datus terminus
123 minor decem dierum in ſententia v.g. niſi infra quinque dies, &c. hoc caſu debet quis, eſſe ſollicitus ad appellandum ante lapſum termini prædicti, & non expectare terminū decem dierum, ſi vult quòd nequeat iudex ipſum denunciare pro excommunicato, & multò magis, vt tranſacto dicto termino non incurrat cenſuram, vel vt clarius loquar, vt ſibi proficiat appellatio, quòad effectum ſuſpenſiuum, ita enim aſſerunt *Sanchez loco ſupracitato num.* 264. *& ſequentibus, & Hurtado etiā loco ſuprac. n.* 100. Adde quod ſaltē appel-
124 let à breuis termini conceſſione iuxta textum in *cap. præterea extra de dilationibus, cum alijs adductis per Borrellum in ſumma deciſ. t.* 2 *tit.* 33. *nu.* 106.

125 Item ſequitur, quòd ſi infra dictum terminum moriatur Iudex, vel aliàs amotus ſit ab officio, ſententia lata, vt ſupra, non habeat effectum, v.g. fuit quis excommunicatus, *niſi infra viginti dies ſoluerit*, ſi infra dictum terminum moritur Iudex, qui tulit ſententiam, quamuis .n. hoc caſu labatur dictus terminus 20. dierū, & ille non ſoluit, nequaquam remanet excommunicatus. Dixi *ſententiam cenſuræ*, quia ſecus eſt, vbi cenſura non ſit lata per ſententiam, ſed per ſtatutum, cōſtitutionem, vel legem, vt eſt certum, ita *Sanchez ſupra num.* 281. *& ſeq.*

126 Si autem is, contra quem fuit lata ſententia conditionalis mutauerit infra terminum præfixum, domicilium, ſeù forum, an incurcat poſt lapſum dicti termini cenſuram, quærit idem *Sanchez ibidem num.* 276. Et reſpondet, diſtinguendo, aut delictum habuit originem in loco primi domicilij, vel non: primo caſu, non iuuat mutatio ipſius domicilij, ſed bene ſecundo caſu videte eum, de qua re videte etiam *Tuſcum lit. E. concluſ.* 457. *n.* 2. *Alterium lib.* 3. *diſpu.* 9. *cap.* 5. *verſ.* 4. *propoſitio, & ſequenti, Dian. p.* 5. *trac.* 9. *reſ.* 64.

127 Ampliatur ſexto, & ſi appellatio fuerit extraiudicialis, id eſt facta ante litis ingreſſum vt habetur expreſsè in *cap. cum ſit Romana, & cap. dilecti el* 2. *de appellationib. Megalius p.* 3. *lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 38. *& lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 38. *& lib.* 3. *cap.* 2. *ſub nu.* 4. *Marcellus Vulpe d. c.* 1. *ſua praxis*. Vnde ſequitur, quòd timens in-
128 iuſtè excommunicari à ſuperiore, habeat promptum remedium, ſcil. appellare extra iudicium, vt ſic ſuſpendat iuriſdictionem iudicis: Ita *Sanchez loco ſupracitat. n.* 226. *& aliis ſupracit.* in hoc enim differt appellatio extraiudicialis à iudiciali, quia illa ſuccurrit aduerſus futura grauamina, iſta verò aduerſus præterita, *Borrellus in ſumma deciſ. p.* 2. *tit.* 33. *nu.* 840. *& ſeq.* Qui caſus poteſt contingere, vbi etiam iudex procedat extraiudicialiter.
129 Ad quem autem iudicem fiat talis appellatio extraiudicialis, vel tantum ad eum, ad quem poteſt recurri per viam quærelæ, vel etiam ad immediatè ſuperiorem, *Sanchez ſupra num.* 17. contra aliquos, firmat, poſſe etiam fieri ad immediatè ſuperiorem, nempè ab Epiſcopo ad Archiepiſcopum; idem videtur docere *Borrell. ſupra n.* 861. vbi latè de iſta appellatione extraiudiciali, quando autē dicta appellatio cauſet attentata, præter notatā à *Sanchez ſupra nu.* 180. *Seraph. dec.* 397. de requiſitis ipſius videte *Rotam* 1. *par. diuerſ. deciſ.* 486. *in principio*.
130 Quòd appellatio facta ante citationē, ſit extraiudicialis, notat *idē Sanch. ibid. n.* 178. Alias ampliationes, & in ſpecie de illa, vt habeat locū, cōcluſio, ſiuè ſētētia lata ſit ab ordinario, ſiue à delegato, habetis apud *Ricciul. cit. c.* 64. *à nu.* 5. De alia ampliatione, vt ſcil. non ſolum
131 cōcluſio habeat locum in appellatione expreſſa, ſed etiam tacita. *Sayrus lib.* 1. *cap.* 16. *nu.* 19. *& ſequenti*, vbi benè declarat, quando

quis

Digitized by Google

quis cenſeatur tacitè appellare, nempè vel ſupponendo ſe protectioni, non ſolum Papæ, ſed etiam alterius ſuperioris iudicis, vel arripiendo iter ad ſuperiorem, exprimendo cauſam, & petendo apoſtolos antè latam excommunicationem, quod autem recurſus ad Papam, à quo fuit obtēta reuiſio cauſæ, idem operetur
132 quàm appellatio *Serap.dec.972.n.15.* Addo aliam ampliationem, & eſt, nullam eſſe ſententiam latam poſt appellationem, etiam ſi non fuit facta inhibitio, pro qua adduco *dec.Fabij in nouiſſimis diuerſ.p.3.lib.3. dec.263.n.6.* ibi, *ſed ſuper negotio appellationis nō poſt procedere etiam ſine inhibitione*, licèt regulariter quò ad attentata, appellatio ab interloquutoria requirat inhibitionem, vt per *Seraphi. dec.1168. num.1.* Quæ omnia procedunt non ſolum vbi tractatur de appellatione antè ſententiā excommunicationis, ſed etiam quando agitur de appellatione ante ſententiam declara-
133 toriam ipſius, vt ſæpe ſæpius occurrit, ſemper enim in caſibus præcedentibus, ſi præcedat appellatio, vel recuſatio, ſententia eſt nulla, licèt enim non detur appellatio ab exequutione iuris, ſeu ſententiæ ipſo iure promulgatæ, tamen poteſt dari appellatio a modo procedendi circa declarationem dictæ exequutionis, ſeù ſententiæ, fauet *Marius Antonin. lib. 1. variar. reſolut.52. nu.1. & 2.*

Hæc cōcluſio ſic ampliata, limitatur primo in cauſa cōmiſſa cū clauſula *omni appellatio-*
134 *ne remota*, ita habetur *in c.ad præſentiam, & cap. paſtoralis de appell.* poſt alios *Hurtado de cenſuris in communi ſub n.116.* per dictā enim clauſulam prohibetur appellatio tam quo
135 ad effectum ſuſpenſiuum, quàm deuolutiuum ad allegata per *Marium Antoninum lib. lib.1.variar.reſol.81.nu.10. & ſeq.* Quòd dictam clauſulam non poſſit dare Signatura iuſtitiæ, habes per *Rotam apud Seraph. dec.857. num.2.* Quòd appellatio remota, vel non permiſſa, etiam ſententia iniqua tranſeat in rem iudicatam, dixit *Rota p.3.diuerſ.lib.2.deciſ.37 num.4.* Nota tamen, dictam clauſulam operari quò ad partes ipſas in reſcripto comprehenſas, non autem quò ad tertium, qui ſin cōmunem ſententiam pro ſuo intereſſe poterit appellare, *Couarr. pract. qq. cap. 15. ſub nu. 4.* Intellige tamen niſi aliàs etiam in illo caſu à iure eſſet approbata appellatio; *Sanch. ſupra c. num.239.* Nota per hoc, quod committitur cauſa, omni appellatione remota, non
136 prohiberi, quin poſſit Iudex recuſari, vt ſuſpectus, *Sanchez loco ſuprac.lib.6. cap.8. dub.3. num.16.* vbi *numeris præcedentibus*, concludit,
137 Principem non poſſe regulariter tollere recuſationem iudicis, niſi ex graui cauſa, de qua re *Ioannes Iacobus Laurentius de iudice ſuſpecto cap.9. nu.10.* quomodo debeat intelligi clauſula, omni recuſatione remota, *Marcellus Vulpe in cit. ſua praxi cap. 25. num. 11.* Quòd non detur appellatio à ſententia arbitri contra recuſantem iudicem, *Achilles à Graſſis deciſ. 232. alias 6. de appell.* de qua re nos latè infrà quæſito ſequenti.
138 Limitatur, ſecundo in caſu, quo Iudex procedit extraiudicialiter, & vt pars, ad conſeruationem iurium ſuorum, quia tunc non non tenetur admittere recuſationem, vel appellationem, ſed poteſt ſe defendere gladio ſpirituali, & temporali *cap. dilecto de ſententia excommunicationis in 6.* dat caſum *Sanchez ſup.nu.227.* quādo Epiſcopus eſt in poſſeſſio-
139 ne viſitandi monaſterium, & monet Abbatem, vt paret ſe ad viſitationem, quia & ſi Abbas reſpondeat, quòd monaſterium ſit exemptum, & offert ſe in continenti id probaturum coram eodem Epiſcopo, & videns Epiſcopum paratum ad excommunicandū, appellauit ad Papam, iuſta cauſa expreſſa, ſi Epiſcopus non obſtante oblatione probationis, & appellatione, illū excōmunicauit, excommunicatio erit valida, ſi conſtat Eiſcopū eſſe in poſſeſſione viſitandi, &c. Ita Sanchez,
140 quod hoc caſu non ſit quoque neceſſariū, vt dicta ſententia feratur in ſcriptis. Notat poſt Innocentiū, *Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana cit.cap.23. nu.4. ad finem.* Limita ter-
141 tio quando exceſſus fuit notorius, quia tūc, & ſi ſententia ſequatur ipſam appellationē, vel recuſationem, erit valida, per text. vbi notant Doctores *in cap. cum ſit Romana §. præterea de appellat. notat Geminianus in cap. ſolet num.12. de ſent.excommunicat. Abbas in cap. ſi quis contra num. 11. de foro competenti, Romanus conſ. 124. & alii apud Marantam in praxi iudic.p.6.verſ.quandoque appellatur nu.186.in magnis, & Ioannem Iacobum Laurentium in ſuo tract.de iudice ſuſpecto cap.5. num.33.* vbi quòd liceat hoc caſu Epiſcopo cognoſcere an factum ſit notorium necnè, poſt *Felinum in cap.ſuper literis num.20. & 32. de reſcriptis*, imò etiam poſt *Balbum deciſ.41. & 238. ſubdit*, in cognoſcendo de tali notorio, non eſſe neceſſariam citationem partis, nec iuramentū, à teſtibus exigere, quia delicto notorio exiſtente, cauſæ, cognitio non eſt neceſſaria, *Lapus allegat.1. num.4. vbi Mandoſ. in addit. verbo notorietas, Grauetta conſ. 232. num. 6.* imò nec iuris ordine, nec ſētētia opus eſſe hoc caſu, & defenſionem etiam denegari, ſubdit idem *Ioannes Iacobus Laurentius in ſupracit. tract. de iudice ſuſpecto cap.11.nu.7.* poſt alios, quos citat; eſtque idem cum eo, quod dixit *Rota apud Mantic. dec. 352. n.2.* quòd hoc caſu nō
142 tenetur iudex interloqui ſuper appellatione, vel recuſatione propoſitis in facto notorio, ſed ſufficiat ſi de facto reiciat, procedēdo ad vlteriora. Hæc licèt in Theorica ve-

ra

Digitized by Google

ra ſint,tamen cùm delictum nullum tam no-
143 torium poſſit eſſe, maximè commiſſum extra iudicium,ſeu abſente iudice,de quo hic loquimur,quin excuſationes,aut defenſiones aliquas habere poſſit, vt poſt *Boſſium, dixit Farinac.in ſua praxi* 1.*par.de delictis,& pœnis quæſt.*21.*ſub nu.*73.ideò,vt infra dicam, ſicut cautus Aduocatus non debet pati,vt contra ſuum clientem, tamquam contra notoriè criminoſum procedatur, vt aduertit *Cardinalis in d.c.cũ ſit Rom.col.*3.ſed debet opponere except. & probationes,quæ excludant, vel ſaltẽ offuſchent notorium, ita iudex,debet ad maiorem cautelam,probatum habere in proceſſu ipſum notorium, vt ritè valeat repellere appellationẽ,vel recuſationẽ, ꝙ intelligas de appellatione, in qua non allegatur cauſa
144 rationabilis, quæ notorium vulneraret, vel ſaltem obumbraret,vt per *Iacobum Laurentiũ cit.cap.*11.*nu.*16. Dixi,*maximè extra iudicium commiſſum*,quia de eo, quod fuit commiſſum coram iudice, & in iudicio, quod propriè dicitur notoriũ;eſt certum, non eſſe neceſſariũ aliquẽ iuris ordinẽ,ſed ſtatim iudicẽ deuenire poſſe ad illud puniendum, & agit *Ioa.Iacobus Laurentius citato cap.*11.itẽ licèt *Farinac.cit.q.*
145 21.*num.*88. diſtinguat inter notorium facti permanentis,vel tranſeũtis, vt ſcilicèt primo caſu non ſit neceſſaria probatio, citatio, &c. ſecundo vero caſu, illa ſint neceſſaria, tamen contrarium dicit verum *dictus Ioannes Iacobus Laurentius cit. cap.*11.*nu.*15. vbi tractatur *de notorio facti extra iudicium commiſſi*, quòd ſcilicèt ſemper in hoc ſit neceſſaria probatio, ſed de hac materia iterum agendũ infra quæſito ſeq. Limita 4. in excommuni-
146 catione à iure, ſeù per viã ſtatuti.*Sayrus lib.*1.*cap.*17.*num.*26. eſtque idem cum eo,quod probat *Borrellus* 1.*p.ſumma dec.tit.*33.*n.*680. à pœna legis,non dari appellationem.Limita
147 quinto in eo, qui iam confeſſus eſt crimen, ob quod excommunicatur, vel declaratur incurriſſe in excommunicationem,vel aliam cenſuram, quia appellatio confeſſo dene-
148 tur,ideoq;illa nõ impedit,per latè allegata à *Borrello t.*1.*ſumma deciſ.fol.*70.*nu* 311.*& Mario Antonino lib.*1.*variarum reſol.*52.*num.*16.
149 vbi idem dicit de conuicto, eſtque idem cum eo, quod dixi ſupra *limit.* 3. quia in *cap.cum olim,de verb.ſignificatione.* notorium, ſeu offenſa manifeſta eſt illa, *quæ per confeſſionem, vel probationem, legitimè nota fuerit, aut euidentia rei, quæ nulla poſſit tergiuerſatio-*
150 *ne celari.* Vndè quia contumax habetur pro confeſſo,& conuicto *Farinac. de inquiſit.q.*11. vbi teſtatur de generali conſuetudine totius Italiæ,ideo neq; ipſe auditur appellãs *l.ex conſenſu* § *fin.de appell. cum alijs allegatis in terminis appellat. ab excommunicat: à Mario Antonino lib.*3.*variar. reſol.*13.*ſub n.*1. de qua re vide etiã *gloſam fin. in clem. vnica de dolo,& contumacia*.

Secunda concluſio: appellatio ad hoc, vt nullam reddat ſententiam cenſuræ poſteà
151 latã,vt ſupra,debet eſſe legitima.Concluſio iſta eſt certa ex terminis, & probatur in *cap. legitima & c.licet de ſententia excommunicationis in* 6. Vnde remanet ſolum vt declaretur, qñ dicta appellatio iudicari debeat legitima,
152 ideò dico,quòd tunc dicitur legitima appellatio,quando ei non deeſt aliquid ex requiſitis ſubſtantialibus, quæ præcipuè ſunt ſequentia. Primo, vt appelletur infrà tempus legitimum,quod eſt decem dierum.Secundo quòd fiat à perſona legitima, nempè ab eadem parte, vel eius legitimo procuratore. Tertio vt fiat ad legitimum Iudicem,ſcil. qui ſit ſuperior eius, qui tulit ſententiam, Quarto, quòd dicta appellatio innoteſcat iudici,à quo,maximè per inhibitionẽ. Quinto quòd fiat in ſcriptis, & in ea inſeratur, & exprimatur cauſa rationabilis,de quibus latè per *Sanchez cit.lib.*3.*opuſcul.moralium cap.*32.*in principio.* Quãdo enim deeſt appellationi aliquod ex dictis requiſitis, non dicitur legitima,& proinde poteſt iudex, ea non obſtante procedere ad prolationẽ ſentẽtiæ cenſuræ,quia tunc erit valida. Limita tamẽ primo,niſi ipſe
153 Iudex à quo, ẽt ex ignorantia detulerit tali appellationi, quia tunc quantumcumque fuerit illegitima, modò interpoſita ſit intra legitimum tempus, non poteſt amplius procedere vſquequò Iudex ad quem, non declarauerit dictam appellationem non obſtare, *Sanchez ſupra citato num.*228. *& ante eum Ricciullus lib.*4. *de iure perſonarum cap.*64.*n.*15.*& ſeq. Hurtado ſupra num.*109.qui ſubdit hæc notabilia verba,*quia quamuis fuerit nulla appellatio, & ab ipſa appellãs non eximatur, tamen eximitur ab ipſo Iudice ſua voluntate*
154 *illum eximente*,admiſſio enim appellationis in caſu non admiſſibili nocet iudici, licèt nõ noceat parti *Gabriel.conſ.*37.*num.*5.*vol.*1.*Marius Antoninus lib.*2. *variar. reſol.*12.*num.*4. Quando autem cenſeatur delatum appellationi *Praxis Archiepiſcopalis Neap. c.*16.*n.* 2.
155 Limita ſecundo eò magis,quãdo fuit inhibitũ à iudice,ad quẽ quia inhibitio ſiuè fuerit appellatio valida,ſiue nulla,ſemper eſt timẽda tam à iudice, quàm à parte,vt poſt *Lancellottum,& alios,habetur per Marium Antoninũ lib.*2.*variarum reſol.* 10. *à nu.* 7. *& reſolut.*14. *num.*4. vide *infra nu.* 149.Extende etiam ſi appellatio non fuit facta in ſcriptis, quia iſta eſt ſententia interlocutoria. *Achilles à Graſſis deciſ.*228.*aliàs* 2.*de appellat.* intellige tamen cõcurrentibus alijs requiſitis, de quibus infra *num.ſequenti*. Extende ſecundo, vt hæc doctrina ſit vera, ſiuè iudex, qui tulit ſentẽtiam ſit delegatus,ſiuè ordinarius,quidquid aliqui contrarium aſſerant, ſcil. habere locum tantum in delegato, inter quos *Genuenſis in praxi cap.*23.*num.*2.*verſ.declara quinto*,vt per

San-

Digitized by Google

*Sanch ex loco ſuprac.*

Circa requiſita mox enumerata, occurrit Primo, quòd quando dicimus, *appellationem*
156 *hoc caſu debere fieri in ſcriptis*, id intelligitur, niſi fiat in præſentia Iudicis à quo, & in continenti, antequam ſurgat à tribunali, quia tunc ſufficeret, ſi fiat verbo, vt benè *Sanchez loco ſupracitato*, nempè *lib. 3. opuſculorum moralium cap. vnico dub. 32. num. 293. & ſeq.* vbi ponit deciſionem huius caſus. *Iudex eccleſiaſticus protulit ſententiam, vt quidam vinctus, ſeù carceratus reſtitueretur Eccleſiæ, à qua fuit extractus, hac ſententia fuit notificata Iu-*
157 *dici laico, qui dixit Notario hæc verba, ſcribe, quòd appello, & nihil aliud faciendo, tranſacti ſunt dies decem, quibus tranſactis, Iudex Eccleſiaſticus protulit ſententiam excommunicationis contra Iudicem ſecularem, niſi reſtitueret carceratum infrà 24 horas, à qua ſententia, etſi index ſæcularis appellaſſet, tranſactis 24. horis, nõ obſtante appellatione, Iudex eccleſiaſticus ipſũ excommunicauit; an hæc excommunicatio ſit valida?* Et reſpondet *valere, quia prior ſententia tranſiuit in rem iudicatam*, non alia ratione, quàm quòd illa appellatio non fuit valida, ex quo non erat redacta in ſcriptis, & licèt fuerit incontinenti, non tamen fuit in præſentia Iudicis, & antequam ſurgeret à Tribunali.

Secundò circa aliud requiſitum, *quòd in appellatione debeat exprimi cauſa rationabilis*, occurrit etiã aduertere, qualiter cauſa rationabilis hic intelligitur pro grauamine notabili. Vnde ſi talis cauſa non adeſt, dicitur ap-
158 pellatio friuola, quæ non ſuſpendit iuriſdictionẽ iudicis *cap. cum appellationibus cap. non ſolum de appellationibus in 6. Alterius lib. 3. diſput. 5. cap. 1. verſ. reſpondet Abbas, Rota p. 3. diuerſorum lib. 3. deciſ. 43. num. 2. Lancellottus latè par. 2. c. 12. lim. 6.* Ex quo ſequitur, quòd ſi tm̃ quis citatur ad dicendũ cauſã quare nõ
159 debeat declarari excommunicatus, &c. non poteſt talis ab hac citatione appellare; ratio eſt manifeſta, quia ex quo per dictam citationem, nihil aliud prætẽdit Curia, niſi velle eũ audire, & dare facultatem allegãdi, quæ vult, non dicitur quis in aliquo grauari. Ita *Sanch. d. lib. 3. opuſculorum moralium c. vnico dub. 30.* & ſic reperio fuiſſe declaratum per *Sacram Congregationem Eminentiſſimorum interpretũ Sacri Concilij Tridentini in Tropien. 17. Martij 1619. apud Barboſam in collectanea Bullarum, & Decretorum, verbo appella. fol. mihi* 40. his verbis, *appellatio non eſt admittenda à comminatione Epiſcopi facta contra incurrentes excommunicationem, vel alias cenſuras Eccleſiaſticas à iure latas, ad dicendum cauſam quare non debeat declararari incidiſſe, ſecus ſi comminatio fiat contra alios delinquentes ad effectum illos excommunicandi ob aliquod delictum, vel crimen ſub excommunicationis ab homine lata pena.* Contrà hanc autem citationem, ſeu
160 monitorium. Cõcedunt DD quòd licèt nõ poſſit ab ea appellari, poſsint tamen opponi exceptiones, & illas reijci, vt benè ſubdit *Sanchez ſuprac. dub.* 34. à quorum exceptionum reiectione, ſi pars grauetur, poteſt appellari. Item quòd poſt dictã citationẽ, poſſit quis iudicem recuſare, vt ſuſpectum, docet idem *Sanchez ibid. lib. 6. cap. 8. dub. 3. num. 19.* vbi *numeris ſeq.* habetis bonam praxim recuſandi Iudicem Eccleſiaſticum. Adde poſſe etiam appellare à termino breui dato, iuxtà notata per *Borrellum in ſumma deciſ. par. 1. tit. 33. nu.* 107. de appellatione ab indebita citatione, quãdo detur, videte *Borrellum p. 1. ſuma dec. tit. 33. nu. 135.*
161 Dicitur etiam friuola appellatio quando cauſa grauaminis notoriè eſt falſa. Nota verba. *gloſa in clement. vnica verbo manifeſtè in principio de dolo, & cõtumacia*, vbi quærit quãdo ſit manifeſtè friuola appellatio, vt dicitur in dicto textu, ita vt illi non teneatur deferre iudex à quo, & illa ſpreta vlterius poſſit procedere? & reſpondet, tũc hoc accidere, *quãdo nulla cauſa fuit ibi expreſſa, vel non legitima, dato, quòd eſſet vera, vel licèt legitima, tamẽ manifeſtè falſa, vel iã pronunciatũ eſſet, illã falſam, & non appellatum*, quòd appellatio contra iuris clari diſpoſitionem ſit friuola, & ſic non admittenda à iudice, *Seraph. deciſ. 310. Sayr. lib. 1. de cenſuris cap. 16. num. 22. & nu. 27.* Vnde quandò cauſa, quæ allegatur in appellatione, ſi foret probata, neque aliquid reuelaret, & non deberet legitima reputari, dicitur etiam friuola appellatio, vt benè concludit *Sanch. ſuprac. dub. 32. nu. 233. ad finem.* Qui benè ſe declarat *nu.* 251. hoc habere locum
162 quando iudex à quo non detulit appellationi, vel licèt non detulerit, fuit tamen inhibitus per iudicem, ad quem, ante lapſum termini, in quo erat incurrenda cenſura, quia his caſibus, eſt certum, ſemper appellationem ſuſpendere ſententiam cenſuræ poſtea latam, vt etiam dixi ſupra *nu.* 140. *ad finem, &* 141. An in dubio ſit deferendum appella-
163 tioni? Affirmatiuè reſpondent *gloſ. in l. reſtituere ff. de rei vendicat. Grauetta conſ. 278. col. antepen. Alexander conſ. 113 nu. 2. vol. 5. Rota in nouiſ. dec. 2. de dolo, & contumacia*, quæ ad hoc refert *Marius Antoninus lib. 2. variar. reſolut. vltima caſu 7. in principio.* in terminis quando non eſt manifeſtè friuola appellatio, ſed de hoc eſt dubium, quod debeat admitti appellatio, *Praxis Archiepiſcopalis Neapolit. cap. 56. in nouiſſ. nu. 9. Marcell. Vulpe in ſua praxi fori eccleſiaſtici cap. 21. nu. 6. ad finem.*
164 Sed quid dicẽdum in hoc caſu, ſunt duo litigantes, vnus appellat ad Papam, alius appellat ad inferiorẽ v.g. Archiepiſcopum, tacito, quòd alter appellauit ad Papam, iudex inferior id ignorãs, citat eum, qui appellauit ad Papam, qui non comparet, nec mittit reſpon-

ſpon-

Digitized by Google

ſponſalem, quod appellauit ad Papam, ſi
hunc excommunicet Iudex pro contumacia,
vtrum valida ſit hæc excommunicatio? Re-
ſpondetur affirmatiuè per *text. in cap. ſi duo-*
*bus de appellat.* notat *Quaranta verbo Archie-*
*piſcopi authoritas ſub nu.*13.*Sanch.ſup.nu.*236.
quia non ſufficit appellaſſe ad Papam, niſi ta-
lis appellatio fuerit notificata iudici inferio-
ri, de qua re etiam *Sayrus lib.*1. *de cenſuris c.*
16.*nu.*18. vbi probat, ſicut *Quaranta, etiam lo-*
*co ſupracito,* idem dicendum eſſe, quoties non
ad Papam, ſed ad alium iudicem fuit facta
ſimilis appellatio.

165 Nota, quòd quādo dicitur, omiſſo medio
valere appellationem, intelligimus de appel-
latione facta ad S.Pontificem, ſecus ſi ad aliū
ſcilicèt ad Patriarcam, ſi fiat appellatio ab
Epiſcopo, omiſſo eius Archiepiſcopo, ſe-
cluſa conſuetudine, vel conſenſu appellati,
*Quaranta loco ſupracitato*.

Pone, quòd quis non habuit iuſtam cauſā
appellandi, tamen illam bona fide putabat
eſſe iuſtam cauſam, an ſi fuerit poſtea excom
municatus, quia iudex reputauit dictam ap-
pellationem notoriè iniuſtam, & friuolam, ſi
ille talis adhuc manens in bona fide, quod
ſua appellatio erat iuſta, & rationabilis, & ſic
ſententiam fuiſſe nullā, interim celebrauerit,
166 euaſerit irregularis? Aliqui putant, quòd nō
erit irregularis, niſi quando declaratur po-
ſtea, malè appellaſſe. Contrarium tamē docet
Sanchez *cit.dub.*32.*n.*234. quia cenſura non
debet manere in ſuſpenſo. *Alterius lib.*3.*diſp.*
5. *cap.* 5. *verſ. gloſa, &c.* format hoc dubium
ſub alio titulo, nempè An quando iudex poſt
probabilem appellationem profert ſententiā
167 excommunicationis, reus remanebit excō-
municatus, & concludit cum *Abbate*, diſtin-
guēdo tres caſus, aut notum eſt, & manifeſtū
continuiſſe cauſam rationabilem, vel res eſt
dubia primo caſu remanet excommunicatus
ſecundo verò caſu ſecus; quod ſi res eſt dubia
& ſic ſimus in tertio caſu, author ſubdit hæc
verba, *Tunc quantum ad noſtram cognitionem*
*validitas pendet ex futuro euentu, nempè ex de-*
*clarátione iudicis, an appellatio fuerit nulla,*
*vel valida: ſed veritate inſpecta, conſtabit excō-*
*municationem ab initio ſemper fuiſſe validam,*
*vel nullam, quarè effectus excommunicationis*
*erit ſuſpenſus, quamuis tutius ſit dubitare de*
*validitate appellationis ante declarationem c.*
*licet de ſententia excommunic.in* 6. clarius idē
*eod.tit. Abbas in cap.* Paſtoralis *§.verum nu.* 15.
vbi quærit an geſta medio tempore valeant,
& diſtinguit tres caſus, nempè vel ſunt illa
geſta ratione publici officij, vel ratione ſuæ
propriæ vtilitatis, vel concernunt pænā con-
temptus, vt eſt irregularitas, & *iſta* (inquit) *non*
*afficiunt excommunicatum, quia nō contempſit,*
*& per conſequens nō eſt puniendus pœna contem*
167 *ptus eod.tit.* Sed quid ſi eadē die lata ſit ſentē
tia cenſuræ, & interpoſita quoque appellatio
nec appareat, vtra ſit prior? Reſpondet idem
*Alterius loco ſupracitato verſ. Quòd ſi appella-*
*tio,* his verbis, *Supponendum eſt pro excommu-*
*nicatione, ſi pars non probauerit prius appella-*
*tum fuiſſe,* ſubdit tamen, hunc talem debere
abſolui ad cautelam, ſi nolit probare ex alio
capite nullitatem cauſæ.

Quæres ad quem iudicem debet fieri ap-
pellatio in iſtis cauſis? Certum eſt enim
quod appellatio debet fieri à minori iudice
ad minorem; Vnde quæritur, an & quando
tractatur de appellatione facienda à Vicario
Epiſcopi, vt ſæpe contingit in cauſis cenſura-
168 rum, poſſit appellari à Vicario ad Epiſcopū
& Reſpondetur diſtinguendo de Vicario ge-
nerali, vel Vicario foraneo, primo caſu non
poteſt appellari à Vicario generali ad Epiſco
pū, cū faciant ſimul vnū tribunal, & per con-
ſequens non eſſet appellatio à minori ad ma-
iorem, ſed ab eodem ad eundem; ſecundo
vero caſu poteſt appellari à Vicario foraneo
ad Epiſcopum, quia ipſe reputatur, vt delega-
tus, & per conſequens non facit hoc modo,
vnum tribunal cum Epiſcopo, ſicut neque
facit delegatus cum delegante, & ideò de illo
tur appellatio ad iſtum, ita *Rota Romana p.*3.
*diuerſorum lib.*3.*deciſ.*1131. ibi, *fuit dictum, ap-*
*pellationē fuiſſe legitimè interpoſitam, quia Vi-*
*carius prædictus non erat Vicarius generalis,*
*ſed foraneus poſitus in Epiſcop. ſuffragan. ad co-*
*gnoſcendum de appellatione.* agebatur ibi de
169 appellatione à Vicario deputato ab Epiſco-
po ad certam partem prouinciæ Metropoli-
tanæ, tantummodò ad cognoſcendum de ap-
pellationibus certorum Epiſcopatuum ſuf-
fraganeorum, & fuit dictum *per Rotam*, ab
eo poſſe appellari ad Archiepiſcopum, qui
eum conſtituit, & ſi vocaretur Vicarius gene
ralis, quia cùm ipſe Archiepiſcopus haberet
alium Vicarium generalem in Metropoli,
vbi eſt ſedes Vicariorum, iſte reputabatur tā-
quam Vicarius foraneus, non faciens vnum
conciſtorium cum Epiſcopo. Nota circa iſtas
delegationes factas ab Epiſcopis circa ſimiles
cauſas, quòd ſi Epiſcopos delegaret iſtas cau-
170 ſas malitioſè in fraudem appellationis inter
ponendæ, præter quod puniri poteſt per ſupe
riorem, datur remedium, vt ab iſto delegato
appelletur ad Summum Pontificem, ad quē,
vt ſupra dixi, omiſſo medio appellari poteſt,
ita alijs allegatis nouiſſimus *Marcell. Vulpe*
*in ſua Praxi fori Eccleſiaſtici cap.*21. *n.*28. *&*
*duobus ſequentibus* igitur appellatur à Vica-
171 rio generali Epiſcopi ad Metropolitanum,
à Metropolitano ſi non habeat Patriarcam
ſibi ſuperiorem, & ſupra dixi, appellatur ad
S.Pōtificē, hoc modo vel cām introducendo
in Curia, adeundò Aditorem Cameræ Apo-
ſtolicæ illi præſentando copiam authenticā
ſententiæ diffinitiuæ, vel vt in caſu præſenti,
cuius

Digitized by Google

cuius grauamen, quod per diffinitiuam reparari non poteſt, nam aliàs non poteſt inhibere
172 Aditor Cameræ, Neque hoc caſu poteſt prætendere, cauſam committi facere alicui Epiſcopo, viciniori adeundo Signaturam iuſtitiæ Domini Papæ, quia licèt abſque copia ſentẽtiæ committat cauſam per Breue, tamen opus eſt hoc caſu, aſſerere fuiſſe diffinitiuè ſententiatum, & à diffinitiua appellatum, vt per *Marcellum Vulpe ſupra c. cap.* 21. *num.* 48. quod non poteſt facere appellans ante ſententiam cenſuræ.
173 Quo ad legatum, & Nuncium Apoſtolicũ adeſt declaratio S. Congregationis Concilij inter alias, quas refert *Quaranta verbo Archiepiſcopi authoritas, poſt n.* 20. *& poſtea Riccius p.* 1. *praxis dec.* 104. *& Marcellus Vulpe cit. cap.* 1. *ad finem.* Tertia in ordine, his verbis, *idem nec alij ſuperiores etiam Nuncij, vel Legati de latere, ſpecificam facultatem maiorem nõ habentes, cauſas in curijs ordinariorum, vel aliorum inferiorum iudicum pendentes, ad ſe non auocent, niſi per viam legitimæ appellationis, ad ipſorum Tribunalium deferantur.* An autem iſtæ cauſæ poſsint per appellationem deferri ad eorũ tribunalia, conſulenda eſt practica, & conſuetudo. Quando Epiſcopus, ſeu eius Vicarius
174 procedit vigore Concilii Tridentini, vt delegatus Apoſtolicus, vtrum appelletur ad Metropolitanum, vel ad S. Pontificem? *Quaranta loco citato nu.* 18. *verſ. ſimiliter.* Reſpondet appellari ad S. Pontificem, ſed *Marcellus Vulpe cit. cap.* 21. *nu.* 39. ex S. Congregatione, diſtinguit inter caſus, in quibus Epiſcopi antea habebant ordinariam iuriſdictionem, vel non illam habebant, primo caſu inquit, poteſt appellari ad Metropolitanum, non autem ſecundo caſu.
175 Circa modum procedendi in recipienda appellatione ante ſententiam cenſuræ, etiam videtur prouideri ibi in declaratione 10. his verbis. *Cùm à grauamine, quòd per diffinitiuam reparari nequit, vt indebita carcerationis, vel torturæ, aut excommunicationis etiam comminatæ appellatur, nonniſi viſis actis, ex quibus euidenter appareat de grauamine, appellatio admittatur, aut inhibitio, aut prouiſio aliqua concedatur*, explicat praxim iſtam *Quaranta ibid. ſub nu.* 20. *verſ. cenſura Eccleſiaſtica*, ibi. *ſi cõminatione excommunicationis fuerit appellatum coram ſuffraganeo, & per eum admiſſa (intellige per iudicem à quo, ſcilicèt Vicario Epi-*
176 *ſcopi) poteſt ſtatim inhibere, aut nõ fuit admiſſa, & tunc Metropolitanus ad quem fuit appellatum, antè quam inhibeat poteſt mandare pro traſmiſſione copiæ actorum, vt illis viſis, prouideri poſſit, ſi adeſt grauamen, & quod interim nihil innouetur, quibus actis viſis per Metropolitanum, & conſtito de grauamine, poteſt inhibere ſuffraganeo, vt non procedat ad excommunicationem comminatam, & remittere cauſam, vt in ea procedat ad vlteriora citra excommunicationem, ſi verò non conſtat de grauamine, debet remittere cauſam appellat: non obſtante*, huc vſque meus compater *Quaranta*.

Nota tamen doctrinam ſingularem *Lancellotti in ſuo tract. de attentatis lib.* 2. *cap.* 12. *limit.* 6. *à nu.* 20. quam dicit notabilem *Praxis Archiepiſc. Neap. cap* 56. *nu.* 9. *ad finem.* Quòd ſecundum ſtylum modernum Rotæ (cui poſ-
177 ſunt ſe cõformare, alia Tribunalia eccleſiaſtica, cũ ſiñ quaſdã faciat dictus ſtylus, quò ad ipſa ius, vt aliàs dixi ſupra *p.* 1. *recoll.* 2. *num.* 74. *quibus illic accedit allegatis, author præludij ad extrauagantes, verſus finem.)* Appellatio quantumuis friuola, ſi fuerit admiſſa à iudice
178 ad quem, & inhibitum, ligat manus iudicis à quo, & cauſant attentata, ita vt poſt inhibitionem debeãt reuocari, ne iudices à quibus, ſub iſto clypeo, quòd appellatio ſit friuola, & per conſequens inhibitio ſit iniuſta, contendant dictas inhibitiones, qui tandem concludit, ſemper prius deberi reuocari attentata, & poſtea diſputari de validitate appellationis, quod dicit verum ibidem *num.* 44. etiam vbi fuit appellatum in caſu prohibito à iure, vel ab homine, quia ſi Superior admiſit dictã appellationem inhibendo, irrita ſunt attentata, & *nu.* 25. idem probat, vbi à iudice à quo fuit delatum dictæ appellationi friuolæ. Vndè id quod aliqui DD dicunt, quòd quãuis cognitio an appellatio ſit calũnioſa, vel non, ſpectet ad iudicẽ ad quem, tamen cognitio, an ſit deferendũ, vel non dictæ appellationi pertineat ad iudicem à quo, vt per *Praxim Archiepiſcopalem Neap. ſupra nu.* 12. ( cui fauet *Abbas in cap. vt debitus n.* 30. *de appel.* quãdo dicit, quòd iudex à quo debet deferre appellationi, quãdo dubitat, an cãa ſit appellabilis.) In praxi nõ correſpondet, quia vt dixi, ſi adeſt inhibitio iudicis ad quem, manus ipſius iudicis à quo remanent ligatæ, ſiuè detulerit, ſiuè non detulerit appellationi, eſtque id, quod docet *Ioannes Iacobus Laurentius in ſuo tract. de*
179 *iudice ſuſpecto cap.* 14. *nu.* 30. & ſi valdè obſcurè, vbi, quod iudex ad quem cognoſcit an fuerit appellatio legitima, an cauſa fuerit appellabilis, vel appellatum infra legitimum tempus, concordat *Marius Antoninus lib.* 2. *variar. reſ.* 14. *n.* 4. vbi quòd quamuis appellatio ſit nulla, tñ adhuc appellatione pẽdẽte, nihil eſt innouãdũ. Ex qbus apparet, verũ eſſe quod dixi ſupra *nu.* 161. ad hoc, vt Confeſſarius iudicare poſsit an pænitens incurrerit cẽſuram poſt eius appellationem latam, debere .ſ. inſpicere non ſolũ an illi fuerit delatum ab ipſo iudice, à quo, ſed etiã an fuerit illi facta inhibitio à iudice ad quem, Et ſi *Quaranta loco à me ſupracitato nu.* velit, ſufficere ſi ſit
180 appellatum à grauamine irreparabili, vel comminato, cùm per illam de iure ſtatim ſint ligatæ manus iudicis, antè quam per iu-

N dicem

Digitized by Google

dicem, ad quem, inhibeatur, ſicuti per appellationem à diffinitiua, & dixi *ſupra num.* 132. intellige per illud tempus, intra quòd tenetur proſequi dictam appellationem.

### *De quarto impedimento iuriſdictionis in iudice ad ferendam cenſuram, nempè quando fuit lata iudice, poſtquam fuit recuſatus, vt ſuſpectus.*

Licèt ea quæ dicta ſunt in proximo præcedenti quæſito militēt etiam in recuſatio
181 ne, cùm appellatio, & recuſatio æquiparentur. *c. ſuper eo el 2. de appellat. Ozaſcus deciſ. pedamontana* 84. *num.* 12. *Ioannes Iacobus Laurentius in tract. de iudice ſuſpecto cap. 9. num. 3. ad finem*. Vnde recepta eſt iuris regula, quòd in caſibus, in quibus non admittitur appella-
182 tio, tanto minus non debeat admitti recuſatio. *cap. cum ſpeciali in principio verſ. fruſtrà, & ibi Ancharanus num. 4. de appellation. c. inſuper el 2. §. in cauſis eod. tit. & ibi Decius nu. 29. verſ. iuxtà, & Felin. in c. 1. nu. 6. de iudicijs.* Vndè *Panormitan. in d. c. ſuper eo.* docet, quòd appellatio, & recuſatio æquiparantur in eo, quia vtrumque debet fieri ex cauſa rōnabili, non in alijs, vbi refert plures caſus, item vt nihil nō fiat *Lancellot. de attētatis p. 2. c. 6. n.* 18. Tamē maioris claritatis, & facilitatis gratia, quibus moderni operam dare debent, vt aliàs dixi, non pigebit aliqua hic in particulari de ipſa recuſatione, ad noſtrum propoſitum pro praxi adnotare. Sit igitur.

Concluſio: ſententia cenſuræ lata poſt pro-
183 poſitā recuſationem iudicis, qui poſteà tulit ſententiam præfatam, eſt nulla, & inualida. Ratio eſt, quia per propoſitionem recuſationis ſuſpēditur iuriſdictio iudicis recuſati, donec articulus ipſe recuſationis diſcutiatur, vel pars renuntiet dictæ recuſationi, ergò cū fert ſententiam ante dictam diſcuſſionem, ſeù reiectionem recuſationis, illam fert abſque iuriſdictione, quæ iuriſdictio requiritur de eſſentia àd validitatem ſententiæ in iudice, vt probaui *ſup. nu.* .& patet in *cap. cum ſpeciali ad finem de appellat.* vbi loquitur S. Pontifex in terminis ſententię excommunicationis ibi, *cauſa verò ſuſpicionis coram ipſis infrà com-*
284 *petentē terminū non probata, ſua iuriſdictione anteà iudex vtatur.* ecce ꝙ non poterat iudex vti iuriſdictione, clarius in *cap. quoties Epiſcopi 2. q. 6.* vbi loquendo Summus Pontifex de Epiſcopis, qui ſuſpectos habent ſuum Metropolitanum, & ſuos comprouinciales ſubdit. *Nullus eos aut excommunicare præſumat, ante quam eorum cauſa, Romani Pontificis authoritate finiatur.* Ita Doctores omnes allegati pro ſimili concluſione in materia appellationis *ſupra ſub num.* 107. inter quos *Sayrus ibidem citatus num.* 18. *& Hurtado num.* 111. *de cenſuris in communi* qui iſtam, & nō aliā afferūt rationem, quia quòd dicitur de appellatione, idem dicendum eſt de recuſatione, quod ante eos, dixit *Geminianus conſ. 99. ad finem proſequitur Marcellus Vulpe in ſua praxi cap.* 25. *num.* 23. *ad finem*.

185 Ex qua concluſione ſequitur, quòd interim, dum nō diſcutitur, & terminatur dictus articulus: iudex recuſatus debet ſuſpendere, & non procedere ad vlteriora *gloſa in d. can. quoties Epiſcopi, verbo appellet* ibi, *& quidquid ſit poſt recuſationem equè caſſatur, ac ſi fieret*
186 *poſt appellationē.* Vndè ſi recuſans fuerit poſtea citatus, non tenetur comparere, *Doctores in l. quia poterat ff. ad ſenatus conſult. Trebell. Marcell. Vulpe in ſua praxi iudiciali fori Eccleſiaſtici cap. 25. nu.* 23. quod eſt verum, & ſi
187 ipſe iudex reijciat dictam recuſationem, ſi pars appellauerit à dicta reiectione; ita deciſū fuiſſe in Senatu Pariſienſi, teſtatur *Borrellus p. 2. ſumma deciſ. tit. 36. n.* 285. ad quem autem appelletur pro tali reiectione, infra.

Ampliatur hæc concluſio primo, ſiuè hic
188 iudex fuerit ordinarius ſiuè delegatus; habetur per *gloſam in cap. legitima lit. O. de appell. in 6. in cap. quod ſuſpectis lit. K. 3. q. 5. Abbas in cap. cum ſpeciali ſub nu. 10. de appellat. Franciſcus Leo in ſuo Theſaur. fori eccleſ. p. 2. c. 1. n. 64.*
189 Ampliatur ſecundo, etiam ſi iudex recuſatus rectè pronunciaſſet, quia hoc tantum operatur, quòd iudex appellationis poſſit illum actum cōfirmare ex actis ante recuſationem geſtis, ita poſt Ioannem *Andream, & alios*, teſtatur eſſe opinionem communem, *Lancellottus de attentatis p. 2. cap. 6. à nu.* 65.
190 Ampliatur tertio, etiam quòd non fuerit appellatū à reiectione appellationis, quia eſt ipſo iure nulla ſentētia recuſati ſubſequēs, vt per *Lancellottum 2. par. de attentatis cap. 6. vbi habes alias ampliationes, & nu.* 58. Reſtringit hanc ampliationem in Rota Romana, vbi geſta poſt recuſationem ante appellationem habentur pro legitimis.

Limitatur primò, quando eſſet iudex vere
191 ſuſpectus v. g. quia cōſāguineus, Dominus, vel vaſſallus aduerſarij, eius aduocatus in eadem cauſa, inimicus, &c. de quibus per *gloſ. in c. cauſam, quæ de officio iudicis delegati*, quia ſi à parte nō fuerit recuſatus, ſententia ab eo lata eſt valida, *Maſtrillus dec. Sicil.* 151. vbi latè de hac materia.
192 Limitatur ſecundo, ſi cauſa recuſationis ſit euidenter fruſtratoria, quia tunc non tenetur eam iudex admittere, ſed poteſt illam ſpernere, ita poſt *Panorm. in d. cap. cum ſpeciali, Marcellus Vulpe in ſua praxi fori eccleſia-*
193 *ſtici cap. 25. nu. 28. qui nu.* 31. Limitat tertio, quādo delictum de quo agitur, ſit notorium, fuiſſe ſcilicèt commiſſum à recuſante, eſt textus apertus in *cap. propoſuit 24. de appellationibus*

Digitized by Google

*bus in fine*, ibi, *niſi pro crimine adeò graui, & manifeſto*, vbi ſubdit *gloſa*, hæc verba, *habes hic, quòd in notorijs non eſt locus recuſationi, ſicut nec appellationi*, vbi etiam quòd hic agatur de manifeſto, quod etiam ſit notorium, *Ioannes Iacobus Laurentius de iudice ſuſpecto c.* 11. *nu.* 11. vbi hoc maximè verum dicit in notorio *facti permanentis*, *quod nulla poteſt tergiuerſatione celari, vt quia illud pars cõfiteatur, aut coram iudice pro Tribunali ſedente*, *& in multorum præſentia ſucceſſerit*, quod valde facit ad caſum noſtrum, maximè quando agitur de ſententia declaratoria excommunicationis latæ iam à iure, vel ab homine ob delictum illud notoriè patratum, quo caſu ſententia non requiritur ad pœnæ impoſitionem, ſed tantum ad eius exequutionem, vt *ibid. nu.* 12. ſubdit idem *Ioannes Iacobus Laurentius* & antea *Abbas in cit. cap. propoſuit n.* 2. *& nu.* 2. vbi ſubdit *nu.* 10. aliam limitationem de facto tranſeunte, & notat *Marcellus Vulpe ſupra cit. nu.* 31. Sed vide, quod dixi circa hãc materiam notorij in terminis appellationis ſup. à *num.* 141. quia idem dicendum de recuſatione, vt dixi ſupra, ſi militat eadem ratio. Vndè id quod dixi de notorio criminoſo, ſcilicèt nõ debere audiri, inteligi debere, vbi nulla in appellatione cauſa rationabilis proclamandi allegaretur, ſecus vbi talem adduceret cauſam, quæ notorium vulneraret, vel obumbraret, etiam poteſt habere locum in recuſatione, quia ſi cauſa rationabilis adduceretur, quæ etiam vulneraret, vel obũbraret notoriũ eſſet admitẽda. Nota ad hoc verba *gl. in d. c. ſuper eo el* 2. § *in cauſis lit. D.* vbi habet hæc verba, *ſicut appellatio, cauſa probabili non expreſſa non admittitur, ſic non expreſſa cauſa probabili recuſationis, ipſa recu-*
194 *ſatio non admittitur*, & ſic nota ꝙ in recuſa-
tione debet allegari cauſa ſpecifica, *Marius Antoninus lib.* 1. *reſolut.* 84. *in principio*, alias poterit ad vlteriora procedere ipſe iudex recuſatus, vt per eundem; latè de hac materia, *Marcellus Vulpe citata ſua praxi cap.* 25.

195 Limitatur quarto in cauſis viſitationum, quia viſitans tanquam ſuſpectus recuſari non poteſt, maximè quãdo viſitat non compilato proceſſu, nec imponens pænam ordinariam; vt poſt alios *Marcellus Vulpe cit. cap.* 25. *n.* 17. vbi refert, quodam Breuæ Sanctiſſimi Pauli V. D. N. ad Epiſcopum Portugallenſem, vbi de conſilio Emenentiſſ. Cardinalium Congregationis S. Concilij, declarat, *Epiſcopũ vel alium, cui legitimè competit, viſitantem, non poſſe vti ſuſpectũ recuſari, non obſtantibus, & c. in contrarium facientibus*, intellige niſi modum exceſſerit. *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegatione* 73. *nu.* 38. Vbi præter Breue ſupra relatum à *Vulpe* refert aliã declarationem S. Cong. in eadem materia alias limitationes vide apud *Lancellottum loco ſupra c.*

196 Cauſæ autem ſuſpicionis multæ ſunt, quæ enumerãtur per *Auſterium in tract. de recuſationibus.* Duodecim cauſas, refert *Ioan. Andr. in cap. legitima de appell. in* 6. Quadraginta cauſas, enumerat *Robertus Maranta in ſuo ſpeculo aureo tit. de appellatione à nu.* 26. *vſque ad* 77. plus dicit *Ioannes Iacobus de Laurentio in tract. de iudice ſuſpecto c.* 4. *ſub num.* 1. *poſt gloſ. & Rotam Romanã*, quòd nẽpè quælibet cauſa ſufficiat ad recuſandum iudicem, intelilige ſi ſit ſufficiens arbitrio boni viri, qui ſi malè arbitrabitur, poteſt appellari, ita poſt *Abbatem in cap. cum ſpeciali nu.* 9. *de appellat. Marcellus Vulpe citato cap.* 25. *num.* 22. Sed vide eundem *Panormitanum in cap. ſecundò requiris ad fin. eo. ti.* quia proponit hoc quæſitũ; vtrum poſſit appellari à ſentẽtia arbitrorum circa ſuſpicionẽ, & remittit ſe ad *cap. legitima de appellat. in* 6. *in cap. ab arbitris de offic. delegati in* 6 in quo vltimo textu, clariſſimè ha-
197 betur, quòd à dicta ſententia arbitrorum datur appellatio, & quòd appellandum ad Papam, quod etiam dixit *gloſ. in c. ſuſpitionis de offic. de leg. verſ. ad quos*, Vnde à pronunciatione ſuper competentia, vel in competentia iudicis Signatura iuſtitiæ committit cauſas appellationum. *Franciſcus Leo p.* 2. *Theſ. fori eccleſ. cap.* 1. *nu.* 63. *qui nu.* 67. idem aſſerit obſeruandum, quando appellatur à reiectione appellationis. *in citato cap. legitima* tractatur de alia appellatione, ſcilicet à breuitate ter-
198 mini aſſignati per Iudicẽ recuſatum, de quare infra, idẽ dicendũ de iure ciuili, quia datur etiam hoc caſu appellatio, textus eſt valdè notabilis, vbi *Bart. in l. finali C. de iudiciis*, & ſũ ſim Pragmaticam in Regno; contrarium ſit ſtatutum, vt eſt videre *pragm.* 11. *ſub tit. de ſuſpicionibus officialium ad finem*, *& habetur per Vincentium de Franchis deciſ.* 404.

199 Quod autẽ dicit *Sbrozzius de officio Vicarij lib.* 3. *cap.* 14. ſcilicèt de ſtylo Signaturæ Vicarios non allegari ſuſpectos, ſed dari illi adiuncti, intelligitur quando recurritur immediatè ad ipſam Signaturam in prima inſtãtia, quia tunc cauſa non auocatur, ſed dantur à ſignatura adiuncti, vt benè *Franciſcus Leo ſupra c. nu.* 68. qui ſubdit, quod ſi magna cauſa ſuſpicionis vrgeret etiam à Signatura ſolet auocari cauſa ab Ordinariis, & etiam in prima inſtantia committere, in Rota eam, attenta quantitate cauſæ.

Aliquas ex dictis cauſis habetis per *gloſam in cap. cauſam, quæ extra de officio iudicis delegati*, vbi in fine ſubdit hos duos verſus. *Quatuor iſta; timor, odium, dilectio, cenſus. Sæpe ſolent, hominum peruertere ſenſus.* Adde cauſam
200 ſuſpicionis eſſe, ſi iudex comminatus fuerit parti, *Abbas in cap. vt dilectus nu.* 32. *ad finem*, quod eſt verum, etiam ſi culpa partis ipſius interuenerit, nam ſufficit ſi adſit cauſa ſuſpitionis, & nihil refert, an culpa iudicis recuſati



Digitized by Google

vel partis recuſantis, *Abbas in cap. dilectus 19. nu. 32. de appellationib.* contrà *gloſam ibidem,* quæ reprehenditur communiter per DD. vt per *Antonium Franciſcum in addit. ad eundem Panorm. in cap. propoſuit eod. titul. de appellat.*
201 item ſi propoſuerit votum ſuum contra recuſantem, *Maſtrill. deciſ. Sicil.* 151. *nu.* 41. *& Camillus de la Ratha conſ. 32. ſub num.* 1. vſque
202 ad quem gradum affinitas, vel conſanguinitas faciat aliquem ſuſpectum, *Panormit. in cap. poſtremò de appellat.*

Et ſi ſuſpicio proponenda ſit coram iudice
203 recuſato, tamen cauſæ ſunt probandæ corã Arbitris iuris, eligendis concorditer à iudice recuſato, & parte recuſante, vt habetur *in c. legitima de appellat. in 6. cum concordantibus,* ſed hoc regulariter non habet locum in cauſis cenſurarum, quia cùm ipſæ cauſæ actitentur coram Vicario generali, vel Auditore Epiſcopi, ſeù alio ab eo delegato; cauſæ ſuſpi-
204 cionis reſpectu iſtorum probari debent coram Epiſcopo; hæc eſt enim differentia inter appellationem, & recuſationem, ait *Ioannes Iacobus Laurentius in tract. de iudice ſuſpecto c. 4. n. 12.* quia & ſi non appelletur à Vicario ad Epiſcopum, tamen quando tractatur de recuſatione Vicarij, recurritur ad Epiſcopum. Et ratio eſt, quia recuſatio Vicarij reſpicit eius perſonam, non autem iuriſdictionẽ, & Epiſcopus cum Vicario facit idẽ tribunal
205 quò ad ea, quæ reſpiciunt iuriſdictionem, non autem quò ad ea, quæ reſpiciunt propriam perſonam, vt proſequitur *Marcellus Vulpe in ſua praxi iudiciali fori eccleſiaſtici c. 25. nu. 18. & ſeq. latius Sbrozius de officio Vicarii lib. 2. c. 16.* vbi de Auditore Epiſcopi, ſeù eius delegato *Sanchez lib. 6. opuſcul. c. 8. dub. 3. n. 27. Barboſ. de pot.* Epi. *alleg. 54. n. 153. ad fin.*
206 Dixi regulariter, quia ſecus eſt primo, quãdo Epiſcopus eſſet à remotis, quia tũc eliguntur arbriti ſecundum formam iuris, & coram ipſis debet probari cauſa ſuſpicionis Vicarij, vt per *Marcellum Vulpe ſuprac. n. 19.* & proſequitur *Ioan. Iacobus Laurentius de iudice ſuſpecto cap. 4. nu. 14.* Quãdo autem dicatur Epiſcopus eſſe à remotis aliàs explicaui. Notanter dixi Vicarij, quia ſi allegaretur ſuſpe-
207 ctus nõ Vicarius, ſed delegatus, ſeu auditor Epiſcopi, vel Vicarius foraneus, ipſo Epiſcopo in remotis agente, cauſa ſuſpicionis proponẽda eſſet coram Vicario Generali, ſicut quando etiam in hoc caſu abſentiæ Epiſcopi. ſi eſſent duo Vicarij Generales in ſolidum, cauſa recuſationis vnius ex ipſis, deberet probari coram alio, vt per *Sbrozzium cit. c. 16. Sanch. lib. 6 opuſc. moral. cap. 8. dub. 3. vbi nu. 25.* Ampliat etiam ſi cauſa commiſſa fuit pluribus in ſolidum, quia nunquam pro hac cauſa recurritur ad Archiepiſc. vt dixi ſup.
208 Secundo quando ipſe Epiſcopus eſt etiam ſuſpectus, quia hoc caſu, obſeruanda eſt forma iuris, *Marcellus Vulpe loco ſuprac. nu. 14.* quia licèt eo ipſo, quod Epiſcopus eſt ſuſpe-
209 ctus ſit etiã ſuſpectus Vicarius (intellige in cauſis, in quibus procedit nomine Epiſcopi, ſiuè vt Vicarius, & ſic Ordinarius, ſiuè vt delegatus, quidquid contrarium firment *Sbrozzius ſuprac. cap. 14. nu. 8. & Marcellus Vulpe ſub num. 15.* vt benè probat *Ioannes Iacobus Laurentius in ſuo tract. de iudice ſuſpecto cap. 4 num. 11.* fauent verba *deciſ. 2. 2. par. diuerſorum in fine* ibi, *vel in Vicario, ab alio, quam ab Ordinario deputato,* vbi ſupponitur, cauſam recuſationis fuiſſe, litem, quam habebat quis cum Epiſcopo, & in ſpecie, quòd ſuſpectus in cognoſcendo, ſit ſuſpectus etiam in delegando maximè, vbi ſuſpicio eſſet ob inimicitiam, vel proprij intereſſe, probat eleganter *Camillus de la Ratha conſ. 32.* Dixi in cauſis, in quibus pcedit nomine Epiſcopi, quia ſecus eſſet
210 ſi procederet tamquam delegatus Summi Pontificis, quidquid *Ioannes Iacobus Laurentius loco ſupracitato* contrarium probet, ita *Sbrozius, & Barboſa ſuprac.*) licèt vt dixi ſuſpecto Episcopo, ſit ſuſpectus Vicarius, vt
211 declaraui. Tamen non è contra ſuſpecto Vicario, erit ſuſpectus ipſe Epiſcopus *Sbrozz. ſuprac. 15. Marcellus Vulpe num. 16.* Nota, quod idem *Ioannes Iacobus Laurentius*, qui contendit, Vicarium Epiſcopi, & ſi procedẽtẽ, vt delegatum S.P. poſſe recuſari ex cauſa, qua redditur ſuſpectus Epiſcopus; Tamen *ibid nu. 10. ad finem.* concedit, hoc non eſſe
212 verum in Vicario Apoſtolico, quia talis nõ eſt in aliquo ſubiectus Epiſcopo, propter quod rationabiliter poſſit trahi in eius ſententiam, & tangit *Sbrozzius cit. cap. 14. nu. 11.*
213 Si tamen talis fuerit Vicarius Capituli, ſede vacante quid faciendum, iam declarauit Sacr. Congregatio, vt poſt *Quarantam, refert Marcellus Vulpe loco ſupracitato nu. 19.* quod ſcilicèt illo recuſato, Capitulum ipſum eligat arbitros ad cognoſcendum de cauſis ſuſpicionum, qui ſi iudicauerint, verè dictum Vicarium eſſe ſuſpectum, ſeu militare cauſas ſuſpicionis, Capitulum alteri committet cauſam, vel cauſas principales.
214 Quando autem fuerit Vicarius Apoſtolicus allegatus ſuſpectus, vt habui in facto, etiã ſeruabitur forma iuris, ſi non fiat recurſus ad Signaturam, quia Epiſcopus hoc caſu non poteſt ſe immiſcere in iuriſdictionalibus. In
215 Vrbe Romæ, neque eliguntur Arbitri, ſed recurritur ad Signaturam iuſtitiæ, *Vulpe loco ſupracitato num. 21.*

Quando autẽ declaratur ab Epiſcopo, cauſam ſuſpicionis in perſonam Vicarij militare, ſeu ab eius confidenti, cui ſolet Epiſcopus delegare cognitionem huius ſuſpicionis, vt ſeruatur in praxi. teſte *Sbrozzio ſuprac. lib. 3.*
216 *cap. 16. n. 8.* debet Epiſcopus alteri cauſam principalem committere, vt ſupra dixi de Capitulo Sede vacante, ſecus autem in caſibus

bus

Digitized by Google

bus, vbi vel Epiſcopus eſt abſens à remotis, vel etiam eſt ſuſpectus, quia tunc facta ſimili declaratione ab Arbitris iuris, cauſa deuoluitur ad ſuperiorem, nempè ſi eſt Epiſcopus, ad Metropolitanum, eſtque vnus de caſibus, in quibus auocatur cauſa ēt in prima inſtantia ab Ordinarijs locorū, fauet textus in *cap. cum ſpeciali* §. 1. *ad finem* ibi, *at ipſa prolata legitimè, de recuſatoris aſſenſu, perſona idonea remittatur negotium, vel ad ſuperiorem tranſmittat*, vbi benè *gloſ. cit.* 1. notat ibi eſſe ſermonē de iudice ordinario, nā probato ſuſpecto iudice delegato, delegans committit cauſam alteri. vide *Panormitanum in cap. ſecundo requiris de appell. & Sanchez loco ſupra. a nu. 34.*

Circa caſum, quem habui in facto, de eo, qui recuſauit vicarium ante quam proferret ſententiam declaratoriam excommunicationis contra ipſum, ex eo, quòd aliàs in ſimili
217 cauſa fuit per eundem, dictus Vicarius allegatus ſuſpectus? Reſpondi cum alijs viris doctiſſimis, dictā cauſam tūc ſuffiſſe ſufficiētem, quādo in dicta ſimili cauſa fuiſſet iam declaratus per Arbitros iuris dictus Vicarius ſuſpe-
218 ctus, quia ſemel declaratus ſuſpectus ſēper & in qualibet cāa erit ſuſpectus, niſi illa cauſa nunc ceſſaſſet, ſecus tñ eſſe, vt ibi cōtingerat, ſi dicta ſuſpicio aliàs allegata, fuit iudicata friuola, & illa non obſtante proceſſum ad declarationem excommunicationis, quia idem eſt, quòd aliquis non ſit allegatus ſuſpectus, & quòd fuerit allegatus talis, ſed non probata cauſa ſuſpicionis, vt ſæpe fit fraudulenter, *vide Portellium in ſuis dubijs regularibus* §. *appellare nu.* 11. & ſupponitur *in pragm.* 11. *de ſuſpicionibus officialium*, ibi, *quando vn giudice è ſtato rimoſſo, &c.*

An autem ſit cauſa ſufficiens ad Vicarium præfatum recuſandum, vt ſuſpectum, ex eo,
219 quia cōtra partē iſtam in alia cauſa ſententiauit, à qua ſententia iſta pars appellauit? Pro negatiua, decidit S. P. in *cap. propoſuit* 24. *de appellationibus*, nempè quòd appellatio non operetur ſuſpicionem iudicis, niſi reſpectu illius cauſæ, in qua fuit appellatum, vt ibi *Abb. nu.* 1. quòd intelligit *gloſa in cap. Paſtoralis* §. *verum, verbo ad tempus de appellat.* finita dicta cauſa appellat: quia putat, quod durante ipſa appellatione poſſit pars eum recuſare.

220 Requiſita circa propoſitionem recuſationis legitimæ, ad hoc, vt ſententia poſteà lata ſit nulla, habetis in *d. dec. 2. par. 2. diuerſorum*, quæ eſt Theat. bonorum die lun. 24. Ianuarij 1525. coram Cantuccio. Primo, quod cauſa propoſita coram recuſato ſit talis, quæ ſi probaretur, eſſet legitima. Secundo, quòd ſit oppoſita ante litem conteſtatam. Tertio, quod ſit propoſita in ſcriptis. Quarto, quod pro parte recuſantis interueniat iuramētum, ſcilicèt non proponere dictā ſuſpicionē ob calūniā, &c. de quo iuramēto *Laur. ſupra c. c. 5. n. 9.* Quinto, quod à decreto iudicis recuſati de procedendo ad vlteriora ſit appellatum in ſcriptis, etiam ſi poſtea non fuit per recuſantem proſequuta appellatio.

Quando ſeruatur forma iuris, quia eligun-
221 guntur Arbitri, poteſt iudex recuſatus præfigere illis terminum, inter quem debeant terminare dictam cauſam ſuſpicionis, quo elapſo ſi non declarauerint illum ſuſpectum, poterit ad vlteriora procedere *d. cap. legitima, & cap. ſuſpicionis, de officio delegati, vbi gloſa in verbo terminum, Franciſcus Leo ſupra cit. p. 2. ſui Theſauri fori Eccleſiaſtici c. 1. num.* 61. late *Sanch. cit. lib. 6. opuſculorum moral. cap. 8. dub. 3 num. 29. qui ibid. dub. 3.* latè tractat articulum illum an Prælatus procedens conra ſubditum regularem poſſit recuſari, vt ſuſpectus.

*De quibuſdam alijs caſibus, in quibus impeditur iuriſdictio ad ferendam cenſuram: ita vt lata cum dictis impedimentis ſit nulla, & inualida.*

PRima concluſio: quando is, qui fert cenſuram ex infirmitate, vel alio accidenti nō
222 habet vſum rationis, cenſetur impedita ad hūc effectū eius iuriſdictio, ita vt cēſura, à tali lata, eſt nulla, & inualida. v. g. iudex eſt amēs, furioſus, dormiens, ebrius, &c. licèt enim in his reperiatur poteſtas habitualis, ſeu in actu primo, tamen non reperitur poteſtas actualis, & in actu ſecundo, quæ neceſſariò requiritur ad ferendam cenſuram, nempè vt agat homo aduertens, & intendens eas ferre. Ita DD. cōmuniter, in ſpecie *Suarez diſp. 2. ſect. 4. num. 9. Sayrus lib. 2. cap. 16. n. 3. 5. & 6.* qui etiam ſubdunt, quod dicta aduertentia requiſita, vt ſupra, debet eſſe aliàs ſufficiens ad pecc. mortale. *Hurtado de cenſuris in communi nu. 23.*

Secunda concluſio: quando quis fert cenſuram abſque voluntate libera, cenſetur impedita eius iuriſdictio, ita vt lata ſit nulla, &
223 inualida. Hæc concluſio eſt certa, quando vi iudex cogeretur ferre cōtra aliquem cenſuram, nam hæc tollit ſimpliciter volūtariū, vt aliàs dixi ſupra *par. 1. recoll. 7. num. 114.* & vbi deeſt voluntas, & intentio ferendi cenſuram, non poteſt eſſe valida, vt infrà ſuo loco *cum de cauſis excuſantibus ab incurſu cenſuræ ab homine*, fauet pro nunc *Panormitanus in cap. præterea el 2. num. 13. de appell.* vbi ait,
224 excommunicationē magis regulari à mente proferentis, quàm à conceptione verborū. Hæc concluſio ſupponitur ab infra citandis authoribus communiter.

225 Difficultas eſt, quando fert quis cenſurā per metum, & ſi cadentem in conſtantem virum, ſibi incuſſum, an hoc caſu etiam cenſeatur impedita eius iuriſdictio, ita quòd ſen-

tem;

Digitized by Google

tentia, ita lata, ſit nulla,& inualida, & licèt
226 communis opinio ſit, quòd hoc caſu iudicāda ſit valida,etſi debeat reſcindi, tum quia, tam iure naturæ,quàm poſitiuo,geſta per metum ſunt valida,niſi in aliquo caſu,contrariũ ſit iure ſtatutum *l. ſi mulier ff. de eo quod metus cauſa*, ſed nullo iure eſt ſtatutum,quòd talis ſententia cenſuræ ſit inualida: ergo. ſi alia requiſita concurrunt, ex hoc capite, talis ſententia non debet iudicari inualida,Tum etiam quia metus non tollit voluntarium ſimpliciter, & per conſequens non excuſat à mortali, vt diximus latè *recoll. 7. ſupracit.* Ita *Abbas in cap. 2. num. 27. de bis quæ vi, metuſue cauſa fiunt. Suar.* qui teſtatur de communi, *diſput. 2. ſect. 5. num. 2. Egidius ConinK diſp. 13. dub. 5. nu. 36. Bonacina diſp. 1. de cenſuris q. 1. p. 11. nu. 12. Hurtado de cenſuris in communi num. 24. Alterius lib. 3 diſp. 9. cap. 1. verſ. nihilominus*, qui reſpondet obiectioni de abſolutione metu extorta, quæ declaratur inualida,& in *cap. vnico de his, quæ vi metuſue cauſa fiunt in* 6. & teſtatur de probabiliori.

Tamen contraria opinio, quòd ſcil cenſura per metum extorta ſit nulla, & inualida,
227 eſt probabilis, quia velle non dicitur, qui per metum vult, cùm vbi non eſt arbitrium liberum, ibi non ſit voluntas, per allegata à *Valenzuola conſ. 74. à nu. 39. vol. 1.* vbi in ſpe-
228 cie, quòd non valeat id, quod fit metu Principum, in terminis illam docent *Vgolin. tab. 1. cap. 2. §. 4. Sayrus lib. 1. cap. 16. num. 9.* nouiſſimè ſequitur *Auendanno de metu lib. 2. cap. 31. num. 171.* fatetur eſſe probabilem hãc ſententiam *Diana t. 5. tract. 9. reſolut. 69.* poſt hæc ſcripta, & lecta viſus, & ſi præter ſuum inſtitutum, contrariæ opinioni rigidiori adhereat, quibus conſentiunt Doctores docentes. per metum geſta, eſſe ipſo iure nulla, vt *Soto lib. 8. de iuſtitia q. 1. ar. 7. ad 3. Carbo de reſtitione q. 46. concluſ. 3. Molina tract. 2. diſp. 326.* Sed meo iudicio hic caſus difficiliter cō-
229 tingere poteſt, quia vel ſtatim ceſsāte metu poteſt iudex actum reuocare, vel interius nō conſentire quò ad obligationem,qui animus ex circumſtātiis metus,poteſt præſumi, quòd ille non interuenerit, vt proſequitur *Suarez loco citato num. 6.* Aduerte quòd eſt opinio *Siluestr. Gouarr.* & aliorum, quos ſequitur *Sarmiento lib. 2. ſelectarum interpretationum cap. 11* (vbi latè tractat,qualis metus ſufficiat ad reſcindendum actum) in ſpecie *num. 6.*
230 docēs, in foro conſcientiæ ſufficere ad reſcindēdum actum, leuiorem metum,cadentem in virum conſtantem, quæ doctrina ſi eſt vera, quis in cōſciētia non ligaretur cenſura lata ab eo, cui fuit illatus metus ille leuior,& ſi habuiſſet animum per illam ligandi, vt ſupra.

Tertia concluſio: dicitur impedita iuriſdi-
231 ctio,quādo à Prælato ſuperiori,eſt prohibitum inferiori, ne ferat cenſuram contra aliquam perſonam, quia ſi ille potuit hoc prohibere, cenſura poſt dictam prohibitionem lata, erit nulla,& inualida, *Suarez ſupra diſp. 2. ſect. 6. Alterius lib. 3. diſp. 4. cap. 2. verſ. quæret tandem aliquis*; hoc impedimentum poteſt etiam reuocari ad caſum nullitatis,quem vocant communiter DD. *contra tenorem priuilegiorum.* De excommunicatione lata à dele-
232 gato contra intentionem delegantis, quòd ſit nulla,& inualida. *Sayrus cit. cap. 16. nu. 15.*

Aliqui inter caſus, in quibus impeditur iuriſdictio, vt ſupra, enumerant, quando in iu-
233 dice deeſt intentio ligandi eum,contra quē illā fert, ſed hic caſus potius ſpectare videtur ad cauſam excuſationis ab incurſu cenſuræ, ideò ad eum locum, hanc materiam remittimus.

### *De tertio caſu, in quo cenſura ſententia eſt nulla, ſcilicet quando fertur in eum, qui non eſt ſubditus.*

Hic caſus vt plenè, & faciliter remaneat dilucidatus, Primo explicandum eſt, qui namque non ſint ſubditi, ita vt non poſſit contra eos Ordinarius ferre ſententiam cenſuræ; Secundo qui nam ſint ſubditi circa eandem materiam, eidem Ordinario, & tādem an contra omnes ſubditos ordinarius ipſe, poſſit ferre ſentētiā cēſuræ, Dixi, *Ordinarius*, nā hic intendo agere de Archiepiſcopo,
234 vel Epiſc.& ſimiles Prælatis,quia de S.P. eſt certũ oēs Chriſtianos eſſe ſibi ſubditos. deueniendo igitur ad primam partē caſus, quæro.

#### *Qui non ſint ſubditi, ita vt contrà eos iudex Ecleſiaſticus non poſſit ferre ſententiam cenſuræ.*

Certum eſt apud omnes authores. Primò, quod quis quauis polleat iuriſdi-
235 ctione eccleſiaſtica, non poſſit erga ſe ipsũ ſententiam ferre cenſuræ; ita habetur per *gl. in can. quoties 1. q. 7. notant Panorm. Silueſter, & alij, quos probat Suarez tom. 5. diſp. 2. ſect. 4. nu. 5.* qui fundatur in ea ratione, quòd cauſa moralis agit ad inſtar agentis naturalis, ſed agens naturale, vt eſt certum apud philoſophos, non agit in ſe ipſum, ergo,&c. Aliam rationem adducit, *Alterius lib. 3. de cenſuris diſ. 10. cap. 5. verſ. hoc poſito*, & eſt, iſta, poteſtas, ferendi cenſuras, vt ſupra dixi, ſpectat ad iuriſdictionem externam coerciuam, ſed iuriſdictio externa coerciua non poteſt exerceri, niſi erga ſubditum, ergo ex defectu poteſtatis, non poteſt quis erga ſe ipſum ferre ſentētiam cenſuræ, cùm idem, non ſit ſibi ipſi ſubditus



Digitized by Google

us, vt patet. Minor probatur ex his, quæ
ɔentur,& docent DD. in *l. digna vox de le-*
*bus*, cùm quærunt, an Princeps ligetur ſuis
gibus? & concludunt, non ligari vi coer-
ıa, ſed benè vi directiua, in ſpecie de Epi-
copo, quòd non poſſit excommunicare
pſum, nec incidat in caſus ſibi reſeruatos.
*zedo in praxi Epiſcopali cap.* 5. *num.* 25. &
s infrà *cum de caſibus reſeruatis* latè *Auila*
*c.* 3. *diſp.* 2. *verſ. ſequitur ſecundo.*
Ampliatur hæc doctrina, vt neque poſſit
s ferre ſententiam cenſuræ in ſuum ſub-
itum, quando ferret illam in propria cau-
probatur, non ſolum ex eo quia, nemo de-
: in propria cauſa iudicare, vt habetur in
*ro, & nigro ff. nemo in ſua cauſa iudicet*, ſed
am, quia vt quis ritè ferat ſententiam, de-
agere cauſam inter ſubditos, & licèt in
cauſa, vnus ſit ſubditus, tamen ipſe ferens
entiam non eſt ſibi ipſi ſubditus. Ita *Sua-*
*loco ſupracitato*, qui benè id limitat, quā-
o Prælatus ferret cēſuram nō per modum
icii, ſed per modum defenſionis, ſeu ad
ſeruationem ſuorum iurium, & nos etiā
*imus ſup. n.* 129. & infra dicem⁹ cū q̄rimus
ɔoc caſu ſit neceſſaria, quòd monitio præ-
at, & tradit *Gregorius in can. inter quære-*
3. *q.* 4. *vbi gloſ.* Extende etiam in eo, qui
ıbet mādatum excommunicandi omnes
entes beneficium, & non ſoluunt procu-
onem, quia ſi proferret dictam ſententiā
ommunicationis in non ſoluētes, vt ſupra
ılam nō incidit ipſe delegatus, ſi non ſol-
'it procurationem. Ita *Sayrus lib.* 1. *cap.* 23.
*finem*. Limita tamen in iudice proferente
ılem ſententiam contra eum, qui ante ip-
ı deliquit, ſeù in iudicio, quod vulgo di-
r apud practicos, fecit notorium, de qua
ıtè *Ioannes Iacobus Laurentius tract. de iu-*
*ſuſpecto cap.* 11. vbi quòd iudex eccleſia-
cus pro iniuria ſibi notoriè illata, appel-
ɔne, ſeu recuſatione non obſtante, poſſit
riantem excommunicare, quia tunc po-
vt exequutor iuris, quàm vt iudex proce
:. Quòd etiā neque Vicarius poſſit eſſe iu-
'n cauſa ſui Epiſcopi, nec etiam eccleſiæ
!piſcopi, probat *Sbrozzius lib.* 3. *de offic.*
*rij quæſt.* 137. *vbi quæſt. ſequenti* quærit
è contrariò Epiſcopus cognoſcere poſſit
auſa ſui Vicarij.
ɔijcies, poteſt quis ſibi ipſi concedere in-
entiā, & quis conſequitur indulgentiam
onceſſam, faciendo opera iniuncta pro
d illam conſequendam, ergò etiam po-
ga ſe ipſum ferre ſententiam cenſuræ.
ſquentia probatur, quia vtraque pote-
ſtat ad poteſtatem Eccleſiaſticæ iuriſ-
is. Reſpondetur adeſſe magnam dif-
tiam inter poteſtatem concedendi in-
tias, & cenſuras ferendi. Nam poteſtas
endi indulgentias ſimpliciter ſpectat
ad poteſtateſtatem iuriſdictionis, & ſic non
requirit iuriſdictionem coerciuam, ſicut re-
quirit poteſtas ferendi cenſuras, quæ poteſtas
iuriſdictionis coerciuæ, vt dixi, non poteſt
exerceri, niſi erga ſubitum, ita *D. Thomas in*
*4. diſt.* 18. *q.* 2. *ar.* 3. *Alterius lib.* 3. *diſp.* 10. *c.* 5.
*verſ. ſed occurrit*. Scio, *Durandum, & Silueſt.*
*verbo indulgentia nu.* 3. docere, quòd conce-
246 dere indulgentias non ſit actus iuriſdictio-
nis, ſed mera diſpenſatio theſauri eccleſiæ
pro ſoluendis pœnis, tamen in contrarium eſt
communis opinio, vt ſupponimus ex noſtro
*tractatu de iubileo*, quod ſcil. ſit actus iuriſdi-
ctionis, & ſic ſpectet ad poteſtatem iuriſdi-
ctionis fauorabilis, non autem punitiuæ, &
coerciuæ, videte *Alterium ſuprac. loco.*

247 Obijcies ſecundo, in Capitulo Prouincia-
li religioſorum, vel Generali, ſi feratur ſentē-
tia excommunicationis contra religioſos, ali-
quid committentes, vel omittentes, certum
eſt, illam incurrere illos religioſos, qui inter-
fuerunt capitulo generali, ſi commiſerint, vel
omiſerint id tale prohibitum, ergo poteſt
quis ferre cenſuram in ſe ipſum. Reſponde-
tur, poteſtatem ferendi cenſuras competere
illis de congregatione, vel collegio, non vt ſin
gulis, ſed vt vniuerſis, & ſic vt perſonę fictæ,
ideo ſinguli, & particulares perſonæ, obligā-
tur decretis, & cenſuris latis in dicto colle-
gio, & capitulo, quòd non ſolum eſt verum
poſt Capitulum, ſiuè Prouinciale, ſiuè Gene-
rale completū; ſed etiam durante ipſo capi-
tulo, vnde poteſt Capitulum, excommunica-
tionem, vel aliam cenſuram ferre contra ca-
pitulares, qui oſtendunt ſchædulas. Ita *Suar.*
*cit. ſect.* 4. *nu.* 6. tangit *Lezana par. ſumma qq.*
*Regul. c.* 12. *ſub nu.* 6.

248 Ex quibus infertur, Epiſcopum, & quem-
cunque Prælatum non incurrere excommu
nicationem à ſe latam contra furantes, luden
249 tes, &c. ſi ipſe furetur, vel ludat, cū in gene-
rali ſermone non intelligatur perſona loquē-
tis: ita poſt *Hoſtienſem, & Felinum, Silueſter*
*excommunicatio* 1. *num.* 8. *Nau. cap.* 27. *num.* 6.
*Soto in* 4. *diſt.* 22. *q.* 2. *art.* 2. *Floronus de caſibus*
*reſeruatis p.* 1. *cap.* 3. §. 1. *nu.* 7. *Alzedus in ſua*
*ſua praxi Epiſcopali c.* 5. *nu.* 125. Dixi *a ſe latā.*
Primo, quia eſt certum, quòd ſi tantum ipſe
250 fuerit denunciator dictæ excommunicatio-
nis, quæ ferebatur iam per Summum Ponti-
ficem, vel Metropolitanum, illam excommu
nicationē ludēdo, vel furando, eū incurrere
*Nau. loco ſuprac. Sayrus lib.* 1. *de cenſuris cap.* 5
*ſub nu.* 22. *& lib.* 3. *clauis Regia cap.* 4. *num.* 7.
*Bonacina diſp.* 1. *q.* 1. *pun.* 4. *num.* 13. Secundò,
251 quia aliqui concedunt, talem Epiſcopum
ludentem, vel furantem cum aliis, incurrere
non ſolum excommunicationem minorem,
ſed ēt excommunicationē maiorem latam à
iure contra communicantes cum excommu
nicato in crimine criminoſo; ita de excom-

mu-

252 municatione minori, quòd ſcilicèt eam in-
currat Prælatus communicando etiam cum
excommunicato à ſeipſo *Sayrus lib. 2. de*
*cenſuris cap. 15. nu 10.* teſtatur de communi,
*Auila p. 2. cap 6. diſp. 9. dub. 1.* Et de excommu
nicatione maiori ratione communicationis
in crimine criminoſo *Sayrus ſupr. citato nu.*
*19. Alterius lib. 3. diſp. 10. cap. 5. verſ. ad hanc*
*obiectionem, in fine.* Cuius opinionis veritatē,
nō curo hic via diſputationis, inquirere, cū id
rarò, vel nunquam poſſit contingere in fa-
253 cto, tum quia ad hoc, vt Epiſcopus incurre-
ret dictas excommunicationes non ſolum
requiritur, vt qui cū eo luſerit, aliàs luſiſſet,
per quem ludum iam incurriſſet excōmuni-
tionē; ſed etiam quòd de tali excommunica-
tione talis fuerit denunciatus, vt de excōmu-
nicarione minori, eſt certum ex *infra dicendis*
*recoll ſequenti,* & de excommunicatione ma
iori ob communicationem in crimine cri-
minoſo etiam, vt ibidē quoque probabimus,
& pro nunc videre poteritis, *Auilam 2. par. c.*
*6. diſp. 10. dub. 3.* Tum etiam quia & ſi *Sayrus*
*lib. 1. Clauis Regis cap. 4. ſub num 67. Alterius*
*loco ſupr. c. Graff. par. 1. deciſ. lib. 2. cap. 96. n. 15.*
*& noſter P. Naldus verbo excommunicatio nu.*
254 10. Eius ſint opinionis, quòd ludentes cum
dicto Prælato, qui tulit dictam excommu-
nicationem, illam incurrant, quia vt ipſi aiūt
255 nōn eſt abſurdum, quòd in actu indiuiduo,
& inſeparabili vnus peccet, & alius non, vnus
puniatur, & alius non, tñ eā opinionē nunquā
mihi perſuadere potui, ex eo, quia, vt poſt *Pa-*
*normitanum,* dixi *ſupra ſub num.* 248. ad incur-
256 rendam cenſuram non ſufficit ſi quis cōmit
tat id, quod prohibitū ſub ea pęna reperitur,
ſed ēt requiritur, quòd fuerit intentio, & volū
tas, illam ferentis, comprehendere eum in
257 dicta cenſura, cùm excommunicatio totū
robur ſuum accipiat ex voluntate excommu
nicantis *cap. cum voluntate de ſententia excom-*
*municationis,* & notant *Sayrus lib. 1 de cenſuris*
*cap. 16. nu. 7 Lazarus de monitoriis ſect. 2. q. 2.*
*num 3. Riccius p. 1. praxis deciſ.* 276. ſed nullo
258 modo poteſt præſumi, quòd Prælatus feren
do ſimilem excommunicationem, voluerit
comprehendere ſecum ludentem, quia etiā
259 nemo præſumi debet velle ſe inijcere in pe
riculum peccandi eo caſu, in quo nullum
poteſt eſſe peccatum, ergo. Quòd Prælatus
volendo comprehendere ſecum ludentem,
vellet etiam ſe inijcere in periculum peccan-
di ob cooperationem peccati ſecum luden-
tis, & incurrendi excommunicationem, vel
minorē, vel ēt maioris rōne cōmunicationis
in crimine criminoſo, patet ex ſupra relatis
opinionibus, & magis patebit infra *recoll. ſeq.*
Accedat quòd *Sayrus cit. lib. 3. clauis Regia*
*cap. 4. num. 6.* ſubdit, hoc debere intelligi, vbi
Epiſcopus ſimpliciter ludit, non autem quan-
do tolleret, aut effectum ſuæ excommunica-
260 tionis ſuſpenderet, quod ſupponimus, poſſe
eum facere, ante quam quis incurrat excom-
municationem, ſua voluntate, vt dixi, ſcil. de-
clarando, nolle eum in illa comprehendere,
ſed eò ipſo, quòd dictus Epiſcopus ludit cum
alio, dico ego, cenſeri debet, illum voluiſſe
tollere, & ſuſpendere dictum effectum, ſeu
obligationem ſuæ ſententiæ, ergò; quod ga-
uiſus ſum poſtea reperiſſe apud *Barboſam al-*
*legatione 93. de officio, & poteſtate Epiſcopi nu.*
27. qui refert *num. ſequenti.* ſic etiam do-
cuiſſe *Riccium par. 1. praxis reſ.* 162. Quod
etiam confirmare poſſum ex duabus doctri-
nis; prima eſt *Suar. lib. 6. de legibus cap. . nu. 8.*
*& ſequentibus,* vbi ſupponit, vt certum, quòd
261 Epiſcopus poſſit diſpēſare in lege ſua etiam
ſynodali, de qua re *Barboſa alleg. 34. de poteſt.*
*Epiſcopi, Alterius lib. 3. diſp. 10. cap. 5. verſ. Ad.*
*cap. Placuit in fine,* Secunda eſt *Sayri ſupra c.*
262 *num. 8. ad finem,* vbi firmat, Epiſcopum con-
trahentem cum aliquo contrà ſuum ſtatutū,
cenſere illi concedere licentiam, ſi igitur lu-
dens cum ipſo Epiſcopo non incurrit cenſu-
ram, ergo neque ipſe Epiſcopus incurrit ali-
quā aliā excōmunicationē ludendo cum eo.
Nota hac occaſione S. *Congreg.* declaraſſe
apud *Gauantum in Manuali Epiſcoporum ver*
*bo excommunicatio num.* 37. non debere Epi-
263 ſcopum ferre excommunicationem con-
tra ludentes, vel ludere ſpectantes. vndè ali-
quibus in Diœceſibus vidi impoſitam ſuſpen-
ſionem contrà clericos ludentes, vel ludere
ſpectantes.
Quòd ēt ludens cū ipſo Epiſcopo nō incur
264 rat caſum reſeruatū de ludente certo ludo
infrà cum de caſibus reſeruatis, quidquid di-
cat *Floronus p. 1. c. 3. nu. 1. ad finem.*
Secundo eſt certum, quòd neque ſubditus
dicitur alteri, qui illi eſt equalis in iuririſdi-
265 ctione, ita vt poſſit ab eo ſententia cenſuræ
ligari, ratio eſt clara, nam iſta duo ſunt con-
tradictoria, quòd quis ſit æqualis, & quod ſit
ſubditus in hac materia iuriſdictionis, iuxta
266 regulam vulgatam; par in parem nō habet
imperium *cap. innotuit de elect. cum concordā-*
*tibus,* Dixi, ab eo cenſura legari, quia non
prohibetur aliquis denunciare cenſuram cō-
267 tra equalem, ac etiam ſuperiorem ex com-
miſſione illius, qui eſt ſuperior reſpectu
vtriuſque *Auila par. 2. cap. 3. diſp. 1, dub. 7. cō-*
*cluſ. 1.*
Ex quo ſequitur, ſuppoſito, poſſe Epiſcopū
268 conſtituere plures Vicarios generales, vt
per *Sbrozzium de officio Vicarij lib. 1. q. 50.* vbi
idem dicit de Capitulo ſede vacante, & Vica-
rijs foraneis, qui ibidem *quæſt. 61.* ſubdit, hoc
269 caſu ſemper quēlibet ex dictis Vicariis poſ-
ſe procedere ſeparatim, cùm etſi ſint conſti-
tuti inſolidum, tamē non per hoc deſinant,
quin non ſint Ordinarij, quod etiā declarat
cum probabiliori opinione, procedere in Vi-
carijs

Digitized by Google

cariis generalibus, vt ſuprà conſtitutis in ſolio lidum, non autem in Vicarijs foraneis, & q.62. declarat, pluribus Vicarijs Generalibus creatis, quis præferēdus alteri, itē vnū ex iſtis Vicarijs, non poſſe excommunicare alium i Vicarium Generalem, quando ambo ſunt conſtituti in ſolidum, quia faciunt etiam vnum tribunal, ſicut faciunt cum Epiſcopo, vt per eundem *Sbrozzium ibid. lib. 3. cap. 16. num. 5.* vt etiam de duobus Prælatis habentibus æqualem iuriſdictionem in eod. loco, docet *Alterius lib. 3. diſp. 10. cap. 1. verſ. pro ſolutione*. Dixi Generalem, quia poterit excommunicare Vicarium foraneum, cùm ſit illi ſubditus idem *Sbrozzius lib. 2. q. 62. nu. 5.*

Sequitur ſecundo eadem ratione, quam proximè tetigi; neq; Epiſcopum poſſe excōmunicare Vicarium, vel Vicarios generales in ſolidum à ſe conſtitutos, nam quò ad iuriſdictionem, & illa, quæ ratione officij poteſt exercere, non dicitur ſubditus Epiſcopo, ideò illum non poteſt punire, vt latè probat idem *Sbrozz. cit. lib. 3. q. 57.* Vndè quando Vicarius non vult obedire, puta vbi Epiſcopus auocaret ab eo aliquam cauſam, non poteſt eum excommunicare, ſed benè poterit eum ob officio amouere, cùm ad beneplacitum Epiſcopi duret eius officium, *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi alleg. 54. num. 170.* idem etiā dicendum de Vicario Capituli ſede vacante *Ricciuſ par. 3. praxis reſol. 527. Barboſa citata allegatione 54. nu. 170.* Subdit *Sbrozz. cit. q. 57.* quòd tali caſu, dictus Vicarius debet puniri ab Archiepiſcopo, & clarius *lib. 2. q. 59. nu. 1. & 6.* ibi, *Vicarius quando peccaret in his, quæ ſunt iuriſdictionis poterit excommunicari ab Archiepiſcopo*, ſed hoc caſu eſt etiam neceſſaria cauſa rationabilis, vt infrà ſuo loco.

Dixi, quòd Vicarius generalis non poſſit excommunicari ab Epiſcopo, vbi deliquit in materia iuriſdictionis, quia ſecus eſt ſi delinqueret non vt Vicarius, ſed vt perſona priuata, vt per *Sbrozzium lib. 3. q. 57. num. 8.* ex qua doctrina infertur, dictum Vicarium incidere in cenſuram latam ab Epiſcopo contrà ludentes, vel quid ſimile facientes, quia hæc pertinent ad rem priuatam, & non ad iuriſdictionem, vt de caſibus reſeruatis, dicemus *infra ſuo loco*. Notanter addidi ly *in rigore*, quia forſitan ex coniecturata mente Epiſcopi ipſe poſſet non incurrere, ac etiam, quia ſæpe ſæpius ipſe Vicarius nomine Epiſcopi ſolet dictas ſententias generales ferre, ac conſtitutiones ſynodales condere, vel ipſe Epiſcopus eſt à remotis, ideſt vltra montes, *Barboſa de officio Epiſcopi allegat. 54. num. 58.* Coniectura autem magna, meo iudicio erit, quòd Vicarius non comprehēdatur in dictis legibus, ſi ei ſit tributa ab Epiſcopo ſpecialiter facultas abſoluendi à dictis cenſuris, vel caſibus reſeruatis ab Epiſcopo, & ſi aliqui velint, dictā facultatē ſolum efficere, quòd ipſe Vicarius, valeat abſolui per confeſſarium à ſe electum, vt infrà latius *cum de caſibus reſeruatis, dicam*.

276 Sed quid de alio Epiſcopo commorante in alieno Epiſcopatu vtrum ratione delicti, quod committit in iſto Epiſcopatu, poſſit excommunicari, vel alia cenſura multari ab iſto Epiſcopo, vel etiam ligetur illæ talis cenſuris latis ab iſto per viam conſtitutionis præſuppoſito, quòd verba conſtitutionis poſſint ad ipſum Epiſcopum extendi, & ipſe in eis cōprehendi poſſit, vt dicam infrà ſub *num. 286.* Ratio dubitandi pro affirmatiua, quòd ſcil. iſte Epiſcopus poſſit cenſura multari, & de facto ligetur cenſuris latis ab Epiſcopo Diæceceſano, vel alio Prælato inferiori, eſt, quia licèt iſti ſint æquales in dignitate, tamen non ſunt æquales in iuriſdictione in iſto loco, ſed iſte eſt ſubditus illi ratione delicti vndè ita docuit *Abbas in cap. ſanè el ſecundo de off. delegati, & cap. 1. de raptoribus in fine*, & probat latè *Alterius lib. 3. diſp. 10. cap. 5. verſ. 2 dicendum eſt*, vbi idem dicit de Archiepiſcopo, qui tamen non ſit ſuus Metropolitanus, eſſe communem hanc opinionem teſtatur poſt alios *Ioannes Iacob. Laurentius loc. infrac.* Contrariam opinionem in vtroque caſu, probat *Megalius par. 3. ſuæ inſtit. peregrinæ lib. 1. cap. 3. nu. 30.* exemplificans in cenſura lata cōtra clericos ludentes certo ludo, quo exēplo etiam vtitur *Ioannes Iacobus Laurentius, loco infra citando*, ex eo, quòd ſemper ad incurrēdam excommunicationem, vel aliam cenſuram ſiuè per ſententiam particularem, ſiuè per ſententiam generalem requiratur contumacia, & Epiſcopus, & ſi in alieno territorio delinquens, non poteſt eſſe contumax, cum ſit exemptus à iuriſdictione Epiſcopi. Idem videtur docere *Suarez lib. 3. de legibus cap. 33. ſub num. 10.* vbi poſt relatam contrariam ſententiam, ſubdit hæc verba. *Hoc autem procedit ſecundum ordinarium ius, & niſi perſona ratione talis dignitatis ſit exempta, nam hac ratione, vnus Epiſcopus non poteſt ab alio puniri.* Hanc ſententiam poſt *Riccium p. 1. praxis reſol. 211.* probat *Barboſa ſupracitata allegatione 93. num. 28.* in ſpecie, quòd Epiſcopus, vel Archiepiſcopus loquens cum monialibus in alieno Epiſcopatu, in quo lata eſt excommunicatio contra alloquentes cum monialibus non incurrat cenſuram, latam ibi, contrà al-
277 loquentes cum Monialibus *Graffius lib. 2. de quinque caſibus cap. 5. num. 27. Riccius p. 2. praxis reſol. 319.* qui *Graffius*, etiam loquitur de Cardinali, ſequitur etiam hāc opinionem *Ioannes Iacobus de Laurentio in tract. de iudice ſuſpecto c. 4. num. 34. ad finem*, *quia*, inquit, *ex ſacri Conſilij Tridentini diſpoſitione, ſolum Papam de Epiſcoporum criminibus cognoſcere, & iudicare, vt in ſeſſ. 24 cap. 5. de reform. paulò*



Digitized by Google

*antè meminimus, illa attenta, præfatis circumſcriptis vbicumque, & qualitercumque delinquant Epiſcopi, ſolum Papam de illorum criminibus cognitionem habere, eſt omnino manifeſtũ.* quod eſt idem, ac ſi clarius diceret, ex quo ſit in S. Concilio Trident. S. Pontifici reſeruata cognitio cauſarum criminalium maiorum Epiſcoporum, & cauſarum criminalium minorum cognitio ibid. reſeruetur Cōc. Prouinciali (de qua re vide *Barboſam alleg.* 112.) ipſi ſunt exempti ab Ordinarijs locorum, & per conſequens non fiunt ſubditi ratione delicti, quod habere locum etiam in Epiſcopis titu-
277 laribus, non dubito, nam & ipſi eodem mopo ſunt exempti, & immediatè S.P. ſubiecti, cùm verè ſint Epiſcopi, vt latè probat *Alzedus in ſua Praxi Epiſcopali p.* 1. *c.* 3. *nu.* 47. *& p.* 2. *c.* 1. *nu.* 4. His tamen non obſtantibus maximè reſpectu ſecundæ partis quæſiti, an ſcilicèt aliquis Epiſcopus ligetur cenſuris latis in eo Epiſcopatu, vbi reperitur habere domicilium, quò ad forum exterius Contrarium reperio nuper declaratum à S. Congregatio-
278 ne Concilij in illa Barenſi 20. Maij 1627. quam refert *Nouarius in ſua ſumma Bullar. cum de clauſura, & acceſſu Regular: & c. poſt* 10. his verbis, *Perilluſtris, ac Reuerendiſſime Domine, vti frater. Nomine amplitudinis tuæ petitum fuit ab Illuſtriſſimis* Patribus, *Concilij Tridentini decreta interpretantibus, declarari an Prior Eccleſiæ* Collegiata, *&c. quamuis Epiſcopus; poſſit pro tuitione iuriſdictionis Archiepiſcopalis, in caſibus à S. Rota Romana Auditorio reſolutis ſeruatis ſeruandis excommunicari, & an eidem Priori permiſſum ſit ad* Monaſterium *Monialium iſtius Ciuitatis accedere, abſq; amplitudinis tuæ licentia, & abſque eo, quòd incurrat in cēſuras in edicto deſuper publicato cōtentas. Sacra Congregatio licèt cenſeret, Amplitudini tuæ licere* Dominum *Priorem* Barenſē, *excommunicare autoritate tua ordinaria, illumque edicto contrauenientem, pœnis in eo cōtentis ſubiacere, attamen tutius eſſe putauit, etiam Sanctiſſimo Domino Noſtro annuente, vt Amplitudo tua tamquam ſedis Apoſtolicæ delegata contra dictum Priorem in caſibus ſupra expreſſis procedas, &c.* De Epiſcopis, qui renun-
279 ciauerunt loco, & dignitati, licèt in rigore ſint ſubditi Epiſcopi, vbi habent domiciliũ, ſicuti alij Eccleſiaſtici *c. ad ſupplicationem extra de renunciatione,* non tamen poteſt Epiſcopus Diœceſanus eum deponere ob memoriã priſtinæ dignitatis, *Sayrus lib.* 5. *de cenſuris c.* 20. *ſub nu.* 19. de iſtorum materia vide *Alzedũ ſupra cap.* 3. *num.* 11. *& ſeq.* Nota hac occaſione aliam declarationem relatam à *Barboſa in collect. Bullar. & decretorum verbo ſubcollecto-*
280 *rum*, quæ cantat, vt ſequitur *Subcollector eſſe exemptus a iuriſdictione Ordinarij, tamen ſi loquatur cum monialibus abſque licentia, poteſt excommunicari. Item poteſt Ordinarius de eius delicto notorio capi facere informationem, ad effectum tranſmittendi illam ſuis ſuperioribus in Hypporegien.* 13. *Maij* 1628.

Tertio eſt magis certum, quòd maior in iuriſdictione non eſt ſubditus habenti minorem iuriſdictionem, nam iuriſdictio deſcendit, & non aſcendit *cap. debitum de baptiſmo,* Ex quo ſequitur primo, Papam non
281 poſſe ligari cenſuris, quia nullum in terris habet ſuperiorem *cap. nemo, cap. aliorum hominum cap. cuncta per mundum* 9. *q.* 3. & abſolutè eſt ſupra Concil. ita vt neque illius ſententiæ coerciuæ ſe poſſit ſubijcere, quod do-
282 gma tanquam de fide, optimè defendit *Bellarm. lib.* 2. *de concilijs à cap.* 14. nec obſtat communis opinio, quæ docet, Papam ob peccatũ hæreſis poſſe deponi, nam reſpondetur id nō eſſe intelligēdum in ſenſu compoſito, quaſi
283 quòd Papa remanens Papa poſſit à Concilio iudicari, ſed benè in ſenſu diuiſo, ideſt, quòd ille, qui erat Pontifex, à Deo tamen priuatus per manifeſtam hereſim, per Conciliũ depoſitus à Pontificatu declaretur, vt ex ſententia omnium Patrum, docet idem *Bellarm. lib.* 2. *de Romano Pontifice c.* 30.

284 Amplia vt nec Papa poſſit alteri committere facultatem, vt ipſum excommunicet, ſicuti enim nemo poteſt ſeipſum excommunicare, ita tanto magis Papa, *Auila de cenſuris par.* 2. *cap.* 3. *diſp.* 2. *dub.* 7. *verſ. ex dictis ſequitur.*

285 Sequitur ſecundo, quòd Archiepiſcopus Metropolitanus, in ſui ſuffraganei Diæceſi delinquens, non poteſt ab ipſo Epiſcopo ſuffraganeo puniri, ita *Baldus poſt Innocentium in c. cum inferior de maioritate, & obedientia,* cum alijs allegatis per *Ioannem Iacobum Laurentiam tract. de iudice ſuſpecto cap.* 4. *num.* 34. *in principio,* & per conſequens ſi ludat ibi, aut loquatur cum monialibus non incurrit cenſuras latas contra clericos certo ludo ludentes, vel loquẽtes cum monialibus, ita contra *Archidiaconum, Alterius lib.* 3. *diſp.* 10. *cap.* 5. *verſ. hoc poſito,* vocans opinionem *Archidiaconi* falſam, *Graffius cit. lib.* 2. *de caſibus reſeruatis cap.* 5. *nu.* 27. quia quando in ſui ſuffraganei Diæceſi deliquit, infra terminos ſuæ iuriſdictionis cenſetur delinquere.

Aduerte circa ea, quæ dixi ſupra, circa illã quæſtionem, an Epiſcopus, qui reperitur in alieno Epiſcopatu incurrat cenſuras ibi latas per conſtitutiones, &c. Primò quòd ad hoc, vt Epiſcopus, vel Archiepiſcopus in illis comprehendatur, debent eſſe verba cōſtitutionis
286 apta eum comprehendere, vnde non ſufficeret ſi conſtitutio loqueretur de clericis ſimpliciter, nam licèt priuilegium conceſſum clericis comprehendat omnes cuiuſcumque dignitatis ſint, aut ordinis, & etiam Epiſcopos, quia dictum verbum deriuatur à verbo greco *cleros,* quod ſignificant electum ad Dei

ſer-

Digitized by Google

87 ſeruitium, tamen ſtrictâ ſignificatione,& in materia odioſa non comprehenditur appellatione clericorum ipſe Epiſcopus, nec exiſtens in dignitate, nec etiam Canonicus Eccleſiæ Cathedralis, quia in eis eſt qualitas nõ reperta in aliis *Abb. in rub de vita, & hon. cler. & in c. ſi quis de cohabitat. cler. & mulierũ*, idẽ dicerẽ ſi cõſtitutio loqueretur de ſacerdote, vt exẽplificat *Alterius ct. c. 5. verſ. & dicẽdũ eſt*, quia Epiſcopus nõ dicitur ſacerdos ſimpliciter, ſed ſummus ſacerdos, vt probat *Alzed in ſua praxi Epiſcopali lib. 1. cap. 9. num. 7.* qui cũ etiam ibi *cap. praec. num.* 42. probet, Epiſcopatum iure diuino maiorem eſſe præsbiteratu, ſequitur, quòd aſſertio vera ſit, & ſi constitutio cantaret, de nullo presbitero. vnde conſtitutio debet loqui magis generaliter,ad hoc, vt illi comprehendantur,nempè addẽdo hæc alia verba, *quauis dignitate fulgeant*, vel ſimilia. Secundò aduerte, quòd Epiſcopi, & Archiepiſcopi, item etiã Cardinales licèt ſecundum communem ſententiam, ligentur excommunicatione generaliter lata in iure, non tamen ligantur ſuſpenſione, vel interdicto eodem modo generaliter in iure,ſeù per conſtitutiones Pontificias, latis. *cap. quia periculoſum, vbi gloſa de ſententia excommunicationis in 6. Alterius lib. 3. diſp. 10. cap. 5. verſ. ſed quæri poteſt, Vgolinus tab. 1. de cenſuris cap. 17. §. 6. nu. 10. & 12. Salas de legibus diſp. 11. ſeſſ. 14. Auila par. 2. cap. 5. diſp. 1. dub. 1. & p. 3. diſp. 4. dub. 2. & par. 5. diſp. 1. dub. 6. & diſp. 9. dub. etiam 6. poſt Nau. cap. 27. num. 161. cum aliis allegatis per Barboſam de off. & poteſt. Epiſcopi alleg.* 111. *in principio*, vbi ponit per extenſum omnes ſuſpenſiones iuris, quas incurrere poſſunt ipſi Epiſcopi, vel Archiepiſcopi. Affert rationem differentiæ, *Alter. loc. ſuprac.* quare ad excõmunicationẽ Summus Pontifex noluit hoc priuilegium extendi, vt oſtenderet, inquit ipſe, grauitatem excommunicationis, quæ non fertur à iure, vel ab homine, niſi pro ſummo delicto, aduerſus quod nemo mereatur ſe tueri clipeo alicuius priuilegij; ex qua rõne, ne quæso colligas, quòd dicta opinio communis, habeat locum nõ ſolum in excommunicatione à iure, ſed etiam ab homine per ſententiam generalem, licèt non ſit lata per S. Pontificẽ quia non eſſet conſonũ dictis à nobis *ſup. n.* 86. hoc. n. caſu excõmunicationis ab hoĩe, putamus, eſſe neceſſaria verba apta cõprehẽdere dictas perſonas, quæ vtique non ſunt neceſſaria in conſtitutione Sum. Pontificis, & iure à SS. Põtificibus, procedente. An autem par à pari, & ſuperior ab inferiori poſſit, ita ſe ſubijcere, vt ille iſtum poſſit cenſuris multare tangit *Reginaldus lib. 9. num.* 144 *ad finem*, qui reſpondet affirmatiuè, excipit tamen non ſolum Papam, ſed etiam alios, qui ſunt exempti non ratione perſonæ, ſed ſtatus, vt ibi per eũ.

*Qui ſint ſubditi, contrà quos poſſit iudex eccleſiaſticus ferre ſententiam cenſuræ.*

CVm in ſuperiori quæſito concluſum fuit, neque ſeipſum, neque equalem, aut ſuperiorem eſſe ſubditum, in quem poſſit iudex Eccleſiaſticus ferre ſententiam cenſuræ, ſequitur, quòd ſubditi ad hunc effectũ ſint omnes inferiores, qui vt etiam dixi eodẽ loco, poſſunt eſſe inferiores, vel ratione iuriſdictionis, quia v. g. habent minorem iuriſdictionem reſpectu alterius, vel ratione ſubiectionis ſimpliciter. Et quoniam inferiores ratione iuriſdictionis dicuntur Suffraganei reſpectu Metropolitani, vt habetur in *can. inferior diſt.* 21. vbi quòd ſuffraganei nõ poſſint deponere ſuum Patriarcham. ideo quæro.

*Quinam ſint ſubditi reſpectu Metropolitani, vt ab eo poſſint cenſuris affici.*

IN hac materia eſt prima difficultas, vtrum cenſura lata ab Archiepiſcopo, vel
292 alio Metropolitano comprehendat ſuffraganeos, ideſt ſubditos Epiſcoporum ſuffraganeorum, vel tantum Diæceſanos ſuos? *Geminianus in cap. Romana de ſententia excommunicationis in 6. & Couarr. in cap. alma* §. 10. *n.* 3. vbi teſtatur de communi. Reſpondent, diſtinguendo hoc modo, vel excommunicatio fertur per ſtatutum, & comprehendit etiam ſuffraganeos, vel fertur per ſententiam, & cõprehẽdit tãtum Diæceſanos. Contrarium autem, quòd vtroque modo lata cenſura nõ comprehendat ſuffraganeos, niſi ſtatutum fuerit factum in Concilio Prouinciali, nam Archiepiſcopus non habet iuriſdictionem ordinariam in ſuffraganeos, niſi in caſibus à iure expreſſis *cap. 1. de foro competenti in 6. vt per Quarantam verbo Archiepiſcopi authoritas num.* 10. Adde vel ſimilibus *Praxis Archiep. Neap. cap. 71. num.* 6. hoc eſſe periculoſum aſſerere, poſt alios dixit *Barboſa par. 1. de pot. Epiſc. tit. 4. nu.* 2. qui benè poſt *Seacciam*, concludit, hodie nõ habere iuriſdictionem erga ipſos, exceptis cauſis appellat: niſi etiam accedat conſenſus Epiſcoporum ſuffraganeorũ, & in terminis notat *Auila par. 2. cap. 3. diſp. 2. dub. 6.* ſic etiam intellige *Reginaldum lib. 9. ſua Praxis nu. 143. ad finem* quando ait, quòd Metropolitanus nequit excõmunicare ſubditos ſuffraganei ſui, quia in illos, exceptis quibuſdam caſibus, nullam habet poteſtatem, *concordat Megalius 3. p. lib. 1. c. 3. nu.* 20.

Secunda difficultas eſt, an Archiepiſcopus vel eius Vicarius habeat iuriſdictionem, in
293 Vicarios, & officiales Epiſcoporum ſuffraganeorum, ita vt poſſit contra eos ferre ſententiam cenſuræ? *Sbrozzius lib. 3. de officio Vicarij quæſtione 59. numero quinto Barboſa*



Digitized by Google

*boſa ſup.n.*19.Reſp.præfatos in Vicariū ſuffra-
ganei poſſe exercere eccleſiaſticam cenſurā,
quādo peccaret in his, quæ ſunt iuriſdictionis,
dāt exemplum, quando Vicarius impediret
cauſam appellationis ad ipſum Archiepi-
ſcopum delatam, vel vteretur iuriſdictione
Epiſcopi excommunicati, aut nō ſeruaret ſe-
dis Apoſtolicæ priuilegia, vel eſſet crimino-
ſus, & incorrigibilis. Adde ſi proferat ſen-
tentiam per gratiam, vel ſordes, ſi excommu
nicet ſine ſcriptis, & abſque trina monitio-
ne *Praxis Archiepiſc. Neap.cap.*71.*nu.*2. Qui
*Sbrozzius ſup.nu.*1. *verſ. & ideò.*expreſſè do-
cet *ex text.in cap. Romana* § *fin. & ibi DD.de*
*foro competenti in* 6. non poſſe Archiepiſco-
294 pum in illū exercere cenſuram, eo quia vo-
catus, quærelantibus coram ſe, reſpondere
recuſet, de qua re habetis declarationem,
quam poſt *Campanilem retuli ſupra par.* 2. *re-*
*coll.*4.*nu.*15 quòd ſcilicèt Archiepiſcopus nō
poſſit ſuſpendere Epiſcopum ſuffraganem,
nec citare eius Vicarium ad perſonaliter cō
parendum, at eum declarare excommunica-
tum, & clarius apud *Barboſam de officio, &*
*poteſtate Epiſcopi alleg.*54.*nu.*183. in vltima
295 impreſſione habetis, quòd Metropolitanus
poteſt multare Vicarium ſuffraganei cenſu-
ris, ex eo, quod noluerit admittere appella-
tionem ad eum legitimè factā, vel aliàs ſpre-
uerit eius iuriſdictionem, non autem ob præ-
iudicium illatum parti.

Tertia difficultas eſt, an ipſe Archiepiſco-
296 pus poſſit cenſuram ferre contra ipſum
Epiſcopum ſuffraganeum? *Auila loco ſuprac.*
*cap.*4.*diſput.vnica dub.*9.reſpondet huic quæ-
ſito, diſtinguendo, vel quærimus an Archie-
piſcopus poſſit excommunicare Epiſcopum
pro crimine commiſſo, & non poteſt, quia
vt ſupra dictum fuit, cauſæ criminales Epiſco
porum grauiores cognoſcuntur à S. P. & le-
uiores à Concilio Prouinciali, & per conſe-
quens, dum Archiepiſcopus non poteſt co-
gnoſcere de criminibus Epiſcopi, à fortiori
non poteſt eum pro aliquo crimine, cenſura
illum multare; vel quærimus vtrum poſſit Ar
chiepiſcopus per modum præcepti, Epiſcopū
cenſuris punire, quando præcipit, vel prohi-
bet, quod à iure, dicto Archiepiſcopo cōcedi-
tur, & hoc modo poteſt Archiepiſcopus, vt
297 ſupra, Epiſcopum excommunicare, ſuſpen-
dere, & interdicere, obſeruando formam *c.*2.
*de off.delegati in* 6. nempè primo prohibendo
ingreſſum Eccleſiæ, vel interdicendo ei ſa-
cerdotale miniſterium, deindè ſuſpendendo
ab officio, & vltimo loco excommunicando,
vt poſt *Genuenſem notat Barboſa ſuprac. n.*15.
qui ſubdit ex eod. *Genuenſi* primò quòd talis
forma debeat obſeruari, etiam ſi Epiſcopus
non ſit conſecratus, & tandem, quòd hæc for
ma non eſt de ſubſtantia. Vndè ſi Epiſcopus,
illa non ſeruata, excōmuni caretur de facto,
erit validè excommunicatus, qui *Barboſa aliis*
*allegatis ſubdit num.*2. quod quando dicitur,
298 hodie Archiepiſcopū poſſe cognoſcere de
cauſa ciuili Epiſcoporum cum ſuis ſubditis,
intelligi debeat, vbi ſubditus conueniret
Epiſcopum coram Archiepiſcopo, ſecus ſi
Epiſcopus conueniret ſuum ſubditum, quia
non decet, vt conueniat eum coram Archie
piſcopo, cùm Archiepiſcopus licèt ſit iudex
omnium Epiſcoporum ſuæ prouinciæ in cau
ſis ciuilibus, tamen non eſt iudex ſubditorum
Epiſcopi, ideoq; hoc caſu debēt eligi arbitri iu
ris, & à ſententia arbitrorum appellatur ad
Papam. Quod Archiepiſcopns ex ſe poſsit, vt
299 ſupra, excōmunicare ſuos ſuffraganeos, qui
in Cōcilio Prouinciali, volūt vſurpare iuriſ-
dictionem ipſius, *Auila loco ſuprac. in fine*
*diſput.*vide etiam *Megalium ſup. nu.*17.
300 Quarta difficultas, eſt de Vicario Archie-
piſcopi, vtrum ei liceat cenſuras ferre con-
tra Epiſcopum ſuffraganeum, vel eius Vica-
rium, & quò ad primam partem de Epiſcopo.
Reſpondetur, Vicarium Archiepiſcopi id
poſſe, in caſibus in quibus poteſt Archiepi-
ſcopus cenſuras ferre contra Epiſcopum, ſed
abſente Archiepiſcopo à Prouincia non au-
tem eo præſente, niſi Epiſcopus non eſſet cō-
ſecratus, quia tunc, etiam Archiepiſcopo præ
ſente, poſſet eum excommunicare, ita aliis ci-
tatis, *Barboſa loco ſupracitato nu.*15.*latè Sbroz*
*zius cit. lib.* 2. *de off. Vicarij cap.* 58. qui benè
ſubdit *nu* 8. quòd ſi de facto Vicarius Archie
piſcopi ſuſpenderet, interdiceret, vel excom-
municaret Epiſcopum ſuffraganeum (intel-
lige, vel præſente Archiepiſcopo in Prouin-
cia, vel in caſibus in quibus non debet) vali-
dam eſſe ſententiam, licèt ueniret ipſe Vica-
rius puniēdus. Ratio eſt, vt benè *Alterius lib.*
3. *diſp.*2. *cap.*1. *verſ.quærit gloſa fol.mihi* 330.
quia de iure Vicarius Archiepiſcopi licèt ſit
minor epiſcopo, ordine, tamē maior eſt iuriſ-
dictione, ratione Archiepiſcopi, cuius vices
gerit, vbi idem dicit de Vicario Capituli ſe-
de vacante. Contrarium dicas de Vicario
301 Epiſcopi ſi excommunicet Vicarium Ar-
chiepiſcopi, vt contingit in facto de quodam
Vicario, qui cùm fuiſſet excommunicatus à
Vicario Archiepiſcopi, ex eo quòd impedie-
bat eius iuriſdictionem, ipſe Vicarius Epiſco-
pi præſumpſit excommunicare ipſum Vica-
rium Archiepiſcopi ex eo, quod iniuſtè
ipſum excommunicauerit, nam talis ex-
communicatio fuit declarata nulla, & fuit
punitus dictus Vicarius, ratio eſt, quia infe-
rior nequit ligare Superiorem, vt habetur in
*can. inferior* 55. *cum ſeq. dict.* 21. *& cap. cum*
*inferior de maior. & obed.*

An autem Archiepiſcopus poſſit habere
Vicariū in Diœceſi ſuffraganeorum pro re-
cipiendis appellationibus? reſpondet *Quaran-*
*ta verbo Archiepiſcopi authoritas ſub num.* 16.
no

ſ2 negatiuè, niſi id habeat ex conſuetudine, & probatur in *cap.1.de officio ordinarij in 6.* proſequitur *Sanchez lib.3. opuſcul. moral. c. vnico dub. 29.* vbi quòd talis conſuetudo ſit in Archiepiſcopatu Compoſtellano; nam eius Archiepiſcopus tenet Vicarium foraneum in Diæceſi Salmatina, qui cognoſcit de cauſis ſuffraganeorum ſuorum, in caſibus appellationis, vel alijs ſibi cõpetentibus, de quare habetis *deciſ. Rota Romanæ*, quam retuli ſupra ſub *nu.168. & ſeq.* Non negant dicti Authores, vt etiam percipitur ex *d. textu c.1.* poſſe Archiepiſcopũ delegare cauſas, ſibi per appellationem deuolutas, alicui perſonæ eccleſiaſticæ exiſtenti in Diæceſi ſuffraganei, alia circa hanc materiã videte apud *Quarantam, Genuenſem, Megal. & Barboſam locis ſupracit.*

*Qui ſint ſubditi reſpectu Diæceſani, vt poſſint ab eo cenſuris ligari.*

HIc pro Diæceſano intelligo non ſolũ Epiſcopum, qui in odioſis propriè dicitur diæceſanus, ſeu venit eius appellatione, ſed etiam alios Prælatos ſeculares habentes epiſcopalem iuriſdictionem ad ferendas cenſuras reſpectu ſuorum ſubditorum, qui reperiuntur in eorum territorio, fauet *Panormitanus in cap. Ioannes ex. de teſtam.* vbi pro materia fauorabili, vult, intelligi debere, quando magis põderatur iuriſdictio quàm officium, vt in caſu noſtro. Hoc poſito reſpondetur quæſito, quòd quinq; modis poteſt eſſe quis ſubditus Epiſcopo, vel alio Prælato ad effectũ de quo ſupra.

Primo ratione domicilij vndè diæceſanus is cuius propriè dicitur, qui in Diæceſi illius habitat, *gloſa in cap. ſtatutum §. cum verò in magnæ notula, de reſcriptis in 6. Ioannes Montaigne in tract. de parlamentis 2. par. verſ. ſecundo facit ſtabilitas ſub num.5.* Secundo ratione delicti. Tertio ratione cõtractus. Quarto ratione rei ſitæ. Quinto ratione originis, *Megalius par.3. ſuæ inſt. peregrinæ lib.1. c. ... num.9. Reginaldus lib.9. ſuæ praxis fori pœnitentialis nu. 144.* qui addit ſextum modum, nempè ratione voluntatis ſe ſubijciendi alterius iuriſdictioni, de quo feci ſupra mentionẽ *num. 290.* Addere poſſum, etiam ſeptimum modum, & eſt ratione Beneficij, ſed iſte comprehenditur ſub quarto modo ſupra relato, ſcilicèt ratione rei ſitæ.

Omnes hi modi, ſi rectè ponderentur, reduci poſſunt ad ſecundum modum ſubiectionis videlicèt ratione delicti, quia talis modus ſubiectionis in criminibus puniẽdis potior eſt cæteris alijs modis ſubiectionis, vt docuit *Farinaccius par. 1. praxis q. 7. in princ.* Cenſura nõ fertur, niſi pro crimine aliquo, & culpa, quod vt latius, & clarius, pateat, nã materia iſta eſt valde ardua, & difficilis, ob varios modos loquendi doctorum, vt inquit *Pariſius conſ.199. vol.4. & refert Altarius lib.3. de cenſuris diſp.9. cap.5. verſ. redditur igitur.* Quæro inprimis.

*An quis ligetur cenſuris latis à ſuo Diæceſano ratione delicti commiſſi extra illius Territorium.*

QVia tribus modis poſſunt ferri cenſuræ ab homine, nempè per ſtatutum, per ſententiam generalem, & tandem per ſentẽtiam particularem, ſit.

Prima concluſio: ſubditus vt ſupra delinquens extra territorum ſui Diæceſani non incurrit cenſuram latam per ſtatutum ab eo-
307 dem ſuo Epiſcopo, contrà committentem, vel omittentem aliquid. Exemplum, hic Arimini eſt lata in ſynodo ſuſpenſio contra clericos ludentes aleis, vel taxillis, ſi clericus, qui iam eſt ſubditus non ſolum ratione originis, ſed etiam domicilij Epiſcopo Ariminenſi ludat Cæſenæ, vel alia in Diæceſi, vbi non ſit eodem modo facta talis ludi prohibitio, non erit ſuſpenſus: ità *Couarr. in cap. alma mater §. 10 nu.3. Paludan. in 4. diſt. 18. q.2. circa ſecundum proſequitur Sotus ibid. diſt. 22. q.2. art.1. Suarez tom. 6. diſp.5. ſect.4. num.4. Reginaldus lib.9. praxis num. 147.* teſtantur de communi *Auila p.2. c.3. diſp.2. dub.2. concluſ.1.* ContinK *diſp.14. dub.7. Filliuccius tract. 11. num. 148.* conuenire in hoc omnes DD. teſtatur *Hurtado de cenſuris in communi num. 32.* ſupponit pro certo *Layman lib.1. tract.5. par.1. cap.4. nu. 6.* vbi agit de differentia illa inter ſtatutũ, & ſententiam generalem, quòd ſcilicèt illud reſpiciat territorium, illique cohereat, iſta vero perſonas ſubiectas. Probatur hæc concluſio in *cap. vt animarum 2. de conſtitut. in 6.* vbi habetur, per ſtatutum Epiſcopi, quo excommunicãtur omnes, qui furtum fecerint, non ligari ſubditos ipſius, committentes furtum in alia Diæceſi, ſubiicit quoque ibidem S. P. rationem, deſumptam ex regula illa, à iurecõſulto edocta in *l. finali ff. de iuriſdictione omniũ iudicũ*, quòd ſcilicèt dicenti ius, extra territoriũ impunè nõ paretur. Qui authores ampliãt
308 concluſionem, primo etiam ſi ſuus Epiſcopus intenderat per ſuum ſtatutum ligare ſubditum delinquentem extra territorium; Cõtra *Bartolum cum alijs*, qui illum ſequuntur, & docet expreſsè *Nauarr. cap. 27. num. 273.* Ratio eſt conuincens, quia *in dicto cap. 2.* non dicitur, tale ſtatutum non ligare ex defectu voluntatis, ſed ex defectu poteſtatis, & iuriſdictionis, hoc enim ſignificat ratio, quam ibi aſſignat Summus Pontifex (quia ius dicenti extra territorium impunè non paretur.) Accedit *Squillantes c. 2. de priuilegijs clericorum num.63.* Ampliatur ſecundo concluſio etiam ſi expreſſerit hoc in ſtatuto Epiſcopus, ſcilicèt

Digitized by Google

309 cèt, ſe intendere, quòd comprehendantur, delictum prohibitum committentes, extra diæceſim; Ita *Auila loco ſupracitato verſ. 2. notatur*, & ſi identificet iſtam ampliationem cũ præcedenti, *Alterius lib. 3. diſp. 3. cap. 1. verſ. tertia propoſitio*, quidquid *Caſtrus Palaus* contrarium nitatur probare *tract. 3. diſp. 1. n. 18. & ſequentibus, & refert Diana par. 3. tract. 6. reſolut. 78.* Qui tamen *Caſtrus Palaus n. 20.* fatetur, noſtram extẽſionem eſſe communẽ. Ampliat tertio idem *Auila loco ſupracitato*,
310 etiã ſi dictum ſtatutum ratificaretur ab Epiſcopo loci, ac ſi latum in proprio territorio, quòd ſcil. tales clerici Ariminenſes incurrãt dictam ſuſpenſionem, ſi ibi ipſe non ferat eandem cenſuram pro omnibus clericis in communi.

Secunda concluſio: talis ſubditus delinquens extra territorium, neque incurrit excommunicationem latam à ſuo Epiſcopo
311 per ſententiam generalem. Hæc ampliatio eſt contra *Sayrum lib. 1. cap. 7. nu. 18. Suarez diſp. 5. ſect. 3. nu. 15. Vgolinum tab. 1. c. 9. §. 3. n. 4.* quos ſequitur *Layman cum alijs apud Dianam loc. infracit.* quibus ab eo allegatis addo *Alterium loco infracit. verſ. quinta propoſitio*, *Bonacinam diſput. 1. q. 1. par. 11. num. 14.* Qui docent, ſubditum extra territorium ligari per ſententiam generalem ſui Epiſcopi, tum ex *text. in cap. a nobis el primo de ſententia excommunicationis*, vbi dicitur, per ſententiam, quiſquis furtum fecerit, ſit excõmunicatus, ligari omnes ſubditos indiſtinctè, tum etiam ex differentia, quam communiter DD. afferunt inter ſententiam, & ſtatutum, quòd ſcil. ſententia reſpiciat perſonam, vnde vbicumque ſit, ſemper eſt ſubdita, quando alibi non acquiſiuit domicilium, & ſic per mutationem domicilij non deſinat eſſe ſubdita; ſtatutum verò reſpiciat territorium. Addit *Suarez* aliã rationem, quia putat, quòd hic non ſit ſubditus legibus illius Epiſcopi, vbi nunc reperitur, cùm ſupponatur vt ſupra, ibi non contraxiſſe domicilium, nec quaſi, quæ ratio non ſubſiſtit, vt infra. Noſtra autem concluſio videtur probabilior, non ligari ſubditum extra territorium, etiam quando ſit lata cenſura
312 per ſententiam generalem, quia Summus Pontifex in citato *cap. 2. de conſtit.* quando dixit, ſtatuto Epiſcopi excommunicantis fures, non ligari eos, qui extra diœceſim furantur, non reddit eam rationem, quòd ſtatutum, nõ reſpicit perſonas, ſed territorium, ſed aliam nempè, quia ius dicenti, extra territorium impunè, non paretur, quod etiam habetur in *l. l fin. ff. de iuriſd. omnium iudicum*, ergo, ex eo textu probatur, ſubditos extra territorium non ligari cenſura Epiſcopi, tam ſi illa ſit lata per ſtatutum, quàm per ſententiam generalẽ. Conſequentia probatur, primo ex communi ſententia, quòd cenſura per ſtatutum, & per
313 generalem ſententiam, pari paſſu ambulet. Secundo ex verbis illis poſitis in *d. c. 2. ius dicenti*, quæ non ſignificant tantum ferre ſtatutum, ſed vti iuriſdictione, vt dixi *ſupra p. 1. huius tract. in præfat. nu. 10.* & ſic idem eſt dixiſſe Summum Pontif. extra territorium, ius
314 dicenti impunè non eſt parendum, quàm iuriſdictionem Epiſcopi, extrà territorium non ſe extendere, ſi ergò non ſe extendit iuriſdictio Epiſcopi extra territorium, ſequitur quòd extra territorium, ſui ſubditi non poſſint ligari, nec per ſtatutum, nec per ſententiã generalem Epiſcopi, quia deeſt fundamentũ iuriſditionis, quam ponderationem poſt hæc lecta, & ſcripta, gauiſus ſum, reperiſſe apud *Hurtadum infra citandum*. Qui ex illa infert, quòd Epiſcopus habeat iuriſdictionem in perſonas ratione territorii, quando in eo habent domicilium, vel quaſi domicilium. Confirmatur, quia ly *ius dicenti*, magis propriè intelligi debet de ſentẽtia, quàm de ſtatuto; ergo per illum textum potius deciditur, quòd ſubditus extra territorium non ligetur cenſura lata per ſententiam, quàm per ſtatutum; Probo aſſumptum per textum apertum in *cap. forus extra de verborum ſignificatione*.
315 vbi habetis hæc verba, *Iudex dicitur quaſi ius dicens*, ſed ad iudicem magis propriè ſpectat ſententiam ferre, quam ſtatutum, & legem, ergò ſaltem ratio dicti textus in *cap. 2.* eſt vniuerſalis, tam quò ad ſtatutum, quàm quò ad ſententiam generalem. Hæc noſtra concluſio poteſt tribui *Couarr. in cap alma mater par. 1. q. 12. nu. 3.* & eam docent apertè *Siluest. excomm. 2. n. 10. verſ in 3. Henriqu. lib. 13. cap. 26. ar. 1. Auila 2. par. cap. 3. diſp. 2. dub. 2.* qui teſtatur de communi, *Salas de legibus diſp. 14. ſect. 7. num. 9. Conink diſp. 13. num. 55. Hurtado de cenſuris in communi num. 74.* Idem docere videtur *Megalius par. 3. lib. 1. cap. 3. num. 73. & ſequentibus*, vbi generaliter probat, ſubditum vt ſupra declarauimus, extra territorium non ligari cenſuris latis ab Epiſcopo, non diſtinguendo de ſtatuto, & ſententia. Ita etiam ſentit *Reginaldus loco ſupracitato n. 146 ad finem* dicit hanc opinionem probabilem, *Diana par. 3. tract. 6. reſol. 24.* qui pro hac opinione refert *Sayrum* ſibi contrarium *lib. 1. c. 6 num. 3.* & confirmat *par. 5. tract. 9 reſolut. 37.* vbi pro hac opinione refert etiam *Præpoſitũ in 3. par. q. 1. de cenſuris in communi dub. 5. n. 31* Ad text. in *cap. à nobis*, remanet iam reſponſũ per ſupradicta, quãdo enim dicit, ſententiam non ligare, niſi ſubditos, cùm aliud non exprimat, debet intelligi de ſubditis ratione territorij, & ideò puto, idem probare hunc textum, quod probat textus in *d. cap. 2.* vt benè
316 ConinK *diſp. 13. num. 55.* De monitorijs ad reuelandum (quæ non ſunt ſtatuta, ſed ſenten-
317 tiæ generales, vt per *Praxim Archiepiſcopalem Neapolitanam cap. 1. not. 12.* quòd non ligent

gent

gent ſubditum delinquentem extra territo-
rium. *Lazarus de monitorijs ſect.4.q.17.n.67.*
clarius *Praxis Archiepiſcopalis ibidem cap. 2.*
*nu.7.& 11.*

3 Tertia concluſio : non poteſt Diæceſa-
nus contra ſuum ſubditum ob delictum
ommiſſum extra territorium ſententiam
particularem cenſuræ ferre: eadem ratione,
qua dictus textus *in cap. ſecundo de conſtit.*
eterminat, cenſuram latam à ſuo Epiſco-
o,nō incurrere, ſubditum extra territorium
linquentem, Nam pro iuſdicente, debet
telligi, vt ſupra dixi,iudex cuius proprium
t ferre cenſuram tam per ſententiam gene-
lem,quam particularem, ita DD. ſupracit.
ſpecie *Auila*,qui exemplificat in Epiſcopo
xcommunicante aliquem, qui in alieno ter
torio, talem furtum fecit, niſi reſtituat, ſe-
uitur, loquendo de præcepto ſpeciali,& ge-
rali, *Diana t.5.tract.9.reſol.32. in principio,*
ſteà viſus vbi clarius loquitur de ſententia
rticulari,quā loquutus fuit *3.p.tr.5.reſ.74.*
i loquitur de ſententia ſimpliciter. Ex qua
pliatione infert *ConinK loco ſuprac.* cōtrà
*arez,& ſequaces,* inter quos *Alterius lib.3.*
*put.9 cap.6.verſ.alia tamen eſt ratio.* Non
oſſe Epiſcopum præcipere clerico pere-
naturo ſub pæna ſuſpenſionis, ne in alia
œceſi,quam petit,v.g.ludat,arma geſtet,vel
òd ibi ſacrum faciat quotidie; ita quòd in
œceſi, ad quam ſe transfert, ludendo, &c.
urrat dictam cenſuram,ſequitur *Diana lo-
ſupracitato, nempè tertia par. tract.5.reſol.
.verſ.dico igitur;quidquid t.5. tract.9.reſ.32.
ſ.notandum,* contrarium videatur docere,
m ait, quòd ſententia ſiue generalis ſiuè
ticularis lata pro futuris culpis, vt ſupra,
ectè propter bonum ipſius ſubditi, li-
etiam extrà territorium, & dat exemplū
Epiſcopo.qui præcipiat ſub cenſura alicui
ticulari ſubdito,aut omnibus generaliter,
eiunent v.g. ſexta feria, vel abſtineant ab
rcitio alicuius operis, quia etiā exempla,
æ affert ipſemet citata *reſol.74.* reſpiciunt
num ipſius ſubditi, nempè ne ludat,ne ar-
prohibita aſportet, ne ſacrum quotidie
at, &c.

Sequitur ſecundò, quòd neque hoc caſu
i poſſit præuentio, quia iſta præſupponit
ationem præcedentē,quam nō poteſt Præ
us regulariter facere in alieno territorio,&
le facto fiat, non tenetur reus illi parere,
citatio ſit actus iuriſdictionis,quā non pōt
ſcopus exercere in territorio alterius Epi.
i, non alia ratione,quàm ex eo,quòd ius
nti extra territorium, impune poteſt quis
parere,vt ſupra dictum eſt,videte *Mega-
3 par.lib.1.cap.3.nu.53.* qui loquitur in
inis fortioribus,de quibus nos inf.n.
cèt de citatione ob delictum commiſſum
ritorio proprio, & proſequitur latè no-
uiſsime *Diana t.5.tr.9.reſ.34.* Qui *Megal.* benè
reſpondet doctrinæ aduerſariorum, quòd ſci
licèt, & ſi territoria Epiſcoporum inter ſe
ſint diſtincta ideòque nuncupentur Diæce-
ſes,tamen omnia ſubſunt vni ſuperiori,nem-
pè Summo Pontifici quo caſu vnus iudex po
teſt citare in territorio alterius, clarius *Auila
citata par.2. c.3.diſp.2.dub 2. verſ.4. concluſio,*
vbi habet hæc verba ( Subditus, qui deliquit
in alieno territorio,& exiſtit ibi,quamuis cō-
ueniatur coram Prælato ſui domicilij,nō po-
teſt citari,ſi diæceſes diſtinctæ ſint) & nota,nō
facere mentionem doctiſsimum *Auilam* de
conſenſu adhibendo, ab iſto alio Epiſcopo
loci delicti,ſicut loquitur *Megal.* loco ſuprac.
& proſequuntur alij loquentes in caſu cita-
tionis ab Epiſcopo loci delicti commiſſi erga
ſubditum, qui nùnc reperitur extra territo-
rium, quia eo caſu cùm tractetur de præuen-
tione,non eſt credibile, Epiſcopum loci de-
licti poſſe conſentire dictæ citationi,vel poſſe
recipere commiſſionem illum citandi, vt in-
frà ſuo loco, qui *Auil. concluſ.5.ſeq.* probat
contra *Geminianum*, quòd & ſi quis ratione
contractus in vno loco, poſſit citari in alio
loco, tamen non poſſit excommunicari ex
eadem cauſa contractus, nàm excommuni-
catio ſecum trahit exequutionem, & ſicut
iudex non poteſt facere exequutionē actua-
lem extra ſuum territorium,ita neque poteſt
excommunicare.

Ex quo patet quomodo ſit verum id,quod
aſſerit *Reginaldus lib 9.praxis nu. 158. ad fin.*
quòd ſcilicèt, vbi agitur de ſententia ſpeciali
pro culpa præterita contra aliquem, nomina-
tim lata, poſſit Epiſcopus ſubditum apud ſe
accuſatum de dicta culpa, quam extra terri-
torium commiſit, compellere ad comparen-
dum coram ſe, ſique nolit obedire, poterit,
inquit ipſe, etiam extra territorium exiſten-
tem excommunicare ratione inobedientiæ,
quæ cenſetur committi in territorio, quam
doctrinam excipit à *Siluestro verbo excommu-
nicatio 2. nu.10.* qui præſupponit præcedere
citationem,quam ipſe putat poſſe fieri in ter
ritorio alieno, vt infra, vbi reijcimus.

*Quando committens crimen aliquod in loco exem-
pto, dicatur illud committere extrà ter-
ritorium Diœceſani.*

IN hac re eſt certum,dici delinquere extrà
territorium ſui Diœceſani eū, qui reperi-
322 tur in loco exempto, tàm ratione perſona-
rum, quàm loci,ideſt quòd in eo loco ſupe-
rior habeat iuriſdictionem,quòad omnes ibi
delinquentes, quia tùnc licèt ſit talis locus
exemptus in Diæceſi,non eſt tamen de Diæ-
ceſi,vt benè *Ricc.p.4. deciſ.Curia Archiepiſco-
palis deciſ.227.num.1. & habetis optimam deci-
ſionem Rotæ Romanæ apud Tambur. de iure*
Ab-

Digitized by Google

*Abbatum tom.*1.*diſp.*15.*q.*9. iſte locus,eſt Mutinæ Abbatia Nonantulæ, Panormi S. Cataldi, Luccæ S.Iuliani, de qua habetis *deciſ. apud Manticam deciſ.*361.*& ſeq.*& in Archiepiſcopatu Taurinenſi, Abbatia S. Michaelis de Cluſa, circa quam habes plura, apud *Bellett. p.*1.*diſquiſ.cleric.tit.iuriſdictionis Abbatia,etc. fol.mihi* 451.*in ultima impreſſione*,& ſim. Difficultas igitur reſtingitur ad loca exempta tantùm ratione perſonarum, & ſic ad Mona-
323 ſteria quælibet Regularium maſculorum, vel mulierum; An iuxtà caſum propoſitum, ludentes v.g. clerici in dicto loco, incurrant ſuſpenſionem. Communis .n. opinio negat, hęc Monaſteria etiam Monachorum, quibus præſunt Abbates,poſſe dici eſſe extra territorium, & per conſequens docet, quòd ibi ludentes,blaſphemantes hereticaliter,non ieiunantes, aut alio quouis modo traſgredientes præceptum Epiſcopi ſub pœna cenſuræ latū, incurrāt dictam cenſuram, ita *Ancharanus in cap.poſtulaſti num.*44.*&* 45. *de foro competenti*,qui fuit author huius diſtinctionis *D. Antoninus* 3.*par.ſumma tit.*24. *cap.*25. §.1. *Suarez diſp.*5.*ſect.*4. *num.*5. *Azor. par.*1.*lib.*6. *cap.*25. *quæſito* 4. *Salas de legibus diſp.*14.*num.*84. *Conink de cenſuris diſput.*12.*nu.*63. *Alterius lib.* 3.*diſp.*9.*cap.*5.*verſ.hoc autem eſt intelligēdum*; *Hurt. de cenſuris in cōi n.*33. *Pelluc.tr.*11.*nu.* 149. *Caſtr. Palaus par.*3. *tr.*3.*diſput.*1.*pun.*24. §.5. *ad fin.* qui etiam teſtatur de communi, Ratio eſt, quia dictus locus eſt exemptus tantum ratione perſonarum, nempè Monachorum, vel Regularium ibi commorantium, non autem ratione loci. Quod patet ex eo, nam Abbas,vel Prior non poteſt punire, niſi Monachos, aut Regulares delinquentes in Monaſterio,non autem clericos, vel alios ſæculares,Vndè ſi neque poſſent tales puniri ab Epiſcopis,iſta talia delicta remanerent impunita, contrà omnia iura, ita ConinK *ſupra.*

Non deſunt tamen DD. qui contrarium doceāt,nempè, quòd ſiuè locus ſit exemptus ratione perſonarum,ſiue loci, & ſic nō habēs territoriū reſpectu cuius dicit ius quò ad oēs ibi delinquētes prout sūt Monaſteria regulariū maſculorū, vel fæminarū, quæ sūt exēpta à iuriſdictione Epiſcopi, sēper in eo loco cōtraueniens ſtatuto Epiſcopi, ſiue cum cenſura,ſiuè abſque cenſura,non peccet,neque illā cenſuram incurrat, cui opinioni libenter, vt benigniori adhæreo,quia non tantum perſonæ regularium ſunt exemptæ à iuriſdictione Epiſcoporum,ſed etiam monaſteria eorum ſunt exempta ab ea,in hoc ſenſu,quòd ab Epiſcopo non poteſt in eis contentioſa iuriſdictio exerceri, ergà ſuos ſubditos, vt præſuppoſuit *Barboſa de off. & poteſt. Epiſcopi alleg.* 80.*nu.*7.& clarius applicat *Tamburinus de iure Abbatum tom.*1.*diſput.*25. *quæſ.*14.non alia ratione, quàm quòd locus exemptus, & locus extra diæceſim iudicantur à pari quòad iuriſdictionem ibi exercendam, ſeu ad ibi ſedendum pro tribunali ab Epiſcopo, vt habet *Dominicus à Sancto Geminiano in cap. cum Epiſcopus de off. Ordinarij in* 6. *& colligitur ex eodem cap. cum Epiſcopus, & ex clementina Archiep. de priuilegiis,* vbi quòd non poteſt Epi-
324 ſcopus excommunicare ſuum ſubditum delinquentem contra ſuum ſtatutum extra ſuam Diæceſim, ergo neque ſuus ſubditus in loco exempto (quale eſt omne Monaſterium Regularium,vt ſupra)faciendo cōtra ſtatutum Epiſcopi pōt incurrere excommunicationem in eo ſtatuto latam, quòd etiam
225 Epiſcopus,& ſi poſſit in Eccleſiis,& monaſterijs Regularium, vti Pontificialibus,quando ibi celebrat,non poſſit tamen ibi exercere Pontificalia, nempè conferre ordines,conſecrare calices;&c.imò neque ordinare proceſſionem abſq; licentia Superioris, quia ibi nō habet iuriſdictionem. Habetur per eundem *Tamburrinum ibidem q.*15. Per quam rationē remanet reſponſum fundamento contrario. Ad confirmationem *Conink.* Reſpondetur, quòd cùm hic non agatur de punitione delicti, ſed tantum de incurſu cenſuræ, maximè impoſitæ pro re indifferenti, & ex ſe non intrinſecè mala, non ſequitur id quod ipſe inſert,nempè delicta remanere impunita. An
326 autem Epiſcopus pro dicto ludo in dicto monaſterio, poſſit aliis pænis clericum punire, pendet à reſolutione alterius dubij,vtrum ſcilicèt Epiſcopus, poſſit etiam excommunicare ſubditum, qui deliquit extra territoriū, cùm reuertitur in propriam Diæceſim, de
327 qua nos infra. Hanc noſtram opinionē poſt *Silueſtrum*,docet *Auila par.*2. *cap.*3. *diſput.*2. *dub.*7.qui indiſtinctè loquitur de delinquēte in loco exēpto intrà territoriū Epiſcopi, clarius poſt *Vgolinum Bonacina diſp.*1. *q.*1. *p.* 11. *num.*8. *Megalius par.*3.*lib.*1.*cap.*3.*num.*36.*poſt aliquos canoniſtas*, quos allegat, etſi affirmet,
328 poſſe Epiſcopum punire ſuum ſubditum delinquentem in loco exempto, licèt tunc cum delinquat, non incurrat pænam ſtatuti vniuerſalis: cum hac opinione videtur reſidere *Squillantes de priuilegijs clericorum c.* 2. *nu.*68. iuxta regulam, quòd Doctor recitans plures opiniones,videtur reſidere in vltima, & *Reginaldus etiam lib.*6.*ſub num.*54. vbi etiā loquitur ſimpliciter de loco exempto, nulla facta diſtinctione, de qua ſupra, ſicut etiam loquitur *Sayrus lib.*1.*cap.*7.*num.*9.& tandem *Diana par.*3.*tract.*5.*reſolut.*14.*verſ.dico igitur ad finem*, & nouiſſimè poſt *Graſſium*, *& Capuccinum*, *Marcellus Vulpe in ſua praxi Epiſcop.cap.*1. *nu.*33. quo allegato cum quodam *Theophilo Rainaldo* id confirmat *Diana to.* 5. *tract.*9.*reſol.*36.*ad finem*,vbi ex *Prapoſito* dicit hanc opinionem eſſe probabilem, & iterum tertiò *ibid.reſol.*66.vbi hanc ſententiam dicit,

nos

Digitized by Google

nos poſſe tutò ſequi in praxi.
Dixi, *contentioſam iuriſdictionem*, quia non
prohibetur Epiſcopus in loco exempto quo-
29 modolibet exercere iuriſdictionem volun-
tariam, ideſt cauſas, quæ non requirunt cauſę
cognitionem, vel ſtrepitum fori, ex quo *Pa-
ludanus in 4. diſt.* 19. *art.* 3. *q.* 2. habet, quòd
30 Epiſcopus, ſeu curatus, ſi inueniat ſuũ ſub-
ditum extra ſuam diæceſim volentem ſibi
confiteri, poteſt audire eius confeſſionem,
abſoluere, & pœnitentiam iniungere, vt
alibi dictum eſt à nobis, quibus illic allegatis
in terminis Epiſcopi, Addo *Alzedum par.* 1.
*ſua praxis Epiſcopalis cap.* 13. *à num.* 94. aliàs
ſi vult cõtentioſam exercere iuriſdictionem
in loco exempto, vel extra diæceſim, non po-
teſt, &c. veluti excõmunicare, quod qualiter
procedat *infra nu.* 401. Idem dicas de abſolu-
tione ab ea, quia extra territorium Epiſco-
1 pus poteſt ſuum ſubditum abſoluere extra-
iudicialiter, non tamen iudicialiter abſque
licentia Superioris, *Auila loco ſupracitato*.

*n poſſit Diæceſanus punire, & quomodo ſuum
ſubditum reuertentem in eius diæceſim, pro
delicto commiſſo extra territorium,
vel in loco exempto.*

RESpondeo diſtinguendo, vel loquimur
de delicto, quod ſit contra legem natu-
ralem, vel diuinam, vt eſt furtum, homici-
dium, &c. vel tantum contra prohibitionem
factam à iure poſitiuo, ſeu ſuo Prælato, vt ſu-
pra de ludo, &c. primo caſu, quando reuerti-
2 tur ſi ibi conueniatur, Epiſcopus poteſt il-
lum de nouo, excommunicare, niſi ſatisfece-
rit, ſecus verò ſecundo caſu, ita *Abbas in cap.* 1
*de raptoribus à num.* 7. *Siluester*; *Sotus*, & *Hen-
riquez, quos ſequitur Auila par.* 2. *cap.* 3. *diſp.* 2.
*dub.* 2. *concluſ.* 6. *Suarez lib.* 3. *de legibus cap.* 32
*num.* 5. *Salas de legib. diſp.* 14. *ſect.* 5. *num.* 74.
*Alterius lib.* 3. *diſp.* 9. *cap.* 5. *verſ. verum Sayrus
lib.* 1. *cap.* 6 *num.* 42. *vbi num.* 44. ponit caſum,
in quo ligatur ſubditus delinquens extra ter-
ritorium ſtatuto ſui Epiſcopi, nempè ſi ſtatu-
3 tum, vel ſententia cãtaret hoc modo, *Qui-
cumque furtum fecerit, vbicumque illud fece-
rit, niſi infra menſem à die commiſſi criminis cõ-
pareat coram nobis ſit excommunicatus*, quia
talis, & ſinõ ligetur rõne, furti, ligatur tñ non
cõparendo. ꝙ ẽt dixit *Silue. excom.* 2. *n.* 8. *licèt
Caſtrus Palaus* aliter diſtinguat *cit.* §. 5 *nu.* 18.
Rõ eſt, nam quando delictũ eſt contra ius na
urale requirẽs ſatisfactionem licèt illud fuit
commiſſum extra territorium, tamen delin-
quens, & res circa quam deliquit, nunc repe-
itur intra territorium, quod ſufficit, vt poſ-
t quis conueniri in hoc territorio, & puniri,
ſic noſtra reſponſio non ſolum procedit,
vbi tale delictum ſit prohibitũ à Diæceſa-
o per ſtatutum, vel ſententiam (vt exempli-
ficat *Sayrus cit. n.* 42. qui etiam præſupponit,
335 Diæceſanum per dictum ſtatutum, vel ſen-
tentiam, poſſe excommunicare ſubditos vbi-
cumque furtum cõmittentes, quod etiam
admittit *Caſtrus Palaus cit.* §. 5. *num.* 21.) Sed
etiam vbi non reperiatur expreſsè prohibitũ,
vt benè *Auila loco ſupracitato*, loquens gene-
raliter. Et eſt text. *in l.* 1. *C vbi de criminibus agi
oporteat*, vbi habetur, quòd tribus in locis
336 poſsit delinquens puniri, primo in loco de-
licti, ſecundo in loco vbi lis fuit conteſtata;
tertio in loco domicilij, latè *Boerius dec.* 270.
*vbi nu.* 4. concludit, vt ſupra innui, quòd hoc
caſu, non poteſt procedere Iudex originis, aut
domicilij ex officio, ſeù per viam inquiſitio-
337 nis, ſed tantum per viam accuſationis, vide-
te eum, qui *dec.* 218. docet, quando etiam pro
delicto alibi commiſſo, poteſt quis puniri in
loco, in quo non habet domicilium, ſed tan-
tum ibi eſt per tranſitum, nempè quando ſe-
cum habet rem furatam. Secundo autem ca-
ſu quando reuertitur, non poteſt talis à ſuo
Epiſcopo puniri, quia tale factũ licèt in hoc
loco ſit delictum, tamen in eo loco vbi illud
peregit, non erat delictum. Addit *Reginald.
loco ſup. cit. lib.* 9. *num.* 148. proſequitur *Lay-
man lib.* 1. *tr.* 5. *c.* 4. *ſub nu.* 7. quòd Epiſcopus
338 ſubditum apud ſe accuſatum de crimine,
quod extrà territorium commiſit, poteſt cõ-
pellere ad comparẽdum coram ſe; ſique no-
lit obedire, poſsit ipſum etiam exiſtentem
extra territorium excommunicare, ſaltem ra
tione inobedientiæ, quæ cenſetur committi
in territorio, vbi obedire tenetur, quod non
habet fundamentum, vt patet ex ſupradictis,
*n.* 320. & notat *Auila par.* 2. *cap.* 3. *diſp* 2. *dub.*
2. *verſ.* 3 *concl. ad fin.* qui ait, quod Epiſcopus
non poteſt compellere ſubditum, vt compa-
reat pro delicto commiſſo extra territorium,
niſi quando ille aliàs tenebatur comparere
ratione officij, vel vtilitatis, aut neceſſita-
tis Diæceſis, & ego adderem, etiam quando
hoc modo fuiſſet cõceptum ſtaturũ, vt ſupra
dixi ex ſupra, niſi alii cõtradicerẽt, vt per *Lay.
loco citato nu.* 6. Ex quibus patet quomodo in-
telligendus *Baſilius Pontius relatus à Diana
par.* 3. *tract.* 5. *reſol.* 74. *ad finem*, putans, pro de-
licto extra territorium commiſſo, poſſe
Epiſcopum punire ſuum ſubditum, ſi ad ſuã
Diæceſim redeat. Quid autem de Monitorijs
339 ad reuelandum, an ſub excommunicatio-
ne reuelare teneatur is, qui erat abſens, quan-
do illa fuit lata, & poſtea dũ reuertitur, id ſciat;
*Lazarius ſect.* 2. *de monitorijs q.* 6. *Vulpe in ſua
praxi fori Eccleſiaſtici cap.* 2. *num.* 13. conclu-
dunt, ad hoc non teneri ſi reuertatur tranſa-
cto termino, niſi ſe abſentaſſet poſt monitio-
nem. Vndè vidẽtur è contrà velle, quòd ſi
reuertatur intra terminum, teneatur talis
340 reuelare, vt expreſsè probat *Hurtado de cen-
ſuris in communi num.* 39. Sed contrarium do-



Digitized by Google

cet *Auila cit.par.1.cap.3.diſp.2.dub.3.concluſ.*
3.alios antiquiores allegans, ea rõne, de qua
infra *ſub nu.* 346. qui idẽ aſſerit, ſi dicta perſona
erat in eadem Diæceſi, nõ tamẽ facta ſubdita
ratione perſonæ v. g. quia nõdum acquiſiuit
ibi domiciliũ, quod poſtea reperi obſeruarõ,
vt ſingularem doctrinam, *Diana to. 5.tract. 9.
reſ.36. ad finem*. Quod autem his, qui contra-
uenit ſtatuto, vel ſententię generali ſuæ diæ-
ceſis, extra territorium, vel in loco exempto,
quando in eam reuertitur, non debeat pu-
niri pœna ſtatuti, ſed iuris communis, patet
ex ſupradictis, & notat nouiſſimè *Ciarlin. in
ſuis controuerſiis c.61. n.23.*

*An, Ordinarius, ſeu Diæceſanus poſſit ferre ſenten-
tiam cenſuræ contra ſuum ſubditum, qui
& ſi deliquit in eius Territorio, ta-
men nunc reperitur extra
illud.*

QVia ſententia cenſuræ contrà ſubditum
abſentem, poteſt duplici ex cauſa ferri:
primò pro delicto commiſſo extra ip-
ſam dięceſim, ſecundò pro delicto commiſſo
intra illam, cùm iam in præcedenti declara-
uerim, quæ ſpectant ad primã partem de eo,
qui commiſit delictum extra dięceſim, nunc
agam de eo, qui dum eſſet intra territorium
deliquit, & ſi nunc extra illud reperiatur.

Eſt certum apud DD. validiſsimam eſſe ſen-
341 tentiam cenſuræ latam contrà ſubditum
abſentem, qui deliquit dum eſſet præſens in
diæceſi. Probatur *in c.2.de conſtitutionibus* à
cõtrario ſenſu, quod argumẽtũ eſt fortiſsimũ
in iure, ibi .n. dicitur, ꝙ non poteſt excõmu-
nicari, qui deliquit extra territoriũ, ergo qui
deliquit intrà territoriũ, licèt nũc reperiatur
abſens, poteſt excommunicari. Confirmatur,
quia aliàs de facili poſſet quis deludere iuriſ-
ditionem ſui Epiſcopi. Ita *Sotus, Silueſter, &
Armilla*, quos refert, & ſequitur *Auila p.2.c.3.
diſp.2.dub.2. concl.2.* ſequitur nouiſsimè poſt
hęc ſcripta, & Typis pręparata, *Diana t.5.trac.
9.reſolut.32. verſ.notandum 2.* Quidquid ibidẽ
*reſol.34.verſ.reſpondetur*, videatur approbare
ſententiam contrariam *Baſilij Pontij de Leone
lib.5.de matrim.cap.7.§.2.num.20.* ſicut etiam
antea fecerat *par. 3. tract. 5. reſolut. 74. ad fin.*
qui *Baſilius* expreſsè negat, poſſe Epiſcopum
ferre ſententiam cenſuræ contrà exiſtentem
342 in alieno territorio, etiam pro delicto com-
miſſo in territorio quam ſententiam vtpotè
contrariam expreſsis iuribus, conſuetudini,
rationi, & communi opinioni DD. reijcit
*Caſtrus Palaus t.1. tract.3.diſp.1.puncto 24 §.
5.nu.13.* quia, vt pluribus citatis, ſubdit iſte au-
thor, quibus ego addo *Reginaldum libro 9.
num.147.* Vt ſubditus extra territorium non
343 poſsit ligari cenſuris, debet ipſe, & res circa
quam operatur, & operatio ipſa, extrà territo-
rium eſſe. Et ſi aliquod ex his intra terri-
torium exiſtit (vt eſt in caſu noſtro, vbi adeſt
operario in territorio) ligari poteſt legibus
territorij. Quæ ratio probat, hoc eſſe verum
non ſolum in ligamine, vt ita dixerim, per
ſententiam cenſuræ particularem, vt ſcilicèt
poſſit excommunicari ſuſpẽdi, &c. qui com-
miſit delictum in territorio ſui Diæceſani, &
poſtea, ſe in aliam diæceſim tranſtulit, ſed
etiam in ligamine per ſentẽtiam generalem,
vel ſtatutum, quia ſi in territorio commiſit
quis id, quod per dictam ſententiam, vel ſta-
tutũ prohibetur, etiã ſi ſub conditione ſi in-
fra menſem v.g. non ſatisfecerit, vel ſe emen-
dauerit, & pendente dicto termino, vel con-
ditione, alibi ſe transferat, elapſo termino, &
purificata conditione, & ſi extra territorium,
344 vbi lata fuit dicta ſentẽtia, vel ſtatutum, ta-
men ipſe ligabitur dicta cenſura, ita *Azor.
Silueſter, Angelus, & Salas, quos refert, & ſe-
quitur Caſtrus Palaus ſupra num.15. Filliuc-
cius tract.11.nu.76.* licèt in hoc ſit differentia,
quando per ſtatutum, vel per ſententiam
fuiſſet facta talis prohibitio, quia primo caſu
345 ſi ille, qui commiſit delictum in territorio,
ita aliò ſe transferat, vt mutet domicilium,
non ligabitur adueniente conditione, vel ter
mino completo, ſecus ſecundo caſu, quando
lata eſt per ſententiam ſiuè generalem, ſiue
particularem, quia tunc nihil iuuat mutatio
domicilij, vt per *Alterium lib. 3. de cenſuris
diſp.9. cap.10. verſ. prima propoſitio vſque ad
verſ.4. propoſitio concluſiuè*. Rationem diffe-
rentiæ, in medium affert *Saneh.lib.3. opuſcul.
moral.c.vnico dub 32.nu.180.ad finem*, quia in
legibus, conditio nunquam retrotrahitur, ſi-
cut retrotrahitur in ſententiis.

346 Ex qua doctrina, ſequitur primo, quid
dicendum ſit de Monitorijs ad reuelandum,
quæ vt dixi ſunt ſententiæ generales, & con-
ditionales, latæ, vt non ſtatim, ſed tranſacto
certo termino, incurratur excommunicatio,
ſi enim quis fuit præſens tempore publicatio-
nis dicti monitorij, & ſi intra terminum di-
ſceſſerit, mutaueritque domicilium, non per
hoc deobligatur ab onere reuelandi, ſi ſcie-
bat id, quod iubebatur in monitorio, & ſic,
quòd eo termino elapſo, ſi non reuelauerit,
incurret excommunicationem, *Praxis Ar-
chiepiſcopalis Neapolitana cap.2. num.11. ad fi-
nem, Lazarius de monitorijs ſect.4. q.17. Mar-
cellus Vulpe in ſua praxi iudiciali fori eccleſia-
ſtici cap.2. nu.13.* idem dicit *Hurtado de cen-
ſuris in communi num. 39.* in caſu, quo poſt
publicatum monitorium, ciuis alterius Diæ-
ceſis perueniat in locum illum, & ibi acqui-
ſiuit domicilium, intrà terminum appoſi-
tum in monitorio, ſi ſciret id, quod iubetur
reuelari, ſed contrarium docet *Sayrus lib.1.
de cenſuris cap.7. ſub num. 221.* & clarius poſt
*Petrum de Cornejo, Diana tom.5.tract.9.reſol.
36.* ea ratione, quòd ſententia obligat ſubdi-

tos

Digitized by Google

os præſentes, vndè ſi antequam monitoriū
ublicaretur, fuiſſet facta dicta mutatio do-
niciliji à tali abſente, neque teneretur reue-
are, ceſſante fraude, licèt ſciat id, quod præ-
ipitur reuelari in dicto monitorio, vt per
*Praxim Archiepiſcopalem, & Marcellum Vul-
peſupracitatis locis, Suarez t.5.diſp.5.ſec.5.nu.
.& 6.* vide etiam ſuprà *n.339.*

Sequitur ſecundo, quòd ſi Epiſcopus præ-
ipit ſub pœna excommunicationis alicui
ıbdito præſenti, vt infra decem dies ſatisfa
at, aliàs ſit excommunicatus, ſi talis infra
ctum terminum in aliam ſe transferat diæ-
eſim, elapſo termino incidit in excommu-
icationē, *Abbas in c.propoſuiſti nu.10. de foro
ōpetenti, Suarez.t.5.diſp.5.ſec.5.n.10.* Qui ait,
n hoc nullam eſſe differentiam inter cenſu-
am per ſententiam generalem, & ſpecialem
*Alterius ſupracit. verſ. 4. propoſitio, Bonacina
iſp.1.q.1.Puncto 11.num.18. Squillantes c. 2.
e priuilegiis clericorum nu. 69.* vbi dat exem-
lum de Epiſcopo Arian. qui fert excommu-
icationem contrà Seium ſibi ſubditum, qui
ommiſit furtum, niſi intra duos menſes re-
tituat, inquit enim, quòd Seius ligatur excō-
nunicatione non reſtituendo intra duos mē-
s, quamuis nondum elapſis dictis duobus
nenſibus mutet domicilium, quia, & ſi per-
utationē domicilij deſinat, eſſe ſubditū Epi
opo Arianen. ratione domicilij, remanet
men ſubditus ratione delicti, quod ſuffi-
t hoc caſu, vt præter *Sayrum Suarez, & Vgo
nūm ab eo citatos,* dixit etiam *Alterius ſuprac.
erſ. quarta propoſitio.*

Sequitur tertiò, ꝙ nō ſolum, quando ſen-
ntia generalis eſt lata pro culpa præterita
ficit ſubditū, qui diſceſſit à territorio, poſt-
ıam intrà eum deliquit, vt præſupponit
*ginaldus lib.9. num.148.* vbi dat exemplum
: Epiſcopo excommunicante omnes, qui
crilegium commiſerunt, & ſubdit; *tunc li-
re ſubditum etiam exiſtentem extra territo-
um, ſi intra territorium* (*non item extra*) *ſa-
ilegium commiſit*, ſed etiam ſi lata eſſet pro
ulpa futura, vt benè *Squillantes loco ſupra-
tato num.74.* vbi dat exemplum de Archie-
ſcopo Salernitano, qui cenſuram tulit con-
a fures, qui Salerni furati fuerint, niſi reſti-
iant, & concludit eam cenſuram ligare non
ſtituentes, quamuis ſe recipiant in aliam
iæceſim, nam hæc cēſura fertur per modū
ntentiæ in perſonas ſubiectas ſaltem ratio-
delicti, & allegat *Suarez, Filliucium, & Bo
cinam locis ſupracit.*

Sequitur tandem, poſſe Diæceſanum in
u, quòd dictus eius ſubditus commiſit in
æceſi aliquod peccatū, quod habet tractū
ucceſſiuum, vt v.g. quia aliquis eſt læſus, &
unc reperiatur extra ipſius territorium,
m compellere, vt parti læſæ ſatisfaciat,
olentem excommunicare, quia, vt benè
lit *ConinK diſp.14. de cenſuris num.62. ad
finem*, hic talis vſquequò non ſatisfacit dictæ
parti læſæ, pergit cōtinuò peccare in Diæceſi
item quando quis cōmiſit crimen, quod vel
iure communi, aut municipali habet annexā
excommunicationē, ſiuè ferendæ, ſiuè latæ ſen
tentiæ, pōteſt contrà eum ferri dictam excom
municationem, aut declarare incidiſſe in
illam, vt loquuntur alij Doctores, qui ſuppo-
nunt, poſſe hunc talem excommunicari, etſi
extra territorium excommunicantis nunc
reperiatur, contrà *Baſilium Pontium ſupra
num 342.* à me relatum. Dixi, *excommunicari*,
quia concedunt, hoc non habere locum in
alijs duabus ſpeciebus cenſuris, ſcilicèt ſuſpē-
350 ſione, & interdicto, cùm excommunicatio
afficiat animam directè, & per conſequens
nō violat territorium alienum, ſuſpēſio, verò
interdictum, afficiunt de ſe corpus, ideo vio-
lant territorium, vt eſt videre apud *Panormi-
tanum in cap. fin. n.42. de foro competenti.* Sed
nunc quæro.

*Quomodo in Praxi, Diæceſanus poſſit ferre ſententiam particularē cenſuræ contrà ſuum ſubditum, qui & ſi deliquit in ſua Diœceſi, tamen nunc reperitur extrà illam.*

RESpondetur, hoc poſſe contingere duo-
bus modis. Primò quando antequam
dictus excommunicandus exierit à Diæceſi,
fuerit iam citatus à ſuo Diæceſano *ad dicen-
dum cauſam quare, &c.* vel *ad informandum
addita aliqua pœna, exempli gratia, compareat
ſub pœna ducatorum centum, locis pijs appli-
canda, & in ſubſidium excommunicationis,* hoc
enim caſu, quia per citationem inchoatur iu-
351 dicium; vnde dicitur fundamentū iudicij,
*Mantica deciſ.204.nu.8.* & per eam inducitur
præuentio *l. ſi quis poſtea, cum concordantibus
ff. de iudiciis, cap. gratum de officio delegati,* de
qua re latè *Oliua, & Campanilis, in primo
Ritu Curiæ Archiepiſcop. Neapolit. num.8. &
22.* imò quia per eam, dicitur ab ipſo reo con-
tracta in dicto loco contumacia, eſt certum
352 poſſe Diæceſanum procedere ad vlteriora
(faciendo alias monitiones, vel citationes, cū
ſufficiat, quē eſſe ſemel citatū, maximè ſi fuit
in perſona, vt per *Praxim Neapolitanā Genuen
ſis cap.24. num.12. Marcellum Vulpe cap.1. ſuæ
praxis nu.40. Coccin. deciſ.216. num.23.*) & ſen-
tentiam ferre, ac cenſuris delinquentem li-
gare, quod admittit communis opinio Do-
ctorum in caſu fortiori, nempè quando quis
ſit ſubditus tātū ratione delicti, & aliàs ſit ex-
terus, & forenſis, vt per *Megalium par.3. lib.1.
cap.3. num.50. Conink ſup. num.17. Auilam p.2.
cap.3. diſp.2. dub.3. concl.2.* ergò tanto magis
in caſu noſtro, vbi quis non ſolum eſt ſubdi-
tus ratione delicti, ſed ēt ratione domicilij.



Digitized by Google

Secundò poteſt hic caſus contingere, vbi talis reus ſtatim poſt patratum crimen, & ſic antè quam fuerit præuentus per citationem, & in hoc loco inchoatum cum eo iudicium, fugerit extra Diœceſim, quo caſu inquit *Silueſter verbo excommunicatio 2.nu. 10. poteſt citari, & excommunicari, etiam extra territorium exiſtens, ſecundum* Panormitanum*, qui etiam dicit, quòd cum ſubditus ratione domicilij eſt abſens, citari poteſt per iudicem domicilij quò ad omnes effectus, & citatio decernitur facta in proprio territorio, licèt Nuncius exequatur extra.* hucuſque *Silueſter*, qui dicta verba tranſcripſit à *Panormitano in c fin.nu.41. de foro competenti*, vbi ſubdit rationem, *quia*, inquit, *illa exequutio nuncij, non eſt actus iudicialis, & ideo poteſt exerceri extra territorium*, ex quibus verbis patet *Panormitanum, & Silueſtrũ* eius
353 eſſe opinionis, quòd ſubditus citari poſſit ex territorium irrequiſito Epiſcopo territorij, vbi reperitur, & dictam citationem ſufficere ad hoc, vt talis poſſit à ſuo Epiſcopo excommunicari. Quæ opinio neque in rigore iuris, neque in praxi procedere poteſt. Non in rigore iuris, quia citatio cùm ſit fundamẽtum iudicij, vt ſup. dixi, eſt actus iuriſdictionis contentioſæ, & per conſequens non poteſt exerceri in alieno territorio, inconſulto proprio iudice loci, *Clementina Paſtoralis de re iudicata*, cum aliis allegatis *per Franciſcum Marcum deciſ. Delfin.* 1159. & latè per *Ricc. in collect. deciſ. collect.* 1105. cum alijs allegatis per *Nouarium par. 2. ſuarum practicarum forenſium quæſt. q. 18. nu. 3.* & in terminis noſtris probat, poſt hæc ſcripta, & lecta, *Diana tom. 5. tract. 9. reſol. 34.* vnde *Rota apud Seraphinum dec. 1018. ad finem*, dixit, quòd citatio ex defe-
354 ctu iuriſdictionis ſit nulla, quod ſit clarum, quia talis citatus extra territorium citantis, ſi non adſit conſenſus iudicis territorij, non tenetur comparere. *Praxis Archiepiſcopalis Neap. cap. 32. nu. 2.*

Non in praxi, quia quotidie videmus expediri ſimiles citationes pro exiſtẽte in alieno territorio cum verbis illis, *Hortantes Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. DD. Ordinarios locorum pro exhibitione brachii &c. offerentes nos ad ſimilia &c.* cum mentione informationis captę de delicto, *Clarus §. fin. quæſt. 31. num. 1.* vbi quòd tam quando citatio fit in longinquas,
355 quàm in propinquas partes, requiratur in citatione expreſſio cauſæ, *& nu. 7.* quòd non ſit neceſſarium in citatione inſerere tenorem inquiſitionis, prout de carceratione in ſimili caſu, habetur per *Praxim Archiepiſcopalem Neap. cap. 32.* Praxim circa hanc materiam docent *Conink Auila, & P. Megalius, vbi ſup.* loquentes in eodem caſu, de quo ſupra, ſcilicèt in iudice tantum ratione delicti, vt nem-
356 pè iudex delicti faciat eum citare ab Epiſcopo loci vbi moratur, vt compareat coram ſuo Epiſcopo quo nõ cõparẽte, poſſit ab eodẽ ſuo Epiſcopo excõmunicari, q̃ et ſubdũt, ad hoc teneri Epiſcopũ loci, & *Hurtado de cenſuris in communi n. 35.* addit, quòd iudex delicti abſque iſta citatione, vel cum citatione facta abſq; conſenſu Epiſcopi loci, etiã in caſu vbi ipſæ iniuſtè denegaret illam, nõ poſſit valdè ipſum reum excommunicare. Praxim iſtam ante hos omnes, poſuit *Sayrus lib. 1. de cẽſuris c. 6. nu. 43.* ibi, *Praxis tamen in huiuſmodi euentu eſt, vt iudex loci delicti, iudicem loci delicti requirat, vt eum citet, vel remictat, id quod requiſitus facere tenetur. Quòd ſi citatus per iudicem, vbi degit comparere recuſet, per iudicem delicti, excommunicari poteſt, & alius proceſſus fieri cõtra perſonam, in quantum ſtatus cauſa patitur, quia iam conſtitutus eſt in contumacia per citationem iudicis, vbi degit.* hucuſque *Sayrus*. Sed verè hæc praxis nõ reperio generaliter procedere, quia pro citãdo aliquẽ extra ritorium, rogatur Officialis illius loci, tãtum
357 vt præſtet brachium, & ſic citatio fit nomine ipſius iudicis delicti, non autem iudicis loci, vt per *Riccium in collectanea deciſ. collectanea 2105. Clarum loco ſupracitato nu. 19.* clarius *Campanilis in Ritu 1. Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ ſub num. 21.* vbi reijcit dictam ſententiã *Panormitani, & Silueſtri*, vt ipſe ait, *tũ ex generali conſuetudine, qua nullus iudex citat degentem extra ſuum territorium, ſecundum quam, quotidie ſeruari teſtatur Iacobus de de Beluiſio, quem allegat, & ſequitur* Clarus *§. fi. q. 31. n. 18. tum etiam ex iuris diſpoſitione, id conſtituente: ſententia namque prolata contrà citatum, dum erat extra territorium citantis nulla eſt per clementinam paſtoralis dè ſententia, & re iudicata, ex quibus communis enata eſt deciſio in iure communi, & mos vbique inoleuit, quòd litera citatoria dirigantur Iudici loci, vbi exequutio illarum fieri debet, vt ſuum præſtet aſſenſum, & Bracchium concedat, aut illuc mittitur Nuntius cum prædictis litteris, vt impetret licentiam à iudice illius territorij* Hucuſq; *Campanilis, qui hoc limitat in delegato Papæ,*
358 cui nullibi prohibetur citationem ſuam exequi; ſed hãc limitationẽ idemet reprobat in *Diuerſorio iuris canonici, rub. 11. cap. 13. nu. 327.* An autem valeat citatio facta die feriato pro non feriato, vel è contra; *videte Riccium in præfato ritu primo.* quomodo Ordinarius teneatur exequi ſentẽtiam Delegati Apoſtolici *Praxis Archiepiſcopalis ſupra c. cap. 32.*

Nota, quòd ex eo, quia ſæpe ſæpius in ſimili materia abſentatio excommunicandi à propria diœceſi, eſt in fraudem, & ſic malitioſa, ad hoc vt non citetur ipſe perſonaliter, ideo Epiſcopus domicilij non habet hanc obligationem eum citandi extra territorium perſonaliter; ſed ſufficit, ſi non reperiatur excommunicandus in loco domicili, ſiuè intra, ſiuè extra territorium exiſtat, eum citare do-

Digitized by Google

359 domi ſuæ ſolitæ habitationis. Hanc eſſe cõ-
ſuetudinem cõtra *Innoc. & alios teſtatur Cla-
rus ſupracitata quæſt.* 31. *num.* 16. *vbi additio
citat Alexandrum conſ.* 59. *nu.* 14. *volum.* 2. *&
ſequitur* Zerola, de licentia viſus, *in ſua praxi
Epiſcopali verbo excommunicatio §. excommu-
nicationis cauſa formalis, & Villaut in ſua pra-
xi criminali canonica lib.* 1. *cap.* 4. *concluſ.* 3. *in
fine*, qui ſubdit rationem *ne deludantur iudi-
cia, & vt ſit locus punitionis delinquentium, quo-
niam aliàs eſſent peioris conditionis fugitiui,
quàm non aſtutè fugientes, ne ad eos perueniat
citatio. Qui ibidem concluſio* 7. videtur etiam
aſſerere, eſſe conſuetudinem, quòd non re-
quiratur inquiſitio diligens facienda à nun-
tio de perſona citanda, ſed ſufficiat, quod Nũ-
tius de directo vadat ad domũ, & ibi relĩquat
ſcitationis copiã, vel dico ego affigat illam ad
valuas Eccleſiæ maioris, vt in alio caſu non
360 tuti acceſſus ad locũ, vbi talis citandus mo-
ratur, prout plerumque accidit in hoc caſu
cenſurarum, habetur per *Seraphin. dec.* 1296.
ibi, *& quod tollit difficultatem, citatio fuit in
domo ſolita habitationis exequuta, cum di-
miſſione copiæ, & ad valuas* Eccleſiæ *Cathe-
dralis, quod potuit fieri, ſtante quòd non pa-
tuit tutus acceſſus, vt teſtatur Notarius in
dicta exequutione, quòd etiam probatur ex
contumacia partis. moleſtijs, & impedimen-
tis illatis ne extrahatur Concordia inter Epi-
ſcopum, & Capitulum*, & ſic ſeruatur in Cu-
ria Archiepiſcopali Neapolitana, etiam ſi
perſona excommunicanda ſit in Ciuitate, vt
patet ex *Ritu ipſius Curiæ* 17. His verbis. *Item
ſi citatus per Nuntium ſemel perſonaliter, aut
bis in domos, poteſt excommunicari ſi non
compareat, ac contra eum procedi ad alia iu-
ris remedia.* vbi *Hieronymus Campanilis n.* 6.
ſubdit, quòd concluſio illa communis, nem-
pè non eſſe aliquem excommunicandum,
niſi perſonaliter fuerit citatus, non habeat lo-
cum vbi talis fraude, & malitia ſe abſentaſſet,
quod ſatis iudicat, per dictum ritum non eſſe
cõceſſum alternatiuè citare perſonaliter, vel
domo bis: ita quod detur ipſi iudici electio,
iuxta *regulam*, quod in alternatiuis datur ele
361 ctio, ſeu quod ſufficiat, ſi vnũ verificetur *c.
inter cæteras vbi Gloſa de reſcriptis*, ſed in eo
caſu, quod tñ non poteſt quis citari perſonaliter
facta perquiſitione per *Nuncium in Regno, &
in Hiſpania* per Notariũ (ibi.n. de ſtylo Notarij
362 exequũtur citationes, vt per *Coccin. dec.* 404
*n.* 3. *& deciſ.* 475. *n.* 7. ſufficiat citare domi quod ēt
ſeruari debet de iure, ex quo in l. ſcire ēt opor
tet §. qui autem ff. de excuſotione tutorũ ha-
beantur illa verba in faciem, vel ad domum,
*vt per Riccium p.* 1. *collectan. deciſ. collect.* 213.
*& par.* 6. *collect.* 2104. *ibi intellige* Nuntium *de-
bere peracutè perquirere citandum, vt poſſit
illum de facie ad faciem, & perſonaliter ci-
tare, & ſi poſtquam adhibuerit omne poſſe,
& diligentiam, non repererit, poterit illum
citare domi: Mohedanus deciſ.* 145. *Creſcen-
tius deciſ.* 7. *titulo de dolo, & contumacia.* In
quibus *collectaneis* ſupracitatis, habetis per *Ricc.*
in qua domo debeat fieri dicta citatio, quõ
Nuntius in relatione debeat dicere, hoc caſu
ſe feciſſe ſuas diligentias ad citandum perſo-
naliter, & quia non inuenit, citaſſe domi, &
alia requiſita ipſius citationis domi factæ,
quæ omnia confeſſarius debet ſcire ad iudi-
candum an excommunicatio lata contra ſuũ
pænitentem ſit valida nec nè. *Dixi*, de iure,
*quia ſecundum pragmaticam* in Regno non eſt
neceſſarius dictus ordo, vt per *Riccium par.* 6.
*collect. deciſ. collect.* 2299. *& Campanilem in di-
cto ritu* 17. *a nu.* 2.

Sed an etiam hoc caſu, vbi tractatur de ci-
tando ſubditum, non ſolum ratione delicti,
vt ſupra, ſed ēt domicilij, aliquando ommiſſa
citatione perſonali, & domi, talis poſſit citari
363 per edictum, *Nouairus parte ſecunda pract.
qq. forenſium, quæſt.* 18. Reſpondet quòd
quando adeſſet impedimentum citandi tam
perſonaliter, quàm domi ſuæ, eſſet ſufficiens
ad excommunicandum, citatio per edictum.
Loquitur.n. in caſu, quo Præſes Salerni fuit
iam hoc modo citatus ad dicendum cauſam
quare, &c. à Curia Archiepiſcopali eiuſdem
Ciuitatis, ſub prætextu, quòd eiuſdem Præſi-
di mãdato, fuiſſet extracti ab Eccleſia quidã
rei, & probat, excommunicationem latam
eſſe nullam, ex eo quia citatio fundabatur in
præſumptionibus, & coniecturis, ac fama de
dicto mandato, non autem ſuper legitimis,
& validis probationibus, atque etiam quia
fuerat facta citatio per edictum, quæ non
ſufficit, quando potuit fieri domi, vbi debet
fieri dicta citatio, quando reus ſe abſcondit,
vel impedit, quo minus perſonaliter citetur.
Nec iuuare quod Curſores aſſeruerũt, nõ au
diſſe citare dictum Præſidem, quia Curia de-
bebat capere informationem de dicto impe-
dimento, vel eſſe tantæ potentiæ, vt illos, qui
ad citandum eum irent, maltractaret verbis,
verberibus, vel aliis, vt per eum. Hoc tamen
non obſtante. Dico etiam ſecluſis *Ritu* prædi
cto, vel alio ſtatuto, Curiæ Epiſcopalis (quod
363 bene, poteſt inducere modum citandi, etiã
præter ius *Bal. in l.* 1. *poſt num.* 7. (*quomo-
do, & quando iudex, Archar. in cap.* 1. *de
conſtit.*) verificato vno ex duobus, ſcilicèt
364 quòd quis latitet, vel impediat citationem
ad ſe peruenire, aut quod locus vbi citari
debet, tutò adiri non poſſit, ſufficere ſi fiat ci-
tatio per edictum, vt *per Manticam de-
ciſ.* 232. *num.* 6. & ſi enim citatus per edictum
dicatur contumax fictus. *Caputaquen. deciſ.*
118. *p. p. Verall. etiam deciſ.* 118. tamen quan-
do non poteſt citari, nec perſonaliter, nec do-
mi, maximè vbi nuntii timent vt ſupra, ſe
male tractari, &c. ſufficit dicta citatio per edi-
ctum

Digitized by Google

ctum,vt poſſit quis excommunicari:ita *Campanilis in ſupraddicto ritu* 17.*num*. *vbi habet hæc verba, Quo verò ad citatum per dictum vtrum liceat excommunicare; tamen ſi videatur Rota dubitare in adducta deciſione prima de feriis circa finem, nihilhominus affirmatiuè concludit Additio ad deciſionem Rota* 79. *ſi commictatur, ſiuè* 9. *de reſcriptis in nouis, per text. in c. nemo Epiſcopum* 11. *quæſtione tertia & Bellam.deciſ.*138.*ſeu prima de dolo, & con-*
366 *tumacia.* Hic modus ſeruatur, in priuatione beneficii ob non reſidentiam, quando abeſt beneficiarius, quæ priuatio ſupponit declarationem incurſus cenſurarum, vt per *Seraphinum dec.*17.de qua re etiam agit *ibid.deciſ.*1346. & licèt id, non habeat locum,quādo certò ſciretur locus vbi moratur beneficiarius,*ſecūdū* R*otam apud Mantic. deciſ.* 12. *Barboſam de poteſtate* Epiſcopi *allegatione* 13.*num.* 149. tamen loquendo circa propoſitum noſtrum, vel citandus verè eſt abſens a diœceſi, & tūc licet ſciretur talis locus;ſi tamē non eſſet tutus,vt ſuprà,vel eſſet valdè à remotis vt *per Riccium collect.* 828. poſſet fieri citatio per edictum, vel non eſt abſens, ſed preſens in diœceſi, ac etiam ciuitate, & tunc ſi latitet dolo, & fraude, ne perſonaliter citetur; dicas quòd pōt ad libitum citari, vel domi vel per ædictū; cū quādo citatur domi, & dimittitur copia,vel affigitur in domo, vel in valuis Eccleſiæ, fit prorſus idem, quàm citatio per edictum, fauet *Praxis Archiepiſcopalis Neap. c.*24 *n.*12.ibi,*niſi excommunicandus dolo latitet,&c. vel alio modo abſentia ſit malitioſa, quia tūc ſufficit citatio ad domū,vel per edictū*.vbi tñ dictū Edictum debeat affigi,qūo fieri etiam debeat affixio,& relatio dictæ affixionis vide *Ricc.collect.dec.coll.*117.*&* 828. Vtatur meo conſilio iudex cautela, quam vidi ab aliquibus practicis obſeruari.Citet per edictum,vt compareat,vel ſatisfaciat,&c.ſub pœna aliqua pecuniaria, & in ſubſidium excommunicationis, quoniam ſic procedit magis de plano citatio ipſa per edictum, nam ob inobedientiam poterit eum declararare excommunicatum.

Ex dictis,patet,quid agendum,quando Epi-
367 ſcopus loci renuerit præſtare bracchium ad effectum, de quo ſuprà, tunc enim iudicari debet iſte caſus, ac ſi ad dictum locum non pateret tutus acceſſus, vel quòd latitet ipſe reus,ne perſonaliter citetur,& per conſequēs poteſt citari domi, vel per edictum, vti dixi ſupra; quibus illic allegatis *addo Andream Gaill.lib.*1.*ſuar.obſeruat. practicar. obſeruat.* 57.vbi refert alios caſus,in quibus fieri poteſt hæc citatio per edictum, & in ſpecie *num.*2. occaſione *clem. cauſam de elect.* vbi dicitur, quòd citatio per edictum poſſit fieri contra eos,quorum domicilia, ſiuè loca nō poſſunt tutò, liberèque adiri,ſubdit hæc verba, *Et hoc plerumque accidere ſolet,quando citatur aliqua*
367 *inſignis Republica,vel Dominus potens,quia plerumque non patet tutus acceſſus, potiſſimum ſi ex cauſa odioſa citatio procedat.* Vbi etiam, quòd inter caſus, in quibus poteſt quis citari per edictum eſt quando perſona, vel eſt vagabunda, vel ſit incerta; vnde ad propoſitum noſtrum,poteſt inferri, quòd quando perſo-
368 na, quæ crimen commiſit eſt incerta;poſſit fieri citatio generalis per edictum, & poſteà ferri excommunicatio, &c. de quibus etiam per *Riccium,Clarum,& alios,ſupracitatis locis* quomodo poſſit procedi, quando ſit citatio per edictum,vide O*liuam in ritu* 1.*Curia Archiepiſcopalis Neapolitana ſub num.*10.

*An ſufficiat, quod in aliquo loco ſit inchoatum delictum, ad hoc, vt Epiſcopus illius loci poſſit pro eo ferre cenſuram, vel vt quis incurrat cenſuram latam ibi per ſtatutum, vel generalem ſententiam.*

QVò ad primā partem, An Epiſcopus poſſit ferre excōmunicationem, aliamue cenſuram contra eum, qui etſi inchoauerit
369 delictum in ſua diœceſi, tamen alibi illud conſumauit? Reſpondetur affirmatiuè,ex doctrina generali, quam tradit *Farinaccius p.* 1. *praxis q.*7.*a num.*44. quòd in hoc caſu, quando in vno loco eſt inchoatum delictum, & alibi conſumatum, vterque Iudex ſit competens ad illud puniendum, cùm vtrique Iudici cenſeatur facta iniuria. Quam etiam ſequuntur Theologi in materia de legibus, vt eſt videre apud *Caſtrum* P*alaum t.*1.*trac.*3 *diſp.*1. *puncto* 24.§.5.*à nu.*26. vbi ſecernendo certa ab incertis Aſſerit, eſſe certum, primo apud authores,quòd talis inchoans, poſſit puniri, à iudice loci, vbi fuit conſumatum delictum.Item eſſe certum ſecundo,quòd vbi talis, qui inchoauit delictum in vno loco, habeat ibi domicilium, poſſit puniri à iudice, vbi inchoauit dictum delictum, & ſic à Iudice ſui domicilij.Et difficultatem verſari ſolū
370 eo caſu, vbi delinquens non babeat domicilium, vbi inchoauit delictum, an Iudex illius loci poſſit punire, etiam eius conſumationem. quæ fuit facta in alio territorio, & ſub alio Iudice? Circa quam difficultatem, poſtquam refert rationes pro vtraque parte; Concludit pro affirmatiua, quam teſtatur eſſe communem ſententiam DD.ſcilicèt poſſe dictum Iudicem loci, vbi fuit inchoatum delictum punire, etiam non ſibi ſubditum ratione domicilij, pro delicti ipſius conſummatione,non alia ratione, quàm ex eo, quòd vt dixi ſupra ex *Farinacc.*ſcilicèt ex conſuetudine iure gentiū introducta,ad hoc nè delicta remaneant impunita, vtrique Iudici, nempè inchoati, & perfecti delicti, delinquentem effici ſubditum, *iuxta text.in l.*1. C.*vbi de criminibus agi oporteat.*ibi,*commiſſa,aut inchoata;* ſed

Digitized by Google

ſed intellige,hoc eſſe verum, vbi dictus Iu-
371 dex inchoati delicti præuenerit Iudicem
conſumati delicti, iuxtà ea, quæ docet idem
*Farinaccius loco ſupracitato a nu.* 52. vbi quòd
in caſibus, in quibus plures Iudices de eodē
delicto inquirere poſſunt, fiat locus preuen-
tioni,ac iſtam præuentionem non induci per
ſolam informationem captam de delicto cō-
miſſo,ſed per citationem validam,vt ibidem
*Farinacius a nu.* 56. & loquendo de præuen-
tione in cauſis mixti fori inter Iudicem lai-
cum,& Eccleſiaſticum,tradit *Bellettus in ſua
diſquiſit. clericali par.* 1. *tit. de fauore cleric. rea
li* § 4. *nu.* 2. qualis autē ſit citatio valida, patet
ex ſupradictis à nobis *n.* 351. *& ſeqq.* Ex qui-
bus patet reſolutio, pro caſibus, qui poſſunt
occurrere in hac materia cenſutarū, ſi enim
quis rapuit hic Arimini virginem,& Cæſenæ
v.g. illam ſtuprauit,poterit Epiſcopus Arimi-
nenſis poſt captam informationem, ſi præue-
nit citando, dictum raptorem pro dicto ſtu-
pro,illum excommunicare,niſi ſatisfaciat, ſi-
uè raptor ſit eius ſubditus ratione domicilij
ſiue nō. Idem dixi in facto de eo,qui hinc in-
372 ſequutus fuit clericum, vt occideret, ſed
percuſſit poſtea extra territorium. Nam Epi-
ſcopus Ariminenſis etiam poterit illum de-
clarare excommunicatum, ſi præuenit. *Lay-
man lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 1. *cap.* 4. *num.* 6. *verſ. co-
rolarium ad finem.* ibi, *ex quo infert Suarez
diſp.* 5. *ſect.* 5. *num.* 9. *ſi quis delictum v.g. homi-
cidium ſtatuto Diæceſis ſua ſub cenſura prohi-
bitum, incohauit intra* Diæceſim *hominem per-
ſequendo, aut vulnerando; conſumauit autem
extra Diæceſim, eum occidendo, non incurrere
cenſuram in homicidas latam, licet aliter puniri
poſſit ab vtroque iudice, tum delicti inchoati, tū
conſumati.* Dixi ſuprà, *citando ipſum* intellige
domi ſaltem, ſi eſt talis ſubditus, non ſolum
delicti,ſed etiam domicilij, vel per edictum
ſi non fuerit talis; niſi tantummodo ratione
delicti inchoati; iuxtà ea, quæ de citatione
dixi ſuprà, *n.* 354. vide etiam infrà.

Quod autem dixit *Nauarr. c.* 27. *nu.* 6. Be-
neficiarium abſentem poſſe ab Epiſcopo be-
neficij excommunicari ob non reſidentiam,
quia,vt ipſe ait, licèt talis conſumauerit deli-
ctum non reſidentiæ extra Diæceſim, tamen
illud inceperat intra illam, & ſi verū ſit quò
ad id, vt poſſit excommunicari ab Epiſcopo
beneficij,& omnes Doctores communiter id
concedunt; tamen non eſt verum ob eam ra-
tionem: quia ibi fuit delictum inchoatum;
ſed vel ratione rei ſitæ,vt inquit *Siluester ver-
373 bo excommunicatio* 2. *ſub nu.* 8. nam ratio ſor
tiendi forum ex cauſa rei ſitæ, pari paſſu am-
bulat cum ratione ſortiendi illud ex cauſa
delicti, vel contractus, vt probatur in *c. fin.
de foro competenti*, & notat *Megalius par.* 3.
*lib.* 1. *cap.* 3. *nu.* 62. *ad finem,* vel & clarius, quia
tale delictum non reſidentiæ, non ſolum in-
choatur; ſed etiam conſumatur in loco bene-
ficij per actum illum negatiuum in damnum
eccleſiæ, & ouium ſibi commendatarum, vt
per *Comitk diſp.* 15. *de cenſuris nu.* 52. vbi te-
ſtatur de communi *Alterius lib.* 3. *diſp.* 9. *c.* 5.
*verſ. ſed hæc reſponſio. Bonacina diſp.* 1. *de cenſu
ris q.* 1. *p.* 11. *nu.* 7. *Caſtrus Palaus tom.* 1. *tract.* 3.
*diſp.* 1. *p.* 24. §. 5. *num.* 54. *Squillantes de priuile-
gijs clericorum c.* 2. *nu.* 65. ante hos omnes *Say-
rus lib.* 1. *cap.* 6. *nu.* 41. *Suarez diſp.* 7. *ſect.* 4. *n.* 8.
*contra Vgolinum*, qui probat, hoc licere Epi-
ſcopo in hoc caſu, quia etſi delictum non
374 reſidentiæ conſumetur in alieno territo-
rio, contumacia tamen fuit inchoata in pro-
prio territorio, *iſta ſunt verba Suarez in di-
cto enim exemplo, quod prohibetur eſt omiſſio
reſidentiæ, hæc autem ommiſſio in illa eccleſia cō-
ſumatur, vbi reſidendum erat ex obligatione.*
Idem dicendum erit de clericis abſentibus,
qui vocantur à ſuo Epiſcopo, vt interſint ſy-
375 nodo, ita *Siluester loco ſupracitato in tertio
caſu, Aula* 2. *par. c.* 3. *diſp.* 2. *verſ. ſecunda con-
cluſio. Bonacina loco ſupracitato,* quibus ab eo
allegatis, addo *Reginaldum lib.* 9. *num.* 147.
*Squillantes c.* 2. *de priuilegiis clericorum n.* 64.
Qui ex ſuprà citatis authoribus, idem probāt
de extrahentibus; puta, quia ab aliquo Epi-
ſcopo feratur excommunicatio contra illos,
376 qui extraxerint certum quid à territorio,
nam licèt extractio terminetur extra territo-
rium,tamen in rigore tale delictum, etiam
conſumatur in territorio, ex quo extrahitur
illud, de qua re *Filliuccius tract.* 11. *num.* 151.
*ad finem,* & patet ad ſenſum, quia quando cō-
cipitur extractio, neceſſariò etiam concipi-
mus, quòd fiat, ſeu conſumetur in alio terri-
torio, *Caſtrus Palaus citato p.* 24. §. 5. *num.* 16.
Ad hoc caput etiam reuocat *Hurtado de cenſu-
ris in communi nu.* 34. *ad finem.* Si quis furatus
377 fuit in ſuo Epiſcopatu, & in alieno exiſtens
non ſatisfacit, vt ſuprà dixi, cum quibus om-
nibus ſupradictis, concordat, *alijs allegatis
Diana* poſtea viſus *tom.* 5. *tract.* 9. *reſolut.* 33.
*verſ. nec valet dicere.*

Quò ad ſecundam partem quæſiti, an ſcili-
cèt ſufficiat, vt quis tantum inchoauerit de-
lictū in vno loco, ad incurrēdas cenſuras latas
per ſtatutum, vel ſententiam generalem,
378 etſi in alio territorio illud conſumauerit,
& perfecerit? *Caſtrus Palaus loco ſupra citato
num.* 24. refert duas opiniones, Prima eſt *Vgo-
lini de cenſuris tab.* 1. *cap.* 9. §. 2. *ad finem*, qui
docet, ſufficere inchoare delictum, vt ratio-
ne illius, ſubditus ſit aliquis iudici illius loci,
vbi fuit inchoatum, quam opinionem vide-
tur antea docuiſſe *Silueſtrum, excommunicatio*
2. *nu.* 8. & ſi *Caſtrus Palaus ſupra* eum alleget
pro contraria ſententia, vt patet ibi, *quartus
caſus, quando factum eſt principiatum in terri-
torio, licèt alibi ſit completum, & facit quod
notat Ioannes Andreas de ſaggittante in loco nō
exem-*

Digitized by Google

*exempto, cum ipſe ſit exemptus, vt efficiatur ſubditus vtriuſque iudicis.* Ex quibus vltimis verbis, apparet ratio, in qua fundatur hæc opinio, nempè in doctrina, de qua ſupra in principio quæſiti, ſcilicèt hoc caſu, vtrumque iudicem eſſe competentem ad illud delictum puniendum. Secunda opinio eſt *Suárez citata ſect. 4. numero 8. & 9. & lib. 3. de legibus cap. 32. nu. 5. & 6. Salas diſp. 14. ſect. 5. nu. 71.* cui opinioni, ſe ſubſcribit *Caſtrus Palaus loco ſupra citato*, quibus ego addo *Alterium libro 3. diſp. 9. c. 5 verſ. ſed hac reſponſio, & Layman loco ſupra cit. ſub num. 372.* qui docent, hunc non incurrere cenſuras latas loco inchoati delicti; ſed benè latas in loco in quo fuit illud conſumatum. Pro reſolutione, huius difficultatis, ego diſtin

379 guerem. Aut. n. loquimur de illis delictis in quibus inchoatio includit etiam conſumationem delicti; vel loquimur de illis delictis vbi inchoatio, & conſumatio ipſorum, omninò ſunt inter ſe ſeparata, & diſtincta; primo enim caſu eſt vera prima opinio affirmatiua, in ſecūdo aūt caſu eſt vera opinio ſecunda negatiua; fauet huic meæ diſtinctioni, ratio pro ſua opinione adducta per *Suarez citato nu. 9.* & proſequitur *loco ſupra citato Alterius.* per quam reſpondetur rationi primæ opinionis, ſcilicèt hoc caſu, vtrumque iudicem eſſe competentem, ipſa enim doctrina habet

380 locum in punitione ipſius delicti, quia vt dixi, per iudicē inchoati delicti pōt præueniri iudex delicti cōſumati, nō aūt in cenſuris per ſtatutū vel ſententiam generalem incurrēdis, quia vt dixi *recollect. praecd.* & latius infra dicā ad cenſuras vt ſupra incurrendas, requiritur contumacia non incohata tantum; ſed perfecta, & cōſumata, ſed ſic eſt, dico ego, quòd in delicti primi generis, adeſt perfecta, & completa contumacia ſtatim in ipſa inchoatione, non autem in ſecundis delictis; ergo primo tantum caſu, inchoans ligatur cenſuris latis per ſtatutum, vel ſententiam generalem in loco inchoacionis, non autem ſecundo caſu.

Vnde patet, eſſe magnam differentiam in-

381 ter caſum vbi tractatur, an quis incurrat cēſuram impoſitam per ſtatutum, vel ſententiā generalem, & caſum vbi agitur de imponenda cenſurā per ſentētiam particularem, quia primo caſu, debet conſtitui quis in perfecta, & conſumata cōtumacia, vt dixi, in ipſa perpetratione delicti, ſecūdo verò caſu ſufficit ſi cōſtituatur in ea contumacia per citationem iudicis præuenientis, vt ſupra, ob delictum inchoatum, & ſic rectè ſequitur, quis non incurreret ob talem inchoationem cenſuram latam per ſtatutum, vel ſententiam generalē ergo neque contra eum poteſt ferre iudex ſētentiam particularem cenſuræ, non autem e cōtrà, poteſt quis puniri à iudice inchoati delicti; ergo, & incurrit cenſuras latas in eo loco per ſtatutum, vel ſententiam generalem, & ſic intellige etiam Rotam Romanam apud *Seraphinum d. 1018. in fine* quando dixit, *à parte procedere, forum ſortiri & ſtatutis ligati.* Hac opinione ſic dilucidata, venio ad corollaria, quæ inferuntur pro praxi, tam ex prima, quā ex ſecunda parte noſtræ diſtinctionis.

Ex prima enim parte, ſequitur. Primo quòd ſi extaret ſtatutum, vel ſententia generalis imponens cenſuram contra beneficiatios nō reſidentes; niſi intra tot tempus &c. vel contra extrahentes aliquid à territorio, vel contra clericos, &c. non accedentes ad Synodum, & ſi iſti tales non reſidentes, vel non venientes ad ſynodum morentur extrà territorium ſtatuentis, vel etiam extractionem conſumēt extra dictum territorum, tamē incurrunt dictam cenſuram; hoc enim docent Doctores *ſuprac. n. 373.* qui quando quærunt de iſtis caſibus, ſupponunt, poſſe hos tales non ſolum excommunicari per ſententiam particularem, ſed etiam per ſtatutum, vt poteſt accidere in primo, & tertio caſu, & per ſententiam generalem, vt contingere ſolet in ſecundo caſu, ea ratione, quia his caſibus inchoatio includit conſumationem delicti, & ſic in ipſa incohatione, adeſt perfecta contumacia. Sequitur ſecundò iuxtà communē ſententiam, quam nouiſſimè proſequitur poſt hæc ſcripta, *Diana t. 5. tract. 9. reſol 34. & 36. verſ. ſed obiter*, quòd ſi quis vulneraret aliquem letaliter in diæceſi vbi eſſet ſtatutum prohibens homicidium ſub pœna excom-

382 municationis, incurreret dictam excommunicationem, licet illæ vulneratus moreretur in alia diæceſi, quia vt inquit *Suarez* per vulnus lethale, non ſolum delictum dici poteſt inchoatum; ſed etiam completum quò ad actum externum, & cauſam, licèt vt incurratur, excommunicatio, debeat vltimus effectus mortis expectari, qꝫ eſt idē cū eo, vt ſupra dixi, iſtā incohationē per vulnus lethale includere ipſū homicidiū, &c. Ita probabilius exiſtimat *Suarez tom. 5. diſp. 5. ſect. 4. nu. 20. Alterius ſupra citato lib. 3. diſp. 9. cap. 5. verſ. reſpondeo negando. Salas diſp. 63 ſect. 5. nu. 73. Bonacina diſp. prima de cenſuris quæſtione prima p. 11. in 12 ad finem.* qui idem dicit de cenſura lata contra occidentes in Eccleſia, quòd ſcilicèt illam incurrat vulnerans aliquem lætaliter in Eccleſia, & ſi talis vulneratus moriatur extra illam *Filiuccius libro 11. nu. 151.*

Dixi ſecundum opinionem communem, quia vt ipſemet *Suarez*, fatetur, *loco ſupra cit.* res eſt dubia, & quidem, vt verum fatear, ratio *Suarez* meum non implet animum, ſcilicèt per vulnus letale, homicidium conſumari,

383 quò ad *actū externū*: nam ponamus quòd miraculosè iſte talis vulnerās cōualeſcere, tcertè ille vulnerās non incurreret excōmunicationem; ergo ſignum eſt, non eſſe conſumatum homicidium per actum illum externum vul-

ne-

Digitized by Google

neris; fauet P. *Duardus lib. 2. in Bulla Cana can.*15. *q.*16.*n.*26. vbi docet, quòd licèt per Gregoriũ xjv. in ſua conſtitutione priuetur
384 immunitate Eccleſiaſtica committens homicidia,vel mutilationes in Eccleſijs, eorũq; cœmeterijs, tamen non priuari dicta immunitate eũ,qui tantũ læthaliter vulnerauit aliquẽ in Eccleſia;ſi poſtea mortuus eſt extra Eccleſiam; fateor tamen opinionem *Suarez* eſſe probabilem in praxi.

Sequitur tertio ex *Suarez citata ſect.*4.*ad finem & Alterio citato c.*5.*verſ. alia tamen ratio erit.* Epiſcopum poſſe prohibere Sacerdoti ſubdito, ne egrediatur à diæceſi, vel quòd egreſſus,in aliena diæceſi,ne ſacrum faciat,vel quid ſimile, imponendò illi aliquod genus cenſuræ, vt ſuſpenſionis ipſo facto, quam vt inhærentem perſonæ incurrat,celebrando in alio territorio,quod dicit verum *Conink.diſp.*13.*n.*61.quãdo Epiſcopus haberet prohibendi cauſã,ne ſubditus diœceſim egrederetur, & pcipere ne egrediatur ſub pœna ſuſpenſionis à celebrãdo ſacrum,vel ratione alicuius muneris; tunc etiam egreſſus, maneret adhuc ſubditus Epiſcopo.

Ex ſecunda parte diſtinctionis ſequitur primò,ꝙ loquens cum monialibus exemptis,vel
385 earum monaſterium intrans, non incurrit excommunicationem latam ab Epiſcopo cõtrà ingredientes, & loquentes cum monialibus.*Auila par.*2.*c.*3.*diſp.*2.*dub.*5.*verſ. ex dictis ſequitur*; *Silueſter, Armilla, Sayrus,& Henriquez,* quos ſequitur *Fagundez lib.*1. *in primũ praeceptum Eccleſiæ cap.*7. *n.*9. *ad finem* Idem de ſtatuto contra ingredientes dicta monaſteria,docet *Alterius lib.*3.*diſp.*9.*c.*5.*verſ.ex his et inferri poteſt, Layman lib.*1. *tract.*4.*c.*11.*num.*5.*verſ. idem,Suarez.*ſicut de loquentibus,ſcribit etiam *Bonacina diſp.*1. *de cenſuris quæſt.*1. *p.*11.*nu*.9. ratione de qua ſupra,quia licèt in his caſibus delictum inchoetur in territorio Epiſcopi;cõſumatur tamen in loco exempto.

Limitãt hoc *Auila,*& *Bonac.locis ſupracita-*
386 *tis.*vbi excõmunicatio lata eſſet contra accedentes,ſeu euntes ad monaſteria monialium, quia hoc caſu,delictum non tantum inchoaretur, ſed etiam conſumaretur in territorio Epiſcopi,quam opinionem ſequitur *Diana t.*5 *tr.*9.*reſol.*71.Sed contrariũ eſt verius,neque hoc caſu incurri dictam excommunicationem,ita poſt *Henriquez,& Sayrum, docet Fagundez loco ſupracitato*, quam opinionem,allegatis *Silueſtro, Roſella, Roando à valle*, & *Campanile,* ſequitur *Barboſa de poteſtate Epiſcopi alleg.*102.*n.*73. quando expreſsè non eſt vetitus acceſſus vel aditio, vt ita dixerim,ad monaſteria etiam exempta,vt infra *n.ſequen.* quod etiam videtur probare *Bariola* licèt dubitanter,*apud Dianam loco ſupracitato.*

387 Quæ doctrina ſuprapoſiti corollarij, limitatur ſecundo,vbi expreſſe fieret mentio in ſta-
388 tuto Epiſcopi de monaſterijs exemptis: ita præter *Rolandum à Valle, & Cãpanilem ſupracitatos, Genuenſis, & Azorium, quos refert*, & ſequitur *Homobonus de caſibus reſeruatis,par.*2.*caſ.*5.*verſ.*4. *comprehenſio fol. mihi* 380. *in ſecunda editione*, vnde cum Neapolitana Synodus cantet his verbis. *Itẽ ſcõmunichiamo ogn'huomo,che preſumeſſe andare alli monaſterij delle monache,anco eſente*, meritò *Riccius* 1. *parte praxis deciſ.*647. docet, huiuſmodi excommunicationem comprehendere etiam loquentes cum monialibus exemptis, quod etiã dixit *Graffius de quinq; caſibus lib.*2. *cap.*1.*n.*2.*ad finem*, qui præſupponit, tunc non fuiſſe factam explicationem iſtam de exemptis. Ibi, *ſecundo vt moniales non ſint exemptæ, niſi in reſeruatione adderentur hæc verba; alli monaſterij de monache, anco eſente,*& hoc concludit ratio,quam contra doctrinam noſtri Corollarij adducit nouiſsimè *Nouar. Canonicus in Summa Bullarij tit.de clauſura à n.*13.nempè Epiſcopum ex *Sacro Concilio Tri-*
388 *dentino ſeſſ.*25.*c.*2. poſſe tanquam delegatũ Sedis Apoſtolicæ ſe intromittere in monaſterijs exemptis pro eorũ clauſuræ conſeruatione, quam omni dubio procul percutit nimius virorum acceſſus, & collocutio cum ipſis monialibus, & ideo inquit ipſe,ſufficit ꝙ prohibeat alloquutionem, vel introitũ, vt cenſeatur illam prohibitionem extendere ad exemptas. Quia id tantum probat, quòd expreſsè poſsit Epiſcopus,ſe declarare, velle extendere ſuam prohibitionem, etiam quò ad monaſteria exempta, nã in dubio Epiſcopus
389 non videtur, in rigore procedere vt delegatus; ſed vt ordinarius,vnde conſtituendo Vicarium generalem,videtur ea ſolum ei committere,quæ ſunt ordinariæ iuriſdictionis,nõ autẽ delegatæ.*Sbrozzius lib.*2.*de officio Vicarij.* *c.*135.*n.*3. hoc enim voluit ſignificare,*Homobonus loco ſupra citato*-quando probat noſtrã limitationem, argumento *Sacri Concilij, & Bulla Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs* vbi habetur, moniales exemptas, quò ad clauſuram, Epiſcopo, Apoſtolica autho-
390 ritate ſubijci. An autẽ paſſim Epiſcopi poſſint dictã prohibitionẽ extendere ad exẽpta monaſteria? Reſpõderi, poteſt negatiuè, ex his,quæ notat *Layman lib.*1. *tract.*4.*c.*11.*n.*5. *ad finem.*dum aſſerit,quòd valeat tale ſtatutũ quando Epiſcopus in vtilitatem ſubditorum, adeoquè ex cauſa pertinente ad Eccleſiam, cui Clerici ſubijciuntur, expreſsè prohibet, ne quis monaſterium exemptũ ingrediatur. Idem videtur docere *Caſtrus Palaus t.*1.*tr.*3. *diſp.*1.*pun.*24.§.5.*n.*17.vbi etiam loquitur de ſtatuto Epiſcopi, ne vllus Clericus, ſine ſpeciali licentia ſui Epiſcopi ſub pœna excommonicationis,ad monaſteria monialium exẽpta accedat,ac colloquatur,& concludit,ligari excommunicatione Clericos eò accedentes

Q tes

Digitized by Google

tes. Sed in contrarium eſt praxis quia indiffe-
391 renter prohibetur dictus acceſſus ad mona-
ſteria exempta, tàm pro Clericis, quàm pro
laicis, vt *in Synodo Neapolitana apud Ricçium*
392 *loco ſupracitato*, vnde debet intelligi eorũ
doctrina in caſu, quo tantum prohibetur in-
greſſus, vel alloquutio clericorũ cum dictis
monialibus; quia tũc licèt delictũ nõ inchoe-
tur in loco Epiſcopi, tamen id poteſt con-
tra ſuos ſubditos ratione decentiæ, Clerica-
li ordini debitæ, hoc modo Epiſcopus ſtatue-
re, fauet *Barboſa loco ſupra citato n. 74.*

Quale autem Monaſterium monialium
393 exemptum debeat eſſe illud, ad quod non
extendatur ſtatutũ ſimpliciter prohibens ac-
ceſſũ ad monaſteria monialiũ, patet ex dictis
ſupra n. 321. quibus illic allegatis, *addo Laym.
cit. cap. 11. n. 5.* in ſpecie, quòd eo ipſo dictum
monaſterium eſt ſubiectũ Regularibus, hoc
caſu, dicatur exemptum, dixit *Barboſa citata
allegatione 102. n. 73. clarius Graſſius citat. lib.
2. de quinque caſibus, caſu 1. n. 16.* vbi compre-
hendi docet, ſub caſu ibi reſeruato ſimplici-
ter, eos, qui loquuntur cum moniali exem-
pta ab Epiſcopo, ac immediatè ſubiecta ſedi
Apoſtolicę, ſine licentia Epiſcopi, vel ſui Vi-
carii; non autem eos, qui alloquuntur cum
his, quæ ſubditæ ſunt aliis Prælatis aliorum
ordinum, quaſi dicat, quia ad ipſos Superio-
394 res Regulares pertinet dare licentiam allo-
quendi cum dictis monialibus ſibi ſubiectis,
ideo non comprehenduntur. Sed quid in ca-
ſu, quo ex conſuetudine ab vtroque ſuperio-
re licentia alloquendi cum exemptis peta-
tur, quæ vbi viget, eſt obſeruanda, vt *per Bar-
boſam ſupracit. n. 76. Hemobonum loco ſupraci-
tato, verſ. hanc vero licentiam?* Dicerẽ adhuc
tale monaſterium dici exemptum ad effectũ,
de quo ſupra, ſumus enim in pœnis, in qui-
bus ſtricta fieri debet interpretatio, nec fa-
cienda eſt extenſio de vno caſu ad alium.
Adde quod hic agitur etiam de conſuetudi-
395 ne exorbitante à iure communi, quæ tan-
quam ſtricti iuris proprios terminos non de-
bet excedere *cap. quò ad tranſlationem vbi
Abbas in vltimo notabili de officio delegati*, &
per conſequens ſicut non extenditur de loco
ad locum, nec de perſona, in perſonam, ita
neque extenditur de caſu ad caſum, per alle-
gata *à Rolando à Valle conſ. 69. n. 30.* Poſita ta-
men hac prohibitione facta ab Epiſcopo cir-
ca acceſſum etiam ad exempta, quærit *Silu.
excom. 2. n. 14.* pro loquendo cũ dictis monia
libus, à quo ſit petenda licentia, & reſpon-
det, quòd ſit petenda ab Epiſcopo, ſed in hoc
conſulenda eſt conſuetudo.

Sequitur ſecundo, quòd ſi extaret ſtatutũ
cenſuram imponens contra committentes
396 ſtuprum, non incurreret illam, qui extra-
hit de dicto loco virginem, ſi in alia diæceſi,
vel territorio illam ſtrupauerit, ita *Suarez ci-
tato ſect. 4. n. 7. Bonacina citat. p. 11. nu. 10. Ca-
ſtr. Palaus cit. §. 5. nu. 24. Diana 3. par. tract. 6.
reſol. 28. ad finẽ. & iterum p. 5. tract. 9. reſol 33.
in principio, & reſol. 36. verſ. ſed aliter*, vbi alle
gat *Corneÿo*, quia vt dixi, hoc caſu in loco vbi
rapuit quis puellam, non dicitur quis contra-
here perfectam contumaciam.

Sequitur tertio, ſtante excommunicatione
contra occidentem in Eccleſia, ſi quis exiſtẽs
397 in Eccleſia, iaceret ſagittam, vel exploderet
ſcoplum, occidendo hominem extra Eccle-
ſiam, non incurreret dictam excommunica-
tionem. *Suarez diſp. 5. ſect. 4. n. 9.* qui etiamẽ
398 contrario docet, quòd ſi quis extra Eccle-
ſiam exiſtens, iaceret ſagittam, vel explode-
ret ſcoplum cõtra exiſtentem in Eccleſia, in-
currat dictam excommunicationem, concor-
dãt *Caſtrus Palaus ſupra n. 13. ad finem Alte-
rius ſupracit. verſ. ſed hac reſponſio Bonacina
ſupra cit. n. 11. & Diana loco vltimo citato*; eadẽ
ratione, quia primo caſu homicidium conſu-
matur extra Eccleſiam, ſecundo verò caſu
intra Eccleſiam.

An autem vtroque caſu talis gaudeat im-
399 munitate *Duardus lib. 2. in Bulla Cœna can.
15. q. 16. num. 23. Diana 1. par. tract. 1. reſol. 9. &
Ciarlinus in ſuis controuerſiis c. 12. nu. 44.* vbi
contra *Bonacinam*, probat poſt plures autho-
res, neutro caſu talem gaudere immunitate,
vbi *n. 15. & c. 14. & 15.* à quo iudice ſit delin-
quẽs præter homicidã, vel mutilantẽ in eccle
400 ſia puniẽd⁹, latè *Riccius deciſ. 497.* De man-
dante in eccleſia homicidium, vt committa-
tur extra illam, an gaudeat etiàm immunitate
*Diana par. 1. tract. 1. reſolut. 10.* de qua re ad
propoſitum noſtrum, ſcilicèt an quis in loco
mandati poſſit de homicidio puniri, vel vbi
fuit commiſſum homicidium, *Caſtrus Palaus
cit. §. 5. ſub num. 28.*

*An Epiſcopus exiſtens extra diæceſim, poſſit ferre
ſententiam cenſuræ contra ſuum ſubditum
exiſtentem in proprio territorio.*

HVic quæſito diuerſimodè reſpondent
authores, aliqui enim negatiuè illud
401 reſoluunt, ſ. non poſſe Epiſcopum exiſtẽ-
tem extra territorium ferre dictã ſñtiam ex-
communicationis, & ſi addant aliquas limita-
tiones: ita *Silueſter verbo abſolutio 1 ſub num.
11.* ibi *Panor. dicit mentem Gloſſæ eſſe, quòd ex-
communicare non poteſt, aut exequi, quæ requi-
runt cauſæ cognitionem.* Item *Nauarrus c. 27.
n. 6. in principio.* ibi *nec Epiſcopus extra ſuum
Epiſcopatum, poteſt excommunicare, ſuos etiam
ſubditos.* clarius, & latius *Auila p. 2. c. 3. diſp. 2.
dub. 1. Alterius lib. 7. diſp. 9. cap. 5. ad finem* qui
ait, hoc ipſi Epiſcopo non prohiberi iure na-
turali, vel diuino, ſed tantum iure poſitiuo
eccleſiaſtico in *c. Epiſcopum 9. q. 2.* ita etiam
*Sayrus lib. 1. c. 6. n. 45.* Alij vero diſtinguunt,
vel

Digitized by Google

vel ad ferendam ſententiam requiritur, cauſæ cognitio, vel non requiritur; primo caſu procedit opinio negatiua, non autem 2. caſu. Ita *Reginaldus lib. 9. ſua praxi n. 155. ad finem ibi reſpondent, tum poſſe, tum non poſſe excommunicare, poſſe quidem cum vſu iuriſdictionis voluntariæ, ſeu cum res adeò eſt manifeſta, vt nullam requirat cauſæ cognitionem, & diſceptationem: non poſſe verò cum vſu iuriſdictionis contentioſæ, cauſaque cognitione, &c.*

Hanc opinionẽ cõfirmare videtur *Sayrus loc. ſupra cit. c. 14. ſub n. 16.* vbi ponit aliquos caſus, in quibus validè in alieno territorio excõicatio ferri poſſit, quorũ primus eſt, inquit ipſe, quando fert illam Iudex abſque cauſæ cognitione, & pro Tribunali non ſedens. Itẽ etiam hoc idem præſupponit *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.* 16. *n.* 18. qui ita aſſerit. *Epiſcopus extra ſuam diæceſim iuriſdictionem contentioſam exercere poteſt, quando cauſæ commiſſio* (fortaſſe voluit dicere, cauſæ cognitio) *non vertitur, vel quando effectus confertur in ſuam diæceſim*, allegans *Gratianum in in ſuis diſceptat. forenſibus c. 127. n. 8.*

Pro quarum reſponſionum concordia, ac etiam declaratione. Notandum eſt, Conuenire authores, quòd etiam quando ad ferendã cenſuram requiritur cauſæ cognitio, ſeù vſus contentioſæ iuriſdictionis, poſſit Epiſcopus illam ferre in aliquibus caſibus extra ſuam diæceſim, & ſuũ territoriũ, ſiue reperiatur in eodem loco vbi reperitur ipſe Epiſc. ipſmet, excommunicandus, ſiuè non, ſed abſens, Pri-
402 mus caſus eſt quando interueniret conſenſus Epiſcopi territorii, vbi quis vult exercere dictam contentioſam iuriſdictionem, ita *Silueſter, & Barboſa locis ſupracitatis*; qui etiam ſubdunt, hoc caſu, eſſe etiam neceſſarium, quòd conſentiant partes, quæ inuitæ, etiam à proprio Epiſcopo, non poſſunt trahi extra territorium, proſequitur *Layman lib. 1. tract. 4. c.* 5. ſed ſic eſt, dico ego, quod nunquam, aut rarò pars ſolet conſentire, quòd poſſit excõmunicari, ergo hic caſus eſt fictitius. Secundus caſus eſt, quando iſte Epiſcopus vi fuiſſet
403 expulſus à ſua diæceſi, tunc enim in loco viciniori, petita, & ſi nõ obtẽta licẽtia Epiſcopi territorii, poterit ibi exercere contentioſam iuriſdictionem erga ſuos ſubditos, vt ſupra, iuxta *Clem. quamuis de foro competenti*, & habetur *per Silueſtrum, & Reginaldum locis ſupra citatis, & Barboſam allegat.* 80. *num.* 10. *Sbrozziũ de officio Vicarij lib. 2. q. 395. n. 2.* Tertius caſus eſt, quando id haberet talis Epiſco-
404 pus ex conſuetudine, vel præſcriptione, intellige vt abſque licentia proprii Epiſcopi, poſſit ibi exercere dictam iuriſdictionem erga ſuos ſubditos; ita *Sayrus cit. c. 14. n. 6. verſ. nonus eſt*, idem à pari dicendum eſſe exiſtimo quoties ex priuilegio Summi Pontificis hoc haberet aliquis Epiſcopus, patet ex iuribus,
405 quæ probant, conſuetudinem, & priuilegiũ à pari procedere, vt videre poteritis apud *Rolandum à Valle conſ. 3. n. 116. vol. 1.* Conueniũt Secundò iſti, &c. q Epiſcopus poſſit extra ſuã
406 diæceſim ferre ſententiam cenſuræ pro facto notorio, ſeu offenſa manifeſta ibi facta, contra ſuum ſubditum etiam ſecluſis caſibus, de quibus ſupra proximè: ita DD. omnes ſupracitati communiter, quibus addo *Layman lib. 1. tract. 5. c. 4. n. 8, Zerolam, de licẽtia viſum, in ſua praxi v. excommunicatio §. excommunicationis cauſa efficiens verſ. 3. ſimiliter.* Non alia ratione, quàm quòd ad illam, iſto caſu ferendã non requiritur cauſæ cognitio, quicquid contrarium docere videatur *Præpoſitus in 3. par. D. Thomæ p. 1. de cenſuris in communi n. 34.* ea ratione, quod ipſum ferre ſententiã,
407 ſit actus iuriſdictionis contentioſæ, quam exercere prohibetur quiuis iudex in alieno territorio *c. nouit de officio delegati l. 2. ff. de officio Proconſulis*, ſed fallitur ſua pace, confũdẽdo iuriſdictionẽ contentioſã cũ iuriſdictione quò ad forũ externũ; cũ ipſa iuriſdictio quòad forũ externũ prò ferenda ſentẽtia cenſuræ poſſit exerceri contentioſè, & non contentioſè, vt benè indicat *Silueſter verbo abſolutio 1. n. 11. ad finem* ibi *ſi autem velit contentioſè procedere, non valeret proceſſus.* eccè quòd ſupponit, poſſe ferri ab Epiſcopo ſententiam cenſuræ (quod ſpectat ad poteſtatem, quò ad forum externum vt dixi ſupra) extrà territorium, quando non contentioſè proceditur, quod eſt idem, quàm vt ipſa iuriſdictio, quò ad forũ externũ poſſit quis vti cõtentioſè, & non contentioſè, vt infra latius patebit.

Vnde, ni fallor, difficultas circa hoc quæſitum reſtringitur in hoc, an præter illum caſum de facto notorio, ſeù manifeſta offenſa,
409 dari poſſit alius caſus, & quis nam ſit ille, in quo valida ſit cenſuræ ſententia lata ab Epiſcopo extrà territorium, ſecluſis licentia Ordinarii loci, vel conſuetudine aut priuilegio, & expulſione, vt ſupra. Nam plerique ex citatis Doctoribus loquuntur, ac ſi non poſſit dari alius caſus, ita .n. *Silueſter Reginaldus Layman, & Zerola, locis ſupracitatis*, Alii verò *vt Sayrus præcipuè cap. 14. n. 6. & Barboſa cit. allegatione 6. num.* 18. videntur loqui magis generaliter, vnde etiam non videntur excludere, quin non poſſit dari alius caſus.

Circà quam difficultatẽ ſic declaratam, cõcluſiuè procedendo. Dico quòd dari poteſt
410 iſte alius caſus, & eſt quotieſcumque talis Epiſcopus exiſtens extra diæceſim, fert dictã ſententiam cõtra ſuũ ſubditum exiſtentẽ in dicta ſua diæceſi *vt in titulo quæſiti* hoc modo, nempè formãdo in diæceſi proceſsũ per ſuum Vicarium, ibique examinando teſtes, ac citando reum & extra illam tantũ ferre ſententiam, quia hoc caſu non poteſt propriè dici, quòd exerceat contentioſam iuriſdictionem in alieno territorio, ſed benè volun-



Digitized by Google

voluntariā:ita *Layman loco ſupracitato.* vbi do
cet expreſſè, quòd per ſententiam ſolam non
411 videtur quis inuadere, nec perturbare terri-
torium alienum; ſed per formationem pro-
ceſſus, in qua interuenire ſolet partium con-
tentio, ex qua contentione, iſta iuriſdictio
vocatur contentioſa, vt etiam dixit *idem Lay-
man eodem lib. 1. tract. 4. c. 5. n. 3.* Accipite ver-
ba *Layman loco primo citato* ibi, *ſed vera cau-*
412 *ſa cur in aliena diœceſi, Epiſcopus ſenten-
tiam cenſuræ ferre nequeat, ea ſola eſt, ne alienũ
territorium inuadere, atque violare videatur,
qua ratione ceſſante, nihil omninò obſtat, quo
minus Epiſcopus, aliuſq; Superior in alieno ter-
ritorio iuriſdictionem in ſuum exerceat.* quæris
quam iuriſdictionem poſſit hoc caſu exerce-
re? ecce quod ſubdit *ſeu cum iis diſpenſando,
aliamque voluntariam iuriſdictionem exercen-
do,* Petes forſan quouſque ſe extendat iſta vo-
luntaria iuriſdictio? reſpõdet quoq. his verbis.
*iis imperando ſub pœna cenſuræ ipſo facto, ac ſine
alia ſententia incurrendæ, ſiuè particularem
ſententiã in eos pronũciãdo, ob delictum notoriũ,
quod nullam cauſæ cognitionem poſtulet,* & ſic
patet quomodo intelligi debeant verba *Bar-
boſæ cit. num.* 18. ſupra relata. *Epiſcopus poteſt
extra ſuam diœceſim, iuriſdictionem contentio-
ſam exercere, quando cauſæ commiſſio non ver-
titur, vel quando effectus confertur in ſuam diœ-
ceſim,* accipit enim ly, contentioſam iuriſdi-
ctionem pro ea, quæ exercetur in inuitũ, quę
propriè, & præciſè non eſt iuriſdictio conten-
tioſa, vt egregiè *Caſtrus Palaus tom. 1. tract. 3.
diſp. 1. puncto 24 §. 5. n. 22.* ibi *Quo circa dicen-
dum eſt, contentioſam iuriſdictionem non eſſe.
quæ redditur in inuitũ præciſè; ſed quæ indiget
teſtibus, citatione, aut alia iuris ſollemnitate,
& Sayrus ſupracit. nu. 6. verſ. 7. eſt.* ſubdit hoc
etiam poſſe fieri, ſ. ferri excõmunicationem
ab Epiſcopo extra territorium *quando quis
ſemel cauſam excommunicationis nouit in ſuo
territorio, quia poteſt poſtea in alieno territorio
eam ferre,* quòd confirmatur ex doctrina cõ-
muni, quam poſt alios tradit *Sbrozius de offi-*
413 *cio Vicarii lib. 5. q. 39.* ſcilicèt poſſe Epiſcopũ
ad libitum auocare cauſam, vel cauſas à ſuo
Vicario, ergo nihil repugnat quod etiam ſi
reperiatur ipſe Epiſcopus extra territorium,
poſſit ferre ſententiam cenſuræ, poſtquam ali
quis fuit citatus, & contra eum formatus pro-
ceſſus à Vicario ſuo, item quod ad validitatẽ
cenſuræ, vt infra dicetur, ſufficiat ſi ſententia
fiat in ſcriptis cum inſertione cauſæ, & copia
414 ipſius tradatur parti, nec eſt neceſſe vt iudex
ſedeat pro Tribunali, vnde benè *Silueſter lo-
co ſupra citato ad finem,* vbi concedit, in noto-
riis poſſe Epiſcopum extra territorium excõ-
municare, ſubdit *quod tamẽ non intelligo, quò
ad excommunicationem ſollemnem, quia talis
fieri non poteſt niſi vſurpando iuriſdictionẽ alie-
nam.* Nota id quod dicit *Layman loco ſupraci-*
415 *tato* de præcepto ſub pœna excomunicatio-
nis ipſo facto incurrendæ, ab Epõ extra ſuũ
territorium, de qua re etiam egit *Caſtrus Pa-
laus ſupracit. n. 22.* q̄a intelligi poteſt non ſolũ
quòad ſubditos exiſtentes in proprio territo-
rio, ſed etiam exiſtentes extra territorium in
præſentia tamen ipſius Epiſcopi, idem dicen-
dum eſſe de abſolutione, quæ requirit cauſæ
gnitionem, habetur per *Silueſtrum cit. ver-
bo, abſolutio numero* 11.

*Exteri, ſeu forenſes, an ſint ſubditi Epiſcopo loci, vbi reperiuntur quòad cenſuras, ex eo tantum, quia ſint ſubditi ratione delicti.*

PRo complemẽto materiæ, remanet difficul-
tas de forẽſibus, an ipſi ſint ſubditi ſuperio-
ribus loci, vbi reperiuntur abſq; eo, ꝙ eius
loci ſint originarii, vel habeant ibi beneficia
aut acquiſierint domicilia vel quaſi, ſed ani-
mo redeundi quàm primum ad locum vbi
habent domicilium, ità quod poſſint in iſto
loco excommunicari per ſententiam parti-
cularem, vel comprehendantur in excom-
municatione ibidem lata per ſtatutum, aut
generalem ſententiam.

Conueniunt Doctores primò de vagis, ſeu
416 vagabundis, eſſe ſubditos Epiſcopo loci
vbi reperiuntur, & quod non ſolum poſ-
ſint excommunicari ab eo, pro delicto ibi
417 commiſſo, ſed etiam de delicto alibi pa-
trato, *Gloſa communiter recepta in l. 1. C. vbi
de crimine agi oporteat,* Adde tamen, quod ſi
à iudice delicti petatur, debet ad eum remitti,
vt contrà *Farinaccum,* probat *Caſtrus Palaus
t. 1. tract. 3. diſp. 1. punct. 24. §. 4. num. 5.* & ſic in-
tellige *Marium Antoninum lib. 3. variarum,
reſol. 16. n. 9.* quando dicit, quod vbilibet poſ-
ſit vagabundus citari, & puniri, tutius tamen
eſt quod iudex delicti præueniat citando eũ
per edictum *vt ſupra n. 363.* ſi nõ citauit per
ſonaliter antequã exiret de dicto lòco deli-
cti, quo caſu eſt certũ poſſe procedere ad vlte
riora vt dicã infra. Itẽ q̄d ligẽtur cẽſuris ibid.
418 latis, ſiue per ſtatutũ ſiuè per ſẽtẽtiã genera-
lẽ, hi. n. cũ nullibi domiciliũ, & parochiã ha-
beant, ſortiuntur diœceſim, in qua pro tempo
re reperiuntur: ita loquendo de diſpenſatione
à iuramentis, & à votis, dixit *Leſſius lib. 2. de
iuſt. cap. 40. num. 103. ad finem, Caſtrus Palaus
t. p tract. 3. diſp. 6. p. 7. §. 2.* & loquendo de ab-
419 ſolutione ab excommunicatione, *Filliucius
tract. 11. de cẽſur. n. 24.* ſicut de abſolut. à caſi-
bus reſeruatis, loquitur *Barboſa de poteſtate
Epiſcopi allegat. 52. n. 16.* & in terminis noſtris
loquendo dicit; *Hurt. de cenſuris in communi
difficultate 9. ad finem.* Et ſi non deſint autho-
res, quos refert, & ſequitur *Diana 1. p. tract.
de legibus reſol.* 16. qui quòad obligationem
obſeruandi leges loci vbi reperiuntur, equi-
420 parent vagos, peregrinis. Cuius cõtrarium

probat

Digitized by Google

probat *Caſtrus Palaus cit.p.4.n.3.* Quia dantur etiam alia delicta, quæ poſſunt vbique puniri, vt eſt aſſaſſiniũ, *cap.1.de homicidijs in 6. Farinacc.in praxi q.1. num.*10. item etiam delictum proditorium *Baiandus ad Clarum* §. *fin. q.38.n.55. Plotus conſ.crim.diuerſ.*111. de quo vltimo vide *Farinac.ſup. n.*18. *limit.*11. *vnde*
421 ad propoſitũ noſtrũ ſequitur, ꝙ qui cõmiſit dictum aſſaſſinium, vel delictum proditoriũ erga clericum, poſſit à quolibet Epiſcopo declarari, excommunicationẽ incidiſſe *canonis ſiquis ſuadente*, de alio caſu furis ſcilicèt, ꝙ vbi inuenitur cum re furata poſſit puniri, & ſi aliàs non ſit ſubditus, neque ratione originis, neque domicilij aut delicti, ſecundũ opinionem *Bartoli*, latè per *Ciarlinum in ſuis controuerſ. forenſibus c.*19.

Secundò conueniunt etiam, quòd Epiſcopus poſsit excommunicare forenſem, de quo
422 ſupra in titulo quæſiti per ſententiam particularem, pro delicto, quod commiſit in ſuo territorio, hic enim efficitur ſubditus ratione delicti, quod ſufficit vt poſsit excommunicari, *cap.finali de foro competenti*; ideſt ſi Bononienſis commiſit furtum, vel homicidium hic Arimini, vbi reperitur per tranſitum, poteſt ab Epiſcopo Ariminenſi ei præcipi, quòd ſatisfaciat ſub pœna excommunicationis, ꝙ præceptũ ei intimatum, dum adhuc ibi exiſteret, ſi non obſeruet, & ſi poſtea diſcedat, poteſt ab Epiſcopo Ariminenſi excommunicari, (iuxta ſupra à nobis dicta *n.*363.) propter contumaciã, & habetur in ſpecie per *Layman qui alios citat, lib.*1.*tract.*5.*c.*4.*n.*7.*ad finem*, & in terminis loquitur *Silueſt.verb. excom.*2.*n.*10.*in* 1.*par.& alij, quos citaui loc.cit.ſup.* & latè probat *Marius Antoninus lib.*3.*variar. reſol.*13. vbi quòd talis debet opponere declinatoriam fori coram eo iudice, qui eum citauit, & non coram eo vbi nunc reperitur, ac etiã quòd talis iudex loci vbi repetitur, non poſſit declarare nullam excommuninationem latam à iudice ratione delicti. Dixi (ei intimatum dum adhuc ibi exiſteret) quia ſi antequam fuerit citatus, diſceſsiſſet, & ſic cum eo nõ fuiſſet per citationem ceptum iudicium, non poterit Epiſcopus Ariminenſis eum excommunicare, ſed benè curare, vt ad eius requiſitionẽ, citetur per edictũ tanꝗ exiſtens in incerto loco, vt ſup. dictũ eſt loc.cit. & ſic hoc caſu, nulla eſt differentia inter talem forenſem, vel ſubditum ratione domicilij. *Auila parte* 2. *cap.*3. *diſp.*2. *dubio* 3. *in fine ſecundæ concluſionis. Reginaldus lib.*9. *ſub num.* 153. *Hurtado ſupradicta diffic.*9. teſtatur de communi. *Conink diſp.*13.*nu.*65. qui bene ſubdit, hanc doctrinam potius ex praxi, quàm ex aliquo iure pendere. Nota tamen quòd etſi regulariter ſubditus iudicetur is, domicilij ratione qui in eo loco vbi comiſit delicta, habitauit per decem annos, vel ibi domũ emit, *l.2.C. de incolis lib.*10. *l.non vtique, & l.domicilium ff. ad municip.* & forenſis per cõſequẽs dicetur is, qui in dicto loco non habitauit per decem annos, vel domum non emit, & ſi ibi aſsiduè ſit conuerſatus, v.g. vt ſcolaris, mercator, famulus, & ſimilis perſona vt in ſimili latè tradit *Rolandus à Valle conſ.*59.*num.*53.*vol.*3. *Burſatus conſ.*225.*num.*42.*lib.*2. *Carpanus ad ſtatuta Medìol.c.*311.*n.*15. *& ſeq.* tñ quo ad propoſitũ noſtrũ, vt nõ dicatur forẽſis ſufficit ſi habeat ibi domũ dictus ſcolaris, famulus, vel mercator ad hoc, vt poſsit ibi citari domi ſuæ ſolitæ habitationis, vel per edictum vt dixi ſupra, & vidi practicatum, ideoq; ſupra in principio quæſiti feci mentionem non ſolũ de domicilio, ſed etiam de quaſi domicilio.

Conueniunt tertiò, idem dicendum eſſe
423 de ſentẽtia generali pro peccato præterito, v.g. forenſis vt ſupra hic Arimini commiſit magnum furtum, Epiſcopus excommunicat omnes, qui tale furtum fecerunt, niſi reſtituant, tunc talis forenſis ſi reperiatur tempore, quo fertur hic Arimini talis ſententia, ligatur tali excommunicatione; ſecus ſi non reperiatur ibi tẽpore quo fertur dicta excommunicatio, ipſe enim ſicuti præſens, vel abſẽs tamen præuentus citatione, potuit ab Epiſcopo excommunicari, non autem omnino abſens, ita in caſu noſtro ſufficit ſi fuit præſens tempore, quo fuit lata excommunicatio ad illam incurrendam, & ſufficit ſi dicto tempore ſit abſens, vt illam non incurrat. Secunda pars ponitur expreſsè à *Conink diſp.*13. *nu.*60. *Auil. ſupracit, verſ.* 3.*concluſ. Alterio lib.* 3. *diſp.*9.*c.*1.*verſ ſed quæret aliquis*. Primã verò partẽ innuit *Hurtado de cenſuris in cõi nu.*36.*verſ. conueniunt* 2. clarius videtur docere illam *Reginald.lib.*9.*ſub num.*153. ibi *nam non ſubditus eſt*, & excipitur à ratione, qua probat *Alterius* ſecundam partẽ, nempè quòd
424 vt quis acquirat forũ ratione delicti, oporteat vt in fieri, & cõſeruari, maneat in territorio, & ſic non requiritur quòd alia ratione ſit ſubditus ad incurrendam excommunicationem, quando is, qui delinquit in alieno territorio, ibi reperitur tempore quo, vel præuenitur per citationem, vel fertur excommunicatio generalis ꝓ crimine cõmiſſo. Qui hinc infert quòd ſi feratur hic Arimini excommu-
425 nicatio contra eos, qui ſciant furtum commiſſum, vel quid ſimile, ſi non reuelant; forenſis ibi adueniens, ſi ſit conſcius furis, vel alterius, non ligatur dicta excommunicatione, nõ ſolum quia aduenit poſt excõmunicationem latam (in quo concordant Doctores ſupradicti, qui addunt, hoc eſſe verum, etiam ſi talis forenſis ibi adueniat animo permanendi per maiorem partem anni, vel etiam in perpetuum, & ſic ibi acquirat domicilium) ſed etiam ſi reperiatur ibi tempore, quo fertur ſententia, per modum tantum tranſitus,

absq;

Digitized by Google

abſque acquiſitione ſaltim quaſi domicilij, vt mercatores, ſcolares, &c. ita *Auila loco ſup. ad finem 3. concluſ. & verſ. circa corollarium,* ratio differentiæ inter præcedentem caſum & præſentē eſt, quia primo caſu, quis efficitur ſubditus ratione delicti, ſecundo caſu, cùm non adſit delictum, nullo modo eſt ſubditus, & per conſequens, cum non poteſt cōprehendere ſententia, quæ fertur contra aliqua ratione ſubditum.

Difficultas igitur prima verſatur, vbi talis excōicatio fertur per ſententiam generalem
426 pro peccato futuro, ſeu vt alij dicunt, non requirente ſatisfactionem peccati commiſſi vt v.g. contra eos, qui furabuntur, occident &c. an hoc caſu forenſes ligentur dicta excōmunicatione, furando, vel occidendo. Pro cuius ſolutione ſit.

Prima concluſio: forenſis, ſeù alienigena vt ſupra, non ligatur cenſuris latis per ſententiā
427 generalem latam pro peccato futuro à ſuperiore loci; in quo reperitur. Probatur in *c. à nobis el primo de ſententia excommunicationis,* vbi cum quæſitum fuerit, *vtrum ſiquis ita pronuntiauerit; quiſquis furtum fecerit, excommunicatus ſit, hac generalis clauſula quoàd ipſius excommunicantis ſubditos referatur, an generaliter extendatur ad omnes, qui non ſunt de iuriſdictione ipſius? & reſpondet Summus Pontifex, quòd hac ſententia non niſi ſubditi obligentur.* Confirmatur ratione, de qua ſupra ſæpius, quòd ſcilicet cenſura lata per modum ſententię generalis ligat perſonas, quæ de ſe ſunt ſubditæ, quod non verificatur in forenſibus, & exteris.

Dices, eſt factus ſubditus ratione delicti, ergo tanquam ſubditus hac ratione, ligatur ſententia illius ſuperioris, cuius factus eſt ſubditus. Reſpondetur, hanc rationem tantum cō-
428 cludere, quòd iſte poſsit à tali ſuperiori citatione præueniri & ſi contumax ſit, excommunicari, quando delictum eſt contra ius naturale, vel diuinum, aut contra bonū Reipublicæ, in quo omnes conueniunt, vt dixi ſupra *ſub num. 353.* non autem vt eò ipſo, quòd contrauenit, ſit contumax, & peccet contra præceptum ſui ſuperioris eccleſiaſtici; quod requiritur vt ſupra dixi, ad incurrendam cenſuram: *Ita Conink ſupra num. 18. Hurtado n. 37. Layman lib. 1. tract. 1 p. 1. c. 4. nu. 1. Reginal. lib. 9. ſub n. 153. Bonacina diſp. 1. de cenſuris p. 1. n. 19. Auila par. 2. cap. 3. diſp. 2. dub. 3. concl. 2.* quem ſupra citauimus *n. 340.* in terminis monitorii, & ſequitur *Diana parte 3. tract. 5. reſol. 77. & tom. 5. tract. 9. reſ. 36. ad finem.* Eſt hæc noſtra concluſio contra *Gloſam in dicto cap. à nobis, verbo non niſi ſubditi, & Rodriquez quos ſequitur Lazarius de monitorijs ſect. 4. q. 19. ad fin. iit Suar. & Baſilium Pontium,* apud *Dianā loco primo citato;* hanc dicit eſſe probabilem opinionem *Caſtrus Palaus to. 1. tract. 3. diſp. 1. p. 24. §. 3. ſub num. 15.* & ſi fateatur noſtram cōcluſionem eſſe ſecundum ſententiam communem. *Dixi latam à ſuperiore loci, vbi reperitur,* quia ſecus erit, ſi ſit lata à *Papa,* vel eius delegato, vt indicant verba *dicti textus in cap. à nobis,* quæ ſubſequuntur, ibi. *Niſi forte plus contulerit maior, & largior authoritas delegantis;* ampliationes, & limitationes habetis infra poſt concluſionem ſequentem.

Secunda difficultas eſt de cenſuris latis per ſtatutum, an illis ligentur forenſes vt ſupra. Quia *Abbas in cap. a nobis de ſent. excom. n. 7.* & ſi putet, forenſes non ligari prædictis cenſuris latis per ſententiam generalem; concludit tamen ligari cenſuris latis per ſtatutum, ex eo, quòd ſententia reſpiciat ſubditos, ſtatutum verò territoriū, quē ſequuntur *Vgolinus tabul. p. c. 9 §. 2. n. 4. Suarez diſp. 5. ſec. 5. n. 22. & to. 1. de Relig. lib. 2. c. 14. Auila ſupra verſic. 4. concluſ. Reginaldus lib. 9. n. 150. Filliuccius tract. 11. cap. 5. ad finem, Caſtrus Palaus loco ſupra citato, Ciarlinus loquens generaliter in ſuis controuerſiis forenſibus c. 65. n. 115.* addens, niſi eſcuſetur ex ignorantia maximè, circa res de iure communi non punibiles, Quibus tamen non obſtantibus ſit.

Secunda concluſio, forenſes non ligantur
429 cenſuris latis per ſtatutum à ſuperiore loci vbi reperiuntur. Probatur eadem ratione, qua fuit probata prima cōcluſio, ſcilicèt quòd ad hoc vt quis ligetur cenſuris ob peccata futura ſiuè per ſententiam generalem, ſiuè per ſtatutum requiritur, vt ſit ſubditus ſuperiori, qui tulit cenſuram, forenſis autem contrauenienss ſtatuto, vel ſententię ſuperioris loci, vbi reperitur, nō eſt illi ſubditus, ergo nō incurrit dictas cenſuras. Dices cum *Vgolino* & aliis aduerſariis, quos ſequitur *Caſtrus Palaus t. 1. tract. 3. diſp. 1. p. 24. §. 3. ſub. num. 11. & nu. 15.* quòd, & ſi iſte aliàs non ſit ſubditus, tamen fiat talis ratione delicti, nam reſpondetur vt per *Layman loco ſupra citato,* id negando, quia quis non poteſt dici deliquiſſe contra ſtatutum alicuius ſtatuentis, niſi ſit prius effectus ſubditus ipſi ſtatuenti, ſed forenſis, vt ꝓſupponimus iā nō eſt effectus ſubditus ipſi ſtatuēti, ergo non potuit incurrere cenſuras ab eo latas vt ſupra, & tantū ratione delicti fit ſubditus ad hoc, vt talis per Epiſcopum loci preſēs poſſit citari, atque adſatisfaciendū cēſuris cōpelli, vt ſup. dixi, & dicā etiam infrà *n. 439. Ita Conink, Layman, Hurtado, & Diana*
430 *loc. ſup. citatis.* fauent etiā Doctores, qui docent; peregrinum non adſtringi peculiaribus legibus loci tranſitus, vel hoſpitij ad breue tempus; niſi vi directiua, ſcilicèt ad euitandum ſcandalum, quorum catalogum, habetis *apud Sanchez lib. 3. de matrim. diſp. 18. n. 6. & in ſumma morali libro 1. cap. 12. nu. 28. & Dianam 1. par. tract. de legibus reſol. 15.* fateor tamen contrariam opinionem eſſe probabilem

Digitized by Google

lem, non ſolum ob authoritatem doctorum, qui ea n docent in terminis, & in communi loquendo de legibus, *quibus addo Castrum Palaum loco ſupra citat.* ſed et quia probabile etiā eſt, peregrinum, ſeu forenſem, vt ſupra, fieri ſubditū ratione delicti, & proinde obligari legibus loci per quem tranſit etiam ad modicum tempus, ac obligatos eſſe viatores, ac ſunt incolæ illius loci, & adſtringi legibus municipalibus, ſi inſtet tempus adimplendi illas. *Ita Suarez, Salas, & Baſilius Pontius, quos refert, & ſequitur Caſtrus Palaus loco ſupra citato num.* 12.

Ampliatur hæc concluſio, vt ſit vera, etiam
431 ſi talis forenſis ſit conſcius dicti ſtatuti, vel ſententiæ generalis, & cum ſcandalo, illud non ſeruet, quia, *vt inquit Gloſa marginalis in dicto cap. à nobis poſt Hoſtienſem*, non ſequitur, ſi obligati ſunt ad culpam, ergò etiam ad pœnam, quam an incurrant, arbitrandum eſt ex mora, quam traxit in eo loco, *ita Gloſa citata.*

Limitatur primò *à Sanchez, & alijs apud Caſtrum Palaum loco ſupra citato num.*6. quando iſta lex loci tranſitus, vel ſententia etiā obli-
432 get ſimul in loco domicilij, ex quo talis diſceſſit; ſed contrarium docet *Ioannes Sancius in ſelect. diſp.* 14. *nu.* 31. *ad finem* apud eundem *Caſtrū Pal. ſupra, & infert Diana loco infracit.*

Lmitatur ſecundò vbi tales leges loci trā-
433 ſitus, ſint iuris communis, & vbique obligantes, licèt in loco ſui domicilii, ex contraria cōſuetudine non ſeruentur v.g. Caſtellanus nō poteſt Luſitaniæ veſci inteſtinis animalium, nec Mediolanenſis illis quatuor diebus primis Quadrageſimæ, hic Neapoli comedere cibos vetitos, ſed etiam in hoc non deſunt Doctores contrarium docentes, nempe *Sanchez lib.* 3 *de matrim. diſp.* 18. *& alij apud eundem Caſtrum Palaum loco ſupra citato n.* 8. *ad finem. & Dianā p.p. tr. x. reſolut.* 15.

Limitat tertiò *idem Caſtrus Palaus nu.* 7.
434 poſt alios, quando illæ leges latæ fuerunt in bonum illius loci, qui etiam nu. 14. probat; poſſe hoc caſu legem ferri pro ſolis forenſibus, vt ferre arma, loqui cum monialibus, ſed contrarium docent alij Doctores pro noſtra concluſione allegati, loquentes generaliter, tales ſcilicet non adſtringi peculiaribus legibus loci tranſitus.

Nota tamen quòd in foro externo tales nō
435 debent declarari excommunicati, quia in eis præſumi poteſt ignarantia, vt poſt *Genuenſem in ſua praxi Archiepiſcopalii Neapolitana cap.* 24. *num* 15. dixi ſupra *recollect. præcedenti vbi de ignorantia excuſante à cenſurarum incurſu.*

Tertia difficultas, an forenſes, qui poſt ſtatutum; vel ſententiam generalem pro peccato futuro, fiunt ſubditi, obligentur cenſuris in dicto ſtatuto, vel generali ſententia latis; nam Doctores licèt conueniant in eo caſu, quo
436 cenſura fertur per ſtatutum, nempè hoc caſu comprehendi ſubditos futuros, diſcrepant in caſu, vbi fertur cenſura per ſententiam generalem, ſeu edictum. *Panorm. Silu. Tabiena, Vgolinus, & Henriquez*, quos ſequitur *Sayrus lib.* 1. *c.* 7. *num.* 22. *& Auila p.* 2. *c.* 3. *diſp.* 2. *dub.* 2. *concluſ.* 2. docent, ſententiā non comprehēdere futuros ſubditos, quia ſententia ſumit vires in continenti. Hoc tñ non obſtante ſit.
437 Tertia concluſio; forenſes, qui efficiuntur ſubditi, vt ſupra, poſt cenſuram latam per ſententiam generalem, obligantur dictis cenſuris. Ita *Suarez diſp.* 5. *ſect.* 5. *Conink diſp.* 3. *n.* 59. *Hurtado loco ſupra citat. n.* 39. *verſ. obſeruādum.* Ratio eſt, quia ſicut ſtatuti obligatio durat poſt eius publicationem: ita etiam durat obligatio ſententiæ generalis quatenus lator eius viuit, & fungitur eo officio; & id quod dicitur, ſententiam ſumere vires in continenti, procedit propriè in ſententia particulari, non autem generali, quæ equiparatur cenſuræ latæ à iure.

Hæc concluſio habet locum in ſententia pro delicto futuro, non autem præterito, ſeu in ſatisfactione delicti commiſſi, in quo caſu forſan loquuntur *Sayrus, & Auila locis ſupra citatis*, cùm exemplificent eorum doctrinam in excōicatione lata ad reuelandum bona, & ſcripturas, quandoquidem dicta ſententia generalis pro delicto præterito, magis affinis eſt ſentētia particulari, quæ ſtatim vires aſſumit, & nos diximus *ſupra n.* indicat hāc declaratione *Genuenſis in ſua praxi Archiepiſc. Neap. c.* 2. *n.* 12. Ex qua declaratione infertur,
438 validè ferri ſententiam generalem cenſuræ pro futuris culpis, ab homine *Couarr. in c. Alma Mater* 1. *p.* §. 10. *num.* 3. quidquid dubium faciat *tex. in c. Romana de ſent. excom. in* 6. dūmodo fiat ex rationabili cauſa puta, qa in vrbe vel Prouincia tale peccatū ſit frequētiſſimū. Vnde in praxi ad iudicandum an in tali ſententia comprehendantur ſubditi futuri, inſpicienda ſunt verba ipſius ſententiæ, & cauſa, de qua re *Silueſter, excō.* 2. *n.* 1. *Alterius lib. diſp. cap. verſ.* *Suarez diſp.* 3. *ſect.* 4. *num.* 6. *Sayrus lib.* 1. *cap,* 7. *num.* 21. *ad finem Layman loco ſupra citato*, vbi reſoluit hūc caſum. Or-
439 dinarius cuiuſdam loci cùm intellexiſſet in ſua Diæceſi aliquod crimen patrari, decretum ad Eccleſiæ valuas affixit, vt quicumque tale facinus, in poſterum cōmittere præſumpſerit, ipſo iure excommunicatus ſit. Poſtea verò cum cognouiſſet hominem aduenam id commiſiſſe, ipſum publicè excommunicatum denuntiari iuſſit, & cōcludit Ordinarium non rectè proceſſiſſe, quia decretum illud tantum ad ſubditos ſe extendebat, & aduena priuſquam deliquiſſet non erat ſubditus, quarè cùm tantum ratione delicti ſit effectus ſubditus, exinde ſolum ſequebatur, potuiſſe

Digitized by Google

tuiſſe citari dum in territorio manebat, atque ad ſatisfactionem compelli, & tunc demum, ſi contumax eſſet, excommunicari; ſi autem abierit à Diœceſi antequam citaretur, quid faciendum ſit, non aperit ipſe author ſed *Megalius p.3.lib.1.cap.5.num.53.* videtur aſſerere quod tunc non poſſit citari ab ipſo iudice delicti, nec per edictum, quod eſt veriſsimum, & idem dicit *Siueſter verbo excommunicatio 2.ſub num.* 0. loquendo de excommunicatione pro culpa præterita & ſubdito, qui antequam citaretur, ita aliò ſe tranſtulit, vt etiã mutauerit domiciliũ, quod etiam dixit *Suar. loco ſupra citato.*

Quæres, quando debeat effici quis ſubdi-
440 tus, ad hoc vt comprehendatur in ſtatuto, vel ſententia generali antea latæ pro delicto futuro? Reſpõdetur, quòd licèt aliqui requirant, vt quis fiat ſubditus ratione domicilij, tñ rectius alij, quòd ſufficiat ſi fiat ſubditus ratione quaſi domicilij nempe habeat animum habitandi ibi per maiorem partem anni, qualiter ſunt ſcolares, mercatores, curiales, &c. *Auila, & Layman locis ſupra citatis.*

*An omnes ſubditi poſſint cenſura multari.*

Concluſio: nõ omnes, qui ſunt ſubditi, poſſunt ab habente poteſtatẽ cenſuras ferendi,
441 cenſuris multari; probatio huius concluſionis, patebit ex enumeratione eorum, qui non poſſunt excommunicari, etſi ſint ſubditi.
442 Primò enim infideles, ſcilicèt non baptizati, & ſi ſint ſubditi, nõ tñ poſsũt cenſuris multari habetur in *audiuimus 24.q.1.* vbi *Turrecrem. n.4. D. Anton.3.par tit.24.§.75. Abbas in cap. ab excommnicato 41.n.9 de reſcriptis,* & omnes qui tractant hanc materiam communiter, quia vt quis poſsit excommunicari, non ſolum requiritur, quòd ſit ſubditus ratione originis, vel domicilij, aut delicti, Epiſcopo, ſeu etiam quòd ſit ſubditus iuriſdictioni Eccleſiaſticæ, ſed infideles nõ ſubijciũtur iuriſdictioni eccleſiaſticæ, ergo: ita *Felin. in c.1. n.41. de conſtit.* quia ſunt incapaces talis penæ, cùm non poſsint priuari participatione ſacramentorum, ad quã nunquã fuerunt admiſsi, nec admitti potuerunt, vt colligitur, *ex tex. c.*
443 *veniens de preſbitero non baptizato, Silu. excom. 1.§.7. & Soto in 4. diſt.22.q.2.a.2.* poſſunt tamen indirectè priuari contubernio fidelium, interdicendo ſcilicet fidelibus, ne cũ illis conuerſentur, vt per DD. citatos & latè *Sayr. lib.1.c.8 n.6* & *Laym. lib.1.tr.5.c.4.n.1.*
444 vbi idẽ dicunt de Cathecuminis, quia licèt aliquo modo ſint ſubditi Eccleſiæ, tamen adhuc in Eccleſiam per baptiſmi iannam nõ ſunt ingreſsi, vt certum eſt ex *Conc. Trid. ſeſſ. 14.c.2.* latè *Ricciullus lib.3. de iure perſonarũ cap.4. à num.6.* Quod Eccleſia in neminẽ iudicium exerceat, qui prius non fuerit baptizatus. *Nau. c.27.n.15. Auila 1.2.c.4. diſp. vnica dub.2. Filliucc. tract.11.n.177.* Qui ex hoc in-
445 fert, primò hæreticos, ſchiſmaticos, apoſtatas à fide, poſſe cenſuris affici, ſecundò infideles vt ſupra non incurrere cenſuras latas a iure, & ſic ſi percutiant clericum, non incurrere excommunicationem canonis, tertiò quòd & ſi ſint notorij, clerici percuſſores, non tamen tenemur eos euitare.

Secundò pueri infantes, furioſi, amentes, cùm vſu rationis careant, & doli, ac contumaciæ incapaces ſint, vllo modo poſſunt cenſura multari, & aliàs ſententia cenſuræ contra eos lata, vtpotè continens intollerabilem errorẽ, nulla eſt, & inualida, *Sayrus loco ſupra c.nu.2.* quæ doctrina extenditur ad excommunicationem à iure, nam illam pueri, amentes, & furioſi non incurrunt, *Abbas cit. c. ab excom. ſub n.9. de reſcriptis,* vnde ſi clericum percuſſerint, non incurrunt excommunicationem canonis, vt ibid. notat idem *Sayrus,* & de duo-
446 bus clericis primæ tonſuræ, pueris, inuicem ſe percutientibus & ſi eliciant ſanguinem in parua quãtitate è naribus, regulariter ꝙ nõ incurrant dictam excommunicationem, neque ſint vitandi, ob dubium an peccauerint mortaliter. *Auila p.2.c.5. diſp.3. dub.13. in 3. caſu,* & tanto magis non debent declarari excommunicati, & ſi in excommunicationẽ iuris inciderint. Hoc autẽ eſt certũ ante vsũ rationis, ſed an hoc etiam ſit verum poſt vſum rationis vſque ad pubertatẽ. Reſpondeo in hac difficul. eſſe etiã certum, quod ſi cenſuræ ab homine latæ ſint, tales illis nõ adſtringi, quia
447 vt ſubdit *Sayr. loco ſupra n.4.* & latius *Caſtrus Palaus t.1. tract.3. diſp.1. punt.24. D.2.n.16.* (vbi etiam reperies, quid dicẽdum de incurſu in caſus reſeruatos) quia nec de iure citari poſſunt ad ſe defendendum, vel ad agendum, qui benè declarat, impuberem dici aliquẽ vſq; ad ann. quatuordecim. quidquid dicat *Hurtado de cenſuris in commun. num.30. ob textum apertum in cap.1. & cap. referente de delictis pueror.* Difficultas eſt de cenſuris à iure, ſed placet opinio *Caſtri Palai ſup. num. 9.* quod neque illas, quis ante pubertatem incurrat excepto ſi fuerit excommunic. *canonis, ſi quis ſuadente, ob textus id* clarè decidentes, addo quòd etiam pro talis excommunicationis abſolutione, non debet remitti ad Sedem Apoſtolicam & ſi illã petat poſt pubertatem, ſi ante illã incurrat *Ioannes de ſiganno tract. de cenſura eccleſ. §.26.n.10.* Videte etiã *Filliucium ſupra num.13. Dianam p.3. tract.6. reſol.88. & p.5.tr.9. reſol.46. & p.4. tract.3. re-*
448 *ſolut.67.* vbi an incurrat ante pubertatẽ ẽt irregularitatem ex delicto. In ſpecie de excommunicatione lata contra non confitentes
449 in Paſcate quòd non compræhendantur impuberes idem *Diana p.4. tract.4. reſol.207.* de qua egi *ſup. par.1. recoll.18.n.7.* vbi eorum opinioni me ſubſcribo, quæ vult ſufficere ad hoc annũ duodecimũ incõpletũ. An pueri nõ

dum

Digitized by Google

dum habentes vſum rationis, includantur in in-
450 terdicto ad effectum, vt eo tempore, poſſint ſe-
peliri in loco ſacro, *infra cùm de interdicto*, videte pro nunc *Auilam par.* 5. *diſp.* 5. *dub.* 5. Amens,
451 vel ebrius pro crimine commiſſo ante ebrietatẽ, poteſt excommunicari, præter DD. citatos *Filliucius ſupra nu.* 132. *& ſeq. Layman lib.* 1. *trac.* 5. *c.* 4. *num.* 3. *poſt Suarez diſp.* 5. *ſect.* 1. *num* 20. vbi dat exemplum de eo, qui ante furorem mandatum dedit percutiendi clericum, qui fuit percuſſus poſteà, quando mãdans in furorẽ lapſus eſt.

Tertiò vniuerſitas, communitas, vel collegium non põt excõmunicari ab homine *Nau. c.* 27. *n.* 13. intellige ſi immediatè ead. ſententia feratur in vni-
452 uerſitatẽ, & collegium, quia tunc erit inualida, & & nulla, ſecus ſi ſigillatim contra ſingulos de vniuerſitate, & collegio, etiam ſi omnes de communitate excommunicarẽtur, *Auila p.* 2. *c.* 4. *diſp. vnica dub.* 5 *in* 3. *concluſ. & dub.* 6. *Reginal. lib.* 9. *n.* 179. *ConinK diſp.* 13. *nu.* 48. *Hurtado de excommunicat. diſp.* 12. *nu.* 7. ratio aſſignatur in *c. Romana §. in vniuerſitatem de ſententia excomm. in* 6. quòd ſcilicet aliàs innocentes poſſent ſub hac cenſura comprehendi, & per conſequens talis ſententia contineret intolerabilem errorem; Intellige ſecundò, quãdo excommunicarentur pro crimine communi, ſecus ſi pro diuerſis criminibus, *Hurtado loco ſupracitato*. Dixi ab homine quia poſſunt declarari excommunicati omnes de communitate. I. incurriſſe excõmunicationem iuri annexam, vt per eundem *Hurtadum loco ſupracitato*,
453 quod autem dicunt DD. contra *Ledeſmam, apud apud Sayrum lib.* 1. *cap.* 8. *nu.* 16. Summum Pontificem poſſe ferre excommunicationem aduerſus vniuerſitatem, quia non ſubijcitur iuri poſitiuo; procedit, vbi precedente examine conſtaret, omnes, & ſingulos de vniuerſitate, eſſe delinquentes, quo caſu, ſubdit, *Auila ſupra dub.* 6. *concluſ.* 3. Si proferetur ab alio Prælato, neque eſſet inualida, licèt eſſet illicita, quod vltimum non placet, quia in illo textu non ſolum ſimpliciter prohibetur talis ſententia; ſed etiam irritatur, & annullatur, hoc enim ſignificant illa verba, quæ ibidem leguntur (*penitus prohibemus:*) ita *Dominicus de Sancto Gemin. in d.* §. *in vniuerſitatem ante finẽ*, quando autem Papa excommunicaret Vniuerſi-
454 tatem, & ſi aliud non exprimeret, non intelligitur excommunicare niſi delinquentes, *Sayrus ſupra ſub num.* 116. vbi hoc dicit eſſe probabile.

Nota ſupradicta procedere quò ad ſententiam particularem, quia ſententia generalis, vel ſtatutũ contra illos de collegio, vel vniuerſitate, aliquid facientes, vel ommittentes facere, nõ põut dici lata contra vniuerſitatem, ſed contrà ſingulos delinquentes. *Auila loco ſuprac. verſ.* 4. *concluſio*, & ideo ſi totum collegium id faceret, vel committeret; incurrerent omnes in excommunicationem. *Reginaldus loco ſuprac.* Hac occaſione quæri poteſt quomodo intelligi debeat illa excommunicatio lata à S. Pontifice pro certo Monaſterio contrà
455 eos, qui cõmodauerint exteris, bona Sacriſtiæ addicta, an ſi totum Capitulum Monaſterij, ſeu oẽs de Capitulo, alicui cõmodauerit dicta bona, incurreret oẽs illi de capitulo dictã excõmunicationem. Cui quæſito reſpondi in facto, quòd ſi dicta excõmunicatio fuit lata ad inſtãtiam eiuſdem capituli, nullus ex eis, illam incurreret, cũ ſecũdùm eorũm intentionem debeat ligare, ſcil. quandò capitulum non iudicabit eſſe expediens illa bona cõmodare, ſecus ſi ad inſtantiã Prælati ſuperioris, vel eius, qui donauit dicta bona Monaſterio, tunc. n. illi de capitulo conſentientes dictæ cõmodationi, vt ita dixerim, incurrerent.

456 Limita concluſionẽ nõ procedere quò ad ſuſpenſionem, & interdictũ, cùm iſtæ cenſuræ poſſint ferri contra communitatẽ, & quando feruntur ob culpam Gubernatoris, etiam innocentes eſſent ſuſpẽſi, & interdicti, vt infra ſuis locis. Videte pro nunc *Auilã p.* 3. *de ſuſpenſ. diſp.* 3. *dub.* 2. *Tertia &* 4. *concluſ.*

457 Quartò Mortuus non poteſt excommunicari, quia eccleſiæ collata fuit poteſtas ligandi, & ſoluendi ſuper terram, mortui autem non non dicuntur eſſe ſuper terram, ſed extra terrã. *Alfonſus à Caſtro lib.* 2. *de iuſta hæreticorum punitione cap.* 19. *& alij ſupracitati* communiter, poteſt benè declarari defunctus excom-
458 municatus, eo quòd crimen viuens commiſiſſet, cui de iure adeſt excommunicatio ipſo facto, pro illo tunc, annexa, vt habet *Alfonſus, loco citato*, maximè ad finem, vt eius cadauer careat ſepultura, vel ne pro eo oretur, &c. quod quod eſt verum etiam ſi ipſe mortuus ſit cum ſignis contritionis. *Auila citata diſput. vnica dub.* 8. *Suarez diſp.* 5. *ſect.* 1. *Filliuccius ſupra num.* 223. *Sayrus lib.* 1. *c.* 8. *nu.* 8. *Layman, & Conink locis suprac.* Dixi ipſofacto pro illo
459 tunc, quia ſi quis mandauit percuti clericum, vel venenum ei præbuit, & antequam clericus erit verberatus, vel mortuus, ipſe ab hac vita diſcedat, non poteſt ſequuta percuſſione, vel vel morte clerici, excommunicari, vt dixi ſupra *recoll.* 1. *num.* 146. *&* 339. ſicut etiam quando aliquis ſub pena excommunicationis ipſo facto
460 iuſſus eſt aliquid facere intra certum terminum, ſi ante terminum completum, vita functus ſit, neque adueniente die termini, poteſt declarari excommunicatus, quia iſto tunc quòd verè incurri poteſt excommunicatio, eſt incapax illam incurrendi, cùm effectus ſit alterius fori. *Sayrus, & Filliuccius locis ſupracitatis*. Quomodo autem excommunicatus in articulo mortis, vel poſt mortem, abſoluendus ſit, aliàs à nobis dictum fuit ſupra *par.* 1. *recoll.* 5. *nu.* 63.

461 Quintò, Rex, Imperator, alijque Principes abſoluti licèt de iure antiquo poterant excommunciari ab Epõ, ſecundum tamen ius nouum, non poſſunt excommunicari niſi à Summo Põtifice, hoc ius nouũ, eſſe priuilegium, vel conſuetudinem, aſſerit *Filliuc. ſupra num.* 134. *ad finem, & Auila putat loco ſuprac. dub.* 4. *concl.* 2. eſſe communem DD. ſententiam, quòd autem

R non

nō poſſit eſſe validū priuilegiū, vt quis nequeat
462 à Romano Pontifice, excommunicari, poſt
*Vgolinum*, probat *Reginaldus lib.* 9. *num.* 144.
463 idem dicendum de Cardinalibus, ipſi enim
non poſſunt excommunicari, niſi à S. P. *Sayrus*
*cit. cap.* 8. *num.* 23. vbi querit, etiam an ipſi inci-
dant excommunicationem latam generaliter à
iure, & concludit affirmatiuè, vbicumque eo-
rum expreſſa non ſit facta exceptio, qui etiam
ſubdit *num.* 25. Cardinales iam non Epiſcopos,
non incurrere ſuſpenſionem, vel interdictum,
ſicut Epiſcopos, niſi eorum ſit facta expreſſa
mentio. Idem dicendum de Regibus, Impera-
toribus; ac alijs Principibus abſolutis; cum
enim ipſi poſſint excommunicari à Papa, in-
464 currunt cenſuras à iure latas, quia iſtæ cen-
ſuræ ſunt latæ à Summis Pontificibus, non ta-
men debent declarari tales nominatim; niſi à
Papa videte *Dianã p.* 3. *tr.* 1. *reſ.* 9. vbi etiã agit
de Prorege.
465 Sexto exempti à iuriſdictione Epiſcopi, & ſi
ſint ſubditi ipſius rōne domicilij, originis, vel
beneficij, non poſſunt ab eo cenſuris mulctari, &
aliàs latæ ſunt ipſo iure nullæ *cap. cum cappel-
la & c. quanto de priuilegiis, cum aliis allegatis
à Sayro lib.* 1. *c.* 16. *n.* 17. Sed quia inter exēptos
primum locum obtinent Regulares, quæro.

*An Regulares ſint ſubditi Diœceſano, ita vt ab eo
poſſint cenſuris multari.*

466 CONcluſio: Regulares Religionum appro-
batarum non ſunt ſubditi Diœceſano, ita
vt ab eo poſſint excommunicari, ſuſpendi, vel
interdici: Probatur quia reperiuntur non ſolū
in iure, ſed etiam in diuerſis Conſtit. Summo-
rum Pontificum, exempti à iuriſdictione ipſo-
rum Diœceſanorum, De iure, patet dicta exem-
ptio in *cap.* 1. *de priuilegijs in* 6. *Conſtitutiones
Summorum Pontificum habentur in compen-
diis Priuilegiorum Mendicantiū, Sancta Ma-
ria Fulienſis, noſtra Religionis, & cæterarum
ſimilium, verbo exemptio, & verbo excommu-
nicatio, & nouiſſimè refert* Lezzana *part.* 1. *c.*
11. *nu.* 13. *ad finem; Nam vt dixi, ſupracitata
par.* 2. *recoll.* 10. *in principio.* Omnes Religiones
approbatæ hodie communicant inter ſe omnia
priuilegia.

Ex qua concluſione ſequitur, quòd excom-
municatio, vel alia cenſura lata à Diæceſano
contra Regulares exemptos, vt ſupra ſit nulla,
467 tanquam lata abſque iuriſdictione. *Aulla p.* 2.
*c.* 6. *diſp.* 1. *dub.* 1. *Sanchez lib.* 6. *opuſculorum
moralium cap.* 9. *dub.* 1. *n.* 28. *Vgolinus de cen-
ſuris tab.* 1. *cap.* 2. §. 12. *num.* 4. *cum aliis, quos
refert, & ſequitur Megalius parte tertia lib.*
1. *c.* 3. *n.* 39. *ad fin.*

Ampliatur primo, vt neque ipſi Regulares,
vt ſupra, incurrant excommunicationes, vel
468 alias cenſuras ab eo latas, per ſtatutum, vel
per ſententiam generalem, ita Doctores, qui
469 docent, leges latas per Epiſcopos, ſeù conſti-
tutiones ſynodales, aut prouinciales Epiſcopo-
rum non obligare Regulares, niſi ex decentia,
ſeu ratione ſcandali euitandi, & ſic etiam, nec
ad illas teneri vi directiua, ſeu ratione cōformi-
tatis cum alijs, quos probant *Suarez de legi-
bus lib.* 4. *c.* 20. *num.* 11. *Salas de legibus tract.*
14. *ſect.* 4. *num.* 43. *Portellius dub. regul. verbo
lex num.* 1. *Baſilius* Pontius *de matrim. lib.* 1.
*cap.* 7. *numero* 31. *Zanardus in ſuo directorio
Theologorum, & confeſſariorum parte ſecun-
da, præcepto* 4. *cap.* 12. *in fine. Caſtrus Palaus
to.* 1. *tract.* 3. *diſput.* 1. *p.* 24. §. 6. *ad finem. Ric-
cius* 3. *parte praxis reſol.* 379. *& alij*, quos ſe-
quitur *Diana p. p. tract.* 10. *de legibus reſolut.*
11. *Contra Vaſquez, Sanchez, & alios* ab eodē
relatos, quibus accedit *Lezzana prima parte
ſuæ ſummæ, qq. Regul. c.* 11. *n.* 13. in terminis
noſtris *docent doctores*, quos retuli *ſupra p. p.*
470 *recoll.* 5. *nu.* 33. vbi de ſuſpenſione lata in ali-
quibus Conſtit. Synodalibus contra Confeſſa-
rios non obſeruantes quoſdam ritus in confeſ-
ſionibus audiendis, & 2. *par. recoll.* 1. *num.* 241.
vbi de ſuſpenſione lata eodem modo contra
471 toties non accedentes ad lectionem caſu-
um conſcientiæ, quibus accedit *Fagundez
lib.* 1. *in primum præceptum Eccleſiæ cap.* 7.
*num.* 10. *ad finem*, vbi quòd Regulares non in-
cidant in excommunicationem latam ab Epi-
472 ſcopo contra alloquentes cum monialibus, de
qua re etiam *Diana par.* 3. *tract.* 2. *reſolut.* 48.
*verſ. nota* 8. & iterum *ibid. reſolut.* 103. adeſt
declaratio *S. Congreg. apud Quarantam verb.
Monaſteria Monialium fol. mihi* 350. *Barbo-
ſam alleg.* 102. *nu.* 73 Quid autem poſſunt Epi-
ſcopi cum Regularibus hodie circa hanc ma-
473 teriam loquutionis Regularium cum mo-
nialibus poſt Conſtitutionem Gregorij XV. de
de exemptorum priuilegijs, vide ſupra *par.* 2.
*recoll.* 11. *num.* 200. & poſt ea ædita, tractat etiā
*Nouarius in ſumma Bullarij, cum de exempto-
rum priuilegijs.* clarius hæc ampliatiò ponitur
*à Paſecio in ſua Praxi nouiſſima par.* 2. *cap.* 5.
*q.* 6. *nu.* 59. *ibi. licèt Regulares exempti, ab Epi
ſcopo excommunicari non poſſint, nec ligentur
ſtatuto Epiſcopi, excommunicationem annexam
trahente.* Ex quibus reſoluitur dubium nuper
propoſitū de Regulari quodā, qui lacerauit, vel
deturpauit cedulones affixos per Epiſcopū. An
incurrat excommunicationē ibi appoſitā, per
illa verba, *Lacerantes, deturpantes, &c.* & dixi
in rigore, illum non incidiſſe in excommunica-
tionem, cum ſit generaliter lata, nec expreſſè ēt
ad Regulares extēſa ex ſupradictis; ſed benè pu-
niri poſſe dictū Regularē ab ipſo Epiſcopo, quia
poteſt Epiſcopus, & eius Vicarius punire etiam
exemptos turbantes eius iuriſdictionem, vt no-
tant DD. communiter in *cap.* 1. *ext. de offic. de-
legati*, quos enumerat, & ſequitur *Farinacius
in praxi criminali quæſt.* 114. *nu.* 67. *& conſ.*
134. vbi hoc extendit, etiam ſi iſtæ perſonæ exē-
ptæ eſſent perſonæ publicæ habentes, dignitatē

&

Digitized by Google

& iuriſdictionem: ratione enim offenſæ iuriſdictionis, qui aliàs non erat iudex, efficitur iudex ad notata per *Praxim Archiepiſcopalem Neap. cap.* 11. vbi de offendentibus Curſores Curiæ eccleſiaſticæ; in terminis lacerantium, & deturpantium cedulones, vt ſupra, loquendo de exemptis *Bellectus in diſquiſitione clericali p.* 1. *tit. de fauore clericorum reali* §.5.*nu.* 25. *& nouiſſimus Ciarlinus in ſuis diſceptat. forenſibus c.*48.*nu.*8. vide et *Iulij Cart. dec.*75.*a n.*18.

474 Ampliatur ſecundo, vt neque à Legatis à latere poſſint dicti Regulares cenſuris multari. *Rodriquez p.*1.*ſumma cap.*74.*n.*4. *caſu primo*; intellige, vt per *Villalobos t.*1.*ſumma tract.*16. *difficult.*5.*num.*13. *vbi ſic ait: ſe el Legado à latere puniera alguna deſcommunione comune aunque ſea Paulina, nõ liga los Religioſos, ſi no es, que ſe declare en ella, come concedio Nicolao V.* vnde quod cõcludit *Sanchez lib.*6.*opuſcul. moral. cap.*9.*dub.*1.*nu.*19. ſcilicèt Legatum à latere habere iuriſdictionem in exemptos, procedit quando ſpecialiter ferret cenſuras contra eos, in terminis *Nouar in ſua Lucerna Regularium verbo excommunicare nu.*7. *&* 8.

Ampliatur tertio, vt neque ipſi Regulares volentes poſſint ſe ſubijcere Epiſcopis vel Legatis in hac materia, cùm ipſi non poſſint renunciare huic priuilegio, quod eſt conceſſum Religioni, niſi præcedente licentia Summi Pontificis, vt declarauit Sacra Congregatio apud *Coebier. de iuriſdictione in exemptos p.*2.*q.*7. *in principio, de qua re etiam agit Diana p.*3.*trac.*2.*reſolut.*134.

475 Ampliatur quarto, vt nomine Regul. non ſolum veniant Moniales, ipſis Regularibus ſubiectæ, quæ gaudent eiſdem priuilegijs, vt dixi ſupra *par.*2. *recoll.*11. *num.*191. ſed etiam ve-

476 niant famuli ipſorum, ſeù ſibi ſeruientes; nam ex *Concilio Tridentino ſeſſ.* 24. *c.*11. *eximuntur à iuriſdictione Ordinariorum*, licèt ibi hoc reſtringatur ad familiares actu ſeruientes ipſis Religioſis, ac ſub eorum obedientia exiſtentes, & etiam intra ſepta, ac domos religioſorum commorantes: ita *Ioannes Cruz lib.* 2. *de ſtatu Religionis cap.* 5. *dub.*4. *concluſ.*1. latius declarat nouiſſimus *Lezzana par.* 2. *ſua ſummæ qq. Regul. cap.*16. *nu.*14. in terminis noſtris loquendo, quòd famuli, vt ſupra non poſſint excommunicari, vel interdici ab Epiſcopo, præter *Villalobos loco ſupracitato, poſt alios Portellius in ſuis dubijs regularibus verbo famuli. nu.*4. vbi *nu. ſequenti* idem aſſerit, fuiſſe con-

477 ceſſum pro familiaribus militum Sancti Ioannis Hieroſolimitani, intellige de famulis ſeruiẽtibus eorum Monaſterijs, & Eccleſijs, non autẽ ſingulis militibus, de qua re vide *Riccium par.* 2. *praxis reſol.*41. *nu.*3. *Lezzana*, tamen loco *ſupracitato n.*23. iuxtà limitationem *Leonis* X. reſtringit hoc priuilegium pro familiaribus, niſi cauſam dederint excommunicationi, vel interdicto, aut dantibus, auxiliũ, cõſiliũ, & fauorẽ pſtiterint, aut niſi ſpecialiter excõmunicari, vel interdici cõtingerint, quod intelligunt alij Authores ſupracitati, quando adeſt ſpeciale mandatum Papæ, hoc enim habetur in conceſſione Alexandri VI. Item regularium appellatione

478 hoc caſu veniunt etiam Milites Sancti Ioannis Hieroſolymitani, vt patet ex proximè allegatis, & habetur in ſpecie per *Mirandam par.*2. *ſui manualis Prælatorum Regular. q.* 35. *art.* 11. de alijs Militibus aliorum ordinum militariũ; quinam ex eis habeant priuilegium exemptionis à iuriſdictione Ordinariorum. Vidde *Lazzanam citata par.*2.*cap.*5.*nu.*18.*& ſequen. & Nouarium in lucerna Regular. verbo milites*, qui in ſpecie aſſerunt id de Militibus Sancti Stephani Florentiæ, & Sancti Lazari Sabaudiæ, vbi de alijs militibus Sancti Iacobi de Spata, Calatrauæ, & Alcantaræ tantũ dicunt gaudere fori, ac Canonis priuilegio. Venire etiam nomine regularium Nouitios dum manent in re-

479 ligione, & ſi ipſi neq. etiam à Prælato regulari nequeant excommunicari, probat *Sanchez lib.* 6. *opuſculorum moral. cap.*9. *dub.*1. *num.*31. *&* 38. *vt latius infra ſuo loco.*

Veniunt etiam ſecundũ omnes non ſolum

480 Conuerſi, ſed etiã Oblati, & Donati, ſi emiſerint in ea Religione tria vota, vel volũt emittere illa, quia mutato habitu maneãt in Monaſterio tanquam Nouitij; Nam omnes iſti gaudent priuilegijs Religioſorum, & ſunt verè Religioſi, *Lezzana t.*1.*c.*30.*nu.*18. *quicquid dicat Graff. p.*1.*deciſ. lib.*3. *c* 5.*nu.*88.

Difficultas eſſe põt de alijs Oblatis, & Donatis, qui bona ſua obtulerunt Religioni, & ibi, vel alibi, etiam matrimonio coniuncti, manent mutato habitu, nõn tamen profeſſionem emittunt aliquo tẽpore, an gaudeant priuilegijs Religioſorum? Nam *Lezzana t.*2.*cap.*8. *ſub n.*31. diſtinguit, vel iſti ſeruant conditiones à Sacra Congregatione Cõcilij, pro illis nuper aſſignatas, quas ipſe poſt *Barboſam in collect. Bull. & Decretorum*, refert *ibi nu.*8. quas etiam habetis per *Dianam t.* 5. *ad fin: tit. Declarationes &c. n.*47. Vel non ſeruant dictas conditiones; primo caſu gaudent priuilegiis Religioſorũ, licèt non ſint verè Religioſi, non autẽ ſecundo caſu, nam & ſi cõditiones, vt ipſe aduertit, emanatæ ſint ad finẽ declarandi, quando tales potiantur priuilegijs fori, & immunitatis à ſecularibus exactionibus, ille tñ habent locum in alijs priuilegijs, Religioni cõceſſis, vndè patet, quomodò hodiè intelligendus ſit. *Baiardus ad Clarũ* §.*fin.q.*35 *n.*20. vbi querit, de quo foro ſint iſti Oblati. *Ad de Sacram Congregationem Conc. vt per Dianã loco ſupra cit.* interrogatã, an iuriſdictio, quæ vigore *Conc. Tri.* competit Ordinariis in oblatos carẽtes qualitatibus ibi expreſſis, intelligatur tributa Ordinario cumulatiuè cũ Superioribus Religionis? Reſpõdiſſe affirmatiuè, & eadẽ Iuriſdictio vt ſupra tributa Ordinario intelligatur pro cauſis criminalibus tantùm, non

autem ciuilibus.
481 Tertiarij Sancti Franciſci,an etiam veniant
appellatione Regulariũ, ita vt gaudeant priui-
legio fori,& Canonis,olim fuit magna diſſenſio
inter Doctores, vt eſt videre apud *Carolum de
Graſſis tract.de effect.clericatus effect.*1.*nu.*93
ſed hodiè eſt certũ,illos non gaudere dictis pri-
uilegijs,niſi collegialitèr viuant in domib' Re-
ligioſis,ſub regimine, vel obedientia Epiſcopi,
aut ſuorum Superiorum, emiſſis tribus votis
eſſentialibus, ità non ſolum reſpondit Sacra
Congregatio in vna Anconitan.apud *Carolum
de Graſſis ſup.* ſed iterũ de anno 1618.&referũt
*Nouarius,& Ciarlinus locis infra citandis,*qui
*Ciarlinus* poſt hæc iàm concinnata viſus, latè
tractat de hac materia, quibus ab eo allegatis
addo *Riccium par.*1.*praxis deci.*88.*& Squil-
lant.de priuilegijs cleric.c.*6.*n.*33.*& c.*7.*n.*42.
482 De mulieribus Bizzochis, quas vocant ſo-
rores Tertij Ordinis, quæ habitant in eorum
domibus, & emiſerunt votum caſtitatis ſim-
plex,ibique virginalem, vel cęlibem vitam, ha-
bitu mutato ſeruant, dicas non ſolum gaudere
priuilegio fori, *vt in Conſtitutione Leonis X.*
Declaratoria alterius Conſtit. eiuſdem S. Pon-
tificis *Incipiẽte in Sacro Lateranenſi* Concilio,
*Apud Quarantam verbo priuilegia Regular.
fol.mihi* 405.ibi *ita vt mulieres virginalem,aut
cælibem vitam ſimpliciter vouentes,& in Con
ſanguineorum, & Affinium ſuorum,aut pro-
prijs domibus,vel ſeorſum habitantes, priuile-
gijs,& immunitatis prædictis* (nempè quibus
Fratres Tertij Ordinis) *in omnibus, & ſuper
omnia frui,& gaudere debeant,non obſtanti-
bus &c.* ac etiam priuilegio Canonis, vt pro-
bant *Riccius part,*2.*deciſ.*88.*& Squillantes c.*
6.*de priuilegijs clericorum num.*33. ſed etiam
483 ſunt exemptæ à iuriſdictione Ordinariorum
*vt declarauit Sacra Congregatio* Sacri Con-
*cil.anno* 1618.*ſub Paulo V.S.*P. ferè eiſdẽ ver-
bis,quibus Leo ſupra.ibi, *Quinimò huiuſmodi
mulieres, ſi vitam virginalem,aut cælibem ſim-
plicitèr expreſſèq. vouerint, & in Conſangui-
neorum, & Affinium ſuorum,aut proprijs do-
mibus, vel ſeorſum habitantes ſupradictis pri-
uilegijs Ordinis, cuius Tertia Regula habitum
deferant, exemptionemque ab Ordinarij iuriſ-
dictione frui debent, quemadmodum idem Leo
poſtea declarauit cõſt.edita &c.*referũt *Fratr.
Nouarij vnus inSum.Bullar.recentiorũ,verb.
Tertiarij,& alius in Lucerna Regul.eodẽ ver-
bo. & Giarlinus in ſuis controuerſijs forenſ.c.*
18.qui refert alias declarationes *nu.*18. in qui-
bus Sacra Congregatio declarauit, has Tertia-
rias eſſe ſubiectas Ordinario, à Superioribus
Regularium non poſſe moleſtari, & iterum
quòd ſubiaceant Parocho in cuius Parochia
degent,& ſi delinquerint,puniri debere ab Or-
dinario, quæ declarationes ceſſant,ſtante dicta
declaratione de anno 1618. vbi illis datur exẽ-
ptio à iuriſdictione Ordinarij. Aduerte tamen
quod eadem *S. Congreg.* in ſpecie cõcedit fa-
cultatem Ordinarijs ferendi cenſuras contra
484 præfatas Bizzocaras, quando ſcilicèt nollent
obſeruare modum circà habitum ibi præfixum
nempè non deferendi velum, quod vocant *ſot-
togola*,& etiam *pacienciam,* hanc declarationẽ
refert idem *Nouarius in ſupradicta Lucerna
Regul.verbo Tertiarij nu.*5. *Ciarlinus in ſuis
controuerſijs forenſ.cap.*18.*à nu.*21. *De mulie-*
485 *ribus* quæ in Conſeruatorio viuunt cum ha-
bitu religioſo vt Romæ ſunt illæ Turris ſpeculi,
de quibus *Nauar.conſ.*6.*&* 7.*de ſtat.Monach.*
id tantò magis affirmandum,ſi etiam collegia-
litèr viuant ſub gubernio regularium,ſed ſecùs
eſt de his quæ ibidem abſque habitu ſunt, de
quibus *Praxis Archiepiſcopalis cap.*55. vide
*etiam Sanch. lib.*6.*ſumma cap.*15.*num.*14.*&
Mirandã de ſacris Monialibus q.*1.*ar.*3.*&* 4.

Hæc concluſio ſic ampliata, limitatur in ca-
ſibus, in quibus expreſsè in *Sacro Concil. vel
in Conſtit. Summorum Pontificum* datur hæc
486 facultas ipſi Epiſcopo.Caſus huiuſmodi pro
*Conc.Trid.*tres ſunt.Primus eſt,quando Noui-
tijs abeuntibus ante profeſſionem, Regulares
nollent reſtituere omnia, quæ ſua erant, vt ha-
betur *ſeſſ.*25. *cap.*18. *de reformat.* ibi, *quod vt
rectè fiat, Epiſcopus etiam per cenſuras Eccle-
ſiaſticas, ſi opus fuerit compellat.* Secundus vbi
tractatur de reſtituenda, vel conſeruanda clau-
ſura sãctimonialium.ibid.*ſeſſ.*25:*cap.*5. ibi *ino-
bedientes, atque contradicentes per cenſuras
Eccleſiaſticas &c.*Tertius quando tractatur de
obſeruandis circà locum, vel alia, in Miſſarum
celebratione, ibidẽ *ſeſſ.*22.ad finem in decreto
de obſeruandis, vel euitandis in celebratione
Miſſæ. *Addit Riccius* 2.*part.Praxis reſol.*210.
*&* 4.*parte reſol.* 379. ideõ poſſe facere Epiſco-
pum, in caſu, quòd Regulares nollent obſer-
uare in ſuis Eccleſijs dies feſtos, quos Epiſco-
pus in ſua Diœceſi ſeruandos ſtatuit, *& Rodri-
guez, apud Lezzanam part.*1.*cap.*11.*num.*11.
quando Superiores nõ facerent legere Sacram
Scripturam in Monaſterio, cui obligationi ſa-
tisfaciunt hodiè vbi facerent legere Theologiã
Scholaſticam,vel Moralem. Sed ſi hoc volũt di-
cti Authores ex eo, quia in dictis decretis con-
ſtituitur Epiſcopus Sed.Apoſtolicæ Delegatus,
hoc non ſufficit, nam etiam in Decreto ſupra
relato *de obſeruandis, vel euitandis in
Miſſæ celebratione, cõſtituitur Epiſcopus De-
legatus Sedis Apoſtolicæ*, & tamen explicatur
etiam,quòd poſſit eo caſu cenſuris,& alijs pœ-
487 nis contrà Regulares procedere. *Adde in
Decreto Vrbani Octaui circà venerationem eo-
rum, qui cũ martyrij, aut ſanctitatis fama ſunt
mortui.die* 13.*Martij* 1625. *apud Tamburi-
num de iure Abb.t.*1. *diſp.*15.*q.*7. *ſub num.*53.
*fol.mihi* 181. dari facultatem Epiſcopis, Re-
gulares contrauenientes dicto Decreto, ſuſpen-
dere à diuinis. Sed nunc quæres.

*An*

Digitized by Google

*An in illis caſibus, in quibus vi Concilij Tridentini, Regulares poſſunt compelli per Epiſcopum Diœceſanum, concedatur vt etiam cenſuris, poſſint ad hæc obſeruanda, adſtringi.*

HAnc difficultatem in hunc locum remiſi, *ſupra par. 2. recoll. 2. num. 298. ad finem* vbi aliquos ex iſtis caſibus, in quibus datur facultas Epiſcopo Diœceſano compellendi Regulares, enumeraui, de quibus etiam latius *agit Riccius par. 1. praxis decis. 654. Parſius lib. 3. de reſignat. benefic. quæſt. 11. Portellius verb. Epiſcopus. Lezzana part. 1. cap. 9. ad finem, & cap. 11. à nu. Sanchez in Opuſculis moralib. lib. 6. cap. 9. dub. 2. Barboſa de poteſtate Epiſcopi allegat. 105. in num. 13. & Vulpe in ſua praxi iudiciali fori Eccleſ. cap. 42.* Quæritur igitur an
488 ex eo, quia Epiſcopus poſſit vi Conc. Tridentini compellere Regulares in prædictis caſibus v.g. vt publicent cenſuras, ac dies feſtos in eorũ Eccleſijs, vel vt interſint proceſſionibus (qui nõ habent priuilegium non accedendi ad illas, prout ſunt ferè omnes clerici Regulares, qui hoc priuilegium communicant, à noſtra Religione, vel fuit illis conceſſum ad inſtar ipſius, cui primò fuit id conceſſum) vel vt non admittant exteros ad celebrandũ in eorum Eccleſijs &c. Epiſcopus poſſit ad id compellere illos ſub cenſuris? Hæc difficultas latè examinatur per *Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 22. à nu. 22.* qui refert duas ſententias ſibi contrarias. Primam *Salzedi* quam defendunt *Riccius, & Genuenſis quos refert, & ſequitur Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegatione 105. nu. 15. par. 3* in caſu proceſſionum, & ſic declaraſſe *Sacram Congregationem*, teſtatur poſt *Franciſcum Leonem. Maceratenſis var. reſol. lib. 1. reſolut. 112. caſu 35. ad finem*. Hæc opinio affirmat, Epiſcopum poſſe his caſibus vti etiam cenſuris in compellendo Regulares. Secundam negatiuam, quam probat idem *Sanchez loco ſupracitato num. 23. & confirmat lib. 6. ſumma cap. 1. nu. 14. ad quæ loca, etiam ſe remittit, in Opuſculis moralibus, ſupracitato cap. 9. dub. 2. nu 14. Tamburinus Scortia, & alij, quos ſequitur Diana par. 3. tract. 2. reſol. 76. Portellius in ſuis dub. Regularibus verbo Epiſcopus n. 5. Quaranta, Gambarus, & Henriquez, quos refert, & ſequitur Lezzana part. 1. ſuæ ſummæ quæſtio. Regul. cap. 11. nu. 14. Accedit Nouarius in ſua Lucerna Regularium verbo excommunicare nu. 5.* & ſi anteà *nu. 1.* dixerat, Sacrã Congregationẽ de anno 1633. in vna *Nibien. 7. Februar.* declaraſſe, quòd Regulares poſſint per Epiſcopos locorum excommunicari in caſibus, in quibus ei ſubſunt. *Marcellus Vulpe in ſua praxi iudiciali fori Eccleſiaſtici cap. 42. num. 26.* vbi reſpondet ad obiectionem, quæ fieri poteſt. ex *Conc. Trid. ſeſſ. 25. cap. vltimo de Regularibus.* quatenus mandat, obſeruari omnia decreta, de Regularibus, non obſtantibus priuilegijs, & deputat Epiſcopos executores. Probatur à *Sanchez, loco ſupracitato* hæc opinio, cui etiã ego adhæreo, quia ſtare poſſunt hæc duo, quòd Epiſcopus poſſit compellere ipſos Regulares, & hoc poſſit alijs pœnis comminatis, & non cenſuris; ergo non per hoc, quia datur illi facultas compellendi Regulares ad id faciendum, cenſetur conceſſum, vt poſſit compellere per cen-
489 ſuras; lex enim noua ſimpliciter loquens accipit determinationem à lege veteri. *l. ſciendum ff. qui ſatiſdare cogantur. auth. offeratur C. de litis conteſtatione*, ſed *Concilium Tridentinum* eſt lex noua reſpectu *cap. 1. de priuilegijs in 6.* in quo diſponitur, non poſſe Regulares excommunicari, ſuſpendi, vel interdici ab Epiſcopo; ergo quando *Sacrum Concilium* dicit ſimpliciter, quòd poteſt Epiſcopus illos compellere vt ſuprà, debet ab iſto textu recipere determinationem, & per conſequens intelligi debet de compulſione cum alijs pœnis, non autem cum cenſuris; Confirmatur, quia quando voluit Sacrum Concilium quòd Regulares poſſint ab Epiſcopo compelli hoc ſpeciali modo, ſcilicèt per cenſuras, expreſſit, vt in caſibus ſuprà relatis, ergo ſignum eſt tantum in illis, non autem in alijs tribuere Epiſcopo talem authoritatem. & ſic intrat regula illa, quòd expreſſum facit
490 ceſſare tacitum. *l. fin. C. de pactis conuentis.* quem tex. ad hoc allegat *Euerardus in ſuis locis topicis, in loco à ſimili*.

*An Epiſcopus poſſit denunciare excommunicatum Regularem ob crimen, cui à iure, vel Apoſtolicis Conſtitutionibus eſt annexa excommunicatio, ab eo commiſſum, vt a fidelibus vitetur.*

HOc quæſitum tangit remiſſiuè *Quaranta in ſumma Bullarij verbo Monaſteria Monialium verſ. hic tangenda veniunt fol. mihi* 350. vbi allegat Authores, qui affirmatiuè concludunt, poſſe ſcilicèt Epiſcopum eos denun-
491 ciare ad effectum, de quo ſuprà; quam opinionem docuit etiam *Riccius par. 1. praxis decis. 654. nu. 3.* ita ſeruari in *Curia Archiepiſcopali Neapol. teſtatur Genuenſis in ſua praxi cap. 57. in prima impreſſione. Nouarius in ſua Lucerna Regul. §. excommunicare n. 6.* Sed lõgè probabilior eſt opinio negatiua, quam docuit *Nauar. conſ. 2. de ſententia excommunicationis*, & alij penès ipſum, Probãt ex modernis *Portellius ver. Epiſcopus nu. 9.* ibi *ſi Monacus percutiat clericum extrà Conuentum, non poteſt Epiſcopus ipſum declarare excommunicatum, nec carcerare, coget autem ſuperiorem, vt delinquentem puniat. Diana part. 3. tract. 2. reſol. 35. allegatis alijs pro, & contra, ſuo more Lezzana par. 1. cap. 11. nu. 15. & clarius Marcellus Vulpe in ſua praxi iudiciali fori Eccleſiaſtici cap. 42. nu. 25.* Ea ratione, quia non poteſt denũtiari quis excommunicatus, vt ſuprà, niſi declaretur in illam incidiſſe, quæ declaratio

tio non poteſt fieri ab Epiſcopo, ex quo illa que requiruntur ad declarationem non poſſunt exerceri abſque iuriſdictione, & Regulares ſunt exempti à iuriſdictione Epiſcoporum vt dixi ſupra. Nec doctrina *Tulini*, quam refert *Paſſerin. apud Dianam loco ſupracitato*, quòd hoc caſu Regularis poſſit citari ab Epiſcopo, & declarari, excommunicationem incurriſſe, ad finem illum denunciandi, ob regulã, conceſſo principali, cæteri quoque conceſſũ acceſſorium, habet fundamentum, quia illud ad ſummum procedit quando adeſſet textus Canonicus expreſſus, vel Conſtitutio Summi Pontificis tribuens hanc facultatem Epiſcopo, quod non eſt in caſu noſtro, in quo tantum per argumentum deducunt, id Doctores docentes eam opinionem, quod non ſufficit pro derogatione priuilegiorum, ad notata per *Felinum in cap. Nonnulli de reſcriptis* Suarez *de legibus lib.8.cap.38.nu 3. & cap.14. nu.8. Salas de legibus diſp.17.ſect.14 nu.72. Bonac. eodem tractat.diſp.1.quaſt 3.puncto 8.§.3.nu.14. Tamburinus t.1.de iure Abb.diſp. 16.q.10.nu.3.*

Ampliat *Lezzana loco ſupracitato*. etiam ſi tale crimen habens excommunicationem an-
492 nexam, fuerit quoque notoriè commiſſum à Regulari, allegans *Nau. loc ſupracitato*, & adducens paritatem rationis. Contrarium *autem docent, præter Vgolin. & Barboſam, quos refert, & ſequitur Diana loco ſupracitato, Tamburinus t.1.diſp 15 de iure Abb. quaſt.7. num. 38. Sanchez lib.6. opuſcul. moral. cap.9. dub.1. nu.29* qui hoc extendit etiam in eo caſu, quòd talis Regularis delictum præfatum commiſiſſet intrà clauſtra, & ſic in loco exempto, quòd non eſt verum, vt patet ex declaratione infrà mox referenda, Nec obſtat, quòd in notorijs cũ non requiratur cognitio iudicialis, nec etiam ſit neceſſaria citatio; & ſic ceſſet, ratio, quæ militat in caſu concluſionis principalis. Quia
493 etiam in notorijs tutius ſemper *vt ait Praxis Archiepiſcopalis Neap. Genuenſ. c.24. ſub nu. 16. in principio*, quòd declaratio excommunicationis fiat parte citata ad dicendum cauſam quare non debeat declarari excommunicatus, quia vt ipſe ſubdit, multa dicuntur notoria, quæ non ſunt *& dixi ſupra n.142.* fauet etiam *Alphonſus Villaut in ſua practica* Canonica *lib.3. tract. de modo procedendi in notorijs cap. vnico concluſione 4.* qui aſſerit, quòd *in criminibus notorijs ex conſuetudine hodie obſeruatur in practica, vt omninò requiratur ſententia declaratoria, illud fuiſſe notorium crimen, & condemnatoria ſententia contra criminoſum talem; necnon & neceſſariò requiritur, vt cognoſcatur, & declaretur per Iudicem, citato ipſo reo ad hoc, vt poſſit dici delictum notorium, quod excuſationem non habet.* Item immediatè ſubdit iſta alia verba. *Hæc concluſio probatur practica ipſa Curiarum vtriuſq. fori*, nec non authoritate *Iulij Clari lib.5. §.fi.q 9.n.4.verſ. quæro nunquid in notorijs*, id autem quod refertur. ſ. Sacram Cõgregationẽ de anno 1633. apud *Barboſam in collectanea Bullarum, & decretorum verbo Regulares, & Epiſcopus* de-
494 claraſſe pro opinione contra noſtram ampliationem, quæ cantat, vt ſequitur. *Epiſcopi poſſunt declarare excommunicatos Regulares ob delictum notoriè extrà clauſtra commiſſum vt ab alijs euitentur*, ego etiam conceſſi antequam viderem dictam declarationem, ſupra *par. 2.recoll. 11.num.19.* vbi quòd hoc caſu, abſolui talis debeat à ſuo ſuperiore Regulari ſatisfacta parte, quibus illic allegatis Addo *Portellium poſt Rodriquez verbo Prælati poteſtas ad abſoluendum nu.25.* & perconſequens Epiſcopum habita fide à ſuperiori de tali abſolutione debere cedulones ammouere, ſed hic caſus ſpectat ad aliũ caſum, de quo infrà *num. 496. ad finem*, qui raro occurrit ob prudentiam Dominorum Epiſcoporum. Quomodò autem pro eodem delicto notoriè commiſſo extrà clauſtra, & in flaganti reperto ipſe
495 Regularis ab Epiſcopo poſſit detineri in carceribus; declarauit *eadem Sacra Congregatio Concilij his verbis. Quando extrà clauſtra Regularis delinquit notoriè, dubitatum fuit an detinẽdus ſit in carceribus Epiſcopi, donec proceſſus in Curia Epiſcopali conficiatur, eoque compilato, inſtante ſuperiore, remittendus ſit vnà cum proceſſu puniendũs, an potius non expectata compilatione proceſſus, ſtatim remittendus ſit ad Superiorem vnà cum his probationibus, quæ habentur? Sacra* Congregatio Reſpondit, *ſtatim, remittendum eſſe etiam poſito quod Superior nullam inſtantiam faceret.* hanc declarationem refert *Marcellus Vulpe in ſua praxi cap.42. num.23.* qui ſubdit ex *Genuenſi* quod ſi Epiſcopus *differret capere informationem, et Regularem petentem remitti, vt ipſum carceribus vexaret, non euitaret excommunicationem.* fauet etiam huic doctrinæ *Sanchez lib.6.opuſc.moral c.9.dub.1.nu.30.*

Nota, hæc procedere in Regulari, qui etſi
496 degit intrà clauſtra, tamen deliquit extrà clauſtra, quia ſi etiam degeret extrà clauſtra, ſi deliquerit tùm notoriè, tùm nõ notoriè poteſt puniri ab Ordinario tanquam Sedis Apoſtolicæ delegato, vt habetur in *Concilio Tridentino ſeſſ.6.cap.3.de reformatione, Quaranta verbo exemptio verſ. viſitare punire, Duardus lib. 1. in Bullam Cœnæ cap.1. quaſt.4. num. 129. ad finem, Barboſ. de off. & poteſt. Epiſcopi allegat. 105.nu.14.* videte *nouiſſimum Ciarlinum in ſuis controuerſ. forenſ. cap. 50.* vbi de quodam regulari reperto cum cõcubina qui etiam erat Superior monaſterij, de quo malè, ſua pace, dicit detinendum eſſe, donec Prouincialis de hoc ab Ordinario certiorato, declararet cui ſit conſignandũ, quia iuxtà declarationẽ ſupra relatã ſufficit inſtantia ipſius carcerati. Secundum quod *Concilium* quando Regularis degit in Monaſterio, ſi extrà clauſtra notoriè delinquat

non

non poteſt puniri ab Ordinario; ſed benè *Epi-
ſcopo* inſtante, à ſuo ſuperiore puniẽdus eſt in-
tra tempus ab eodem Ordinario præfigendum,
qui ſuperior, eundem Ordinarium de punitio-
ne certiorem reddere debet, *vt habetur ibidem
ſeſſ. 25. cap. 14. de reformat. de quare* adeſt Con-
ſtit. *Clementis VIII. incip. ſuſcepti muneris
18. Martij 1596.* vbi de remedio, quo poteſt
vti *Epiſcopus*, quando Superior in aliũ locum
delinquentem remiſerit, & pœna, quam poteſt
imponere ipſi Superiori, & tractant latè *Vulpe
cit. cap. 42. à num. 1. Lezzana cap. 16. num. 26.
Tamburinus cap. 1. de iure Abbatum. diſp. 15.
quæſt. 7. in principio, & Sanchez in opuſculis
moralibus lib. 6. c. 9. dub. 2. vbi etiam num. 4.
docet*, quod ad effectum de quo ſupra, degere
497 intrà clauſtra dicitur is, qui manet extra, ſed
cum licentia Superioris, vbi de Regulari curam
animarum exercente extrà Monaſterium; vel
eo qui exiſtit in aliqua domo ad erectionem
Monaſterij deſtinata, circà quem vltimum ca-
ſum *refert Vulpe loco citato declarationem Sa-
cræ Congregationis Concilij*. Quomodò autem
498 Regulares ſe defendere debeant, quando Or-
dinarius extrà caſus permiſſos, vel in illis exce-
dendo, procederet: Latè *Sanchez loco citato
dub. 4. & 5.* quem omninò ad hoc videatis, quia
clarius & maiori cum fundamento loquitur,
quàm *Tamburinus cit. diſput. 15. quæſt. 6.* Sed
his abſolutus, vlterius quæro.

*Qui Superiores Regulares habeant facultatem
cenſuras ferendi in ſuos ſubditos.*

VT Regularibus, inter quos licèt indignè
adſcribor, circa hanc materiam conſulã,
hic diſtinctè de iuridictione Superiorum, erga
ipſos in ferendis cenſuris, agere decreui, in qua
re, prius quæ certa ſunt proponam, & deindè,
quę incerta noſtro modo reſoluam.
499 Primò certum eſt, Generales, & Prouincia-
les, ſimileſque ſupremos Prælatos, quouis no-
mine nuncupentur, poſſe ergà ſuos ſubditos
ferre cenſuras: iſti enim ſecundum omnes ha-
bent iuriſdictionem ordinariam in vtroque
foro: ſcilicèt Generalis quò ad omnes de Reli-
gione, & Prouinciales, quò ad illos de ſua quaq;
Prouincia, vt dixi ſupra *par. 2. recoll. 4. à n. 28.*
& ſi ibi loquar in terminis abſolutionis, &
ſic fori interni. Tamen quòd etiam habeant iu-
riſdictionem quò ad forum externũ, ſed vt alij
dicunt coerciuam, patet ex eo, quia fuerunt
exempti regulares à iuriſdictione Epiſcoporũ
quò ad vtrumque forum, exceptis quibuſdam
caſibus, de quibus mẽtionem feci ſup. à *n. 486.*
& latè proſequuntur *Tamburinus in ſuo trac.
de iure Abbat. t. 1. diſp. 15. dub. 6. Marcellus
Vulpe in ſua praxi iudiciali fori eccleſiaſtici c.*
500 42. vbi *n. 1.* affert cauſam dictæ exeptionis, ex
*text. in cap. nimis graue de exceſſu Prælato-
rum, & clem. vnica, eodem titulo.* ſcilicèt quia
dicti regulares malè tractabãtur ab Epiſcopis.
Poſita enim dicta exemptione, neceſſe erat, vt
iuriſdictio Epiſcopalis circa ipſos regulares,
alijs tribueretur, ſeu quòd alij Prælati ſuccede-
rent in locum Epiſcoporum, ſed tales Prælati
non poſſunt eſſe alij, niſi Generales, vel Prouin-
ciales, vt ſupra, ergò ipſi habent eandem iuriſ-
dictionem ordinariam, non ſolum quò ad forũ
internum: ſed etiã quò ad forũ externũ ad coer-
cenda crimina & delicta ab eis patrata, nõ ſolũ
contrà conſtitutiones, & regulas; ſed etiam cõ-
tra legem diuinam, vel Eccleſiaſticam; vt aliis
allegatis habetur per *Sigiſmundum à Bononia
tract. de elect. dubio* 124. qui *dubio* 51. declarat,
quomodo ſit verum id, quod dixit *Rodriquez*,
501 Prælatos regulares, nedum poſſe in ſuos ſub-
ditos (ſi non eſſent prohibiti) quidquid poſſunt
Epiſcopi in ſuos, ſed etiam quidquid poteſt Pa-
pa in vniuerſa Eccleſia Dei, *Tamburrinus de
iure Abb. t. 1. diſp. 3. q. 2. Pierinus in ſuo Præ-
lato Regulari q. 3. c. 4.* citans alios, latè ſuo mo-
re, *Suar. t. 2. de religione tract. 8. lib. 2. cap. 1.
Portellius verbo Prælati iuriſdictio pro foro
502 externo*, qui *n. 5.* explicat, quomodo habeant
dicti Prælati maiorem iuriſdictionem quàm
Epiſcopi, & dixi *ſup. par. 2. recoll.* 10. *in prin-
cipio.*
503 Quæres quo iure præfati habeant dictam
iuriſdictionem? Reſpondeo cum *Rodriquez t. 2.
qq. regular. q. 59. art. 1.* illam habere tam ex iu-
re communi, quàm ex priuilegijs diuerſorum
Summorum Pontificum, latè *Suar. ſup. num. 8.*
vbi dicit falſam, & nouam eſſe opinionem eo-
rum, qui dixerunt, iſtam iuriſdictionem habere
dictos Prælatos de iure diuino, ac etiã probat
illam iuriſdictionem neque quò ad omnes Re-
ligiones ortum habere, ex iure communi: vt pu-
tat *Pierinus loco ſupra cit. num. 3.* Ex eo autem,
quòd aliquæ Religiones habeant, hanc iuriſdi-
ctionem ex priuilegijs Summorum Põtificum,
non deſinit, quin poſſit eſſe ordinaria, & dele-
gabilis, ratione de qua infra *concluſ. 1. ampliat.
1. videte Rodriquez t. 1. q. 17. ar. 6. & q. 22. art.
11. Portellium verbo Prælatus ſub nu. 2.*
504 Secundò eſt certum, Capitula Generalia, &
Prouincialia habere eandem iuriſdictionem
quia poſſunt ſtatuta facere, illorũq; obſeruan-
tiam ſub pæna cenſurę latæ ſententię, vel feren-
dæ, præcipiendo, vt poſt *Suarez, Auilam, Filli-
ucium, Sayrum, & alios; habetur per* Pierinum
*loco ſupra citato nu. 4.* & patet ex his quę ſupra
dixi de Concilijs Generalibus, & Prouinciali-
bus, quòd autem propriè condere ſtatuta ſpe-
505 ctet ad Capitulũ Generale, quod eſt ſuperius
ipſo Generali, & Capitulũ Prouinciale, quod eſt ſu-
perius ipſo Prouinciali, & ei reſeruetur hæc po-
teſtas, quæ à iuriſtis, dicitur iuriſdictio meri, &
mixti imperij, habet *Suar. ſupra cit. c. 8. à n. 1. &
ſeq.* Vbi *n. 9.* agit de Capitulo ante electionem
Generalis, vel Prouincialis. Si ergò Generalis,
& Prouincialis eſt inferior ipſo Capitulo, vt di-
xit

Digitized by Google

xit, *Suar. ſupra cit. loco, & proſequitur Sigiſmundus à Bononia dub. 10. num. 9 & dub. 102. num. 6.* Quid mirum, ſi etiam Capitulum eandē habeat iuriſdictionem pro ferendis cenſuris.

Nota caſum, in quo poteſt plus Capitulum, de
506 quo ſupra, quàm Generalis, vel Prouincialis ex *Decreto Clem. VIII. de reſeruat. caſuum inter Regulares*. Nam ipſe Generalis, vel Prouincialis non poteſt reſeruare aliquem caſum præter vndecim in dicto Decreto præſcriptos ſine dicto Capitulo, & ſecundum aliquos, nec ferre cenſuram cum ipſius reſeruatione, vt videre eſt ſupra *par. 2. recoll. 11. à nu. 124.* & infra latius dicetur *cum de caſibus reſeruatis*. Dixi, *Capitulum Generale, vel Prouinciale*, quia certum eſt, hoc nō poſſe capitulum locale domus, cum iuriſdictio ordinaria, vt ſupra, apud ipſum non reſideat, ita *Pierinus cit. nu. 4. citans alios.*

507 Quarè autem capitulum poſſit excommunicare alios, ipſum autem nō poſſit ab alio excōmunicari, vt dixi ſup. *n. 452.* Patet nam excōmunicando, vtitur iuriſdictione tamquam perſona ficta conſiderata, quando verò excōmunicatur, quia tractatur de culpa requiſita ad eam incurrendam, non poteſt conſiderari, vt perſona vnica ficta, ſed debent conſiderari ſingulæ perſonæ, vt culpabiles.

508 Prima igitur difficultas eſt, de Prælatis localibus principalibus, vt ſunt Abbates, Præpoſiti, Guardiani, Correctores, Priores, & ſimiles, vtrū etiam ipſi habeant iuriſdictionem pro ferendis cenſuris iure communi inſpecto contra ſuos ſubditos? Ratio dubitandi pro negatiua, eſt, quòd iſti Prælati reſpectu Prælatorum ſupremorum, de quibus ſuprà, reputantur vt Parochi reſpectu Epiſcoporum, qui Parrochi tantū habent iuriſdictionem pro foro interno, non autem pro foro externo, qualis requiritur ad ferendas cenſuras: ita videtur velle, *Miranda t. 2. ſui Manualis Prælatorum Regularium q. 35. art. 8. concluſ. 3.* dum hanc iuriſdictionem tātum tribuat Generalibus, & Prouincialibus, nullam faciendo mentionem de iſtis localibus Prælatis; Clarius *Sigiſmundus à Bononia tract. de elect. dub. 122.* qui aſſerit, hanc iuriſdictionē
509 tantum habere dictos Prælatos reſpectu fori interni, id eſt præcipiendi aliquod ſub pena excommunicationis, vel ſuſpenſionis, non autem reſpectu fori externi: id eſt ferendi ſententiam cenſuræ iudicialiter, & hanc opinionem aſſerit, ſequutam fuiſſe *Rotam Romanam deciſ. 15. nu. 13. 1. par. recent.*

Dixi iure communi inſpecto, quia ſi per Cōſtitutiones, & Regulas aliquarum Religionum à Summo Pontifice confirmatas, illis expreſsè ipſa facultas cōcederetur, certum eſt illā conſequi, prout in pluribus Religionibus obſeruat idem *Sigiſmundus loco ſupracitato num. 6.* His tamen non obſtantibus, ſit.

510 Prima concluſio: Prælati locales Regularium poſſunt contra ſuos ſubditos, iure communi inſpecto, cenſuras ferre, ita *Nauar. Sotus, Henriquez, Emanuel Sà, Toletus, Sayrus, Auila, & Fagūdez*, quos refert, & ſequitur *Pierinus, quæſt. prima ſui Prælati Regularis cap. 4. n. 72. & 76. & q. 3. cap. 4. n. 5. Portellius in ſuis dubijs regularibus, verbo Abbas, Prior &c. in add. n. 2.* vbi habet hæc verba. *Vnuſquiſque iſtorum poteſt ſuis ſubditis imponere veram cenſuram, & ex conſequenti, qui cenſuras prædictas violauerit, manebit irregularis.* Ante hos omnes, id docuerunt *Rodriquez tom. 1. q. 17. art. 4. & t. 2. q. 59. art. 1. Suarez to. 4. de Religione tract. 8. lib. 2. cap. 2. nu. 10. & 15. item cap. 9. nu. 6.* proſequuntur *Tamburrinus de iure, Abb. diſp. 3. q. 2. & Lezzana par. 1. ſuæ ſumma qq. Regular. c. 18. nu. 12. in principio*, & ſic eſt communis ſententia, Quæ probatur ex eo, quòd ſiū omnes, iſti Su-
511 periores ſūt propriè, & verè Prælati, & habēt ſubditos pleno iure ſibi ſubiectos in prima inſtantia cāsrū priuatiuè, quò ad alios ſuperiores Prælatos extra tēpus viſitationis, vt infra *verſ. Dixi per Regulam, & Conſtitut.* Quod fit clarum ex *Declaratione S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium* editam de anno 1587. & referunt *Quaranta verbo Monaſteria, & Conuentus, Portellius verb. appellare num. 3. Lezzana p. 1. c. 9. nu. 4. & Marcellus Vulpe in ſua praxi fori eccleſiaſtici cap. 22. num. 9.* quæ
512 dat modum appellandi inter Regulares, & præcipit, quòd appellatio fiat à Superiori locali ad Prouincialem, à Prouinciali ad Generalem, & à Generali ad Protectorem, & à Protectore ad S. Congregationem. Præſuppoſito, quòd appellatio inter dictos Regulares, non detur à
513 correctione pro inobſeruantijs Regularibus, ſed in aliis cauſis grauibus, in quibus ipſis poteſt inferri grauamen, in ſpecie *Quarāta loco ſup. prac. Marcell. Vulpe ſupra c. n. 5. & Portellius verbo appellare nu. 1.* (Qui *nu. 3.* ſubdit per dictū modum nō prohiberi pro cauſis grauibus, Regularem, omiſſis medijs ſtatim ad Papam,
514 ſeu Nuncium Apoſtolicum appellare, & dicit, quòd ita praxis ſeruat, quæ maximè, quò ad Nunciū, procedit in Hiſpania ſua patria, alijſq; locis valde remotis ab Vrbe. Videte *Lezzanam ſupra cit. nu. 6. & 7.*) Sequitur Sacram Congregationem præſupponere pro certo, tales ſuperiores locales habere iuriſdictionem quò ad forum externum. Hæc concluſio ſit probata.

Ampliatur primò, vt talis facultas in dictis Præ-
515 latis localibus ſit ordinaria, & ſic delegabilis: ita *Pierinus loco ſupra c. & Lezzana, alios citās par. 2. q. 13. num. 37. in principio.* præter alios quos citaui ſupra par. 2. *recoll. 4. nu. 31. & ſeq.* iuriſdictio namque ex priuilegio Principis cōpetens non perſonæ, ſed dignitati, vel officio, eſt ordinaria, & non delegata. *cap. finali, vbi Bald. & Imola, de officio Ordinarij cum aliis allegatis per Sanchez de matrimonio lib. 2. diſp. 40. n. 14.* & in terminis applicat *Sigiſmundus à Bononia dub. 121. ad finem*, & de noſtris Præpoſitis

Digitized by Google

ſitis loquendo, *Peregrinus ad noſtras Conſtit.3. par.c.9. in princip.*

516 Ampliatur ſecundo, vt id ſit verum etiam in Vicarijs, qui paruo alicui Conuentui præſunt, quiue ponuntur in domibus magnis loco ſuperioris defuncti, vel priuati, aut abſentis, immediatè ſubalternati Generali, vel Prouinciali, quia etiam iſti habent ordinariam iuriſdictionem in vtroque foro ergà ſuos ſubditos, & poſſunt per conſequens contrà illos cenſuras ferre *Suarez t.4. de Religione tract.8. lib.2. cap.22. num.5. Miranda t.2. quæſt.20. art.1. concluſ.1.*

517 *Pierinus cit. q.1. cap.4. nu.74. Peregrinus ſuprac. §.10. fol. 378. Portellius verb. Vicarius,* vbi quod iſti, ſint verè Prælati, & poſſint benedicere paramenta, quę ex priuilegio poſſunt Prȩlati, Regulares benedicere, fauet *Lezzana p. 1. cap.18. num.3.* vbi quod priuilegia conceſſa Prȩlatis, extenduntur ad iſtos Vicarios.

Limita vbi per Regulam, vel conſtitutiones ipſa facultas quò ad hoc fuerit talibus Prælatis reſtricta, & ſic illis prohibitum ferre cenſuras. Vndè inquit *Auila par.2. cap.3. diſp.1.*

518 *dub. primo.* in quibuſdam Religionibus, iſtos Prælatos non excommunicare: ſed tantũ Prouinciales, & ita intellige *Portellium verbo Prȩlati iuriſdictio nu.6.* dum ait, hos Prȩlatos de iure quò ad forum internum habere eandem iuriſdictionem, quam habent Prouinciales, quò verò ad forum externum, minorem, iuxtà ſtatuta Religionis, & clarius *Pierinus loco ſuprac. n.* 78. vbi loquendo de correctione fratruum in criminalibus, ſubdit, in hoc inſpiciendas eſſe ſingulorum ordinum Conſtitutiones, & ſic declarat *deciſ. Rota* adductam à *Sigiſmundo à Bononia, ſupra n.509.* pro ratione dubitandi, & in terminis noſtris, preſſius *ibid q.3. c.4. ſub nu.5.* Vbi ſubdit, falli *Ilamas,* dum ait, quòd Guardiani Minorum, & aliarum Religionum, inferiores Prȩlati, per eorum ſtatuta priuẽtur facultate excommunicandi, & ſolis Prouincialibus hanc facultatem concedi.

Dixi, *per Regulam & Conſtitutiones,* quia

519 Generalis, vel Prouincialis nequit reſtringere dictam iuriſdicrionem inferiorum Prȩlatorum ſibi à iure communi, vel priuilegijs Summorum Pontificum, conceſſam, *Rodriquez ſuprac. quæſt.27. art.7. Miranda & alij, quos probat* Pierinus *ſuprac. nu.79.* contra *Suarez & Caſarubium,* ibi ab eo relatos, *Portellius verbo Prælati poteſtas ad diſpenſandum in*

520 *addit. num.8.* vbi, quòd ſicut Archiepiſcopus non poteſt reſtringere iuriſdictionem Epiſcopi in procedendo, vel ſententiam ferendo in aliquo caſu, cùm ex Conc. Tridentino omnes cauſæ in prima inſtantia debeant expediri coram Ordinario loci, & declarauit S. Congregatio apud Quarantam verbo Archiepiſcopi authoritas, *Ricc p.1. deciſ.504. Marcellum Vulpe in ſua praxi fori Eccleſiaſtici c.21. ad fin.* ita nec Generalis, vel Prouincialis poteſt reſtringere iuriſdictionem Prælati localis, vide eundem ibidem *verbo Prælatus quò ad iuriſdictionem in foro externo n.* 19. vbi quòd peccent dicti

521 Superiores ſupremi, ſi abſque iuſta cauſa reſtringunt Prȩlatis localibus dictã iuriſdictionem etiam quò ad alia. Notanter dixi, *Generalis, vel Prouincialis,* quia ſecus eſt de Capitulo

522 Generali, vel Prouinciali: nam ipſum poteſt reſtringere dictam facultatem, ſicut etiam poteſt reſtringere facultatem eiuſdem Generalis, vel Prouincialis, *Rodriquez cit. q.17. art.5.* & dixi ſupra *num.* 505. in ſpecie, quòd Generalis, vel Prouincialis nequeat eximere ſubditum

523 ab obedientia ſui Superioris localis, habetur in *cap frater 16. q.1. & poſt Silu. & Rodriquez notat Sãcto Fauſto de tribus votis lib.6. q* 146.

Secunda difficultas eſt de Vicarijs horum ſuperiorum localium, ſeu Subprioribus apud Dominicanos, & Miniſtris in Societate Ieſu, & ſic non ſubalternatis immediatè, ſed mediatè Generali, vel Prouinciali, Vndè differũt à Vicariis de quibus *ſupra nu.516.* Circa cuius reſolutionem, loquendo ſecluſis Conſtitutionibus, & Regulis cuiuſcumque Religionis, quæ in hac materia potiſſimè ſunt attendẽdæ, vt dixi *ſuprac. par.2. recoll.4. ſub nu.36.* ſit

524 Secunda concluſio: iure communi attento Vicarij ſuperiorum localium, ipſis Superioribus præſentibus non habent facultatem ferendi cenſuram in ſuos ſubditos; ſed benè ipſis per notabile tempus abſentibus: Suadetur hæc concluſio, ex conuenientia, quòd ſcilicet non debeat remanere Conuentus abſque Prælato, qui habeat iuriſdictionem ad regendum ſuos ſubditos in vtroque foro; ergo eo ipſo, quòd abeſt principalis Prælatus, per notabile tẽpus, vt ſupra; hic Vicarius, illã debet iuriſdictionẽ acquirere, *Miranda ſuprac q.20. art. 1. concl. 2. & 3. Sigiſmundus à Bononia dub.77. num.6.* vbi citat *Suarez,* Pierinus *citata q.3. cap.4. ſub nu.6.* qui citat *Fagundez lib.8. in ſecundum præceptum Eccleſiæ cap.4. nu. 5. Diana* citans alios *p.3. tract.2. reſ.28* qui loquitur de abſolu-

525 tione à reſeruatis, *Layman lib.1. tract.4. c.7. n.20.* vbi illis expreſsè videtur tribuere iuriſdictionem ordinariam, quando tale munus eſt inſtitutum ab ipſa Religione, vt ſit in adiutorium principali ſuperiori, ſiuè ſimul eligatur à

526 principali Superiori, ſiuè non; ſed vel à Generali, vel à Prouinciali: vel à ſolo Cõuentu, vt infrà *Ampliat.1.* & proſequitur *Molina t.5. diſp. 10. ad finem,* ab eodem allegatus; & ita intelligendus *Auila p.2. c.3. diſp.2. dub.1. verſ. ex dictis ſequitur.* quãdo ſic aſſerit. *Vicarij domus, Superiores, & miniſtri in Societate, qui nõ habẽt abſolutam gubernationem domus, ſed ſunt veluti adiutores Prælatorũ, non poſſunt excõicare; niſi vacãte ſede principalis Prælati.* Nouiſſimè *Lezzana par.2. c.13. nu.41.* vbi, ꝙ ſecluſis ſtatutis Religionũ, poſſunt ea facere in caſibus occurrẽtibus, quæ ipſi Priores, Guardiani, &c.

S ſi

Digitized by Google

ſi eſſent præſentes, facere poſſent. *Portellius verbo Prælati poteſtas in addit. nu.* 2.

527 Dixi, *per notabile tempus*, quia non ſufficit
abſentia ſuperioris per vnum diem duntaxat,
vt præſupponit *Diana loco ſupr. c.* allegans in-
ter alios *Pierinum*, qui in terminis noſtris de
excommunicatione ferenda, contrarium do-
cet *ſupracitata q.* 3 *ſui Prælati Regularis c.* 4.
*nu.* 6. vbi concludit, hoc non poſſe facere dictũ
Vicarium, *niſi reuerſurus ſit poſt aliquot dies*,
*in quibus poſſit dari caſus, in quo talis poteſtas*
*ſit neceſſaria*. Adde quòd nec reuera dicetur,
hoc caſu abſens ſuperior Principalis, qui in
eadem Ciuitate, vel quoq. in hortis, vel aliàs in-
trà terminos ſuæ iuriſdictionis, maneat, etiam
ſi per plures dies, *Sigiſmundus à Bononia*
*ſupracitato dub.* 77. *ad finem*, *Peregrinus ad*
*noſtras conſtitutiones* 3. *par. cap.* 9. *lit. F. verſ.*
*abſente Præpoſito fol.* 356. & ſi non ita clarè,
quia hoc caſu poteſt, & debet certiorari dictus
ſuperior, cùm tractetur de cenſura ferenda, quę
non debet, ferri niſi prævia magna, & matura
conſideratione. Vnde doctrina de abſentia per
528 vnum poteſt intelligi debet pro abſolutione à
reſeruatis, quia poteſt occurrere caſus, quòd
ſubditus intra illum diem debeat celebrare, vel
ire dormitum velit, peracta pænitentia ſui pec-
cati, & ſi vltima hæc cauſa non ſit ſufficiens ad
obtinenda abſolutionem indirectam à non
habente iuriſdictionẽ circa reſeruata, vt bene
*Diana t.* 5. *tract.* 13. *reſol* 8. & nota quòd ſup-
poſito, Vicariũ vt ſuprà, habere ordinariam iu-
riſdictionem, poteſt etiam alteri committere,
ac delegare dictam abſolutionem, vt expreſſe
docet *Portellius ſupra, poſt Sanch. verbo Præ-*
*latus ſub num.* 2. *& iterũ poſt Emanuelem Sà*
*verbo delegare n.* 1. ibi *itemque Vicarius Prio-*
*ris, ſeu Guardiani abſentis*; ſed de hac re infra
*Ampliatione* 3. *&* 4.

529 Ampliatur concluſio. Primo etiam quòd
talis Vicarius non ſit electus à Capitulo, ſuffi-
cit enim quod ſit electus per modum præſcri-
ptum à Conſtitutionibus, vel Regula, vt ſupra
*nu.* 516. Tunc enim conſequitur iuriſdictionem
ordinariam abſente Superiore à dictis Conſtit.
& Regula in vtroq; foro, quæ non ceſſat morte,
vel ammotione ſuperioris immediati, vt per
*Molinam loco ſupracitato, fauet etiam Portel-*
*lius infrà proximè cit. nu.* 3.

530 Ampliatur ſecundo, etiam in eo, qui non ha-
bet titulum Vicarij, ſed ratione anzianitatis,
abſente, vt ſupra diximus, Superiore remanet
Superior; *Vega in ſua ſumma Hyſpana par.* 1.
*tit. de la dexcommunion caſu* 8. *Peregrinus no-*
*ſter loco ſupracitato §.* 1. *fol.* 378. vbi hoc ex-
531 tendit, etiam ſi talis careret voce paſſiua; ſi tñ
id ſibi concederetur per Conſtitutiones, & Re-
gulas ſuæ Religionis, à Summo Pontifice ap-
probatas, fauent conceſſiones Summorum Põ-
tificum, quas refert *Miranda par.* 2. *ſui Ma-*
*nualis Prælat. Regular. q.* 41. *art.* 2. *ad finem, in*
quibus inter Superiores, quibus conceditur fa-
532 cultas benedicendi paramenta, &c. includun-
tur non ſolum Vicarij in abſentia Guardiano-
rum, Priorum, &c. ſed etiam alij quicunque ha-
bentes principale regimen cuiuſcunque Mo-
naſterij, de qua re vide *Suarez tom.* 4. *de Reli-*
*gione lib.* 2. *cap.* 22. *nu.* 1. 2. 4. *&* 5.

533 Ampliatur tertio, vt iuriſdictio dicti Vica-
rij, vel Anziani quò ad iſtum effectum, etiam ſit
ordinaria: ita poſt *Sanchez*, *Portellius ver-*
*bo Prælati poteſtas ad diſpenſandum in addit.*
*nu.* 2. *ad finem*, Suppoſito enim, vt ſupra dixi
*nu.* 526. *&* 529. tales Vicarios creari per mo-
dum præſcriptum à Conſtitutionibus Religio-
nis, per quas conſtitutiones, ipſi conſtituãtur
coadiutores Superiorum, quãdo ſunt præſẽtes,
quando verò ipſi ſunt abſentes, in ſuum locum
ſucceſſores, & ex eo, quia habent iuriſdictionẽ
ordinariam, ſequitur iuxta *text. in c. fin. de offic.*
*ordinarij*. quòd poterunt delegare, vt dixi ſu-
pra, & ſic intellige *Peregrinum loco ſupra ci-*
*tato*, dum vocat eos, *quaſi Ordinarios*.

534 Ampliatur quarto, vt ſtante dicta abſentia,
ipſi Vicarij ſint verè Prælati, cùm ad ipſos ſpe-
ctet vniuerſa Conuentus gubernatio, vt poſt
alios, *Sanchez lib.* 4. *ſumma c.* 33. *num.* 16. vbi
ẽt quod poſſint ſubditorum confeſſiones audi-
re, & alijs audiendas committere, *Azor. &*
*alij, quos ſequitur Sancto Fauſto lib.* 2. *de tri-*
*bus votis q.* 154. *Suarez tom.* 4. *de religione lib.*
7. *cap.* 22. item à reſeruatis abſoluere, vt dixi ſu-
pra *n.* 525. *&* 526. *& infra latius dicã Recoll.* 7.
Vnde quando *Portellius verbo Prælatus nu.* 1.
aſſerit, illos non eſſe veros Prælatos, nec etiã ha-
bere iuriſdictionem ordinariã, neque gaudere
priuilegijs conceſſis Prælatis, niſi quando pri-
uilegia illos etiam exprimant; intelligi neceſſe
erit de ipſis, quando ſunt Superiores præſen-
tes, & colligitur etiam ex *Sanchez*, *& Suarez*
*locis proximè citatis*.

Limitatur vbi à Regula. vel conſtitutionibus
eſſent prohibiti dicti Vicarij, vti tali iuriſdictio-
ne ad ferendas cenſuras, quia in hac re, ipſæ Re-
gulæ, & Conſtitutiones ſunt in primis attenden-
dæ, vt ſupra dixi, & habetur per *Lezzanam, ac*
*Portellium locis citatis*.

Tertia difficultas eſt de Viſitatoribus; Certũ
eſt enim, poſſe illos ferre cenſuras & facere or-
dinationes etiam in ſcriptis cum pæna excom-
municationis contra tranſgreſſores, quæ ordi-
535 nationes durant, donec per alium ſuum equa-
lem, vel ſuperiorem reuocentur, vt poſt *Sotum,*
*& Auilam, habetur per Pierinum in ſuo Præ-*
*lato Regulari q.* 3. *c.* 3. *nu.* 6. *ad finem* & dixi ſu-
pra *recoll. præcedenti à nu.* 186. vbi quęro an
ordinationes viſitatorum ſint ſtatuta, vel ſen-
tentiæ generales. Ratio eſt manifeſta, quia
ſcilicèt eorum iuriſdictio verſatur præcipuè
quò ad forum externum, nempè ad exceſſus
inquirendos, & inquiſitos corrigendos, caſtigã-
dos, & emendandos, ac obſeruantiam obliga-
tionum

Digitized by Google

tionum iuxta, cuiuſcumque *Religionis* ſtatu-
ta, et Regulas, vbi viget conſeruandam, &
vbi deficit, in ſtatum priſtinum reſtituendam.
*Barboſa de officio, & poteſt. Epiſcopi allega-
tione* 73. *numero primo Peregrinus ad no-
ſtras conſtit. in Appendice in principio*. Quòd
etiam poſſint mandare dicti Viſitatores ſingu-
536 lis in virtute ſanctæ obedientiæ, ac etiam ſub
excommunicationis pæna, vt omni mendacio,
ambinguitate, & tergiuerſatione, veritatem di-
cant, circa ea, quæ interrogabuntur, docet *Lu-
cas Antoninus Reſta in ſuo directorio viſitato-
rum par*. 1. *c*. 88. vbi quod interrogati tenentur
tali caſu veritatem aperire, dum legitimè inter
rogantur, ſequitur *Peregrinus ſupra. lit. F.*
537 *ſub nu*. 1. *fol*. 404. *A*dde tale præceptum ha-
bere locum iuramenti. quidquid contrarium
dixerit *Rodriquez tom*. 1. *q*. 13. *a*. 8. *& q*. 120.
*art*. 3. vt benè *Miranda, quem ſequitur* Portel
*lius verbo correctio fraterna nu*. 12. Qui etiam
ſubdit, *Rodriquez* ſe retractaſſe *in ſumma t*. 4.
*Addit. c*. 153. *concluſ*. 7. Quod ſeruari in dicta
Religione Carmelitana teſtatur *Lezzana p*. 1.
*cap*. 22. *nu*. 2. *ad medium* Qui benè paulò antea
aduerterat, in viſitationibus non requiri peti-
538 tionem iuramenti à Religioſis, ſaltem de iure
communi (quicquid ſit de ſtatutis particulari-
bus *R*eligionum) quia inquiſitio, quę fit in
viſitatione nō eſt perfectum iudicium, ſed præ-
paratio ad inquiſitionem particularem, quæ
perfectum iudicium continet.

539 Dixi, *ſingulis* quia ſacra Congregatio apud
*Barboſam citata allegatione* 73. *num*. 29. decla-
rauit, *non licere Epiſcopo viſitationem ag-
gredienti, proponere edicta, quibus ſubditi iu-
beantur crimina detegere, maximè propoſita
pæna excommunicationis*, quam etiam retuli
*ſupra. recoll. præced. nu*. 188. Vndè nec id de-
540 bent facere viſitatores Regularium. Qui eò
magis debent euitare occaſionem illaqueandi,
ſcrupulis, conſcientias Religioſorum. Sed dato,
quòd poſſit fieri tale præceptum, & fiat de fa-
cto, non tenetur quis manifeſtare delicta ſecre-
ta, quæ probari non poſſunt. *Sanchez lib*. 6. *opu
ſcul. moral. c*. 2. *dub*. 14. *ſub num*. 10. in ſpecie,
quòd viſitator peccet, ſi iuramentum petat de
541 manifeſtandis ſibi delictis, niſi expreſsè exci-
piat ſecreta, habetur in *c. qualiter el primo de
accuſat. & poſt Nau. notat. Sanchez ſupracit.
dub*. 26. *nu*. 1. *ad finem*. de qua re etiam *Lezza-
na p*. 1. *c*. 4. *nu*. 23. Quanto etiam tempore vim
habeant dicta ędicta viſitatorum ad denuncian
dum, quærit idem *Sanchez ibidem ſupraci-
tato dub*. 26. *numero* 1. *ad finem*. & reſpon-
det, durare quandiù viſitatio populi durat, &
finita viſitatione populi; ceſſare obligationem
ædicti, & dixi loco citato.

542 Difficultas igitur reſtringitur in hoc an
prædicta iuriſdictio Viſitatorum Regularium,
qui eliguntur à Capitulis generalibus ſit ordi-
naria, vel delegata? Dixi à *Capitulis generali-*
543 *bus*, quia de alijs, qui à Generali eliguntur, vt
in Ordine Minorum, & in alijs ordinibus, etiam
à Prouinciali, & mittuntur ad viſitandam ali-
quam Prouinciam; eſt certum, habere delega-
tam iuriſdictionem cum illa proficiſcatur ab
homine, & eius morte expiret, vt per *Suarez
tom*. 4. *de Religione tract*. 8. *lib*. 2. *cap*. 2. *num*. 6.
*Portellium verbo Prælati poteſtas ad diſpē-
ſandum nu*. 5. *&* 21. Vbi quòd etiam ſi Gene-
544 ralis, dictis Commiſſarijs, quos eligit ad viſi-
tandas Prouincias, det plenitudinem poteſta-
tis, nō per hoc eſſent delegati ad vniuerſitatem
cauſarum, & per conſequens non poſſent ſub
delegare, cuius tamē cōtrarium docet *Rodriq.
& ſequitur Lezzana ſupracitato num*. 31. in-
tellige; niſi ſit electa induſtria perſonæ, ideſt ſint
iuſſi perſonaliter accedere ad viſitandum, quia
545 non poſſent hoc caſu delegare viſitationem
alicuius Monaſterii, vt per *Rodriq. loc. ſuprac.*
Subdidi, *Commiſſarijs, quos eligit ad viſitandas
Prouincias*, ad differentiam aliorum Commiſ-
ſariorum, qui eliguntur in Ordine Minorum,
nempè quando Generalis eſt vltra montes, eli-
git Commiſſarium Ciſmontanum in Curia, &
quādo, eſt Generalis Ciſmontanus, eligit Com-
miſſarium vltramōtanū in Hiſpania, non vt vi-
ſitet, ſed vt ſit ſuprà Prouinciales, qui Comiſ-
546 ſarij. ideò abſque dubio habent iuriſdictionē
ordinariam, vt per *Suarez, & Portellium locis
ſupracitatis, Lezzanam cap*. 13. *nu*. 28. Ratio du
bitandi, quòd .ſ. Viſitatores habeant ordinariā
iuriſdictionem eſt, quia ipſi Viſitatores in dictis
Religionibus eliguntur loco Prouincialium,
ſed Prouinciales habent ordinariam iuriſdi-
ctionem; ergo. ita enim videtur innuere, *Fran-
ciſcus Leo in ſuo Theſauro fori eccleſiaſtici c*.
15. *de viſitatione nu*. 31. ibi *Viſitatores Regula-
res à Capitulis Generalibus electi, eandem ha-
bent authoritatem in ſua Congregationis Mona
ſteria ac Regulares in eis commorantes, quam
alij Præſides &c*. Hoc tamen non obſtante, ſit.

547 Tertia concluſio: Viſitatores electi à Capi-
tulis generalibus in illis Religionibus, vbi non
ſunt Prouinciales, habent iuriſdictionem dele-
gatam, ita *Rodriquez & Bertus, quos retuli ſu-
pra par*. 2. *recoll*. 4. *nu*. 37. quibus accedit *Sua-
rez ſuprac. n*. 1. vbi loquitur de Viſitatoribus
in Religione Carthuſianorum, qui neque habēt
Prouinciales, & eliguntur in Capitulo generali,
vt fit etiam in noſtra Religione, & ait, illos non
eſſe ordinarios Prælatos, item *Rodriq. t*. 2. *qq.
Regul. q*. 25. *art*. 3. *ad finem*, loquens de Viſita-
toribus in ordine Ciſtercienſi, vbi neque etiā
ſunt Prouinciales, & dicit hęc verba. *Nam viſi-
tatores habentes iuriſdictionem delegatam ful-
minant, & efficiunt proceſſum ad quorum exe-
quutionem, pænam excommunicationis im-
ponunt, & habent durante viſitatione locum
Prælatorum, & ea finita habent titulum viſita-
torum Generalium, & vt tales, & ſi non ſint
Abbates, & Procuratores, vadunt ad Capitulū*,



Digitized by Google

vnde meritò in noſtra Congregatione per Decretum, quod refert *Peregrinus in Appendice ad commentaria ad noſtras conſtitutiones, Tit: Aduertenda à viſitatoribus noſtra Congregationis nu.*14. fuit declaratum, quòd Viſitatores, quamuis viſitationis tempore à caſibus Præpoſitis, reſeruatis facultatem abſoluendi habeant,
548 hanc tamen nemini, ipſi impertiri poſſint, & in alio Decreto, expreſsè fuit dictum, *Viſitatorem noſtros etiam extra viſitationis tempus, eſ-
549 ſe ordinarios iudices in ſecūdis cauſis, ad quos datur appellatio à definitiua ſententia Præpoſiti; item quòd in primis cauſis detur præuentio, non tamen ferant ſententiam diffinitiuam abſque Præpoſito præuento, modo ſemper adſit vnus ex Aſſeſſoribus aſſignatis.* Niſi enim per dictum decretum fuiſſet eis tributa dicta iuriſdictio ordinaria, nō poterat dari, ad eos appellatio à ſententia Præpoſiti, & ſic quò ad hoc equiparātur Prouincialibus. Hac occaſione non deſinam transcribere hic verba, *Rodriquez t.*2.*qq. Regular.q.*4.*art.*2. vbi quærit, vtrum omnes poſſint eſſe Viſitatores Prouinciarum, *& ad finem articuli*, loquendo cum his, qui Viſitatores eligunt, ait, *Vnde videant, & attentè attendant
550 Generales ordinum, quos mittant viſitatores, an ſint habiles ad huiuſmodi miniſterium exercendum. Non enim poſſunt inſtituere illos, qui in cauſis Regularibus ignari reputantur, cùm poſſunt ſuſpicari, quòd per ignorātiam, aliqua, quæ non decent, ſint facturi, & ſic in noſtra ſacra Religione ordinatur, vt non prouideantur, niſi illi, qui fuerunt aliquando Patres Prouinciales, aut Diffinitores, in Praxi cauſarum Regularium verſati.* Vtinam in omnibus alijs Religionibus ita ordinaretur, & quod plus eſt, obſeruaretur.

*De loco, ad quem extenditur iuriſdictio Superiorum Regularium, vt poſſint cenſuris multare ſuos ſubditos.*

IN hac difficultate reperio tres opiniones Prima, quæ eſt communis, & docet, præfatos ſuperiores habere poteſtatem ferendi cenſuras in ſuos ſubditos, vbi vis terrarum delinquāt, & reperiantur, ita *Silueſter excommunic.*
551 2.*nu.* 15. Qui ait quòd totus mundus ſit eorū territorium, *Suarez tom.*5.*diſp.*5 *ſect.*7.*nu.*18. *Vgolinus tab.* 1. *de cenſuris cap.* 24. *nu.* 6. *Conink diſp.*13. *nu.* 62. *Pierinus in ſuo Prælato Regulari q.*3. *c.*4.*nu.*7. *Layman lib.*1. *tract.*4. *cap.*11. *num.*2. *Alterius lib.* 3. *diſp.*9 *c.*5. *verſ. hinc inferri poteſt, Lezzana par.*1.*cap* 4.*nu.* 37. *Megalius par.*3.*lib.*1.*cap.*3.*num.*37. Ratio huius ſententiæ fundatur in differentia, inter clericum, vel alium reſpectu Epiſcopi, & Regularem reſpectu ſui ſuperioris: nam Epiſcopo clericus eſt ſubiect⁹ ratione territorij, Superiori verò, Regularis eſt ſubditus ratione perſonæ ex obedientiæ voto, vnde ſicut filius, & ſeruus, quibus aſſimilatur Regularis, vbique à ſuo patre, vel domino capi, & corrigi poteſt, inquit *Conink ſupra.* ita Regularis vbiuis reperiatur, ligatur præcepto, & cenſura lata contra eum à ſuo Superiore, fauet *Nau. conſ.* 33. *de ſent. excom.* vbi poſt *Baldum*, probat, Prælatum Re-
552 gularem capere poſſe ſuum ſubditum fugitiuum vbicumque eum reperiat propria authoritate, etiam ſine imploratione brachij ſecularis Secunda opinio, eſt *Mirandæ*, malè ſua pace à *Pierino* pro prima opinione allegatus *t.* 2. *ſui manualis Prælatorum Regularium q.* 35. *ar.*8.*ſub concluſ.*3. Qui expreſsè, & clarè docet, ꝙ *Miniſtri Generales, & Prouinciales de iure communi, & ſpeciali excōmunicare poſſunt ſibi ſubditos, ſed non niſi in ſuis locis. ſeu proprijs territorijs, eo modo, quo & Epiſcopi.* Hæc ſunt eius verba; Putat enim, Regulares intra limites ſuarum Religionum, proprium habere territoriū.
553 quia infert, quod Prouinciales habeant limitatam iuriſdictionem intra ſuam Prouinciam, & proindè nequeant ſi ſubditus extra illam reperiatur, eum excommunicare. Tertia opinio eſt *Hurtadi de cenſuris in communi ſub nu.*33. qui primam opinionem communem ſuprà relatam, dicit, ſe *intelligere de cenſuris annexis ſtatuto totius Religionis, & præcepto Generalis. Quo verò ad Prouinciales, & ſuperiores immediatos domorum, ſtandum eſſe legibus, & cōſuetudinibus Religionum.* Hæc ſunt eius verba.

Concluſio: omnes iſtæ tres opiniones ſi rectè explicentur, in ſuo ſenſu ſunt veræ; intelligendo illas de Prouincialibus, vel Superioribus localibus, quia de Generalibus, & ſtatutis generalib. totius Religionis, non eſt difficultas, vt benè *Hurt. ſup.* obligare vbique. Patet cōcl. ex explicatione ipſarū opin. quæ ni fallor pēdet à loco, vbi reperitur ipſe Regularis, vel n. ſubditus Regularis delinquit in aliquo monaſterio, ſeù intra clauſtra, vel extra clauſtra. Primo enim caſu, procedit hæc tertia opinio *Hurtad.* nam præſuppoſito, quòd regulares non ſint in monaſterio, vel Prouincia, in qua delinquunt aſſi-
554 gnati, et ſic maneant hoſpites, tunc enim ſi delinquant contra legem poſitam à ſuo Prouinciali, vel ſuo Prælato locali ſub pęna excommunicationis, ſtandum eſſet legibus, & conſuetudinibus Religionis, quibus deficientibus eſſet vera ſecunda opinio *Mirandæ*, quia DD. etſi nō cōcordent in illa quæſtione, vtrum, quis extrà ſuam patriam exiſtens, quando ibi reperitur vt hoſpes, abſque contractione domicilij (ſicut non poteſt contrahere illud Regularis in alio monaſterio, ſi non eſt ibi aſſignatus) teneatur ad obſeruantiam legum ſuæ patriæ, vt in caſibus ieiunii, vel diei feſtui, tamen communior opinio eſt, non teneri ad dictam obſeruantiam, *vt teſtatur Layman lib.*1.*tract.*4.*c.*11.*n.*2. præter alios, quos citat, vocando hanc opinionem probabilem *Diana* poſt hæc ſcripta viſus *p.*1.*tract.* 10. *de legibus reſol.*14. & dixi ſup. n. 307 fauēt, quę ēt de incurſione in caſus reſerua

tos

Digitized by Google

tos in ſuo monaſterio, & eorum abſolutione, quoàd dictos hoſpites regulares in loco hoſpitij, dixi ſupra *par.2.reſol.11. à num.78.* quia vt ibidem dixi poſt *Suarez t.4. de Religione tract. 8. lib.2.c.8 a n.21.* probabilius eſt, ipſos obligari ſpecialibus præceptis eius Prouinciæ, & Cõuentus, vbi reperiũtur, quod poſtea allegatis *Rodriquez, & Miranda, ſequitur Lezzena p.1. c.4.n 22.* & latè agit *Diana loco ſuprac. reſ.15.*

Si verò reperiatur extra Monaſterium, ſeù extrà clauſtra; tunc eſt vera prima communis opinio, quod ſcilicèt talis non ſolum à Generali, ſed etiam à Prouinciali extrà Prouinciam, & Superiore locali, poſſit vbique excommuni-
555 cari, quod probant exempla de filio, & ſeruo, item corollarium, quod infert *Piern. loco ſuprac.* Religioſũ nẽpè delinquentẽ non gaudere immunitate Eccleſiæ, ac quòd dixit *Nau* poſſe ſcilicèt Superiorem, ſuum ſubditum fugitiuum vbique capere, & clarè indicat *Megallus loco ſuprac* dũ probat, quòd regularis extrà monaſterium, delictum committens ab Abbate prohibitum ſub cenſura, incurrat ipſam, ex *Concil. Trid. ſeſſ.25, cap.14. de regularibus* vbi eſt ſermo de delicto commiſſo extrà clauſtrum, & dixi ſuprà *nu.495. & ſeq.* Hoc ẽt ſuadet rõ prò ea opinione adducta, nempè, quòd regularis ratione obedientiæ, vbiq; terrarum ratione perſonæ maneat ſubditus ſuo ſuperiori, vnde *Layman loco citato* benè dixit, *Prælati ordinum regularium, quibus iuriſdictio competit, non ratione territorij, ſed per ſe ratione perſonalis obligationis, & obedientiæ voto, eos tum præceptis, ac ſententijs, ſtatutis vbique terrarum exiſtentes obligare poſſunt; quin etiam eoſdem in alieno territorio citare, excommunicare, & fugitiuos propria authoritate capere.* Quis enim, ex his verbis non eliciat, hic ſermonem eſſe de Religioſo exiſtente extra monaſterij alicuius diſtrictum, cùm aliàs non dici poſſit, eſſe in alieno territorio.

*Nouitij an dicantur ſubditi Prælatis Regularibus, vt poſſint contra eos ferre ſententiam cenſuræ.*

QVia certum eſt profeſſos eſſe ſubditos ad hunc effectũ, quærimus de alijs, & primò
556 de Nouitijs, in qua re conueniunt DD, primò Nouitios eſſe perſonas eccleſiaſticas, & per cõſequens eſſe ſubditas Iudici Eccleſiaſtico, vt per *Graſſium conſ. 8 nu.8. ſub tit. de voto, & alios, quos refert & ſequitur Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegatione 12.n.37.* & tantũ controuertitur, vtrum ab Epiſcopo, vel à Superiore Regulari, ipſe poſſit excommunicari, vel alia cenſura multari. Conueniunt ſecundò, hãc difficultatem verſari in eo caſu, quo nouitius
557 velit perſeuerare in Religione, quia ſi vult ab ea diſcedere, & tranſire ad ſtatum ſimpliciter ſecularem, neque ab Epiſcopo, nec à ſuperiore regulari potẽſt cenſuris ligari; quidquid ſit de ea quæſtione, à quo nempè Iudice ſit puniẽdus prò delictis commiſſis, tẽpore nouit atus, contra Dei præcepta, vt homicidio, furto, &c. quia de delictis contra regulam, certum eſt puniri eũ poſſe à ſuperiore regulari, de qua re aliqua dixi ſupra, *par. 2 recollect. 11.n.37.* quibus illic allegatis addo *Dianam*, poſt ea edita viſus *p.3.tract.1. reſol 33. & 34.* referens ſuo more auctores prò & contrà, accedũt etiã *Gutierrez lib. practicar. quæſtionum, q.4. & S. Fauſto lib.5. de tribus votis quæſt.213. Layman ſup. c.7.§.7.* Conueniunt tertiò DD. communiter, quòd ſicut Nouitius nõ incurrit ſecundũm pro-
558 babiliorem, & communiorem opinionem, caſus reſeruatos à Superiore Regulari, vt dixi *ſupra recoll.11.à n. 139.* Quibus illic allegatis, addo alios citatos per *Dianam noſtrum par.1. tract. de paupertate religioſa reſol. 77. & p.3. tract.2. reſol.40. & par.4. tract.4 reſol.5. verſ. his tamẽ non obſtantibus ad finem. Riccium p.4. Praxis reſol.241.n.4.* vbi ait, opinionem contrariam eſſe contrà communem Ita nec incur-
559 rit cenſuras, quæ pro religionis bono regimine, delinquentibus imponuntur, vbi ſuperior non declararet, ſe velle nouitios comprehendere, ita *Azorius par.1. lib.12.cap.2.q.12. Henriquez de indulgentijs lib.7.c.22.n.7.* quos refert, & ſequitur *Bartolomeus de S. Fauſto de tribus votis lib.5 q 203 & ſeq. ante eum Graſſius loco ſuprac. & conſ 22. ſub.n.25. de ſentẽtia*
560 *excommunicationis*, ex hoc inferens, loquẽtem cum nouitia, non incurrere excommunicationem latam contra loquentem cum monialibus, & nouiſſime aliis pluribus citatis *Marchinus de Sacramento Ordinis tract. 1.p.6. nu. 10* & ſi ſubdat, opinionem contrariam eſſe ſatis probabilem, in terminis *Vechius dub. 27. in frac. ad finem.* Difficultas igitur ſiſtit in eo, vtrum poſſint à Superiore Regulai Nouitij ex-
561 preſsè cenſuris multari, nempè an vbi ſe declarat ſuperior velle eos includere in cenſuris ab eo latis, illas incurrant Nouitij, ac etiam contra eos particularem ſententiam ferre v.g. excommunicationis In qua difficultate ſic declarata, reperio tres opiniones diuerſas. Prima eſt *Henriquez, apud Sanchez lib.6 ſumma c.10 n. 17. in principio*, qui docet, non poſſe Nouitiũ excommunicari à ſuperiore regulari, ſed benè ab Epiſcopo, hanc opinionem quoad primam partem, quòd ſcilicèt nouitij nequeant à Prælaregulari excommunicari ſequitur, teſtando de veriori, & ſi nullum authorem citet. *S. Fauſt. de tribus votis lib.5.q.205.* Secunda opinio eſt innominatorum apud *S. Fauſto loc. ſuprac. Salas & Vaſquez apud Vecchium in ſua praxi prò nouitiis diſp 9. dub.27.nu.3.* Qui docent, poſſe excommunicari nouitios à Prælatis regularibus, huic opinioni videtur ſe ſubſcribere *Lezana par.1.c.22.n.21. ad finem* dum. docet, poſſe ſuperiores præcipere aliquid nouitijs ſub pæna excommunicationis, etſi alleget *Sanchez*

qui

quid non dicit, ſed vt infrà mox ſubdam, Tertia
opinio eſt *Sarc. loco ſuprac.* qui docet ſim-
pliciter non poſſe ſuperiorem regularem ferre
ſententiam excommunicationis contrà noui-
tium, ſed benè in certis caſibus, & idem docet
*Suarez to. 4. de religione tract. 8. lib. 2. c. 8. nu.*
*17. & ſequitur Vecchius loco ſupracit.* caſus
quos excipit *Sanch. loc. ſuprac.* sũt duo. Primus
562 eſt, quando pœnã aliquam Prælatus regula-
ris imponit nouitio ratione delicti à ſe commiſ-
ſi, quia inquit *Sanchez*, poterit eam ipſe Præ-
latus, illi ſub pœna excommunicationis præ-
cipere vt dictam pœnam ſubeat, ſeù exequatur.
Secundus caſus eſt, ſecundum iſtum auctorem,
quando nouitius committeret aliquod cri-
men, prò quo à iure eſſet impoſita pœna cenſu-
ræ ferendæ, quia tunc poſſet Prælatus regu-
laris probato crimine, ferre contra eum ſenten
tiam cẽſuræ ipſo facto incurrendæ. Caſus quos
excipit *Suarez.* ſunt omnes, qui nõ habent reſ-
pectũ ad profeſſionem Religioſam. v.g. quãdo
legitimè interrogatur in caſu occurrenti No-
uitius, vel quãdo tractatur de cauenda aliquam
occaſionem peccati, vel reſtituendum ablatum
& ſimilia, quæ ad ordinariam Epiſcoporum iu-
riſdictionẽ pertinent, & non poſſunt ab Epiſco-
pis exerceri circa Nouitios exemptarum Reli-
gionum, quod eſt idem cum eo, quòd dicit *Vec-
chius ſupra.* his ferè verbis, ***in illis dũtaxat caſi-
bus poſſe ſuperiorem ſuo præcepto, ſeu cenſura
obligare Nouitium, in quibus tarctatur de bo-
no regimine politico, tam Religionis, quàm
nouitij & non ſpectant ad præcepta Regulæ, aut
ſtatutorum, obſeruanda, ad quæ ſolummodo
profeſſi tenentur***, & ſi diſpliceat exemplũ, quod
ſubdit de Generali, vel Prouinciali in alicuius
Monaſterij viſitatione præcipiente ſub pœna
excommunicationis latæ ſententiæ, vt tranſ-
greſſiones graues contra Dei præcepta Regu-
lam, vel alia huiuſmodi denuncient, quia
vt ſupra dixi *nu.* 539. Sacra Congregatio decla-
rauit, talia præcepta generalia nõ eſſe facienda
ab Epiſcopis, ergò tanto magis neque à Supe-
rioribus Regularibus aggredientibus viſitatio-
nem, eſtque caſus diuerſus ab eo, quem ponit.
Suarez ibi, ***In caſu occurrenti ad dicendum ve-
ritatem*** idem etiam voluit *Pierinus in ſuo Præ-
lato Regulari q. 3. cap. 1. num.* 120. & ſi alijs ver
bis, dum ait, ***quòd Prælatus poteſt Nouitijs præ-
cipere ſub cenſuriſque illis poſſet præcipere
proprius Parochus, & Epiſcopus, et quæ
ſunt neceſſaria pro experimento, ad quod eſt in-
greſſus, quia hoc non fundatur in voto obedien
tiæ, ſed in iuriſdictione eccleſiaſtica per Sum-
mum Pontificem, Prælatis conceſſa, & in pacto
virtualiter inito cum Religione, in primo ſui
563 ingreſſu.*** Inter has opiniones probabilior om-
ni dubio procul mihi videtur prima, quæ negat
ſimpliciter hanc poteſtatem ipſis Prælatis Re-
gularibus reſpectu Nouitiorum, quia etiã alias
mihi viſa fuit probabilior opinio, quòd dictus
ſuperior nequeat reſeruare caſus reſpectu no-
uitiorum quantumuis illos intendat in ipſis
comprehendere, non alia ratione, quàm quòd
ipſe ſuperior nõ habeat iuriſdictionem abſolu-
tam in Nouitios, ſed limitatam quò ad munus
probationis, ad quod munus non eſt neceſſa-
ria iſta poteſtas reſeruandi caſus reſpectu ipſo-
rum, quæ ratio eò magis militat in cenſuris,
quia vt benè innuit *Sanchez ſupra.* cenſura
ab homine non incurritur, niſi ob contumaciã,
vt aliàs dixi, & inobedientiam, quæ inobedien-
tia, & contumacia non poteſt reperiri in noui-
tio, qui non tenetur obedire. Vnde miror quo-
modo tantus vir, poſteà, nulla in medium alla-
ta diuerſitatis ratione, concedat, in aliquibus
caſibus poſſe Superiorem Regularem excom-
municare Nouitium, cùm etiam in iſtis caſibus
ſit neceſſaria ad incurrendam illam, contuma-
cia, & inobedientia Nec valet dicere cum ***Sua-
rez, Vecchio, & Pierino***, quòd in his caſibus,
ſuperior Regularis ſuccedit loco Epiſcopi, nam
præter quam quod ſit contra principium poſi-
tum ab eodem *Suarez eodem loco*, vbi cõcedit,
dictum Superiorem non habere in Nouitios
neque poteſtatem dominatiuam, neque iuriſdi-
ctionem; hoc à nobis negatur, nam vt ſupra di-
xi, Superior in Nouitium habet iuriſdictionem
limitatam quò ad munus probationis, ad quod
munus non pertinet cenſuras ferre, maxime ex-
communicationem, quæ debet eſſe vltima pœna
quæ ex Sac. Concilio Tridentino irrogetur,
& in his caſibus põt ſuperior alio modo proce-
dere, nempè per pœnitentiarum minas, ac etiã
eiectionis à Religione, item & ſi concederemus
ſuccedere loco Epiſcopi, quò ad impoſitionem
alterius pœnæ, ratione delicti à Nouitio com-
miſſi, vt ſupra dixi, neque ex hoc inferri poſſet,
quòd etiam poſſet excommunicare, vel præci-
pere illi aliquid ſub pœna excõmunicationis, ex
quo nõ eſt verè ſubdit⁹, vt inquit *Bariola apud
Dianam t. 4. tract. 4. reſolut. 5. verſ. his non ob-*
564 ***ſtantibus***, neq. eſt propriè, & verè Religioſus,
vt ait *Greſſius locis ſupracitatis*, vnde ei non po
teſt conferri beneficium regulare, ſed benè ſe-
culare, vt per *Garſiam par. 7. de beneficijs c. 10.
n. 4. & 5. Riccium p. 4. praxis reſol.* 247. & per
conſequens non poteſt eſſe inobediens, vel cõ-
tumax, vnde ſicut *Lezzana ſupra.* poſtquam
dixit, poſſe Prælatum præcipere aliquod Noui-
tio ſub pœna excommunicationis, ſubdit, quòd
id ***niſi rarò admitteret, vel concederet***, itã ego
dico, nunquam hoc eſſe practicandum.
565 Quæres primo, an ſit verum, quòd dixit
***Henriquez ſupra allegatus***, quod ſcilicet poſ-
ſit Nouitius excommunicari ab Epiſcopo? Re-
ſpondetur diſtinguendo, vel loquimur de deli-
ctis cõmiſſis tẽpore nouitiatus, vel de delictis
comiſſis antequã Nouitius ingreſſus fuit Reli-
gionẽ, vel ſaltẽ habentibus tractũ ſucceſſiuũ à
tẽpore ante Nouitiatũ. Primo caſu non eſt vera
opinio ***Henriquez***, niſi Nouitius poſtquam cõ-
miſiſſet delictum tempore nouitiatus dimiſiſ-
ſet

Digitized by Google

ſet habitum, iuxtà opinionem quam refert, & ſequitur *Diana ſupra c. reſol.34.* vel delicta commiſiſſet extra clauſtra, *Riccius par.4. praxis reſol.238.* in fauorabilibus enim nouitij veniunt appellatione Religioſorum, & Religioſi, vt ſupra dictum fuit, non poſſunt cenſuris multari ab Epiſcopis in caſibus ſibi non conceſſis, quibus illic allegatis accedit *Nouar. in ſua lucerna Regularium, verbo excommunicare*. Nec ex eo quòd neq. poſſint excõmunicari pro his delictis à Superiore Regulari vt dixi *ſup. n.478.* ſequitur, ꝙ poſſint excõmunicari ab Epiſcopo, vt in ſimili dicimus de reſeruatione caſuũ *cit. par.2. recollectione 11. nu.137.* in ſpecie, quod Nouitii non innodentur cenſuris Epiſcopalibus, vide *Ricc.4. par. praxis reſ.345. n.5.* Sicut neque aliquid refert, quòd Nouitius efficia-
566 tus ſubditus Epiſcopo monaſterij Nouitiatus quò ad dimiſſorias pro ordinibus minoribus, vt per *Barboſam de officio, & poteſtate Epiſcopi allegatione 4. n.62* (intellige) ſecluſis priuilegijs, quibus circa iſtam materiam gaudent, eorum Religiones, vt per *Suarez tom.3. de Religione lib.5. cap.16 nu.16.* vbi quòd tali priuilegio gaudeant Religiones communicantes priuilegia ſuę Societatis, & proſequitur *Nouarius ſupra c. verbo dimiſſoria ad finem*, de qua re latè *Marchinus de ſacramento Ordinis tract. 1. par.6. cap.4. à num.10.* Dixi. *Epiſcopo monaſterij Nouitiatus*, contra aliquos, qui volebant, hoc
567 ſpectare ad Epiſcopum originis, vel ad vtrũque, vt per *Naldum verbo Nouitius num.7.* Dixi, pro Ordinibus minoribus, quia Nouitij
568 nequeũt recipere ordines Maiores, ex prohibitione facta à *Pio V. in Bulla incip. Romanus Pontifex ſacrorum*, vt per *Marchin. ſupra. nu.6. & latius tract.2. par.6. cap.5. num.2.* vnde eſſet hoc caſu neceſſaria licentia Summi Pontificis, ſeu breue particulare ipſius. Quia nõ implicat, quod quis ſit ſubiectus in vno, & non in alio, & ſubiectio, pro dimiſſoriis ad ordines minores, eſt valde diuerſa à ſubiectione requiſita ad cenſuras ferendas, quæ (iuxtà ſupradicta) requirunt inobedientiam, & contumaciam, & à diuerſis non fit illatio, vulgatis iuribus. Quid au-
569 tem dicendum ſit de oblatis, Tertiariis, & Bizocaris, patet ex dictis ſupra nu.479. & ſeq.

## *De quarto caſu, ob quem ſententia cenſuræ eſt nulla, ſcilicèt quia continet errorem intollerabilem.*

ITa habetur *in c. per tuas vbi gloſa in v. intollerabilem de ſent. excommunic. in c. cum contingat de off. delegat, in cap. venerabilibus §. pen. de ſent. excommunic. in 6.* cum alijs latè allegatis per *Sayrum lib.1. de cenſuris cap.16. n.30. Suarez t.5. diſp.4. ſect.4. nu.30.* Vbi aſſerit, hoc conſtituere DD. pro primo principio in hac materia, & quod dicitur de ſententia excommunicationis, communiter intelligere eoſdem DD. etiam de ſententia declaratoria incurſus cenſuræ iam latæ à iure, vel ab homine per ſententiam generalem, quia etiam ipſa poteſt continere errorem intollerabilem, vt infra.

Poteſt ergo eſſe prima difficultas in explicãdo, quomodo confeſſarius cognoſcere poſſit, an
570 dicta ſententia contineat dictum errorem? Pro cuius faciliori reſolutione reminiſcatur confeſſarius, quòd inter alias conditiones, quæ *in c.1. de ſententia excommunicationis.* aſſignãtur circa ſententiam cenſuræ particularem ferendam, vna eſt, quòd feratur in ſcriptis, & alia vt in ea exprimatur cauſa, vt ob quam in eum fertur dicta cenſura, quæ cauſa iuſta, rationabilis, & manifeſta eſſe debet, *c. ſacro vbi gloſa uer. rationabili cauſa*, Panorm *num.2. verſ.3. not. de ſententia excommunicat. Sayrus lib. 1. c.15. n.6. Suarez diſp.3. ſect.13. n.5.* & alij communiter. Hoc ſtante, Reſpondeo ad difficultatem, quòd ſcilicèt confeſſarius vt cognoſcat an ſententia cenſuræ lata contra ſuum pœnitentem ſit non ſolum iniuſta, ſed nulla ea ratione, quia continet errorem intollerabilem, conſi-
571 derare debet an cã expreſſa in dicta ſentẽtia ſit juſta, rationabilis, & manifeſta, quia idem eſt dicere, quòd ſentẽtia cẽſuræ contineat errorem intollerabilem, quàm, quòd reperiatur in ea expreſſa aliqua cauſa, quæ manifeſtè, non ſit iuſta, neque rationabilis, hoc n. vult dicere *Suarez ſupra diſp.4 ſect.7. nu 32.* ibi *primo excommunicando, v.g Petrum, explicando in ipſa ſententia cauſam, vel prorſus iniquam, & irrationabilem, vt ſi excommunicat illum, quia miſſam non audit quotidie, vel ſaltem inſufficientem manifeſtè, vt ſi excommunicet quia non audit concionem omnibus diebus feſtis, & tunc dicitur error intollerabilis in ipſa ſententia contineri*, idemque erit ſi ſolum exprimat iudex, ſe ſuſpendere clericum v. g. abſque vlla cauſa, ſed
572 tãtum voluntate ſua, ſcilicèt quia ſibi non eſt gratus, vel quia eum odio habet, vel ꝙ iudex ex abſoluta & libera poteſtate illam ferat, nulli cauſæ, vel rationi innixus, vt explicat. *Filliucius tract.11. n.225.* & in his omnibus caſibus eſt res in dubitata, talem ſententiam eſſe nullã, tum in interiori foro vt per ſe clarum eſt, quàm in exteriori, quia ius ipſum ita diſponit. Præter iſtas tres cauſas, *Sayrus ſupra c. 16. n. 32. &*
573 *c.9. n.13. eod. lib.1.* ſubdit aliàs, quæ expreſsè faciunt, quòd dicatur dicta ſententia continere vt ſuprà errorem intollerabilẽ. Prima eſt quãdo quis excommunicatur ex eo, quia fecit, vel faciat aliquod bonum, vt v.g. ſi quis excommunicetur ex eo quia credit in Deum, vel quia pœnitentiam agit, vel eleemoſinam, aut ieiunium. Secunda ſi quis excommnicetur, quia non fecit, aut faciat aliquod malum, v.g. quia pro tali heretico non orat, vel quia non furatur, quia nõ eſt inobediens Prælato, &c. Tertia quando præcipit

cipit

Digitized by Google

cipit aliquid ſub excommunicatione, quod eſt impoſsibile.v.g. quando excommunicatur infans, vel eunchus notorius, aut ſimilis impotens,quia ſtupráuit virginem. Quarta ſi feratur ob cauſam friuolam,& impertinentem,puta, ſi excommunicetur quis, quia fortis, qura indeuotus,&c. Quinta quādo cauſa ibi expreſſa eſt
574 contra ius ſcriptū, exēpli gratia, ſi diceretur excōmunico te, etiam ſi hæc ſententia ſit lata poſt tuam appellationem legitimam, vel quia non ſoluis id, ad quod die feriato fuiſti ſententiatus,vel quia audis ſermones Prædicatorum, aut Minorum in ſuis domibus; vel quia tēpore Paſcali confeſſus es Regularibus, vt dixit *Laymam lib.* 1 *tract.* 5.*p.p.c.*6 *n.*2.*verſ ſecundo redditur,&c.* Aliud exemplum, poſt *Lapum* tradit *Taſcus cit.lit.E. concl.*452.*n.*8.v.g.si eſſet lata contra impuberē citatum,ob contumaciā,qui non potuit citari,hic.n.dicitur error intollerabilis iuris. Vide *ibidem n.* 19. pro dicto exemplo,vbi quòd ſiue talis error, ſit expreſſus,ſiuè non,ſemper ſit nulla ſententia cenſuræ. Seſta,& vltima.quando excommunicatur quis ob cauſam notoriè iniuſtam, v.g. quia ſpoliaſti Sempronium, & notorium eſt, quòd Sempronius fuit ſpoliatus ab alio, ſed hic caſus potius pertinet ad materiam quæſiti ſequentis. Addi poteſt alia etiam cauſa,quando excommunica-
575 tio fertur pro, materia leui,tam in ſe, quàm reſpectu circumſtantiarum, vt v. g. quia dixiſti, verbum ocioſum *Suarez diſp.*4.*ſect.*6. *verſ.*2. *dicendum eſt,Hurtado relatus à nobis ſupra recoll.*1 *ſub n.*251.*& Caſtrus Palaus t.*1.*tr.*2. *d.*2.*p* 8.*ſub n.*5. ibi,*tertio non poteſt legiſlator obligare ad culpā mortalē in materia leui,quia eſt irrationabilis,& iniuſta talis obligatio.* Vel
576 pro peccato graui,ſed interno,*Suarez ſupra ſect.*2.*verſ.hec quaſtio*,& tractāt latè DD. cū de culpa ob quam ferri debeat cenſura, & proſequutus fui ſuprà *recoll.* 1. *huius tractatus*, cùm de hac materia. Alios caſus particulares, qui ad ſupra numeratos reducuntur,recenſet idem *Sayr.ſupra.c.*16. *nu.*36.*Reginald. lib.* 9.*nu.*106.quòd inſpecie, vbi ſunt duo Iudices,
577 qui parē haberent poteſtatē,& ſic non ſubordinatā,& vterque pronunciaret,ego te excommunico,ſi alter te non excommunicat; hæc ſententia contineat errorem intollerabilem, habetis per *Alterium lib.*3.*diſp.*4.*cap.*2.*verſ.hoc autem dicunt*. Inter ſupracitatos caſus, connumerari poteſt ille, de quo *Sotus lib.de tegendo ſecreto membro* 3.*quaſt.*5.*concluſ.*4.*num.*8.
578 vbi Prælatus interrogaret aliquē de crimine ſecreto, de qua re *Sayrus ſupra cap.* 17.*ad finem.* De alio caſu quādo iudex ita pronunciauit, *excommunico te ſi appellaueris ab hac ſententia*, vel te *praparaueris appellare*, quod contineat errorem intollerabilem, *Alterius ſup.diſp.*4.*c.*2.*verſic.Petit iterum aliquis.*

Aduertit tamen *Suarez ibid.nu.ſeq.*ſententiam continentem errorem intollerabilem, eſſe nullam, quando agitur de cenſura propriè di-
579 cta, quæ ſcilicèt ſit pæna, non autem vbi tractatur de cenſura impropriè dicta, & quæ verè non eſt pæna Exemplificat in ſuſpenſione illa, quæ per ſe loquendo non eſt pæna,ſed reuocatio, ſeu ceſſatio priuilegij, facultatis, vel iuriſditionis, nā iſta valida erit ex ſola voluntate concedentis, ēt ſimpliciter ex ſolo odio, vel alia iniqua cauſa, vel inſufficienti,iudex moueatur, exemplum eſt de Superiore Regulari, vel Epiſcopo ſuſpendente aliquem ſuum ſubditum iam admiſſum ad confeſſiones, à confeſſioni-
580 bus in poſterum audiendis abſque expreſſione cauſæ particularis, ſed ex cauſa ſuam mentē mouente, de qua re egi *ſupra par.* 2. *recoll.* 1. *num.*234. vbi dixi non ſemper, quòd ſuperior ſuſpendit à confeſſionibus ſubditum, cenſeri ferre dictam ſuſpenſionem non vt cenſuram, ſed vt reuocationem licentiæ, ſeu approbationis, ſed eo tantū caſu, quādo verbotenus illum ita ſuſpenderet, prohibēdo ne in poſterum audiat confeſſiones, ſecus autem cenſeri debere, quoties ſuperior coram teſtibns per ſententiam in ſcriptis,cauſa cognita, illam ferat, quod poſtea reperi dixiſſe, *Portellium in ſuis dubijs regularibus, verbo ſuſpenſio num.* 9.& ſi non ita clarè,ſed de hac latius *infra ſuo loco*.

Colligit etiam *Bonacina diſp.* 1. *de cenſuris q.*1.*p.*10.*nu.*10. *poſt Suarez.* ſententiam(intellige generalem)& legem præcipientem aliquid turpe aut cōtrarium communi bono, non obligare in conſciētia,nec inducere cenſurā, quod eſt dicere, non ſolum errorem intollerabilem, ſeu cauſam iniuſtam,& irrationabilem reddere
581 nullam ſententiam cenſuræ particularem, ſed etiam ſententiam generalem, & ſtatutum,& legem.Aduertit tamen poſt *Cordubam, Reginaldus lib.*9.*num.*100. requiri ad hunc errorem intollerabilem conſtituendum,apertam notitiā de irrationabilitate,& iniuſtitia ipſius cauſæ,ob quam quis excommunicatur, quia ſi id non manifeſtè cōnſtaret, & ſi ſententia eſſet iniuſta ex parte cauſæ,tunc non eſſet nulla, vbi idem dicit de excōmunicatione lata contra aliquem ex eo, quòd non fecerit aliquid, quod ipſe non poterat præſtare, & ſic pro re impoſſibili.
582 Obijcies, contra ſupradicta, ſufficere intentionem iudicis ferentis talem ſententiam continentem errorem intolerabilem, volendi ligare eum, contra quem illam fert, ergo licèt ſententia contineat errorem intolerabilem,adhuc remanet quis ligatus. Probatur aſſumptum à pari, de Superiore abſoluente aliquem ex falſa cauſa, quia ſi verè intendit abſoluere, remanet quis abſolutus. Reſpondetur,diuerſam eſſe ra-
583 tionem de abſolutione, & ſententia, nam dictam abſolutionem, nec ius Diuinum, nec ius humanum annullat,ſicut annullat,& irritat ſententiam latam vt ſupra: ita *Toletus lib.* 1. *cap.* 14.*circa finem.Alterius lib.*3.*diſput.*2. *cap.* 5. & ſic non ſufficit, quod iudex habeat intentionem

nem ligandi, *Ioannes de lignano tract. de cenſuris.* §. 3.23.*n.*4.*ſequuntur alij.*

### *De caſibus in quibus & ſi ſententia non ſit nulla, tamen adhuc dubitatur inter Doctores, vtrum excuſari poſſit pænitens ab illius incurſione.*

HÆ cauſæ ſunt plures, præter illas, quæ vt dixi ſupra *recoll.* 1. ſunt communes tàm pro cenſuris à iure, quàm ab homine.

### *De primo caſu, ſcilicèt quando ſententia eſt iniuſta ex defectu cauſæ.*

EXemplificāt DD. cōiter de ſnia declaratoria excōicationis lata cōtra N. ob id, quia iuxtà allegata, & probata in proceſſu contra eum fabricato, conſtat, ipſum commiſiſſe homicidium in perſonam clerici, tamen in rei veritate talis illud non commiſit. Certum eſt n.
584 hanc ſententiam non continere errorem intollerabilem, quia in ea exprimitur cauſa rationabilis, & iuſta de iure (qui enim occidit clericum, dignus eſt, vt declaretur excommunicatus) & ſi non ſit cauſa iuſta de facto, quia verè ipſe nō cōmiſit illud crimen. Quæritur igitur vtrum ex eo, quod tantum exprimatur in ſententia cauſa, quæ in re non ſubſiſtit ex iſto
585 capite, non ſolum ſit iniuſta (in quo conueniunt Auctores) ſed etiam ſit nulla, & inualida quò ad vtrumque forum, iuxta ea quæ dixi *ſupra in principio recollectionis.* Dixi (iuxta allegata & probata &c.) ad differentiā caſus ſexti ſupra relati, de ſententia continente cauſam notoriè iniuſtam, quò caſu ſententia contineret intollerabilem, quia cùm acta faciāt rem notoriam, & præſupponimus, cauſam probari in actis, non poteſt talis ſententia iudicari, vt continens errorem intollerabilem, ſicut quando fertur propter cauſam iniuſtam ſecundum allegata, & probata, id eſt vel quòd non adſit vera cauſa in ſe, vel quòd licèt ſit cauſa vera in ſe, tamen nō ſit legitimè probata. *Filliuc. tract.* 11.*num.*228.& 239 & ſic ob cauſam non ſubſiſtentē de facto, vt benè *Auila 2 p. c.6. diſp.*1. *dub* 3. *in principio.* In hac difficultate ſic expli-
586 cata iuriſtæ diſcordant toto cęlo à Theologis, vt inquit *Sayrus lib.*1. *c.*17.*nu.*7. nam illi, qui ſe plerumque fundant in præſumptione iuris, ſecundū quam ſufficit vt ſententia lata ſit ſecundū ordinem iuris, iuxta quē ordinē metiuntur, & iudicant validitatem alicuius ſententiæ. Docent, hanc ſententiam eſſe validam, & per conſequens obligare in vtroque foro, idque confirmant aliquibus iuribus canonicis, præcipuè *tex. in cap. per tuas,* §. *verum in alijs, vbi gloſa verb. verum, de ſent. excomm.* vbi Summus Pontifex determinat, talem excommunicatū debere adire ſuperiorem, & petere ab eo abſolutionem, anteqnā audiatur. Si dēt petere abſolutionem, ergo ſignū eſt, illū ab excōicatione fuiſſe ligatū, iuxta ea, quæ dixi *ſupra in primo quæſito,* quod ſcilicèt hæc ſit differentia inter eum caſum, quo quis prætendit ſententiam cenſuræ eſſe iniuſtam, & alium, in quo prætenditur eſſe nullam, quia nempè primo caſu non debeat audiri niſi petat prius abſolutionem ad cautelā, ſecūdo verò caſu nō teneatur petere dictā abſolutionem; vt poſſit audiri. His iuriſtis adherent, ēt aliqui Theologi, nempè *Alex de Ales, Durādus, Riccardus, Gabriel, Paludanus, Nau. Henriquez, Vgolinus, Corduba, & alij apud Sayrum loco ſupracitato,* ex modernis videtur illos ſequi *Filliuc. tract.*11. *alids* 1. *de cēſuris in comuni n.*233. *& ſi n.*235. dicat probabilem ſententiam contrariam. His tamen non obſtantibus, ſit.

587 Concluſio. Sētētia cenſuræ iniuſta rōne cauſæ, vt ſupra explicatæ, eſt ēt nulla, & inualida quòad forum conſcientię, & ſi ſit valida quòad forum externum. Hæc concluſio non ſolum eſt comunis Theologorum, ſed verior, & probabilior, teſte *Sayro loco ſupracit. num.*8. 11. & 18. *ad finem,* idem in re docet *Suarez diſput.* 4. *ſect.*7. *à num.*13. *& ſeq. Layman lib.*1. *tract.*5. *c.*6.*n.*3. *Auila loco ſupracit.* vbi *concl.* 1. ait, quod *quòad forum externum, talis excommunicatio nullum habet effectum, nec meretur nomen excommunicationis propriè loquendo.* quod & antea dixit *Caiet.* licèt talis modus loquendi diſpliceat *Nauar. c.*23.*n.* 3. & proba. *Megal. p.*3. *lib.*2. *c* 1. *& Miranda p.*2.*q.*35. *ar.* 14. Sed quidquid ſit de hoc modo loquendi hanc noſtrā cōcluſionē docet *Conink diſp.*13. *dub.*11 dicit probabiliorem *Bonac. diſp.*1.*q.*1. *p.*10.*n.*5. *Hurtad. de cenſ. in communi nu.*103. Dicit nouiſſimè probabilem, & ſi non neget cōtrariam opinionem nō carere probabilitate *Diana t.*5. *tract.*9. *reſolut.*27. Ratio eſt, quia ſnia eſt omnino iniuſta, & tantum iuſta quò ad præſumptionem, ergo in foro conſcientiæ non poteſt obligare. Probatur quia quòad forum conſcientiæ non debet attendi præſumptio, ſed veritas, vt dixi ſupra *p.*1. *in præfatione,* Probatur, ſecunda pars, quòd ſit valida quò ad forum externum, quia verè quòad forum externum ipſe poterat à iudice cenſura multari, ergo quò ad ipſum forum, quatenus ipſum patitur, remanet talis multatus validè cenſura.

Quæres igitur ſi eſt inualida quoad forum conſcientię, & valida quoad forum externum, in quo conueniunt, & differunt à ſententia omnino nulla in vtroq. foro? Reſpondet *Suar. loco ſupracit.* & proſequuntur alij communiter:
588 Cōuenire in hoc quod neutra ſnia priuet talē ſuffragijs eccleſiaſticis neq; priuet in occulto & in publico coram ſcientibus talē iniuſtitiam ratione cauſę, ſeu falſitatē cauſæ, participatione Sacramentorum, vſu ſpiritualiū, & cōione fidelium iuriſdictione, &c. Itē quòd celebrādo quis vtroq. modo ſententiatus etiam coram ignorantibus, non incurret irregularitatem, in
589 foro conſcientiæ. Differre autem in hoc, quod teneatur quis coram his, qui ſciunt con-

T tra

tra talem fuiſſe latam excommunicationem,& ignorāt cauſam eſſe falſam, ſeu ipſum nō commiſiſſe delictum,quòd probatur in proceſſu,nō ſolum abſtinere à participatione Sacramentorum, & vſu ſpiritualium, ratione ſcandali euitandi, pròut qñ ſententia eſt nulla, ſed ēt ex vi cenſuræ, ideſt rōne obediētiæ debitæ præcepto
590 Eccleſiæ,& Iudicis: vnde talis in eodem foro pro celebratione, pōt puniri,& reputabitur irregularis, quod eſt idem quàm hunc talem egere diſpenſatione, & abſolutione, quòad forum externum.Ita *Suarez ſuprà*,Conink *ſup.n.*116 *Layman cit.c.6.n.3.verſ.corollarium primum, Miranda in 3.concl. & Auila p.2.c.6.diſp.*1. *dub.2.& 3.* Qui *Layman* addit,quòd ſi hic talis monitus non deſiſtat, poſſit de nouo verè excōmunicari. Nota ꝙ licèt *Hurt.diſp.*13. *de excommunic.n.9. & latius de cenſuris n.*104. conueniat cum ſuprac Auctoribus, hanc iniuſtitiam impedire incurſionē cenſuræ,diſcordat tamen in hoc quia putat, taliter excōicatum non teneri abſtinere à prohibitis vi cenſuræ, ſed tantū ratione ſcandali, vel ēt ratione obedientiæ, ideòque putat,talem celebrando ſiuè occultè,ſiuè publicè coram ignorantibus defectum cauſæ,non fieri irregularem, quod,ni fallor,differt ab alijs Auctoribus ſuprac.in verbis, qui prò ly *vi cenſuræ* intelligunt idem,quàm *ratione obedientiæ*, præterquam quod hoc caſu concedunt, hunc euadere irregularem quòad forum externum,ideſt vt dixi,quòad dictum forum egere diſpenſatione,aliàs abſque illa celebrādo in publico,poſſe puniri. Ampliatur primò etiā quando adſit cauſa ſed leuis. *Layman loco ſuprac.n.2.verſ.2.redditur*,ibi *vel ob leuē, & non commenſuratam culpa feratur*. Ampliat ſecundò Conink *nu.* 116. *&* 121. etiam ſi
591 iudex, vt priuatus nouerit talem nocentem, tamen in proceſſu nihil probetur de delicto, propter quod contra eum fertur cenſura, vbi declarat quomodo poſſit iudex abſque culpa,talem ſententiam ferre.Ex qua ampliatione ſequitur, quòd concluſio noſtra non ſolum procedat, quàdo ſententia cenſuræ eſt lata cōtra innocentem probatum nocentem vt ſupra, ſed etiam quando eſt lata contra nocentem,
592 qui verè commiſit delictum, propter quod excommunicatur,ſuſpenditur, vel interdicitur, tamen in proceſſu non eſt probatum dictum delictum, prout probari debet, vt ritè, & rectè poſſit contra eum ferri ſententia cenſuræ. Ita DD.omnes ſupra citati, præcipuè *Miranda ad finē cōcluſ.*4.*Layman ſup.n.2.verſ.2.redditur.* ibi,*primò ſi à parte rei cauſa,ſiue crimen ſubſiſtat, ſed non in ordine ad iudicium, quia illud nec reus confitetur, nec de eo legitimè conuincitur, irrita cenſeri debet, nihil obſtante, quòd iudex crimen occultum, priuata notitia perſpectum habeat,quandoquidem is publicam perſonam gerens, ſecundum publicam, non priuatam notitiam iudicare debet.* Limita vbi non eſt quis certus ſe eſſe innocentem,vel quòd delictum non ſit probatū in proceſſu, nā in du-
593 bio ęquali,ſtatur ſententiæ iudicis. *Ita Sotus in 4.diſt.22.q.1.a.3.concl 2.& dixi ſupra q.1. & in terminis notat Mirāda loco ſuprac.num.* 15. Dixi *in dubio equali*, quia ſecus eſt quando res eſt in opinione, vt dixi *ſupra nu.*21. vbi quòd hoc caſu pro foro conſcientię ſufficit, ſi opinio negans ſit probabilis, quidquid contrarium doceat *Villalobos apud Dianam*, poſtea viſum *p.5.tract.9.reſol.29.& Auila,etiā videtur idem docere,apud eundem, ibidem reſol.2.* clarius *Portellius verbo excommunicatio n.* 12 vbi quòd quando caſus eſt inopinione debet quis ſequi tutiorem, & ſe reputare excōicatū. Noſtram tamen ſententiam videntur probare *Vaſqu.& Turrianus* apud eundē *Dianā loco primo citato*, nec obſtat quòd iudex potuit iudicare ſecundum probabilem, igitur tenetur eidem iudici, excommunicatus parere, aliàs bellum, vt aiunt, eſſet ex vna parte iuſtū,& ex alia parte iniuſtum, quod eſt abſurdum, quia tale argumentum tantum probat,talem debere ſe gerere in foro exteriori (quem reſpicit primariò ſententia) tanquam excommunicatum, non autem quòd ſit excommunicatus in foro conſcientiæ, ſicut enim in alijs caſibus, de quibus ſupra,non eſt neceſſariū, vt qui in foro externo ſe gerere debet tamquam excommunicatus, remaneat excommunicatus in foro conſcientię, ita neque eſt neceſſarium in caſu iſto,&c,fauēt *Turrianus, Ioan. de la Cruz, Salonius,& alij apud eundem Dianam 3.p.tract.* 5,*reſol.*104. docentes,licitam eſſe appellationē à ſententia, quam tulit iudex iuxta opinionem nō ſolum probabilem, ſed etiam probabiliorē.

An is cui delegatur,vt ſnia cenſuræ iā lata cōtra aliquem,publicet,ſeu illū denūciet & cedulones affigat, eum publicando excommunicatum; poſſit hoc facere, ſi nouit talem eſſe innocentem? Quærit Conink *ſup.n.*26.& reſpondet, quòd ſi nullo modo poteſt hic talis delegatus mandatum exequtere, poſſit etiam parere dicto mandato,quando iudex mandans,ſeu delegans debuit illam ſentētiā proferre, de qua re *Suar. diſp.*3. *ſect.*15. An excommunicatus, coram exequutore ſentētiæ,poſſit legitimas exceptio-
594 nes opponere,vt euitet grauamen iuris, vel facti,infra ſuo loco,prò nunc videte,*Panormit. in cap. quòad conſultationem num.*25. *de re iudicata.*

*An ex eo quia notorium eſt ſententiam cenſuræ eſſe iniuſtam,debeat iudicari nulla & inualida.*

595 ABbas *in cap. ab excommunicato n.*10. *de reſcriptis* dicit,quòd opinio negans talem ſententiam eſſe nullam, poſſit ſubſtentari ob reuerentiam maiorem, adhibendam excōmunicationi;ſed de iuris ſubtilitate,ipſum credere

dere

Digitized by Google

dere, dictam ſententiam eſſe nullam, vbi Addentes, prò hac opinione allegant *Andream Siculum conſil. 38. colum 3. volum. ſecundo, Felinum, & alios* hic autẽ caſus difficiliter accidere poterit, vnde inquit *Suarez diſp. 4 ſect. 7. n. 3. ad fin.* hęc verba *è cõtrariò vero nõ videtur dari ſententia cenſuræ, quæ in ſe valida ſit, & in exiſtimatione, ſeù ſcientia publica habeatur nulla: nam licèt contingere poſſit, talem ſententiam apud multos errantes, aut prauè affectos, non haberi validam, cum tamen iuridicè lata eſſe debeat ex ſe, ac per ſe loquendo ſtatum affert ſufficientem ſcientiam publicam ſui valoris, & efficacitatis*. Niſi ſcimus, in caſu vbi in ſententia cenſuræ eſſet expreſſa cauſa non ſolum falſa, ſed iniuſta, quia tunc eſſet ipſo iure nulla, vt de ſententia in genere loquendo, habetur per *Vantium Ariminen. de nullit. tit. de nullit. ex defectu proceſſus, num. 128. & ſeq.* vbi teſtatur de communi, ſicuti de magis communi, etiam teſtatur *Alexan. conſil. 123. col. 3. verſ. tamen quoad propoſitum lib. 1.* refert *Iacobus de Laurentio in ſuo tract. de iudice ſuſpecto c. 5. n. 20.* Sed hic caſus reducitur ad caſum de ſententia continente errorẽ intollerabilem. *dixi ſup. n. 185.*

*De ſecundo caſu, ob quem dubitatur apud Doctores, ſcilicèt an excuſari poſſit pœnitens ab incurſione cenſuræ ab homine, ob iniuſtitiam illius, ex defectu monitionis.*

IN hoc quæſito veniunt diſcutiendę duæ difficultates. Prima, eſt an cenſuræ ſententia lata abſque vlla monitione liget ipſum pœnitentem. Secunda eſt, quomodo eadem ſententia lata abſque trina monitione, & quando liget eundem pœnitentem.

Caſus primę partis quęſiti, ponitur à *Conink diſp. 13. n. 77. de cenſuris.* conſtat iudici, Petrum v.g furatum fuiſſe Eccleſiæ aliquam ſummã notabilem, an poſſit dictus index Petrum validè excommunicare, vel alia cenſura eum multare, abſque vlla monitione præmiſſa? Prò cuius deciſione ſit.

Prima concluſio: Sententia particularis cen-
596 ſurę propriè dictæ, lata prò peccato præterito, quòd trahitur in futurum, abſque vlla monitione, eſt nulla, & inualida ita *Sot. in 4. diſt. 22. art. 4. concl. 4.* vbi miratur, doctiſſimũ *Caiet.* contrariũ ſenſiſſe, non modo quia nemo vnquã hoc dixit, verum quia authoritati *Eccleſiæ* in Euangelio conceſſæ, aduerſari videtur; nam in Euangelio non apparet alia facultas data Eccleſiæ, vt quempiã habeat, *vt Ethnicum, & Publicanũ*, q̃ tũ *ſi eã nõ audierit*; nullus autem dr̃ Eccleſiam non audire, niſi fuerit ab illa præmonitus, ergo. Hęc ſunt verba *Soti*, & ꝓſequuntur *Tolet. lib. 1 c. 11. ſub nu. 3. Aluerius lib. 3. diſp. 3. c. 4. verſ. intelligẽdũ, Suar. diſp. 3. ſect. 12. n. 3. & clarius diſp. 4. ſect. 7. n. 2. & 3. Auila 2. p. c. 5. diſp. 1. dub. 10. Conink diſp. 13. de cenſ. n. 82. Layman lib. 1. tract. 5. c. 6. n. 4. Reginaldus lib. 29. nu. 192. Bonacina diſp. 1. q. 1. punct. 9. n. 3. Hurtado de cenſuris in communi difficult. 20. in principio* Qui eadem ratione hoc probat, qua *Sotus ſuprac.* dum aſſerit, taliter latam cenſuram, eſſe nullam iure naturali Eccleſiaſtico, quia non fertur contra inobedientes Eccleſiæ, quod eſt contra ius, inſtitutionem, & naturam, quam habet cenſura ex inſtitutione Eccleſię. Confirmatur ex eo, quòd docent communiter Doctores, vt teſtatur *Suarez diſp. 4. ſect. 5. num. 6.* non poſſe ſcilicèt ferri cenſuram purè, & abſolutè prò peccato præterito, abſq. contumacia, alias eſſe inualidam probat poſt *Auilam, & Conink, Hurtado ſup. num. 54.* eſtq. idem cum eo, quod dicunt Canoniſtæ, differre
597 ſcilicèt cenſuram à iure, & ab homine, in hoc præcipuè, quòd nempè cenſura à iure feratur prò crimine, cenſura verò ab homine ob contumaciã, ita *Ioannes de Lignano tract. de cenſ. Eccleſ. §. 12.* & habetur per *Rotam Romanam deciſ. 2. ſub. tit. de conſtit. nu. 9. in vltimis poſt deciſiones antiquas*. Vnde quando *in decr. 10. de ſent. excommunic. in antiquis*, dicitur, eſſe validam ſententiã excõmunicationis latã ab Ordinario ſine monitione, non eſt intelligẽdum, abſque vlla monitione (vt habent quædã ſummaria antiqua) ſed abſque monitione canonica, quæ eſt trina, vt habent alia ſummaria nouiſſima; nam eadem *Rota* ſæpè dixit, ſentẽ-
598 tiam ſine citatione eſſe nullam *Coccinus dec. 414.* Vel poteſt dici, quòd loquatur de monitione propriè ſumpta, nõ aũt de impropriè ſũpta, qualis eſt citatio, vt aliàs dixi, & ſic loquũtur Canoniſtæ, videte *Felinum in c. Parrochianos in principio de ſententia excommunicationis.* Forma citationis, quando proceditur per
599 viã ſententiæ, debet eſſe ſub comminatione cenſuræ, vt benè *Auila, & Conink locis ſuprac.* quidquid contrariũ, poſt *Couarr. & Vaſquez videatur firmare. Hurtado loco ſupr. cit. & n. 85.* Quibus accedit *Reginaldus n. 183 ad finem* Nam contumacia debet eſſe ratione cenſuræ; & reus non dicitur contumax, niſi per talem monitionem nolit obedire; & hinc illa opinio habet originem, de qua *ſupra recoll. 1.* quod is,
600 qui ſcit legem latam ſub aliqua pœna, ſed neſcit, cẽſurã eſſe adiunctã, nõ incidere in illã, quis violet legẽ, & violando peccet mortaliter. Accedit poſt hæc ſcripta *Diana tom. 5. tr. 9. reſol. 55.* Notanter addidi, *quando proceditur per viam ſententiæ*, quia ſi proceditur per viam mandati, aut præcepti; ſufficit monitio incluſa in ipſo præcepto, vel mandato, vt loquuntur *Suarez loco primo cit. & Reginaldus, vbi ſupra, & ante eos Sayrus lib. 1. de cenſuris c. 12. num. 28.* Vbi benè declarat, tunc dictam moni-
601 tionem contineri in præcepto, quando ſcilicèt fit cum cauſæ cognitione, & in eo inſeritur

T 2 clau-

Digitized by Google

clauſula iuſtificatiua, *ſi te ſenſeris grauatum*, vel datur in eo terminus ad allegandas cauſas, ſi quas ſubditus habeat, ob quas non debeat tali cēſura mulctari, cōcordat *Meg. lib. 3. p. lib. 1. c. 5. nu. 12.* Vnde colligit idē *Sayrus eodē loco*, quòd ſi Iudex, cauſa minus cognita, præcipiat alicui, vt niſi Eccleſiæ infra decem dies v. g. ſatisfaciat, ſit excommunicatus, abſque dicta clauſula iuſtificatiua, vel termino, vt ſuprà, præceptum eſſe nullum; & per conſequens nullam eſſe etiam excommunicationem, proſequuntur *Alterius ſuprà c. 5. verſ. addi poteſt, & Lazarius de monitorijs ſect. 1. q. 1. n. 4.* vbi id ampliat etiam vbi dictum præceptum feratur in exequutionem ſententiæ, vel præcepti iam lati. *Valenzuela conſ. 5. n. 48. p. 1. qui n. præcedenti aſſerit*, quòd fuere Doctores graues, qui voluerunt, vt etiam vbi præceptum contineat dictam clauſulam iuſtificatiuam, ſit nullum tamquam datum inaudita parte.

Dixi in primis (*ſententia particularis*) quia
602 ſecus eſt de cenſura lata à iure, ſiue communi, ſiue ſpeciali, vel per ſententiam generalem: nam iſta feruntur pro peccatis futuris, neque aliquam monitionem prærequirunt, ſed tantū promulgationem, quæ ſufficit prò monitione, vt benè dixit *Sà verbo excommunicat. 9. nu. 9.* vbi Addentes citant ad hoc *Vgualdum de excōmunicat. n. 115. Sayrum lib. 1. c. 12. n. 6. & 19. Couarr. & alios*, quibus illic allegatis, addo *Auilam loco ſuprà c. verſ. ex dictis, facilè, &c. Suar. diſp. 3. ſect. 8. n. 3. Fillinciū trac. 11. n. 83. & ſeq. Layman lib. 1. tract. 5. c. 6. ſub n. 5. Hurtado de cenſuris in cōmuni difficult. 18. in principio.* Qui ex hoc colligunt, quòd vbi ex vi edicti, præcipientis ſub pœna excōicationis latæ ſententiæ, tenetur quis reuelare blaſphemū, hæreticum, &c. eum qui illum non denunciauerit, cùm poſſit, abſque vlla monitione incidere in dictam excommunicationem.

Dixi ſecundò, *cenſura propriè dicta*, quia ſecus eſt de cenſura impropriè dicta prout eſt ſu-
603 ſpenſio, & aliquod interdictum, quando habent rationem puræ pœnæ potius, quàm cenſuræ. Hoc enim caſu validè, & licitè fertur ſine prævia monitione prò peccato commiſſo, quia ſufficit, quòd præcedat culpa, nec requiritur contumacia. latè *Suarez diſp. 3. ſect. 10. Hurtado ſuprà n. 80. Filliuc. tract. 11. n. 89. & 190. ad fin.* Cenſura .n. quatenus priuat bonis ſpiritualibus, ferri non poteſt in puram pœnam, ſed benè quatenus priuat bonis temporalibus, quorum priuatio affert aliquod incommodum, & præiudicat honori, vt eſt ſuſpenſo à beneficio, vel officio, interdictum perſonale ſpeciale poſt *Suarez, Filliucius tract. 11. num. 184. Hurtado de cenſuris in communi n. 80. Villalobos par. 1. ſumma tract. 16. difficult. 8. nu. 6.* exemplificaui in ſuſpenſione, & interdicto,
604 quia non ſolet excommunicatio ferri, niſi quatenus vt cenſura eſt, ſumpta ex communicatione maiori in tota latitudine, & amplitudine ſuorū effectuū, vnde ſecus erit ſi in modā excommunicationis minoris ferretur *Hurtado ſuprà*, & poſt *Suar. diſp. 3. ſect. 10. notat Filliuc. tract. 11. nu. 89. Et ita intellige Megal. 3. p. lib. 1. c. 4. n. 17.* qui id exemplificat etiam in excōicatione, quādo autem cenſeatur ferri ſuſpenſio nō vt cēſura, ſed vt pœna tetigi *ſuprà ſub n. 580.*

Dixi tertiò, *prò peccato præterito, quod tamen trahitur in futurum*, Primò quia ob peccatum etiam contra legem Eccleſiaſticam commiſſū, quod non durat, ſeù nullo modo extenditur in
605 futurum, ſed ſimul, ac conſumatur, omninò tranſeat, nulla relicta obligatione ſatiſfaciendi reſpectu hominum v.g. *excommunicatur quis ex eo quòd non audiuit ſacrum, vel fornicatus fuit*, inualida fertur cenſura, nam tunc non poteſt adeſſe contumacia, à qua immediatum ortū habet cenſura lata ab homine, vt ſuprà dixi, ita *Suarez diſp. 3 ſect. 10. n. 21. Conink diſp. 13.*
606 *nu. 83. Sayrus lib. 1. c. 9. n. 24. & ſeq.* & ſic explicari debent ij, qui dicunt, prò futuris culpis, ab homine debere ferri cenſuram, vt optimè *Couarr. in cap. Alma mater p. 1. relect. §. 10. num. 5. ad finem, latè Suarez ſuprà ſect. 4. à n. 4. Filliuc. tract. 11. n. 185. Reginaldus lib. 9. n. 179.* .i. prò peccatis quę non ſint purè pterita, nec purè futura, ſed quæ & ſi ſunt præterita, tñ durent in futurum, aliàs ferretur cenſura in ratione pœnæ delicti, non autem ob contumaciam, iuxtà ea, quæ proximo precedenti dicto, retuli, accedit poſt *Suarez Layman cit. cap. 6. nu. 6.* vbi ſubdit, quòd tale delictum verè præteritum neque poſſit prohiberi ſub comminatione cenſuræ. Secundò quia quando fertur excommu-
607 nicatio prò peccatis futuris, nulla opus eſt monitione pter eā, quæ includitur in præcepto, ſiuè generali, ſiuè ſpeciali, vt dixi ſuprà, & not. *Hurtado de cēſuris in cōi n. 76.* qui ſubdit *præuiam iudicii, quā dū cenſuras ferunt generaliter, vel ſpecialiter mediante præcepto pro peccatis omnino, vel aliquo modo futuris, admonent addendo*, trina canonica monitione præmiſſa, *non eſſe neceſſariam, quamuis optimam* Hæc concluſio ſic declarata. Ampliatur primò etiam in peccato quantumuis grauiſſimo, & enormiſſimo, ita *Sotus loco ſuprà allegato.*
608 Ampliatur ſecundò, vt neque Summus Pontifex poſſit in hoc diſpenſare, quia vt dixi, monitio eſt de eſſentia cenſuræ latæ ab homine; ita *Auila loco ſuprà citato. Vaſq. de excommunicatione dub. 12. nu. 4.* fateor tamen probabilem eſſe opinionem contrariam. ſcilicèt Papā poſſe excommunicare abſque monitione, eſt *Suarez*, & aliorum, quos ſequitur *Bonacina ſuprà nu. 4.*
609 Ampliatur tertiò, etiam in declaratione cenſuræ iam latæ à iure, vel ab homine per ſententiam generalem, quia etiam neceſſariò requiritur, quòd præcedat monitio, ſeu citatio cum termino, ad dicendum cauſam, quare

Digitized by Google

quare, & aliàs dicta declaratio eſſet nulla.
*Felinus in cap. Parrochianos num. 1. ad finem
de ſententia excommunicationis, vbi addentes,
Suarez ſupra ſect. 10. Sayrus lib. 1. cap. 12. nu.
24. Hurtado ſupra de cenſur. in communi num.
78. ad finem, Megal par. 3. lib. 1. cap. 5. nu. 14.
Filliucius tract. 11. nu. 90. Layman citato cap.
6. nu. 5.* qui *nu. 6.* limitat vbi crimen iſtud fuit,
ita manifeſtum, quod nulla competat reo
defenſio, latè *Praxis Archiepiſc. Neapolitana
cap. 24. nu. 16.* vbi ſubdit aliquas declarationes,
*& num* 19. refert praxim illius Curiæ
circa hanc materiam. *Marius Antoninus lib.
1. var. reſolut. reſolut. 21. nu. 6.* vbi quòd in declaratione
excommunicationis ſufficit ſimplex
citatio, abſque trina monitione, *Auila
de cenſur. part. 2. cap. 5. diſp. 1. dub. 5. concluſ. 1.
& ſequitur Bonacina diſp. 1. de cenſur. quæſt. 3.
p. 9. nu. 7.*
610 Ampliatur quartò, etiã in fulminatione
cenſuræ cõminata à iure, ſeù ferendæ ſententiæ,
quia in ea ẽt requiritur monitio, de qua
*Sayrus, & alij Doctores ſup. allegati, in ſpecie
Reginald. nu. 191. Filliucius nu. 94. & Layman
cit. nu. 5. verſ. dubium eſt*, & aliàs latè dixi,
cùm de iſta cenſura ferendæ ſẽtentiæ accedit
*Diana ſupra recoll. 1. num. 9. reſol. 115.
verſ. nondeſinã. Cõtra Auilã, Sanchez, & alios.*
611 Ampliatur quintò, etiam vbi cenſura
non fertur per modum Iudicij, ſed per modum
defenſionis, dant exemplum de Parocho,
vel Abbate nolente admittere viſitationem
Epiſcopi, qui iàm eſt in poſſeſſione viſitandi
illam Eccleſiam; nam ẽt hoc caſu eſt
neceſſaria citatio vel monitio ſaltẽ ſub præcepto
incluſa, antequã feratur cenſura, *Suarez
ſupra num.* 10. vbi benè ſubdit, quòd cùm
huiuſmodi præceptum ſemper imponatur
ſub aliquo termino peremptorio (vt ſi intrà
illum conditio impleatur, ſtatim ipſo facto
cenſura incurratur) oportebit terminum tale,
ſeù tẽpus apponi, quantũ arbitrio boni viri,
iuxtà negotij, & cauſæ qualitatem, moraliter
ſufficeret ad deliberãdum, & humano
modo agendum, latè *Sayrus lib. 1. cap. 12. nu.
20. Hurtado ſupra nu. 76. Filliucius tract. 11.
num. 96. poſt Couarr. Vaſquez, & Turrianum,
Diana loco ſuprac. verſ. ſed hic cõtra Vgolinũ.*
Ampliatur ſextò, vbi periculum eſt in
612 mora, vel delictum eſt notoriũ, vel etiam
contumacia eſt notoria, puta quia delictum
fuit commiſſum in præſentia Iudicis,
aut ſimus in ſententia lata à delegato, vel
exequutore, & alijs caſibus, in quibus licitè
ommitti poteſt trina monitio, quos poſt *Felinum
in cap. ſacro à nu. 3. de ſententia excommunicationis,
& alios Canoniſtas, referunt
Sayrus cit. cap. 22. à nu. 17. Alterius lib. 3. diſp.
3. cap. 4. Reginaldus lib. 9. à num. 185. Megala
ſupra cap. 5.* Quia, vt benè *Suarez ſupra diſp.
3. ſect.* 10. ſingulos illos caſus expendendo,
aduertit, non per hoc ſequitur, poſſe, nec licitè,
nec validè ferri cenſuram, in eiſdem caſibus,
abſque vlla monitione ſaltem in præcepto,
vel mandato contenta. Proſequuntur
*Filliucius tract. 11. nu. 86. & ſequenti Alterius*
613 *citato cap. 4.* in ſpecie circa casũ notorij, *idẽ
Layman ſupra nu. 6. ad finem*, & licèt, hoc caſu
nempè vbi cauſa pro qua quis excommunicatur
eſt notoria (*Marius Antoninus ſupradicta
reſol. 71. nu. 9. poſt alios.*) velit, non requiri
citationẽ, quod etiam videtur affirmare
*Diana ſupracitata reſol. 18. ad finem.* Tamen
contraria opinio, de qua ſupra, eſt magis
communis: *Clarus lib. 5. §. finali q. 3. num. 1.*
& dixi ſupra quibus illic allegatis, addo *Bonacinam
diſp. 1. quæſt. 1. p. 8. n. 20. & Valenzuelam
cit. conſ. 6. n. 22. & Graff. conſ. 8. de ſent. exc.*
614 Ampliatur ſeptimò, vt quis nequeat
huic iuri renuntiare, nẽpè, quòd poſſit abſq;
aliqua monitione, cenſura multari, quia iuri
publico nõ poteſt priuatus renunciare *Sayrus
cit. cap. 12. nu. 31. Alterius cit. cap. 5. ad finem,
& alij ſupra citati pro 4. ampliatione.* An
autem dari poſſit caſus, in quo ex conſenſu
ipſius excommunicati incurratur cenſura
abſque monitione, vide *Sayrum lib. 1. cap. 9.
nu. 27.* De alio caſu, quem ponit idem *Sayrus
lib. 1. c. 12. nu. 23.* vide *Dianam ſupra tract. 9.
reſol. 19. ad finem.* ibi *cenſuram ferri non poſſe*
615 *etiam ſi ante monitione, conſtet de contumacia
rei, vt ſi publicè aſſeruerit cum iuramento,
monitionibus non pariturum.*

Nota primò, ex *Auila citata diſput. 1. dubio
5. verſ. notandum*, quòd Iudex ommittens citationem
in caſibus, vbi non requiritur trina
monitio, non incurret pœnas latas cõtra
cenſuram ferentes abſque canonica monitione,
de quibus *in c. 1. de ſententia excõmunicationis
in 6.* quia pœnæ nõ ſunt ampliãdæ;
quid autem de Prælatis regularibus excommunicationem
ferentibus contra ſuos ſubditos
abſque dicta canonica monitione *infrà
à nu. 642.*

Nota ſecundò, ad valorem cẽſuræ requiri,
vt talis citatio perueniat ad notitiam rei.
*Hurtado de cenſur. in cõi nu. 8.* ex quo tñ non
ſequitur, debere illã ſemper eſſe perſonalẽ,
ibi *niſi malitioſè abſcõdatur, quia tunc ſufficit
ſi fiat in domo, vel alio loco, vnde præſumatur,
quod ad eius notitiam deuenerit, dummodò tamen
perueniat, aliàs non erit inobediẽs ipſi Iudici.
Layman lib. 1. tract. 5. cap. 6. nu. 4. verſ. his
addendum eſt* ibi *debet autem hæc tamen monitio
ad reum, &c. niſi malitioſè latitet tunc
enim ſufficit citationem cum cõminatione, fieri
ad eius domum, Eccleſiæ valuas, aliumque locum
publicum, ſin autem per contumaciam
non compareat, etiam abſens excommunicari
poteſt*, & latè dixi ſupra *nu. 360.* quibus illic
allegatis, adde *Marium Antoninum lib. 1. variarum,
quæſt. 71. num. 7.* qui probat, quòd
quan-

Digitized by Google

quando agitur de ſententia declaratoria ex-communicationis iam latè à iure, nō requiratur, vt quis citetur perſonaliter, ſed ſufficiat ſi citetur in domo ſolitę habitationis. *idem dixi Laurentius in ſuis controuerſ q.* 8. In ſpecie, quòd requiratur vt monitio pro excommunicatione fiat coram perſonis, quibus poſsit illa iuridicè probari, habetur in *d. cap. Iatro*, & proſequitur, *Hurtado ibidem nu.* 83. Addo, quod non creditur Iudici atteſtanti, ſe præmiſiſſe monitionem. *Roderic. Suarez allegat.* 3. *ſub nu.* 8.

Quæres autem, an cenſura lata, vt ſupra, ſine aliqua monitione ſit inualida in vtroque foro, vel tantum in foro conſcientiæ *Fillucecius citato tract.* 11. *num.* 190. *& ſeq.* putat, tan-

616 tum eſſe inualidam in foro conſcientiæ, eſſe autem validam quò ad forum externū, ex quo ſequeretur, idem dicendum hoc caſu, quod dictum fuit ſuprà de caſu, quo eſt inualida ſententia cenſuræ lata contra innocentem, quia, vt inquit ipſe, ita nō datur, occaſio contemnendi cenſuras, & Superiores Eccleſiaſticos; Hæc reſponſio *Fillucci* non videtur improbabilis, etſi alij Doctores loquantur abſolutè de inualiditate, quo ad vtrumque forū. Et confirmari poteſt ex alia doctrina, ſupra ſæpiùs repetita, quòd quicumque excuſatur à peccato contumaciæ, licèt aliàs peccet, tamen non incurrit cenſurā. In ſpecie *Auila loco ſupracitato.* His verò non obſtantibus, Doctores ſupracitati ſimpliciter docent vnanimiter, dictam ſententiam eſſe nullam, & inualidam ratione defectus ordinis iuridici eſſentialis, quod ſignificat eſſe nullam ipſo iure, & per conſequens nullū producere effectum, nec quò ad Deum, nec quò ad Eccleſiā iuxta ea, quæ dixi in principio huius recollectionis, & proſequitur *Layman ſupracit. cap.* 6. *n.* 4. *in princ.*

Secūda cōclūſio: ſentētia cēſuræ lata abſq.

617 trina monitione, vel vna pro tribus, dūmodo ſit lata cū aliqua monitione, regulariter, licèt ſit iniuſta, tamen eſt valida. Prima pars concluſionis, quòd ſit valida, eſt communis omnium Auctorum, quos ſupra citauimus, qui etiam reddunt rationem, quia ſcilicèt hoc caſu, tantum adeſt defectus ordinis iuridici nō eſſentialis; ſed accidētalis, & leditur iuſtitia legalis, non aūt cōmutatiua, qui defectus nō reddit inualidā ſententiā, & ſi reddat iniuſtam, quo caſu habet locum regula illa, multa facta tenent, quæ ſi non eſſent facta non tenerent, ita Doctores ſupracitati communiter, in ſpecie *Layman ſupracitato cap.* 6. *in principio. Filliuccius tract.* 11. *nu.* 47. *Alterius lib.* 3. *diſp.* 3. *cap.* 5. *in princ.* vbi, ait ita ſupponere cōmuniter omnes Canoniſtas accedunt *Diana q.* 5. *tr.* 9. *reſol.* 19. *& Hurtado de cenſuris in communi nu.* 84.

Secunda pars, quòd regulariter id procedat, habet duos ſenſus. Primus eſt, quòd

618 dentur aliqui caſus in quibus ſētentia prædicta lata abſq trina monitione nōſit iniuſta ſed iuſta. Et caſus ſiū hūc ſēsū ſunt, quos remiſsiuè retulimus concluſione præcedenti ampliatione quinta. Videte apud Auctores ibi citatos, & pro caſu vbi periculum eſt in mora, videte præter ibi citatos *Dianam ſuprae. tract.* 9. *reſolut.* 19. *verſ. notandum eſt.* Secundus ſenſus eſt, quòd dentur aliqui caſus, in quibus præfata ſententia lata abſque trina monitione, non ſolùm ſit iniuſta, ſed etiam inualida, & nulla; ita Doctores ſupracitati communiter, etſi nō ita clarè. Hi enim caſus ſunt tres, quos refero pro commodiori vtilitate legentium.

Primus caſus eſt, de cenſura lata contra

619 eos, qui communicant, cum excommunicato, quem ipſemet Iudex excommunicauit. *Suarez diſp.* 4. *ſect.* 7. *nu.* 5. *Vaſquez de excommunicat dub.* 12. *nu.* 8. *Alterius lib.* 1. *diſp.* 12. *cap.* 7. *Con.K diſp.* 13. *nu.* 81. *ad finem, Bonacina diſp.* 1. *q.* 1. *puncto* 9. *ad finem, Reginaldus lib.* 9. *nu.* 192. qui benè aduertit, quòd ſi Iudex excommunicaret excommunicatione maiori communicantes cum excommunicato, non ab ipſo, ſed ab alio Iudice, abſque canonica monitione, licèt ſententia eſſet iniuſta, per text *in cap. ſtatuimus de ſententia excommunicationis*, etſi alia iura hanc exceptionem non faciant, teſtatur de communi *Megalius* 3. *par. lib.* 1 *cap* 4. *nu.* 18. quidquid de hoc videatur dubitare, poſt *Couar. Tolet. lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 3. quòd hic caſus ſolus, & ſingularis ſit in iure expreſſus, in quo excommunicatio ſine canonica monitione lata, eſt irrita, & nulla, dixit *Alterius lib.* 3. *diſp.* 3. *cap.* 5. *verſ. ſed quamuis*, Quod eſt etiam verum de om-

620 nibus cenſuris, vt per *Sayrum infra citandū. Laym. lib.* 1. *tract.* 5. *c.* 6. *ad fin.* Hæc monitio debet fieri nominatim, vt per ſupra citatos Auctores. *Megalius ſupra cap.* 5. *num.* 23. & in ſpecie eſt tex *in cap. conſtitutiones de ſententia excommunicationis in* 6. vbi *gloſa in verbo no-*

621 *minatim*, declarat, quando monitio dicatur fieri nominatim, tauet *Tolet. lib* 1. *cap.* 10. *nu.* 4. vbi docet, quòd quando excommunicatio ita fertur in aliquem, vt omnes participantes cum ipſo, eandem contrahant excōmunicationem maiorē, tunc ipſi participātes, illam non contrahant, niſi nominatim ſint admoniti. Id factum eſſe ad coercendam nimiam audaciam, & facilitatem, quam Iudices ſumere poſſent in ea re, vt ſuæ cenſuræ ſeruentur, dixit *Sayrus lib.* 1. *cap.* 12. *nu.* 29. *Fillucius tract.* 11. *nu.* 100. vide *Praxim Archiepiſcopalem Neap. cap.* 24. *num.* 11. Imò adde, hoc caſu non ſolùm requiri ad valorem cenſuræ, trinam monitionem, vt ſupra, ſed etiam alia requiſita, de quibus infrà, nempè vt proferatur in ſcriptis, &c. *Hurtado de cenſuris in communi nu.* 86.

Se-

Digitized by Google

Secundus caſus eſt de cenſura lata à delegato, qui habet in mandatis, vt præmiſſa
622 monitione cenſuras ferat, quia ſi abſque dicta monitione cẽſuram ferret, illa eſſet nulla, quia tunc admonitio requireretur tãquã aliquid de forma, cuius ommiſſio, actum vitiat, *Rodericus Suarez allegat.* 3. *num.* 8. *& 9.* vbi quomodò debeat probari dicta monitio & poſt *Innocentium, Gemin. & Couarr.* docet teſtando de cõmuni. *Auila part.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 1. *dub.* 9. *ad finem, Alterius, & Reginaldus locis ſupra citatis.* Vnde ſi id non haberet expreſsè in mandatis, probabile eſt, poſſe validè, etſi illicitè ferre cenſuras, ſine dicta monitione canonica; ita *Pilluccius ſupra nu* 106. *ad finem. Sayrus lib.* 1. *cap* 13. *num.* 26. vbi falſam dicit opinionem contrariam, quam ex modernis, videtur poſt *Vaſquez ſequi Hurtado loco ſupra cit nu.* 84. *ad finem,* noſtram autem ſententiam docet *Suarez diſput.* 3. *ſect.* 12. *ad finem,* dicit communem opinionem *Alterius lib.* 3 *diſp.* 3. *cap.* 5. *verſ. quæ concluſio.*

Tertius caſus eſt, quando in ipſamet ſen-
623 tentia cenſuræ exprimeretur, monitionem fuiſſe prætermiſſam, tamquam non neceſſariam, tunc enim eſſet inualida dicta ſententia, tamquam continens errorem intollerabilem, ex quo de iure eſt neceſſaria monitio. *Sayrus cit. cap.* 12. *num.* 27. *Alterius lib* 3. *diſp.* 3. *cap.* 5. *verſ. ſed quamuis ſit valida,* quòd autem hæc monitio ſit trina, vel vna pro tribus vbi requiritur, remittitur arbitrio Iudicis dummodò fiat cum competentibus aliquorum dierum interuallis, niſi neceſsitas poſtulet, temporum interualla moderari, vt habetur *in c. cõſtitutiones de ſententia excõmunicationis in* 6. notat *latè Sayrus lib.* 1. *de cenſuris cap.* 12. *ad finem,* & reaſſumit *Hurtado de cenſuris num.* 82. *ad finem* vbi habetis aliqua requiſita huius monitionis.

***De tertio caſu, ob quem dubitari poteſt, an excuſari poſſit pœnitens ab incurſu cenſuræ ab homine, ſcilicèt ex eo, quia verba, quibus in ſententia fertur cenſura, ſunt indeterminata, & confuſa.***

ETſi non ſit præſcripta certa aliqua forma verborum, qua cenſura ferenda ſit, tamen neceſſarium eſt, vt verba, quibus illa
624 fertur, ſint ſufficientia ad voluntatem Iudicis de cenſura ferenda ita declarandam, vt nullam repugnantiam, vel indeterminationem, aut confuſionem contineant, vt benè *Suar. to.* 5 *diſp.* 3. *ſect.* 2. *nu.* 5. & alij cõmuniter.
625 Continerent autem repugnantiã, quando in ſententia diceretur. *excommunico Petrum, qui hoc fecerit, ſit ſuſpenſus,* vel *ego te excommunico, vel abſoluo,* aut *ego excommunico, & abſoluo* circa quas formas hic non inſiſto, cùm ſint moraliter impoſſibiles in praxi.
626 Continerent indeterminationem, & cõfuſionem, quando in ſententia diceretur, *ego profero ſententiam cenſuræ contra talem,* vel *qui hoc fecerit, cenſura remaneat innodatus,* & hoc caſu concludendum, dictam ſententiam eſſe inualidam, ſicut neque eſſet valida ſententia condemnans aliquem ad pœnam, in genere, non exprimendo pœnam in particulari, ita *Suarez ſup. & Sayrus lib.* 1. *cap.* 11. *nu.* 15. & alij communiter.
627 Continerẽt indeterminationem tantum, quando eſſent verba illa diſiunctiua, vt *excommunico, vel ſuſpendo,* aut *ſuſpendo te ab officio, vel à beneficio,* in quo caſu, etſi *Vgolinus, & Nauar.* putent, talem ſententiam eſſe inualidam, nullamque vim habere, quod etiam docent *Henriquez lib.* 13. *cap.* 3. *num.* 4. *in Comento lit. B. Vega in ſpeculo Curatorũ p.* 2. §. 12. *nu.* 200. tamen *Suarez ſupra ſect.* 2. *nu.* 15. *& ſequ.* probat, eſſe validam, quia etſi ſint verba indeterminata, tamen eſt determinata intentio Iudicis, vt illa pars, quam reus ex iſtis voluerit eligere, effectum habeat, ſicut quando datur à confeſſario pœnitentia, vel ſententia à Iudice, de hoc, vel illo adimplendo; ſequitur *Pilluccius tract.* 11. *num.* 58. *Bonacina diſp.* 1. *q* 1. *p.* 7. *nu.* 4. *Hurtado de ſuſpenſione difficultate* 4. *nu.* 11. *& ſi fateatur, opinionem contrariam eſſe communem.* hanc opinionem dicit probabilem *Alterius lib.* 3. *diſp.* 9. *cap.* 3. *verſ. Dico* 5 vbi *in fine* benè admonet, dictam formam eſſe omninò euitandam, & quòd peccaret grauiter Iudex, illam vſurpando, probat alijs allegatis pro, & contra *Diana to.* 5 *tract.* 9. *reſol.* 63. *& tract.* 10. *reſolut.* 13.

Quæres, quid ſi reus neutram partem ve-
628 lit eligere? Reſpondetur vtrique pœnæ ſubiacere, hæc enim videtur intentio Iudicis, vt ſi nolit alterutrum eligere, vtrique ſubiaceat ex regulis iuris, vt per ſupradictos Authores.

Ad hoc caput, etiam pertinet illud aliud dubium de ſententia incerta, v. g. quando Iudex dicit *excommunico, ſuſpendo, vel interdico vnum* non nominando eum proprio nomine, vel aliàs addendo circunſtantias, ex quibus certò cognoſci poſſit, quemnam intendat excommunicare ex illis, qui talem furtum fecerunt; præſuppoſito enim, quòd plures furtum fecerunt, & alia ratione non appareat, quis nam eſſet, quem voluit Iudex
629 cẽſura multare, nulla eſſet dicta ſententia incerta, & nullus ex illis cenſurã præfatã incurreret, ex regula, quòd incertitudo vitiet ſententiam *l. pen. cum ibi notatis C. de ſentent. quæ ſine certa quantitate, Ioannes de Lignano tract. de cenſura eccleſiaſtica* §. 24 *nu.* 6. *&* 10. *Sayrus latè lib.* 1. *c.* 8. *num.* 17. vbi contrariam opinionem, *Lapi* nempè hoc caſu; omnes, qui furtum fecerunt, incurrere dictam cenſuram

Digitized by Google

ſuram; dicit falſam; & conuincit, exemplo Sacerdotis habentis coràm ſe octo hoſtias præſentes, & intenderet conſecrare vnam, vel plures ex eis, non determinando illas, quo caſu nulla eſſet conſecrata ex eis, vt certum eſt ex materia de Euchariſtia.

*De quarto caſu, in quo dubitari poteſt, an excuſari poſſit pœnitens ab incurſu cenſuræ ab homine, nempè, Appellatione propoſita poſt latam ſententiam cenſuræ.*

PRo intelligentia dicēdorum, præmittendum, quòd ſententia cenſuræ poteſt ferri dupliciter, primo ferendo cēſuram ipſam de nouo, ſecundo declarando aliquem incurriſſe cenſuram latam, ſeù vt dixit *Suarez diſp.3.ſect.15. nu.2.* vel ſententia cenſuræ eſt executiua, vel declaratiua. Item quòd dicta ſententia, qua fertur cenſura, poteſt ferri dupliciter, purè, & ſub conditione; purè dicitur lata, quotieſcunque Iudex profert ſimpliciter & abſolutè contra aliquem, cenſuram; ſub conditione verò, quandò non abſolutè, ſed niſi, v.g. intra tot dies tale quid fecerit, de qua cùm iam egimus *ſupra à num. 115.* hic tantum agemus de ſententia cēſuræ, vel declaratoria purè lata. His poſitis, ſit.

Prima concluſio; Appellatio interpoſita à
630 ſentētia, per quā fertur cēſura de nouo; ſeù quæ eſt exequutiua *vt vocat Suarez*, nō excuſat ab incurſione ipſius, etſi deuoluat causā ad Iudicem appellationis. Eſt textus apertus *in cap. 15. cui de ſententia excommunicationis in 6.* qui loquitur de excommunicatione, & ſuſpēſione, ſicut de interdicto, loquitur tex. *in cap. quoniam de appellationibus*, alia iura alegant Doctores infra citandi, & præcipuè *Alterius lib.3. diſp.5. cap. 1. verſ. ſi verè, & verſ.4. dubitatur. Riccius par.1. praxis deciſ. 463. in impreſſione Neapolitana. Sanchez lib. 3. opuſcul. moral. cap. vnico dub 32. num.244. qui num.ſeq.* ampliat, vt etiam non obſtante
631 tali appellatione poſſit Iudex priuare excommunicatum fructibus beneficij, & diſtributionibus quotidianis, donec abſoluatur, & limitat, vbi illa, purè lata non fuit; ſed ſub conditione, v.g. ſi infra viginti dies non ſolueris, quia pēdēte cōditione pōt appellari, & ſuſpendi, vt ſupra dixi cit. nu.115. & notat *Frāciſcus Amaya in ſuis obſeruat. iuris lib.2.c. 15.* An aūt d. iudex poſſit illū denūciare pro excōmunicato, infra. Eſt certa cōcluſio, quidquid *Accurſius* contrarium doceat in *l. finali §. conſtringat C. ſi à non competenti iudice*, quē communiter Doctores omnes reiiciunt, & teſtatur *Amaya loco ſupracitato* vndè benè ait *Hurtado de cenſuris in communi nu. 100.* in hoc omnes Doctores conuenire. Et difficultas reſtringitur in explicanda ratione,
632 quare in alijs materijs, appellatio poſt ſententiam, non ſolū deuoluat iuriſdictionem ſed etiam ſuſpendat ipſam ſententiam, ſeù effectum ipſius; in cenſuris verò tantum deuoluat iuriſdictonem, & non ſuſpendat.

*Gloſa in cap. ad reprimendam, de officio ordinarij verſ. ſuſpendatur*, vult, rationem eſſe illam, quam tradit Summus Pōtifex in *cap. paſtoralis §. verum de appellat.* nempè quia ſententia cēſuræ trahit ſecum executionem, cum hac ratione tranſit. *Sanchez ſupracitato lib.3. opuſculorum moral. cap. vnico dub.32. n. 240. ad finem Auila par.2. cap.3. diſp.5. dub.11 concluſ. 1.* & latè confirmat nouiſsimè *Franciſcus Amaya Hyſpanus in ſuis obſeruationibus iuris lib.2. cap.15.* qui exemplificat hanc rationem, exemplo vulnerati, vulnus enim, inquit ipſe, poſtquam fuit alicui illatum, etſi alius adueniat, vt illum defendat, nō tamen per hoc poteſt facere, quin vulnus illi non ſit illatum, ita cenſura, ſtatim quòd lata fuit, dicitur trahere ſecum executionem, quia ſtatim ſeparat eum ab eccleſia, & priuat bonis ſpiritualibus, & ideò etiam ſi vult quis ſe defendere per appellationem, non per hoc poteſt facere, quin non ſit ſeparatus, & priuatus, vt ſupra.

Hæc ratio non placet *Panormitano, & alijs Doctoribus in d. §. verum* ideòque nituntur alias rationes reddere, & *Panorm.* ſolus, loco ſupracitato, refert duodecim tariones, vt eſt videre per *Alterium lib. 3. de cenſuris diſp. 5. cap. 2. verſ. ſed quæri poteſt vſque ad finē:*
633 Ego autem non nego optimam eſſe rationionem illam, quòd cenſuræ trahant ſecum executionem; ſed dico aſsignandā eſſe aliam rationem, quare ſententia cēſuræ trahat ſecum exequutionem, & non aliæ ſententiæ; hanc autem aliam rationem, puto eſſe illam quam ſuprà aſsignaui, cùm agerem, de diuiſione cenſuræ in ferendæ, vel latæ ſententiæ *recoll. precedanti à nu.69.* Vbi quæro, an detur cenſura latæ ſententiæ, id eſt quæ ſtatim liget abſque alia declaratione; & dixi, dari ex eo, quòd cenſuræ, vt dicitur in deffinitione, ſunt pœnæ ſpirituales, & priuant bonis ſpiritualibus. Probo nunc, quòd ex eo, quia cenſuræ ſint pænæ ſpirituales, & priuent bonis ſpiritualibus, eorum ſententia trahat ſecum illarum executionē, & per conſequens non ſuſpendatur per appellationem, quia cùm cenſuræ ſint pœnæ ſpirituales, & priuent bonis ſpiritualibus, ſunt actus poteſta-
634 tis ſpiritualis clauiū, quæ poteſtas clauium habet hoc peculiare, vt eius actus non poſſit ſuſpendi, ſed benè poſtquam exijt ad actum, nempè fuit lata dicta ſententia, debeat quis à cenſura in ea ſententia lata, abſolui, patet ex metaphora ipſa clauium, ſicut .n. clauis, vel claudit, vel aperit, nec habet inter hæc duo aliquod mediū: ita hęc poteſtas, vel claudit per ſententiam ligando, vel aperit me-

Digitized by Google

media abſolutione, & non datur in ea aliquod medium, nempè vt poſſit effectus cenſuræ ſuſpendi. Tangit hanc rationem acutiſſimè vt aſſolet *Illuſtriſſimus Ricciullus p.4. de iure perſonarum cap.64.num.3.* qui ex hoc, quòd vis cenſurarum procedat ex poteſtate clauium, magis quàm ex iuſtitia cauſæ, docet ſequi, quòd cẽſura, & eius executio perficiantur eodẽ inſtanti, licèt vtatur eodem ferè exemplo, quo poſtea vtitur *Amaya ſupra* hæc ſunt verba *Ricciull. In qua re inter multas rationes, ea mihi videtur probabilior, quòd cùm vis excommunicationis procedat ex clauiũ poteſtate, magis quàm ex iuſtitia cauſæ, excõmunicatio, & executio perficiuntur in eodẽ inſtanti, non ſecus, ac fulminis ictus, qui vno eodẽq; momento, quo creatur infligit vulnus, quo quidem vulnere illato, ſicut non eſt in poteſtate vulnerati, illud ſanare, niſi adhita manu medici, ita non eſt in poteſtate excommunicati, diluere excommunicationem, niſi adhibita abſolutione.*

Ex qua doctrina, inferunt Doctores, præcipuè *Alterius ſupra verſ. ſed contra hanc doctrinam*, & latius, & clarius *Sanchez lib.3. opuſculorum moralium cap. vnico dub.32. nu.*246.

635 Primò, quòd ſententia depoſitionis, vel degradationis ſuſpenditur per appellationem ſequentem, quia depoſitio, & degradatio nõ ſunt propriè cenſuræ. Secundò, poſitam concluſionem habere locum non ſolum in excõmunicatione, ſed etiam in ſuſpenſione, &

636 interdicto, quando ſunt circa mera ſpiritualia, nàm tunc ſuſpenſio, & interdictum etiam pertinent ad poteſtatem ſpiritualem clauium, ideoque non ſuſpenduntur per appellationem. Ita *Alterius dicta diſp.5. cap.1. verſ.4. dubitatur. Ricciullus ſupra nu.4. Sanchez citato nu.246.* Qui benè *ſupracitato num.* 253. ſubdit, ſuſpenſionem à pontificalibus,

637 vel ab vſu pallij, ſuſpendi per appellationem, quia hæc ſuſpenſio pendet plus à iuriſdictione, quàm à poteſtate clauium, idemq;

638 dicit de ſuſpenſione à voce actiua, & paſſiua; à collatione, vel à poſſeſſione beneficij.

639 Deniq; ipſe *Sanchez* concludit idẽ etiã de ſuſpenſione à beneficio, quicquid alij putent contrariũ, & probatur in *cap.15. cui de ſententia excommunicationis in 6.* vbi tantum dicitur, non ſuſpendi ſententiam ſuſpenſionis ab officio, & ingreſſu eccleſiæ per appellationẽ, & incluſio vnius, eſt excluſio alterius. item quia ſuſpenſio à beneficio dicit ſuſpenſionẽ à perceptione fructuum ipſius, & per conſequens non pendet merè à poteſtate clauium; concordant *Alterius ſupra verſ. ſed quid dicendum. ConinK diſp.15. nu.29. Auila par.3. diſp.3. dub.4. concluſ.1. Hurtado de cenſuris in cõmuni n.*100. *Cartarius ſupra c. dec.34*

Quæres, an ex eo, quòd dicitur in *d. cap. is cui.* per appellationem non ſuſpendi ſententiam ſuſpenſionis ab officio, id ſit verũ tan-

640 tum, quando dicta ſuſpenſio fertur ob contumaciam, vel quòd etiam verificetur, quando ipſa incurritur ex delicto, & ſic eſt purè pęna, dupliciter. n. pòt ferri ſuſpenſio; Primò ob contumaciam, v.g. quando Iudex iubet aliquid fieri ſub pęna ſuſpenſionis latæ ſententiæ. Item ob delictum, vt ſi Iudex damnet clericũ pęna ſuſpenſionis; Conueniunt enim Authores, nõ ſuſpẽdi dictã ſententiã, quãdo fertur ob cõtumaciam, diſcordãt aũt eo caſu quando fertur ratione delicti, & ſicut pura pęna. Nam aliqui putant per appellationem, neque hoc caſu ſuſpendi, quia in dicto *cap. is cui.* ſimpliciter dicitur, ſuſpenſionem ab officio non ſuſpendi per appellationem ſubſequentem; ergo intelligi debet, aiunt ipſi, ſimpliciter, & ſic in vtroque caſu. Sed contrariũ docet poſt *Panormitanum, & Gregorium Lopez, Sanchez loco ſupra c. nu.*251. quòd ſcilicèt ſuſpendatur talis ſuſpenſio, quæ non eſt propriè cenſura; ſed pura pęna per appellationẽ. Ratio ſumitur ex eodem principio, quando enim fertur ſuſpenſio in pęnam delicti, ipſa ſuſpenſio non eſt medicina, ſed pęna, & ſic plus pendet à poteſtate iuriſdictionis, quam clauium; fauet *Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana cap.23. nu.2. ad finem*, clarius *Turrianus* qui teſtatur, quòd hæc opinio ſit probabilis *lib.4. diſp.42. dub.2. ſequitur Faber in 4. diſtin.25. quæſt.1. diſput.6 cap.1. num.*47.

Sequitur ſecundo, ratio deciſionis Sacri Regij Conſilij Neapolitani apud *Vincentium de Franchis deciſ.*202. vbi ſupponitur, per decretum Curiæ Archiepiſcopalis Neapolitanæ, fuiſſe quendã habilitatum à iuramento

641 præſtito in quodam contractu, à quo decreto, etſi pars aduerſa appellationem propoſuerit in eadem *Curia Archiepiſcopali*, tamen pendente appellatione, alia pars procedebat in Sacro Cõſilio pro reſciſſione illius contractus; dubitatum enim fuit, an ſtante dicta appellatione, poſſet procedere dictum Conſilium? & deciſum fuit pro affirmatiua, quia tractabatur de iuramẽto, quod eſt quid ſpirituale, pertinens eius relaxatio ad poteſtatem clauium, & propterea appellationem ab eius habilitatione non ſuſpendere dictam habilitationem. Refert *Riccius part.1. praxis deciſ.*336. *in impreſſione Neapolitana.*

642 Quid ſi ſit dubium an appellatio præceſſerit ſententiam cenſuræ, vel poſt illam fuerit interpoſita? Reſpondetur, præſumendum fuiſſe interpoſitam poſt ſententiam, & per conſequens non ſuſpendere dictam ſententiam; eſt communis opinio de qua teſtatur *Sayrus lib.1. cap.16. nu.30. Rota Romana apud Lancellottum de attentatis par.2. c.2. ampliat.* 2. *num.*13. vnde qui allegat, illam præceſsiſſe, debet id probare *Bonacina de cenſuris diſput.* 1. *quæſt.* 2. *pun.*2. *nu.*5. *Alterius lib.3. diſp.3. cap.1. verſ. quod ſi appellatio*, qui benè declarat, quòd talis probando, præceſsiſſe appel-

V latio

ationem, non abſoluitur ad cautelam, ſicut
quando eſt dubium an præceſſerit, eſt ne-
ceſſaria dicta abſolutio.
Pro complemento materię huius conclu-
ſionis, quæres an appellatio iſta poſſit impe-
643 dire ſaltem denunciationem ipſius, v.g. fuit
quis excommunicatus, vtrum talis excom-
municatus appellando infrà terminum, poſ-
ſit impedire, quin denuncietur publicè ex-
communicatus, ideſt contra eum affigantur
cedulones, iuxtà praxim, de qua per Alteriū
lib. 3. diſput. 5. cap. 5. verſ. 4. dubitari poteſt, &
nos infra recoll. ſequen. ita vt ſi de facto de-
nuncietur, talis deuunciatio ſit nulla, & fi-
deles non teneantur eum euitare.
Concordant enim Doctores, hoc caſu im-
pediri poſſe dictam denunciationem per ap-
pellationem, primò quando Iudex à quo, vel
detulit appellationi, vel ei fuit inhibitum
644 à Iudice ad quem, iuxtà ea, quæ dixi ſupra
cum de appellatione interpoſita ante ſententiā
latam num. 178. & in terminis habetur poſt
Lancellottum de Attentatis par. 2. cap. 12. limit.
21. num. 34. & Macerat. var. reſolut. cap. 112.
caſu 74. per Ricciullum lib. 4. de iure perſona-
rum cap. 64. nu. 17. quid autem ſi à Iudice ad
quem fuit delatum dictę appellationi, tantū,
habetis per Lancellottum ſupra num. 30. Dif-
ficultas tantum reſtringitur, vbi non eſt no-
torium eſſe friuolam dictam appellationē,
& per Iudicem à quo non eſt delatum dictæ
appellationi, neque facta inhibitio à Iudice
ad quem; in qua difficultate.
Antonius de Butrio, Imola, & alij, quos ſe-
quitur Nauar. in cap. cum contingat de reſcri-
ptis, remed. 6. Henriquez, & Lancellottus, quos
refert, & probat Sanchez cit. lib. 3. Cōſiliorum,
ſeù opuſculorum moralium cap. vnico dub. 33.
645 & dub. 32. num. 236. docent per ſolam ap-
pellationem, non ſolum deuolui cauſam ad
iudicem appellationis, ſed etiam ſuſpendi
iuriſdictionem iudicis à quo, vt non poſſit
contra appellantem cedulones affigere; fun-
datur hæc opinio in verbis textus in cap. pa-
ſtoralis §. verum de appellationibus, vbi ideò
aſſeritur, per appellationē non impediri de-
nunciationem excommunicationis, quia
per illam ipſe excommunicatus amplius nō
ligatur, eo quod iam reperitur ligatus; modo
Nauarrus arguit hoc pacto, hodie poſt ex-
trauagantem ad euitanda. excommunicatus
plus ligatur poſt denunciationem, & affixio-
nem cedulonum, quàm antea erat ligatus,
quia antea non erat euitandus à fidelibus, ſi-
cuti poſt dictam affixionem cedulonum
eſt euitandus, ergò dicta denunciatio poſt
appellationem nō officit vt ſupra; fauet huic
opinioni, Rota, quæ aliàs tenuit, eſſe attenta-
tam denunciationem pendente tantum ap-
pellatione, vt refert Marius Antoninus lib. 1.
variar. reſol. 112. caſu 74. verſ. vlterius.
Contrarium tamen defendit Alterius lib.
3. de cenſuris diſp. 5. cap. 1. verſ. 3. dubitari poteſt
& cap. 3. verſ. qua doctrina Nauarr. & antea
docuit Genuenſis noſter in ſua praxi Archie-
piſcopali Neapolitana cap. 23. ſub num. 2. verſ.
declara. 2. Suarez diſput. 3. ſect. 15. ad finem.
Marcellus Vulpe cit. cap. 1. praxis nu. 24. Hur-
tado de cenſuris in communi num. 110. vbi hoc
limitat in ſuſpenſione à beneficio, & alijs di-
ſtinctis ab officio, & ingreſſu eccleſiæ, quæ
limitatio procedit ex alia ratione, quā innui-
mus ſupra n. 635. hāc opinionē videtur ſequi
Layman lib. 1. tract. 5. cap. 6. nu. 2. verſ. verum
ibi quare talis non obſtante appellatione de-
nunciari poteſt Excipit tamen caſum vbi ap-
pellatum eſſet à ſententia iudicis delegati, &
Ordinarius appellationem admiſiſſet, quia
hoc caſu videtur Ordinarius iuriſdictionem
reuocare à delegato.
Et ratio eſt, quia quando Doctores citati,
ex eo, quòd dicit textus, appellationem non
impedire denunciationem, quia per eā am-
plius non ligatur excommunicatus; deducūt,
quòd vbi amplius ligaretur excommunica-
tus per denunciationem, tunc appellatio ſu-
ſpenderet ſen tentiā excommunicationis, vel
declarationis, id intelligunt de maiori liga-
646 mine, quòad ipſum excommunicatum, vt
v. g. excommunicatio contra incendiarium
rerum eccleſiaſticarū ante denuuciationem
eſt reſeruata Epiſcopo; poſt denunciationem
verò Summo Pontifici; non autem de maio-
ri ligamine quòad alios, prout eſt maius li-
gamen, quod inijcitur per extrauagantem
ad euitanda, per quam tantum prohibentur
fideles, poſt denunciationem cum ipſis ex-
communicatis communicare. Hanc opinio-
nem defendunt Ricciullus lib. 4. cap. 64. nu. 10
& hoc voluit etiam Lancellottus part. 2. cap.
12. limitat. 21. riſolut. 23. etſi Sanchez loco ſu-
pracitato referat eum pro contraria ſentētia,
vt benè eum allegant, & ſequūtur Sigiſmun.
ſen. in tract. de appellat. quæſt. 18. limit. 21. &
Lauretus in ſuis controuerſ. inter Regulares, &
Epiſcopos q. 12. ſ. mihi. 327. Qui Lācellott. apud
Ricciullum ſup. n. 9. ēt ſubdit, per dictā appel-
lationē nō impediri aggrauationem, & reag-
grauationem, ſequitur eandem ſententiam.
Capella Toloſana dec. 100. Quæ addit limita-
tionem, nempè, quoties ſententia cenſuræ
lata fuit contra ignorantem, quam etiam do
cet poſt alios Ricciullus ſupra num. 23. & 24.
qui ſupponit, hoc caſu eſſe etiam nullam
cenſuram, ſed intellige quando poteſt ipſa
ignorantia excuſare à cenſura, iuxtà ea, quæ
dixi ſupra recoll. 1. Ita Suarez diſput. 3. ſect. 15.
num. 19. tunc enim à die notitiæ impedit de-
647 nunciationem, & ſuſpendit. Genuenſis in
praxi Archiepiſc. Neapolitana c. 23. nu. 2. verſ.
declara 4. Lācellottus ſupra cit. limit. 21. à n. 24.
Secunda concluſio, quando iudex non
fert de nouo cenſuram, ſed tantum declarat,
648 aliquem illam incurriſſe iam, tunc appel-
latio

Digitized by Google

latio ſubſequens dictam ſententiam ſuſpendit ipſam, non ſolum quoad effectum deuolutiuum, prout in caſu primæ concluſionis; ſed etiam quoad effectum ſuſpenſiuum, ita *Gloſa in cap. cupientes* §. *quod ſi per viginti, verbo priuatus, de electione in 6.* quam dicit receptam. *Auila de cenſuris par. 2. cap. 7. diſp. 5. dub. 11. concluſ. 2.* vbi allegat *Angelum, verbo appellatio* §. 8. *Nauarr. conſ.* 12. *&* 20. *num.* 1. *de ſententia excommunicationis*, latè *Suarez to. 5. diſp. 3. ſect. 6. nu. 6. ſect. 25. nu. 20. Hurtado de cenſuris in communi num.* 111. *Lancellottus ſupradicta limit.* 21. *num.* 26. *Sanchez ſupracit. lib. 3. opuſc. moralium cap. 1. dub.* 32. *num.* 246. *Bonacina diſp. 1. q. 2. pun. 2. nu. 6.* Hæc enim ſententia, qua declaratur aliquem incidiſſe in excommunicationem, non trahit ſecum executionem, inquit *Hurtado ſupra, & Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana cap. 23. in principio Felin. ante hos omnes, in cap. parochianos num. 4. de ſententia excom. municationis*. Ratio eſt, quia potuit iudex errare in declaratione, v. g declarat aliquem incidiſſe in excommunicationem ob violatam immunitatem eccleſiaſticam, quia extraxit ab eccleſia reum, potuit ſe decipere in hoc iudex, & per conſequens appellando quis ab ea ſententia, & offerendo probare ſe non violaſſe dictam immunitatem, ſententia ſuſpenditur, nam vt benè *Suarez loco 2. ſupracitato*, per talem ſententiā directè iudex declarat, hūc eſſe reū criminis, per ꝗ cōtraxit cenſuram à iure latam, ideòq; appellatio, vt potè directè à declaratione criminis, in qua potuit errare iudex, retinet ſuos ordinarios effectus, nempè ſuſpenſiuū, & deuolutiuum, & ſic licèt non poſsit quis appellare à pęna, tamen poteſt appellare à ſententia iudicis, quæ declarat, aliquem incidiſſe in pęnam, vnde in his terminis loqui, neceſſe eſt explicare *Layman lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 4. num. 1. verſ. quart*, dum ait. *licet appellatio, ipſam excōmunicationis ſentētiā abſolutè latā ſuſpendere non poſſit, nihilominus ſuſpendit effectum denunciationis, vt appellans pendente appellatione vitandus non ſit*, aliàs ſibi contradiceret cū ſupradictis *ibid. par. 1. cap. 6. nu. 2.* §. *verſi*, & latius proſequūtur *Ricciullus lib. 4. de iure perſonarum cap. 64. num. 30. & ſeqq. Marius Antoninus lib. 1. var. reſolut. cap. 75. nu. 51. Marcellus Vulpe in ſua nouiſſima praxi fori eccleſiaſtici cap. 1. nu. 25.* vbi *num. ſequenti* poſt *Felinum, & alios*, dicit, hoc eſſe notandū in praxi, *Sanchez lib. 3. opuſcul. moral. c. vnico dub. 32. num.* 243. Adeſt deciſio Rotæ apud *Achill. de Graſſis* 370. *alias 4. de ſentētia excommunicationis*. confirmata apud *Puteum lib. 3. deciſ.* 271. & nouiſsimè apud *Coccinum dec.* 144. *ad fin.* latè *Iul. Cartar. dec.* 34. *&* 60. *n.* 21

Ampliatur primò cōcluſio, vt ſit vera, nō ſolū ꝗdo dicta ſententia eſt declaratoria cen-

684 ſuræ latæ à iure; ſed etiam ſi fuerit declaratoria cenſuræ latè ab homine, vt v. g. ſi quis fuit declaratus ab Epiſcopo excommunicatus ob contrauentionem præcepti ſibi iniūcti ſub pena excommunicationis, vt benè exemplificat *Genuenſis loco ſupracit.* & proſequuntur omnes ferè *DD. citati*, *& ſi Suarez loco ſecundo citato n.* 21. reſtringat hāc ampliationem in illa declaratione, qua præcipitur aliquis denunciari excommunicatus ab eodem iudice, iuxtà ſententiam contrà eum latam, quòd pertinet ad aliam materiam, vt de ſe patet, & infrà dicemus. Fauet huic ampliationi, Rota Romana apud *Achillem de Graſſis ſupra n.* 7. ibi *ſecus autem in ſententia declaratoria incurſus cenſurarum, vel propter ſententiam excommunicationis latam à lege, vel incurſum cenſurarum, propter inobedientiam literarum Apoſtolicarum, quia tunc prædicta ſententia habet annexum factum, ſuper quo potuit decipi iudex, ideo requiruntur tres ſententiæ, vt appellatio non ſuſpendat.*

Ex qua concluſione cum ampliatione ſequitur, quòd pendente dicta appellatione 649 à declaratoria vt ſuprà, nō poſſunt contrà talem affigi cędulones. Ita ſupponunt omnes Doctores ſupracitati, dum docent, proficere dictam appellationem ad vtrumque effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum, expreſsè *Suarez cit. ſect. 15. n.* 20. ibi, *& ideo poſt talem ſententiam facilius poteſt impediri per appellationem, quia talis ſententia nec excommunicat, nec directè declarat illum excommunicatum, ſed reum criminis, &c.* imò *Sanchez ſupracitato lib. 3. opuſcul. moral. c. vnico dub. 31. n. 43. ad finem*, arguit à fortiori, ſi .n. appellatio à ſententia excommunicationis, impedit, ſecundum aliquos, denūciationem, ergò multò magis à ſententia declaratoria ipſius; clarius *Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana ſuprac. c. 23. in principio. Vulpe cit. c. 1. n.* 26. ibi *adeò appellatio a declaratoria excōmunicationis impedit denūciationē vt nō poſſit affigi cedulones, niſi poſt decē dies a die lata ſententia, Iul. Clar. loc. ſuprac.* & per conſequens 650 eius geſta interim valent tamquam à tollerato, quòd etiam aduertit *Bonacina loco* 651 *ſupracit. verſ. Hinc vlterius*, Si autem de facto affigerētur cedulones, & ſic fuerit talis denunciatus, debent amoueri dicti cædulones, & reuocari dicta denuntiatio, ita ſupponit *Genuenſis loco ſupracit.* datur 652 tamen hoc caſu abſolutio ad beneplacitum, vt Rota apud *Achillem ſuprà n.* 9. ibi, *& propterea in vna Gerundenſi fructuum in abſentia reuocaui publicationē, & abſolui ad beneplacitum*, proſequitur *Ricciullus ſupra c. 64. n. 32. ad finem*, interim aūt an debeat euitari, patet ex ſupradictis *ſub nu.* 648. vbi ex *Hurtado* dixi, hanc ſententiam non trahere ſecum executionem, niſi poſt decem dies, in

V 2 quibus

Digitized by Google

quibus poteſt appellari; intellige quoad effe-
ctū euitationis; ſi de facto affigerētur poſt ap-
pellationem cedulones, & hoc eſt, quòd dixit
Layman relatus ibid. ibi ſuſpendit nihilhomi-
nus effectum denunciationis, & ante eum Aui-
la ſupracit. concluſione 1. ibi. vnde talis denun-
ciatus, non eſt euitandus poſt appellationem,
ideſt à declaratione, citans Nauarr. conſ. 12.
& 20. de ſent. excommunic. neq. ipſe tenetur
alios euitare Cartar. ſup. n. 22. Ampliatur ſe-
cundò concluſio, etiam ſi fuerit deſerta ap-
pellatio vt dixi ſupra n. 214. & in terminis
notat Marius Antoninus lib. 1. variar. reſol.
112. caſu 74. vbi habes alias ampliationes. re-
quiritur enim ſentētia ſuper deſertione di-
ctæ appellationis, antequam affigantur ce-
dulones. fauet Riccius p. 1. praxis dec. 506. in
editione Neapolitana, qui deciſ. 599. declarat,
ad quem iudicem pertineat declarare ap-
pellationem deſertam, ſcilicèt ad iudicem
ſuperiorem, ſi coram eo fuit introducta ap-
pellàtio, aliàs ſpectat ad iudicem à quo.
Limitatur primo cōcluſio, vbi factū, prò quo
653 declaratur, quis incidiſſe cenſuram, eſt no-
torium v.g. percuſsiſſe clericum extraſsiſſe
reum ab Eccleſia, non ſoluiſſe debitum iuſ-
ſum ſolui ſub pena cenſuræ latæ ſenten-
tiæ, nam hoc caſu, neque à declaratoria da-
tur appellatio ad effectum ſuſpenſiuum
c. peruenit de appellat. ſtante n. notorio ceſ-
ſat ratio concluſionis, quòd iudex, potuit
decipi, ergò deficere debet diſpoſitio, praxis
Archiepiſcopalis Neapolitana ſuprà, declara-
tione 1. Alter. lib. 3 diſp. 5. c. 3. verſ. 4. dubitari
poteſt, hoc innuit Rota apud Gorcinum deciſ.
44. ad finem ibi, quia ipſi loquuntur, ſtantibus
difficultatibus, ex facto pendentibus, Marius
Antoninus lib. 1. variar. reſol. 71. ad finem, ibi
tum quia cū hic ageretur de notorio ſpolio, &
vſurpatione, poteſt non obſtante appellat. fieri
excommunicationis publicatio, tàm in Eccle-
ſijs, quàm alibi per Cedulonū affiſſionē, Abbas
&c. proſequuntur Ricciull. n. 33. Valpen. 6. ad
fin. Cartar. n. 23. qui ſubdit, quod pars eſt citan-
da ad videndum factum eſſe notorium, cō-
tra aliquos, qui volebat, in notorijs, poſſe
procedi ſine citatione, quia multa videntur
notoria, quæ verè non ſunt, qui etiam vltra
progreditur ſubdens, quòd hoc caſu à ſen-
654 tentia iudicis declarātis factum notorium
poſsit appellari; nam iudex etiam in hoc po-
tuit decipi, allegans Nauarr. Conſ. 5. de ſent. ex-
comm. quod etiam indicant Layman ſupra c.
verſic. quarè ad fin. & Auila ſupra c. concluſ. 1.
qui omnes docent, quòd licèt à facto noto-
rio non appelletur, tamen à ſententia decla-
rante factum notorium detur appellatio, &
proſequitur Diana, dum hæc ſub prælo eſ-
ſent, viſus p. 5. tract. 9. reſol. 30. intellige, niſi
vtatur iudex cautela, quam tradit Gramma-
ticus dec. 65. n. 11. ibi vnde inuoluit cautela, vt
iudex pronunciet factum, de quo agitur eſſe
notorium, clarius Baiardus ad Clarum lib. 5. §.
final. q. 9. n. 9. Qui primò ex Lancellotto, dicit,
quòd iudex à quo non poterit deuenire ad
655 executionem in notorijs, ſi a iudice ad
quem fuerit inhibitum. Secundò ſubdit,
quòd in delicto notorio iudex poteſt dene-
gare appellationem, & ſuam exequi ſenten-
tiam, ante tamen inhibitionem iudicis ad
quē, dummodo appareat in ſententia, quòd
iudex condemnauit reum vti de notorio
crimine, ſecus autem ſi ſimpliciter condē-
nauit, vt quemlibet criminoſum, nàm tunc
656 teneretur appellationem admittere, debet
ergò iudex in capienda informatione, pro-
bare exceſſum fuiſſe publicum, manifeſtū,
vel notorium, vel fuiſſe factum ita notoriū,
quòd nulla tergiuerſatione poſsit celari,
nec aliquo ſuffragio iuuari, nēpè factum in
præſentia plurium perſonarum, id ſpectan-
tium, ac videntium, ex quorum teſtimo-
nio, id ſit factum publicum, & manifeſtum
vt dixi ſuprà n. 143. & infra etiā recoll. ſeq. vbi
de notorio Clerici percuſſore, dicetur. Adde in
terminis noſtris, Alphonſum Villaut in pract.
criminali lib. 3. tract. de modo procedendi in
notorijs, concluſ. 2. vbi quòd debet iudex ſu-
per notorio informationem capere. Non
autem per hoc, quòd non ſit capta informa-
tio, ſi verè factum fuit notorium, ſententia
eſt inalida Afflict. deciſ. 178. n. 7. vbi Vrſillus
Seraph. deciſ. 393. n. 14. quem etiam vide dec.
366. vt addiſcas, quòd delictum namque ſit
notorium, imò dico, quòd factum poteſt
eſſe ita notorium, vt iudex poſsit proce-
dere ad declarationem ſine aliqua ſollem-
657 nitate, & etiam ſine citatione, vt præter
DD. citatos ſupra n. 141. habetur per Vrſillū
loco ſupracit. Layman lib. 1. tract. 5. c. 6. nu. 5.
verſ. nihilhominus ad finem & Franciſcū Leo-
nem in ſuo theſauro fori Eccleſiaſtici p. 3. nu.
110. & 112. qui loquitur in notorio per
propriam Rei confeſsionem, & ſi qualifica-
tè, quo caſu poteſt talis confeſsio pro parte
acceptari, & pro parte impugnari, & de no-
torijs in generali, idem reponit ibidem num.
162. loquendo de incurſu in cenſuras Bullæ
cœnæ. Iſtos autem Auctores docentes, in fa-
cto notorio non eſſe opus citatione, intelli-
ge deberi pro actu prolationis ſententiæ, nō
autē pro actu diſcuſsionis ſuper notorieta-
te facti, probat Iacobus Laurentius de iudice
ſuſpecto c. 11. ſub n. 1. ad finem. Vt igitur poſ-
ſit iudex Eccleſiaſticus à quo, denegare ap-
pellationē, & hoc non obſtante affigere ce-
dulones, debet eſſe exceſſus manifeſtè noto-
rius vt ſuprà, aliàs ſi eſt dubium factum, &
658 poſsit pars contrariū probare, non poteſt
negari appellatio, fauet Auila loco ſupracit.
ibi Ego appello allegans, quòd ego non feci id,
propter quod erat impoſita excommunicatio,
vel quod factum eſt dubium, & antea dixit Fe-
linus

Digitized by Google

*ſinuſin capi.n.6. verſ. & ideo dixit,* de ſponſalibus, ibi *tamen quando declaratur, quem incurriſſe excommunicationem latam ab homine, vel a iure, & ſic eſt dubium factum propter quod incurriſſe dicitur excommunicationem, poterit appellari &c.* quem videas omnino ad ſupradictam doctrinam de citatione *n.4.* Limitatur ſecundò quando eſt ſententia declarato-
659 ria cenſurarum latarum à non paritione rei iudicatæ, tũc .n. quia declaratoria eſt pars exequutionis rei iudicatæ, ſicut ab ipſa executione non datur appellatio, ita etiã à dictis cenſuris, Ita poſt *Geminianum, Ruinam Lancellott. & Rotam Romanam, Riccitullus ſupradicto cap. 84. num. 35. Cartar. loco primo ſupracitato*

Imò nota, quòd quando cenſuræ feruntur
660 in ſubſidium tunc appellando quis à paritione, expirant cenſuræ, vide *Seraphinum deciſ. 1296. n. 2.*

Limitatur tertiò in declaratoria cenſurarũ latarum contrà obligatum in forma Cameræ, quia tunc non eſt propriè ſententia declaratoria, ſed magis denunciatio, vt poſt *Galleſium, Marcheſanum, & Caſſadorum, notat idẽ Ricciull. ſupra n.36.* quòd inhibitio emanata vigore appellationis interpoſitæ à declaratione facta vigore obligationis, vt ſup. nõ afficiat, quia habetur vt calumnioſa, *Lancellott. p.2. de attentatis c. 20. lim. 7. ad fin. Cartar. ſup. n. 25.*

Limitatur quartò, quando fertur dicta de-
661 claratoria contrà eos, qui citati, fuerunt effecti, veri contumaces; nam contumax non appellat *l.1. c. quorum appellatio non recipiatur,* in terminis *Marius Antoninus lib. 1. var. reſol. 71. n. 12.* vbi idẽ dicit de eo, qui opponit de nullitate eiuſdem ſententiæ, nam ſi fuit contumax, non auditur *ibid. n. 6.* idem dicas de conuicto, vel confeſſo, *Lancellottus ſupra cap. 12. ampliat. 4. n. 14. fol. mihi* 248.

Limitatur quintò ſi fuit commiſſa cauſa de-
662 legationis cùm clauſula, *appellatione remota* vt ſuprà diximus quæſito præcedenti, fauet *Praxis Archiep. Neapolitana c.23.n.*

Limitatur ſextò in appellatione à ſententia
663 denunciationis. Animaduertendum DD. cõfundere hæc duo, declarare, & denunciare, loquendo ſecundum iura antiqua, ſecundum quę denunciatus dicebatur ille, qui nominatim erat declaratus incidiſſe excommunicationem, & euitandus vt patet in *cap. peruenit el 1. de appellatio. cum concordant.* tamen verè denunciatio hodie differt à declaratione, nam hodie etiã declaratus aliquis per iudicem ſi non eſt denũciatus non debet euitari *vt infra recoll. ſequ.* Videte prò nunc *Alter. lib. 5. diſp. 5. c. 5. verſ. 3. dubitatur.* Hoc poſito, limitationis huius ſenſus
664 poteſt eſſe primò, vbi non ſolum quis fuit declaratus, excommunicationem incidiſſe, ſed etiam præceptum vt talis denuncietur excommunicatus per cedulones, vel in Eccleſia ſecundum morem regionis, verum à tali præcepto poſſit appellari, & talis appellatio efficiat, ut ſequuta affixione cedulonũ, & hoc caſu, ꝙ talis debeat nõ euitari docet *Alt. ſup. ver. 4. dubitari poteſt,* ibi, quando verò fauet *Layman ſupra eo loco,* Secundus ſenſus, vtrum poſt affixos cedulones poſſit quis appellare à dicta denunciantione, & reſpõdetur negatiuè vt per *Alter ſup.* & alios licèt .n appellatio præcedens affixionẽ illam impediat; ſi tñ sũt iã affixi, nihil prodeſt.

Limitatur ſeptimò in præcepto facto alicui; vt ſoluat ſub pena excommunicationis, quãdo poteſt appellare à dicto præcepto, *Caſtellinus de elect. c. 12. n. 37. verſ. quibus.* eſtq. idem cũ eo ꝙ poſt *Seraphin.* dixi ſupra *lim. 2. ad finem.*

Hac occaſione quæro an ab edicto, ſeù ſententia generali Epiſcopi prohibente, vel iubente aliquid ſub pena excommunicationis ipſo
665 facto poſſit appellari; ita quòd ipſa appellatione pendente, dictum edictum, vel ſententia generalis nullũ poſſit operari effectum? Ratio dubitandi eſt, quia *Couarr. in regula poſſeſſor p.2. §.4. ſub n.7. & Rota diuerſorum deciſ. 41. num. 13. & ſeq. p. 2. in nouiſſimis,* docere videntur, quòd à ſtatuto iniquo, vel aliàs inualido detur appellatio & *Decianus tract. criminali lib. 2. c. 38. n. 10.* expreſsè probat, ſtatuti vires ſuſpendi per appellationẽ, ſi igitur hoc procedit in ſtatuto, ergo à pari in edicto, & ſententia generali, iuxtà ſuprà dicta *in recoll. 1.* Hoc tamen non obſtante in contrarium eſt opinio probabilior, & magis à Doctoribus recepta, quia vt ſupra dixi, à pena legis non datur appellatio ſicut datur à declaratoria incurſus ipſius pænę. *cap. cupientes §. quod ſi, verbo priuatos de elect. in 6.* quæ ſententia eſt communiter approbata vt latè per *Gabriel. in ſuis communibus concluſ. tit. de regulis iuris concluſ. 3. num. 58.* item quia appellatio non habet locum, niſi vbi interuenit grauamen, ſed per edictum, vel ſententiam generalem, ſicuti per legem, & ſtatutum non infertur grauamen aliquod quãdo enim lex eſt iã facta, non debemus de ea, ſed ſecundum eam iudicare, vt habetur in *c. in iſtis diſt. 4. & c. dilectiſſimi 18. q. 2. quæ iura ad hoc allegat Andreas de Yſernia in tit. de probita alienat. feudi per Lothar. verſ. itaque, ad finem in uſibus feudor.* quod eſt dicere per legem, cui tenentur omnes obedire, nemo aliquo modo cenſetur grauari. *Bald. in c. ad noſtram col. 2. de appell.* cum alijs, quos nouiſſimè viſus, probat, & allegat *Iulius Cartarius in ſuis deciſ. criminalibus Curiæ Archiep. Mediolan. deciſ. 9. à num. 19.* qui loquitur de appellatione prætenſa Cleri Mediolan. contrà edictum circa aſportationem armorum à Clericis, ſub pœna excommunicationis.

De

*De quinto caſu, in quo dubitari poteſt, an excuſari poſſit pœnitens ab incurſu cenſurarũ ab homine, ſcilicet vbi talis, & ſi non appellauit, tamen dixit ſententiam cenſurarum latã contra ſe, eſſe nullam.*

HVius caſus deciſio habetur in *cap. ſolet, ſeu 2. de ſent. excomm. in 6.* vbi habetur ſecundum *gloſ. ibidem*, quòd qui prætendit ex-
666 communicationem contrà ſe latam, eſſe nullam ex aliqua rationabili cauſa, ſi non petat abſolutionem ad cautelam, ſed petat admitti approbandam excommunicationem eſſe nullã, pendente probatione nullitatis (intellige infra terminum pręfixum ſibi à iudice) eſt vitandus in iudicialibus, nẽpè vt actor contrà tertiũ, non autem in extra iudicialibus, vel etiam in iudicialibus, vt reus, quæ nam ſint extraiudicialia, explicat tex. ad finem, ibi *extra iudicium verò in officijs, poſtulationibus, & electionibus, & alijs legitimis actibus* vbi ſubdit *gloſa in verbo in officijs* hæc verba, *publici, vel diuinis, vnde ex quo de nullitate confidit* (ſic enim legendum arbitror) *ſecurè celebrat vt prius*, quod probat, argumento tex. *in cap. ad præſentiam & cap. dilectus de appellat.* quod eſt idem quàm, quòd extrà iudicium talis in omnibus actibus, vt prius indiſtinctè admittatur, nec vllo modo vitandus ſit, vt ait *Naldus noſter in ſua ſumma verbo ſuſpenſio num. 16. in editione Bononien. de anno* 1618. & loquendo, *ibid. gl.* 1. de poſtulatione, & electione ſubdit *ſed ſi poſtea apparebit, excommunicatum eſſe, non valebit electio de ipſo facta.*

667 Sed hac occaſione, quæres coram quo iudice proponendæ ſint nullitates ſententiæ cenſurę? & quia dupliciter poſſunt proponi nullitates contrà aliquam ſententiam, nempè ſimul cum appellatione, prout communiter fieri ſolet, teſte *Marcello Vulpe in ſua praxi fori Eccleſiaſtici, c. 24. in principio*, & ſeparatim abſque appellatione. Quæſitum redditur dubium in ſecundo caſu, quia primo caſu, cùm appellatio fiat ad ſuperiorem iudicem Eccleſiaſticum, certum eſt, tunc etiam nullitates coram ipſo eſſe proponendas, iuxta regulam, acceſſorium ſequitur naturam principalis, & ſi eo caſu dubitent Doctores, vtrum deſerta appellatione, adhuc duret inſtantia nullitatum, de qua re *Lancellottus de attentatis p. 2. c. 17. n.* Dixi *Eccleſiaſticum*, quia ad eum pertinet declarare excommunicationem iniuſtam, vel inualidam, vt latè probat contra Pẽrtram, *Barboſa in prax. exigendi penſioes q. 8. à n. 13.* vide ẽt *Dianam p. 4. tract. 1. reſ. 98.* Et ſupponãdo, vt ſupra ſæpiꝰ dictũ fuit, ſententiam cenſuræ maximè declaratoria eſſe ſententiã interloquutoriã. Reſpondetur cum *Vantio de nullitatibus tit. 3. coram quo poſſit, debeat proponi nullitas à num. 2. & clarius Myſingerius centuria 5. obſeru. 92.* has nullitates eſſe proponendas coram eodem iudice, *in omnibus etenim*, vt ait *Vantius ſuprà, præterquam in ſententijs diffinitiuis poteſt, & debet tam delegatus, quàm ordinarius iudex iterum facere, quod minus ritè fecit*, in terminis noſtris loquendo *Felinus in cap. ſacro ſub n. 1. de ſent. excommunicat. & poſt Panormitanum in eodem cap. ſacro n. 5. Sanchez lib. 3. opuſculorum moralium dub. 32. n. 237.* vbi ſubdit hæc verba. *Sicut iudex poteſt reuocare ſen-*
668 *tentiã interloquutoriam malè datam, non verò diffinitiuam, ita poteſt ſuam excommunicationem iniuſtè latam reuocare, non obſtante cõtradictione partis*, clarius Zerola, *de licentia viſus in ſua praxi Epiſcopali verbo excommunicatio §. excommunicationis cauſa formalis verſ. 2. dubium eſt. Nec Marius Antonius lib. 1. variar. reſol. 72. nu. 3. & 5.* aduerſatur huic communi ſententiæ, quia loquitur non de reuocatione, ſed ſuſpenſione excommunicationis, de qua nos infra ſuo loco, ſicuti ratio ab ipſo adducta, quòd .ſ. in caſu, vbi agitur de declaratione excommunicationis iam latæ à iure, Vicarius Epiſcopi habeatur, vt nudus miniſter, qui poſtquam functus eſt officio declarandi &c. non poteſt amplius ſe intromittere, facit ad rem. Primo, nã quando agimus de reuocatione interloquutorię, nõ eſt faciẽda aliqua differẽtia inter Ordinarium, & delegatum ſeb benè quando agimus de reuocatione diffinitiua, & dato quòd eſſet differentia, Vicarius eſſet eo caſu delegatus Papæ, & ad Vniuerſitatẽ cauſarũ, quibus in caſibꝰ delegatus habetur vt ordinarius, vt aliàs dixi, fauet *Marcellus Vulpe citato cap. 24. ſua praxis n. 12.* qui auctor benè *ibidem n. 10.* aſſerit, eſſe in arbitrio grauati, quando agitur de ſententia diffinitiua proponere nullitatem vel coram iudice eodem, vel coram ſuperiori, & ita intelligendi *Galluppus in praxi S. Conſilij p. 3. c. 7. nu. 8. Gaill. obſeruat.* 127. Ex quibus patet, quomodo etiam procedat id, quod dixit *Guido Papa deciſ. 346. n. 67. & ſequitur Vincentius de Anna in ſuis ſingularibus lit. A. n. 33.* quòd ab interloquutoria appellans, non dicit de nullitate coram iudice, ad quem; procedit enim in eo caſu, quod ipſa nullitas non fuit expreſſa in appellatione ſaltẽ per modum iniuſtitiæ *Vantius ſupra ſub n. 4. Miſyngerius allegata obſeruatione 92. num. 4. ad finem.*

Petes enim, an vbi fuit duntaxat dictum de nullitate contra ſententiam cenſuræ, pendente
970 hoc iudicio ipſe iudex à quo, poſſit contra reum affigere cedulones, ſeù ipſum denunciare, dixi *duntaxat, &c.* quia ſi fuit appellatum etiam vt ſuprà, & inhibitum à iudice ad quem, certum eſſet, hoc non poſſe iudicem à quo cùm per inhibitionem ſint eius manus ligatæ, vt aliàs dixi ſupra, cùm de appellatione, & notat in

Digitized by Google

tat in terminis nullitatis *Lãcellottus ſupracitato c.17.n.70.* vbi hoc dixit verum etiam vbi tractatur de nullitate propoſita coram iudice ſuperiori, quoties id ſit in arbitrio grauati *ibid. n.66.* & habetur etiam per *Andream Gaill. obſeruat.127 ſub nu.10.* Reſpondetur, impedire inſtantiam nullitatis ſententiæ dictam denunciationem, quia denunciatio nil aliud intendit, quàm quòd talis cenſuratus debeat vitari, & talis non eſt euitandus, vt dixi *in principio quæſiti.* Præterquam quòd, vt dixi ſuprà poſt *Marium Antoninum lib.1. variar. reſol.112. caſu 74. ad fin.* licèt denunciatio eſſet de conſecutiuis ad cenſuras, tamen *Rota* tenuit eſſe
671 attentatam pẽdẽte appellatione tantum, & propoſitio nullitatum equè facit attentata ſicut appellatio, maximè quando nullitates opponuntur non principaliter, ſed incidenter, & per modum exceptionis incontinenti probandæ (vt infrà) prout in caſu noſtro, *Lancellottus ſuprac.cap.17.n.10. & 13.* vbi quòd tali caſu habeat effectum ſuſpenſiuum. Quòd is contra quem fuit lata ſententia cenſuræ, & non appellauit infra decem dies, etiam poſſit adire ſuperiorem per viam querelæ, de qua relatè *Ricciullus lib.4.cap.63.nu.9. & ſequ. Sanches lib.3. Opuſculorum Moralium, c.vnico, dub.32. tit.289. & ſeq.* Qui *n.præced.* huic dat aliud remedium, nempè vt petat ab excommunicante abſolutionem, quam ſi illi neget, appellet ab hoc grauamine, adde, quòd hoc caſu etiam ratione iniquitatis ſẽtẽtiæ, põt quis principaliter inteptare nullitatem per ſupplicem libellum, vt per *Gaill. lib.1. obſeruat.172. ad finem.*

Hæc ſupradicta & ſi procedant in theorica,
672 tamen in praxi rarò occurrunt, tùm quia ſæpè nullitates contra ſimilem ſententiam, proponuntur per calumniam ad retardandam dictam denunciationem declaratoriæ excommunicationis prò manifeſta offenſa, & facto noto-
673 rio (& ſic non sũt nullitates ſubſtantiales v.g. defectus iuriſdictionis, aut cauſæ veræ, citationis, aut notoriæ iniuſtitiæ vt per *Lancellottum loco ſupra citato num.106. & 115. Marcellum Vulpe cit. cap.24. nu.19. Riccium collect. dec. 1480.* vbi *collect.1880.* declarat, quæ nam dicatur notoria iniuſtitia) & iudex procedendo ad affixionem cedulorum, cenſetur dictas nullitates friuolas reicere, vt dixi ſuprà, cum de appellatione, & recuſatione *Lancellottus ſuprà nu. 130.* fauet etiam *Rota apud eundem ibi n.47.* ceſſat autem præſumptio calumniæ, & malitiæ, quando nullitates conſtarent ex eiſdem actis, & ſic incontinenti probari poſſunt, vt per *Lancellottum ſupra n.64. & 136.* Tum etiam
674 quia in praxi, Curia Romana cùm contrà cenſuras opponitur de nullitate, non ſolet cognoſcere de ipſa, & ſi prætendatur quòd ſit nulla ex capite erroris intollerabilis, ſed benè ſolet impendere abſolutionem ad cautelam iuxta formã ſupradicti *c. ſolet & c. venerabilis §. quoque, de ſententia excommunicationis in 6.* ſduet *Ricciullus lib.4. de iure perſonarum c. 67.n.35.* ibi *niſi verſemur in cenſuris latis extrà curiam, quia cùm prò eis non vigeat tanta præſumptio validitatis, ſoleatq. commicti cauſa appellationis, & nullitatis, Curia experta quòd proceſſus in partibus facti, vt plurimum laborant vitio nullitatis, conſueuit ſine alia informatione, dare abſolutionem ad cautelam cum reincidentia ad certum tempus, vel ad beneplacitum* vbi allegat Rotam apud *Ceſarem de Graſſis deciſ.1. de ſentent. excomm. &c.* & ego addo *Manticam dec.237. ad finem,* Dixit optimè *extrà curiam &c.* quia cenſuræ latæ in Curia nõ ſolent reuocari, niſi cauſa cognita & parito iudicato, vt per *Seraph. deciſ.419.* vbi quòd non quodlibet mandatum eſt ſufficiẽs ad opponendum de nullitate cenſurarum, id autem quod obſeruare debeat quilibet iudex, ad quem fuit appellatum, declarauit *Sacra Congregatio ſuper negocijs Epiſcoporũ præfecta, inter alias declarationes latas ab ipſa, ad tollendas ambiguitates, & controuerſias, quæ inter appellationum, & prioris inſtantiæ iudices, &c.* refertq. *Quaranta, Riccius, & Vulpe, relati ſupra n.143.* ibi *cenſura eccleſiaſtica in appellantem prolata relaxari, aut nulla declarari per iudicẽ appellationis non poſſit, niſi auditis partibus, & cauſa cognita, tuneque ſi conſtiterit, eam iuſtam eſſe, ad iudicem, qui excommunicauit appellans remittendus eſt, vt ab ipſo iuxta ſacros canones beneficium abſolutionis, ſi humiliter petierit, debitamque emendationem præſtiterit, obtineat. Si verò iniuſtam eſſe clarè appareat, ſuperior abſolutionem impediat, &c.* Sed quia fecimus ſuprà mentionem de ſuſpenſione cenſurę, quæro.

***An Iudex, qui tulit ipſam ſententiam cenſuræ, & reus illam iam incurrerat, poſſit eius effectum ſuſpendere ad tempus.***

Hic eſt diſtinguendum inter ſententiã
675 declaratoriam cenſuræ iam latæ à iure, vel ab homine contrà aliquid facientes, & cenſuram nouam, vt ita dixerim, ſi enim loquimur de ſententia declaratoria, cuius abſolutio præcipuè reſeruatur ſuperiori, ſimpliciter. negat *Marius Antoninus lib.1. variarum reſol.72. à n.3.* ſed contrarium aſſerit *Genuenſis in praxi Neapol. c.23. in 2. editione n.6.* hæc formalia verba [Fuit dubitatũ in curia, an ſentẽtia declaratoria excommunicationis incurſæ; poterit ſuſpendi ad tempus, & fuit dictum, quòd ſic, & bis obſeruatũ eſſe *Imola, & Francho in c. dilectis filijs de appellat.*] *Lauret. ſup f.328.* Quomodò autem intelligendus ſit idem *Marius Antoninus ſuprà,* quando ait, quòd & ſi Vicarius non poſſit ſuſpendere ſententiam declaratoriam, poſſit tamẽ ab ea talem abſoluere, patebit infra cũ de

Digitized by Google

dē abſolutione ob impedimentum adeundi Summum Pontificem, vel cū reincidentia.

Si verò loquimur de cenſura noua ab eodem Vicario lata? Reſpondet *Marius Antoninus ſuprà* quòd accipiendo ſuſpenſionē prout quid omninò diſtinctum ab abſolutione ad reincidentiam (de qua infrà ſuo loco) ita vt remaneat excommunicatio ipſa, ſecundum propriam, & formalem rationem, & tantum tollatur effectus ipſius ad tem-
976 pus; non poſſit iudex inferior illam ſuſpēdere, & concordat Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana loco ſupracitato, limita tamen in interdicto vt per *Marium Antoninum loco ſupracit.* Dixi, *iudex inferior*, quia poteſt id Sūmus Pontifex diſpenſando, vt v.g. talis excommunicatus exercere valeat actum ordinis aut prohibita aliqua per cenſuram, quia eſt ſuprà ius poſitiuum, à quo iure inducta eſt talis prohibitio, vt latè per *Filliucium tr.11.nu.213.& ſeq.*

Notanter autem addidi in titulo quæſiti illa verba, *& reus illam incurrerat*, quia poteſt quilibet Prælatus ſuſpendere effectum cenſuræ à ſe latæ reſpectu alicuius, antequam talis illam incurrat, ideſt antequam efficiat id, quod per cenſuram eſt prohibitum, declarando non eſſe ſuæ intentionis, talem, illa cēſura velle cōprehendere, vt dixi *ſuprà n.260.*

*De ſexta cauſa excuſationis ab incurſu cenſuræ ab homine, ſcilicèt impotentia.*

977 IMpotentia ſumi poteſt dupliciter, primò generaliter, & ſecundò ſpecialiter, generaliter enim ſumpta, comprehendit caſus ignorantiæ, metus, ac vis, de quibus ſuprà recoll.1. ſpecialiter verò accipitur prò impedimento alio ad exequendum id, quod ſub pœna cenſuræ præcipitur, differt autem impotentia primò, & ſecundò modo accepta, nam primo modo vt ſignificat uim, & metum, excuſare ſolet actum poſitiuum contrà cenſuram geſtum, v.g. adolere incenſum idolo; in excommunicatione, vel tempore interdicto celebrare, vt loco ſupra citato explicatum fuit, ſecundo verò modo, de quo hic agimus, excuſat actum negatiuum; vndè communiter authores exemplificant in excommunicatione, vel alia cenſura lata contrà non reſtituentes, non comparentes, non reuelantes, & ſim. Et reſpondēt, eos, qui non
678 poſſunt non ſolum phyſicè ſed etiam moraliter non reſtituere, non comparere, non reuelare, excuſari ab incurrenda cēſura, prò impotentia phyſica intelligendo, quando quis non poteſt ſimpliciter, prò impotentia morali, quando & ſi quis poteſt illa exequi, tamen non ſinè magno detrimento, aut incommodo in vita, fama, vel honore, vel in bonis, vt latè explicaui *ſuprà p.1 recoll.26.à n.208.* iunctis iis, quæ etiam dixi *recollect.22 à n.34.* ad quem locum remitto lectorem, qui præter auctores ibi allegatos, percurrere poterit *Auilā p.2.c.5. diſp.5. Marcellum Vulpe in ſua praxi iudiciali fori Eccleſiaſtici c.2.* Ratio quare impotentia excuſet ab incurſu cē-
679 ſurarum, vt loco primo citato dixi, eſt, quia ad incurrendam cenſuram requiritur contumacia, & contumax non poteſt dici, qui iuſta ex cauſa impeditus eſt, parere iudici *can. vnum orarium §. alias ea demū 25. diſt.* latè *gloſa & DD. in l.1. §. finali ff. ſi quis ius dicenti non obtēperauerit* quorum aliqui cum *gloſa citata*, volunt, ad excuſandum aliquem à contumacia, ſufficere cauſam iniuſtam, ideſt quòd iniuſtè talis ab aliquo impediatur (vt loquar in terminis noſtris) efficere id, quod ei præcipitur ſub pena cenſuræ, intellige ſiue à iure, ſiue ab homine vide *Farinac. in praxi criminali tit. de inquiſitione q.11. n.51.* & in ſpecie, quòd etiam excuſetur quis à contumacia, quando facto ſuperioris impeditus eſt dixit, *Rolandus à Valle conſ.47.n.26. & ſeq. vol.1.* intellige, niſi ipſe eſſet in cauſa, vt impediretur à ſuperiore, quia tunc non à ſuperiore, ſed à ſe ipſo diceretur impediri, & regula eſt, quòd dolus nemini debet patrocinari. Item impedimentum tunc demū excuſat, cùm probatur, ipſum fuiſſe cauſam non præſtandi, vel faciendi illud, quod quis facere, vel præſtare tenebatur, *Felinus in cap. ex tranſmiſſa n.7. de præſcriptionibus.* intellige ſecundò, vbi quis dicto mandato ſuperioris tenetur obedire, puta quando ſuperior ſit ſolitus ſæuire in eos, qui ſuis præceptis non
680 obtemperant, quia hoc caſu iniuſtum mandatum Principis, & Magiſtratus inducit metum. *Rolandus à Valle conſ.27. lib.3. cum alijs allegatis per Maſcardum de probat. concluſ.198. poſt n.8.* & ſic intellige, dum hæc iam ſub prælo eſſent, viſum *Iulium Cartarium in ſuis deciſionibus criminalibus deciſ.72. n.96. & 103. ac ſequentibus*, vbi loquitur de caſu, in quo excommunicatus, qui procurauit ſibi iuberi à Senatu Mediolanen. vt comparere poſſit in curia Archiepiſcopali, tantummodo ad proponendam declinatoriā fori, & nullitatem proceſſus, qui ēt generaliter de cauſa iniuſta excuſante à dolo, & pœna agit *deciſ.1. à n.37.*

Sed an Iudex Eccleſiaſticus, cui non latet reum non poſſe præſtare id quod ei præcipit
681 ſub pęna excommunicationis, peccet? Patet ex his, quæ Doctores docent cùm tractāt articulum illum de iudice qui priuatim nouit aliquem innocentem, qui tamē publicè probatur nocens, & à parte vrgetur, vt eum excōmunicet, ad quid nēpè dictus iudex teneatur, quando non poteſt vllo modo efficere, vt veritas eluceſcat, aut iudiciū declinare, de qua re nos ſuprà *n.591.* rēiſsiuè, & allegati.

Digitized by Google

gatis, addo ConinK *diſp.* 13. *de cenſuris dub.* 13. *ubi nu.* 122. *ac ſequentibus*, videtur eum iudicē
683 excuſare à culpa, & peccato, ea præcipua rõne, quòd tunc intelligat excommunicare eum quò ad forum internum, poſito, quòd vera ſint, quæ fuerunt probata, &c. Accedat pro caſu noſtro, quòd & ſi, vt retuli *ſupra citata recoll.* 26. *nu.* 307. ſit probabilis opinio, impotentē infra terminum, quo iubetur reſtituere, comparere, reuelare, efficere, præſtare, &c. qui deinde fit potens, non incurrere dictam excommunicationem, quam ſententiam præter ibi allegatos probat poſt ea edita *Marcellus Vulpe cap.* 2. *ſua praxis iudicialis fori eccleſiaſtici nu.* 12. tamen contraria opinio eſt probabilior, vt dixi *ibidem num.* 108. De impotentia ad producendas ſcripturas iuſſas per monitorium produci, *Lazzarius ſect.* 3. *quaſt.* 1. *& latè nos inter conſultationes morales.*

***De ſeptima cauſa excuſationis ab incurſu cenſura ab homine, nempè conſenſu eius, in cuius fauorem lata fuit cenſura.***

HÆc cauſa duplicem poteſt habere ſenſū, Primus eſt, quòd nō incurrat cenſurā ad
684 inſtantiam partis latā, is quem noluit pars à principio in illa comprehendere, de quo iam dixi *ſupra par.* 1. *recoll.* 22. *nu.* 45. vnde vt ibidem ſubdidi ex *Lazzario de monitorijs ſect.* 3. *quaſt.* 8. Obtento monitorio generali contra eos qui furati ſibi fuerūt certa bona, nō includi in eo, neq; comprehēdi cenſentur obtinentis ip-
685 ſius filij, vxor, vel ſimiles perſonæ, ad quas veriſimiliter non præſumitur, illam voluiſſe extendi vbi quid agendum, quando nullus excipitur in monitorio. licèt enim totum robur cenſuræ pendeat ex voluntate iudicis illam ferentis, vt dixi *ſuprac. nu.* 256. tamen quia officium iudicis requiſiti, non excedit intentionem requirentis, cū iudex excōmunicet ad inſtantiā partis, non cenſetur velle excommunicare, niſi quos ipſa pars velit. *Toletus lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 7. *cum alijs allegatis per Lazzarium loco ſupracitato ſect.* 2. *q.* 2. *n.* 3. *&* 4. quod eſſe verū non ſolum in excōmunicatione, ſed etiam in alijs cenſuris, rectè adnotauit *Megalius* 3. *par. ſua inſtit. peregrina lib.* 1. *c.* 3. *nu.* 80. Hinc infert *Fernandez in ſuo examine par.* 2. *cap.* 9. § 9. *num.* 2. quòd ſi pars velit non incurrere excommunicationem debitorem ſimpliciter, & abſolutè excommunicatū ſi non ſoluat intra certūtempus, non incurrere, ſi antè dictū tēpus nō ſoluat. Secūdus ſenſus, de quo hic agendum, eſt, vbi pars procurauit ſententiam cenſuræ ferri contra aliquē, vel aliquos, vt v. g. intra certum terminum ſibi ſoluere, vel reuelare debeant aliquid, aut comparere ſub pœna excommunicationis, vel alterius cenſuræ ipſo facto incurrēdæ, & ſic à principio intendēdo illum, vel illos comprehendere, vtrum ſi poſtea, intra terminum, non remittat debitum, (quo caſu certum eſt, talem non incurrere dictā cenſuram cùm remiſſione eius, quod debetur omnis tollatur obligatio, ſicut ipſa ſolutione, vulgat: iuribus, *Lazzarius de monitorijs ſect.* 1.
686 *q.* 20. *nu.* 7. *ad finem*) ſed tantum proroget terminum præfixum à iudice, putà quia iubebatur talis intra decem dies, ſub dictæ cenſuræ pæna ſoluere, & pars cum ipſo debitore conueniat, vt ſibi ſoluat intra viginti dies, an hac conuentione non obſtante, debitor tranſactis decem diebus termini præfixi à iudice, ſtatim incurrat dictam excommunicationem, vel potius excuſetur a dictæ excommunicationis incurſu, ob cōſenſum partis, vel prorogationem à parte ipſa conceſſam. Dixi, *Prorogando ſententiam cenſura, &c.* quia hæc cauſa, vt etiam ſequens non habet locum in ſententia cenſuræ iam latæ à iure, vel Conſt. SS. Pontificū ipſo facto, vt eſt certū Pro cuius quæſiti ſic explicati reſolutione, ſit

Prima concluſio: Conſenſus illius in cuius gratia lata eſt cenſura, ſufficit, vt is contra quem fuit lata, non incurrat illam in termino præſcripto à iudice, abſque alio iudicis conſenſu: ita *Abbas & Decius in cap. praterea de appellat. Angelus excommunicatio num.* 20. *Toletus lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 6. *Sayrus lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 20. *Filliuccius tract.* 11. *nu.* 8. qui teſtatur de probabiliori *Lazzarius de monitorijs ſect.* 1. *q.* 20. *nu.* 6. *ad finem*, Bonacina *diſput.* 1. *de cenſuris q.* 2. *p.* 4. *Suarez tom.* 5. *diſput.* 3. *ſect.* 6. *num.* 8. *Henriquez lib.* 13. *cap.* 2. *Hurtado de cenſuris in communi num.* 113. Probatur eadem ratione, de qua ſupra, quòd ſcilicet iudex eccleſiaſticus non vult illum contra quem fert excommunicationem amplius obligare, quàm velit creditor, ergo deobligatio ipſius debitoris magis pēdet ex conſenſu ipſius creditoris, quàm ipſius iudicis, iuxtà regulam illam propter vnumquodque tale, & illud magis, *auth. multo magis C. de ſacroſanctis Eccleſijs c. cum in cunctis de elect.* cùm enim iudex præcipit alicui, vt intra decem dies ſoluat ſuo creditori, &c. ſub pæna excommunicationis, ſupponit; in illo die decimo, quòd debitor teneatur ad ſoluēdū debitum, ſed facta ſibi prorogatione termini à creditore, talis dicto die decimo nō eſt debitor, ergo ceſſat ligare eum excommunicatio dicto die, etiam abſque nouo conſenſu iudicis.

Obijcies pro *Vgolino tab.* 1. *de cenſuris c.* 2. §. 6 *nu.* 5. *Silueſtro excommunicatio* 2. *nu.* 1. *caſu* 13. *& Nau. cap.* 27. *ſumme nu.* 25. quos ſequitur *Naldus verbo excommunicatio num.* 12. *in impreſſione Bonon. de anno* 1618. docentibus, non ſufficere conſenſum partis, ſed etiam requiri conſenſum iudicis, & ſic contrariā ſententiam. Verba cenſuræ debent operari, quod ſonant, ſed ſonant excommunicationem debere incurrere debitorem, ſi trāſacto illo decimo die non ſoluat, ergò cùm tranſacto dicto die ſolutio nō ſit facta, incurritur ab eo excommunicatio. Reſpondeo verba cenſuræ non operari ſimpli-

citer, quod ſonant, ſed quod ſonant iuxta ſuperioris voluntatem; At vt dixi ſuperioris voluntas non eſt, niſi ꝙ ligetur debitor iuxta
687 mentē creditoris, ergo. Obijcies ſecundò, ſuſpendere ſententiam cenſuræ eſt actus iuriſdictionis, ſed creditor non habet iuriſdictionē ad id requiſitam, igitur. Reſpōdeo diſtinguendo de ſuſpēſione, quæ fit directè, & poteſtatiuè, ſtante materia in eodem vigore, & de ſuſpenſione, quæ fit per ſubtractionē materię; primo caſu ſuſpenſio cenſuræ eſt actus iuriſdictionis, de qua ſupra egi à *num.* 675. non autem ſecundo caſu, quo potis eſt actus dominij circa id, propter quod aliquis excōmunicatur; cùm igitur creditor habeat dominium circà id, propter quod debitor excōmunicatur, iure poterit priuſquā ſuus debitor incidat in excommunicationē, ſuſpendere ipſam, illi terminum prorogando, ſicut poſſet ſimpliciter illum liberare, debitum eidem remittendo. Et ſic nota pro praxi, concluſionem noſtram locum ſibi vendicare cùm cenſura adequatè lata eſt in fauorem perſonæ, quæ habet dominium totale ip-
688 ſius debiti, non autem vbi tantum haberet dominium partiale, quod exemplificat, *Suarez diſp.* 3. *ſect.* 6. *n.* 10. in eo caſu, quo in ferēda cenſura, iudex nō ſolum ſpectauit bonum creditoris, ſed etiam bonum commune, & per cōſequens, & ſi creditor cederet iuri ſuo, adhuc tamen remaneret ratio boni communis, videte eum; ſic enim poſſumus dicere nos de Procuratore, & ſimilibus.

Secunda concluſio: Elapſo termino prorogato à parte, in cuius gratia lata fuit excōmunicatio, ſi debitor nō ſoluat ipſi parti pro-
689 roganti, abſque noua ſentētia, incurrit ipſe in excommunicationem. Iſta concluſio eſt ampliatio præcedētis, quia plures Doctores, & ſi concedant, hunc debitorē non incurrere excōmunicationē tranſacto termino præfixo à iudice, etiam ſine ipſius iudicis cōſenſu, tamen negant, ipſum debitorem elapſo termino prorogato à creditore dūtaxat, abſque conſenſu iudicis incurrere ipſam excōmunicationem, ita enim docuerunt *Silueſt. Henriquez*, & *Lazarius*, *ſupra*, pro præcedenti concluſione citati. Noſtra autem concluſio probatur à *Suarez ſupracitato nu.* 11. *Filliuccio ſupracit. nu.* 82. *qui etiam teſtatur de probabiliori*, ſicut etiam teſtatur *Fernandez in ſuo examine Theologiæ moralis p.* 2. *c.* 9. §. 9. *ad finem*, & *Hurtado etiam ſupracit. nu.* 114. hanc opinionem eſſe probabilem, & tenendam, fatetur *Lazarius loco ſupracit.* qui pro hac opinione citat *Toletum*, *Vgolinum*, *Sayrum*, & *Speculum communium opinionū quæſt.* 493. Probatur, quia quādo apponitur terminus in ſimili materia, ille non eſt ad finendam, ſed ad differendam tantum ſatiſfactionem, eſtque idem cum eo, quod aſſerunt iuriſtæ *in l. ſed*, & *ſi. ff. de precario.* prorogationem termini factā, eundē terminū eſſe cenſeri, quia ſub ea conditione fieri putatur.

Ad obiectionem, quę fieri poteſt pro Aduerſarijs; ſi talis tenetur die decimo v. g. ſoluere, & creditor prorogat ſolutionem vſque ad diem vigeſimum, tranſacto die decimo non incurrit ille cenſuram ex voluntate creditoris; ergo neque elapſo die vigeſimo. Cōſequens probatur, quia voluntas iudicis, non eſt pro die vigeſimo, ſed pro die decimo? Remanet iam reſponſum per ſupradicta. Negando, non eſſe voluntatem iudicis pro die vigeſimo eum ligare, cùm eius voluntas, vt dixi, reguletur iuxta voluntatē creditoris, in cuius gratia tulit ſententiam cēſuræ. Vndè egregiè. *Hurtado loco ſuprac. ſubdit quòd ſenſus ſimilis præcepti iudicis ſit. Præcipimus tibi, vt infrà v. g. decē dies, ſoluas ſub pœna cenſuræ; ita vt ſi intrà illum ſolueris, quamuis in fine non vt óles præceptum meum, nec incurras cenſuram, benè tamen ſi vltra diſtuleris ſolutionē* addēdo, meo iudicio, pro maiori claritate ex ſupradictis, hæc alia verba, *iuxta voluntatē eius, in cuius gratia, facio tibi hoc præceptū*, nā termino prorogato elapſo, incurritur ipſa cenſura abſque nouo conſenſu iudicis, non quia pars differat directè præceptum, & lationem cenſuræ, ſed indirectè differendo & ſuſpendendo obligationem ipſius debitoris, ſibi ſoluendi, cui obligationi iudex præcipit ſatisfieri à debitore, vt ipſemet *Author* proſequitur. Limitat tamen hanc ſententiam *Reginaldus lib.* 9. *praxis num.* 109. *ad finem*, & optimè, vbi certò conſtet, iudicem
* non habuiſſe dictam mentem, quia tunc debitor non incurrit dictam excommunicationem, neque in termino à iudice præfixo, neque in termino prorogato à parte, in dubio autem præſumitur tantummodo id, quod dixi, intentionē ſcilicèt iudicis eſſe cōformem voluntati partis, in cuius fauorem præcipit, vt ſupra.

Hinc deducitur fundamentum doctrinæ illius, quam poſt *Suarez.* ponunt *Filliuccius tract.* 14. *num.* 21. *Reginaldus lib.* 13. *ſuæ praxis num.* 283. & *Alterius lib.* 3. *de cenſuris diſp.* 1. *c.* 7. *verſ. dubitatur*, nempè obligatos in for-
690 ma Cameræ certo tempore ſoluere penſionem v. g. vel tertias, aut ſummam aliam pecuniæ (quæ obligatio continet pœnam excommunicationis ipſo facto, contra dicto tempore non ſoluentes, vt ſupra, vel aliàs promiſſum ſub ea obligatione non adimplentes) non incurrere dictam excommunicationem, niſi à creditore, vel penſionario fuerint interpellati, per quam interpellationem ſe declaret dictus creditor, vel penſionarius, velle, ita obligatos eam incurrere, fundatur enim in ea ratione, quòd ſcilicèt quoties creditor, vel penſionarius, &c. ſciens

&

Digitized by Google

& potens debitũ,vel penſionem petere, non
petit, cẽſeatur terminum illum prorogare.
691 Ampliat primo hanc concluſionem *Sanchez lib.5. ſummæ moralis cap.55.nu.6.* in
iuramento, quia ſi aliquis iurauit ſoluere
debitũ certo die,ac ei poſtea terminus proro
getur à creditore,nõ per hoc deſineret debi-
tor ſub vinculo iuramenti teneri ſoluere in
termino prorogato, quod nõ ſolũ intelligi-
tur de prorogatione expreſsè facta à credi-
tore, ſed etiã de tacita, ſcilicèt vbi poteſt in-
terpellare debitorem, & non interpellat,
prout explicaui ſupra *p.1.recoll.26. n.17.*

Ampliat ſecundo, *Villalobos in ſumma p.1.tract.1. difficult.23.num.4.* in eo qui iam
contraxit excommunicationem,à qua tamẽ
ex conſenſu partis,fuit à iudice abſolutus ad
692 reincidẽtiam v. g. pro quindecim diebus,
quòd ſcilicèt antè quam compleatur ille ter
minus,pars illum poſſit prorogare, ita quod
elapſo termino prorogato,ſi nõ ſoluerit, eo-
dem modo reincidat in excommunicationẽ
abſque alio facto iudicis, videte eum. hæc
ampliatio habet locum etiam in eo caſu,vbi
talis fuiſſet declaratus tantum incurriſſe cen-
ſuram latam à iure, quia ſufficit, quod pro-
rogatio ſit facta poſt dictam abſolutionem.

Ampliat tertio *Lazzarius cit. q.20. num.6.*
in excommunicatione comminata per mo-
693 nitoria, quia ſi pars concedit dilationem
illi, qui debet reuelare, vel reſtituere,iuxtà
tenorẽ ipſius monitorij,priuſquãincurrat in
excõmunicationem in eo latam,non incidit
in illam, termino monitorij elapſo, ſed bene
termino dilationis, ſeu prorogationis ela
pſo. An autẽ ex partium cõſenſu poſſit mi-
nui,aut prorogari terminus datus ad appel-
landum,vide *Sanchez lib.3. opuſculorum mo-
ral.c.2.dub.32.n.75.& 78.*

*Decimaoctaua cauſa excuſationis ab incurſu cenſuræ ſcilicèt, intentione iudicis ferentis illam.*

CVm enim,vt ſupra in principio quæſiti
præcedentis innui, totum robur cen-
ſuræ pendeat ex intentione ipſius Iudicis,
qui illam fert, ſequitur neceſſariò, quòd ſi-
cut illius intentio eſt cauſa, aliquem ligan-
di cenſura ab eo lata,quem voluit illum cõ-
prehendere (exiſtente cauſa iuſta) ita etiam
poſſit eſſe cauſa, aliquem excuſandi quan-
694 do conſtat noluiſſe eum comprehendere,
*Philippus probus in addit. ad Ioannem mona-
chum in c.2.de conſt.in 6. nu.35. & ſeq. Nau.
cap.27.num.14. Suarez tom.5. diſput.2.ſect.4.
Sayrus lib. 1. de cenſuris cap. 16. num. 7.* ibi,
*ideò quando iudex generaliter excommunicat
non reuelantes, vel eos, qui fecerunt aliquid,ſi
intẽdit aliquos eximere, nõ ligaret ur excõmu-
nicatione. Megalius p.3.lib.1. cap.3. n.72.* vbi
optimum ſimile ſubdit de effectu ſacramẽ-
torum,qui non ſequitur etiam poſita mate
ria,& idoneo miniſtro, niſi etiam adſit inten
tio ipſius miniſtri;ita in caſu noſtro, nõ ſuf-
ficit,quòd iudex quis ſit eccleſiaſticus habẽs
iuriſdictionẽ in hunc ſubditũ,vel hos ſubdi-
tos,& ipſi ſubditi ſciant id,quod denunciari
mandatur ſub pęna excommunicationis,vel
etiam fecerint id,quod ſub eadem pæna,illis
facere prohibetur; niſi adſit intentio ipſius
Iudicis,illos non eximendi,&c. latè *Lazza-
rius de monitorijs ſect.1. q.20. num.50.* qui ait,
*quòd iudex regulariter non intẽdit ligare eos,
quos ſi cogitaſſet, exciperet, vt vxorem filium
aut fratrẽ, nec quem iuſta cauſa excuſat &c.*
695 Qui in ſpecie *ſect.2.q.2. n.2.* Quærit an Or-
dinarius vbi ei expedire videbitur, principa-
lem, vel alios ab obligatione propalationis
eximere poſſit illos eximere, nõ ſolũ q̃do ip-
ſæ concedit monitoriũ,ſed etiã q̃do cõcedi-
tur à S. Pontifice, cuius exequutio ipſi Ordi-
nario eſt commiſſa? Et reſpondet affirma-
tiuè ob clauſulam illam in ipſis monito-
rijs Papalibus apponi ſolitam (*pro rei, loci,
temporis, & perſonæ qualitatibus, vobis pro ve-
ſtra conſcientia, videbitur expedire,* nota quia
hoc caſu, non ad ſui libitum conceditur exi
mere,ſed quãdo iuſta cauſa ſubeſt eum exi-
mendi, & ſic quæ non reſpiciat ſuã perſonã,
ſed cauſam ipſam, ob quam monitorium à
S. Pontifice conceſſum fuit. Vndè ſi ſciunt,
habent, &c. quòd in dicto monitorio reue-
lari, vel reſtitui mandatur, non debent cen-
ſeri exempti Si autem quis fraudulenter,ſeù
ſubreptitiè à Sede Apoſtolica impetraret
696 monitorium, aſſerens, ſibi ſublata fuiſſe
bona aſcendentia ad ſummam quinquagin
ta ducatorũ(quod quidẽ nõ cõcederetur il-
li;niſi pro tali ſũma)ſi re vera bona ſibi ſub-
lata non aſcendant ad dictam ſummam,nul-
lus teneretur reuelare,nec ſub excommuni-
cationis pæna reſtituere, vt poſt *Genuenſem*
notat *Lazzarius ſupra c. q. 20. nu.1. ad finem.*
Eſtque id quod aſſerunt Doctores commu-
697 niter,nullam reddi ſententiam cenſuræ ex
defectu iudicis non intendentis ligare,quod
non ſolum intelligi debet, vbi iudex fingit
tãtum ſe excommunicare, animum autem
eam ferẽdi non habeat, vt ait *Sayrus cit. n.7.
in principio, & Reginaldus lib.9.num.*105. Vt
v. g. ſi tantũ iudex intenderet per illam ter-
rere, & non ligare, nullum ligaret, poſt
*Panormit. in c. ex parte n 7. de officio ordinarij,
notat Fernãdez ĩ ſuo examine Theologię mora
lis p.2.c.9. §.9. in principio, ſed etiã in caſu de
quo ſupra.* ex quo autẽ intẽtio ipſius iudicis ſẽ
per p̃ſumitur talis, qualis de iure eſſe debet,
vt poſt *Iaſonẽ, & Rodriquez, notat Lazzarius
ſupra c. quæſt.20.num.4. ad finem*, & de iure
698 intentio iudicis, niſi aliundè contrarium
conſtet,præſumi debet, quod ſit conformis
verbis ſententiæ, in dubio non debet præſu-
 mi

mi ferre iſtam ad terrendum, ſed ad infligēdā cenſurā, & dixi ſup. *p. 1. recol. 15. nu. 44.*

Adde, quòd vt alias dixi, Iudices eccleſia-
699 ſtici non debent fulminari cēſuras, maximè excōmunicationis ad terrēdum, quia ſic poſſunt eſſe cauſa, vt per conſcientiam erroneā, aliqui putent ſe incidere in excōmunicationē, vel eſſe excōmunicatos, qui licèt eo caſu in illā nō incidāt ratione dictæ cōſciētiæ erroneæ, tamē mortaliter peccarent, vt notat *Alphonſus à Caſtro lib. 1. de lege pœnali cap. 5. documento 4. Graffius libro 5. conſil. cōſ. 9. de ſent. excommunicationis*, ſufficit tamen ſi dicta mens conſtet ex coniecturis, *l. imperator ff. de legatis 1. l. cum auus ff. de condit. & demonſtrat.* in terminis noſtris poſt *Sayrum, Lazzarius ſupra c. q. 20. nu. 10. ad finem.* Quod autem Regulares non teneantur reuelare vi
700 monitorij Epiſcopalis, id non eſt, quia cenſeantur ex intentione Epiſcopi nō comprehenſi in illo, ſed quia de iure ſunt exempti à iuriſdictione ipſius Epiſcopi, vnde ſecus eſt ſi monitoriū ſit Papale, qa tūc regulares etiā obligarētur reuelare, &c. vt dixi ſupra, & illic allegatis, addo in terminis *Graffium conſ. 2. ad finem de ſent. excommunic.*

*De nona cauſa, ob quam dubitari poteſt, an quis excuſetur ab incurſu cenſuræ, ſcilicèt vbi præceptum ſub illa pœna impoſitum non fuit acceptatum.*

CAſus pro cenſura ab homine per ſententiam generalem (quia pro cenſura per ſententiam, vel præceptum particulare, iſta cauſa non deſeruit) ponitur à *Graffio cōſil. 4. de ſententia excommunicationis*. Et eſt de quodā Prçlato, qui aliquibus ſuis ſubditis fecit multa præcepta ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, qui ſubditi cùm ſemel & iterum rogare fecerunt Prælatum, vt dicta præcepta tolleret, Prçlato non acquieſcēte, ad eius aures peruenire fecerunt, quòd nullatenus poterāt, neque volebant illa obſeruare, & hac occaſione proponit hanc difficultatem, an ſubditi præfati excuſentur à contrauentione dictorum præceptorum, quia ſciente Prælato, dicta præcepta non ac-
701 ceptauerunt. Et reſpondet cum diſtinctione, aut non acceptatio prædicta præceſsit ſciente, & tollerante Prælato, aut ſciente tantum, non tamen tollerante; Primo caſu excuſat dicta non acceptatio ab incurſu cenſuræ; non autem ſecundo caſu, quia vt ipſe optimè ſubdit, tolleranti Prælati circa ea, quæ à principio communiter non recipiuntur, excuſat à peccato, & ſic non ſufficit ipſius Prælati ſola ſcientia non acceptationis; ſi eam, quoque ſcienter non tollerant, alioquin, vt ipſe ſubdit, eſſet in poteſtate ſubditorum, ſe à ſuperiorū ſubiectione eximere, & eiſdem reſiſtere, contrà dictum *Apoſtoli ad Romanos 13. qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit*, ſed *Graffius* hic loqtur de obſeruatione, ſecūdū opinionē eorum, qui docēt, tunc nō obſeruantiā ipſius legis à principio, (quæ ſignificat non acceptationem, cùm enim rarò, vel numquam hęc acceptatio, vel non acceptatio fiat à populo ſimul congregato, nulla datur acceptatio, vel non acceptatio, præter eius obſeruātiam, vel trāſgreſsionē) excuſare ab obſeruatione, quādo adeſt tacitus cōſenſus ipſius ſuperioris circa dictam inobſeruantiam, nempè quia ſcit, & tollerat non puniendo tranſgreſſores, hi ſūt *Silueſter verbo lex q. 6. verſ. 4. &c. Regin. l. 16 n. 62.* Cuius tamen contrarium, ſcilicèt etiā
702 ignorante ſuperiore, poſſe induci dictam non acceptationem, ſufficientem ad impediendam legis obligationem, dicit multo probabilius; imò certum alijs allegatis *Caſtrus Palaus t. 1. tract. 3. diſp. 1. p. 14. nu. 10.* Et ſi vt idem *author. ibid.* ſubdit, *in fine citati num. 10.* ſit differentia inter caſum vbi prætendi-
703 tur impedimentum obligationis legis, vel ſententię generalis (quæ in hoc æquiparantur) vbi concurrit circa non acceptationem cōſenſus tacitus ipſius ſuperioris, vel vbi interuenit illius ignorantia, nā primo caſu breuiſsimo tēpore, vno, vel alio actu tolerato à maiore parte populi, lex ceſſabit. Secūdo verò caſu, nēpè quādo ſupior ignorat nō acceptationem, & ſi ſecundum aliquos requiratur, vt per decennium ſit præſcripta inobſeruantia, tamen ipſe *Caſtrus Palaus, cum Suarez lib. 4. de legibus c. 16. nu. 12.* Exiſtimat ſufficere minus tempus, qui *Suarez ibid.* ſi benè legatur licèt *in principio*, dicat eſſe nō ſolum probabilem, ſed in conſcientia, & praxi ſecuram ſententiam *Felini, & Henrici*, qui nihil diſtinguunt inter caſum ſcientię, vel ignorantiæ ſuperioris, ſed ſimpliciter docēt, ad hanc non acceptationem non requiri certum tempus, ſed ſolum repugnantiam per actus contrarios in numero ſufficienti prudētū arbitrio, tamē poſteà in fine *eiuſdē n. 10.* ſubdit hæc verba. *Nihilominus et conſequenter loquamur aliqua differentia adhibenda eſt inter caſus ſcientiæ, vel ignorantiæ Principis. Nam quando Princeps à principio ſcit repugnantiam, & non obſeruantiam ſubditorum, & diſſimulat; ſtatim poſt nonnullos actus contrarios toleratos, cenſetur prudenter reuocata lex. At verò quando Princeps ignorat, oportet, ut longior ſit conſuetudo, &c. ut iam prudenter iudicetur, non eſſe utilem tali oppido, & ideò iuſtè præſumatur à Pontifice, vel Principe reuocata*, idemque eſt, ac ſi dixiſſet, ſecundo caſu ignorantiæ procedere opinionem *Felini, & Henrici*, ſcilicèt non requiri certum tempus, nec etiam ſufficere duos, vel tres actus

Digitized by Google

actus,ſicut in caſu ſciẽtiæ; ſed deſiderari plures actus arbitrio prudentum,quod procedit meo iudicio in foro cõſcientiæ, quia in foro
704 externo requiritur,quòd decem annni ſaltem effluxerint à die legis latæ, in quibus moribus vtentiũ non fuerit approbata *Rota Romana apud Caputaquenſem deciſ.204.nu.3. & alÿ apud nouiſſimum Iulium Cartarium deciſ.criminali Curia Archiepiſcopalis Mediolanenſ.46.nu.71.* vbi poſt *Alex.* teſtatur de magis communi, loquendo de conſtitutione Greg. XIV. de immunitate. Adde etiã requiri decẽniũ inſpecta ignorãtia ipſius legis, vel ſententia,ſic intellige *Villalobos p. 1. ſumma tr.2.diſſ.16.n.3.* ibi, *La ley queno eſta receuida por ignorancia,tãbien dexa de obligar, como ſi fuera por cierta ſciencia, porque eſta tal ley no eſtà confirmada con el vſo,* allegans *Nauar. conſ.1.de conſt.num.26.& Azor.p.2.lib.5.c.4. q.3.* Sed quæres an primi tranſgreſſores,& ſic
705 non acceptantes in principio leges, ſeu ſententias generales,peccent contrà legem, ac ſententiam,& per conſequens incurrãt cenſuram in ea impoſitam? *Bonacina de legibus diſp.1. q.1. p.4.nu.39.* diſtinguit,vel ſuperior intendit obligare ſuos ſubditos independenter ab acceptatione populi,vel dependenter, primo caſu peccant primi tranſgreſſores nõ autem ſecundo caſu;hæc diſtinctio, vt verũ fatear non mihi placet, quia difficiliter quis ſcire poteſt verum in lege ferenda ſuperior ſubintelligat illam conditionem,ſi fuerit acceptata, præterquam quòd plures doctores
706 docent, legem maximè canonicam obligare regulatiter independenter à populi acceptatione, vt eſt vide apud *Caſtrum Palaũ ſuprac.p.13.à nu.3.* Qui *nu.6.in fine*,pro reſolutione huius quæſiti,ſubdit hæc verba. *An verò primi tranſgreſſores, culpa rei fuerint decidedum iuxtà dicta, ſi probabiliter præſumpſerint,ignoraſſe Pontificem difficultatem legis, vel conſuetudinem in contrarium,quã ſi ſciret, non fore laturum legem, à culpa excuſantur, ſecus verò ſi hanc præſumptionem probabilem non habuerunt;* & licèt ibi non declaret, an hęc diſtinctio æquè procedat, vbi adeſt ſciẽntia talis inobſeruantię in ſuperiore, ac ignorantia,tamen *nu.10.ad finem* id videtur explicare ibi, *Quo circa mihi non probatur, quod dicit Azor. & Nauarr. primos tranſgreſſores non peccare, ſi tranſgreſſionem ſciat legiſlator,& non puniat,quia ad hoc, vt ſciat tranſgreſſionem legiſlator,ſupponitur tranſgreſſionem eſſe. Ergo, ex ſcientia ſubſequentes honeſtari tranſgreſſio non poteſt.* Clarius autem procedendo, diſtinguerem circà huius quæſiti reſolutionem plures caſus, Primus caſus eſt, vbi Cõmunitas ex rationabili cauſa ſupplica
707 uit ſuperiorem pro reuocatione legis? (licèt enim à lege non detur propriè appellatio *l.ſi res. ff.de appellat.recipiendis, vel nõ recipiendis,& dixi ſupr à nu.665.*) datur tamen ſupplicatio, vt ſupponunt Doctores infracitandi)quia tũc interim ſuſpenditur eius obligatio, per conſequens nõ peccabunt trãſgreſſores? ita *Bonacina Salon. Salas, Caſtro, & Rodriquez apud Caſtrum Palaum loco ſuprac.num.14.* vbi fatetur,hanc opinionem eſſe probabilem, & ſi putet,cõtrariam opinionem *Suarez* probabiliorẽ ſupponit pro certo *Villalobos p.1.ſumma tract.2.diff.16.nu.4. & 6.*cum alijs allegatis per *Dianam p.2.trac. 10.reſ.6.* vbi quòd ſi S. Pontifex audita communitatis ſupplicatione,taceat,& non reſpõdeat dictæ ſupplicationi, præſumatur legem reuocare,niſi ex cõiecturis, colligeretur clarè,taciturnitatem Pontificis non dirigi ad reuocandam legem; ſed potius ad pertrahendos ſubditos benigno, & ſuaui modo ergà eius obſeruantiam,quod etiam dixit *Caſtrus Palaus cit.pun.13. ad finem,Layman cit.cap.3. num.7.* vbi ſupponit dictam ſupplicationem fieri ad iudicem ſuperiorem, ſed non per hoc prohibemur ſupplicare eundem,maximè ſi fuerit ſupremus Princeps, *Caſtrus Palaus*,ſuprà: certum autem eſt,quòd vbi poſt ſupplicationẽ punit ſuperior tranſgreſſores, non cenſeatur illam reuocare.

Secundus caſus eſt,quando ante ſupplicationem fit tranſgreſſio, & tunc vel procedit
708 ex iuſta cauſa, puta quia arbitratur illam legem eſſe iniuſtam, vel nimis grauem, aut conſuetudini contrariam, vel abſque iuſta cauſa,ſed tantum; vt non ſentiat ſubiectionẽ vel grauamen;primo caſu,excuſantur tranſgreſſores à peccato, non autem ſecundo caſu: nam primo caſu probabiliter poſſunt pręſumere, legislatorem aut ignorare difficultatem, aut legem appoſuiſſe, intentione potius experiendi, quid circa illam ſententia ſubditi,quàm eos obligandi, nõ autẽ ſecũdo caſu, vt percipi poteſt ex eodem *Caſtro Palao ſup.n.12.ad finem, & n.13. verſ. ad ſecũdũ Villalobos p.1.ſumma tr.2.difficult.16.num.5.* qui ſubdit, *que ſeria cauſa razonable,quando vieſſen, que ſus mayores, o la mayor parte dellos no la guardan, ò la comiençan aguardar, &c.* quòd intellige, vt infrà.

Tertius caſus eſt, quando maior pars reſi-
709 ſtit legi, illam non obſeruando, & tunc diſtinguendum eſt, vt ſupra, aut ſuperior reſiſtentiam ſciat, & conuiueat non puniendo, vel dictam reſiſtentiam ignorat,aut denique ſcit, & ad legis obſeruationem compellit puniendo tranſgreſſores; primo caſu excuſantur reliqui, ſeu particulares perſonę, ab obſeruantia, quia adeſt opinio probabilis in eis de voluntate Superioris, quòd nolit per dictam legem obligare ſubditos, vt per eundem *Caſtrum Palaum ſup.nu.12.* ſicut etiam ſecundo caſu idem dicendum eſſet, vt arbitratur, *Layman cit.lib.1.trac.4.cap.3.verſ.Tantum*

tium

Digitized by Google

*tium ſi lex*, verbis infrà referendis. Tertio tandem caſu, non excuſantur reliqui de minore parte communitatis. Verba *Layman*. sũt iſta. *Si lex in Prouincijs, vel Diæceſibus promulgata ſit, refert vtrum legiſlator, populi repugnantiam ſciat, & conniueat, an verò ignoret, an denique ſciat, & ad legis obſeruationem per exequutores compellat? Primo caſu cenſetur legem reuocare, tamquam ſubditis difficilẽ & incommodam, ſecundo caſu, legis obligatio durat donec legitimæ præſcriptionis tempus decurrat. Arbitror tamen, ſi tu legem promulgatã recipere paratus ſis, & data occaſione etiam obſerues, ſed alij plerique è communitate non recipiant, neque recepturi exiſtimentur, per Epykeiam excuſatum te fore à legis obligatione etiam antè expletũ tempus præſcriptionis. Tertio caſu, ſinguli eam obſeruare tenentur, ſi iuſta ſit, etiam ſi maior communitatis pars reſiſtat, quia ratio naturalis poſtulat, vt in ſchiſmate, & diſſenſione, quodlibet mẽbrum, ſui capitis potius, quàm reliquorum membrorum ductum, atque imperium ſequatur.* Maior autem pars communitatis metienda eſt, non à toto Regno, vel Prouincia, pro qua fertur lex, vel ſententia generalis, ſed ex communitate particulari, quæ per ſe capax eſt legis. Vnde inquit *Layman loco ſupracitato num. 5. oportet quemlibet conformari cum ea communitate cui ipſe proxima pars eſt, quare ſi lex in alijs Regnis, Prouincijs, vel Diæceſibus recepta ſit, eius obligatione non adſtringeris*, Clarius loquitur, *Caſtrus Palaus cit. p. 15. ſub nu. 5. poſt Bonacinam, & alios ab eo allegatos*, ibi, *quò circa ſi Rex, aut Pontifex legem ferat pro tota Eccleſia, aut Regno, & aliqua Ciuitas, ſeù maior pars illius, vel ex ignorantia, vel ex ſcientia legem non obſeruet, reliqui de illius ciuitate excuſantur à culpa, quia in illa ciuitate recepta nõ eſt, et ſi in omnibus alijs partibus lex obliget, quia recepta fuit.* Quando autem dicit iſte au-
710 thor, *aliqua Ciuitas*, non intelligas ſecundũ vſum italicum, tantum de ea, quæ habet Epiſcopum, quia etiam verè Ciuitas eſt, quæ habet officiales defenſores cum iuriſdictione, licèt non habeat Epiſcopum, *Bartolus in extrauag. qui ſint rebelles in verbo Lombardia nu. 6. verſ. ſed quid dicas*, videte eum. Caſtra autem, & oppida ciuitatis, ſicut obligantur ſtatuta ciuitatis ſuæ, *Paulus de Caſtro conſ. 171. viſa, & ponderata lib. 1. in principio*, ita circa acceptationem, vel nõ acceptationem legis, vel ſententiæ generalis, regulari debẽt iuxtà maiorem partem reſpectu eiuſdem Ciuitatis, in terminis, *Suarez lib. 1. de legibus cap. 6. ſub nu. 19.* vbi quærit quænam ſit communitas, quæ capax ſit propriè legis, ibi, *Poteſt enim in alijs communitatibus eſſe latitudo, & licèt ſingula, per ſe ſpectata, perfecta ſint, tamen illa, quæ eſt pars alterius ſub hac ratione imperfecta eſt, non abſolutè, ſed comparatè, & reſpectiuè.* Quòd autem fieri poſſit, vt lex
711 ſecũdum vnam ſui partem, vel ſecundum vnum genus hominum in vſu poſita ſit, ſeu acceptata, ſecundũ alterã verò non ſit, vt v.g. ſi ſoli clerici, & non laici, vel vt ſoli Regulares, non autem ſeculares, leges ſeruent, ſupponunt omnes ſupracitati authores, *& in ſpecie Layman cit. lib. 1. tr. 4. ca. 3. ſub n. 1.* Qui *ibid. n. ſequenti*, ſupponit etiã pro certo, quòd
712 etſi in dubio, an lex recepta ſit, necnè, præſumi debeat, ꝙ ſit acceptata, *Azorius p. 1. l. 2. c. 19.* tamẽ ex eo, quòd hoc caſu ſimus in materia odioſa, nempè vbi agitur, an hæc, vel illa lex, excõmunicationem, ſuſpẽſionẽ, interdictũ, irregularitatẽq. imponẽs, ſit vſu recepta, aſſerit, in foro conſcientiç, poſſe eam partem amplecti, quæ negat dictam legem vſu eſſe receptam, idemque iuris eſſe, ſubdens, ſi inter Doctores ſint probabiles ſententiæ, quibuſdam affirmantibus, eam eſſe vſu receptam, alijs è contra negantibus. hãc opinionẽ dicit probabilem, *Diana t. 1. tr. 10. recoll. 3.* Qui ex hoc infert, quid dicendum ſit *de conſtitutione Clem. VIII. de munerum largitione*, de qua ſupra *par. 1. recoll. 11. nu. 281. & de extrauag. ambitioſa*, circa quas, eſt dubiũ inter authores, an ſint receptæ, maximè quò ad pænas ibi impoſitas, quia eodem modo
713 dicendũ, prout dixi ſupra. Primam opinionem affirmantem procedere quo ad forum externum, non autem quò ad forum internum. Vnde *Layman ſup.* poſt quam illam docuiſſet, aſſerẽdo, *in dubio num. ex recepta ſit nec ne, pro ipſa præſumendum eſt*, rectè ſubdit *loco ſupracit.* iſta verba, *vt qui eam in fauorem ſuæ cauſa allegat, intentionem fundatam habeat, onuſque probãdi in aduerſarium reijciat, qui legem receptam negat*, allegans *Rodriquez*, & benè confirmat *Iulius Cartarius ſupra c. deciſ. 46. nu. 67. poſt Seraphinum deciſ. 153. & alios* loquens in terminis *Conſtit. Greg. XIV. de immunitate*, & ego addo *deciſ. 775. p. 1. di-*
714 *verſ. in nouiſſimis.* Sed quid ſi lata ſit aliqua lex, vel ſẽtẽtia vt ſupra, ac inſtet tẽpus obſeruationis illius, in quo tamen tẽpore, neque à populo eſt approbata, neque reprobata, ſi de facto illam non obſerues, an peccas, *Caſtrus Palaus ſupra c. nu. 3. ad finem* reſpondet affirmatiuè, quia tunc tantum eſſe poteſt dubiũ, an ſit recipienda vel non, quod non excuſat in foro cõſcientiæ, niſi in caſu, quòd lex valdè difficilis ſit, aut grauis, prout dixi ſupra. Sed id intellige, vt per *Villalobos* relatum
715 ſupra ſub *numer.* 708. quando foret abſque rationabili cauſa, clarius *Layman cit. c. 3. nu. 3.* vbi loquendo de lege Pontificia promulgata in Curia, non autem in diſtantibus Prouincijs, ſubdit, quò ad praxim, ſe arbitrari *damnandos non eſſe, neque puniendos ſingulos è communitate; ſi legem Pontificiam in ſua Diæceſi, neque promulgatam, neque vſu receptam,*

*ipſi*

Digitized by Google

*ipſi quoque non obſeruent. Primò quia contraria non paucorum DD. ſententia eſt, quòd non minus ad Pontificiam, quàm ad Imperatoriam legem opus ſit promulgatio in Prouincijs. Secūdò quia præſumendum eſt, mentem legiſlatoris eſſe, vt lex præſcripta in Diœceſi non promulgata à Diœceſano vno, altero, vel paucis obſeruetur, ſi maior pars communitatis non recepit, neque breui tempore receptura, vel obſeruatura exiſtimetur, etenim lex cùm ſit commune mandatum, communiter obſeruari oportet.*

Quid autem obſeruandum ſit, quando eſt dubium an lex, vel ſententia ſit vſu recepta, necne, vide *infra, num.* 721.

*De vltima cauſa, de qua dubitari poteſt, an excuſet a cenſura incurſu, ſcilicèt conſuetudine.*

POteſt enim lex, vel ſentētia generalis imponens pęnam cenſuræ à principio acceptari, & per aliquod tempus obſeruari, & per conſequens pro eo tempore ligare ſubditos, legem vel ſententiam ferentis. Tamen poſtea contraria conſuetudine abrogari, & per conſequens deobligari ſubditos ab eius obſeruantia; hæc enim eſt vis conſuetudinis,
716 quòd præualeat aduerſus legem humanā, *l. conſuetudo C. quæ ſit longa conſuetudo*, conditiones autem requiſitæ ad hoc, vt conſuetudo contraria, legem vincat, habentur in *c. finali extra de conſuetudine*, nempe quòd illa ſit rationabilis, & etiam legitimè præſcripta, p̄ter iſtas nihil aliud requiritur, vt benè *gloſ. in d. c. finali ad finem*, & poſt alios, notat *Layman lib.* 1. *tract.* 4. *c.* 24. *nu.* 4. Nec enim ex eo, quia conſuetudo eſt contra legem, vt ſupra,
717 iudicanda eſt irrationabilis, patet nam aliàs non diceretur legem vincere, *ſtat enim optimè conſuetudinem contrà legem incipere, & procedere irrationabiliter: at ſi multo tempore perſeueret, reddi rationabilem, quia iam eſt rationi conſonum, & Reipublicæ expediens, ne culpa vltra progrediatur, neue ciues ad obſeruātiam rei difficilis, tanto tempore adſtringantur* ita poſt *Suarez lib.* 7. *de legibus cap.* 18. *& Bonacinam explicat Caſtrus Palaus t.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 3. *p.* 2. *§.* 1. *nu* 3. Sed amplius deſideratur, vt dici poſſit irrationabilis, nempè quòd etiā aduerſet iuri diuino, aut naturali, vel à iure canonico reprobetur, vel peccandi licentiā occaſionem prębeat, vel alia ratione communi vtilitati pernicioſa ſit; vt poſt alios, ſubdit, *Layman loco ſupracitato verſ. circa primo horum*, de qua re latius ex iuriſtis, *Iulius Cartarius decis. Curia Archiepiſcopalis Mediolan.* 46. *à nu.* 3. vbi de conſuetudine contra immunitatē eccleſiaſticā, his. n. caſib⁹ potius corruptela nuncupari debet *cap. cum venerabili, & cap. finali vbi gloſa ex. de conſuetud. c.* 1. *eod. tit. in* 6. Quando in lege apponitur illa clauſula, *non obſtante quacunque conſuetudine*, vtrum cenſeatur derogatum cōſuetudini præteritæ tantum, ſiuè ſit immemorialis, ſiuè non, vel etiam futuræ, videte. *Sanch. de matrim. lib.* 7. *diſput.* 4. *Villalobos p.* 1. *ſumma tr.* 2. *difficult.* 39. *n.* 8. *Layman loco supracit. nu.* 7. ꝙ in dubio cōſuetudo antiqua, præſumatur rationabilis habetur in *l.* 2. *vbi Bartolus C. quæ ſit longa conſuetudo*, vbi hoc explicat, in caſu, vbi non conſtat de eius iniuſtitia, & dixit *D. Thomas p.* 2. *q.* 7. *art.* 3. *proſequitur Villalobos loco suprac diff.* 38. *nu.* 9. *ad finem.*

Circa ſecundā conditionē, ſcilicèt præſcriptionem, ipſius cōſuetudinis contra legem, & ſi cōmunis opinio, doceat, aduerſus iura eccleſiaſtica, ordinarium præſcriptionis tem-
719 pus eſſe quadraginta annorum, vt poſt alios teſtatur. *Layman loco suprac. num.* 6. *ad finem*, tamen contraria opinio, quòd ſufficiat tempus decem annorum tantum; probatur ab authoribus non ſpernendæ doctrinæ, nempè *a Leſſio lib.* 2. *de iuſtitia cap.* 5. *num.* 45. *Azor p.* 1. *lib.* 1. *c.* 18. *q.* 6. *Emanuele Sà verbo conſuetudo nu.* 6. & nouiſſimè confirmat. *Caſtrus Palaus t.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 3. *p.* 2. *§.* 2. *n.* 9. ea ratione, quia conſuetudo abrogans legem eccleſiaſticam, non poteſt dici conſuetudo contra Eccleſiam, & conſequenter requirens ſpatium quadraginta annorum, vt putant aduerſarij, cùm vt ſupra dixi, licèt talis conſuetudo à principio dici poſſit contra ipſam Eccleſiā, quæ legem tulit, tamen vbi eſt rationabilis, & multo tēpore perſeuerat, eſt pro Eccleſia ipſa, quæ cenſetur illi conſentire, ne culpa vltra progrediatur, neue ciues ad obſeruationem rei tam difficilis, tanto tempore adſtringantur, vnde talis conſuetudo poteſt dici contra eccleſiam, & pro ipſa eccleſia, quæ nō indiget præſcriptione 40. annorum, ſed tantum decem annorum, vt tradit. Rota in nouiſſimis recollectis per *Farinac. par.* 2. *decis.* 375. *num.* 8. allegatam per *Caſtrum Palaum loco ſupracitato*. Quòd autem iſte conſenſus Eccleſiæ præſumi debeat, patet ex notatis *à Sanchez libr.* 7. *de matrimonio diſput.* 4. *nu.* 11. & notat *Villalobos citato tract.* 2. *diffic.* 38. *nu.* 6. *&* 7. Sed hæc procedunt, quò ad forum externum, quò verò ad forum internū,
720 vt quis non cenſeatur peccare contra legē, ſufficit, quòd talis putet, agendo cōtra ipſam legem, non peccare, vt benè concludit poſt *Sotum*, *Villalobos loco citato num.* 12. *verſus finem.* ibi. *Y contentame mucho lo que dize Soto que entonces ſe entiēdera, que la coſtumbre eſta legitimamente preſcrita, y tiene fuerza de ley quando los del pueblo pienſan, que hazer contra ella es pecado: y no ay que aue riquiar mas de tiempo para el fuero de la conciencia, &c.*

721 In dubio autem, an ex conſuetudine lex cenſurā imponens ſit abrogatā nec nè, quia lex poſſidet, hoc caſu iudicandum fore non

eſſe

Digitized by Google

eſſe abrogatam, vt poſt Sanchez, & Salas, pro certo ſupponit Caſtrus Palaus t. 1. diſput. 3. p. 11. nu. 6. ad finem, ſecus autem dicas, ſi res eſt ſub opinione, & ſi contraria ſit probabilior, vt in caſu fortiori, nempè dubij ſimilis circa acceptationem legis, docet Sanchez lib. 1. ſumma c. 9. nu. 35. qui exiſtimat, quòd in caſu dubij negatiui, ideſt vbi quis neutri parti aſſentitur iudicādū ſit pro tutiori, & ſequor ſupra par. 1. recoll. 15. num. 35. Contrarium tamē, vt valde probabile, nouiſſimè docet Caſtrus Palaus loco ſuprac. p. 4. & ſi fatetur, opinionem Sanchez, eſſe probabiliorem, ſequitur Diana par. 2. tract. 3. reſ. 14.

*De pœna ſuſpenſionis, quam incurrit iudex, qui ſententiam cenſuræ tulit abſque trina monitione, aut non in ſcriptis, vel ſine cauſa expreſſione.*

His enim caſibus, vt ſupra dixi, num. 7. ſententia cenſuræ licèt ſit iniuſta, ſed valida, & per conſequens in vtroque foro
722 liget, tamen iudex peccat mortaliter, quia violat legem in re graui, & ob talem violationem punitur pœna graui, ſcilicèt ſuſpenſionis ipſo facto ab ingreſſu eccleſiæ per mēſem, vt de iudice abſque trina monitione cenſuras ferente; habetur in C. ſacro de ſententia excommunicationis, & de iudice pariter proferente dictam ſententiam abſque ſcriptura, vel non expreſſa cauſa in ſententia, & non tradente exemplum, ſeu copiam cenſurato, habetur in c. cum medicinalis de ſententia excommunicat. in 6. de quibus conditionibus, latè Sayrus lib. 1. c. 23. Alterius lib. 3. diſp. 3. cap. 5. & diſp. 4. cap. 2. Bonacina diſput. 1. q. 1. pun. 8. Item cùm peccatum iſtud ſit iniuſti-
723 tiæ, talis iudex eſt condemnandus ad expēſas, & intereſſe, parti læſæ reſarcienda, præter alias pœnas arbitrarias, quas poteſt illi ſuperior imponere, vt etiam tetigi ſupra ſub nu. 21. & nemo eſt, qui id neget.

Circa dictam pœnam ſuſpenſionis, ſeù potius interdicti, ſcire debet confeſſarius, primò illam incurri ipſo facto, vt loco ſupracitato
724 innui; ſecundo quòd idem eſt, eſſe quem ſuſpenſum ab ingreſſu eccleſiæ per mēſem, quàm quòd ſit priuatus per integrum menſem celebrandi diuina officia in ea, & ſi celebraret, quòd efficiatur irregularis, præter Doctores ſupracitatos, Caſtellinus de elect. c. 12. n. 3. ad 2. cū hac differentia, quòd ſcil. cenſuram ferens abſque trina monitione, ſit
725 irregularis, celebrando in Eccleſia, non aūt celebrādo in oratorio, vel domo priuata quia in d. c. ſacro, tantum imponitur contra eum ſuſpenſio ab ingreſſu eccleſiæ; cenſurā verò ferens abſque ſcriptura, vel cauſæ expreſſione, vel non cocedendo copiam, &c. vbique celebret, incurrit irregularitatem, quia in c. cū medicinalis, imponitur aduerſus eum non ſolum ſuſpēſio ab ingreſſu Eccleſiæ, ſed etiam à diuinis officijs, vt benè Alterius, aduertit ſupracitato lib. 3. diſput. 4. cap. 3.
726 verſ. dicendum eſt, vbi quòd vtraque ſuſpēſio ſit reſeruata S.P. & quòd dicta ſuſpenſio per appellationem nō ſuſpendatur, & quòd licèt tranſacto menſe illa ceſſet, nec opus ſit abſolutione, can. ſi qui ſunt 81. diſt. tamen ſi intra menſem moriatur, talis non poſſet ſepeliri in loco ſacro, niſi antea interdictum fuerit relaxatum; menſis iſte debet computari ab hora commiſſi delicti vſque ad horā proportionalem, in qua finitur menſis. Portellius verb. ſuprac. nu. 12 intellige trigeſimæ diei, Suarez t. 5. diſp. 29 ſect. . nu. 5.

Ampliatur primo ſupradicta, etiam ſi
728 cenſura non habuit effectum, v.g. quia antequā adueniret dies termini aſsignati, reus appellauit, aut paruit; hæc ſententia eſt probabilior, & verior, vt per Alterium loco ſupracitato verſ. quarto dubitari poteſt, & ſi fateatur, contrariam opinionem Lapi, eſſe probabilem.

Ampliatur ſecundò, quòd ad incurrēdum dictum interdictum, vel ſuſpenſionem ſuffi-
729 ciat ſi iudex vnam ex dictis conditionibus negligat, & ſi alias obſeruet Alterius ſupra verſ. quinto dubitari poteſt.

Ampliatur tertio, à quocumque iudice, ſiue ordinario, ſiuè delegato feratur cenſura, ſine præfata forma, Sayrus nu. 14.

Limitatur concluſio quò ad eam partem de monitione, in caſibus, de quibus ſupra cum de ſecunda cauſa concluſ. 1. Ampliat. 5. remiſſiuè, nempè quando periculum eſt in mora, quando factum eſt notorium, &c.

Limitatur ſecundò, ſi bona fide, & non au
730 ſu temerario omitteretur dicta forma; Ita Bonacina ſupracitato verſ. 4. eximi poſſunt, ſequitur Portellius verbo excommunicare nu. 1. quidquid contrarium doceat, Alterius ſupra verſ. 2. dubitari poteſt. Qui putat, tunc dictam formā auſu temerario duntaxat non ommitti, quando periculum eſſet in mora, vt dixi limitatione præcedenti, Megalius lib. 1. c. 5. n. 27. & ſequenti, addit, hanc bonam fidem poſſe euenire, quando non habet Prælatus commoditatem ſcribendi.

Limitatur tertio in denūciantibus aliquē excommunicatum, Bonacin. ſupra, Sayrus ſup. c. 12. nu. 22.

732 Limitatur quarto in cenſura lata per viā ſtatuti, quia non requiritur ſcriptura, neque cauſæ expreſsio Sayrus ſuprac. num. 17. Intellige niſi contrarium ſit ſancitum in Regulis Religionis, prout in Regula minorum hoc eſſe prohibitum teſtatur Portellius verbo excommunicare nu. 1. vnde inquit, quod ſi Guardianus pro ſuo biēnio iubeat ſub excommunicatione, ne quis ingrediatur talem domum

Digitized by Google

733 domum, vel quid aliud, oretenus, & ſine ſcriptis, dicit, quòd dictum ſtatutum non eſſet validum, & Superior, ſeu Guardianus incurreret ſuſpenſionem per mẽſem, quòd vltimũ nõ eſt verũ, cũ pœnæ ſint reſtringẽdæ, vt per *Graſſiũ conſ.4. de ſent. excomm.* ibi *ſi tamẽ ſent. excõm. ferret in genere cõtra incertam perſonam abſque ſcriptura, non eſſet ſuſpenſus.*

Limita 5. in eo, qui tantũ fert ſententiam declaratoriam excommunicationis iam incurſæ, *Graſſius conſ.8. num.6. de ſententia excommunicationis, omninò videndus.*

Limitatur 6. in ſimplici pcepto ſub cẽſuræ pæna, *vt per DD. ſuprac.* Circa iudices Eccleſiaſticos, qui incurrũt dictã pœnã, certum eſt
734 nõ incurrere Epiſcopos, & tãto magis Archiepiſcopos, vel Patriarchas, aut Primates, quia vt tales incurrant dictam pęnam, debet de eis fieri ſpecialis mentio, quæ in his iuribus non reperitur facta, vnde dicendum eſt, illam incurrere Prælatos inferiores Epiſcopis. *Alterius cit. diſp.4. cap.2. verſ. vt autem clarius, Layman lib.1. tract.5. par.1. cap.6. n.1. ad finem,* & alij communiter, vt ſunt Abbates ſæculares, vel alij, quocumque vocentur nomine, habentes in territorio iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopale, Vicarij generales Epiſcoporum, & ſimiles, Quid dicendum de Cardinalibus non Epiſcopis dixi *ſup. num.463.* Sed præcipua difficultas in hac materia eſt.

*An Prælati Regulares, ſi cenſuras ferant in ſuos ſubditos, non obſeruando ſupradictam formam ad vnguem, incurrant dictam ſuſpenſionem, vel interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ.*

PReſuppoſito, poſſe dictos Prælatos non ſolum Generales, & Prouinciales, ſed etiam locales, Viſitatores, &c. ſententiam cenſuræ in ſuos ſubditos ferre, ex ſupradictis à *num.* 449. Quæro hic, An iſti excommu-
735 nicationẽ, vel ſuſpẽſionẽ, aut interdictũ ferendo contra aliquem ex ſuis ſubditis abſq; trina monitione, vel abſque ſcriptura, aut ſine cauſę expreſſione, incidant in dictam pœnam interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ per mẽſem. Vtrũ autem ferendo ſuperiores præfati excommunicationẽ, poſſint illam ſibi reſeruare infra ſuo loco cum de caſibus reſeruatis, præter ea, quæ dixi ſupra *par.2. recoll. 11. num.167. & 170.*

Tres opiniones reperio in hac difficultate primam negatiuam, quæ eſt *Lapi, Felini,* & aliorum, quam ſequuntur *Toletus lib.1. c.10 nu.6. Duardus lib.1. in bullam cœnæ cap.1. q.4. nu.8. Miranda par.2. q.35. ar.9. Sigiſmundus à Bonon. ad fin. dubij* 122. Qui de electione mouentur ex eo, ꝙ in foro contentioſo Prælati regulares non teneãtur ſeruare iuris ordinẽ ſicut iudices alij eccleſiaſtici. Secũdam opinionẽ affirmatiuã, ꝙ teneantur dicti Prælati obſeruare dictam formam, poſt alios dicit probabiliorem, *Alterius cit. diſput.4. cap.3. verſ. dubitant aliqui, & docent, Praxis Archiepiſcopalis c.25. & Bonacina ſup. verſ. quinto eximuntur*, qui refert pro hac opinione *Nauarr. & Vgolinum*, qui benè excipit caſũ, in quo adeſſet priuilegium in contrarium, ſicut *Sayrus lib.1. de cenſuris cap.13. num.15.* excipit alium caſum, vbi ſcilicèt à Regula, ſeu Conſtitutionibus Religionis confirmatis à S. Pontifice eſſet tradita alia forma, quia illa eſſet obſeruanda & alij apud *Dianam tom.5. tract.9. reſolu.20. ad finem,* excipiũt tertium caſum ſcilicèt conſuetudinis Religionis legitimè præſcriptæ, quia aliàs non prævaleret contra ius.

Tertia opinio eſt, *Sayri loco citato nu.* 21.
736 vbi diſtinguit hoc modo, *vel à iure ipſo facto, aut ab aliqua conſtitutione Regulari fertur excommunicatio aliqua pro aliquo facto, dicto, aut alia tranſgreſſione, & tunc poterit Prælatus Regularis pro obſeruantia regulari, ſibi ſubditum Monachum excommunicare, nõ obſeruata forma dicti cap. ſacro, & d. cap. cum medicinalis, nec incurrit pœnas ibi cõtra trãſgreſſores latas, vel Prælatus vellet ex nouo mãdato excommunicare aliquem ſubditum ſuũ, vltrà expreſsè contenta, tum in regula, tum in obſeruantijs regularibus, & crederem, tunc teneri Prælatum ad iuris ordinem ſeruandum, cùm conſtitutiones illæ c. ſacro, & c. cum medicinalis generales ſint quò ad quoſcumque excommunicantes, alioquin pœnas ibi poſitas incurret. ita Sayrus loco ſupracit.* etſi *c. ſequenti num.13.* ſimpliciter videatur docere ſecundam opinionem. Huic diſtinctioni *Sayri* ſimpliciter ſumptæ de præceptis ſub pæna excommunicationis pro eo, quod continetur in regula ordinis, ac concernit regularem obſeruantiam, vel pro eo, quod ibi non cõtineatur neq; concernat obſeruantiam Regularem, adheret *Corneyo, apud Dianam ſuprac. reſolut.* 20.

Aliam diſtinctionem in medium affert noſter *Megalius par.3. ſuæ inſtitutionis peregrinæ lib.1. c.5. nu.*20 loquendo de ſcriptura,
737 aut loquimur de præcepto ſub pæna excõmunicationis ipſo facto, & tunc inquit ipſe, eſt vera opinio prima, quòd non teneatur Prælatus Regularis obſeruare dictam formam, ſcilicèt quòd feratur, in ſcriptis; vel loquimur de excommunicatione actu ferendam per ſententiã contra cõtumaces, & tũc ſubdit ipſe, obſeruare tenetur dictam formã, & hæc diſtinctio quò ad primũ caput, non habet difficultatem, cùm præceptum obe-
738 dientiæ, ac etiam ſub pęna excommunicationis non requirat, ſecundum omnes dictã formam, maximè apud Regulares, nec dicta forma in dictis iuribus traditur pro ſimili

 præ-

Digitized by Google

præcepto, quò ad ſecũdã partẽ verò *Megal.* ſe ſubſcribit ſecũdæ opinioni, quæ affirmat, teneri Prælatũ regularem, quãdo fert ſentẽtiam cenſuræ, obſeruare dictam formam, aliàs nõ ſolùm peccare, vt obiter dixit *Lezzana par.1.c.18.num.22.* (ibi) *quamuis Prælatus peccet ponendo excommunicationem non ſeruata iuris forma, ſcilicèt quòd præcedat trina monitio, quòd fiat in ſcriptis, & non die feriato, tamen valida erit, dummodo præcedat aliqua monitio, quia ita interpretatur conſuetudo legem canonicam*, ſed incurrere etiã pænas in dictis iuribus impoſitas, vt per *Sayrũ & alios citatos pro eadem ſecunda ſententia*, quæ eſt communis, & ſi prima opinio etiam ſit probabilis, ab iſtis pænis in foro conſcientiæ excuſans, vt notat *Megalius loco ſupra citat.*

Quæres an circa hanc materiam, ipſi Regulares habeant aliquod priuilegium. Reſpondetur, me tantum reperire ipſos habere
739 priuilegium, vt non teneatur ferre ſententiam excommunicationis in ſcriptis, hoc priuilegium conceſſit Leo X. vt per *Portellium in ſuis dubijs regularibus verbo excommunicare nu.1. ad fin. & noſtrum P. Peregrinum in Compendio noſtrorum priuilegiorum tit. excommunicatio* §.1. facit etiam de eo mentionem, *Villalobos p.1. ſumma tract.16. difficult.7. vbi nu.5.* explicat, id habere locum in ferenda cenſurã particularem, non autem in ferenda cẽſurã p modũ ſtatuti pro oĩbus de Prouincia, vel cõuẽtu poſt *Rodriq. & Portel.* & dixi *ſup. n.733.* Vndè ego idem dicerem de ſentẽtia generali, *Auila par.1. cap.5. diſput.1. dub.8* vbi habet hæc verba, *Quamuis Prælati mendicantes habeant priuilegium, vt poſſint ferre excommunicationem ſine ſcriptis, ſed ſolo ver-*
740 *bo, vt habetur in compendio Minorum verbo excommunicatio §.7. tamen non habent priuilegium ad omittendam canonicam monitionem*, vnde aliter explicandus eſt *Megalius loco ſupra citato*, dum exemplificat difficultatem de excommunicatione, in illa forma, quòd redigatur in ſcriptis, quia cum adſit ſupradictum priuilegium, ſuperior excommunicando abſque ſcriptura, neque peccat, neq; incurrit aliquam pęnam, cùm vtatur priuilegio, & ſibi contradicit, *Portellius verbo ſuſpenſio num.9. verſ. quod verò ibi, & Prælatus ponens cenſuram ſuſpenſionis, excommunicationis, vel aliam, abſque ſcripto, manet ſuſpenſus, & ſi durauerit in illa ſuſpenſione per menſem, & officia diuina fuerit exequutus, manet irregularis*, quia vt ſupra dixi, idem met *verbo excommunicare nu.1.* refert priuilegium in cõtrariũ pro excõmunicatione; & ſaltẽ eius doctrina poteſt intelligi de ſuſpenſione, cùm priuilegium loquatur de excommunicatione, & ſimus in priuilegio, quod derogat iuri
741 communi, quo caſu ſtrictè eſt interpretandum *cap. porrò cap. ſanè de priuilegijs, & docent Innocentius, & Abb. in cap. quod dilectio de conſanguinitate, & affinitate, Silueſter verbo priuilegium q.3. Nau. cap.12. num.79. Sanchez lib.8. de matrimonio diſp.1. num.1.* & hoc forſan voluit dicere *Portellius in fine d. nu.9.* ibi. *Sed Doctores ſtrictius loquuntur de ſuſpenſione, & in illa non admittuntur excuſationem ſi feratur abſque ſcripto*: Intellige quãdo fertur dicta ſuſpenſio, vt cenſura, non autem, vt ſimplex prohibitio, & vt pœna, inter quos duos modos eſt magna differentia, vt dixi *ſupra par.2. recoll.10. nu.15. & cum de iubileo nu.33. in aditione Neapolitana*, quibus illic allegatis, addo *Graffium conſ.1. & conſ.4. ſub tit. de pænit. & remiſſionibus, & alios infra proximè citandos.* Si autem
742 uis ſcire quando ſuperior Regularis prohibitionem ſimilem ab audiendis confeſſionibus, intelligatur ferre in ratione cenſuræ, vel in ratione pænæ. In facto dixi, quòd quando fertur iuridicè ipſa ſuſpenſio, tunc cẽſeatur lata in ratione cenſuræ, & per conſequens non ſolum contraueniens peccabit mortaliter, & poſſet puniri, ſed etiam confeſſio ipſi facta erit inualida, tanquam facta ab eo, qui non habet iuriſdictionem, ac etiã efficitur irregularis, iuxta ea, quæ infra dicemus, cũ de irregularitate. Quãdo verò fertur non iuridicè, ſeù vt aiunt, extraiudicialiter, tunc cenſeri debet lata in ratione pænę: ita *Miranda p.1. ſui manual. prælatorum regul. q.45. ar.13.* eiſdem ferè verbis, quibus antea vſus fuit, *Rodriquez tom.1. qq. regular. q.60. art.2.* & proſequitur *Ioannes Cruz lib.2. de ſtatu Religionis, & priuilegijs ipſius cap.6. dub.2. concluſ.2.* ibi, *ergò Religioſi non faciunt confeſſionem validam contra prohibitionem iuridicam ſuorum Prælatorum. Dixi ſi iuridicè: nam ſi per prohibitionem extraiudicialem interdicatur Religioſus à ſuo ſuperiore, ne audiat confeſſiones, peccabit, tamen confeſſiones erunt validæ.* Sed rurſus quæri poterit, an eò
743 ipſo, quòd in ſcriptis fuit facta dicta prohibitio, cenſeri debeat ſuſpenſio in ratione cenſurę? *Portellius* videtur affirmare, *ſupra citato verbo ſuſpenſio num.9.* ibi, *ſuſpenſio fieri debet in ſcriptis; aliàs non obligat, & ponens illam, peccat mortaliter. Quod ſi dicat Prælatus verbotenus alicui Religioſo, ne miniſtret ſacramenta, vel tale, aut tale ſacramentum, talis prohibitio non eſt ſuſpenſio, neque cenſura, & contra faciens peccabit mortaliter, ſed non erit irregularis.* Sed iuxtà ea, quæ dixi *ſupra num.410. & ſeq.* hoc non ſufficit, quia etiam appellatio, quæ fit in ſcriptis, poteſt eſſe extraiudicialiter facta, quando ſcilicèt nullum præcedit iudicium, vnde cum iudicium, exordium ſumat à citatione, vt aliàs etiam ſupra dictum fuit, dicerem quod regulariter dicta prohibitio iudicari poſsit lata

in

Digitized by Google

in vim ſimplicis prohibitionis, & ſic in ratione pænæ, maximè pro delictò præterito, quō nulla interuenit monitio, aut citatio, vt optimè *Villalobos 1. par. ſumma tr. 18. diffic. 1. nu. 2.* ibi. *Ay grãde differentia de ponerſe la ſuſpẽſion de la vna manera, ò de la otra, porque quando ſe pone por via de cenſura es meneſter, que proceda monicion, y quando ſe pone per via de pena, no*. Dixi, *pro peccato præterito*, quia ſecus eſt ſi per viam præcepti cenſura imponeretur à Prælato, *Miranda p. 2. ſui manual. q. 35. ar. 9.* quod intelligas, ſiuè præceptũ ſit de contentis in Regula, ſiuè de non contentis in ipſa, nec contrarium dixit *Sayrus lib. 1. cap. 12. n. 22.* qui loquitur in caſu diuerſo, vt *infrà ſub nu. 756.* Addit *Ioannes Cruz loco ſupracitato*, quòd præſuppoſita legitima approbatione, *in Religione benè, & ſuauiter omnia diſponentibus, non poteſt quis priuari*
744 *officio Prædicatoris, vel Confeſſoris, niſi per ſententiam latam in conuictum: nam priuatio iſta inter pœnas grauiores computatur, ergò per ſimplicem Prælati prohibitionem non manet Religioſus dictis officijs priuatus*. Quod etiam videtur aſſerere *Tamburinus de iure Abbatum t. 2. diſp. 6. dub. 15. nu. 3.* Quibus ſe opponit. *Boſſius de triplici Iubilei gratia, &c. ſec. 2. caſu 2. §. 5. n. 184.* qui ait, quòd niſi aliud habeatur in conſtitutionibus Religionis, probabilius, & verius ſit, ſufficere reprobationẽ extraiudicialem ob cauſam etiam occultã, neque exigi reprobationem iuridicam, ſed immeritò quidem, nam ſi impugnat ipſum *Ioannem Cruz* ex eo, quia dicit, in dictis Religionibus non poſſe fieri hanc prohibitionem, niſi iuridicè, &c. vel intelligere debet ly *non poſſit*, in ſuo riguroſo ſignificatu, prout importat neceſſitatem, & tunc forſitan *Ioannes Cruz* præſupponit in dictis Religionibus, hoc caueri per Conſtitutiones ipſarũ Religionum, quo caſu id concedit etiam *Boſſius*, vt patet ex ipſius verbis, ibi, *niſi aliud habeatur in Conſtitutionibus Religionis*: Vel idem verbum, *non poſſit*, intelligit impropriè prout ſignificat idem, quàm *non ſolet* (quod eſt veriſimilius) nam aliàs non ſubiungiſſet illa alia verba, *ergo per ſimplicem Prælati prohibitionem, Religioſus non manet dictis officijs priuatus*, & tunc horum verborum ſenſus non poteſt eſſe alius, niſi quòd ſi de facto in dictis Religionibus benè ac ſuauiter omnia diſponẽtibus, vbi nõ ſolet fieri talis prohibitio, niſi iuridicè Religioſus, qui fuerit extraiudicialiter prohibitus, vt ſupra, non maneret omninò priuatus dictis officijs, ita vt confeſſio illi facta v. g. eſſet inualida, ſed benè, quòd peccaret illam audiendo, & poſſet puniri, quod neque negat *idem Boſſius ibidẽ num. 185. cum Layman lib. 4. tract. 6. cap. 10. num. 19. verſ. ex quo, Rodriquez, & Miranda locis ſupracitatis, & Fagundez lib. 7. in ſecundũ præceptum eccleſ. cap. 2. num. 32.* Quatenus autem, ait *idem Boſſius*, reliquos Doctores (ſcilicèt ab eo citatos) præter *Ioannem Cruz, & Tamburin.* docere abſolutè, Prelatos Regulares, poſſe ob cauſam etiam occultam reprobare Religioſos ſubditos iam approbatos, neque dictos Authores exigere reprobationem iuridicã, & ſententiam latam in conuictum; Ex doctoribus, quos ipſe allegat, reperio dumtaxat, *Fagundez loco ſupracitato*, cuius verba ipſe tranſcripſit, *ibidem nu. 187.* dicere, quòd Prælatus Regularis, ideſt Generalis, & Prouincialis *poſſit ob cauſam, et occultã reprobare ſuos ſubditos, iam approbatos: ità vt deinceps, nec idonei habeantur, nec valida ſint confeſſiones ab illis exceptæ*, itẽ etiam *Laymã loco etiam ſupracitato*, aſſerere, quòd Prælati, Regularibus ſuis ſemel approbatis, & expoſitis, iuridictionem ob cauſam etiam non notoriam auferre poſſint. Ac vtrumque ſubiungere, vt ipſemet *Boſſius* tranſcripſit *ibid. nu. 182.* quòd ad hoc, vt confeſsio facta ab ipſo ſic prohibito, vt ſupra, ſit inualida, neceſſe ſit vt id exprimat Prælatus; vel ex circumſtantijs, & cauſa, ob quam facta fuit dicta prohibitio, præſumi debeat, & ſic patet, vim facere ipſos authores in expreſsione talis inualiditatis, non autem, an dicta prohibitio fuerit iuridica, vel non. Alios verò omnes, ab eis allegatos authores, reperio tranſire cum diſtinctione, de qua ſupra. Vnde iu-
745 xtà vulgatum proloquium, quòd Doctor explicandus ſit iuxtà authoritates, quas allegat. *Bartol. in l. non ſolum liberatum ff. de lib. legatis.* debẽt & ipſi intelligi, vt neq. recedãt à dicta diſtinctione, ꝙ maximè ſuaderi põt ex eo ꝙ poſt *Laym.* probat idẽ *Boſſius cit. n. 183. ad finem* ibi, *ſi talis ſuſpenſio publicè notoria nõ ſit, abſolutiones, quæ à ſemel legitima authoritate, expoſito, conferuntur, validas eſſe*, Quæ doctrina ſupponit ſuſpenſionem iſtam latã fuiſſe in ratione cenſuræ (& per conſequens, quòd fuerit iuridicè lata) vt patet ex verbis *Rodriquez ſupracitato art. 2* à quo dictam doctrinam, hauſit *Miranda*, ac etiam hoc modo illam explicant *Layman, & Boſſius locis citatis*. Accipe verba, *Rodriqu.* clariſſima. *Sic videtur ſentire Silu. ſimul cum Panorm. vbi ait, quòd ſi ſuſpenſio, & priuatio ſint notoria, vel ſi præceſſit ſuperioris inhibitio, ſcilicèt iudicialis, confeſſiones factæ à ſic notoriè ſuſpẽſo, vel à priuato, vel iudicialiter inhibito eas facere, non tenerent*. Quaſi dicat, hoc caſu confeſsio poteſt eſſe nulla ex duplici capite, vel quia ſuſpenſio, & prohibitio extraiudicialis ſit notoria, & ſic cõfitendo quis cũ tali ſcienter, cooperatur illius peccato mortali, ideòque deſinit eſſe bene diſpoſitus, vel quia fuit dicta ſuſpenſio, & prohibitio iudicialis, & hoc caſu, cùm habeat rationem cẽſuræ, confeſsio eſt inualida ex defectu ipſius



Digitized by Google

confeſſarij, Vnde quando hoc reſciuerit ipſe pœnitens, tenetur illā cōfeſsionem reiterare, vt infra recoll ſequen. & hoc, ni fallor, ſat eſt ad oſtendendum, quòd ad finē, vt confeſsio
746 ſit inualida ex parte confeſſarij, facta à religioſo prohibito per ſuum ſuperiorem, ne audiat deinceps cōfeſsiones, ad quas ipſe fuit iam approbbatus, non ſufficiat, quælibet prohibitio facta à ſuperiore, niſi facta fuerit iuridicè, & in ratione cenſuræ, vt etiam dixi ſuprà *p. 2, recoll.* 10. *n.* 15. *& ſeq.*

Nec obſtat, quòd Religioſus iuriſdictionē
747 ad audiendas confeſſiones recipiat à S. P. mediante ſuo Prælato, vt aliàs dixi *2. p. recoll.* 1. *n.* 238. Ergo etiam ſuperior poteſt illi prohibere abſolutè, ne audiat confeſſiones, & declarare, quòd confeſſiones in poſterū illi faciendæ, ſint inualidæ; Quia reſpondetur, diſtinguendo antecedens, vel loquimur de iuriſdictione ad audiendas confeſſiones, & abſoluendum, vt alij Sacerdotes ſeculares recipiunt ab Epiſcopo, & nego illā recipere immediatè à ſuo Prælato, quia illam recipit ab Epiſcopo; vel loquimur de iuriſdictione prò certis caſibus Religioni, ex priuilegio conceſſis, & in hoc ſenſu, eſt verum antecedens, vt cōmuniter docent Doctores, in illa quæſtione, an religioſus Sacerdos ſi fuit approbatus ad audiendas confeſſiones ab Epiſcopo in aliqua Diœceſi, inſcio vel inuito Prælato Ordinis, validè abſoluat, necne ſecluſa acceptatione in illa Religione *Bulla Iulij III.* de qua egi *Sup. recoll.* 10. *n.* 14. vbi quòd talis approbatio ſit valida prò ſecularibus, & ea, quæ non conceduntur ex priuilegijs, quidquid *Fagunez cit. lib.* 7. *in* 2. *præcept. Eccleſ. c.* 2. *n.* 33. putet, dictā approbationem eſſe nullius mementi, quā meam ſententiam, neque negat *Boſſius loco ſupracit. n.* 189. *&* 191. *ad finem* vbi loquitur de electione talis confeſſarij facta per bullā Iubilei, vel cruciatæ, ac etiā præter ab eodē citatos, docent plures, apud *Dianā p.* 1. *tract.* 11. *de bulla Cruc. reſol.* 13. *Lezzan. p.* 1. *ſum qq.*
748 *regul. cap.* 19. *nu.* 12. Hoc peccatum huius prohibiti ſimpliciter cōfeſſiones audire, vel à ſuo ſuperiore non expoſito, ſi de facto illas audiat, & abſoluat, eſſe mortale, dixi *loco ſupracitato*, quia eſt contra votum obedientiæ in re graui, imò eſſe ſacrilegium, & depoſitione dignum dicit *Lezzana cit. cap.* 19. *num.* 4. & ſic nihil refert, quòd cōſtitutiones Religionis non obligent ad culpam mortalem, vt eſt noſtra Religio, quæ non oligant neque ad culpam venialem, quia hoc intelligitur in materijs, quæ non concernunt tria vota, quidquid aliqui apud *Dianā cit. reſoll.* 17. *verſ. reſtat igitur*, *contra Peregrinum* docere videantur. Quòd autem excuſetur quis à tali peccato, ſi eligatur virtute alicuius bullæ; probari poteſt, ex ijs, quæ diſcurrit idem *Dian. p.* 3. *tract.* 2. *de dub. regul. reſol.* 93. Ex dictis ſequitur, nullo modo poſſe ſuſtineri id, quod dixit *fagundez ſup.* & probat *Boſſius ſupracit. num.* 181. ſuperiorē
749 ob cauſam occultam, poſſe ita prohibere ſuis Religioſis audire confeſſiones, vt deinceps, nec idonei habeantur, nec validæ ſint confeſſiones ab illis exceptæ, ſi enim vt ſupra diximus, per ſolam prohibitionem in vim cenſuræ, & ſic iuridicè factam à ſuperiore, confeſſio inde facta redditur nulla, ac etiam iuridicè dicitur facta talis prohibitio quando præcedit cauſæ cognitio, monitio & ſententia, ergo id non poteſt euenire, niſi cauſa ſit manifeſta, vt de per ſe patet, vnde in facto cuiuſdam Religioſi, qui à ſuo ſuperiore Prouinciali per ſententiam, abſque tamen monitione fuit ſuſpenſus à confeſſionibus audiendis, non alia cauſa ſpeciali expreſ-
750 ſa; ſed communi, illis verbis, *ex cauſa, & cauſis meam mentem mouentibus*, dixi, non fuiſſe illā ſuſpenſionē ex ſe ſufficientem ad irritandas confeſſiones, indè ab eodem Religioſo exceptas, quod iudicaui, non ſolum ex eo, quia non præceſſit monitio, ſeu citatio, quæ eſt fundamentum iudicij, vt aliàs dixi; ſed etiam quia & ſi in criminalibus *ſecundum magis communem opinionem DD.* ſufficiat ad ualiditatem ſententiæ, expreſſio cauſæ prædictæ generalis, nempè *viſis actis, vel ex cauſa noſtram mentem mouente*, vt per Andream *Gaill. lib.* 1. *de pace publica c.* 6. *n.* 18. maximè quando tractatur, de augenda, vel minuenda, pœnam iuris, & ordinariam, vt per *Farinaccium in praxi q.* 17. *de delictis & pœnis tamē n.* 65. In ſententia tū excōmunicationis, vel alterius cēſuræ eſt exprimenda cauſa ſpecialis, vt patet ex *cap.* 1. *vbi gloſſa in verbo cauſam, de ſententia excommunicationis in* 6. & hoc eſt quod dixit *Felinus in c. ſacro ſub num.* 1. *de ſent. excomm. cum alijs allegatis per Toletum lib.* 1. *ſumma cap.* 10. *num* 6. non
751 ſufficere pro ferenda cenſura, cauſam eſſe notam iudici dumtaxat, & ratio eſt, quia ad imponendam aliquam pœnam grauem, vt eſt iſta pœna cenſuræ, non eſt ſufficiens probatio, & attētatio ſuperioris, vt in ſimili, poſt *Rotam Romanam, & alios bene probat Sigiſmundus à Bononia de electione & poteſtate Prælatorum Regularium dub.* 95. *n.* 8. *& ſequ.* qui *num.* 10. egregiè ſubdit, *quòd licèt Regulares facilius & liberius priuentur, quàm clerici ſeculares, cū in puniendis eorum delictis*
752 *poſſit procedi de plano, & abſque ſtrepitu, ac figura iudicij, poſtpoſitis rimulis, ac apicibus, iuris. Attamen non per hoc eorum Prælati in cognoſcendis delictis grauibus ſuorum ſubditorum, quæ aliqua tergiuerſatione celari poſſunt, poſſunt omittere ea, quæ ſunt de ſubſtantia, & eſſentia iudicij, & quæ conducunt ad veritatem eruendam, vt citatio, rei interrogatio, ac defenſio*. Vnde etiam in eodem caſu, di-

Digitized by Google

dixi,potuiſſe talem Religioſum,ſic eo inaudito , ac non citato , ac etiam ſine cauſa ſpeciali expreſſa in ſententia,condemnatum vt
753 ſupra; appellare tamquam à ſententia iniuſta,imponente pænam grauẽ,ac irrogante grauem iniuriam,in fama, honore, & reputatione, & quod ſufficiens cauſa grauaminis fuerit,quòd non ſit in ſententia expreſſa cauſa ſpecialis,& proindè dicta appellatione pendente ſuſpenderetur dicta ſententia priuationis, quia non fuit cenſura, & ſic eſt caſus diuerſus ab eo, quem ſupponit *Iulius Cartar. deciſ.34.Curia Archiepiſcopalis Mediolanen.* vt latè probaui in cõſultatione pro hoc facto, quibus ibi à me allegatis accedit *Lezzna* 1. 1.*ſua ſumma qq. regular.cap.9.n.7.* vbi quòd ſententia cenſuræ abſque expreſſione cauſæ,& ſi non contineat errorem intollerabilem,& per conſequens non ſit nulla; tamen quòd ſi appellabitur, & coram iudice ad quem,probabitur defectus cauſæ, declarabitur nulla. Quod autem ab actu extraiudiciali detur appellatio, eſt certum, vide *Cappell.Toloſan.deciſ.*341.n.5. Nec ſuperior, qui tulit dictam ſententiam poteſt ſe
754 tueri, vt ibi dixi,verbis *S.Conc.Trid.ſeſſ.* 14.*cap.1. de reformatione*, ibi, *cui aſcenſus ad ſacros ordines à ſuo Prælato, ex quacunque cauſa,etiã ob occultum crimen quomodolibet extraiudicialiter fuerit interdictum*; *aut qui à ſuis ordinibus, ſeu gradibus, & dignitatibus Eccleſiaſticis ſuſpenſus.* Quem locum *Nau. conſ.42.de temporibus ordinationum, & Sayrus in floribus*, aſſerunt debere intelligi de Prælatis Regularibus,non autem de Epiſcopis,quia ſalua alia declaratione Eminentiſſimorũ interpretum eiuſdem Concilij,doctrinaliter loquendo,ly *ob occultum crimen*, & *extraiudicialiter* nullo pacto videntur poſſe referri niſi ad primam partem, iuxtà caſum ſuum,vbi tractatur de pęna negatiua,nempè impediendi aliquem,ne aſcendat ad ſacros ordines, & ſic non debet extendi ad ſecundam partem, vbi de ſuſpenſione ab ordinibus ſuſceptis vel gradibus &c. quod ſuadetur primò ex diuerſitate inter primum caſum, & ſecundum, nam in primo agitur de pæna negatiua vt dixi in ſecundo de pœna poſitiua,quæ ſunt inter ſe diuerſiſsima,& ex diuerſis,vt eſt regula vulgata, non fit illatio
755 in ſpecie, quòd quando cauſæ ſunt ſeparatæ vt eſt in caſu noſtro, qualitas adiecta in vna parte, non cenſeatur repetita in alia parte, dixit *Rota apud Seraphinum deciſ.*120. *num.*3. ſecundò quia ſunt diuerſi perijodi,& recti per diuerſa verba, imò expreſsè diſtin-
756 cta,vt patet ibi.*Aut quia ſuis eſt,&c.* Nã ly *aut*,ſicut etiã *vel*,eſt, dictio diſiunctiua,quæ ſẽper ſolet poni niſi inter diuerſa,ſecundum ſuum proprium ſignificatum *l. ex toto §.1.ff. de legatis 1.l. ille, aut ille ff. de legatis 3. cum alijs allegatis per Angelum Gratum in ſuo tract.de dictionibus, dictione* 22.vbi *n.2.* quòd non ſolum diſiungat ſenſum, & verba; ſed etiam quòd talis ſit naturæ,vt etiam diſiunctiuè omnia verificentur. Addo quod neq. ex eo quia Prælatus Regularis poſſit corrigere ſubditum,non obſeruando iuris ordinem,vt dixi ſupra; ideò etiam non teneatur, quando vult ferre cenſuram ad obſeruantiã *d.c.1.& c.ſacro*,niſi aliũdè id habeat ſua Religio ex priuilegio,cõſtitutione,vel cõſuetudine,vt ſup.quoq.dixi,& notat *Sayr. lib.1.c.*
756 12.*n.*21.contra aliquos,& ſi quãdo agitur de declaratione tantum *cenſuræ iam latæ a conſtitutione Religionis,non teneatur præmittere trinam monitionem*, & hoc eſt quod dicit *Sayrus ſupra n.ſeq.* Adde ex *Graffiis conſilijs ſupracitatis*,alium caſum, in quo prohibitio audiendi confeſsiones facta à ſuperiore,non reddit inualidam confeſsionem, ipſi prohibito factam, ſcilicèt quando prohibitio non fuit totalis, ſed partialis,exemplum commune eſt de approbato, cui à ſuo ſuperiore regulari, limitatur ipſa approbatio quò ad
757 maſculos tantum, & prohibetur audire feminas, de qua re egi *in tract. de iubileo p.2. n.24. & ſup.p.2. recoll.6.n.*106. *& recoll.*10. *ſub.num.*14. Accedit alijs allegatis *Diana p.1. tract.11.de bulla Cruciata reſol.*13.*& p.3.tr. 2.de dubijs regularibus reſol.*93.hanc opinionem non ſolum eſſe probabilem,ſed etiam communem ( & ſi contrariam, quando ex ligitima cauſa fuit facta iſta limitatio ab Epiſcopo( aſſerat eſſe probabiliorem ) loquendo in eiſdem terminis, de talis confeſſarii electione vi alicuius Bullæ, dixit *Boſſius loco ſupracit.* §. 10. ex qua limitatione patet, ſalua pace ſua,*Cartarii in ſuis dec.criminalibus Curiæ Archiepiſcopalis Mediol.deciſ.*34.malè damnaſſe de irregularitate Regularem degentem extra clauſtrum de licentia ſuperioris ſui,ob eius crimina ab Archiepiſcopo Mediolan. interdictus,ne miſſam celebraret in Eccleſijs,quæ à clericis ſæcularibus regũtur,quia dũ poterat in Eccleſijs Regularium miſſam celebrare, erat ſuſpenſio partialis, & per cõſequens nullo modo habebat rationẽ cenſuræ, cuius vigore quis poteſt cõtrahere
758 irregularitatem abſq. requiſitis,de quibus ſuprà ſed circa pænas impoſitas cõtra ſuperiores Regulares ferẽtes cẽſuras abſq; dictis requiſitis põt quæri,primò an habeant locũ in Prælato ferente ſuſpenſionem à cõfeſsionibus audiendis in ratione cenſurę? Reſpondeo,Doctores communiter docere, dictas pænas non ſolum locum ſibi vendicare in iudice ferente excommunicationis cenſurã abſque dictis requiſitis, ſed etiam inferente cenſuras alias, nempè ſuſpenſionem, & interdictum:ita ſupponit præter alios. *Sayrus lib.4.de cenſuris cap.13.n.2.* Sed cõtraria opinio, quòd tantum habeant locum in indice

ce

Digitized by Google

ce ferente cenſuram excommunicationis, non eſt improbabilis,& alijs allegatis,probat *Bonacina de cenſuris in particulari diſp.3.q.5. p.1.§.1.num.1.* nota tamen quòd *Sayrus loco ſupra c.* & ſi defendat primam opinionem, tamen loquendo de ferente ſuſpẽſionem,ſubdit,quòd vt iudex Eccleſiaſticus, ( intellige præter Epiſcopum ) qui ad incurrendam ſuſpenſionem eget ſpeciali expreſsione,quæ in dictis iuribus non reperitur facta) ſine dictis requiſitis , ſuſpendens aliquem,incurrat dictas pœnas;requiratur quod ſuſpẽdat ab eo ,
759 quod competit ipſi ſuſpenſo, iure ipſius ſuſpenſi,non autem ipſius ſuſpendentis,vnde quia vt ſupra probauimus , ſtatim quòd religioſus eſt approbatus ab Epiſcopo,regulariter iure ſuo audit confeſsiones, vt ibi explicaui,ſuperior ſuſpẽdens illum abſque dictis requiſitis ( ſecluſis priuilegijs, ſi quæ habet ſua Religio,vel conſtitutionibus a Sum. Pontifice confirmatis , vel conſuetudine talis religionis, ſi legitimè fuerit præſcripta circa hoc particulare ) incurreret dictas pœnas , quòd autem vi priuilegiorum,non habeant vt poſsint cenſuras ferre abſque monitione, dixi ſupra n. poſt *Auilam* cui addo *Mirandam loco infrà citãdo ad finem, & Bonacinam etiam loco ſupra proximè citato num.8.ad finem, & Dianam par.5.tract.9.reſol.29.* ſicut id non habere etiam quò ad cauſæ expreſsionem , *ex Concilio Tridentino* , probaui, *ſupra num.*753.Quòd ſi abſque aliqua monitione ferretur,eſſet non ſolum iniuſta , ſed nulla, in terminis notat *Miranda loco ſuprà citato ad finem*,præter alios à nobis ſupracitatos ſuo loco.

Quæri etiã poteſt ſecundò, an relaxatio, tio interdicti infra dictum menſem ſit re-
760 ſeruata S. Pontifici nec ne ? Reſpondet *Bonacina loco proximè citato pun. 1. ad finem.* ipſam relaxationem eſſe reſeruatam Sũmo Pontifici , quam reſolutionem intellige, prout declarat *Sayrus etiam loco ſupracitato*, quando ſententia cenſuræ habuit executionẽ,aliàs à quolibet cõfeſſario poſſet relaxari, ita enim percipitur ex verbis iuriũ citatorũ .

Quia verò aſſerit P*ortellius in ſuis dubijs regularibus v. excommunicare num.*5. Præla-
761 tos Regulares poſſe in die fæſto, & de nocte excommunicare ſuos ſubditos, quæro etiam an id ſit priuilegium particulare? & reſpondeo negatiuè, quia ſi à quolibet iudice eccleſiaſtico id fieret, erit talis ſententia valida , ita *Federicus de Senis conſ.* 11. *Franciſcus Marcus deciſ. delfin.* 690. *& Fagundez lib.1.in 2.praecpt. Eccleſiæ cap.*12. *nu.* 15.intellige quò ad actum ferendi ſententiã dumtaxat, quia ( de die feſto loquendo vel feriato ad honorem Dei, prò vt loquuntur citati Auctores) ſi ad eam ferendam requireretur cauſæ cognititio, ſcilicèt citatio,&c, non poſſet fieri dicto tempore , cùm illa expreſsè prohibeantur dicto tempore.*Sayr. lib.1.de cenſuris cap.14.num.3. Sanchez lib.5. opuſc.moral.c.2. dub.27.n.6.*quòd eſt verum, etiam ſi fiat citatio in illo die,pro alio die nõ fæſtiuo, *Marius Antoninus variar. reſol. lib. 3.reſo.46.*& ſic declara *Lezzanam,quando p. 1.cap.18.ſub.n.22.*aſſerit, Prælatum peccare non ſolum quando ponit excommunicationem abſque trina monitione, & non in ſcriptis, ſed etiã ſi id faceret diebus feriatis. vndè benè *Mirãda par.2.q.35.ar.9.in princ.* admictit hoc in eo caſu , quando Prælatus Regularis dictam ſentenentiam fert abſque cauſæ cognitione,vt ſuprà.Qui *Sanchez ibid. num. præcedenti*, aſſerit, *non eſſe prohibitas ſententias excommunicationis, quas Prælati eod.die fæſto , vel feriato, ferunt, inhibendo ne aliquid fiat,quia hoc non eſt procedere , aut iu-*
762 *dicare;ſed quaſi legem ferre.*Hinc infert etiã *ob treſi entem ſcandaloſè in* Eccleſia , *& poſt monitionem non deſiſtentem, poſſe die feſto excommunicari*,quia cum notoria ſit contumacia,non eſt opus cauſæ cognitione , & antea dixit *Miranda loco ſupracit.*Quòd eodem
763 die feſto,vel feriato poſsit fieri denuntiatio excommunicationis poſt *Dominic. Franccum in cap. felicis de pœn. in 6. notat Laurentius de Franchis in ſuis controuerſijs inter* R*egulares,& Epiſcopos q.9.fol.mihi 322.& poſt Mar. Antoninum,* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegat.96.num.43.* vbi etiam de publicatione monitorialiũ ad reuelandum.De ſentẽtia lata de nocte a quolibet iudice , quòd per hoc non ſit inualida, dixit *Sayrus loco ſupra citato num.*9. quidquid ſit de alijs ſententijs. *Miranda loco ſupra citato.* Quomodo, &
764 quãdo in die feſto poſsit ferri ſententia hereſis.*Mar. Antoninus cit reſol.*49. *lib.*3.Circa id quod *Lezzana loco ſupracit.* dixit,peccare Prælatum abſq. trina monitione ferentem ſententiam excommunicationis ( quod etiã intellige de ferente alias cenſuras, ſecundũ eorum rationem,de qua ſupra *n.758.& Portellius expreſsè verbo ſuſpenſio nu.9.*idem ait dẽ ferente abſque cauſæ expreſsione;Certũ eſt apud omnes DD. quòd tale peccatum ſit mortale, vt patet *ex verbis dictis cap.1.in fine de ſententia excõmunicationis in 6.& cap. ſacro eodem tit. extra Miranda loco ſupracit. concluſ.2. vbi quòd ignorãtia ab eo peccato non excuſet*, quinimò excommunicans iniuſtè, quod ſacrilegium cõmittat,habetur *in can. in perpetuũ 24.q.3.*rõnem ſubdit *ibid. Archidiaconus*,quia violat ſacrum corpus Eccleſiæ, à quo euellit membrũ ſuũ iniuſtè , quod crimen eſt de poſitione dignum *c. Apoſtolus 81.*
765 *diſt.* Item quod teneatur actione iniuriarũ dixit *Gloſa in d.c. in perpetuum* & notat *Lauretus de Franchis in ſuis controuerſijs inter Regulares & Epiſcopos q.10.fol. mihi 325.*

De

Digitized by Google

*De Abſolutione à cenſuris ab homine.*

QVando pœnitens non excuſatur ab in curſu ceſurarum ab homine, ex cauſis proximè recenſitis, regulariter eget abſolutione vt conſtat ex dictis *ſupra recoll. praecedenti à nu.*454. quibus illic authoribus allegatis, addo *Ricciullum lib.* 4. *de iure perſonarum c* 65. qui iſtam regulam probat ex illa
766 Regula *tex. in c.*1. *extr. de regulis iuris* omnis res per quaſcunque cauſas naſcitur, per eaſdem diſſolui debet; ſed cenſura naſcitur ex actu iuriſdictionis eccleſiaſticæ, ac poteſtatis clauium, ergo per ſimilem actum diſſolui debet; qui actus ſimilis, alius non eſt; quàm abſolutio collata ab habente iuriſdictionem eccleſiaſticam, & poteſtate clauium, ſubditq: bonas ampliationes, de quibus egi, & ego loco ſupracitato. Cũ autem, vt aliàs etiam dixi, cenſuræ ab homine poſſunt eſſe latæ per ſententiam generalem, v.g. contra eos, qui furati ſunt, vel furabuntur, & per ſententiam particularem, nẽpè contra perſonã aliquam v.g. contra Petrum, eò quia furatus eſt, & non vult ſatisfacere. Quæro in primis

*Quis abſoluere poſſit à cenſuris ab homine per ſententiam generalem.*

EX quo cenſura lata per ſententiam generalem; ſicut lata à iure, aliquando per ferẽtem illam, ſibi, vel alteri reſeruatur, illis verbis v.g. *à qua nullus abſoluat, &c.* vel *cuius abſolutionem nobis reſeruamus &c.* aliquando verò nulla fit per eũ mẽtio reſeruationis, duplicem etiam partem habere poteſt hoc quæſitum. Circa primam partem conueniunt Doctores, quod ſcilicèt quando
767 fuit per illam ferentem reſeruata cenſura, non poſſit abſolui ab alio, quàm ab eo, qui ipſam tulit, vel eius ſuperiore, aut ſucceſſore *Bonac. diſp.*1. *de cenſuris quaſt.*3. *pun.*1. *num.*1. *Layman lib.*1. *tract.*5. *cap.*7. *aſſert.*4. Quis aũt dicatur hoc caſu ſuperior, vel ſucceſſor explicant *Sayrus lib.*1. *cap.*20. *Suar. diſp.*7. *ſect.*2. *Reginald. lib.*9. *a n.*30 *Layman lib.*1 *tract.*5. *c.*7. *n.*2. & *Bonacina loco ſupracit.* Caſus autem, in quibus aliquoties ille, qui tulit cenſuram non poſſit ab ea abſoluere, & ſi illam abſolutionem ſibi reſeruauerit, ſunt ijdem, quos enumerant Doctores loquendo de cẽſura lata per ſententiam particularem, quia eo caſu ſtatim cenſetur illa reſeruata ipſi iudici, qui illam tulit. Quò ad caſum, in quo Epiſcopus, ferendo cenſuram illi abſolutionem reſeruauit S. Pontifici, an per
768 hoc cenſeatur prohibitus Metropolitanus, in caſibus in quibus poteſt iudicare ſubditum ſui ſuffraganei (de quibus *ſupra ſecunda par. recol.*4. *n.*9. quibus illic allegatis addo *Auilam loco infra* [illegible] *dub.* 10. *Layman lib.*1. *tract.*5. *cap.*7. *num.*2. *Bonacinã loco ſupracitato*) impendere abſolutionem etiam ab hac cenſura? licet affirmet *Campanilis in ſuo diuerſorio iuris canonici rubr.*11. *c.*15. *num.*132. Tamen probabilior mihi ſemper viſa fuit, opinio quæ negat, impediri per hoc Metropolitanum, ex regula
769 illa vulgata, nemo priuari debet iure ſuo abſq. facto proprio *l. qui Romæ §. Flauius ff. de verbor. obligationibus l. fin. ff. de pactis, cum alijs allegatis per Rolandum à Valle conſ.*32. *num.*64. *vol.*4. ac & ſi quis poſſit ius ſuum, deterius conſtituere *l. pactum ff. de pactis*, ta-
770 men nunquam iuri tertij, neque Princeps, cenſetur derogare, ad allegata per *Rotam Romanam apud Seraphinum deciſ.*351. *n.*7. quod poſtea reperi probare *Nouarium in ſuis qq forenſibus p.*1. *q.*66. *per totam, & ſequitur Diana p.*3. *tract.*4. *reſolut.*153. quod verum dicas à paritate rationis, etiam de reſeruatione facta ab inferioribus Prælatis, reſpectu ipſius Epiſcopi, iuxta notata *per Auilam p.*2. *cap.*7. *diſp.*1. *dub.*11. Circa ſecundam partem, quãdo præfata cenſura per ſententiam genera-
771 lem non reſeruata, diſcordant inter ſe Doctores; nam *Caietanus*, *Vaſquez*, & alij, quos ſequitur *Suarez diſp.*7. *de cenſuris ſect.* 2. *à num.*20. *quem ſummat Filliucius tract.*11. *à num.*296. *& latius, & ſi ſuo more Suarez non citet*, *Alterius lib.*4. *de cenſuris diſp.*2. *cap.*4. pro certo ſupponunt, quòd quando talis ſententia eſt lata pro delicto præterito, non poſſit abſolui niſi ab eo, qui eam tulit, vel à ſucceſſore, aut eius ſuperiore, cùm hoc caſu nullo modo poſſit dicta ſententia, ſecundũ eos, equiparari cenſuræ à iure non reſeruatæ, ex quo ius, ſeu lex non reſpicit præterita, ſed futura, quando verò reperitur lata pro delicto futuro, & ſi fateantur, non eſſe improbabilem opinionem, quæ docet, poſſe abſolui non ſolũ ab eo, qui eam tulit, &c. ſed etiam à quocũq. expoſito vt infra, tamẽ defendunt tãquã in rigore veriorem, & tutiorem, opinionem contrariam, non poſſe ſcilicèt abſolui, niſi ab eo, qui illam tulit, vel à ſuperiore ipſius, aut ſucceſſore, inter iſtos authores, etiam connumerare poſſumus *Villalobos p.* 1. *ſumma tract.*17. *difficul.*17. *num.*12. *& ſeq. & ſi* loquatur de ſententia vt ſuprà lata pro delictis futuris. Alij verò, quos ſequutus fuĩ *ſup. recoll. precedenti n.*232. & nunc apertius probo, ſimpliciter docet, poſſe abſoluere à cenſura non ſolũ eum, qui illam tulit, &c.
772 quòd eſt certum, ſed etiam quemlibet confeſſarium expoſitum ad audiendas confeſſiones, & per conſequens, qui poteſt abſoluere à mortalibus. Ita poſt *Nau. Couarr. & alios, Sayrus lib.*2. *cap.*20. *ſub num.*2. *Auila de cenſuris p.*2. *cap.*7. *diſp.*1. *dub.*8. qui ait, ita communiter docere magiſtros. *Reginaldus lib.*

*lib.9.num.30.* Coninck *diſp.14.n.*217. qui ſubdit; ita ferè communiter docere auctores, *Layman lib.1.tract.5.cap.7.n.4. verſ. quarta Aſſertio*; qui teſtatur, hanc eſſe probabilem opinionem, & in praxi tutam, quòd neque negat *Suarez loco ſupracitato num.23. ad finē Megalius 3.p. ſuæ inſtitutionis peregrinæ lib. 1. cap.7.num.45. Bonacina diſp. 1 de cenſuris quæſt.3.p.1.n.5.* & ſi malè pro hac opinione, citet *Vaſquez*, nouiſſimè *Hurtado de cenſuris in communi n.21.* qui teſtatur de communi P. *Ledeſma p.1. ſuæ ſummæ Hyſpanæ tit. de la Deſcomunion cap.8. verſ. Digo lo cercero.* præter *Marium Antoninum lib.1. variarum reſol.112.caſu 37.& Lazarium de monitorijs ſect.3.q.13.num.1.& 2.* à me citatos ſupracitato *num. 232. recollect. præcedentis*, qui loquuntur in terminis monitorij, quod vt certum eſt, non ſolùm ferri ſolet prò peccatis futuris; ſcilicèt contra eos, *qui non reuelauerint &c.* ſed etiam prò peccatis præteritis, *qui malè retinuerunt bona, ſcripturas, & ſimilia aliena*, & teſtantur de veriori, & receptiori. Probatur hæc ſententia tum ex eo, quia, vt aliàs dixi *ead. recoll. præced. num.113.* cenſura lata per ſententiam generalem ab homine, pari ferè paſſu ambulat cum cenſura lata à iure, & vt infra ſuo loco dicetur, à cenſuris à iure non reſeruatis, quilibet confeſſarius abſoluere poteſt: Tum etiam ex regula *cap. nuper de ſent. excomm.* nempè, quòd vbi
773 ferens cenſuram non reſeruat ſibi illius abſolutionem, cenſeatur cuicunque illam committere, qui poteſt abſoluere à mortalibus, & tandem ex *textu in cap. ex frequentibus. ex de inſtitutionibus*, vbi cùm fuiſſet per Epiſcopos ſuffraganeos Archiepiſcopi Cantuarienſis expoſitum S. Pontifici, per ipſum Archiepiſcopum fuiſſe latam excommunicationem contra clericos, qui *Eccleſiaſtica beneficia ſine licentia Epiſcopi Diœceſis, vel Officialium ipſorum, occupata detinerent, vel de cætero occupare præſumpſerit*, ac petitum, an abſolutio à tali excommunicatione poſſet impendi non ſolum ab Archiepiſcopo præfato; ſed etiam à Suffraganeis. Reſpondet S. Pontifex, quòd præmiſſa ſatisfattione, abſolutio poſſit impendi etiam à Suffraganeis, modo arguit, & optimè *Ledeſma loco ſupracitato*, quomodo ſe habet Epiſcopus Suffraganeus reſpectu Archiepiſcopi, ſe habet, etiam Parrochus, & quilibet Cōfeſſarius expoſitus reſpectu Epiſcopi, ſed ibi S. Pontifex declarat, ſuffraganeum poſſe abſoluere à cenſura lata per ſententiam generalem ab Archiepiſcopo non reſeruata tàm pro culpa præterita, quàm pro futura, ergò ſimul declarare videtur, quòd ab eadem cenſura lata ab Epiſcopo, poſſit abſoluere Parrochus, vel quilibet expoſitus. Maior probatur, quia ſi non poſſet Epiſcopus ſuffraganeus, eo caſu abſoluere, eſſet ex eo, quòd eſt inferior ipſi Archiepiſc. ſed hæc ratio militat etiam in Parrocho, & quocūque expoſito. Ergò ſi illa non obſtat Epiſcopo reſpectu Archiepiſcopi, neq. obſtabit Parrocho, & expoſito, reſpectu Epiſcopi, vel alterius, qui illam ſententiam tulit. Ad rationem, quæ adduci poteſt prò ſententia contraria,
774 nempè quòd eius ſit ſoluere, cuius eſt, & ligare, *Can. verbum de pœnit. diſt.1.l. qui condēnat ff. de re iudicata.* Reſpōdetur primò, id referri debere ad poteſtatē ligādi, & ſoluēdi .ſ. qui habet poteſtatē eccleſiaſticā, ſolū pōt abſoluere à cēſura, quia eadē poteſtas requiritur ad ligandū media ipſa cēſura. Secundò, & fortius, illa regula procedit quò ad abſolutionē pro foro externo, nō autē prò foro interno, quia primo caſu, ſi alius abſolueret, q̄ qui ligauit turbaretur tribunal iudicis, qui eā tulit, ꝙ non fit, vbi abſolutio datur pro foro interno, quo caſu ſufficit ſi poſſit quis abſoluere à peccato mortali, cui eſt annexa ipſa cenſura nō reſeruata, & ſic locū ſibi vēdicat hoc caſu, regula illa *cap. nuper de ſententia excommunicationis* ſupra relata, vt nēpè quando cenſuram ferens, illam non ſibi reſeruat, cēſeatur ipſius abſolutionem cuicumque expoſito committere.

Hæc opinio ſic probata; Ampliatur primò etiam ſi dicta ſententia generalis fuerit
775 ita abſque reſeruatione lata à Summo Pontifice, quia etiam id verum eſſe probabimus infra, de cenſuris latis à iure ſine reſeruatione, quæ adhuc à SS. Pontific. manāt, itē ſupponunt *Marius Antonin. & Lazzarius locis ſupracit.* qui loquuntur de monitorio Papali, & expreſsè de ſententia generali ſic à S. Pontifice lata, notant *Auila, & Hurtado locis ſupracitatis.* Ex quo ſequitur à fortiori, hanc opinionem etiam habere locum vbi
776 talis cenſura lata ab inferiori confirmata fuiſſet à Papa, vt probatur ex eodem textu *in dicto cap. ex frequentibus*, vbi S. Pontifex confirmat dictā excōmunicationē per ſententiā generalē latam vt ſuprà ab Archiepiſcopo Cantuarienſi, & tamen declarat, quòd ab eius inferioribus, nēpè ſuffraganeis Epiſcopis, poſſit abſolui, ac contra aliquos notant Doctores ſupracitati communiter, qui idem dicunt de ſtatuto Epiſcopi confirmato à S. Pontifice, fauet regula illa vulgata, quæ confirmat nihil de nouo dat, *l. more, vbi Iaſon num.26. ff. de iuriſdictione omnium iudicū.* Qui ex hac ratione probat, quòd nō per hoc, quòd excommunicatio lata ab Epiſcopo, fuit confirmata à Papa, ideò illa non poterit abſolui ab ipſo Epiſcopo, & refert *Iabus Laur. in tr. de iudice ſuſpecto c.4. ſub n. 9. & Megal. ſup. n.50.* quidquid contrariū dicat *Villalobos p.1. ſuæ ſum. trac.16. diffic.18. n.2.* quòd. ſ. ſuperior confirmādo cenſuram inferioris

rioris illa ſibi reſeruare cenſeatur. *Reginaldus cit. lib.9. num.32. verſ. cæterorum*, vbi quod ſimilis confirmatio tunc de nouo addat reſeruationem Pontificiam, quando facta eſſet ex certa ſcientia de ſententia particulari, non autem de ſententia generali, qui benè ſubdit,explicando, quando ad hūc effectum, cenſeatur dicta confirmatio facta ex certa ſcientia, nempè quando fuit facta præmiſſa cauſæ cognitione, &c.

Ampliatur ſecundò,in cenſura,ſimili mo-
777 do lata per Viſitatorem in viſitatione: ita poſt *Henriquez Auila in fine dicti dubij* 8. *Ledeſma loco ſupracit. verſ. Digo lo quarto.*

Ampliatur tertiò, etiam in cenſura lata
778 vt ſuprà ſub conditione de futuro v. g. *niſi infrà decem dies ſatisfeceris,&c.* quidquid *Alterius loco citato in fine capitis.* contrariū doceat, ſed nil mirum, cùm eius ſit opinionis,quòd ſcilicèt quando talis ſententia fertur prò culpis futuris,non poſſit abſolui,niſi ab eo,qui illam tulit,vel eius ſuperiore, aut ſucceſſore, cuius contrarium ſuprà cum alijs auctoribus, probaui.

Ampliatur quartò,vt non ſolum quicunque confeſſarius expoſitus, & approbatus in ea Diæceſi,vbi lata fuit dicta cenſura poſſit ab ea abſoluere, ſed etiam quilibet alius confeſſarius alterius Diæceſis, in quam in-
779 nodatus tali cenſura, ſe tranſtulit, & ibi confiteatur, poſſe eodem modo ab ea abſoluere, *Conink ſuprà nu.*258 *Layman num.4. ad finem Vega p.*1. *ſua ſumma tit. de la Abſolution cap.*19. *caſu* 5. *&* 6. *Bonacina loco ſuprac.* & alij,& fatentur eam probabilē *Suarez ſup. & Alterius cit. diſp.*2. *cap.*5. *verſ. ad primam dubitationem*,& ſi loquantur de Epiſcopo alterius Diæceſis. Quod autem dicti authores ex hac ampliatione, ſubinferunt, ingredien-
780 tem Religionem poſſe abſolui à præfata cenſura per Prælatum Religionis, quam ingreditur, vi priuilegiorum, conceſſorum per varios SS. Pontifices, quæ priuilegia ſimilem facultatem tribuunt dicto Prælato non ſolum infrà annum probationis, ſed etiam ante ingreſſum Religionis, *vt per Sayrum lib.2.c.*20.*n.*6. quomodo ſit verum, infrà declarabo *quæſito ſequenti.*

Amplia quintò ſupradictā cōcluſ. etiā in cenſura per ſententiā generalem latā à ſuperiore regulari, quia ſi prælatus, qui illam poſuit ſibi non reſeruauit, poſſunt ab ea abſoluere confeſſores Ordinarij ipſorum. *Portellius in ſuis dubijs regularibus verb. excōmunicatio num.* 21.

Limitatur primò,vbi id eſſet prohibitum
781 ab Epiſcopo, ſcilicèt abſoluere à tali cenſura non reſeruata,quia hoc eſt idem, quàm ſibi illam reſeruare *Sayrus lib.* 2. *de cenſuris cap.*20.*num.*8. vt Mediolani,Confeſſarijs eſſe prohibitum abſoluere à cenſuris non reſeruatis, niſi habeant ſpecialem facultatem teſtatur *Bonacina loco ſuprà cit. num.* Seu nota, talem prohibitionem comprehendere Confeſſarios illius Diæceſis, vbi reperitur facta talis prohibitio, quia in alia Diæceſi, iuxtà *Ampliationem quartam*, Mediolanenſis v.g. poſſet abſolui à quolibet Confeſſario, cùm præfata prohibitio, vt dixi, non poſſit plus operari, quàm reſeruatio ipſarum cen-
782 ſurarum, & à cenſuris reſeruatis per ſententiam generalem non reſeruatis in vna Diæceſi, poteſt quis alibi,vbi non ſunt reſeruatæ, à quolibet Confeſſario abſolui, ſicut de caſibus reſeruatis,dicetur ſuo loco infrà, & in terminis notat *Conink ſupra num.* 258. *verſ. imò & ſi.*

Limitatur ſecundò per *Reginaldum cit. lib.*9. *Praxis num.*30. *ad finem*, quando pro-
783 babiliter præſumi poſſit, non eſſe intentionem ferentis cenſuram, vt ab alio, quàm ab ipſo, vel eius ſucceſſore, aut ſuperiore illius abſolutio concedatur, quia vt ipſe ſubdit,ceſſat hoc caſu ratio *citati cap. nuper*, quæ eſt ne authoritas iudicis veniat in contemptum,aut ipſe, fine ſibi propoſito fruſtetur,ſed caſus huius limitationis rarò euenire poteſt, nam licèt taciti, & expreſsi eadſit virtus *l. cum quid ff. ſi certum petatur*; ta-
784 men quando tacens, poteſt actum impugnando impedire,& non impedit, in dubio cenſetur conſentire, *l. ſępè ff. de re iudicata*: ita dico ego,cùm iudex ferendo cenſuram poſsit illam reſeruare,& non reſeruauit, difficiliter poteſt præſumi, quòd illam ſibi voluerit reſeruare,& non potius cuilibet alteri Confeſſario,ipſius abſolutionē committere.

Limitatur tertiò per *Marium Antoninum lib.*1. *var. reſolut.*112.*caſu* 37. ſi talis cenſura non reſeruata per ſententiam generalem irretitus, fuiſſet poſteà per ſententiam par-
785 ticularem nominatim declaratus talis, quia hoc caſu non poteſt abſolui niſi per Papam,ſi excommunicatio, ſeu cenſura fuit eo modo lata à Papa vt eſt excōmunicatio lata in monitorio Papali, de quo ibi loquitur iſte auctor. Hanc limitationem non ſolum non approbat *Lazzarius cit. q.*13. *ad finem*, ſed ait, ſe non cenſere illam probabilem. Tamen ſi id intelligit, vt hoc caſu etiam poſsit abſolui dictus excommunicatus nominatim ab Epiſcopo, ſeù eius Vicario,qui eſt mixtus executor,vt aliàs dixi,non autem quod poſsit abſolui à quolibet Confeſſario iuxtà noſtram concluſionem, ſic contradicit *Mario Antonino*,quatenus dicit iſte author, eo caſu non poſſe abſolui talem excommunicatum nominatim niſi à Papa.

*Quis abſoluere poſſit à cenſura lata vb homine per ſententiam particularem in foro exteriori.*

COnclusio communis eſt, quòd regulariter ab ea abſoluere debeat is, qui eã
786 tulit, vel eius ſucceſſor, aut ſuperior, eo enim ipſo, quòd fertur cenſura contra perſonam nominatim, habetur ac ſi foret expreſsè reſeruata, & per conſequens prohibitum inferiori ab ea abſoluere, ne perturbetur ordo iudicij, vt poſt alios notat *Bonacina diſp.1.q.3.pun.1.num.5. verſ. Dixi per ſententiam*, & probatur *in cap. Paſtoralis §. præterea ex. de officio ordinarij cum concordantibus ibi allegatis in gloſa*, eſtquè idẽ cum eo, quod dicit *P. Ledeſma p.1 ſumma, tit. de la deſcomunion cap.8. verſiculo, Digo lo quinto*, quòd ſcilicèt pertineat ad bonam gubernationem Eccleſiæ, *Reginaldus lib.9. num. 23. Portellius in ſuis dubijs regularibus ver. excommunicatio n 21.* vbi hoc applicat ad Religioſos; dicit hoc eſſe certum, & ab omnibus probatum, *Alterius lib.4. diſp. 2.c.2. in principio*, ita communiter docere authores dicunt *Auila p.2.cap.7.diſp.1.dub.9.in principio, ConincK diſp.14.num.218. Megalius p.3. lib.1.cap.7.ſub.num.48.* qui loquitur non ſolum de excommunicatione, ſed etiam de ſuſpenſ. & interdicto; de communi teſtatur expreſsè *Filliucius tract.11. num. 297.* Conuenire in hoc omnes authores, aſſerunt, *Vaſquez to.4. in 3.par. D. Thoma cùm de excommunicatione dub.19. ſub num.7. Hurtado de excommunicat. diſp 15. num.61.* ſupponit pro certo *Layman lib.1.tract.5.cap.7.num.2.* Eſſe hanc regulam generalem inter authores in iſta materia, ait *Sayrus loco infrà proximè citando num.7.* & ſic declarandus eſt *Fagundez lib.1. in primum præceptũ Eccleſ. cap.3. ſub num.3.* ſimpliciter docens, quòd excommunicatio lata per Epiſcopum abſq. reſeruatione, poſſit à quolibet confeſſario abſolui. Quando autem dixi, *is, qui eam tulit,*
787 *&c.* intellige vel per ipſummet, vel alium cui ipſe id cõmiſerit, ſiuè ſit ordinarius, ſiuè delegatus cum poteſtate ſubdelegandi, iuxtà regulam, ea noſtra facimus, quibus noſtram impartimur authoritatem, item qui per aliũ facit, per ſe ipſum facere videtur, vulgatis iuribus: ita enim Doctores omnes ſupracitati, & alij pœnes eoſdem, & cæteros infrà citandos, vnde rectè *Layman ad finem citati num..2.* rationem reſolutionis de qua ſup. declarans, ſubdit, *quia iudicialis cauſa per rei citationem coram proprio iudice cœpta eſt, ergò ſi alius iudex quicunque (præter ſuperiorem ſucceſſorem, & delegatum) ſe intromittat, & reum abſoluere tentet, manifeſtò eius iuriſdictionem violat, & inturbat.* Hæc concluſio ampliatur primò, ſiuè qui eam tulit, vel ſucceſſor, aut ſuperior, ſit homo ſingularis, ſiuè Concilium Generale, ſiuè Prouinciale, ſiuè Synodale diœceſana, ſiuè Collegium, aut Capitulum Eccleſiæ Cathredalis. *Sayrus*, innumeros pænè citans authores. *lib.2. de cenſuris cap. 20. num. 1.* qui ſubdit, id habere locum æquè de alijs cenſuris, ac de excom-
788 municatione. Papæ autem quòad iſtam poteſtatem regulariter non ſuccedit Collegiũ Cardinaliũ, ſed Summus Pœnitẽtiarius, ſeù ab eo delegatus vt dixi ſupra p. 2 recoll. 7 n.3. vbi allego *Graff. in add. ad 1.p.dec.li.1. c.13.ad n.9.n.5.* qui poſtquã dixit, quòd officium pœnitentiarij non expirat morte Papæ, ſubdit hæc formalia verba. *Cardinales verò de iure non poſſunt ſe intromittere in caſibus reſeruatis ſede vacante. Clem. ne Romani de elect.* quòd non ſolum intellige quòad forum conſcientiæ, ſed etiã quòad forum externum, vt tetigi *loco ſuprac. num.5.* confirmatur ex eadem Clem. ne Romani ibi *irritũ, & inane decernentes quidquid poteſtatis, & iuriſdictionis ad Romanum, dum viuit, Pontificẽ pertinẽtis, niſi quatenus in conſtitutione prædicta* (*nempè cap. vbi periculum de elect. in 6.*) vbi Cardinalibus tantũ tunc cõceduntur quæ ad electionẽ Pontificis, & ad defenſionem Eccleſiæ, & ad obuiandũ imminentibus periculis ſpectant, ad quæ tãtum prò caſu graui poteſt reduci poteſtas abſoluendi à cenſuris, vide *Lauorium in ſuis varijs lucubrationibus titulo 3. numer. 27. & ſequent.* & ſic intellige Auilam, Henriquez, & Suarez apud *Bon. diſp.1.q.3. pun. 1.n. 4.* vt benè *Alter. cit lib. diſp.2. cap.2. verſ. & ſeruata*, vbi idẽ dicit quòad ferendã cenſurã.

Ampliatur ſecundò, & ſi talis cenſura in-
789 nodatus in aliam Diœceſim ſe tranſtulerit, quia tunc non poteſt abſolui niſi ab eo, qui contrà illum ſententiam cenſuræ tulit, hæc enim eſt differentia inter cenſuram, latam per ſententiam generalem etiam reſeruatam, ac per ſententiam particularem & ratio differentię eſt, ne perturbetur aliena iuriſdictio. *Suarez diſp.7.ſect.2.n.19. Conink diſp.14.n.258.* & ante eos *Sayrus loco ſuprac. num.4.* vbi extendit hanc ampliationem etiã in eo caſu, quòd talis cẽſuratus ꝑ ſent. particularẽ fuerat effectus ſubditus iudici, ꝗ tulit cẽſurã ratione delicti dũtaxat, & ſic ratione domicilij &c. alteri eſſet ſubditus, qa adhuc quando redit in patriam non poteſt ab illo abſolui, ſed tãtũ ab eodẽ iudice, qui tulit dictam ſententiam cenſuræ, proſequitur *Alterius ſupra cit. lib.4. diſp.2.c.5. verſ. ad primam dubitationem, & ſeq.* nec contrarium dixit *Faber apud Dian. cit. tr.9. reſol 9.* Reſtringit autem hanc apliationem *Auila par.2. cap.7. diſp.3. dub.10. concluſ.3.* ſi talis eſſet in loco
790 diſtanti, vbi ignoratur, talem eſſe eo modo cen-

Digitized by Google

cenſuratus, quia inquit, quòd hoc caſu póterit abſolui in foro conſcientiæ per priuilegia Mendicantium, vel Bullam Cruciatæ, ſed hoc caſu magis putarē, vt benè *Alterius ſup.* ꝙ à quolibet cōfeſſario poſſit abſolui, iuxtà doctrinā de abſolutione exterorū à cenſuris, & caſibus reſeruatis in vno loco, nō autē reſeruatis in loco vbi quis cōfitetur, de qua re prò nunc vide *Layman cit. c.7. ſub n.4. & Auilā p.2.c.7.diſp.1.dub.13.* intellige, præmiſſa cautione, ſatisfactionis, ſi illā in re nequit præmittere, vndè id, quod *Laym.* ſubdit *in fine eiuſdem num.2. quòd talis ſi paratus ſit ſatisfacere; ſed longiſſimè diſtet ab authore, cui abſolutio reſeruatur, poteſt interdum ab inferiori abſolui, præſtita cautione, quòd quàm primum poterit, conſpectui eius, ad quem iure ordinario abſolutio ſpectat, ſe præſentare velit,* habet locum, ni fallor, non ſolum pro foro interno, vt vult *Auila loco ſuprac. concluſ.14.* ſed etiā in abſolutione data prò foro externo à iudice, & ſic in caſu, vbi talis cēſura, eſt nota in eo loco diſtāti vbi petit quis abſolui, nā in eo caſu habet locū abſolutio ratione impedimenti, ſeù ad recidentiam, non autē in abſolutione, data vi Bullarum, vt aliàs dixi, & dicam etiam infrà, & hoc voluit *Vaſq. de excommun. dub.2.n.5.* dū ait, quòd qui mutauit domicilium poſſit abſolui à ſententia hominis, ſatisfacta parte.

Ampliatur tertiò, vt procedat non ſolum quando is qui tulit dictam ſententiam fuiſſet iudex ordinarius, ſed etiam ſi fuiſſet de-
791 legatus, vel ſub delegatus, ita idem *Sayrus loco ſupracit. num.7.* quam ampliationem ipſemet reſtringit *nu.9.* Primò in delegato Papæ, qui excommunicauit aliquem, eò quòd ſententiæ ſuæ obedire contempſerit, quia ipſe delegatus non poterit illum abſoluere poſt annum elapſumā die latæ ſententiæ diffinitiuæ, & ſic non à die latæ cenſuræ; ſed hoc caſu venit abſoluendus à Sede Apoſtol. quòd aſſerit eſſe verū ibi ad finē in quolibet alio delegato habente facultatem exequendi ſuam ſententiā. Secundò *ibid.n.13.* in eo, cui tantum exequutio ſimplex excommunicandi aliquem in particulari ſine cauſæ cognitione, commiſſa fuit, quia tunc nullo tempore poteſt eum abſoluere, ex quo & merus, & nudus miniſter ad cenſuram ferendam tantum, vndè fines mandati, non poteſt excedere abſoluendo, & teſtatur de communi, declarans tunc commiſſionem præfatam cenſeri factam abſque cauſæ cognitione, quando conſtat Papam, vel alium quemcumque iudicem legitimū (vt per *Conink infracit.*) iam negotium diffiniſſe, ſeù cognouiſſe de cauſa; Has reſtrictiones proſequuntur cōmuniter alij Doctores ſupracitati prò concluſione, & præcipuè *Auila 2.p.c.7.diſp.1.dub.9.verſ.3. & quartus caſus eſt Conink cit.diſp.14.n.256.verſ. Primus, & ſextus caſus eſt. Reginaldus lib.9. n.31. in principio & n.33. Alterius ſuprac.c.1. ad finē Suarez diſp.7.ſect.2.num.8. Layman cit.nu.2. in principio, & ad finem, Megalius cit. cap.7. ſub num.49. & alij communiter.*

Amplia quartò, vt procedat etiam in caſu, quo conceditur alicui facultas abſoluendi ab omnibus cēſuris à iure, vel ab homine
792 vt conceditnr per Bullam Cruciatæ, & priuilegia Regularium, etiam reſpectu ſæcularium, vt per *Ioannem Cruz lib.2. de ſtatu Religionis, & priuilegijs ipſius cap.7. concluſ.* 1. quia adhuc non poſſet talis vi eiuſdem facultatis abſoluere à cenſura lata contrà aliquem nominatim, vel declaratum, aut denunciatum de cenſura iuridicè. Eadem ratione, de qua ſup. quòd cùm iam ſit deducta in iudicio, debet cenſeri Summum Pontificem dicta priuilegia voluiſſe concedere cum tali reſtrictione, ne perturbaretur ordo iudicij, & per conſequens vt conſeruetur ordo Hierarchicus Eccleſiæ: ita *Vaſquez t.4. in 3. par. D. Thoma cùm de excommunicatione dub.20. num.8. ſequitur Hurtado de excommunicatione diſp.15. nu.61.* Qui benè declarat, hoc non habere locum in eo caſu, vbi contra aliquem fuiſſet lata cenſura prò peccato futuro, niſi poſtea fuerit etiam declaratum, talem commiſiſſe dictum peccatum, & cenſuram incurriſſe. Hæc ampliatio eſt certa in terminis, de quibus loquimur hic, ſcilicèt in abſolutione concedenda directè prò foro externo, & ſic intellige Doctores allegatos per *Dianam par.1. tract.11. de Bulla Cruc. reſol.26.* Dixi *directè*, quia ſecundum aliquorum opinionem, aliquando abſolutio data vi dictæ Bullæ, aut priuilegiorum prò foro interno, indirectè prodeſt etiā prò foro externo, de qua infrà ſuo loco. Non feci ſu-
793 prà mentionē de Bulla Iubilei, quia in illa cùm hodie ſoleant apponi illa verba. *Neque etiam ijs, qui à nobis, & Sede Apoſtolica, vel ab aliquo Prælato, ſeù iudice Eccleſiaſtico excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, ſeù aliàs in ſententias, & cenſuras incidiſſe, declarati, vel publicè denunciati fuerint, niſi infrà tempus celebrationis huiuſmodi iubilei ſatisfecerint, aut cum partibus concordauerint, nullo modo ſuffragari poſſe; aut debere &c.* & ſic in ipſis verbis præcedit oratio negatiua ibi. *Neque etiam ijs &c.* & poſtea ſequitur dictio illa *niſi, &c.* quod perindè eſt ac ſi concederetur per Summum Pontificem expreſsè Confeſſarijs, facultas abſoluendi à cenſuris ab homine per ſententiam particularem, vt ſup. præcedente ſatisfactione partis, intra tempus Iubilei, vt in ſimili, ait *Seraphinus deciſ.343.*
794 *num.3.* nam dictio *niſi* poſita poſt orationem negatiuam, affirmat, ſicuti poſita poſt orationem affirmatiuam, negat, latè *Antonius*



Digitized by Google

*nius Angelus Gratus de Dictionibus, dictione* 137. ſed quando conceditur facultas abſoluendi, cum iſta clauſula de ſatisfactione partis, cenſetur conceſſa facultas abſoluendi etiam quoad forum externum, ergò de primo ad vltimum, in Bulla iubilei videtur expreſsè conceſſa facultas abſoluendi cenſuras, vt ſuprà quoad forum externum. Minor probatur ex dictis *in meo tract. de iubileo num. 60. in editione Neapolitana*, quibus illic allegatis, addo *Guttierez lib. 1 Canonicarum qq. c. 1.* .ſ. ex regula illa, ceſſante ratione, &c. Nā ratio quare non cenſetur conceſſa dicta facultas quoad forum externum prò dictis cenſuris ex Bulla Cruciatæ, & Priuilegijs Mendicantium, vt ſuprà dixi, eſt nè perturbaretur ordo iudicij excommunicantis, ſed
795 quando conceditur abſolutio parte ſatisfacta non perturbatur ordo iudicij neq. Tribunal iudicantis, cùm vt ſuprà dixi *ſub n.* 685. iudex cenſetur in ferendo cenſuras ſimiles, ſe conformari intentioni partis, ad cuius petitionem, & in cuius fauorem illas tulit, ergo. Confirmatur ex opinione eorum authorum, qui loquendo de Bulla Cruciatæ & priuilegijs Regularium, vbi non adſit iſta clauſula, *parte ſatisfacta*, docent, quòd ſi de facto detur abſolutio, partis ſatisfactione præcedente, dicta abſolutio non ſolum prodeſſet prò foro interno, ſed etiā prò foro externo, vt *infrà ſuo loco*. ( An autem adſit priuilegium Regularibus conceſſum cum dicta clauſula, vide *infrà n.* 57.) hoc non alia ratione, niſi ex tacita voluntate S. Pontificis, ergo, dico ego quando S. Pontifex exprimit dictam clauſulam, vt in Bulla iubilei, expreſsè cenſetur concedere, quòd talis abſolutio proſit quò ad forum externum, & ſic patet eſſe differentiā inter Bullam Cruciatæ ac priuilegia Mendicantium, & Bullā iubilei, quidquid aliqui, omnia prædicta ſimul confundant. Nota Rotam Romanam in Oxomen Canonicatus 2. Martij 1622. coram Merlino, tenuiſſe, quòd licèt abſolutio vi Bullæ Cruciatæ ( ſic etiam dicas de alijs) non ſuffragetur in foro exteriori, ſuffragatur tamen ad effectum validitatis impetrationis beneficij Eccleſiaſtici, refert *Barboſa de officio Parrochi. c. 19. num. 34.*

Ampliatur quintò etiam in ingrediente Religionem, huius ampliationis materiam ex profeſſo tractat poſt alios *Bartolomeus de Vecchis in ſua Praxi pro Nouitijs diſp. 9. dub. 9.* qui tandem *n. 6.* concludit in rigore,
796 Nouitios non poſſe abſolui à talibus cen cenſuris quò ad forum externum, ratione de qua *ſupra in præcedenti ampliatione*, quòd ſcilicèt abſolutio, vi priuilegiorum collata, non extendatur ad forum contentioſum, ideoq. viam regiam, & planam eſſe remittere eum ad iudicem, quatenus de licentia eius abſoluatur, imò ſi cauſa Nouitij deducta ſit ad forum contentioſum, & adhuc pendeat lis, ipſum nō poſſe recipi, quòd confirmat *Layman cit. cap. vltimo num. 4.* vbi ponit hunc caſum, ſimul cum caſu ampliationis ſecundæ, & latius *Alterius lib. 4. diſp. 2. cap. 5.* qui tangit rationē optimā quòd .ſ. priuilegia in contrarium, regulariter intelligantur de cenſuris, vel per ſententiam generalem, vel prò caſibus occultis. Notanter dixit, *non debere recipi*, quæ verba denotant decentiā, nō neceſſitatē præciſā, ſicut denotaſset, ſi dixiſſet, *nō poſſe recipi* nā *Bulla Sixti V. de criminoſis, aut ſuſpectis de crimine in Religionem non recipiendis*, non comprehendit eos qui ſolum coram iudice Eccleſiaſtico inquiſitus eſſet, vt idemmet *author* adnotauit *ibid. diſp. 2. dub. 12. num. 3. ad finem*, & ſic patet, quomodo intelligēdus ſit *Sayr. lib. 2. de cenſuris cap. 20. num. 6.* cum alijs per eum allegatis, quando probat contra *Vgolinum.* ingredientem Religionem non
797 ſolum durante tempore probationis, ſed etiam ante eius ingreſſum, poſſe abſolui à dictis cenſuris ab homine per ſententiam particularem per Prælatum ordinis, intelligi enim debet de abſolutione quò ad forū internum, de qua re agit *Bartolomeus de Vecchis cit. diſp. 9. dub. 1.* vbi *dub. 2.* idem dicit de Nouitijs, quos certò conſtat à Religione eggreſſuros. Ac de abſolutione à caſibus reſeruatis Epiſcopo, nō obſtante *decreto Clem. VIII. agit dub. 7.* qdquid aliqui dubitēt circa hoc an poſsit Nouitius abſolui à cenſuris, quos ſequitur *Ricc. p. 4. Prax. reſol. 253. & dub. 25.* ſubdit, ꝙ eggrediētes dicti Nouitij à Religione, (etiā habitu Religionis nō induto dummodo acceſſerint, receperintq. bona fide abſolutionem, vi priuilegij *Sixti IV.* &c. eodem vero propoſito habitum indue di, ac ſuo tempore profeſſionem emittendi,)
798 non reincidant in dictas cenſuras, neque irregularitates, à quibus vt ſupra fuerunt abſoluti, vel diſpenſati, & dixi *ſuprà 2. par. recoll. 11. n.* 188. *& duobus ſequentibus iuncto num.* 203. latè *Suarez t. 4. de Religione lib. 2. c. 24. à nu. 5. Pierinus to. 1. priuilegiorum Minimorum in conſt. Iulij II. §. 9. & reaſſumit* nouiſsimè *Lezana p. 1. ſuæ ſummæ qq. Regul. cap 24. nu. 8. Villalobos tract. 17. diffic. 19. n. 4. Diana tom. 3. tract. 2. reſol.* 44. contra alios, qui docent hos reincidere, in cenſuras ante, nō autē poſt ingreſsū incurſas, inter quos eſt *Portell. verbo Nouitij abſolutio n.* 32. vbi quòd noua ſibi videtur opinio quorundā antiquorū, quos ex modernis ſequitur *Ricc. 4. p. praxis reſol.* 258. ſcilicèt quòd percutiens Nouitius, Monacum, aut Clericum, & abſolutus vi priuilegiorum, ſi eggrediatur, reincidat in excommunicationem prędictā, & ideò debeat abſolui ab Epiſcopo.

Am-

Digitized by Google

Ampliatur ſextò etiã ſi is,qui tulit cenſu-
799 ram, non ſit ſacerdos, eſt hæc ampliatio contrà *Angelum*, & *Armillam*, qui volebant, quòd qui non eſt ſacerdos non poſsit quò ad vtrumq. forum abſoluere quod eſt falſum,vt benè *Auila citato dub.9.verſ.ſextũ caſum*, quia & ſi non poſsit abſoluere à culpa,cui annexa ẽ cẽſura, nõ per hoc ſequitur nõ poſſe abſoluere à cenſura quò ad forum externum,ita vt non opus habeat abſolutione quò ad dictum forum ab ipſa cenſura.Sed tm̃ à culpa, pſequitur *Conink loc.ſuprac.n.*

Amplia ſeptimò vt neq. de conſenſu partis ad cuius inſtantiam fuit quis cenſuratus poſsit ab alio abſolui, quàm ab eo qui illam tulit, ratio eſt quia conſenſus partis non poteſt dare iuriſdictionem, quæ requiritur ad abſoluendum *Alterius ſup.lib.4. diſp.2.c. 5.dub.3.*

Hæc concluſio ſic ampliata, limitatur primò in illis caſibus,in quibus DD. ſuprà ci
800 tati communiter docent, eum qui tulit cenſuram, vel eius ſucceſſorem, non poſſe ab ea abſoluere, & ſic in eis fallere regulam illam, vulgatam, eius eſt abſouere, cuius eſt ligare, iſtos caſus aliqui ex ſupracitatis authoribus, volunt eſſe quinque, alij ſex, & alij aliquos alios addunt, vt in ſpecie eſt videre apud *Sayrum loco ſupracit. à num.8.* Tamen meo iudicio òmnes illi poſſunt reduci ad vnum caput,nempè vbi iuriſdictio,qua quis tulit dictam cenſuram in eo non duret, ſed impedita iam ſit. Non durat autem iuriſdictio in delegato regulariter in duobus caſibus, de quibus *ſuprà in reſtrictionibus Ampliationis tertia* impeditur etiã tàm in ordinario, q̃ in delegato. Primo, vbi ſuperior eius, id ſibi prohibuit,vt de facto, in *tua nos de ſententia excommunicationis* prohibetur ei,qui excommunicauit aliquem tamquam incendiarium Eccleſiæ, vel rei religioſæ, poſtquam illum denunciauit quoque excommunicatum, vt per Doctores ſupracitatos, qui ex hoc colligunt, non eſſe in iure poſitam excommunicationem contrà dictos incendiarios ipſo facto. Secundò per cenſuram, de qua non ſit tolleratus. Tertiò
801 vbi tacitè etiam fuit illi prohibitum à ſuperiore, quòd communiter exemplificant in eo caſu,quòd Summus Pontifex,vel alius ſuperior dictam cenſuram per ſententiam particularem contrà aliquem nominatim latã ab inferiori, cõfirmauerit ex certa ſcientia,ſeu perfecta cauſæ cognitione, quòd cõtingit, vt ipſi authores ſubdunt, quando in confirmatione inſeritur tenor ipſius cenſuræ confirmatæ, ex regula de qua ſuprà, ea noſtra facimus,quibus noſtram impartimur authoritatem. Dixi *per ſententiam particularem contrà aliquem nominatim*, quia ſecus eſſet ſi cenſura lata eſſet per ſententiam generalem &c. cùm à tali cenſura immediatè lata etiam à Papa, quilibet confeſſarius abſoluere poſsit vt dixi *quæſito præcedenti*, & notat in terminis *Vaſqu.dub.19.veri.& Auil. ſupracit.dub.9.verſ. quintus caſus* Vndè cõfirmatio non poteſt circa eam addere reſeruationem, ſicut neq.addit quando confirmatur cenſura lata per ſtatutum,& proſequitur poſt *Reginaldum* loquendo de cenſura lata à Prælato locali, confirmata per Prouincialem,vel Generalẽ,*Portellius verſ. excommunicatio ad finem*,& ſic intellige *Iacobũ Laurentiũ de iudice ſuſpecto c.4.ſub nu.* 9.qui ſimpliciter docet poſt. *Iaſonem.* excõmunicationem latam ab Epiſcopo, & confirmatam à Papa ad huc remanere Epiſcopo reſeruatam,de cenſura lata in Synodo,quòd etiam ſi fuit confirmata à S.Pontifice,poſsit ab ea abſoluere Epiſcopus, *Vaſq. ſupracit. dub.19.de excomm num.9.*

Limitatur ſecundò in Religioſis profeſ-
802 ſis, prò cẽſuris latis ab aliquo Prælato ſæculari contrà aliquem particularem, incurſis tamen poſt profeſsionẽ emiſsã, *ita Suarez to.4. de Religione lib.2.cap.25.num.5.* vbi ſubdit,hanc doctrinam procedere etiam ſi quis nominatim de dicta cenſura fuerit denũciatus. Qui *num.6.* exemplificat in caſibus, in quibus contingat Religioſum excommunicari ab Epiſcopo, vel alio iudice Eccleſiaſtico in caſu aliquo ſibi cõmiſſo, quia poterit nihilominus abſolui à ſuo Prælato locali, dummodo præcedat ſatisfactio, non ſolum reſpectu partis læſæ ( vt ipſemet *author ſubdit num.7.*) ſi qua fuerit; ſed etiam reſpectu iudicis,qui eum excommunicauit, ſuſpendit &c. ſi enim de ſatisfactione,& abſolutione obtenta à ſuo ſuperiore locali cõſtat Epiſcopo,vel Legato,aut iudici,non poteſt, nec debet amplius dictus Regularis moleſtari, ita *Suarez citato loco.* ſummat & ſi non ita clarè,& completè *Lezzana p.1.ſuæ ſummæ qq.regul.cap.18. num.37.* & allegato *Rodriquez to.1.qq.regul. q.26. art 6.* clarius dixit *Portellius in ſuis dubijs regularibus verbo Prælati poteſtas ad abſoluendum num.25.* his verbis. *Poſſunt Prælati Regulares abſoluere ſuos, ſi ſint excommunicati nominatim in ſoro externo, ſatisfacta prius parte.* Sed aduerte. quòd hæc limitatio procedit tantum in caſibus,in quibus ſupponitur, quòd Regularis
803 incurrerit cenſuram impoſitam à iure,vel p conſtit. Pontificias & ab Eiſcopo,vel Legato,aut iudice eccleſiaſtico fuit declaratus,& denunciatus talis, tunc enim facultas abſoluendi ſpectat ad ſuperiorem ſuum ſatiſfacta parte, & tantũ debet de abſolutione taliter data, certiorare Prælatum,qui eum declarauit,vt etiam dixi *ſup.num.494.* & ſecus eſt in excommunicatione noua ( vt ita dixerim ) lata ab Epiſcopo, vel alio Prælato vt ſupra

in

in caſibus,quibus permittitur contra Regu-
lares ferre cenſuras,vt Epiſcopo à S.Concil.
Trident. conceditur in aliquibus caſibus de
quibus *ſup. num.*486. nam hoc caſu abſo-
lutio ſaltem quoad forum externum eſt dā-
dā ab eo, qui contrà Regulares cenſuram
tulit,cùm enim Epiſcopo,vel alteri Prælato
cōceditur, poſſe ligare Regularem,cenſetur
etiam conceſſum, ſaltem vt dixi, quoad fo-
rum externum, talem Regularem, ab alio
non poſſe abſolui, quàm ab eodem, iuxta
regulā quod correlatiuorum ead.debet eſſe
diſpoſitio, ita idem *Suarez loco ſup. cap.*
20.*num.*4.& *proſequutus fui ſuprà par.*2.*re-
coll.* 11.*num.*203. Dixi, ſaltem quoad forum
externum, quia priuilegia conceſſa Prælatis
Regularibus relata à *Suarez loco primo cita-
to, & alijs*,(abſoluendi vt ſup. loquuntur *de
cenſuris ab homine in genere, vel in ſpecie pro-
mulgatis, aut promulgandis*, vt loquitur Eu-
genius quartus. Vel *à quibuſlibet excommu-
nicationis, interdicti, alijſque eccleſiaſticis cen-
ſuris à iure, vel ab homine quomodolibet latis
& promulgatis*, ac etiā indulget Paulus Ter-
tius)debent aliquid operari,non poſſunt au-
tem operari circa abſolutionem impartien-
dam in iſtis caſibus quoad forum externū,
vt ſupra probatum eſt, ergò debent operari
quoad forum internum, maximè quòd
talis abſolutio,non videtur turbare iuriſdi-
ctionem ipſius, qui tulit dictam cenſuram,
vnde tale priuilegium hoc caſu non cedit
in præiudicium tertij,& ſi non negem iuxtà
ea,quæ ſuprà dixi *à num.*749.ob aliud priui-
804 legium, quòd refert *Suarez loco primo ci-
tato num.*7. vbi fit mentio de ſatisfactione
partis, ſi de facto ſuperior abſolueret in fo-
ro conſcientiæ in his etiā caſibus, aliquem
regularē,tamen præmiſſa ſatisfactione partis,
quòd dicta abſolutio prodeſſet quoq. quoad
forum externum,vt ibi explicaui, fateor ta-
men hunc caſum raró accidere poſſe, cùm
caſus, prò quibus conceditur facultas a S.
Concilio &c. cenſuras ferendi in Regula-
res, de quibus ſuprà nu.488. concernant ſa-
tisfactionem præſtandam ipſimet, qui tulit
ſententiam cenſuræ, & per conſequens, vt
poſſit quis ritè abſolui, debet ab eo petere
abſolutionem, vel impetrare, quòd ſuo ſu-
periori facultatem concedat abſoluendi, vt
docet Praxis.

Quæres an ad hoc vt lata cenſeatur cen-
805 ſura per ſententiam particularem nomi-
natim contrà Regulares,ſufficiat ad effectū,
de quo ſuprà,ſi in ſententia ſit facta mentio
Regularium in genere,vel requiratur vt no-
minatæ in ea ſint perſonæ ipſæ in particula
ri,nempè N Religioſus talis monaſterij,&c.
Huic quæſito reſponderem,opus eſſe vt ſint
nominatæ ipſæ perſonæ in particulari, tùm
quia *Suar. citato to.*4. *de Religione lib.*2.*c.*20.
*num.*5. docet, non ſufficere nominationem
talis, vel talis Religionis, vel monaſterij, &
omnium Religioſorum eius, ſed eſſe neceſ-
ſariam expreſſam nominationem ſingula-
rum perſonarum Regularium,& hunc ſen-
ſum eſſe magis conſentaneum verbis priui-
legij conceſſi *à Nicolao IV*. quæ ſunt iſta, vt
refert idem author. *Nicolaus IV. noluit, fra-
tres ligari aliqua ſententia excommunicatio-
nis, ſuſpenſionis, & interdicti hominis, niſi no-
minatim fieret mentio ipſorum; nec ſufficere;
ſi diceret in ſententia generali, vt perinde va-
leant, ac ſi eſſent nominati expreſſè*. Tum etiā
quia ſic etiam ſaluatur priuilegium conceſ-
ſum à Gregorio XIV. Clericis miniſtranti-
bus infirmis *abſoluendi à cenſuris, & pœnis
à iure, vel ab homine*, in quo excipitur caſus,
vbi dictæ cenſuræ latæ ſunt ab homine cō-
tra aliquem nominatim. ibi, *non tamen no-
minatim quomodolibet latis*. Confirmatur ra-
tione,quia quando lata eſſet cenſura contra
Regulares in genere, vel etiam contra Re-
gulares talis Monaſterij, potius iudicanda
eſſet per ſententiam generalem, quàm per
ſententiam ſpecialem, quæ etiam ferri po-
teſt prò culpa præterita, vt aliàs dixi, *ſupra
recoll. præced. num.*218. quibus illic allegatis
accedit *Layman lib.*1.*tract.*5.*p.*1.*cap.*2.*verſ.
cenſura &c.* à qua cenſura per ſententiam
generalem,ſi non eſt reſeruata, quilibet cō-
feſſarius poteſt abſoluere, vt ſuo loco dictū
fuit. Priuilegium Nicolai IV. vel ſecundum
alios Nicolai V. loquitur de legato à latere,
ita enim allegatur à *Villal. p.*1.*ſua ſumma tr.*
16.*diffic.*5. *ad finem*, eſtque idem. cum eo,
quod dixi *ſuprà num.*474.*ad finem*, & proſe-
quitur *Porteldius in ſuis dubijs Regularibus
verb. excommunicatio in addit. n.*1. quòd ſcili-
806 cet quando Legatus à latere fulminat cē-
ſuras in communi, non ligat Religioſos ni-
ſi exprimantur, quòd non habent locum ho
die, cùm poſtea per alios Summos Pontifi-
ces conceſſum fuit Regularibus ſimpliciter,
quòd à nemine poſſint excommunicari, ſu-
ſpendi, vel interdici,& aliàs irritum, & ina-
ne decernitur, vt in ſpecie, conceſſit *Paulus
V.* ſanctiſſ. memoriæ, Congregationi S. Ma-
riæ Fulienſis, vt habetur *in eorum priuilegio-
rum compendio tit. excommunicatio* §.4. *& re-
fert noſter P. Peregrinus in compendio priui-
legiorum noſtræ Congregationis eod. tit.* §.2.
item per Paulum III. quòd ſint exempti à
iuriſdictione quorumcumq. Legatorū etiā
à latere, vt refert id *Peregrinus ſup. tit. exē-
ptio* §.2. ſed quidquid ſit de hoc, cùm eſſem
in Romandiola,& Bononia, vidi, quòd inter
alias facultates expreſsè conceditur Eminē-
tiſsimis Legatis à latere, facultas in Regula-
res, vndè ceſſat omnis difficultas, nec mirum
ſi iſto caſu poſsit cenſuras ferre Legatus con
trà Regulares; nam etiam Epiſcopus id poſ-
ſet,

Digitized by Google

ſet, à S.P. vt per *Portelliũ ver. Epiſcopus. ſub*

Priuilegium iſtud extendi ad familiares
807 ipſorum Regularium, præter notata in *compendio priuilegiorum Mendicantium, & aliarum Religionum, verbo familiares, & Lezzanam p. 2. ſua ſumma qq. regular. cap.* 16. notat *Villalobos ſuprac. diff. 5. ad finem* ibi *el Obiſpo no puede deſcomulgar, ni poner entredicho à los criados de los frailes, mentre eſtan en ſu ſeruicio ſin eſpecial mandado del* Romano *Pontifice, y aunque lo hagan, no hazen nada, para vn priuilegio de Aleſſandro IV. &c.* Ac
808 etiam extendi ad Clericos Eccleſiæ ſuorũ Monaſteriorum, cõceſsit Benedictus, apud *Ioannem Cruz de ſtatu Religionis, & priuilegijs ipſius lib. 1. cap. 6. dub. 5. concluſ.* 2. Hinc benè in declaratione S. Congreg. quam retuli *ſup. p. 2. recoll.* 11. *num.* 203. *ad finem*, vbi loquendo de Epiſcopis, non ſimpliciter dicitur, quòd *Regulares adeuntes monaſteria Monialium ſine licentia* Epiſ*copi, incidant in pœnam excommunicationis, quam Epiſcopus ſuo edicto propoſuit*, ſed cum reſtrictione, & limitatione, *niſi Regulares illi haberent ex priuilegio, quòd non poſſint excommunicari, quia tunc deberent puniri à ſuis ſuperioribus alia pœna*, quo priuilegio exemptionis gaudent omnes Regulares ratione communicationis, quia omnes ferè ſunt exempti à iuriſdictione Epiſcoporum. ( Dixi ferè quia adſunt aliquæ Religiones, quæ ex ſua regula ſubduntur Epiſcopo vt inter alias eſt Religio Clericorũ Boni Ieſus in Ciuitate Rauennæ, de qua facit mentionẽ Azorius to. 1. li. 13. cap. 11. quæ eſt ſubiecta Archiepiſcopo dictæ Ciuitatis ) præter allegatos ſuprà n. 566. vide *Layman lib. 1. tract. 4. cap. 7. §. 8. num. 29. ad finem*, vbi poſtquam *num. præcedenti* præmiſiſſet diſtinctionẽ de Regularibus exemptis, & non exemptis, & explicaſſet, quam iuriſdictionem haberent ſu-
809 periores Religionum non exemptarum in ſuos ſubditos, ſubdit hæc verba. *Profectò conſtat, Epiſcopis in Germania, maiorem poteſtatem competere in monaſteria ordinum Mendicantium, quàm in Italia, & Hiſpania, vbi fermè ab omni Epiſcoporum iuriſdictione exempta ſunt*, vnde non ſolum quando ſimpliciter cenſura fertur ab Epiſcopo, Regulares nõ cõprehenduntur, ſed etiam ſi exprimerẽtur in caſibus tamen, in quibus id dicto Epiſcopo non eſt expreſsè conceſſum, ratione de qua *ſuprà n.* 467.

An autem id, quod dicitur de Regularibus habentibus priuilegiũ vt ſup. & loquentibus cùm Monialibus, ſtante dicta excommunicatione Epiſcopali contrà alloquentes cùm ipſis, quòd ſcilicèt eos non includat ipſa excommunicatio, etiam ſi ipſi in
810 ea exprimantur, habeat locum etiam hodie poſt conſtitut. Gregorij XV. de exemptorum priuilegijs, de qua feci mentionem *eſt. recoll.* 11. *n.* 206. Patet ex dictis à nobis ſuprà *à num.* 488. vbi de illo articulo, an ex eo, quòd Regulares poſſint ab Epiſcopo coerceri, & puniri tamquam Sedis Apoſtolicæ delegato, poſſit Epiſcopus per cẽſuras cõtrà eos procedere vbi inter alios allegaui *Portellium verbo Epiſcopus num.* 5. vbi *ad finem* non ſolùm ait declarationem Sacræ Congregationis (ab aduerſarijs allatã, quòd Regulares non accedentes ad proceſsiones poſsint cenſura multari ab Epiſcopo) deberi oſtendi authenticè, quòd vera ſit, ſed etiam ſubdit, *non ſibi placere, quòd ait Rodriquez. ſcilicèt vt quando Epiſcopus iuxta Concilium Tridentinum, poteſt punire Monachũ*
811 *notoriè delinquentem extra clauſtra, non puniente Prælato, poſſit tunc* Epiſcopus *punire cenſuris talem Monachum, quia Concil. ibi non concedit, quòd puniat per cenſuras, & poteſt punire aliter.* Quidquid *Lauretus de Franchis in ſuis controuerſijs inter Epiſcopos, Regulares q. 6. fol. mihi* 314. contrarium aſſerat, vbi plures alios caſus refert ſimiles, in quibus, & ſi Epiſcopus poſsit punire Regulares vt ſuprà exemptos, non tamen poteſt contrà eos procedere per cenſuras, ſicut etiam videtur loqui *Nouarius Canonicus in ſua ſumma Bullarum cùm de proceſſionibus* iuxtà ſententiam, de qua ſuprà, quam benè confirmat *Ioannes Maria Nouarius eius frater in Lucerna Regularium ver. excommunicare num. 5. & 6.* ibi à me allegatus. Sed ad particularia deſcendendo, quoniam abſolutio à cenſura poteſt dari ſimpliciter, ad cautelam, & cum reincidentia, ſeu ſub conditione, vt benè *Ricciullus lib. 4. de iure perſonarum cap. 66. in principio*, quæro imprimis

*A quo Iudice abſoluendus ſit, quoad forum externum is, qui appellauit à ſententia cenſuræ contra eum, lata.*

HVic quæſito reſpondet Innocentius IV. relatus in *cap. venerabilibus §. ſanè de ſentent. excommunicationis in 6.* his ver-
812 bis. *ſanè ſi certum eſt excommunicationis ſententiam eſſe iuſtam, velut cùm propter manifeſtum exceſſum, eſt in aliquem promulgata, ſuperior iudex, niſi periculum ſit in mora, excõmunicatũ ad excõmunicatorẽ prorſus remittere debet nec debet eum abſoluere, niſi excõmunicator requiſitus, malitiosè illi abſolutionis beneficiũ deneget exibere; Si verò cõſtet huiuſmodi ſententiã eſſe iniuſtam, nequaquam remittendus eſt ad ſuum excommunicatorem excommunicatus, ſed ſinè difficultate aliqua, mox abſolui.* Ita debere obſeruare Archiepiſcopum reſpectu appellat à ſententia Epiſcopi, declarauit S. Congregatio vt *ſup. num.* 674. & de petente abſolui ab Auditore Rotæ in 2. inſtan-

Digitized by Google

ſtantia. *Rota in Antiquis deciſ.24. de ſentent. excõm*. Ex quibus verbis patet, quòad primã partem, conſtitui regulam cùm limitationibus vt ſcilicet, vbi excommunicationis ſententia, ex actis, ſuperiori conſtat, quòd ſit iuſta, excommunicatũ eſſe remictendũ prò abſolutione ad excommunicatorem nec poſſe ſuperiorem illum hoc caſu abſoluere; niſi in duobus caſibus, nempè vel vbi periculum eſt in mora, vel vbi iàm dictus excommunicatus fuit remiſſus, ſed excommunicator malitioſè differt, vel renuit, illũ abſoluere, item quòad ſecundam partem, quòd quando conſtat, ſententiam præfatam fuiſſe iniuſtam debere abſolui ab ipſo ſuperiore iudice, non autem remictendum eſſe ad excommunicatorem. Nota primò in dicto textu fieri mentionem *de ſuperiore iudice.* quia habet locum dicta diſpoſitio, tàm ſi dictus ſuperior iudex aditur per viam appellationis, quàm ſi per viam quærelæ, ſufficit enim, ſi iudex reſpectu modi, quo aditur, ſit competens, quis autem ſit iudex competens reſpectu appellationis, vel per viam quærelæ tàm vbi lata eſt ſententia ab ordinario, quàm vbi lata eſſet à delegato, habetis latè apud Sanchez *lib.3. opuſculorũ moral. c. vnico du.35. & Sbozz. infrà cit. loco* De caſu in quo ordinarius loci, vbi fuerũt affixi cedulones, an poſſit declarare nullã excõmunicationem latam à delegato, excedente fines mandati. *Graſſius to.2. tit. de ſent. excom. conſ.7. diff.2.* Nota ſecundò, ꝙ & ſi in dicto textu reperiatur illud verbum, *debet*, non ta-
813 men per hoc ſequitur, vt abſolutio data contrà formam *dicti textus* ſit inualida, ſed ſequitur, quòd ſit illicita dumtaxat, vt ſe explicat idem Summus Pontifex *in fine dicti §. verſ. vbi autem* & ſubdit etiam *gloſa ibid. verſ. nec debet*, & latius declarat *Sanchez loco ſuprac. num.17. & 18.* Nota tertiò, quòd in dicto textu fit mentio tantũ de ſententia cẽ-
814 ſuræ iniuſta, quia vbi eſt nulla dicta ſententia, is contrà quem fuit illa lata, non eget abſolutione, ad hoc vt audiatur in iudicio appellationis, vel per viam quærelæ, vt præter allegata *ſup. n.13. habet Puteus deciſ.96. li. 2. ibi & ideò ſi excommunicatus non vult dicere de nullitate, ſed petere abſolutionem ad cautelã, poteſt, &c.* ex quibus verbis patet ſuppone re Rotam, quòd dicẽs de nullitate, nõ egeat abſolutione, & clarius poſt *Abb. in cap. per tuas num. 3. Sbrozzius lib. 2. de offic. Vicarij q.178. nu.11.* ibi intellige vt ad cautelam, excommuuicatus nulliter, abſolui debeat, de neceſſitate autem auditur excommunicatus nulliter, non petita abſolutione, regulariter tamen ſi nullitas non eſt euidens, ſuperior iudiex debet abſoluere ad cautelam vt infrà cùm de hac abſoluitione. Ex eo quia in citato, *verſ. vbi autem* generaliter dicitur, quòd abſolutio, vel relaxatio excommunicationis, & ſi iniuſtè collata à iudice competente, vt ſuprà, teneat, quia tunc eſt potius dicta iniuſtitia contra ius ligatoris, quàm contrà ius Pontificium; Sequitur, quòd ſi dicta abſolutio illicitè conferatur de facto, parte
815 etiam non citata, ſit valida. Ricciullus alios citans libro 4. de iure perſonarum cap.70. num.12. *Sanchez lib. 3. opuſculorum moralium cap. vnico dub. 31.* qui idem præſupponunt in eo caſu, quòd eſſet collata non ſatiſfacta parte, & ad finem, hanc eſſe differentiam, ſubdit, inter abſolutionem & reuocationem cenſuræ, quòd .ſ. abſolutio nõ citata parte teneat, non autem reuocatio ipſius, & ſic intellige *Ricciullum loco ſuprac. num.10. ad finem*, vbi ex eo probat, quòd iudex à quo poſſit ſine citatione partis, abſoluere excommunicatum à ſe, quia etiam poteſt reuocare dictam ſententiam excommunicationis. Adde tamen ꝙ ex eo, quia illicitè darur abſolutio non citata, vel ſatiſfacta parte, ab ea poſſit pars appellare. *Bellamera deciſ.736. apud Riccium in collect. deciſ. collect.2237. Ricciullus loco ſuprac. num.20.*
816 Non tamen per dictam appellationem ſuſpenditur abſolutio, ſicut non ſuſpenditur cenſura, quod eſt verum etiam ſi appellatio præcederet dictam abſolutionem vt infrà *n.* 824. ita habetur *in c. qua fronte de appell.* vbi Doctores præcipuè *Abbas, & Franchus, Marcellus Vulpe cap. 1. ſua praxis ad finem Ricciullus de iure perſonarum capit. 64. num.6. & 7. latè Lancellottus de attentatis 2. p. c. 12. limit.23.* qui refert Rotam Romanm in Calagur. ſeù Oueten. prætenſarum penſionum. cùm congregatio, & reformatores Ciſterc. fuiſſent prius excommunicati, & deindè per Auditorem Cameræ abſoluti, & aduerſarius ab huiuſmodi ſententia appellaſſet, prætendens per Congregationem non fuiſſe præſtitam cautionem de qua in dicta ſententia, cedulones affixiſſet, & prò parte Cõgregationis inſtaretur prò remotione dictorum cædulonum, & tabellarum; coram Reumano 29. Nomemb. 1554. fuit reſolutũ prò Congregatione, ex qua deciſione excipitur alia ampliatio, ſcilicèt etiam ſi abſolutio fuerit data non obſeruata forma ſententiæ, & ſi ſecus dicendum quando in abſolutione impenſa ex hominis delegatione non obſeruaretur certa forma abſoluendi in dicta delegatatione contenta *Ricciullus ſup, num.16.* vbi *n.8.* extendit etiam ſi dicta forma ſit ead. cùm forma iuris, & *nu.17.* limitat quando talis delegatio facta fuiſſet à iudice, ordinario in caſibus &c. Tandem aduertendum, quòd & ſi Doctores citati loquantur in excommunicatione circa ſupradicta, tamen idem dicendum eſt de alijs cenſuris vt per *Lancellottum citat. limitat. 23. à nu. 10.*

Dixi

Digitized by Google

Dixi quòd regulariter abſolutio non citata parte ſit illicita, quia in duobus caſibus eſſet licita, nempè vel quando periculum eſt in mora, vel quando non fertur ad inſtantiam partis, ſed officio iudicis, vt per *Sanchez loco ſupracit.* Addit *Marius Antoninus* alium caſum *lib. 1. variar. reſol. 24. num. 7.* quando datur contumaci, de quo etiam *Ricciullus loco ſupracit.* qui idem dicit, quoties abſolutio datur ab eodem excommunicatore, quòd iudex .ſ. non requiratur citatio, cùm præſumatur iàm de facto informatus, ſed hoc caſu, ſicut in alijs, licèt talis abſolutio non ſit illicita, in eo ſenſu, quòd non peccet ita abſoluens, tamen poteſt ab ea appellari, vt ſuprà. Quid autem obſeruandum ſit quòad abſolutionem ad cautelam, vel ad reincidentiam; infrà ſuis quibuſuis locis. Sed hac occaſione quæres, an eo caſu, quo iudex ſurior declarat iuſtam ſententiam latam ab inferiori, & ſic confirmat eius ſententiam, ſicut debet remittere reum, vt abſoluatur ab ipſo inferiori, ita etiam inferiori compeperat, caſu, quo dictus reus non petit abſolu-
817 tionem, affigere cædulones; ratio dubitandi eſt, quia quando iudex appellationis expreſsè priorem ſententiam confirmat, ad ipſum pertinet mandare ipſam ſententiam exequutioni, ſecundùm *Bartolum in l. eos, qui, §. 1. in fine C. de appellat. cùm alijs allegatis per Myſingerium centuria 5. ſuarum ſingular. obſeruationum, obſeruat. 94.* affiixio cædulonum, & denunciatio cenſuræ pertinet ad exequutionem ſententiæ cenſuræ, igitur. Hoc nō obſtāte contrariū in hoc caſu mihi videtur verius, ob textum ſuprà relatū dū enim ibi iubet S. Pontifex, quòd hoc caſu talis iudex ſuperior remittere debeat excōmunicatum ad excommunicatorem prò abſolutione, videtur concedere ipſi excommunicatori, vt illum denunciet, ſeù affigat cędulones, ſi tamen de facto iudex appellationis affigeret cædulones, an validè iudicari debeant affixi, ad effectum ſuum ſortiendum; non eſt apud me certum, cùm valdè diuerſa ſit denunciatio ab abſolutione; abſolutio enim trahit ſecum exequutionem ſicut excommunicatio, vndè non ſuſpenditur per appellationem, vt dixi ſuprà *n. 674.* fauet *Rota in nouis deciſ. 7. de ſent. excomm.* dicens, abſolutionem, & excommunicationem pari paſſu ambulare, refert *Riccius in collect. deciſ. collect. 2237. verſ. animaduertas.* Sed quæro adhuc.

*An pendente apppellatione, iudex à quo poſſit abſoluere eum, contrà quem tulit ſententiam cenſura.*

RESpondent Doctores communiter affirmatiuè, quia per appellationem, vel aditionē ſuperioris per viā appellationis, vel quærelæ, iudex à quo nō ammittit iuriſ-
818 dictionē, ſed tantū illa ſuſpenditur quòad ea, quæ ſunt contrà appellantem, non autē reſpectu eorum, quæ ſunt in fauorem ipſius appellantis, maximè ſi tendant ad faciliorē exitum appellationis, vt eſt abſolutio à cenſuris, ita *Abbas in cap. per tuas de ſentent. excommunicat. Lancell. par. 2. de attentatis cap. 12. lim. 4. & lim. 16. num. 2.* In hoc conuenire omnes, & eſſe communem ſententiam, teſtatur, & latè probat *Alterius lib. 4. diſp. 2. c. 5. verſ. 4. dubitari poteſt, Suarez diſp. 7. ſect. 2. n. 32. Bonacina diſp. 1. q. 3. p. 1. n. 8. ante hos omnes Sayrus lib. 2. de cenſuris cap. 20. n. 3.* vbi hoc extendit, ſiuè à iudice ordinatio fuerit admiſſa appellatio, ſiuè non, & ſi ſecus dicat eo caſu, quòd hic eſſet iudex delegatus, qui dictam appellationem admiſiſſet, quia tunc remanet priuatus iuriſdictione, & concordat *Sanchez ſup. dub. 35. ad finem*, & *Marius Antoninus loco ſuprac. allegat. 2. num. 9.* ibi *quòd verum eſt, & ſi fuiſſet appellatum, & procedit in iudice delegato, qui non detuliſſet appellationi*, non tamen tangunt hi autho-
819 res caſum, vbi etiam præceſſit inhibitio iudicis ad quem, quia forſan hunc caſum prò magis certo reputarunt, quàm caſum de admiſſione illius ab ipſomet iudice à quo: nā inhibitio nō magis quàm admiſſio appellationis ligat manus iudicis à quo, quò ad ea, quæ ſunt contrà appellantem &c. vt ſuprà dixi, & quando appellans petit à iudice à quo abſolutionem, videtur ſaltem prò hac parte renunciare appellationi. Ampliatur ſecundò, quòd ſit valida abſolutio data vt ſuprà etiam ſi aduerſarius per appellatio-
820 nem niſus fuit impedire dictam abſolutionem; caſus poteſt eſſe, vbi talis contrà quem ad inſtantiam partis fuit lata ſententia appellauerat, deinde ab eodem iudice, à quo peteret humiliter abſolutionem, quem iudex intendat etiam non ſatisfacta parte abſoluere, & antequam abſoluatur, aduerſarius ab hoc grauamine legitimè appellet nam pendente appellatione, iudex, à quo poteſt abſolutionem impartiri, & talis abſolutio valet, & ſi illicita, vt habetur in cit. cap. qua fronte vbi *Francus*, & proſequitur *Lancellot. cit. limit. 23. num. 3.* ad quem ſe remittit *Mar. Antoninus lib. 1. variar. reſol. 72. num. 10.* ibi, *ſed ſi dominus agens prò ſacriſtia proteſtaretur, quòd non concedatur abſolutio, niſi reintegrata Eccleſia, & parito iudicato, aliàs appellaret ad Sanctiſſimum, & interim &c. An poſſit dictus Vicarius abſoluere videnda ſunt, &c.* clarius *Bellectus tit. de fauore Cleric. canonis §. 5. n. 42.* Ita deciſum fuiſſe in Curia Archiepiſcopali Neapolitana teſtatur *Riccius par. 1. praxis deciſ. 513. in impreſſione Neapolitana.* Vndè quod dixit



Digitized by Google

*Marius Antoninus lib. 1. var. reſolut. num. 7.* abſolutionē contumaci poſſe dari, non citata parte, niſi per partem fuiſſet facta proteſtatio, quòd nihil fieret, niſi ipſo citato, & audito, non debet intelligi, quòd aliàs ſit inualida dicta abſolutio, hoc non obſtāte collata, ſed quòd ab ea tamquam iniuſta poſſit appellari, vt *ſup.* dixi *num.* 670. Limitat hanc doctrinam *Lancellottus loco ſupra proximè citato num. 8. & 9.* Primò quando præcedente legitima appellatione, fuiſſet quis excommunicatus, & ſic nulliter, ac vellet hanc ex-
821 communicationem reuocari, petendo ſe abſolui, & denunciari non ligatum, cuius abſolutionis cognitio non poſſet fieri, niſi cognito de iniuſtitia cauſæ principalis, non enim (ſubdit ipſe) talis abſolutio dari tunc poteſt. Secundò, quando illi appellationi fuiſſet renunciatum, & peteretur huiuſmodi abſolutio, remedio attentatorum, quaſi iſta abſolutio ſit reuocatio actus excommunicationis poſt, & contrà legitimam appellationem latæ, allegans *Ægidium deciſ.* 679. quæ duæ limitationes inter ſe non videntur differre, niſi in verbis, idem enim eſt, quòd cognitio abſolutionis non poſſit fieri, niſi cognito de iuſtitia cauſæ principalis, quàm ꝙ abſolutio petatur remedio attentatorum, & ſic videtur loqui *ibid. lim.* 4. *n.* 28. & ſi .n. coram iudice à quo poſſint opponi nullitates ſententiæ vt aliàs dixi *ſuprà à n.* 667. non tamen hoc procedit vbi iam fuit appellatum, & appellationi delatum, & adhuc penderet cauſa appellationis, ſed nota, quia ſi duntaxat fuit ab excommunicato appellatum, & nullitates in ea appellatione deductæ ſaltem per viam iniuſtitiæ, vel grauaminis, non eſt improbabile, non obſtante appellatione, poſſe iudicem, à quo cognoſcere
822 de nullitate, maximè ſi ſumus in appellane à ſententia declaratoria cenſuræ, quæ vt ſæpè dixi nō eſt ſententia diffinitiua, ſed interloquutoria, ſicut eſt etiam interloquutoria, quando fertur in contumacia, vt per *Marium Antoninum lib. 3. var. reſol.* 13. *n.* 17. *& lib.* 1. *reſol.* 112. *caſu* 41. quia per ſimplicem appellationem, nullitas non deuoluitur, ſed grauamen expreſſum duntaxat, vt per *Vantiū, & Miſyſenriū citatos à me ſuprà d.* 669. *ad finem.* Ex quibus patet, quomodo intelligenda ſit regula, quam poſt *Dominicum de Sancto Geminiano & Francum in cap. ſolet de ſent. excomm. in* 6. tradit *Graſſius tom. 2. conſil. tit. de ſent. excomm. conſ. 7. difficul. 2. in principio.* ſcilicèt quòd ad eum pertinet pronunciare excommunicationem nullam, ad quē pertinet abſolutio.

Limita tertiò, vt procedat in eo caſu, quòd abſolutio talis excommunicationis ſit reſeruata Pontifici, vt accidere poteſt in declaratoria, incurſus in excommunicationem *canonis ſi quis ſuadente, &c.* Quia tunc non poteſt abſolui ſimpliciter à iudice, qui eam tulit, & licèt vt loco ſup. cit. dixi, poſſit ipſe iudex reuocare dictam ſententiam, non tamen poteſt abſoluere, *Ricciullus lib. 4. cap. 70. n. 14. iuncto n. 18.* de iure perſonarū, & hoc voluit *Mar. Antoninus ib à me citatus nempè li. 1. reſol. 72. n. 8.* in illis verbis *Aut prætenditur quòd D. Vicarius poſſit abſoluere ab excommunicatione Epiſcopali, ab ipſo lata contrà dictum, &c. ex qua in proceſſu, & fuit reſolutum affirmatiuè, &c.* Dixi *ſimpliciter*, quia de abſolutione, vel ad cautelam, vel ad reincidentiam, aut ratione impedimenti, cōtrarium dicendū erit, vt infrà ſuis locis. Declarà tamen concluſionē, vt ſi dicta abſolutio daretur, non citata parte, quòd eſſet valida. *Ricciullus lib. 4. cap. 70. n. 10. ad finem.*

*Quedā alia notatu digna circa hanc materiā.*

VI facultatis conceſſæ prò abſoluendis à cēſura aliquos principales, ꝙ nō poſſit
823 abſolui ſocij, & complices, probat *Marius Antoninus lib. 3. variar. reſol. 15. n. 3.* Quòd talis abſolutio quòad forum externum poſ-
824 ſit dari mediante perſona procuratoris, qui nomine cenſurati recipiat illam, dixi *ſuprà retrò. præcedenti n. 469. ad finem*, intellige tamen iuſta cauſa interueniente; cùm regulariter requiratur ad talem abſolutionē præſentia perſonalis argumento cap. quanto, 2. quæſt. 5. ita poſt *Innocentium in c. conſideres de ſent. excomm. & alios Lauretus de Franchis in ſuis controuerſ. inter Epiſcopos, & Regulares q. 17. fol. mihi 332. adde etiam Panormitanum in cap. intelleximus num. 10. de iudicijs.* Sed nota, hanc iuſtam cauſam requiri ad licitam abſolutionem, quia & ſi daretur abſque dicta cauſa, eſſet valida, vt dixi *loco ſuprac. num.* 485. vbi, quòd talis procurator debet ad hoc habere ſpeciale mandatum, nec eo caſu requirūtur cæremoniæ, aliàs prò dicta abſolutione requiſitæ à iure, ita obſeruare Sacrum Palatium, ſcilicèt abſoluere abſentes à curia per procuratorem
825 habentem ſpeciale mandatum teſtatur *Rota deciſ. 25. de ſent. excommunicat. in antiquis*, quòd procedit etiam in Priorē petente abſolutionem prò ſuis Monachis *Rota ib. deciſ.* 23. quia vt, ibi habetur abſolutio non datur, niſi petenti, & contrito, vide tamen *deciſ. 36. de procuratoribus in nouis*, vbi declarat, hoc habere locum duntaxat in petitione abſolutionis ad cautelam, non autem in petitione abſolutionis ſimplicis, & ſic apertè dixit *Graſſius in appendice ad deciſ. lib. 3. c. 19. num. 36. & Praxis Archiepiſcopalis Neap. cap. 5. nu.* 12. Qnòd autem mandatum habens ad petendam abſolutionem, non poſſit dicere de nullitate cenſurarum, dixit *Rota apud Seraph. dec.* 419. vbi autē alicui fuit commiſſum à ſuperiore, vt contra aliquem

quem, ſententiam cenſuræ ferat, poſſit etiã ab ea abſoluere, patet ex dictis ſuprà n.791, iunctis alijs, quæ dixi n. 776. vbi ꝙ Vicarius Epiſcopi, cui fuerunt directæ litteræ monitoriales Papales, poſsit abſoluere ab excõmunicatione, & contrauenientes, & ſi nominatim excõmunicatos, infrà tñ annum à die fulminatæ excommunicationis, quia quòad ipſas litteras monitoriales, Vicarius præfatus eſt delegatus vti mixtus exequutor vndè malè, ſua pace. *Marius Antoninus lib. 1. variar. reſol.* 112. *caſu* 37. contrarium ſimpliciter dixit, vt benè obſeruauit *Lazzar. de monitorijs ſect. 4. q. 13. ad finẽ*, qui in hoc caſu loqui iudicare debemus, quãdo ſubdit, ſe dictam limitationem *Marij Antonini*, non cenſere probabilem, vt ibi dixi, vide *Rendin. in ſuo promptuario comun. opin. tit. 41. n. 2.*

Quærit etiam *Allerius lib. 4. diſp. 2. cap. 5. verſ. tertia poteſt eſſe dubitatio.* An ſicut ſu-
826 prà dixi, ex conſenſu partis poſſit prorogari terminus ad incurrendam cenſuram, etiam poſsit prorogari iuriſdictio ad abſoluendum ab illa iam incurſa, & ſic an excõmunicatus ad inſtantiam partis ab vno Prælato, poſsit validè ex conſenſu partis ab alio Prælato abſolui, & reſpondet negatiuè, quia ad abſoluendũ requiritur iuriſdictio, quã iuriſdictionẽ non põt cõſenſus partis tribuere, ſed benè merã, & ſimplicẽ cognitionẽ, vt fit quãdo ex conſenſu vtriuſq. partis eligitur arbitrer. *Barboſa de offic. & poteſtate Epiſcopi allegat.* 126. *n.* 22. tractat latè quæſtionẽ illã
827 an negligẽte Epiſcopo præſtare abſolutionem ab excommunicatione à ſe lata in eũ, qui petit ex iuſta cauſa abſolui, deuoluatur ad Archiepiſcopum facultas illum abſoluendi, ex iſto capite negligentiæ; & concludit, prò negatiua: nam poteſtas abſoluendi deuolui poteſt ad Archiepiſcopum, vel per viã appellationis vel quærelæ, in vno caſu tãtum, ſcilicèt quando cauſa iniuſtitiæ verſatur inter ſubditum excommunicatum, & Epiſcopum, vel eius Vicarium excommunicantem, vt dixi *ſup.* cum quibus concordat *Cappella Toloſana q.* 299. *num.* 5. ibi *ex quo ſequitur quòd poſt decem dies, non poteſt excommunicatus querelare apud eum iudicẽ, qui non poteſt adiri, niſi per viam appellationis, &c.* quòd etiã docet *Sanchez lib. 3. opuſcul. moral. cap. vnico, dub.* 31. qui non ſolum admittit dictum caſum, ſed etiam iſtum ca-
828 ſum negligentiæ, ac etiam caſum, quando ſententia præfata, eſſet notoriè iniuſta, quẽ vltimum caſum quoque admittit *Sbrozzius lib. 2. de off. Vicarij*, loquens in terminis abſolutionis. *cap.* 178. qui & ſi non faciat mentionem iſtius caſus negligentiæ, tamen addit alium caſum, ad quem poteſt ille reduci, ſcilicèt quãdo periculum eſt in mora. Nota tamen *Sanchez loco ſupra cit.* fateri, his caſibus, non debere iudicem ſuperiorem nempè Archiepiſcopum ſtatim abſoluere, ſed monere prius Epiſcopum, vt abſoluat, & ipſo renuente, tunc abſoluat, & ſic intelligas *Sbozzium loco ſupra c. n.* 10. quando ſubdit, *nam in omnibus caſibus prædictis, poteſt excommunicatus adire Epiſcopum, vel eius officialem per viam quærelæ, & tunc abſolui debet ante cauſa cognitionem, recepta prius ab eo idonea cautione. de ſtando, & parendo mandatis, &c.* Licèt Archiepiſcopus, dum viſitat diœceſes ſuffraganeorum, quòd hodie ex Concil. Trid. non poteſt facere niſi ex cauſa probata in Concil. Prouinciali, vt dixi ſup. par. 2. recoll. n. poſsit quòad forum cõſcientiæ, tàm per ſe, quàm per alios abſoluere ſubditos Epiſcopi ſuffraganei à cenſuris Epiſcopo reſeruatis, tamen non poteſt id exequi quòad forum externum, niſi ad ipſũ ſit deuoluta iuriſdiſtio, vt ſup. ita *Barboſa loco ſupra c. tit. 4. n. 48. & ſeq.* Nota, quòd in caſibus, in quibus Archiepiſcopus non habens iuriſdictionẽ in ſubditos ſuffraganeos abſolueret, abſolutio eſt inualida, ex dictis ſuprà *num. 769. verſ. cap. 70. nu. 14. & accedit Megal. cit. cap.* 7. A cenſuris latis per Concilium
829 prouinciale per modũ ſtatuti, poſſunt abſoluere etiam ſuffraganei, vbi non fuerunt reſeruatæ ipſi Archiepiſcopo, *Abbas in cap. grauenimis num. 13. de præbendis*, præter alios quos citat, & ſequitur *Graſſiius in appendice ad ſuas deciſ. lib. 3. cap. 8. num. 9. ad finem, Sbrozzius de officio Vicarij lib. 3. cap. 174. n. 13.* cuius ratio cõcludit, quòd his caſibus nõ ſolum Suffraganeus, ſed etiam quilibet confeſſarius poſsit ab eis abſoluere, iuxta regulam de cenſuris latis per ſententiam generalẽ, vel ſtatutum abſque aliqua reſeruatione, *Megalius par. 3. ſua inſtitut. peregrina lib. 1. cap. 7. num. 30. & 31.* quod procedit eam, ſi dictum Concíliũ fuerit confirmatum à Papa, quia confirmatio cenſuræ latæ per ſtatutum, ſi illa non eſt reſeruata, non facit eam reſeruatam, quiquid ſit de confirmatione cenſuræ latæ per ſententiam particularem, vt per *Megal. loco citato, & Layman lib. 1. cap. 7. num.* 24. de quo vltimo, vide ſup. In abſolutione autem ab excommunicatione, quòd poſsit iudex eccleſiaſticus impo-
830 nere pœnam pecuniariam ipſi abſoluendo, patet ex citato *cap. venerabilibus* § *deniq. de ſentent excommun. in 6.* vbi habetur, quòd Archiepiſcopus in caſibus, in quibus excõmunicare poteſt, poteſt etiam ſi conſuetudo adeſt, pœnas pecuniarias exigere, *vbi gloſa verbo innodare* ſubdit hæc verba. *Ante ergò quàm excommunicet, prò ſatisfactione dicti, in abſolutione, vel poſt pœnam pecuniariã imponere poterit*, vbi *Ioan. Andr. in add.* habet iſta alia verba. *Pœnam pecuniariam imponere poſt abſolutionem, eſt honeſtius, quàm id fa-*



Digitized by Google

*care in abſolutione, nec obſtat decret. ad aures
de ſimonia, & vide quod ibi dixi, verbo contra-
rium, &c.* illam autẽ pęnã nõ poteſt ſibi, vel
Cameræ, aut etiam prò ſalario Vicarij; aut
fabrica Eccleſiæ Catedralis, aut Palatij Epi-
ſcopalis, retinere, ſed pijs alijs locis, ibi exi-
ſtentibus, applicare, ex *Concil, Trid. ſeſſ.* 25. §.
*in cauſsis*, latè *Barboſa de officio, & poteſtate
Epiſcopi allegat.* 107. *num.* 19. *Marcellus Vul-
pe cap.* 6. *ſua praxis iudicialis fori Eccleſiaſtici,
num.* 2. *& ſequent.* & ita intellige *Bellectum in
ſua diſquiſit. clericali de fauore clericorum
reali* §. 5. *n.* 96. ſimpliciter aſſerentẽ, quòd *in
abſolutione ab excommunicatione, poſſit impo-
nere pœnam pecuniariam in pios vſus conuer-
tendam.* Qui *ibid. num. præced.* poſt alios, pro-
831 bat, valere ſtatutũ Epiſcopi, quòd excom-
municatus perſeuerans in excommuuica-
tione, ſoluat quolibet menſe, certæ pecuniæ
ſummam, donec petat abſolutionem, fauet
id, quòd dixit *Vulpe loco suprac.* quòd ab
Epiſcopis non ita paſſim pœna pecuniaria
imponenda ſit, ſed benè quando ipſi vide-
rint, alias pœnas paruipendi, & pecuniariam
timeri, de qua re habes optimũ exẽplũ apud
*Ioa. Segurã in ſuo direct. iudicũ, c.* 13. *nu.* 28.

Quærit *Sbrozzius de officio Vicarij lib.* 2. *c.*
832 174. An Vicarius poſsit abſque ſpeciali
delegatione abſoluere excommunicatum
ab Epiſcopo. Et concludit prò affirmatiua,
reſpondendo contrarijs, *vbi quæſt. ſequ.* quòd
Vicarius Epiſcopi poſsit abſoluere excom-
municatum à delegato ipſius Epiſcopi. Qui
*ibid. q.* 177. & ſi dicat è contrario, excommu-
nicatum à Vicario poſſe abſolui ab Epiſco-
po, limitat tñ eo caſu, ꝙ lata eſſet à Vicario
tamquam delegato, & ſi ſub nomine dignita
tis, intellige à S. Pontifice, vel alio Epiſcopo.
833 A cenſuris latis ab Auditore Cameræ,
abſoluit ipſe Auditor, vt ſupponitur *per Ro-
tam, apud Seraph decis.* 1239. ibi, *poſtremò cùm
non adeſſet in partibus aliquis, qui poſſet abſol-
uere à cenſuris hic latis ab Auditore Cameræ,
fruſtratoriæ erat, &c.* intellige quando non
fuit ſatisfacta pars, ad cuius inſtantiam fuit
excommunicatus ab ipſo Auditore Came-
ræ. *Nouarius qq. forenſ. p.* 1. *q.* 33. qui loqui-
tur de declarato excommunicato ab Audi-
tore Cameræ, ob non ſolutionẽ penſionis,
& poſt Rotam Romanam, concludit, mit-
tentem litteras cambij, quæ habeant effe-
ctum, poſſe abſolui in vtroque foro ab Epi-
ſcopo, & proſequitur *Bellettus par.* 1. *ſua diſ-
quiſ. clericalis tit. de fauore cleric. canone* §. 5.
*n.* 44. quòd hoc caſu debeãt remoueri cœdu
lones. *Ricc.* 4. *p. prax. in prax. cœdul. reſol.* 15.

*Quando, & quomodo danda ſit abſolutio ſim
plex excõmunicato à iudice appellationis.*

RESolutio huius quęſiti pendet ex intel-
lectu duorum §§. *cap. venerabilibus de
ſentent. excommun. in* 6. nempè *citati* §. *ſanè*,
vbi habetur, quòd quando conſtát ipſi iudi-
ci appellationis, ſententiam huiuſmodi eſſe
iniuſtam, debeat mox excommunicatum
abſoluere, abſque quòd illum remittat ad
excommunicatorem, & § *porrò*, vbi idem
Summus Pontifex aſſerit, quòd iudex ap
pellationis, antequam cauſam audire inci-
piat, debeat abſoluere excommunicatũ ap-
pellantem, niſi ex aduerſo opponatur, fuiſſe
excommunicatum prò manifeſta offenſa,
vel contumacia, quo caſu non debet abſol-
ui, niſi præmiſſa reali ſatisfactione. Valdè
enim diuerſa ſunt hæc, quòd ipſe iudex *ab-
ſoluat quando conſtat ſibi de iniuſtitia ſenten-
tiæ*, & quòd *antequam incipiat audire, abſol-
uat.* Quomodo igitur cõcordabũtur? Reſpõ-
deo, concordiam pendere ex diſtinctione,
Præmiſſo enim, quòd absolutio ſimplex
habeat locum vbi pars, contra quam fuit
lata cenſuræ ſententia, prætendat eſſe in-
iuſtam, cùm eo caſu, quo prætendit, illam
ſenteniam eſſe nullam, nequaquam intret
abſolutio ſimplex, ſed ad cautelam, vt dixi
ſuprà, & latius infrà dicendum erit, ſuo loco.
Diſtinguendũ eſt igitur primò de abſolutio-
834 ne ſimplici, quæ dari põt duobus modis,
primò præſtita cautione de ſtãdo iuri, & pa-
rendo mandatis, &c. Secundò abſque dicta
cautione, ſed abſolutè, quã vocat *Graff. in ap
pend. ad lib.* 3. *c.* 8 *n.* 4. relaxationẽ appellatio-
nis, de qua relaxatione cenſurarũ facta cum
cauſæ cognitione, quòd habeat vim diffini-
tiuæ, & totum negotium per eam ſopiri, di-
xit *Rota apud Puteum, deciſ.* 123. *libro* 2.
item ſecundò diſtinguendum eſt etiam
inter caſum, vbi in principio ſecundæ in-
ſtantiæ, conſtat iudici, de iuſtitia, vel in-
iuſtitia ſententiæ, a qua fuit appellatum, vel
id nõ ſibi conſtat, ſed ſit dubium, vtrũ fuerit
iuſta, vel iniuſta. His poſitis, patet concor-
dia in eod. §. *ſanè ad finem*, vbi diſtinguntur
hi tres caſus, & in duobus primis caſibus, ſci-
licèt quando conſtat ſententiam cenſuræ
eſſe iuſtam, vel iniuſtam, abſolutè dicitur,
quòd abſoluatur appellans à iudice à quo,
vel ad quem, in tertio verò caſu, vbi dubi-
tatur, vtrum iuſta ſit, vel iniuſta, non abſo-
lutè dicit Summus Pontifex, quòd iudex
appellationis abſoluat, ſed ſubdit, *ſuperior*
(ideſt iudex ad quem, ſeù Archiepiſcopus,
vt dicitur in *dicto* §. *porrò*) *niſi excommunica-
tori deferat, relaxare iuxtà formam Eccleſiæ,
poteſt illam.* quæ verba ſunt ſimilia verbis
*dicti* §. *porrò*, ibi *iuxtà Eccleſiæ formam debet
abſoluere*, quæ verba ſonant idem, quàm
quòd abſoluat pręſtita cautione de ſtando
iuri, & parendo mandatis, &c. vt patet *in c. ex
tenore eod. tit. extrà*, vbi *gloſa poſt formatio-
835 nem caſus*, ſubdit. *hic eſt forma Eccleſiæ ſe-
cundum quam, &c.* vbi & ſi ſit ſermo de ab-
ſolu-

Digitized by Google

ſolutione ab excommunicatione *canonis, ſi*
*quis ſuadente*, tamen extenditur ad abſolutio
nem omnium excommunicationum, *in c.*
*cùm deſideres eod. illo tit.* qui tex. allegatur à
*gloſa in cit. §. porrò, verbo formam*, imò etiam
ad abſolutionem ſuſpẽſionis, & relaxationẽ
interdicti, quãdo à principio petitur ab eo, ob
cuius culpã fuit latũ, vt habetur per *Rotã in*
*antiquis deciſ. 19. ſub tit. de ſent. excõmun.* vbi
talẽ abſolutionẽ appellat ſimplicẽ. Quando
autẽ dicitur, hoc caſu eſſe præmittendã cau-
836 tionẽ de ſtando iuri, &c. intelligitur de iu
ratoria, ſcilicèt præſtito iuramento de ſtan-
do iuri, ad differentiam caſus, vbi opponere-
tur manifeſta offenſa, vel contumacia, quia
primo caſu ſcilicèt, quando opponitur, &
probatur, talem fuiſſe excommunicatum
prò manifeſta offenſa, non datur abſolutio,
niſi præſtita reali ſatisfactione, & quando op-
ponitur, & probatur manifeſta contumacia,
refectis expenſis, ac præſtita cautione de ſtã-
do iuri, & iudicatum ſoluendo, ita *Ricciullus*
*lib. 4. de iure perſonarum cap. 67. num. 23. & 25.*
clarius *Rota deciſ. 2. de ſententia excommunic.*
*in nouis.* ibi *ſi petatur abſolutio ſimpliciter, vel*
*ad cautelam ab excommunicatione, quæ dicitur*
*iniuſtè lata, ſi non opponitur, & probetur ma-*
*nifeſta offenſa abſoluetur cùm iuratoria cau-*
*tione de parendo iuri, & ſatisfaciendo de ex-*
*penſis, in caſum, & euentum, quibus apparuerit*
*iuſtè excommunicatus, ſecus verò ſi fuerit ex-*
*communicatus prò contumacia, puta quia non*
*reſpondit libello, ſi poſtea venit purgaturus*
*ſuam contumaciam, & petat ſe abſolui, & pars*
*aduerſa petat, quòd ante omnia ſatisfaciat de*
*expenſis, factis occaſione huiuſmodi contuma-*
*ciæ, non eſt abſoluendus, niſi ſatisfecerit, vel de*
*ſatisfaciendo ſufficientem cautionem fideiuſſo-*
*riam, vel pignoratitiam dederit, &c.*

Hoc tamen non obſtante, dicunt Docto-
837 res, quòd qui petit abſolui, ſed recuſat
præſtare iuramentum de parendo manda-
tis, poſſit abſolui, quia tale iuramentum eſt
introductũ duntaxat ad cautelã ex cõſuetu-
dine Eccleſiæ, ideòque nõ eſt de ſubſtantia
abſolutionis, quæ etiã ſine dicto iuramento
collata valet, *Ricciullus ſup. cap. 69. num. 12.*
*Bellettus cit. §. 5. num. 47.* hic tamen caſus nõ
poteſt accidere, niſi vbi iudex velit, quòd ex-
communicatus reſpondeat ſuper eo, quòd
prætendit, iniuſtè fuiſſe excommunicatum,
quia ad hoc non tenetur antequam abſol-
uatur *Rota deciſ. 14. de ſentent. excommun.*
*in antiquis.* Quãdo etiàm dicitur, quòd hoc
caſu, iudex ad quẽ, debet abſoluere iuxtà for
mã Eccleſiæ, *antequã incipiat cauſam audire.*
Quæro an vbi talis abſolutio petatur, poſſit
848 impendi abſque alia informatione. *Rota*
*deciſ. 4. ſub tit de ſent. excommunicat. in anti-*
*quis*, loqui videtur obſcurè, quia ait, quòd *ſi*
*aliquis petat abſolutionem ad cautelam ab ali*
*quo D. Auditore Sacri Palatij, ex commiſſio-*
*ne ſibi ſpecialiter facta, debet primò videre an*
*poſt appellationem fuerit excommunicatus, ſi*
*autem petatur abſolutio ſimpliciter, tunc ſine*
*aliqua informatione impendebatur abſolutio*
*temporibus retroactis*, & poſtea ſubdit hæc
formalia verba, *hodie verò nõ impenditur per*
*Auditorem cauſæ, niſi cùm aliqua informatio-*
*ne facta de excommunicatione prædicta*, non
declarans, de qua abſolutiouc intelligi de-
beant iſta vltima verba, *ſed Ricciullus cit. cap.*
*67. num. 34.* videtur illa accipere prò abſolu-
tione ad cautelam, dùm aſſerit, quòd in ab-
ſolut. ad cautelam requiratur, vt præmitta-
tur aliqualis informatio prætenſæ nullita-
tis, allegans *dictam deciſ. 4.* licèt dicat *in nouis*
cùm deberet dicere *in antiquis*, & *Puteum*
*deciſ. 41. num. 2. lib. 1.* vbi habet hæc formalia
*Rota ſemper ſolet abſoluere à cenſuris in par-*
*tibus, quando eſt commiſſa cauſa appellatio-*
*nis, & nullitatum, ad cautelam, & ita abſolue-*
*runt ad cautelam, licèt à cenſuris in curia non*
*detur abſolutio niſi aliter conſtet de nullitate*,
allegans etiam *dictam deciſ. 4.* & ſi ſub alio
titulo, nempè *Egid. 811. in antiquis*, in
quibus verbis, videntur innuere differentiã
839 qua vtitur Rota in iſta abſoluttone ad
cautelam prò cenſuris latis extrà curiam, &
latis in curia, de qua ſuprà num. mentio-
nem feci, quòd ſcilicèt quando agitur de
abſolutione cenſurarũ latarũ extrà curiam.
Rota ſinè alia informatione impertiatur
abſolutionem ad cautelam cùm reinciden-
tia ad beneplacitum abſque cognitione ali-
qua cauſę, vt per *Cæſarem de Graſſis deciſ. 1.*
*ſub tit. de ſent. excommun.* quando verò agitur
de abſolutione cenſurarũ latarũ in curia, tũc
vel ſumus in appellatione à ſententia diffi-
nitiua. & ſufficit ſi ſit cum ſummaria infor-
matione, ſi verò ſimus in appellat. ab interlo
quutoria, fit cùm plenaria probatione, vt
proſequitur loco citato *Ricciullus n. 35. &*
*ſeq.* Reſtat igitur, quòd ex Rota, dicta abſo-
lutio ſimplex, ſecundum formam Eccleſiæ,
iuxtà verba ipſius *tex. §. porrò*, ſinè aliqua
informatione impendatur, vt patet in *cap.*
*cùm contingat de officio delegati §. finali*, &
ſummat *Lancellottus in ſuis inſtit. Canonicis*
*li. 4. de ſent. excomm. §. aliud iuris, ibi ſufficit*
*enim, quòd appellãs humiliter poſtulet abſolui,*
*vt hoc caſu iuxtà formã Eccleſia abſoluatur,*
*& demum probationibus vtriuſq. partis, admiſ-*
*ſis, vtrũ iuſtè, vel iniuſtè quis ligatus fuerit de-*
*cernatur, &c.* intellige niſi opponatur de ma-
nifeſta offẽſa, vel cõtumacia, vt in dicto *§. por-*
*rò.* Cõfirmatur, nam *Bellettus in ſua diſquiſ.*
*cler. tit. de fauore cler. can. §. 5. n. 2.* Quòad 1.
*caſum*, quando ſcilicèt ſpectat ad iudi-
cem appellationis abſoluere appellantem,
nempè vbi ſibi conſtat ſententia, à qua ap-
840 pellatum, fuiſſe iuſtam, docet poſt alio

ab-

abſolutionem concedendam eſſe, antequã ſibi de veritate cauſæ conſtet, præmiſſa tamen ſaltem ſummaria cognitione, an fuerit appellatũ ex legitima cauſa, & vocatis partibus. Ex dictis, patet, quomodo intelligenda ſit commiſſio facta abſoluendi iuxta formã Eccleſiæ, quoàd forum externum; intelligitur enim, vt præmiſſa cautione de ſtando iuri, &c. licèt ſi ſeruata illa non fuerit, adhuc valeret dicta abſolutio, vt poſt alios notat *Megalius p. 3. lib. 1. c. 7. n. 10.* & ſi ſecus ſit, vt ibi aduertit *n. præced.* ſi ſub alia noua forma id iniungeretur, & cum dolo ommitteretur. Dixi quoàd forum externum, quia quoàd forum internum, quando in Breue pœnitentiariæ ponitur dicta clauſula, intelligitur iuxtà rei exigentiam, nempè ſi opus ſit ſatiſfactione partis, quòd antequam abſoluatur iuret, cùm primum poterit, ſe ſatisfacturum, ſin autem, vt vtatur forma poſita in *Rituali Romano iuſſu Pauli V. S. Pontificis editi*, & dixi ſuprà *p. 1. recoll. 5. à n. 43.*

*De abſolutione ad cautelam. Quomodo conueniat, & differat cum abſolutione ſimplici, de qua ſuprà.*

ISta abſolutio in pluribus conuenit cùm abſolutione collata, præmiſſa cautione de ſtando iuri, & parendo mandatis, quia
841 etiã in abſolutione ad cautelã, quæ datur quoàd forum externum, præmittitur dicta cautio, *Calderinus conſ. 25. aliàs 2. de reſcriptis, Cardinalis Tuſcus litt. A concluſ. 48. ad finem, & 49. n. 5.* vbi quòd ſi mandatur alicui, vt abſoluat ad cautelã facta ſatisfactione, ſufficiat, ſi detur cautio de parendo, &c. Item ſicut petenti abſolutionem, de qua ſuprà, poteſt obijci infrà octo dies, ad impediendã
842 illam, quòd fuerat excommunicatus ob manifeſtã offenſã, vel cõtumaciã, ad hoc vt prius pareat, vel ſi eſt cõtumax, vt ſoluat expenſas, ita etiam diſponitur de petente abſolutionem ad cautelã, *Tuſcus cit. concluſ. 49. num. 8.* vbi quòd dicitur excommunicatus prò manifeſta offenſã, quando apparet excommunicatio per ſententiam, quæ tranſi-
843 uit in rem iudicatam (quia licèt ſententia cenſuræ nunquam tranſeat in rem iudicatam, ad hoc vt poſt mille annos non poſſit retractari, tamen tranſit in rem iudicatam quoàd alios effectus, & præcipuè, vt ſententia illa cenſeatur iuſta, *Canpell. Toloſana deciſ. 299. Ricciullus de iure perſonarum lib. 4. cap. 65. num. 7. & 8.* qui author *ibid. cap. 67. à nu. 44.* agit de ſupradictis duobus cõuenientijs, & latè declarat, quæ nam iudicari debeat manifeſta offenſa, vel manifeſta contumacia, de qua re etiã *Bellett. loco ſuprac. à n. 41.* Conueniunt tertiò, quia in caſu non paritio-
844 nis in vtroque caſu reincidit quis in eãdem cenſuram, ſi fuerat lata à canone, vel à iure, ſi autem fuerit lata ab homine, neceſſe eſt vt reintrudatur in eadẽ cenſura ab eodem iudice, qui ab ea abſoluerat, citata tamen parte, *Rota deciſ. 11. ſub tit. de ſent. excommunic. in nouis,* vbi dicit hoc verũ, & ſi iudex, qui abſoluerat vel ſimpliciter, vel ad caute-
845 lam fuiſſet delegatus, & iam annus tranſiſſet à die abſolutionis, quia vt benè ſubdit Rotá, *ſub conditione videtur eum abſoluere, qui abſoluit præmiſſa cautione de ſtando iuri, vel parendo mandatis, &c. Et per conſequens delegatus non videtur functus officio ſuo, niſi exiſtat conditio.* Concordat *Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana, cap. 5. num. 10. ad finem Ricciullus loco ſupracit. cap. 66. num. 14. & ſeq.* & ita intelligo *Auilam p. 1. cap. 7. diſp. 3. dub. 10. ad finem, & dub. 14. concluſ. 1. & Bellettũ p. 1. diſquiſ. cler. tit. de fauore cleric. can. §. 5. n. 4.* ſimpliciter aſſerentes, talẽ abſolutũ non rencidere in primam excommunicationem ipſo iure; ſed opus eſſe noua reintruſione. Circa id, quod dicitur, reintruſionem faciendam eſſe cauſa cognita, vide *Puteum deciſ. 52. lib. 3.* vbi Rota etſi fateatur hanc eſſe communem opinionẽ, tamen nõ damnat contrariam ſententiam. Ita reſolutum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, teſtatur *Riccius deciſ. 101. p. 2.* Quia inquit, talis eſt conſuetudo ipſius Curiæ. Vndè quãdo occurrit caſus, recurrendũ eſt ad conſuetudinẽ Curiæ. Sed nota, quòd quando dicunt authores, nõ eſſe opus reintruſione, vbi agitur de cẽſura lata per canonẽ, vel à iure, ego intelligerẽ eſſe verum, quoàd forum internũ, maximè eo caſu, quo potuit parere, & noluit parere, quia tunc adeſt cõtumacia, nàm quò ad forum externum ſemper eſt neceſſaria ſaltem declaratio, ex dicendis infrà *recollect. ſeq.* quòd autem declaratoria cenſurarum ob non paritionem, requirat iuris miniſterium, ideſt diſcutere, an paruiſſet, vel non, & citationem, & ab iſta declaratoria poſſe appellari, quæ appellatio ſuſpendat, dixit *Rota apud Puteum deciſ. 177. num. 2. lib. 2.* An autẽ
846 in iſta reintruſione requiratur perſonalis citatio ad dicendum cauſam quare, non debeat reintrudi, ob non paritionem, &c. vel monitio vt pareat, vel id faciat pro quo fuit aliàs excommunicatus, vel ſufficiat citatio per audientiam, ſeù non perſonalis, determinauit *Rota deciſ. 7. ſub tit. de ſentent. excomm. in nouis,* vbi habetur, quòd quaſi omnes Auditores tenuerunt, non eſſe neceſſariam monitionem perſonalem, præſertim ſi aliàs fuit perſonaliter citatus, & ex iuſta cauſa excommunicatus, ac malè abſolutus, proſequitur *Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana cap. 5. n. 10. Ricciullus ſup. cap. 66. num. 15.* Qui *ibid. c. 63. nu. 23.* docet ex *textu in cap. quæſtioni ext. de appellation.* Quòd qui obtinuit abſolutionem præſtito iuramento de parendo mandatis

Digitized by Google

datis, &c. ſi mandato recepto, vel ſi aliquid
846 ei, vt exequatur, mandetur; appellet, non
erit ad appellationem admittendus; ſed erit
in priſtinam cenſuram reitrudendus, do-
nec mandatum ſuſceperit, vel ſuſceptum
848 prò poſſe fuerit proſequutus. Si verò iudex
ad quē reuocat abſolutionē excommunica-
tionis factam à iudice à quo, non poteſt rein
trudere, ſed de nouo excommunicare; *Rota
deciſ. 65. de appellat. in antiquis.* Conueniunt
quartò quia vtraque abſolutio dari poteſt tã
iudice ad quem, quàm à iudice à quo,
de prima patet in *eod. tex.* §. *ſanè ad finem*, de
ſecunda ſcilicèt de abſolutione ad cautelã
habetur per *Praxim Archiepiſcopalem ſuprà
num.* 8. *& Ricciullum cit. cap.* 67. *num.* 20. fa-
uet, quòd dixi ſup. num. aſsignari ſcilicèt
ab authoribus prò cautela, quando cenſu-
ratus infrà decem dies non appellauit à ſen-
tentia cenſuræ contrà eum latam, vt petat à
iudice, à quo, quòd eum abſoluat, vel ſim-
pliciter, vel ad cautelam, qui ſi illam de-
negat, poterit ab hac denegatione appella-
re ad ſuperiorem immediatum, ad quem
non ſibi permittitur, vt *dixi ſuo loco*, recur-
rere per viam quærelæ, & præter à me ibi
citatos, accedit *Ricciullus ſup. cap.* 63. *nu.* 11.
*& ſeq.* Scio *Praxim Archiepiſcopalem loco
ſuprac. num.* 7. cum alijs authoribus, velle
849 quòd abſolutio ad cautelam fiat ex gra-
tia, & ſic non compelli iudicem ad eam cõ-
cedendam, ſicut cõpelli poteſt, quando pe-
titur abſolutio ſimplex, & aliàs à denegatio-
ne ipſius appellare, vt iam dixi. Sed contra-
rium arbitratur longè probabilius, *Ricciull.
cit. cap.* 67. *nu.* 78. ſufficit enim, quòd iſtæ ab-
ſolutiones petantur à Iudice competenti,
vt de prima patet *ex ſupradictis num.* & de
abſolutione ad cautelam, authores conſti-
850 tuunt regulã generalẽ, vt nempè, qui non
poſsit directam abſolutionẽ impendere, nec
poteſt abſoluere ad cautelam, ita *Praxis Ar-
chiepiſcopalis loco ſuprac. num.* 4. quæ ex hoc
infert, quòd non poteſt Archiepiſcopus
Neapolitanus abſoluere ad cautelam à cen-
ſuris Papæ reſeruatis. *Megalius par.* 3. *lib.* 1.
*cap.* 7. *ad finem*, qui ex eadem regula, infert,
quòd Epiſcopus non poteſt abſoluere ſuum
ſubditum ratione domicilij ad cautelam,
qui iàm alteri Epiſcopo effectus ſubditus ra-
tione delicti ab eo fuit excommunicatus, ex
ex eo, quòd dubitetur, an eius ſententia ſit
valida nec ne; *Ricciullus ſuprac. cap.* 63. *nu.*
22. *& ſeq.* Vbi quando iudex delegattus in
curia, vel extrà curiam abſoluat ad cautelã.
Cõueniunt quintò, quòd in petitione vtriuſ-
que abſolutionis debeat exprimi cauſa iniu-
851 ſtitiæ, vel nullitatis, cùm ſic poſsit iudex
arbitrari, an ſit dubium de iniuſtitia, vel nul-
litate *Praxis Archiepiſcopalis Neap. cit. cap.* 5.
*num.* 3. neque contrarium dicitur per *Rotam
6. de ſent. excomm. in anquis.* cùm duntaxat
voluit, non deberi aſsignari cauſam. quare
ſit excommunicatus, quòd eſt valdè diuer-
ſum ab expreſsione cauſæ nullitatis, &c. &
ſic intelligas *Ricciull. ſup. num.* 8. Cõueniunt
ſextò, quòd ſicut abſolutio ſimplex de fa-
cto collata abſque cautione, & ſi illicita, ta-
men eſt valida, ita & abſolutio ad cautelam
*Ricciullus ſuprac. c.* 67. *n.* 48. Differt autẽ ab-
ſolutio iſta ad cautelam ab abſolutione
752 ſimplici, non ſolum accidentaliter, vt
dixit *Alterius lib.* 4. *de cenſuris diſp.* 1. *cap.* 4.
*in principio.* quia vt tetigi ſuprà ſæpius, ſim-
plex abſolutio cùm cautione datur vbi du-
bitatur de iniuſtitia ſententiæ, abſolutio
verò ad cautelam, vbi dubitatur de eius nul
litate, ſed etiam eſſentialiter. *Lancellottus in
de ſent. excommunicat.* §. *multum etiam. Ro-
ta deciſione* 56. *num.* 4. *apud primum volu-
men Conſiliorum Farinacc.* Vndè hæc ab-
hæc abſolutio ad cautelam dicitur extraor-
dinaria. *Ricciullus ſup. cap.* 67. *num.* 34. qui ad
hoc citat etiã deciſiones relatas *ſup. ſub nu.*
606. *Reginaldus libro* 9. *numero* 90. vbi patet,
differentra alia, quòd ſcilicèt abſolutio
ſimplex cùm cautione concedatur abſque
informatione, non autem abſolutio ad cau-
telam, prò qua obtinenda regulariter debet
præcedere ſaltem ſemiplena probatio cau-
ſæ nullitatis *Laurent. de Franchis in ſuis con-
trouerſ. inter Epiſcopos, & Regulares, q.* 16.
*fol. mihi* 331. quo caſu debet citari pars, vt de-
terminatum fuiſſe in vrbe, teſtatur, *Praxis
Archiepiſcopalis Neap. cit. cap.* 5. *num.* 5. & ſi
ſubdat, contrarium obſeruari in dicta curia,
& alijs curijs, nec mirum, quia *n.* 6. *ad finem*
& aſſerit, in Praxi ſeruari, quòd abſque ſemi-
plena probatione nullitatis, debeat quis ab-
ſolui ad cautelam, vide *Riccecciullum ſup.
n.* 43. *Riccium in collectan. deciſ. collectanea*
2237. vbi ait, talem abſolutionem impartiri
etiam parte non vocata, quando datur præ-
miſſa cautione, de qua ſuprà, ſicut etiam
alia differentia ſit manifeſta ex deciſ. relata
ſup. ſub. *n.* 780. quòd ſcilicèt ad petendã ſim
plicem abſolutiouem, non requiratur ſpe-
ciale maudatum, ſicut requiritur ad peten-
dam abſolutionem ad cautelam.

*De Abſolutione ad cautelam in particulari.*

QVoniam ſuprà dixi, quòd abſolutio ad
cautelam datur, vbi ſententia cenſuræ
dubitatur, an ſit nulla, & ad illam conferen-
dam debere præcedere aliquam informa-
tionem; ſequitur vt ad particularia deſcen-
dendo, explicem hìc primò. An ob dubium
cuiuslibet nullitatis ſententiæ cenſuræ, ſit lo
cus abſolutioni ad cautelam, & ſecundò.
Qualis probatio ipſius nullitatis requiratur.
Circa primam partem huius quæſiti. *Rota
Romana inter deciſiones Faſtoli, cauſa* 16. *dub.*
36. videtur tenuiſſe, quòd iſtæ abſolutioni
853 non ſit locus, niſi vbi ſententia eſt nulla
ratio-

Digitized by Google

ratione erroris intollerabilis patentis in ipſa ſententia, vel vbi poſt appellationem legitimam, & ex cauſa legitima interpoſitam, fuit lata ſententia cenſuræ, nàm de his duobus caſibus fit mentio in *cap. cum contingat de off. delegati, in cap. per tuas de ſent. excommun. extrà*. ibi *in iſtis duobus caſibus, &c. cap. ſolet & c. venerabilibus, §. poteſt, & fin. de ſentent. excomm. in 6.* vbi agitur de iſta abſolutione ad cautelam. Contrarium autem ſupponit prò certo *Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana cap. 5. num. 2.* ibi. *Abſolutio ad cautelam nō eſt concedenda, quando excommunicatio fuit iniuſta, neque quando iuſta, ſed ſolum quando dicitur nulla, ex quauis cauſa nullitatis, etiam exemptionis, & eſt aliquod dubium de nullitate, &c.* & latius alijs allegatis, probat *Ricciullus lib. 4. de iure perſonarum cap. 67. num. 7.* Ac percipi poteſt ex ead. *Rota vbi ſup.* quia non obſtante, quòd videatur tenere, ex ſupradictis duobus caſibus nullitatis, concedi abſolutionem ad cautelam, tamen ibi reicit alias nullitates oppoſitas contra ſententiam cenſuræ, de qua ibi agitur.

Quòad ſecundam partem quæſiti, nempè qualis probatio nullitatis requiratur ad obtinendam hanc abſolutionem? Dico quòd in *§. finali ſuprac.* vbi fit mētio probationis
854 requiſitæ quando opponitur nullitas ob cauſam appellationis præcedentis ipſam ſententiam; habentur hæc verba. *Similiter ſi aliquis proponat, ſe ante diffinitiuam ſententiam in iudicio, vel extrà, poſt appellationem ex cauſa legitima interpoſitam, vinculo excommunicationis aſtrictum, poteſt Archiepiſcopus poſtquam ſibi de hoc conſtiterit, etiam priuſquam incipiat de veritate cauſa appellationis cognoſcere, abſolutionis, illi beneficium ad cautelam, iuxta formam Eccleſia impertiri.* Ex quibus verbis patet, duo teneri probare excōmunicatū petentē hoc caſu abſolutionem ad cautelam, primò quòd præceſſerit appellatio ipſam ſententiam cenſuræ, secūdò quòd dicta appellatio fuit legitima, ita *Rota Romana deciſ. 8. de ſent. excommun. in nouis*, vbi ad finem habet hæc verba. *Oportet petentem abſolutionem probare duo: ſcilicèt ſe ex cauſa legitima appellare, & poſt appellationē huiuſmodi, in eum ſententiam excommunicationis eſſe prolatam, & licèt in caſu propoſito conſtaret de appellatione legitima, & excommunicatione per ſuam confeſſionem, & inſtrumento denunciationis, tamen per hoc non coſtaret, ipſam excommunicationis ſententiam, poſt huiuſmodi appellationem promulgatam.* Nota quòd quādo dicitur in *dicto §. finali*, debere petentem dictam abſolutionem, probare *appellationē ex cauſa legitima fuiſſe interpoſitam*, vt etiam loquitur *Rota verbis ſuprà relatis*, idem eſt ac ſi diceret, quòd appellatum fuerit ex cauſa probabili; ita ead. *Rota apud Bellameram deciſ. 91. ad finem*, ibi *modò vbi petitur abſolutio ratione appellationis; lex vult, quòd conſtet de duobus; videlicèt quòd appellatio fuerit ex cauſa probabili, &c.* Quò autē ad iſtā probabilitatem, ſeù legitimitatem appellatio-
855 nis, nota quòd nō debet eſſe reſpectu cauſæ principalis, ideſt an percuſſerit, vel non percuſſerit clericum &c. nam aliàs non ſubiungiſſet textus illa alia verba, *etiam priuſquam incipiat de veritate cauſa appellationis cognoſcere*, vbi benè *gloſa verbo priuſquam.* ſubdit. *Plus ergò poteſtatis habent in hac abſolutione ad cautelam, quàm in inhibitione, quā facere non poſſunt, niſi prius incipiant cognoſcere de veritate cauſa appellationis interpoſita, ante diffinitiuam, &c.* Sed ſufficit vt tantum conſideretur reſpectu ipſius appellationis, ideſt quòd ſimus in caſu appellabili prout declaraui ſuprà cū de iſta cauſa nullitatis nempè quòd factū, prò quo fuit contrà talem, poſt appellationem lata ſententia cēſuræ, non erat notorium, & ſimil. & ita intellige *Ricciullum cit. cap. 67. ſub num. 29.* vbi præſupponit, idem eſſe cauſam appellabilē, & legitimam, & eam tunc dicit deeſſe, quando ſcilicèt ſumus in caſu, in quo appellatio non admittitur, vnde ad hoc caput legitimitatis, ſeù probabilitatis appellationis, reducitur etiam, quòd appellatio fuerit interpoſiita intrà tempus decem dierum à cōminatione cenſuræ, vt percipitur ex *deiſ. 5. de ſentent. excommunicat. in nouis*, vbi determinauit, *adherentes appellationi interpoſita per aliquem prò ſe, vel ſibi adherentibus ante ſententiā excommunicationis per Ordinariū prolatam; ſi petant abſolui ad cautelam, non eſſe aliquatenus abſoluendos, niſi conſtet, eos infrà tempus debitum adheſiſſe appellationi prædictà, ipſamq. adheſionem debito tempore Ordinario intimaſſe, quia aliàs huiuſmodi adheſio, ſicut nec appellatio eos non defendit, nec eſſe ctum excommunicationis ſententia impedit.* Quod autem tertiò non liceat appellare à ſententia cenſuræ (intellige qui non habet intereſſe) habetur per *Cappellam Toloſanam deciſ. 299. num. 6.* ſicuti etiam ad idem caput reducitur, vbi appellatio, maximè ab interloquutoria non fuit in ſcriptis redacta iuxtà ea, quæ *dixi loco citato*, quibus adde *Riccium p. 1. Praxis deciſ. 580.* vbi quòd non ſit neceſſarium, in ea apponere clauſulam, *in his ſcriptis.* Id quod dicit *Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana cap. 5. n. 6. ad finem.* vnum teſtē ſatis eſſe ad probandā appellationē legitimā, quando iam probatum eſt ſufficienter appellationē præceſsiſſe ſententiā cenſuræ, quomodo intelligi debeat, patebit ex infradicēdis Quid autē ſi appellatio non fuerit le-
856 gitima, ſed à iudice à quo, illi delatum fuit, vel à iudice ad quem inhibitum; non reperio dubitatum in his terminis ab authoribus,

Digitized by Google

bus, an habeat locum hoc caſu abſolutio ad cautelam. Sed ex dictis eod. loco ſuprà cit. cùm pateat, quando in his caſibus deuoluatur cauſa ad iudicem ſuperiorem, quia etiam in dictis caſibus præſumitur legitima.

Putarem, hoc ſufficere ad impertiendam hanc abſolutionem per ipſum iudicem, vel à quo, vel ad quem, & ſi tutius hoc caſu eſſet eum ſimpliciter abſoluere iuxtà formam Eccleſiæ, præmiſſa cautione.

Circà ſecundum, quòd appellans debet probare appellationem præceſſiſſe ſententiam cenſuræ, certum eſt, hanc probationē incumbere ipſi excommunicato, quia in dubio præſumitur prò ſententia. *Rota deciſ. 29. de appellat. in antiquis*, difficultas eſt, an requiratur huius rei plena probatio, vel non.

857 *Bellamera deciſ. 91.* loquens de *excommunicato dicente coram Auditore Rotæ, habente poteſtatem eum abſoluendi ad cautelam, ſe excommunicatum, quia non paruit monitioni poſt appellationem interpoſitam, prò eo quòd recuſabatur dari copiam monitionis, & producat appellationem, ſed non doceat excommunicationem ſequutam, niſi præſumptiuè, & per vnum teſtem etiam nòn plenè probantem*, ſubdit, *quòd ipſe ſalua reuerentia, putat non eſſe talem abſoluendum ad cautelam, nam vbi textus requirit probationem, ipſe intelligit de plena.* Contrarium tamen videtur probari per eandem *Rotam deciſ. 8. de ſent. excommunic. in nouis*, vbi quod ſufficiat denunciatio, imò etiam ſua propria confeſsio. *Riccullus* verò *cit. cap. 67. à num. 36.* diſtinctionis fœdere cōcordat has deciſiones, vt ſcilicèt quando verſamur in appellatione à ſententia diffinitiua, procedat deciſ. Bellameræ, quando verò tractatur de appellatione ab interlocutoria prout eſt declaratoria excommunicationis, vel etiam lata ob contumaciam, vt aliàs dixi, tunc non ſufficiat vnicus teſtis, neque iuramentum proprium, aut inſtrumentum denunciationis, & ſeù ſummaria probatio; ſed requiratur probatio plenaria. *Praxis autem Archiepiſcopalis Neapolitana cit. cap. 1. n. 6.* ſimpliciter aſſerit, quòd *quando prætenditur nullitas propter appellationem, quæ præceſsit excommunicationem, eſt probanda appellatio ante excommunicationem non vnius teſtimonio, niſi eo caſu, quo iudex excommunicator dicat, ſe non credere, appellationem præceſſiſſe excommunicationē ſed eſſe paratum dare abſolutionem, ſi ita ſit, quòd poſt appellationē fuerit lata excommunicatio, & deinde per vnū teſtem ſatis erit probare appellationem legitimam.* Non ſufficere hoc caſu probare quòd

858 eod. die lata ſit ſententia, qua fuit appellatum, niſi etiam probetur præceſsiſſe appellationem. *Rota apud Bellameram loco ſuprà c. poſt gloſam in dicto § fin. verſ. poſtquam*, quia in dubio præſumitur præceſsiſſe ſententiā, idem etiā obſeruandum eſſe, ſi appareat, eodem momento fuiſse latam ſententiam, & etiam appellatum, notat *Rendina in ſuo promptuario receptarum ſententiàrum tit. 41. n. 14.* Quia ſuprà dixi, quòd etiam poſtquam quis renunciauit appellationi ſi ſit lata ſententia cenſuræ, ipſa ſententia ſit nulla; ſequitur

859 quòd vbi renunciatum fuit appellationi, adhuc poſsit eſſe locus abſolutioni ad cautelam, ita in ſpecie. *Rota Romana apud Creſcentium deciſ. 686. apud Riccium in collect. deciſ. collect. 2237. verſ. & abſolutio ad cautelam, Ricciullus ſuprà c. cap. 67. nu. 31. ad finꝫ.*

860 Adde quòd ſi exemptus poſt appellationem ab Epiſcopo interpoſitam, excommunicatus fuerit & ad cautelam abſolutio petierit. Rota abſolutionem impertiri illi non ſolet, niſi etiam aliqualiter de exemptione doceat *Rota deciſ. 6. de ſent. excommunicat. in nouis.*

*Item in §. poteſt eiuſd. cap. venerabilibus de ſent. excommun. in 6.* vbi fit mentio probationis requiſitæ, quando à cenſurato oppo-

861 nitur contrà ſententiā, nullitas ex cauſa erroris intolletabilis ad obtinendam iſtam, abſolutionem, ſicut etiam in *cap. per tuas eod. tit. extra*, aliud non requiritur, niſi quòd error præfatus ſit in ſententia, *patenter expreſſus, & gloſa in dicto §. ſanè verſiculo, ſed ponamus*, dicit hæc verba *ſed ponamus, quòd excommunicatus dixit Archiepiſcopo*, quòd ſententia excommunicationis à ſuo ſuffraganeo lata, eſt nulla, quia continet errorem intollerabilem, vt ſi dicat excōmunicator, quia talis noluit talem occidere, vel dedit elæmoſinam tali pauperi, eum excommunicamus; excommunicator verò aſſerit, excommunicationem eſſe iuſtam, vtrum Archiepiſcopus ſtatim debeat excommunicatum abſoluere priuſquam ſibi conſtet de nullitate ſententiæ? Reſpondet, quòd non, ſed eum abſoluere poteſt ad cautelam.

De alijs verò caſibus nullitatis, non reperitur in iure aliquid ſingulare; vnde in iſtis habet locum, quòd ſuprà dixi n. eſſe neceſſariam aliquam ſummariam, ſeù ſemiplenam probationem ipſius nullitatis, fauet *Rota deciſ. 7. de ſententia excommunicationis in antiquis*, ibi *vbi Epiſcopus excommunicat, & eſt in poſſeſſione excommunicandi, vt quia excommunicat ſubiectum, niſi probetur exem-*

862 *ptio, excommunicatus, pendente lite non debet abſolui*, quæ ſubdit, ſecus eſſe, ſi verteretur in dubium poſſeſſio ipſius Epiſcopi, quia tunc *niſi Epiſcopus probaret ſe eſſe in poſſeſſione, præſtaretur ipſa abſolutio ad cautelam.* Sic etiam vbi prætenditur nulla excōmunicatio lata contrà participantes cum communicatis in loquutione, ſalutatione,

863 & ſimilibus; canonica monitione prætermiſſa. Quo caſu eſt nulla ipſo iure, vt poſt



Digitized by Google

Sacram Congregationem, habetur per *Ric-*
*ciullum cit. cap. 67. n. 33.* ſufficit ſi ex actis
appareat, non præceſsiſſe monitionem ca-
nonicam ad hoc vt ex hoc capitę poſsit im-
pertiri ipſa abſolutio ad cautelam. An autē
idem dicendū de ſententia cenſuræ lata à
864 delegato ſine canonica monitione, quòd
ſcilicèt ſit nulla ipſo iure; vide per *Rotam*
*deciſ.* 10. *&* 23 *de ſententia excommunicationis*
*in antiquis*, vbi in vltima deciſ. poſtquam
probat Rota, quòd ſit ipſo iure nulla, ſubdit
collector, *ſed contrarium credo.* Sic etiam di-
cas quādo eſt nulla, quia nulla præceſsit mo
nitio vt ſupra ſuo loco dixi. Nota tamen ꝙ
Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana *cit. cap.*
*5. num. 6. poſtquam ex Rota, & alijs* dixerat,
*quòd petens abſolutionem ad cautelam debeat*
*ſummariè, & ſemiplenè probare nullitatem*
*excommunicationis de quacunque nullitate*
*tractetur, etiam exemptionis.* Subdit *ad finem*
*numeri*, iſta alia verba, vt ſuprà etiam dixi,
*Nihilominus in praxi ſeruatur, quòd abſque*
*aliqua ſemiplena probationę nullitatis, ſit ab-*
*abſolutio ad cautelam.* Vndè Praxis contraria
tantum reſtringitur ad Rotam Romanam,
& vbi illa ſeruatur, quam fateor eſſe magis
conformem verbis *tex. in cap. ſolet, ac etiam*
*cap. per tuas infrà mox referendis.*

Sed an pendente probatione nullitatis,
865 vel quòad effectum abſolutionis ad cau-
telam, vel reuocationis ſententiæ, talis ex-
communicatus, ſit, & quomodo euitandus,
quæritur in *in cap. ſolet de ſentent. excommun.*
*in 6.* Et reſpondet Summus Pontifex his ver
bis, *in ſecunda verò quæſtione ſtatuimus, vt*
*is qui ad probandum admittitur, pendente pro-*
*bationis articulo in cæteris, quę vt actor in iu-*
*dicijs attentauerit, interim euitetur. Extrà iu-*
*dicium verò in officijs, & poſtulationibus, &*
*electionibus, ac alijs legitimis actibus nihilomi-*
*nus admittatur.* Dixi *vel reuocationis ſenten-*
*tiæ*, prò caſu, vbi talis tantum petijt declarari
nullā dictā ſententiā cenſuræ, & nō petijt ab-
ſolutionē, iuxtà ea, quæ ſuprà dixi, & eſt tex-
tus in dicto *cap. per tuas extr. de ſent. excōm.*
ibi *in quibus caſibus ad probationem eorum,*
*etiamſi abſolutionem non petat, debet admitti.*
*Sed dum nec de ipſis conſtiterit, in alijs ſeruari de-*
*bet, quamquam Apoſtolica ſedes, tales etiam*
*conſueuerit abſoluere ad cautelam*, in quibus
verbis fundatur ſtilus Romanę Curiæ nun-
quam declarandi ſententiam cenſuræ latā
in partibus nullam, ſed abſoluendi ad cau-
telam, vt dixi ſuprà, & notat etiam *Riccius in*
*collectanea deciſ. collect. 2237. verſ. ſemper Ro-*
*ta*, quamuis à cenſuris in curia latis, abſolu-
tio non detur; niſi aliter de nullitate con-
ſtet, vt poſt *Puteum deciſ. 41. lib. 1. ait Ricc.*
*loco ſupracit. & Marius Antoninus lib. 1. var.*
*reſol. 72. ad finem*, ſicuti quando ſunt incurſæ
ob non paritionem mandati, non abſoluū-
tur, niſi parito iudicato, vt aliàs dixi, circà
quam materiam, quia nouiſsimè emana-
uit optima deciſio in Rota Lun. 21. Maij
1638. coram Royas, illam refero in fine
huius quæſiti. Quando verò de nullitate
non conſtat aliquo modo, & non eſt locus
abſolutionis ad cautelam, tunc eſt denun-
866 ciandus, & contrà eum affigendi cedulo-
nes, niſi petat abſolui, offerendo ſatisfactio-
nem actualē, quia tūc non debent affigi dicti
cędulones. Dixi, offerendo ſatisfactionem
actualem, quia ſi tantum offert de futuro
ſatisfacere, poſſent affigi cædulones, donec
actualiter ſatisfaciat, quod obſeruare Curiā
Archiepiſcopalem Neapolitanam in caſi-
bus exemplaribus, & magni momenti ad
aliorum terrorem, ac etiam ipſius excom-
municati maiorem confuſionem, ad hoc vt
abſtineat in futurum à ſimili exceſſu, *poſt*
*Praxim Archiepiſcopalem*, teſtatur *Riccius*
*4. par. praxis in praxi cędulonum reſol.* 18. alle
gans *textum in Clem. 1. §. & quia, de pęnis.*
Qui *loco ſupracit. reſol.* 19. concludit, quòd
& ſi de rigore prò affixione cædulonum
867 non ſit neceſſaria citatio partis, tamen in
Curia Neapolitana, expediri citationem ad
videndum ſe excommunicari, & affigi cæ-
dulones, quæ citatio ſufficit ſi fiat domi, ſi
latitet reus, vt alias dixi. Quid autem agen-
dum ſit quando iam affixi ſunt cędulones
prò cenſura, cuius abſolutio ſpectat ad Sum-
mum Pontificem, & pars petit coram Ordi-
nario, qui affixit cædulones, illos amoueri,
*idem Riccius ibid reſol.* 17. dicit, quòd paſsim
in Curijs, & Tribunalibus Eccleſiaſticis hoc
caſu ſolet mandari, quòd remoueantur cæ-
dulones; cenſurato concedendo terminum
vnius, vel duorum menſium iuxtà facti qua
litatem ad procurandam abſolutionem,
dummodo domi ſe contineat, & pręſtet cau
tionem, quo elapſo, niſi cum effectu præ-
ſentetur abſolutio, iterum de nouo affigun-
tur cædulones intellige, qn̄ hoc caſu nō ſit
locus abſolutioni ratione impedimenti, vel
ad reincidentiam, vt infrà ſuis locis dicetur.
Dixi coram Ordinario, quia ex ſupradictis
patet, quid obſeruet Auditor Rotæ, vel Ca-
meræ Apoſtolicæ prò cenſuris latis in par-
tibus, vel in Curia.

Dantur alij caſus, in quibus datur abſolu-
tio ad cautelam, ideſt quando non eſt cer-
tum, an aliquis incurrerit excommunica-
tionem, vel aliam cenſuram latam à iure,
vel ab homine. De cenſura lata à iure, ha-
betis exemplum apud *Marium Antoninum*
*lib. 3. variar. reſol. 18. ad finem.* Qui loquitur
de excommunicatione *canonis ſi quis ſua-*
*dente*, de qua eſt dubium, an quis illam in-
currerit, necnè. In ſpecie, quòd quando adeſt
in excommunicatione canonis dubium iu-
ris, poſit cadere abſolutio ad cautelam, dixit
Rota

Digitized by Google

*Rota deciſ. 56. apud primum volumen conſilio-*
868 *rum Farinacc.* & ſi non declaret, à quo
poſsit dari hoc caſu talis abſolutio, tamen
ſemper intelligitur, quòd non poſsit dari ab
alio, quàm ab eo, qui poteſt ſimpliciter ab-
ſoluere, iuxtà regulam de qua ſup. De cen-
ſura ab homine ponit exemplum *Ricc. p. 4.*
*praxis in praxi cadulonum reſol. 23.* vbi poſt
quam egerit de incurſu excommunicatio-
nis ob lacerationem, vel deturpationẽ cæ-
869 dulonum, & à quo in dubio præſumatur
facta, quærit vtrum dictam excommunica-
tionem incurrat, qui id egerit calore iracun-
diæ, & reſpondet, hoc caſu, tutius eſſe petere
abſolutionem ad cautelam. Alius caſus po-
nitur à *Rendina in ſuo promptuario receptarũ*
*ſententiarum tit. 41. num. 4.* vbi quærit an qui
iuſtè impeditus comparere non potuit, & ob
870 contumaciam fuit excommunicatus, cõ-
ſtito de impedimento, indigeat abſolutio-
ne. Et poſt relatas duas opiniones contra-
rias DD. concludit, quòd licèt de rigore, &
ſubtilitate iuris, talis non egeat abſolutione,
tamen ad hoc vt cenſura habeatur in maiori
reuerentia, & magis timeatur, debeat abſol-
ui ad cautelam. Quando petitur talis abſo-
lutio ad cautelam, quòd non cenſeatur con-
feſſum delictum, habetur per R*otam deciſ.*
*56. ſuprà cit. nu. 1.* vbi *num. 4.* quòd non ſit ab-
ſolutio ad cautelam. quando abſoluitur
quis in forma Eccleſiæ conſueta. Interdi-
ctum autem vtrum relaxari etiam poſsit ad
871 cautelã, vide *deciſ. Rota 9. de ſent. excõmun.*
*in nouis. Genuenſ. in ſua praxi Archiepiſco-*
*pali cap. 5. n. 1.* Quòd talis abſolutio ad
cautelam quoàd forum externum fiat ſine
872 aliqua ſollemnitate, notant addentes ad
Bellam. cit. dec. 91. qui allegant *Hoſtienſem*
*in c. venientes, §. vltimo de teſtibus,* vbi quoq.
reperies, quòd poteſt fieri etiam diebus fe-
riatis. Quando autem talis abſolutio com-
873 mittitur confeſſario prò vtroque foro, de-
bet abſolui coram Notario, & teſtibus, vel
ſaltem coram teſtibus, vt abſolutus poſsit
dictã abſolutionem probare, inquit *Nauarr.*
*cap. 27 num. 277.* Sed rectius alij dicunt, ſuf-
ficere fidem confeſſarij, vt dixi, cùm de ab-
ſolutione vi Bullæ iubilei, quibus illic alle-
gatis, addo *Maſcardum de probationibus con-*
*cluſ. 12.* Quando autem talis commiſsio fit
cum clauſula *ſatisfacta parte*, quid debeat
obſeruare delegatus, infrà ſuo loco.

## *Deciſio ſuprà mentionata 31. Maij 1638. coram Royas.*

*Vacante officio Priorissæ in Monaſterio de Sixena Ordinis Hieroſolymitani, per obitum D. Filippæ de Azlor, fuit electa D. Iſabella de Pomar à maiori parte Monialium del Sguart, ad quas vt aſſeritur, ius eligendi Prioriſſam ſpectat, tàm ex conſtitutionibus Conuentus, à Celeſtino III. confirmatis, quàm ex conſuetudine ſpatio annorum 300. continuata. A maiori autem parte Monialium Monaſterij electa fuit D. Franciſca de Moliner; ad quas de iure communi, talis electio pertinet, vt firmauit Rota coram me in hac die 2. Iunij, & die 5. Decembris 1636. Quibus in deciſionibus, diſputato dubio ſuper manutentione, eidem D. Franciſca eam conceſſit, prò qua etiam declaratoriam, & reaggrauatoriam relaxauit contrà dictam Iſabellam ob non paritionem mandati Rotalis ſub diebus 8. Iunij, & 18. Octobris 1637. Rebus ſic ſtantibus D. Franciſca diem clauſit extremum, & D. Iſabella ob recurſus factos, & non paritionem mandati Rotalis, petijt abſolui à cenſuris incurſis. Et propoſita dubio, an eſſet abſoluenda? Domini affirmatiuè reſponderunt, quia conſtat de plena paritione, & obedientia debita, purgando contumaciam cap. qua fronte extrà de appellat. cap. ſolet de ſent. excommunic. in 6. Rota deciſ. 247. num. 1. par. 3. & deciſ. 649. in fine p. 4. recent. & in Arboren. cap. 7. Iunij 1633. coram* R. P. *D. meo Merlino. Quantum attinet ad recurſus habitos, fuit paritum iuxtà formam Breuis per procuratorem ad hoc ſpecialiter deputatum, vt docet gloſa in verbo vel paciſci in cap. qui ad agendum 4. de procuratoribus in 6. cap. quod de his in fine de ſent. excommunic. &c. Sayrus de cenſuris lib. 2. cap. 21. num. 14. quòd ſufficit vt abſolutio concedatur. dicto cap. ſolet, & fuit dictum coram me in hac cauſa die 13. Octobris 1636. Quo verò ad cenſuras relaxatas ob non paritionem mandati Rotalis de manutenendo Franciſcam,*
874 *ſatis conſtat de paritione, ex quo D. Iſabella per procuratorem ad hoc ſpecialiter deputatũ, præſtat omnimodam patientiam prò illius exequutione cum ceſſatione à quibuſcunque impedimentis, ex parte ſua, præſtitis. Rota deciſ. 319. p. 1. & deciſ. 614. à num. 2. p. 3. recent. Caualer. deciſ. 364. num. 2. & 3. & coram Buratt. deciſ. 17. & ibi addent. Nec obſtat, quòd huiuſmodi paritio non fuerit facta viuente dicta Franciſca Moliner, & ſic illa videatur fruſtratoria, cum non ſuperſit perſona, cuius fauore præſtanda ſit iſta patientia prò manutentione; Nam cum D. Iſabella vigore dicti mandati Rotalis ſolum teneatur pati, vt Franciſca poſſit recuperare ſuam anteriorem poſſeſſionem, reſpectu poſſeſſionis corporalis, videtur dicendum, quòd illa hodie pareat eidem mandato, dum declarat ſe præſtare patientiam prò exequutione mandati Rotalis, & renunciare quibuſcunque impedimentis præſtitis, cùm enim hodie non poſſit dictum mandatum exequutionem habere in perſonam Franciſcæ. propter illius obitum. Ideò Dominis viſum fuit, ſufficere dictam declarationem, & renunciationem, vt firmatũ fuit in ſupradictis deciſionibus corã Caualerio,*



Digitized by Google

*& Beraſſo; cùm ex ea ſatis conſtet de eiuſdem animo parendi mandato Rotali, & ſic dixerim dandam eſſe abſolutionem D. Iſabellæ, factâ tamen obligatione de parendo mandatis Eccleſiæ, ad tex. in cap. cùm deſideres, ubi gloſa verbo niſi forma Eccleſiæ de ſentent. excommun. notat. Lapus allegat. 70. num. 6. & ibi Mandoſ. in addit. lit. D. & ita reſolutum. D. Iſabella tantum informante.*

*De abſolutione ad reincidentiam in cõmuni.*

ISta abſolutio ad reincidentiã in genere, ait *Auila 2. p. cap. 7. diſp. 3. dub. 14. in principio*, ita deſcribi poteſt, eſt abſolutio à cen-
875 ſura, data ad certum tempus tantum, vel ad certum actum, quo tempore tranſacto, vel actu peracto, ſtatim abſque noua ſententia, abſolutus incidit in priorem cenſuram, ſed quia vt infrà patebit, non eſt certum, an talis abſolutus reincidat in priorem cenſuram, vel in nouam, rectius *Reginaldus lib. 9. num. 54.* & *Epiſcopus Ricciullus lib. 4. de iure perſonarum cap. 66. num. 9.* dum aſſerunt, quòd abſolutio ad reincidentiam propriè dicitur illa, quæ non tollit perpetuò cenſuram, ſed benè *ita vt ſit redditura poſt* certum tempus. Ex quibus verbis patet differẽtia, non ſolum inter iſtam abſolutionem, & abſolutionem ſimplicem, ſed etiam abſolutionem iuxtà formam Eccleſiæ, vel ad cautelam, cùm per iſtam abſoluatur quis à cenſura, & ſi non dubitetur de eius iniuſtitia, vel validitate, tamen cum illa limitatione quòad certum actum, vel certum tempus, differt etiam ab abſolutione ſub conditione quia iſta abſolutio ad reincidentiam ſtatim ſortitur ſuum effectum, quòd non contingit in abſolutione ſub conditione, quæ non ſortitur effectum, niſi purificata conditione, vt ſuo loco dictum fuit. Quare autem poſſit dari abſolutio ad reincidẽtiã à cẽſuris, nõ autẽ à peccatis, dixi *ſup. p. 1. re coll. 3. n. 30.*

Circa hanc materiam, conueniunt *DD.* Primò, poſſe dari hanc abſolutionem, nempè ad actum, quo deducto in effectum, vel ad tempus, quo finito, is iterum reincidat in priorem cenſuram, teſtatur de communi poſt *Couarruuiã Reginaldus ſup. n. 54. Laurentius de Franchis in ſuis cõtrouerſ. inter Epiſcopos, & Regulares quaſt. 14. fol. mihi 329.* Cõueniunt ſecundò illã poſſe dari à iudice
876 habente iuriſdictionem eccleſiaſticam, quòad forum externum, ex quo ſequitur primò, quòd regulariter nõ põt dari a cõfeſſario etiã virtute cuiuſcunque priuilegij, vel bullæ, niſi in priuilegio, vel bulla, ſit expreſſè illi tributa talis facultas à S. Pontifice, vel de conſenſu iudicis. Secundò vt nedum impendi poſſit ab eodẽ confeſſario de cõſenſu partis ſolius. Ratio eſt manifeſta, quia cùm vi huius abſolutionis, quis elapſo tempore debeat reincidere in eandem cenſur. abſq. noua ſententia, vt infrà requiritur ad eam impertiendã eadem iuriſdictio, ſcilicèt eccleſiaſtica quòad forum externum, quæ eſt neceſſaria ad illam ferendam, ſed confeſſarius, neque pars habet ex ſe hanc iuriſdictionẽ, ergò, ita *Auila loco ſuprac. concluſ. 2. & Suarez tom. 5. diſp. 7. ſect. 8. nu. 23. & 24.* vbi non docet contrarium quòad cõfeſſarios electos virtute alicuius Bullæ, quia tantũ aſſerit, vt infrà latius, ꝙ quia in Bulla sẽper datur facultas abſoluendi ab iſtis cẽſuris cùm clauſula *ſatisfacta parte* (idem dicas de alia clauſula, *ſi pars conſenſerit*, vt per *Guttierez allegat. 9.* & interdum *contingit, ob impotentiam pænitentis, ſatiſfactionem ipſam non præcedere, ſed ſolam cautionem eius, ideò tunc abſolutio talis, ſolum eſt ad reincidentiam, quia ſi perſona ſic abſoluta, habita poſſibilitate, non ſatisfaciat, iterum incidet, vt declararunt Pius V. Gregorius XIII. & Sixtus V. in varijs Bullis iubilei, & referunt moderni authores, & eſt valdè conſentaneum iuri communi, in cap. eos qui, §. idem ſtatuimus de ſentent. excommunicat. in 6.* Hactenus *Suarez.* Non autem quòd virtute ipſius Bullæ poſſit confeſſarius abſoluere ſub cõditione de futuro, v.g. abſoluo te, ſi infrà tale tempus ſatisfeceris, &c. aliàs reincidas, vt poſt alios dixi *cùm de iubileo nu. 8.* quo pacto intelligitur propoſitio ſuprà à nobis poſita, ſcilicet non poſſe dari abſolutionem
877 ad reincidentiam à confeſſario virtutẽ Bullæ electo, aut priuilegij, niſi in Bulla, vel priuilegio illa expreſsè conceſſa ſit, & proſequuntur *S. Fauſto de iubileo lib. 4. q. 103. Boſſius de triplici iubilei gratia ſect. 1. caſu 31. ſub num. 4.* & loquendo de *Bulla Cruciatæ* notat *Villalobos p. 1. ſumma, tract. 16 diff. 23. n. 2.* Quidquid *Rodriquez p. 1. ſumma c. 84.* poſtquã poſuerit dictã propoſitionẽ prò regula, dicat iſta verba. *Verdad es, que aunque no de licencia vn iubileo para ello; opinion es de hombres doctos, que puede abſoluer de la deſcumunion ad reincidentiam en tiempo de iubileo, para que ſe pueda ganar, y eſto nel fuero de la conciencia, dando o fianza, o prenda, o iurando que luego ſe pueda, ha da ſatisfazer a la parte.* Quia vel ipſe ſupponit, non dari à Bulla, vel priuilegio facultatem abſoluendi ab iſtis cenſuris ab homine cõtra aliquem nominatim latis, vel ſupponit dari dictam facultatẽ, primò caſu, verũ eſt quòd cũ ab eis non poſſit Epiſcopus abſoluere ſimpliciter neq. poſſit abſoluere ad reincidentiã, iuxtà regulam ſuprà traditã in materia de abſolutione ad cautelam, quæ à pari procedit in hac abſolutione ad reincidentiam, non autẽ è contrario, .ſ. qui poteſt abſoluere ſimpliciter etiã poſſit abſoluere ad reincidentiã vt infrà, vel ſupponit dari dictam facultatem, &

tunc

Digitized by Google

tunc vel ſupponit dari cùm dicta clauſula *ſatisfacta parte*, & hoc caſu quãdo nõ poteſt pœnitens ſatisfacere in totum, neque in partem, poteſt confeſſarius ab eo exigere cautionem ſaltem iuratoriam, ſinon poteſt præſtare pignoratitiã, vel fideiuſſoriam, & ſic eum abſoluere abſolutè, & ſi ſecundũ *Suar. ſuprà relatum*; ſi per accidens neglexerit ſatiſfacere, reincidat in cenſuram, ſi tandem ſupponit dari talem facultatem ipſi confeſſario ſed abſque clauſula illa *ſatisfacta parte*, & tunc ſecundum opinionem, quam tuetur *Graſſius apud S. Fauſto lib. 4. de iubileo quæſt. 10. ad finem*, ſcilicèt in ſimilibus conceſsionibus ſubintelligi hanc clauſulã, & ſi in eis non fiat mentio ipſius, & tetigi ſuprà nu. 795. Idem dicendum eſſet, quàm in præcedenti caſu, ſecundum verò opinionem contrariam, de qua *S. Fauſto loco ſupracit.* contrarium omninò affirmandum. Qua occaſione, nota, quòd id, dixi ſup. neque ex
878 conſenſu partis ſolius poſſe à confeſſario abſq; conſenſu iudicis impendi abſolutionẽ ad reincidentiã, intelligitur etiã ſtante Bulla, quæ concedat confeſſarijs facultatem abſoluendi ſatisfacta parte. *Villalobos loco ſupracit. nu. 3.* vbi benè hoc explicat, quòd intelligatur, hoc caſu non poſſe confeſſarium ex conſenſu partis tantũ abſoluere prò 15. diebus, vel ſimili tempore, & antea dixit, & ſi non ita clarè *Rodriquez ſupracit. p. 1. ſumma cap. 84. nu. 3.* & ſi inter iſtos authores ſit diſcordia, in eo, an talis abſolutus ſic prò quindecim diebus virtute Bullæ, & cum cõ-
879 ſenſu partis, remaneat adſolutus in totũ, necnè, nã *Rodriquez ibid. n. 4.* id negat *contrà Guttierez, alleg. 9. & Nau.* & è contrà affirmat *Villalobos cit. num 3.* vbi habet hæc verba. *y aſſi quando la parte concede que le abſoluan por tanto tiempo, es neceſſario, nueua cenſura, para voluerle a deſcomulgar, y quando concede que abſueluan deſta manera, es neceſſario declararſelo, porque no ſe engañe, que ſe ſupieſſe, que era abſolucion in totũ non lo concederia.* Quæ opinio mihi magis placet, ex eo quòd cùm ad abſoluendum in totum virtute Bullæ, ſufficiat ſatisfactio partis, ſufficit etiã ſi ipſa pars conſentiat quòd abſoluatur, tali modo ad hoc vt illi cẽſeatur ſatisfactũ, & valida ſit abſolutio, nec quidquam obſtat, quòd conſenſus illius fuerit limitatus, & limitata cauſa limitatũ producat effectũ. Nã
880 vt eſt regula vulgata, vtile per inutile, non vitiatur *l. certi conditio, §. quoniam, vbi gloſa ff. ſi certum petatur l. 1. §. penul. ff. de verb. obligationibus.* Hanc opinionem etiam docet *Auila loco ſuprac. verſ. primo ſequitur*, qui *verſ. ſequ.* etiã ſubdit, ꝙ confeſſarius debeat partẽ admonere, nõ declarat autem, quale peccatũ cõmittat cõfeſſarius talis non admonẽdo partem, vt ſuprà, ſed tantũ dicit, quòd faciat contrà intentionem partis, ex quo facilè deſumi poteſt, quòd ad iudicandum quale peccatum committat confeſſarius hoc caſu, recurrendũ ſit non ſolũ ad grauitatem damni, quòd infertur parti, ſed etiã ad aduertentiam, & culpam, ac dolũ ipſius cõfeſſarij.

Conueniunt tertiò Doctores, quòd per ſe
881 loquendo, & ordinariè, ille iudex poſſit abſoluere ad reincidentiam, qui cenſuram tulit, vel eius ſuperior, aut ſucceſſor, ita *Suarez cit. diſp. 7. ſect. 8. n. 24. Alterius lib. 4. diſp. 10. c. 5. verſ. ſequitur ſecundò*, qui *Suar.* meritò addit ly, *per ſe loquẽdo, & ordinariè*, nã aliquando etiam inferior hanc abſolutionẽ dare poteſt, vt in articulo mortis, iuxtà ea, quæ dixi *ſuprà p. 2. recoll.* 8. vel in caſu quo quis eſt impeditus adire S. Pontificẽ prò cenſura ſibi reſeruata, vt infrà proximè dicetur, aut quando eſt neceſſaria ſimilis abſolutio ad ferendum teſtimonium, quo caſu quilibet iudex eccleſiaſticus, qui eſt competens reſpectu cauſæ, circa quam quis debet ferre teſtimonium, poteſt illum ad hũc effectum abſoluere, cum reincidentia, *cap. veniens el 2. ex. de teſtibus Couarr. in cap. Alma mater p. 1. §. 11. n. 6. Suarez cit. ſect. 8. ſub num. 20.* referens *Vgolinum* dicentem, hoc eſſe priuilegium particulare introductum, vt lites facilius expediantur, & ideò non extendendum ad collationẽ beneficij, & alios actus. Vndè *Lauretus de Franchis in ſuis controverſijs inter Epiſcopos, & Regulares q. 14. fol. mihi 329.* quando dicit, quòd pendente cauſæ cognitione, ſi eſſet magnũ Fæſtum, & cẽſuratus, vellet viuere more Chriſtianorum, vel quærere teſtes, aut ſcripturas prò ſui defenſione, ſolet dari abſolutio iſta, intellige id fieri poſſe ab eo, qui dictã cenſurã tulit, non autem à confeſſario, vel inferiori iudice. Addo quartum caſum, quando ſcilicèt adeſt conſenſus partis, hoc ſenſu quòd
882 etiam in tali caſu poſsit inferior iudex hoc modo abſoluere ad certum tempus, quo caſu, eſt certum, poſtea partem poſſe prorogare dictum terminum datũ à iudice, & ſic non reincidere talem abſolutum, niſi completo termino prorogato à parte, vt dixi ſup. n. 686. & concordat *Villalob. p. 1. tr. 16. diffic. 23. num. 4. & ſeq.* quòd autem ait *Hurtado diſp. 15. de excommunicatione ſub n. 14.*
883 quòd qui poteſt abſolutè abſoluere poteſt etiam ad reincidentiam, & hoc docere, ſubdit *Suarez contra Auilam*. Præterquam quòd *Suarez* ſi rectè legatur *cit. ſect. 8. num. 25.* & proſequitur *Alter. loc. ſuprac.* id aſſerit de cenſuris à iure non reſeruatis tantum, hoc etiã pẽdet à reſolutione difficultatis, de qua infrà, vtrũ abſolutus ad reincidentiam, quando reincidit, illa cenſura, in quam reincidat, ſit prima numero cẽſura lata ab eo, qui illã tulit, vel ſit noua cenſura lata ab eo qui

cum

Digitized by Google

cum abſoluerat. Confirmatur ex his, quæ
dixi *ſupra num*.850. de abſolutione ad cau-
telam, ex quibus ſequitur quomodo intel-
ligendus ſit *Lauretus de Franchis quæſt*. 14.
*infracit*. quando affirmat, Epiſcopum poſſe
abſoluere Regularem excommunicatum
ad reincidentiam, ſcilicèt in caſibus, quòd
ab eo poſsit excommunicari, &c. vt ſuo lo-
co dictũ eſt. Ex quo etiã ſequitur, vt qui põt
abſoluere in totum, ſi abſoluat ad reincidẽ-
tiam, eius abſolutio teneat in totum, quia &
ſi actus agentium non operentur vltrà in-
tentionẽ agẽtis, *l.non omnis ff. ſi certũ petatur*
hoc tamen intelligitur quando dictus actus
iuxtà eius intentionem geſtus, poteſt eſſe va-
lidus; aliàs ſuccedit alia regula, quòd quis
præſumitur voluiſſe facere potius actum
validũ, quàm inualidũ, fauet quod dixi ſup.
nu. 779 de ita abſoluente ex cõſenſu partis.

Conueniunt Doctores quartò, quòd ad
hoc vt cenſeatur quis abſolutus, non ſimpli-
citer, ſed ad reincidentiam, debeat hoc ex-
primere ipſe abſoluens, nam ſicut in dubio
verba ſimpliciter ſunt intelligenda, & non
ſecundum quid *l.legatum ff. de legatis* 3. *ita
etiam abſolutio*: ita *Auila loco ſupracit*. Qui *ad
finem eiuſdem dubij* 14. ſubdit, quòd ſufficiat ſi
ab eo, qui cenſura eſt irretitus, expreſsè pe-
884 tatur, vt abſoluatur ad reincidentiam, &
iudex reſpondeat, *ego te abſoluo*, intendens
abſoluere ad reincidentiam, ad hoc vt talis,
abſolutus cẽſeatur ad reincidentiam. Quod
vltimũ dictũ *Auila*, cũ fundetur in intentio-
ne ipſius abſoluentis, quæ non eſt certa, ſed
præſumpta ex eo, quòd reſponſio reguletur
ab interrogatione, ſecundùm quam intelli-
gi debet. *cap. inter dilectos de fide inſtrumen-
torũ*, *l. ſi defenſor* §. *qui interrogatus*, *ff. de
interdict. cum alijs allegatis per Bartolum in
l. ſi quis intentione ambigua ff. de iudicijs*, ego
intelligerem, niſi contrarium aliundè ex
alia coniectura, poſſet abſolutus ipſe, percipe
re, ſcilicèt iudicem, ſimpliciter illum ab-
ſoluiſſe.

Difficultas igitur reſtringitur ab authori-
bus in eo, an ita abſolutus ad reincidentiam
ab eo, qui poterat hoc modo abſoluere, rein-
cidat in illam tranſacto tempore, & non
adimpleto eo, quod adimplere debebat, abſ-
que noua culpa, quòd eſt idẽ quàm, an talis
reincidẽtia ſit in eandẽ cenſurã numero, vel
eandem tantum ſpecie, & ſic hæc ſit noua
cenſura, quam incurrit ob culpam, quam
committit in non adimplendo, eo quod in-
frà terminum, prò quo fuit abſolutus, non
adimpleuit. Dixi *tranſacto tempore, & non
adimpleto, &c.* quia quando dicta abſolutio
885 datur prò certo tempore v.g. ad tres dies,
vel quindecim dies abſq. vlla alia conditione
adimplenda infrà dictum tempus; conue-
niunt Doctores omnes ſupracitati, & infra-
citandi, abſolutum reincidere abſque noua
culpa, & per conſequens in eandem nume-
ro cenſuram, qui idem dicunt, quando quis
ita abſoluitur, tamen ad aliquos certos effe-
ctus, v.g. vt excommunicatus poſsit teſti-
monium ferre, ſibi conferri beneficium, &c.
quia cum his caſibus ex intentione abſoluẽ-
tis non datur iſta abſolutio vt perpetua, ſed
vt limitata prò certo tẽpore, & certo effectu,
non eſt propria abſolutio, ſed potius quædã
diſpenſatio, ita *Ægid. Coninck diſp*. 14. *de cen-
ſuris nu*. 115. *Layman lib*. 1. *tract*. 5. *p*. 1. *cap*. 7.
*ſub num*. 8. ſed rectius *Alterius ſupra c. cap*. 5.
*verſ. ſed inſurgit*, dixit non poſſe dici diſpen-
ſationem, ſed ſuſpẽſionẽ ꝓ dicto tempore,
vel actu, iuxtà *deciſ. Putei* 70. *lib*. 3. quo mo-
do loquendi etiam vtitur *Hurtado diſp*. 14.
*de excommunicatione ſub n*. 9. In qua difficul-
tate ſic explicata, conueniunt Doctores re-
quiri nouam culpam ad reincidendum in
cenſuram, quando non ſolum datur ad cer-
tum tempus, & ſub conditione, ſed etiam in
conditione, vel explicitè additur, vt quòd
illam adimplere debeat quamprimũ, cũ cõ-
886 modè poſsit, vel id tacitè ſubintelligatur, vt
in ſimili abſolutione data prò articulo mor-
tis, vel ratione impedimenti adeundi S. Pon-
tificem, vel alium, ad quem ſpectat eiuſdẽ
cenſuræ abſolutio, cùm enim hoc caſu quis
non reincidat, niſi quando commodè po-
tuit adire ſuperiorem, vel ab eo petere fa-
cultatẽ, quod ſupponit nouũ peccatũ mor-
tale contrà dictum præceptũ. Clarè patet ad
ipſam reincidentiam requiri nouam culpã,
ita communiter omnes authores fateri, te-
ſtãtur *Conink loco ſupracit verſ. ſecundò poteſt
ad finem*, & *Hurtado cit. diſp*. 14. *nu*. 10. & *Bo-
nacina diſp*. 1. *de cenſuris q*. 3. *p*. 3. *num*. 16. Et
diſcordant tantum eo caſu, quo datur talis
abſolutio ad certum tempus, ſub conditio-
ne tamen aliquid faciendi intrà illud, quo
tranſacto, & non impleta conditione, rurſus
incidat in excommunicationem, vel aliam
887 cenſurã, v.g. qñ dicitur *Abſoluo te ab excõ-
municatione, &c. ad* 15. *dies, ita vt ſi intrà eos,
nõ ſoluas, vel non ſatisfacias, reincidas in eã*,
vel quod eſt idẽ, *abſoluo te ab excommunica-
tione; ita tamen vt niſi intrà quindecim dies nõ
ſolueris, vel ſatisfeceris, reincidas in eam*, &
quæritur an hoc caſu & ſi tranſacto illo ter-
mino, non potuit taliter abſolutus ſoluere
ſatisfacere, ſe preſentare coram iudice, im
peditus iuſtà ex cauſa, & abſque ſua culpa
adhuc reincidat in cenſuram; Nam *Suarez
citata diſp*. 7. *ſect*. 8. *num*. 23. *Filliucius tract*.
11. *cap*. 10. *q*. 4. *Alterius cit. c*. 5. *ad finem*, aliqui
etiã numerant inter citatos *Bonacinam diſp*.
1. *de cenſuris q*. 3. *p*. 3. *n*. 11. qui tamen in codi-
ce meo clarè id nõ dicit, quia & ſi cõfundat
primũ caſũ, de quo ſup. *n*. 116. cũ iſto, tñ prò
ſua opinione citat *Auil. & Henr*. qui docent
con-

Digitized by Google

cõtrariam ſententiã) *& Hurtado cit. diſp. 14. de excommunicatione num.* 12. putant ad talẽ reincidentiam non requiri nouam culpam eo quòd per dictam abſolutionem tantum fuit ſuſpenſa cenſura pro dicto tempore ſub ea conditione, quo tempore ceſſante, & cõditione non adimpleta, dicunt ipſi, ſtatim talis abſq. alia culpa noua reincidit in eandem cenſuram numero, quà erat antea irretitus. Cõtrariũ autẽ, & ni fallor probabilius eſt ꝙ docent *Nau. cap. 27. num. 277. Henriquez lib. 13. cap. 29. Auila p. 2. cap. 7. diſp. 3. dub. 14. verſ. petis.* Qui refert etiam pro hac ſententia *Cordubã, Rodriquez, & Bannes,* item *Egidius Conink diſp. 14. de cenſuris n.* 216. qui hanc opinionem dicit, longè veriorem *Reginald. lib. 9. num. 54. Layman lib. 1. tract. 5. p. 1. cap. 7. ad finem,* vbi tangit rationem conuincentem aduerſarios, qui concedunt eſſe neceſſariam nouam culpam, vbi expreſsè, & tacitè datur iſta abſolutio ad reincidentiã, cũ conditione, vt quàm primũ cenſuratus ſi cõmodè adimpleat, & negant, quando datur cum conditione, quam niſi abſolutus intrà præfixum tempus adimpleuerit, illo tranſacto reincidat, cùm hi caſus in re non differant, quia etiam hoc vltimo caſu, ſubintelligi debeat ly *ſi commodè poterit,* vt benè tangit *Villalob.* verbis infrà referendis. Hæc autem ſunt verba *Layman. Secundò datur abſolutio, eaq. propriè dicta ad reincidentiã cũ certa conditione, quam niſi abſolutus, intra præfixũ tempus, vel quàm primũ cõmodè poteſt adimpleat, v.g. Ordinario ſe ſiſtat, aut parti læſæ realiter ſatisfaciat, in eandem, vel potius ſimilẽ cenſurã denuo incidat. Dixi (vel potius ſimilem) Nam ſi propriè loquendum ſit, cenſura illa, in quam quis reincidit, non eſt eadem numero cum illa, quæ per veram abſolutionem prius ſublata fuerat, quamuis ſimilis equiualens, vt moraliter eadẽ iudicetur, ſicut annotauit Sanchez lib. 2. moral. cap. 13. num. 23. quamobrem nouam etiam contumaciæ peccatum requirit, nouam itẽ iudicis, aut legiſlatoris ſententiam latam, niſi tale quid abſolutus præſtiterit, ad quod iure obligatur. Quare ſi idipſum abſque ſua culpa intermiſerit, aut diſtulerit, vt ipſa in excommunicationem non incidit Auila, &c.* Dicit hanc opinionem probabilem, eodem modo ſicut contrariam *Villalobos p. 1. ſumma tric. 16. difficult. 23. num. 6.* Qui reſpondet difficultati, his verbis, *Suarez dize que le pareçe que ſi, que para eſto no es meneſter culpa de nueuo, ni nueua contumacia. Como quando ſe haze la abſolucione para algun atto, porque a quella moralmente ablando, es la meſma, y haunque eſta ſẽtencia es probable, me parece, que tãbien lo es la contraria, y que aqui no es la meſma, como en eſte otro caſo, que a quel termino ſe le da para que ſatisfaga, y no pudiendo hazerlo, no eſta obligado a eſſo.*

Stante iſta ſententia, ſequitur primò, quòd talis abſolutio, ad reincidentiam, cenſuram iam incurſam ſimpliciter tollit, & abſoluẽs
888 nouam imponat ſub conditione, &c. vt indicat *Layman* verbis ſuprà relatis ibi *Nouam item iudicis, aut legiſlatoris ſententiam latam, &c.* & ſupponunt alij docentes non incurri eandem numerò cenſuram, ſed benè eandem in ſpecie, quæ eſt ratio, quare nemo poſſit hoc modo abſoluere, niſi qui habent etiam iuriſdictionem, cenſuram illam a qua abſoluit, ferendi. Quidquid cõtrarium dicat *Hurtado loco ſupracit. num.* 14. qui hanc reincidentiam putat non fieri ab abſoluente, ſed tantum à primo excommunicante, & proinde ꝙ qui põt ſimpliciter à dicta cenſura abſoluere, poſsit etiã abſoluere ad reincidentiam, vt ſuprà dixi. Si enim requiritur noua culpa ad reincidendum, & ſic noua contumacia ergo etiam requiritur noua ſententia, quæ cum abſolutione feratur, vt benè *Conink loco ſupracit. n.* 217. An autẽ hinc ſubinferatur quod dicit *Auila cit. dub. 14. verſ. 3. requiritur,* nempè quòd qui poteſt aliàs excommunicare, ſi per aliquod priuilegium abſoluat ab aliqua excommunicatione reſeruata Papæ, tunc taliter abſo-
889 lutus ſi reincidat cum noua culpa, non reincidet in excommunicationem reſeruatam Papæ, ſed ipſi abſoluenti, dans exemplũ de Epiſcopo, vel eius Vicario generali, vi Bullæ Cruciatæ. (Sic etiam dici poteſt de Bulla Iubilæi) abſoluente ab excommunicatione ob percuſsionem clerici ad reincidentiam, niſi ſatisfecerit intrà certum tempus. Apud me nõ eſt omnino certũ, quia cũ hoc caſu non abſoluat vt Epiſcopus, ſeù Vicarius generalis, ſed vt delegatus S. Pontificis, ſic etiam ita abſoluendo nomine ipſius S. Pontificis videtur nouam imponere excommunicationem; & ſicut non eſt abſurdum quòd quis eam ferendo ex ſe, cenſurã poſſit alteri illam reſeruare, vt dixi ſuprà, ita erit valdè conforme rationi, quod quando Epiſcopus, vel Vicarius imponit nouam excommunicationem abſoluendo ad reincidentiã cenſuram reſeruatam S. Pontifici, illam ponat tanquam eidem reſeruatam, præterquam, quòd non poteſt Epiſcopus facere, quòd excommunicatio ob clerici percuſsionem de iure reſeruatam S. Pontifici, ſit illi non reſeruata, & ſi illi detur arbitrium iudicandi, quando ſit atrox, vel non, & ſic poſsit ipſe ab ea abſoluere, vel non, ſed remittendus ad Summum Pontificem, vt ſuo loco dicetur. Quòd enim quando à *S.* Pontifice eſt concesſa Epiſcopo facultas abſoluendi ad reincidentiã in caſu ſibi reſeruato, in caſu reincidentiæ, remaneat ille caſus etiã Papalis, ſupponit prò certo *Marius Antonius lib. 1. variar. cap. 74.* & tantum quærit an dicta conceſsio expirauerit in primà abſolutione, ſic data, vel etiam morte Papæ

con-

Digitized by Google

concedentis, & an credendum ſit Epiſcopo atteſtanti, habere hanc facultatem à Summo Pontifice.

Sequitur ſecundò, iuxtà hanc ſententiam, excommunicatum, qui non ſoluit debitũ, & abſolutus fuit ad reincidentiam à iudice, quoquo modo ex duobus ſuprà explicatis, nempè vel *vſquequo commodè poterit*, vel *niſi*
890 *infrà menſem, &c.* ſi pars conſentiat prorogando terminum, non ſolum talem non peccare non ſoluendo, ſed etiam neq. reincidere in excommunicationem, cùm vt ſup. dixi, hæc reincidentia non poteſt fieri abſq. noua culpa, quidquid cõtrarium dicat *Hurtado loco ſupracit. num. 15.*

Sequitur tertiò, *ex eodem Conink cit. num. 217.* Quòd & ſi Summus Pontifex de abſo-
891 luta poteſtate poſsit ita aliquem liberare ab excommunicatione, vt niſi intra menſem ſatisfecerit, iterum incipiat ea ligari ſine vllo peccato nouo, non poterit tamen hoc Epiſcopus, vel alius inferior Prælatus, ratio eſt manifeſta, quia ſolus Summus Põtifex poteſt ſuſpendere excommunicationẽ, non autem alij inferiores Prælati.

Sed an id quod dicitur ſuprà, ſcilicèt ad reincidendum in cenſuram requiri nouam culpam, procedat ſolumodo quoad forum externum. Reſpondetur procedere quoad forum internum tantum, ita *Auila loco ſupracit*, vndè ſi ſciatur talem, fuiſſe abſolutum per menſem, & quòd ob impotentiam, tranſacto menſe non ſatisfecerit, teneatur coram iis, qui neſciunt id contingiſſe, ſe gerere tanquam excommunicatum, etiam ſi denuò nõ fuiſſent affixi cædulones, eſtq. id, quod dixit *Lauret. de Franc. in ſuis controuerſijs inter Epiſcopos, & Regulares q. 15. fol. mihi 330.* ad hoc vt taliter abſolutus reincidat, non eſſe neceſſariam neque declaratoriam, neque monitionem, quæ & ſi vera ſint in Theorica, tamen in praxi crederem præfatum non teneri ſe gerere prò excommunicato, donec iterum affigantur cædulones, maximè quando excommunicatio, à qua fuit ita abſolutus, fuit lata ad inſtantiam partis, cùm interim poſsit præſumere partem conſentire in prorogatione ipſius termini, iuxtà ea, quæ dixi *ſup. n. 690.*

*De Abſolutione ad reincidentia in particulari, ſcilicèt ratione impedimenti.*

EST prima difficultas, an publicè ligatus quacunque cenſura reſeruata, & legitimè impeditus, ne Papam adeat prò abſolutione, poſsit à ſuo Epiſcopo abſolui. Dixi primò, *publicè ligatus*, quia hæc abſolutio propriè pertinet ad forũ externum, *Megalius par. 3. lib. 1. c. 7. n. 18.* ſicut quando eſt occulta cenſura, Epiſcopus poteſt ab ea abſoluere, *vi S.C.Trid. ſeſſ. 24. c. 6.* ꝙ ſpectat quoad forũ conſcientiæ. Dixi ſecundò à quacunq. cenſura, quia quod hoc caſu poſsit abſoluere Epiſcopus, quando agitur de excommunicatione incurſa ob percuſsionem clerici, non eſt dubium apud Doctores, ob textum apertũ *cap. ea noſcitur, & cap. quamuis ex de ſententia excommunicationis.* Vnde punctus difficultatis reſtringitur in alijs cenſuris, an ab eis quando ſunt publicæ, & Pontifici reſeruatæ, Epiſcopus poſſit abſoluere ratione impedimenti. Nam *Abbas ſibi contrarius in dicto cap. quamuis Cardinalis, Ancharanus, Innocentius*, & alij Canoniſtæ, docent, hoc ſolũ concedi prò dicta excommunicatione *canonis ſi quis ſuadente*, ob frequentiam delicti.
892 Hoc tñ non obſtante, ſit Cõcluſio, ligatus quacunque publica cenſura Pontifici reſeruata, ſi legitimè impeditus eſt adire Papam poteſt ratione impedimenti abſolui ab Epiſcopo. Probatur primò ratione quia etiam in alijs cenſuris Papalibus, militat eadem ratio, ob quam conceditur reſpectu excommunicationis *canonis, ſi quis ſuadente*, ſ. quòd prò dilatione pænitentiæ immineat periculum animabus. Probatur ſecundò authoritate *in cap. eos qui, de ſent. excommun. in 6.* vbi expreſsè ſupponitur, licere Epiſcopo ſic impedito à quacunq. excõmunicatione reſeruata, ſiuè canonis, ſiuè hominis abſoluere quia ibi decernitur, vt ſi ceſſante impedimẽto illo, quamprimũ non ſe præſentauerit Papæ, in eandem excommunicationem reincidat; Confirmatur, quia impedimentum æquiparatur articulo mortis; Hanc concluſionem per hunc textum probat *Gloſa ibi Archidiaconus, & Dominicus num. 5. Abbas in cap. de cætero num. 1. de ſent. excommunic. Felinus in c. quamuis in princ. eod. tit. Socinus in cap. officij, nu. 93. eod. tit. Angelus abſolut. 3. num. 7. Tabiena excomm. 5. num. 46. caſu 1. Armilla ibid. num. 39. Nauarr. cap. 27. nu. 89. ad primum Rodriquez p. 1. ſumma cap. 83. Suarez tom. 4. diſp. 30. ſect. 3. nu. 3.* teſtatur de communi, *Layman lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 6. num. 5. Conink diſp. 14. n. 241. Hurtado de excommunic. diſp. 15. num. 10.* non ſolum eſſe communem, ſed etiam probabiliorem, teſtatur *Floronus de caſibus reſeruatis, Pauentia p. 1. caſ. 57. ſub num. 2.* in ſpecie de abſolutione incurſa ob publicum duellum, poſt alios *Squillantes de priuilegijs clericorũ n. 177. Megalius p. 3. lib. 1. cap. 4. num. 16.* & alij magis communiter, & ſi *Megalius* dubitet de noſtra ſententia, quia putat in eodem tex. eſſe ſermonem de abſolutione excommunicationis ob percuſsionem clerici, ſicut dubitat quoque *Sanchez lib. 2. moral. c. 13. n. 17. & ſeq.* quod antea etiã putauerat *Vgolinus de cenſuris reſeruatis p. 3. verſ. niſi in mortis articulo*, accedit noſtræ concluſioni *Duard. lib. 3. in Bullam Cœnæ cap. 2. num. 4.*

Am-

Digitized by Google

Ampliatur concluſio primò, etiã ad abſolutionem caſuum contentor. in Bulla Cenæ, contra Silueſtr. & Cordub. docent *Vgolinus, & Duard. locis ſupracit. Alterius lib. 5. diſp. 22. cap. 2. Sanchez lib. 2. ſummæ moralis c. 13. nu. 36. Coriolanus, & alij apud Bonac. t. 3. diſp. 1. q. 22. p. 2. num. 22.* & ſi ipſe probabiliorē dicat contrariam ſententiam eſſe, quomodo loquendi, patet, noſtram ampliationem habere prò probabili.

Ampliatur ſecundò etiam ad abſolutionem hæreſis, quia & ſi regulariter illa ita reſtrictiſſimè ſit reſeruata, vt nunquã cēſeatur comprehenſa in generali conceſſione facultatis abſoluendi, vt *per Sot. in 4. diſt. 22. q. 2. art. 3. in fine, Sanch. lib. 2. ſumma c. 13. in fine, Vgolinus, & Duardus ſup.* hæc tamen regula procedit cùm conceditur facultas abſoluta abſoluendi ſimpliciter, non verò vbi conceditur facultas abſoluendi ad reincidentiã, vt hoc caſu, quo abſolutus tenetur ſe præſentare qñ cōmodè potuerit, Pontifici; aliàs reincidit in eandem excommunicationem. vt dixi ſup. Probatur aſſumptum, quia in cō-
893 ceſſiione facta per *S. Concil. Trid.* Omnibus Sacerdotibus in articulo mortis non exprimitur caſus hæreſis, & tamen non eſt, qui neget, ibi comprehendi, cum ſit conceſſio facultatis abſoluendi ad reincidentiam; ſi Si igitur allata ratio in alijs reſeruatis, militat, etiam in abſolutione ab hereſi, ſcilicèt periculum animarum, &c. Ergo debet eadē eſſe diſpoſitio ita *Duard. quē allegauit tr.* de iubilæo *p. 2. ſub n. 43.* làtius egi ſup. p. 2. huius tr. recoll. 4. n. 54. Nota ꝙ *Sanchez p. 2. ſumma moral. c. 13. ad finē*, qui negat hãc authoritatē Epiſcopo, ſubdit nullũ ſupereſſe remedium impedito hoc caſu, niſi vt ad inquiſitores cōfugiat vel ad S. Pōtificē. An autē inquiſitores habeãt hanc facultatē dixi *ſup. p. 2. recol. 9. n.* 46 & dicã etiã infrà, videte *Bonac. t. 3. diſp. 3. q. 22. p. 2. Dian. p. 1. tr. 5. & p. 4. tr. 4. reſol. 242.*

Ampliatur tertiò, etiam vbi expreſsè re-
894 ſeruatio fiat, tãtũ excepto articulo mortis, quia hunc caſum DD. extendunt etiam ad caſum noſtrum impotentiæ adeundi ſuperiorem, vt conſtat *ex cap. 15. qui de ſent. excōmun.* & hoc non ſinè ratione, quia videlicèt in longo tempore moraliter eſt periculum mortis, vt benè *Suarez, & alij, quos ſequitur Bonacina, diſp. 1. de cenſuris q. 3. p. 2. n. 4. verſ. Additq.* contrà *Silueſtrum. & Cordub. quos ſequi videtur Megal. p. 3. lib. 1. cap. 7. num. 22.*

Ampliatur quartò vt non ſolùm hoc caſu poſsint abſoluere Epiſcopi, vel alij Prælati habentes iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, ſed etiam eorum Vicarij generales, vt etiam per *ſupracit.* authores, quòd eſt verum, vt ibid. docent *citati DD.* quando in eorum Vicariorum cōmiſſione, eſt expreſſa aliqua facultas requirens ſpeciale mandatum cum clauſula, & omnia faciendi, quæ per nos poſſumus, &c. *Megal. in ſpeciē dicto cap. 7. num. 18. in fine. Duardus lib. 3. in Bulla §. 2. q. 17. Bonac. tom. 3. diſp. 1. q. 22. p. 2. num.* 25. qui probabiliter putat ibi *verſ. quòd verò* Vicariũ generalē id etiã poſſe ex vi cōmiſſionis generalis. Hæc concluſio ſic
895 ampliata limitatur, vbi impediti, Papã adire, nequeant etiam adire proprium Prælatum, vel eius Vicarium, Generalem, quia nō poſſunt abſolui à proprio ſacerdote, ſeu parrocho, quia hoc eis non licet: ratio eſt manifeſta, nã Sacri Canones, & Conc. Trid. hanc facultatem ſoli Epiſcopo tribuunt, ad quos ſi facilis non ſit aditus, eſt omninò per accidens, *cap. de catero, & c. quamuis de ſent. excomm.*, id enim quod eſt per accidens non habetur in conſideratione, *Gloſa in l. ſi pecuniam, verbo ſteterit ff. de cond. cauſa data, & non ſequuta.* Confirmatur, quia inferiores Sacerdotes nihil poſſunt extrà articulum mortis, maximè pro caſibus reſeruatis in de-
896 creto *Clementis VIII.* de quibus propriè eſt ſermo in dicto Decreto, non autem de Epiſcpois, & Prælatis vt aliàs dictum eſt. Hanc limitationem videtur docere *Gloſa in d. cap. de catero, verbo licet, vbi Abbas num. 1. Mar. Socc. in cap. officij num. 29. & 92. de ſent. excomm. Nauarr. cap. 27. num. 89. ad ſeptimum Cordub. q. 18. ſumma, Sayrus lib. 3. cap. 28. num. 37 Vgolinus de cenſuris reſeruatis p. 3. cap. 2. §. 4. verſ. verum, Reginaldus lib. 9. praxis num 2. in fine, Duardus lib. 3. in bulla cœnæ §. 2. q. 8. num. 53. Molina tract. 3. diſp. 64. num. 6. Sanchez lib. 2. ſumma cap. 13. in fine*, & ſic
897 eſt communis opinio. Contraria autem ſententia non eſt omninò improbabilis, quam docet *Gloſa finalis in cap. nuper de ſent. excomm. & ſequuntur ibi Innoc. & Abbas nu. 6. Angelus verbo abſolutio 3. num. 17. Silueſt. excommunicatio 8. Et Henriquez lib. 6. c. 10. num. 1. & 4. Suarez. tom. 4. diſp. 30. ſect. 2. nu. 8. ver. & ideo addidi, Hieronymus Llamas par. 4. ſua ſumma cap. 1. §. 1. & 2.* fauet *Rodriq. 1. par. ſumma c. 83. concluſ. 10. Adamus Tannerus tom. 4. diſp. 69. dub. 6. n. 22.* & *Dian. t. 5. tract. 14. reſol. 58.* Qui etiã docent, ꝙ deficiēte Parrocho, hoc caſu poſſit abſoluere quilibet cōfeſſarius expoſitus, quæ opinio poteſt defendēdi, nō obſtante decreto Clem. VIII. in quo ſe fundat *Duardus loco ſuprac.* vbi putat, limitationem eſſe veram inſpecto iure communi, & tantum obſtare dictum De-
898 cretum. Nam reſpondetur primò, dictũ decretum non loqui de omnibus cenſuris, ſed de quibuſdam tantum, nempè quoad caſus bullæ cenæ, clarè, vel dubiè ibidem contentos, & caſus Epiſcopis reſeruatos, & alijs, prout dicit *Bonac. dicto puncto 2. n. 4. in*
899 *fine.* Secundò, & fortius reſpondetur, ibi prohibitionē eſſe poſitam, non reſpectu pro-



Digitized by Google

priorum ſacerdotum, ſed confeſſariorum illorum, ſiuè ſint ſæculares, vel regulares, qui prætextu priuilegiorum à Summis Põtificibus conceſſorum, abſoluere prætendunt, quorum appellatione non veniunt Parrochi, qui à iure communi ordinariam habent facultatem circà proprios ſubditos, & cum tale decretũ, ſeù prohibitio ſit quoad certas perſonas, non eſt extendendum ad alias, maximè diuerſi generis, prout ſunt priuilegiati, qui delegatam habent iuriſditionem, & non ordinariã ſicut Parrochi.

Quæres primò, an ſi hoc caſu, quis poſſit
900 ſcribere, vel nuntium mittere ad Summũ Pontificem, ad hoc teneatur, & interim non poſſit abſolui à ſuo Epiſcopo, prout ſuprà. Plerique Doctores reſpondent affirmatiuè, hoc ſcilicèt caſu poſſe etiam abſolui à ſuo Epiſcopo, aſſerendo prò regula, quòd is, qui non poteſt ire, neque teneatur ſcribere, vel mittere, ita *Nauarr. cap. 27. num. 9. Vgolinus, Enriquez, & Sairus, quos probant Sanchez dicto cap. 16. num. 14. Auila de cenſuris p. 2. c. 7. diſp. 1. dub. 6. verſ. 2. nota Megalius cit. cap. 7. num. 21. in fine. Duardus lib. 3. in bulla cena §. 2. q. 8. num. 2. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcopi allegat. 41. num. 7. Hurtado diſp. 15. de de excommun. num.* 10. ſufficit enim ſi perſonaliter non poſſit ire, ita *Bonacina diſp. 2. de cenſuris in particulari q. 3. p. 6. §. 5. n. 10. ad finẽ, Diana p. 4. ſuarum reſolut. moral. tr. 4. reſolut. 58. Vega p. 1. ſumma tit. de la abſolucion caſu* 58. Quæ ſententia, & ſi vera ſit in theorica, tamen contrarium obſeruatur in praxi, maximè cum non vrgeat etiam aliqua cauſa, quæ conſtituat periculum in mora, ratione Euchariſtiæ ſumendæ, vel miſſã celebrandi, officium exercendi, &c. Videmus enim ſemper, occurrente ſimili caſu, ſcribi Prælato, vel Pœnitentiariæ, & ab eis facultatem expectare. Ratio huius praxis, ſecundum me eſt, quia ſemper quando quis abſoluitur ad reincidentiã, prout datur abſolutio ratione impedimenti nõ perpetui, abſoluendus vbi cõmodè poterit adire habentẽ facultatẽ ſuper cenſurã, à qua ſic fuit abſolutus, etiam tenetur per ſe, vel per aliũ, nempè confeſſarium, vel per ſcripturam petere abſolutionem ſimplicem, & abſolutã, ideò tutius eſt, ne multiplicentur entia ſinè neceſsitate, vt nunc compareat, vel ſcribat; tangit poſt *Sanchez*, & ſi loquatur in alio caſu, ſcilicèt abſolutionis in articulo mortis, *Bonacina diſp. 1. de cenſuris q. 3. puncto 3. n.* 5. & in proprijs terminis loquendo *ibidem puncto 2. num.* 4. ibi *ego verò, exiſtimo non eſſe credibile, Papam velle ab Epiſcopo abſolutionem impendi, quando patet recurſus ad Sedem Apoſtolicam.*

Quæres ſecundò, an omninò verum ſit, quòd dictum eſt ab aliquibus, nempè vt quando non poteſt adiri Papa, ſit adeundus Legatus Summi Pontificis à latere, & non Epiſcopus; Affirmat *Nau. loc. ſupracit.*
901 *ad* 4. qui idem videtur aſſerere de Nuncio Apoſtolico, *conſ. 45. de ſent. excomm.* Sed hoc vltimũ non eſt verum, niſi intelligatur de Nuncio cum poteſtate Legati à latere, qualis hodie eſt Nuncius Apoſtolicus Hiſpaniæ, Galliæ, & ſimil. Eiuſdem opinionis affirmatiuæ ſunt, *Corduba, & Suarez, quos ſequitur Conink diſp. 14. num.* 242. qui teſtatur de probabiliori. Accedunt *Bonacina dicto puncto 2. num.* 4. Sed & contrarium nõ puto omnino improbabile, quod docẽt alij, quia in iure id non reperitur, *Naldus verbo legatus n* 11. *poſt Gambarũ ab eo cit.* & ſi in aliquibus cenſuris tribuat talem facultatem ipſi Legato. *Homob. de caſibus reſeruatis p. 1. tit. de abſolut. caſuum reſeruatorum obſeruat. 6. caſu 2. verſ. limitari.* Qui putat, Legatis
902 non eſſe conceſſam facultatẽ in ſimili materia, niſi tantum abſoluendi ab excommunicatione lata, *in canone, ſi quis ſuadente*, vnde ſi aliundè non habeat dictam facultatem ſpecialem expreſſam in ſuis priuilegijs, non poteſt id præſtare: ita *Sayrus de cenſuris cap. 19. num.* 10. *Duardus loc. ſuprac. n.* 36. *Megal. 3. par. lib. 1. cap. 7. num. 4. Vgolinus de cenſuris reſeruatis par. 2. verſ. aut, &* §. 2. *num. 3. & poſt Henriquez docet Auila p. 2. cap. 7. diſp. 1. dub.* 6. Teſtatur hanc opinionem eſſe probabilem, & ſi fateatur contrariam tutionem, *Layman cit. cap. 6. num. 6. verſ. contrarium ad finem*, qui ſubdit ex *Nau. lib. 1. conſil. 1. q. 14 de conſtitut.* quòd in hoc ſpectanda eſt conſuetudo locorum, nam Epiſcopi in regionibus Romæ remotioribus, in quibus nullus adeſt Legatus Sedis Apoſtolicæ, præſcripſiſſe poſſunt abſoluendi à quibuſdam caſibus frequenter contingentibus, v.g. notoria clerici percuſsione, hæreſis, &c. ſine onere, quod imponi debeat comparendi coram Romano Pontifice, vel eius delegato. *Hurtado loc. ſuprac. n.* 11. non ſolum eſt huius opinionis, ſed etiam ſubdit, contrarium, dici abſque fundamento, cum in dicto *c. quamuis*, ſit tantum ſermo de Pontifice.

Dixi *niſi aliunde habeat ſpecialem facultatẽ*, nam tunc certum eſt, poſſe, non vti Legatũ, ſed vti delegatum, abſoluere; an autem habeat talem conceſsionem, ſtandum eſt ſuo dicto, vt per *Nauar. dicto conſ.* 45. hoc enim caſu non agitur de preiudicio alterius. Vide etiã *Marium Antoninum lib. 1. reſol.* 74.

Sed an hoc caſu, ſi reperiatur aliquis ha-
903 bens ex priuilegio facultatem abſoluendi à cenſuris reſeruatis, teneatur ne cenſuratus ipſum priuilegiatum adire, vel poteſt immediatè ad Epiſcopum recurrere? *Bonac. poſt* Nauar. *Cordubam, & Conink locis ſupracitatis*, videtur docere, quòd talis non

poſſi

Digitized by Google

poſſit adire priuilegiatum, equiparando hoc caſu priuilegiatum, & Legatum, ſed debeat recurrere ad Epiſcopum; Idem docet *Megal. p. 3. lib. 1. cap. 7. n.* 19. omnesq. alij ſuprà citati proſequũtur cõmuniter, ſcilicet *Auila, Duardus, & Filliutius*, & quidem concluſio procedit abſque difficultate in his priuilegiatis, qui habent priuilegium abſoluendi à cenſuris priuatiuè quòad Epiſcopos, quales ſunt Regulares, qui à quibuſdam cenſuris Summo Pontifici reſeruatis, poſſunt abſoluere à quibus nõ poſſunt Epiſcopi iuxta ea, quæ dicta ſunt ſuprà *in 2. p. tr. recoll.* 10. Et fallit in his, qui habẽt talẽ facultatẽ, nõ priuatiuè, ſed cõmulatiuè quòad Epiſcopos, quia tũc cẽſurati nõ tenerẽtur eos adire, ſed eorũ arbitrio remittitur, ſi velint eos adire, vel Epiſcopũ; intellige quando habent facultatẽ expreſſam circà omnes cenſuras Summo Pontifici reſeruatas, etiam quòad forum externum, de quo hic loquimur, vel in illa particulari cenſura, qua pænitẽns eſt alligatus,
904 & ſic eſt diuerſa ratio de diſpẽſatione
votorum, quia cum hæc facultas reperiatur conceſſa reſpectu eorum votorum, in quibus Epiſcopi poſſunt diſpenſare, vel ea commutare, non cenſetur Regularibus conceſſa commutare reſeruata Sum. Pont. quæ poſſunt etiam Epiſcopi commutare ratione ſolius impedimenti, vt dixi, *cum de iubilæo p.* 2. eſt etiam alia differentia hoc caſu quãdo quis abſoluitur ab Epiſcopo, vel à priuilegiatis, quia Epiſcopi abſoluent ad reincidentiam, & ſic tranſacto impedimento abſolutus tenetur iterum à ſuperiori petere abſolutionem; priuilegiati verò abſoluunt abſolutè, abſque hoc onere, ſicut de abſolutione data prò articulo mortis, dictum eſt ſuò loco, eſſe conſilium prò his, qui habent cenſuras, potius confiteri Regularibus priuilegiatis. Sed audias *Layman ad finem numeri* 6. *ſupra cit. poſt Nauar. conſ.* 11. *de priuilegijs in 2. editione*, quòd *licèt occurrentibus his caſibus, tutius ſit vt Epiſcopi ad alios priuilegiatos, puta* Regulares *Mẽdicãtes, eiuſmodi excõmunicatos mittant pro abſolutione, tamen difficilè id videri poteſt aliquibus, ſi in huiuſmodi frequentibus caſibus proprios ſubditos ad alios è diœceſi, vel extrà remittere debeant; tãquã qui maiores ipſi abſoluendi, facultatẽ habeant* præſupponit .n hoc caſu Epiſcopũ nõ ſolũ per ſe, ſed per aliũ, poſſe dare hãc abſolutionem, vt expreſsè docet *Bonac.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *§. fin. nu.* 20. abſolutus autem à Regularibus priuilegiatis, vt delegatis ab Epiſcopo, niſi etiã abſoluant iſti vi ſuorũ priuilegiorum, non remaneret deobligatus à comparitione coram Summo Pontifice.

Quæres tertiò quando quis dicatur impe-
905 ditus, vt poſſit abſolui ab Epiſcopo. Reſp.
id euenire, quoties impedimentũ eſt iuſtum, & legitimum, quòd cùm à lege non ſit expreſsũ diſinitio remittitur arbitrio Epiſcopi, vel Vicarij generalis, vel alterius docti viri, vt benè *Megal. loco ſupra cit. num.* 21. *in principio*, ſi autem vis ſcire caſus particulares, dicas, idem eſſe in hac materia iuſtum, & legitimum impedimentum, quod iudicatur in abſolutione excommunicati ob clerici percuſſionem, de qua in propria recollectione infrà agemus, vide prò nunc loquentem in terminis noſtris. *Hurtado de excommunicatione diſp.* 15. *num.* 10. *& Floronum de caſibus reſeruatis Fauen. p.* 1. *cap.* 4. *§.* 7. qui applicat & explicat dicta impedimenta prò caſu noſtro, ſed breuiter *Bonacina tom* 3. *diſp.* 1. *q.* 41. *q.* 22. *p.* 2. *num.* 23. hoc caſu impedimentum legitimum adeſſe quoties abſolutè, aut ſinè graui ſuo, vel aliorum damno, ſeù periculo, Romam adire non poteſt, & probabiliter timet, huiuſmodi impedimentũ diuturnum fore, allegans bonos authores.

Quæres quartò, an reſpectu cenſurarum
906 reſeruatarũ, Epiſcopis etiam liceat Parro-
chis, vel alijs, qui Parrochi locum tenent abſoluere impeditos, adire ipſos Epiſcopos, vel eorum Vicarios generales, aut poteſtatẽ ab ipſis habentes; *Enriquez lib.* 13. *cap.* 27. *n.* 4. *& Llamas p.* 1. *ſumma c.* 1. *§.* 2. probabiliter affirmãt, quia viget eadẽ ratio, quæ in reſeruatione facta Summ. Pont. Contrarium tamen docent *Suarez, & alij ſupra c.* conciliarem autem has duas opiniones, hac diſtinctione, vel loquimur de abſolutione quòad forum conſcientiæ, vel quòad forũ fori primo caſu procedit prima opinio, non autem ſecundo caſu, & ſic intelligas *Rodriquez p.* 1. *ſumma, vbi c.* 83. *conclus.* 3. dum docent quòd qñ *lo nominatim deſcomulgados eſtuuiere en alguna parte tan appartados, que moralmẽte hablando por entonces no pueden recurrir a aquellos, a los quales pertenece ſegun derecho la abſolucion, pueden ſer abſueltos da los confeſſores, teniendo autoritad para abſoluer de ſemeiantes deſcomuniones*, quòd probat primò, *porche en eſte caſo ſe preſume, que los juzes y las partes lo approuan*, & poſtea confirmat ex doctrina ſuprà à nobis tradita, quòd ſcilicèt impeditus ãdire Summum Pontificem, poteſt eodem modo ad reincidentiam abſolui ab Epiſcopo à qualibet excommunicatione; *& concl. ſeq.* poſt *Nau.* docet, quòd *el deſcomulgado por el maeſtro ſcuola de Salamãca por razon de algunas deudas, ſe no puede cõparecer dẽtro del termino preſiſſo, por eſtar muy lexo, el remedio que tiene, es acuder al Obiſpo, o ſu Vicario, que le abſolua, paraque no muera deſcomulgado, promettiendo &c.* Quem *Rodriquez* ſequitur, & tranſcribit *Vega p.* 1. *ſua ſumma tit. de la abſolucion caſu* 37. ex eo .n. quòd primo caſu loquatur de confeſſario habente authoritatem, & ſecundo caſu de

Cc 2 Epi-

Digitized by Google

Epiſcopo, neceſſe eſt illum explicare, vt primo caſu loquatur de abſolutione quoad forum conſcientiæ, ſecundo verò caſu, de abſolutione quoad forum externũ. Ex qua doctrina etiam infertur, quòd ſicut Epiſcopus abſoluit impeditos adire Summũ Pontificem, cui eſt reſeruata cenſura, ita poſſit abſoluere impeditos adire alium Epiſcopũ, cui ſit reſeruata cẽſura, *Nau. conſ. 49. de ſent. excom.* & alij quos citaui ſuprà.

907 Tandem, quòd Epiſcopus, ſi incidat in cẽſuras, & caſus Summ. Pont. reſeruatos, ac etiam impeditus ſit adire Summum Pontificem, poſſit Vicario generali, vel alteri cõmittere, vt ſe ipſum abſoluat, dixit noſter *Duardus dicto lib. 3. in Bullam cenæ §. 2. q. 9. in fine*, vbi hoc verum putat cum limitatione, niſi eſſet denunciatus excommunicatus ob publicam clerici percuſſionem, quia tunc cùm non ſit toleratus, eſſet à iuriſdictione ſuſpenſus, & propterea non poſſet alteri cõmittere dictam facultatẽ exercendi iuriſdictionẽ, vel adminiſtrandi ſacram. pœnitentiæ *Bonacina diſp. 2. de cenſuris q. 2. p. 5. n. 5.* & infrà latius *recoll. ſeq.*

Modum, quem ſeruare debet Epiſcopus in abſolutione hoc caſu danda, inuenitur in ſupracitatis iuribus, nempè vt quãdo impedimentũ non eſt perpetuũ, promittant,
908 ita abſoluti, ꝙ ceſſãte dicto impedimẽto, ſe quã primũ procuraturos ab eo, cui cẽſura eſt reſeruata abſolutionẽ, & ſic abſoluuntur ad reincidentiã, eo modo, quo *quæſito proximo præcedenti* explicatũ fuit. Inter impeditos perpetuò, eſſe pueros, concedunt omnes authores & notat *Floronus cit.* §. 7. n. 7. qui ſubdit *n.* 8. quòd ita abſolutus ob morbum perpetuum, & incurabilem, ſi poſtea miraculosè conualeſcat, non teneatur Romã petere, & notat *Bonac. diſp. 2. de cenſuris in ſpecie q. 3. p. 6. §. 1. n. 17.* loquendo in terminis excõmunicationis canonis, ſi quis ſuadente. &c.

*De abſolutione à cenſuris ab homine quoad forum conſcientiæ.*

SVprà *p. 2. huius noſtri tractatus recoll. 9. ad finẽ*, latè explicaui quid ſignificetur
909 per clauſulam illam, *vt abſoluas quoad forum conſcientiæ*, & de eiuſdem effectu, ſicut etiam egi in *tract. de iubileo p. 2. num. 56. in editione Neapolitana*, & poſtea reperi confirmata, quæ ibi dixi, per *Ricciullum lib. 4. de iure perſonarum cap. 68. & Boſſium de triplici iubilæi gratia ſect. 1. caſu 24. & 27.* quæ ideo hoc non repeto, ſed iuxtà diſtinctionem, de qua ſuprà ſæpius, de cenſura lata ab homine, quæ poteſt eſſe, vel per ſententiam generalem, vel per ſententiam particularem, ſiuè imponentem de nouo cenſuram, ſiuè declarantem iam, aliquem incurſum in cenſuram aliàs à iure, vel conſtitutionibus latam; procedendo. Quæro in primis.

*Quis abſoluat in foro conſcientiæ à cenſuris reſeruatis per ſententiam generalem eos, qui in alia diœceſi, illam contraxerunt.*

QVia *ſuprà à num. 766.* generaliter loquendo, dixi, ab his cenſuris, poſſe abſoluere, vel eum, qui illas tulit, vel ipſius ſuperior, aut ſucceſſor, nec explicaui an id ſit verum etiam eo caſu, quo is, qui illas incurrerat, confiteretur extrà diæceſim, vbi crimen commiſit, & ſub dictis cenſuris prohibitum, quòd propriè ſpectat ad forum conſcientiæ, ideo formaui hìc tale quæſitũ, Cui reperio, Doctores communiter reſpondere, talem extrà articulum mortis, nõ poſſe abſolui, niſi ab Epiſcopo, qui tulit cenſuram, ita poſt *Nauar. Megal. p. 3. lib. 1. cap. 7. num. 17.* vt alij, quos loco citato allegaui, loquentes generaliter de cenſura lata per ſententiam generalem, non faciendo diſtinctionem, an ſit reſeruata, vel non, quibus fauet *Caiet. verbo abſolutio ab excommunicat. §. 2. Vaſquez de excommun dub. 20. num. 10. & Layman lib. 1. tract. 5. cap. 7. num. 4. ad finem.* Hanc eſſe communem opinionem, alios referendo authores, teſtatur *Floronus de caſibus reſeruatis Fauentiæ p. 1. cap. 4. §. 24. verſ. ſi ſibi reſeruauit*, qui tamen illam ſententiam limitant, vbi talis cenſuratus à remotis ageret, aut valdè diſtaret ab illo Epiſcopo, vel etiam aliàs propter difficultatem itineris, nõ poteſt illum adire (vnde à pari idem dicerent, quoties alio legitimo impedimento, de quo ſuprà, eſſet impeditus illum adire.) Eãdem ſenſentiam docet *Suarez tom. 5. diſp. 7. ſect. 2. num. 16.* loquens in caſu fortiori, ſcilicèt quando tempore, quo erat in alie-
910 no Epiſcopatu, incurrerat excommunicationem per ſtatutum reſeruatam, & deinde rediјt in propriã diœceſim vbi cõfitetur de, quo caſu etiã agit *Floronus loco ſuprac. Reginald. lib. 9. n. 42. Alter lib. 4. diſp. 3. cap. 5. verſ. eodẽ modo dubitari poteſt, & Bonacina diſp. 1. q. 3. p. 3. num. 6.* & ſi explicare nitatur *Suarez*, quòd loquatur de ſententia particulari. At contraria opinio eſt longè verior, ſ. quòd ſi iſta cenſura eſt reſeruata, vbi quis cõfitetur non poſſit abſolui, niſi ab habente facultatẽ circa reſeruata, ſi verò non ſit reſeruata in eo loco, poſſit abſolui à quolibet confeſſario, à pari, ex eo quod communiter dicunt Doctores de abſolutione exterorum à caſibus reſeruatis, vt infra ſuo loco, ceſſat enim in caſu ſententiæ generalis, vel ſtatuti perturbatio tribunalis iudicis, quæ militat in caſu cenſuræ per ſententiam particularem; fauet *Conink diſp. 14. n. 258.* ibi *imò, & ſi excommuni-*



Digitized by Google

*municatio, quam talis incurriſſet in diœceſi Melchinenſi, eſſet reſeruata Epiſcopo, non eſſet reſeruata in diœceſi Antuerpienſi, poſſet talis domum reuerſus à ſuo paſtore, &c.* Ex eo autē quòd dicat hic author, à ſuo paſtore, non in-
911 telligas, quòd ſolum ab Epiſcopo poſsit abſolui, vt putarunt aliqui, ex eo quia arbitrantur, hanc facultatem habere Epiſcopũ vi *Concilij Tridentini ſeſſ. 24. cap. 6.* vbi datur ei facultas abſoluendi à caſibus occultis, etiam reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, ponderādo ly *etiam*, quod ſignificat, illi tribui facultatem quoque circa caſus, & cenſuras reſeruatas Epiſcopis alijs, &c. Ita *Bonacina diſp. 1. de cenſuris q. 3. p. 2. ſub num. 6.* quem etiam allegato *Campanili, ſequitur Squillantes cap. 4. de priuilegijs clericorum ſub num. 175. verſ. poſtea tamen &c.* quod mihi, ſalua eorum pace, non placet, tùm quia ſi id eſſet verum in cenſuris, etiam eſſet verum in cabus reſeruatis, propter illa alia verba *in quibuſcunque caſibus*, & tamen eſt certum quòd de caſibus reſeruatis ſit diſtinguendum, an vbi cōfitetur talis, dicti caſus ſint reſeruati, vel non, vt ſup. tùm quoque quia dictio illa *etiam* implicat caſum magis dubitabilem, & per conſequens S. Concilium hàbuit prò certo, quòd Epiſcopi poſſent abſoluere à caſibus, vel cenſuris, alijs Epiſcopis reſeruatis, & tantũ habuit prò dubio, de cēſuris S. Pontifici reſeruatis, ſi id erat certũ, ergo id erat, quia de iure dictis Epiſcopis tribuebatur talis facultas, ergo iam non conceſsit ipſum Concilium illis talem facultatem &c. quòd forſitan voluit dicere. *Alterius lib. 4. diſp. 2. c. 5, verſ. ad primam dubitationem*, dum hoc, ſcilicèt quòd Epiſcopi abſoluant à cenſuris, alteri Epiſcopo reſeruatis per ſententiam generalem, tribuit conſuetudini. Aduertendũ, quòd *Bonacina cit. num. 6.* ac etiam alij Doctores, & ſi loquātur in caſu, quo talis cenſuratus mutauit domicilium, vel reuertatur in locum ſui domicilij, tamen idem dicendum eſt etiam in caſu vbi quoque non mu-
912 tauit domicilium, & ſufficit ſi reperiatur extrà diæceſim citrà fraudem, quæ fraus nō eſt præſumenda *Graſſius de quinque caſibus regula 13. num. 58. Floronus eod. tract. p. 1. c. 1. verſiculo quamobrem cum verſ. ſeq.* vbi loquitur de abſolutione à cenſura lata à iure, quæ eſt affinis huic latæ per ſententiam generalem, vt ſæpius dixi. Ad euitandum omnem ſcrupulum, conſulerē, vt talis exterus confiteatur Regulari eius Ordinis, qui cōmunicet priuilegijs mendicantium, & aliatum Religionum recentiorum, quales ſunt
913 hodie ferè omnes Regulares, quia inter alia priuilegia, habent vt poſſint audire omnes ex quocunque loco ad ipſos confluentes, & eos abſoluere &c. vt dixi *ſuprà p. 2. recoll. 10. n. 102.* vide *Squill. ſup. c. 1. n. 99. & ſeq.*

*Quis abſoluat à cenſuris ab homine per ſententiam particularem, quòad forum conſcientiæ.*

CVm de iure cōmuni abſolutio ab iſtis cenſuris ſpectet ad eum, qui illas tulit, vel eius ſuperiorem, aut ſucceſſorem, vt dixi ſuprà à num. Certum eſt, ad eoſdem id pertinere, tàm quòad forum externum, quàm internum, & ſic conſcientiæ, in hoc ſenſu, quòd abſolutus à tali, non ſolum pro externo foro remaneat abſolutus à vinculo cenſuræ, ſed etiam quòad forum conſcientiæ; & ſi in eo remaneat culpa, ob quam incurrerat ipſam cenſuram, abſoluenda in ſacramento confeſſionis, in quo ſenſu DD.
914 omnes docent, quòd ablolutio à cenſuris in foro conſcientiæ, poteſt dari à iudice etiā in minoribus odinibus, vel prima tōſura cōſtituto, & poſt *Diuum Thomam, & S. Antoninum, & Gloſam in cap. canonica, verbo preſbiter de ſent. excommunicat. notat Riccïullus lib. 4. de iure perſonarum cap. 68. num. 4.* Neceſſe eſt, vt hìc inquiramus de eis, qui poſ-
915 ſunt ab illis abſoluere de iure ſpeciali. Iſti autem non poſſunt eſſe alij, niſi qui habent hanc facultetem, vel ab ipſa Eccleſia, vel ab ipſo Summo Pontifice; illi, qui hoc habeut ab Eccleſia, ſunt omnes Sacerdotes in articulo mortis, de qua re latè egi *ſuprà p. 1. recoll. 8.* quæ conceſsio eſt vniuerſalis quòad omnes cenſuras, ſed ad reincidentiam, ſi egrotus conualuerit, vt ibi explicaui, & latius proſequitur *Diana tom. 5. tract. 7. recoll 57. & ſequentibus.* Hi verò, qui
916 id habent à ſummo Pontifice, vel illam obtinent ex priuilegio vt habent Regulares circà non omnes, ſed aliquas cenſuras, tàm erga ſeculares, quàm ipſoſmet Regulares, de quibus egi *ead. p. 2. recoll. 10. & 11.* aut obtinent vi alicuius Bullæ nempè cruciatæ, vt latè poſt *Rodriquez, Emanuelem à Coſta*, & alios commentantes dictam Bullam, habetis per *Dianam p. 1. ſuarum reſolutionum moralium tract. de Bulla cruciata, & ſæpè in alijs ſuis partibus & tractatibus*, vel Bullæ iubilei, quam materiam habetis breuiter à me explicatam in *meo tractatu de officio, & poteſtate confeſſarij tempore iubilei*, vel tandem ex delegatione particulari, vt fit quando peti-
917 tur à ſacra Pœnitentiaria, quæ *in caſibus, in quibus cenſura eſt publica, prout eſt quando fuit lata per ſententiam particularem*, ſolet Breue abſolutionis dirigere, non magiſtro in Theologia, ſiuè Decretorum Doctori ex approbatis ex Ordinario, & per pœnitentem eligendo, vt fit quando ipſæ cenſuræ conſurgunt ex peccatis occultis; Sed Ordinario impetrantis, qui abſoluat, veris exiſtentibus narratis, quòd ſignificat, vt debeat ſummarìè,

Digitized by Google

riè, & extra iudicialiter illa inueſtigare, vt poſt *Sanch. & Emanuel Sà, indicat Rice cit. c. 68 n. 2.* vide *Nau. conſ. 47. de ſent. excom. ad finem* & ſæpius expertus ſũ in praxi; ex quo Ordinarij plures, poſt dictã ſummariã informationẽ de veritate narratorũ, mihi cõmiſerunt, vt eoſdem impetrantes, eorum nomine abſoluerem in forma conſueta, faciendo fidẽ de dictæ abſolutionis, quod non poteſt fieri, quãdo abſolutio conceditur prò ſolo foro conſcientiæ, & prò cenſuris conſurgentibus ex peccatis oocultis, & dirigitur Breue magiſtro in Theologia, &c. Sed ſtatim laceratur Breue, *Nau. conſ. vlt. de teſt.* & meritò, quia qñ dirigitur Ordinario nominatur perſona quæ petit abſolutionem, qñ verò dirigitur confeſſario, nõnominatur perſona, ſedtantũ ſignificatur per N. vide *Auilam p. 2. cap. 7. diſp. 3 dub. 12. verſ. 2. opinio ad finẽ*, vbi quòd tunc talis abſolutio petenda eſt à Dataria, vbi eſt neceſſaria aliqua compoſitio pecuniaria.

*De abſolutione non præmiſſa ſatisfactione partis.*

PRò intelligentia tituli. Notandum, ꝙ licèt in rigore ſatisfactio differat à reſtitutione, vt per *Leſſium lib. 2. de iuſtitia c. 7. num. 18. & alijs*, vbi in ſpecie, quòd omnis ſatisfactio ſit reſtitutio, non autem è contrà,
918 tamen hic nomine ſatisfactionis, intelligitur reſtitutio honoris, famæ, pecuniæ, &c. *Suarez diſp. 7. de cenſuris ſect. 5. num. 47.* vbi hoc benè probat ex *Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 12. de reformat.* ibi *niſi plena reſtitutione ſequuta*, proſequitur *Bonacina diſp. 1. q. 3. p. 9.*
919 *in principio.* Nomine verò partis, non intelligitur ſuperior, ſed alia perſona diſtincta, quæ fuit læſa, ſiuè illa pars ſit perſona publica, ſiuè priuata, vt benè addit *Auila p. 2. cap. 7. diſp. 3. dub. 7. in principio*, qui ex hoc deducit. Primò quòd nomine partis non intelligatur iudex, cui ipſo iure applicatur pœna pecuniaria, quia iudex non eſt pars, ſed tertia perſona inter partes, item neque tabellio *Vaſquez de excommunicatione dub. 20. num. 5. verſ. vltimo notandum*, & ego addo neq. fiſcus vt per *Graffium p. 1. decis. lib. 4. cap. 15. ſub n. 7.* quia vt proſequitur idem *Auila*, illa quæ debentur iſtis perſonis, non pertinent ad ſatisfactionem partis, ſed ad pœnam delinquentis, ad quam nemo tenetur ante condemnationem, qui etiam ſubdit contra
920 *Sotum*, quòd condemnatus per iudicem ad aliquam pœnam, cui etiam ipſe reus cõſenſit, virtute bullæ poteſt abſolui ab excommunicatione, antequam illam ſoluat, niſi lata fuerit excommunicatio ob id, quia non ſoluit eam. Deducit ſecundò, quòd ſimoniacus poteſt abſolui antequam reſtituat prætium, quia excommunicatio hoc caſu non eſt impoſita directè propter iniu-
921 riam partis. Deducit tertiò, quòd excommunicatus ex eo quia non manifeſtauit, vel ex eo quia non reuelauit, vel denunciauit tale delictum abſolui poteſt ante denunciatiõnem, ſi habeat propoſitum denunciãdi, &c. niſi ſimus in rebus grauibus, & præcipuè in decunciationibus faciendis inquiſitoribus ſanctæ fidei, in quibus caſibus, & ſi pœnitens adhuc non incurriſſet excommunicationem non debet abſolui antequam denunciet vt etiam dixi *ſuprà 1. p. recoll. 22.*

Deduci poteſt quartò, quando Eccleſia
922 veniat hic nomine partis, quando ſcilicèt ipſa fuit læſa, tunc enim illi ſatisfaciendum, intellige Rectori Eccleſiæ, quæ fuit læſa, ſicut iniuriam illatam monacho, Abbas, & ſuperior illam remictit, etiam inuito monacho, vide *Sanchez lib. 6. ſumma cap. 12. n. 5. Boſſium de triplici iubilei gratia ſect. 1. caſu 21. num. 26.* vbi de ſatisfactione requiſita prò eo, qui percuſsit monachum, vel clericũ, & vidi in praxi ſeruari à Sacra Pœnitentiaria, in quibusdã delictis, in quibus Eccleſia fuit læſa; & ita intellige *Layman lib. 1. tract. 5. p. 1. cap. 7. num. 7. ad finem*, & ſic hoc caſu diſtinguitur Eccleſia à ſuperiore, & iudice eccleſiaſtico, cui vt inquit *Suarez loco ſupracit.* eo ipſo cenſetur ſatisfactum, quando præſtatur cautio, ſaltem iuratoria, parendi mandatis Eccleſiæ &c. de qua re nos *ſuprà à num. 512. & ſeq.* ex quo ſubinfert *Layman loco ſuprac.* quòd *priuilegiatus confeſſarius, ſine conſenſu ordinarij, abſoluere facile non debet à cenſuris notorijs, ſi ea ad forum iudiciale deducta ſunt, vel probabiliter deducenda putantur, quia abſolutio danda non eſt priuſquã parti læſæ ſit ſatisfactum, & conſequenter, ſi Eccleſia, aut ſtatus clericalis, v.g. notoria clerici percuſſione, leſus fuit, priuſquam Eccleſiæ ſatisfactum ſit, propterea quòd reus poſtquam abſolutione à cenſura, v.g. excommunicationis, reipſa conſequutus fuit, non ita efficaciter ad præſtandam ſatisfactionem, ſiuè emendationem vrgeri debet.* intellige, niſi reus eſſet in loco diſtanti, vbi ignota eſſet eius excommunicatio, aut niſi pars omninò conſentiret in eius abſolutionem, aut hic & nunc incumberet aliqua neceſsitas ita abſoluendi, ita poſt *Henriquez, Conink cit. diſp. 14. num. 207.* & proſequitur *Boſſius de triplici iubilei gratia, ſect. 1. caſu 21. num. 46. & ſeq.* His prænotatis, ſit.

Prima concluſio: cùm pœnitens dubitat, an
923 teneatur ad ſatisfactionem, abſolui licitè poteſt, ſi det cautionem in caſu, quòd de illa fiet certus. Ratio eſt, quia nemo cogendus eſt realiter alicui ſatisfacere, antequam conſtet eum debere, quod eſt verum etiam vbi à Summ. Pont. vel alio ſuperiore conceſſum ſit expreſſum abſoluere, niſi *ſatisfacta parte*,



Digitized by Google

quia intelligi debet de ſatisfactione debiti
certi, vt conſtat in *cap. 1. de verb. ſignificat. &*
*notat* Conink *diſp. 14. ſub num. 205. cum alijs,*
*quos refert, & ſequitur Bonac. cit. p. 9. n. 9.* addo
*Alter. lib. 4. diſp. 4. c. 4. dubit. 4. verſ. Animad-*
*uertendum.* Amplia vt ſit vera concluſio
etiam vbi non eſt dubium propriè dictum,
ſed tantũ probabilitas, ꝙ contingit vbi pę-
924 nitens habet prò ſe opinionem probabilẽ,
quòd non teneatur aliquid ſatisfacere parti.
*Turrianus de cenſuris lib. 2. diſp. 24. dub. vlti-*
*mo, quem ſequitur Diana to. 5. tract. 9. reſol.*
*11. verſus finem,* vbi ſubdit, ſe olim per Bullã
cruciatæ abſoluiſſe in foro conſcientiæ quẽ-
dam nominatim denunciatum, non ſatisfa-
cta parte, quia eius Aduocati aiebant, in fauo
rem excommunicati adeſſe probabiles ratio-
nes prò lite, de qua tunc agebatur, & reue-
ra dicta excommunicatio erat nulla, quia
lata poſt appellationem, quòd eſt idem cum
eo, quod dixi *ſuprà num. 33* loquendo de cõ-
ſilio Aduocatorum, quidquid contrarium
doceat *Auila apud eundem Dianam ibid. re-*
*ſol. 72.* Præſupponit enim *Diana noſter,* vt di-
xi, *cum de iubileo, & aliàs ipſemet proſequitur*
925 *p. 1. de Bulla cruciata reſolut. 26.* quòd
quando quis eſt nominatim excommuni-
catus, & denunciatus, poſſit validè abſolui
prò foro conſcientiæ vi Bullæ cruciatæ,
*parte ſatisfacta,* vbi eſt neceſſaria vt per *Nau.*
*conſ. 47. de ſent. excom. & alios* cõmuniter, & ſi
aliquãdo nõ expediat dare talẽ abſolutionẽ,
vt ſup. dixi *ſub n. 922.* & hoc credo forſan vo-
luiſſe dicere *Vaſq. de excom. dub. 20. n. 8.* dum
ait, quòd ab excommunicatione delata in
iudicio, & à iudice publicè lata, non poſſint
abſoluere priuilegiati, vel vi Bullæ cruciatę.

Sed quid ſi ſemper maneat dubius pœni-
926 tens, an debeat aliquid ſatisfacere in fo-
ro conſcientiæ? Reſpondetur, quòd ſi ſit pu-
rum dubium in materia iuſtitiæ, nihil tene-
bitur ſatisfacere, cũ tunc melior ſit conditio
poſſidentis, ſi autem non ſit purum, ſed in-
clinet pœnitens potius in partem affirmati-
uam, quàm negatiuam, debet ſatisfacere ſe-
cundum rationem dubij, arbitrio confeſſarij,
latè *Suarez cit. diſp. 7 ſect. 5. num. 45.* qui dicit,
in hoc caſu dubij, obſeruandas eſſe regulas
generales de conſcientia dubia, & dixi *ſup.*
*p. 1. recoll. 17.* videte etiam *Turrianum loco*
*ſuprà proximè citato.*

Sed quia fieri poteſt, quòd in foro exter-
927 no debitũ ſit dubiũ ex defectu plenæ pro-
bationis tamen nõ ſit certũ ſecundũ conſciẽ-
tiã pęnitentis, hoc caſu confeſſarius, qui ab-
ſoluit in foro conſcientiæ, non poteſt abſol-
uere, niſi præmiſſa ſatisfactione partis eo mo
do, quo ſe nõ præiudicet in foro exteriori
*Auila loco ſuprac. dub. 5.* vbi habes optimã pra
xim circa hoc particulare, ſicut è contra,
quando in foro externo eſt certum debitũ,
in foro autem interno eſt dubium, debet cõ-
feſſarius ſtare dicto pœnitentis, quod dubiũ
contingere poſſe in pęnitente, etiam quoad
forum internum, contra *Nau.* probat *Alter.*
*ſup. verſ. vera ſunt.*

Secunda concluſio, cũ conſtat pęnitentẽ
928 debere ſatisfacere, & etiã ꝙ põt præſtare
realẽ ſatisfactionẽ Cõfeſſarius nõ poteſt eũ
abſoluere, niſi prius realiter ſatisfaciat parti
leſæ, vel cũ ea ſe tranſigat. Probatur *in c. 2. de*
*ſent. excomm.* Conink *diſp. 14 n. 6. Sayr. lib. 2. c.*
*18. ad fin. Alter. lib. 4. diſp. 4. c. 4. dub. 4.* vbi te-
ſtatur, in hoc omnes conuenire; teſtatur de
communi, *Auila cit. diſp. 3. dub. 5. concluſ. 1.*
*verſ. ex hac concluſione ſequitur primò, vbi*
929 *verſ. ſequenti* ſubdit, *quòd ſi non totum po-*
*teſt reſtituere ſed partem, non poteſt abſolui,*
*niſi realiter prius partẽ reſtituat,* vt dixi *cũ de*
*iubileo n. 50. ad fin.* & de reliquo prouideat,
*vt infrà cõcluſ. ſeq.* proſequitur *Bonac. ſup. n. 6.*

Limita, niſi ſtet per partem, quòd non
930 vult ſatisfactionẽ acceptare, congruentem,
vt magis vexet excõmunicatũ, quia tunc
põt abſolui pręmiſſa cautione, vt infrà *Caut.*
*V. abſolutio §. 4. Praxis Archiep. Neap. c. 23. n.*
*6. Medina in ſumma lib. 2. cap. 12. Henriq.*
*Auila, & alij apud Bonacinam loc. ſupracit.*
*Rodriquez to. 1. qq. regul. q. 61. art. 8.*

Dicitur autem realiter ſatisfacere damnũ
pecunia extimabile, qui pecuniam, aut rem
æquiualentẽ depoſuit apud confeſſariũ aut
fidelem internuncium vel campſorẽ, *Auila*
*loco ſuprac. dub. 5. verſ. tertio caſu, Alterius*
*loco ſuprac. verſ. tandẽ,* vbi ꝙ ex hoc debitor
liberetur, ne ſoluat lucrũ ceſſans, aut cenſũ

Tertia concluſio, qñ cõſtat pœnitentẽ de-
bere ſatisfacere, ſed tamen nõ poteſt actuali-
931 ter ſatisfacere, poteſt abſolui præſtita cau-
tione, etiam vbi datur facultas cũ clauſula
*ſatisfacta parte,* ita *Auila loco ſupracit.* refe-
rens alios, *Bartolomeus de Vecchis in ſua praxi*
*pro nouitijs diſp. 9. dub. 10. num. 3. contra Gut-*
*tierez,* teſtatur de communi *Filliuc. tract.*
*11. n. 295. Laym. & Hurt. locis ſupracit.* non
ſolũ eſſe communẽ, ſed probabiliorẽ ſenten
tiam cõtrà *Sotum* probat *Alterius loc. ſuprac.*
*verſ. Ita ſenſit Sotus.* Quando autem quis di-
catur potens, vel impotens ad ſatisfaciendũ,
patet ex dictis à nobis *ſup. p. 1. recoll. 26.* impo
tentia .n. quæ excuſat à reſtitutione, excuſat
etiam hic à reali, ac actuali ſatisfactione,
vnde aduertendum à confeſſario, an pars le-
ſa, ſit in equali neceſſitate, quia tali caſu me-
lior erit cõditio ipſius *Conink diſp. 14. n. 208.*
*Auila loc. ſuprac. verſ. 1. quòd quando, & ſequ.*

Qualis namque debeat eſſe iſta cautio,
932 quam debet præſtare talis impotens ante-
quam abſoluatur in foro conſcientiæ, & ſi
Doctores dicant generaliter loquendo, de-
bere præſtare pignoratitiam ſi poteſt, ſi non
poteſt, fideiuſſoriam, & ſi hanc nequit quoq.
præ-

Digitized by Google

præſtare; ſufficere iuratoriam, ita *Auili loco cit. ſup. Bonacina num.* 5. & alij communiter. Sed. *Layman cit. cap.* 6. *ſub num* 8. *verſ. dico quarto: ad finem.* declarat, ſupradicta procedere ſpectato foro externo, *in foro autem interno ſpectata qualitate perſonæ, ſimplex promiſſio, ſeu fidei interpoſitio, inſtar iuramenti eſſe poſſe*, hæc ſunt verba ipſius *Layman.* Quòd procedit etiam, ſi fuiſſet talis excommunicatus ob offenſam publicam, & notoriam, vt alijs allegatis proſequitur *Boſſius de triplici iubilei gratia ſect. 1. caſu* 21. *num.* 44.

Amplia hoc, quod dixi, ſcilicèt impotentē ſatisfacere, poſſe abſolui vt ſuprà, procedere non ſolum in ordinario iudice, vel delegato ſimpliciter, quod eſt certum ex infrà dicēdis. Sed etiam in delegato cùm hac clauſula,
933 *præmiſſa ſatisfactione partis, vel ſi parti ſatisfecerit*, cùm enim hoc caſu ſit expreſſio eius, quòd tacitè de iure ineſt, eius expreſſio, nihil operatur, præter id, quod requiritur de iure cōmuni, quo inſpecto ante abſolutionē præmittenda eſt ſatisfactio realis quādo quis eſt potens, quando verò nō eſt potens, ſufficit cautio, ergò, ita poſt *Medinam, Polanchum, & multos viros doctiſſimos conſultos, Auila ſuprac. diſp. 3. dub. 8. Suarez diſp. 7. ſect. 5. à n. 4. Bonacina ſup. p. 9. n. 4. Hurtado diſp.* 14. *n.* 20.

Difficultas ſolum reſtinguitur, vbi cùm cēſuratus poterat ſatisfacere, vel cautionem vt ſuprà præſtare, & tamen neutra præmiſſa abſoluitur, vtrū talis abſolutio ſit valida, nec ne? Certū eſt enim, Confeſſariū peccare mor-
934 taliter, quia cùm poſſit proximi damnum impedire, non impediuit, quòd peccatum eſſe non ſolum contrà charitatem, ſed etiā contrà iuſtitiam, poſt *Caiet. Medinam, & Herriq. Auila* 5. *dub.* 5. *concluſ.* 2. *Hurtado ſup.* qui expreſsè dicunt, quòd ſic abſoluens teneatur reſtituere parti dāna inde ſequuta, quòd an ſit verum in ſimplici confeſſario, vide *ſup. p. 1. recoll. 1. ad finem*. Prò cuius difficultatis reſolutione ſit.

Quarta concluſio. Abſolutio vt ſuprà præuia ſatisfactione, vel cautione data à iu-
935 dice ordinario, vel etiam delegato ſine limitatione ſatisfactionis dandæ parti, eſt valida: De abſolutione data ab Ordinario, eſt cōmunis omnium Doctorum opinio, & probatur in *cap.* 7. *venerabilibus* §. *ſanè de ſent. excommicat. in* 6. quem textum in ſimili ponderaui ſup. nu. 813. teſtatur *Auila ſuprac. diſput. 3. dub. 9.*

De delegato, eſt contrà *Graffium p. 1. li. 4. deciſ. cap. 6. num. 6.* qui vult quòd ſemper eſt neceſſaria ſatisfactio, quòd ſēper in delegatione ſubintelligitur vt quis nō abſoluatur, niſi præmiſſa ſatisfactioe, quòd præter quā gratis aſſeritur, etiam ſi eſſet id verum, non tamen inde ſequitur, quòd vi delegationis, abſolutio ſine dicta ſatisfactione data, ſit inualida, *Suar. cit diſp. 7. ſect. 5. n.* 42. quē cum *Buard,* ſequor *cū de iubileo ſub nu.* 50. *Hurt. infrac. Auila ſuprac dub.* 4. *2. concluſ. ad finē.* Idē dicendū de Regularibus, quibus cōceditur facultas abſoluendi à cenſuris reſeruatis Summo Pontifici, *Auila ſup. dub.* 8.

Quinta cōcluſio. Abſolutio data vt ſup. à
936 delegato cū ſimplici limitatione ſatisfactionis partis etiā erit valida: Exēplificatur quòad noſtrū propoſitū in facultate cōceſſa cōfeſſarijs virtute Bullæ iubilei, vel cruciatæ cum iſta clauſula *ſatisfacta parte*, vel *ſi parti conſenſerit*, quia vt dixi cùm de iubileo, per dicta verba non irritatur factū contrarium, nec limitatur eius iuriſdictio, ſed tantū admonetur delegatus ſeu confeſſarius de forma iuris ſeruanda, vt licitè impendatur abſolutio: ita præter allegatos loco ſupracitato, *Sanchez lib. 2. de matrimonio diſp. 1. & lib. 3. diſp. 33. Auila ſup. dub. 9. verſ. 2. concluſio* vbi refert *Couarr.* non ſolum teſtantem de cōmuni, ſed etiam extendentem hanc concluſionem, etiā ſi in delegatione dicatur, q *nullatenus detur abſolutio, niſi parti ſatisfacta*, & expreſsè docet *Conink diſp.* 14. *n.* 209. dicit cōcluſionē valdè probabilē *Laym. lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 6. n. 8. ad finē. Hurtado diſp. 14. de excom. n.* 22. de probabiliori teſtatur *Bonac. cit. p. 9. n. 3. verſ. alij verò*, & proſequitur alios authores referēdo, noſter *Diana poſt hac ſcripta t. 5. tract. 9. reſol.* 12. Contrà *Caiet. Armill. Suarez, Egidium, Conink, Sayrum, & Filliuc. tract.* 11. *nu.* 22. qui tamen *fatentur, noſtram concluſionem eſſe probabilem.*

Dixi *cùm ſimplici limitatione ſatisfactionis.* Quia ſecus erit cùm in delegatione, vel pri-
937 uilegio illa prærequireretur tāquā *cōditio neceſſaria*, vt v.g. ſi dicatur vt delegatus, vel confeſſarius *abſoluere non poſſit*, vel *abſolutio aliter dari nō poſſit*, vel *abſolui non poſſit quis*, vel *abſolutio nullius ſit roboris, vel momenti, niſi prius pars ſit ſatisfacta, &c.* per iſta enim verba videtur concedens priuilegium, vel delegationem expreſsè irritare abſolutionē aliàs datā eius vigore, tàm à delegato, quā ab ordinario, vt per *Auilam cit. dub. 9. concluſ. 2. verſ. limitanda eſt tamen*, clarius *Bonacina ſup. verſ. reſpondeo Filliuccius cit. num.* 295 *ad finem Alterius, & alij ſupracit.*

Addidi, illa alia verba, *de forma iuris ſeruanda*, quia ſi ei, qui aliàs non habet poteſtatē abſoludi à cenſuris, committeretur ta-
938 lis facultas, præſcripta noua forma, quæ non habetur in iure v.g. vt obliget excommunicatum ad dandam eleemoſinam, &c. etiam abſolutio aliàs data erit inualida *Auila ſupracit. dub. 9. verſ. 1. concluſio ad finem*, vbi teſtatur, in hoc conuenire omnes Doctores.

939 Hęc cōcluſio ſit explicata. Limitatur quò ad cenſuras oblitas, quādo vi Bullæ poterit abſol-

Digitized by Google

940 abſolui, ſed *parte ſatisfacta* ab illis nō remanebit liber, ſicuti remanſiſſet ſi illa potuiſſet abſolui ſimpliciter abſq. dicta conditione, ea ratione, quòd ſemper in confeſſario præſumi debeat intentio, quòd noluerit peccare mortaliter, ſicut feciſſet, ſi eum abſque dicta ſatisfactione, vel cautione abſoluiſſet: ita poſt *Bonacinam*, adnotaui *in tr. de iubileo num.*200. qui teſtatur de probabiliori. Vndè præſupponit, contrarium eſſe probabilem, vt expreſsè fatetur *Auila ab eo citatus*, quam opinionem ego probarem, maximè in caſu, quo erat impotens tunc pęnitens ad ſatisfaciendum, vt percipio ex *Villalob. par.*1. *ſumma tract.*16. *diff.*20. *n.*5. *ad finem* loquendo in ſimili de eo, qui abſoluit pœnitentem à cenſuris ( intellige vi priuilegii, vel Bullæ) abſque quòd declaret in ſpecie cauſas, ob quas illas incurrerat, quia ſubdit, *aunque ſaria muy mal, el che aſſi le abſolnieſſe, que para azerlo prudentemente ha da ſaber ſi tiene ſatisfecha la parte, mas ſe aſſi le abſoluieſſe, teniendo el penitente ſatisfacha la parte, ò non hauiendo neceſſidad de ſatisfazerla, quedaria abſuelto.* Ratio mihi videtur, quia ſi talis pænitens hoc caſu, etiam ſi tempore confeſſionis factæ vi Bullæ, memor fuiſſet dictæ cenſuræ, & illam confeſſus, debebat eū confeſſarius abſoluere præſtita cautione, ſeù facta ei promiſſione de ſatisfaciendo, quando fieret potens, vt dixi ſuprà, ſed hæc promiſſio ſubintelligitur, nā aliàs non fuiſſet diſpoſitus pænitens, ergò.

Sed an qui impotens tempore confeſſionis, & abſolutus præſtita cautione vt ſuprà; ſi poſtea fiat potens, & negligat ſatisfacere,
941 reincidat in cenſuram. *Auila ſupracit p.*2. *cap.*7 *diſp.*3. *dub.*10. *ad finem, & Layman lib.*1. *tract. p.*2. *cap.* 6. *ſub verſ. dico inſuper Reginald. lib.*9. *n.*66. *poſt Couarr. & Vgolin.* docent ſimpliciter, hunc non reincidere in cenſuram. Sed benè poſſe de nouo contrà eum ferri cenſuram. Contrarium tamen docet *Suarez ſuprac. ſect.*8. *nu.*24. *ad finem poſt Vgolinum de cenſuri. tab.*1. *cap.*10. *§.*4. *nu.*5. ſequitur *Villalobos p.*1 *ſumma tract.* 16. *difficultate* 20. *num.* 10. *ad finem*, qui aſſerunt: ita declaraſſe plures Summos Pontifices nempè Pium V Gregoriū XIII. & Sixtū V hæc ſunt verba Villalobos, *Haſe de aduertir, que la abſolucion, que en eſto caſo ſe haze, es ad reincidentiam, porque ſe deſpues pudiendo no ſatisfece, buelue a reincidir ne la cenſura come coſta de algunas declaraciones &c.* eandē ſententiam videtur ſequi *Prepoſitus apud Dianam t.* 5. *tract.*9. *reſol.*11. *ad finem*, qui tamen fatetur, multos contrarium docere, *Boſſius verò de triplici iubilei gratia, ſect.*1. *caſu* 21. *à num.*82. diſtinguit, aut data fuit ab habente poteſtatem ordinariam, & non reincidit, vel à delegato vi alicuius Bullæ, vt iubilei, vel Cruciatæ, & hoc caſu refert duas opiniones, primā *Boſſoni Conradi, Homoboni, Gauanti, & Valeri*, docentiū ſimpliciter, talē reincidere, fundati in declarationibus Summorum Pontificum de quibus ſuprà; Secundam *Henriq. & Eman. Sà* qui docet, quòd talis ſic abſolutus, & poſtea factus potens non ſatisfaciens, non reincidat quoad forum interius, ſed quoad forum exterius, quæ diſtinctio, vt ex verbis *Emanuelis Sà* ab eo citati, elicitur, eſt eadem cū alia, quam aliqui tradunt, aut nempè cenſura iſta, à qua talis fuit ſic abſolutus, eſt occulta, aut manifeſta, primo caſu reincidit, ſecundo verò caſu non reincidit quo ad forum interius, ſed benè quoad forum exterius, ſi autem vis ſcire quomodo
942 nempè quis reincidat quoad forum exterius, non autem quoad forum interius, neceſsè eſt dicere cū *Vaſquez de excommunicatione dub.*20. *ſub n.* 3. & ſi ſupponat vt ſupponit etiā *Emanuel Sà*, ꝙ talis fuerit abſolutus ad reincidentiam, ꝙ ego ſuprà omninò negaui, qui ſubdit hæc verba. *Notandum tamen eſt, quòd qui ſic abſoluitur* ( ideſt cùm cautione ad reincidentiam ) *in foro pænitentia à Sacerdote ratione priuilegij, in foro interiori, & conſcentia manet abſolutus, tamen exterius ratione ſcandali, debet ſe habere vt excommunicatum, donec de abſolutione innoteſcat*, ergò verum eſt, non ſolum in caſu, quo data fuit abſolutio ab Ordinario habente iuriſdictionē quoad forū externū, ſed etiā qñ cōfeſſario vi Bullę, ꝙ talis abſolutus nō reincidat, ſed benè poſſit de nouo excōmunicari, vt inquiūt *Auila, Laym. & Regin. locis ſupracit.* & quòd inquiunt ſupradicti Authores, exterius debere talem abſolutū, ſe habere vt excommunicatū, intellige etiā prò eo caſu, vbi tantum data fuit abſolutio quoad forū concientiæ. Tandē notandum; quòd quamuis *Rota apud Molinam tract.* 3. *diſp.*42. *num.*9. velit, iniuriam paſſum in cor
943 pore, ſi intrà annum non intentet actionem iniuriarum, poſſe iniuriantem abſque ſatisfactione abſolui, quia cenſetur ei renūciaſſe, tamen id crederē procedere quoad forum externum, & ideò in conſcientia nō poſſe practicari dictam doctrinam, quia potuit voluiſſe expectare tēpus abſolutionis. vide *deciſ.*2. *de iniurijs, & dāno dato. in nouis.* Confirmatur, quia etiam tranſacto anno, & ſemper poteſt quis actionem iniuriarum proponere per modum exceptionis, licèt non poſſit illam proponere per viam actionis, & demum id intelligi etiam poteſt de actione criminali ad vindictam, non autē de actione ciuili prò intereſſe, quod quis ſemper tenetur reſtituere, quando adeſt mala fides.



Digitized by Google

*Abſolutio à cenſuris ab homine per ſententiam particularem data vi priuilegij, vel Bulla prò foro conſcientiæ an proſit quòad forum externum.*

DIxi, *prò foro conſcientiæ*, quia ſi in priuilegio, vel Bulla expreſsè concede-
944 retur facultas prò vtroque foro, certum eſt, abſolutionem prò foro externo prodeſſe, quæſitum igitur verſatur, vbi conceditur ibi hæc facultas expreſsè quòad forum conſcientiæ, vel in ordine ad confeſſionem ſacramentalem, *Alterius lib.4. diſp.4.c.4.in principio, Layman lib.1.tract.5.p.2.c.7.nu.6.* vbi quòd & ſi facultas ſimpliciter conceſſa abſoluendi à cenſuris, in dubio debeat intelligi prò vtroque foro; tamen ex circũſtantijs, & materia ſubiecta, capi poſſe, non fuiſſe mentem Summi Pontificis, præiudicium afferre foro externo, exemplificãdo in facultate conceſſa in Bullis iubilei, & cruciatæ. His poſitis. Reſpondetur quæſito, quòd duobus modis poſſumus querere, an abſolutio vt ſuprà data, quòad forũ conſcientiæ, proſit prò foro externo, primò quòd eo ipſo quãdo quis fuit abſolutus prò foro conſcientiæ, poſſit publicè ſe gerere prò non excommunicato, vel & ſecundò quòd vbi faciat abſolutus vt ſuprà conſtare in foro externo dictam abſolutionem datã prò foro cõſcientiæ, iudex teneatur illã acceptare, & per conſequens vltrà non procedere in cauſa, vel amonere cedulones, ſi reperiantur iã affixi contrà dictũ abſolutũ.

Quòad primum, reſpondetur, quòd ab-
945 ſolutus vt ſuprà non poteſt ſe gerere prò non excommnnicato in foro externo, ſeù publicè, niſi dicta abſolutio fuerit acceptata. vt dixi cũ de iubileo *p.2.n.61.* quibus illic allegatis. Adde *Filliuciũ, Alterium, & Layman locis ſupracitatis, qui Layman ex Auila, & Henriq.* habet hæc verba. *cit.cap.7.n.7. qui in foro cõſcientiæ per Bullã, iubileũ, aut priuilegium ab excõmunicatione v.g. abſolutus fuit, is in facie Eccleſiæ, ſi excõmunicatio eius notoria fuit, perindè à ſacris, & alijs rebus, quæ excõmunicato interdicuntur abſtinere debet, ac ſi abſolutus non eſſet quandiù de eius legitima abſolutione non conſtat, quare ſi interea publicè celebrare præſumat, ab eccleſiaſtico iudice, perindè ac irregularis, puniri poterit, quamuis, ſi velit iudex, &c.* Quòd dicitur *de celebrãte*, idẽ dicas de laico ſumente Euchariſtiam, vel aliàs ſe immiſcente in diuinis publicè licèt enim abſolutio quòad forum concientiæ operatur vt abſolutus poſsit accipere Sacramenta, vt poſt *Nauarr. conſ.47. num.3. de ſent. excomm.* dixi *ſupradicto tract. de iubileo.* intelligitur tñ de ſecreta receptione, & quia circa hanc materiã ſcripſi in quodã notabili caſu, non deſinam, id hic ſubijcere.

## *Conſultatio.*

QVòd N. Sacerdos ex eo, quia vi iubilei his diebus cõceſſi per Sanctiſſimũ D. N. Vrbanum VIII. abſoluerat mulierẽ quandam denunciatam à Curia Archiepiſcopali Conſentina, prò excommunicata, ratione cõcubinatus; ritè ſuum munus exercuerit; Patet ex ampliſſima facultate tributa in Bulla ipſius iubilei; cuicunque confeſſario approbato, abſoluendi à quibuſcunq; peccatis, & cenſuris tàm Ordinarijs locorũ, quàm Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, excepta
946 hæreſi. Ergò licèt hic caſus concubinatus, fuerit reſeruatus Illuſtriſsimo Archiepiſcopo, poterat ab eo abſolui, quod eſt verum, etiam ſi in Bulla non fuiſſent expreſſa dicta verba (Ordinarijs locorum) quia qui concedit id, quod eſt maius, cenſetur concedere etiam id, quod eſt minus, maximè vbi militat eadem ratio, vt eſt in caſu noſtro. Iſta eſt communis conſuetudo, & praxis, vt dixi poſt *Cappeaulte, in meo tract. de iubileo extraordinario num.38. ad finem iuxta editionem Neapolitanam*, & poſtea proſequuti ſunt *Layman lib.1.tr.5 p.2.cap.7. ſub num.5. Bartolomeus de S. Fauſto lib.4. de indulgentijs, & iubileo q.100. Antoninus Diana p.3. ſuarum reſolutionum moralium tract.4.reſol.149.* vbi hoc extendunt etiam ad caſus, & cenſuras reſeruatas per dictos Ordinarios poſt publicationem iubilei, cùm nunquam inferiori concedatur reſtringere facultatẽ datam à ſuperiore, & antea etiam dixi *eodẽ tract. ſuprà c.nu.35.* Et quòd hoc caſu nulla ſit neceſſaria licentia Ordinarij prò abſolutione dictorum caſuum, & cenſurarum, ibidem annotaui *n.34.* vbi allego *Reginaldũ lib.8. praxis fori pænitentialis n.55. & ſeq Florentiũ de caſibus reſeruatis, Fauent. p.1.c.4.§.8. n.7. & Vuald. in candel. aur. c. de abſol. d. n.26.*

Nec obſtat, quòd præter reſeruationem, adſit denunciatio publica contrà dictam
947 mulierem de excommunicatione per cedulones. Quia nec etiã prò hoc caſu deeſt facultas cõfeſſario in ſupradicta Bullla, ibi, *neque etiam*, ſupple intendimus, *eaſdem præſentes ijs, qui à nobis, & Apoſtolica Sede, vel ab aliquo Prælato, ſeù iudice eccleſiaſtico excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, ſeù aliàs in ſententias & cenſuras incidiſſe declarati, vel publicè denunciati fuerint; niſi infra tempus celebrationis huiuſmodi iubilei ſatisfecerint, aut cum partibus concordauerint, vllo modo ſuffragari poſſe, & debere.* Dictio enim, *niſi*, præcedente illa negatiua, *Nec*, &c. includit, & affirmat in non exceptis. *Rota Romana apud Caualerium deciſ.77.num.1.* vnde idem eſt, ac ſi dixiſſet S. Pontifex, quòd quando adeſt ſatisfa-



Digitized by Google

tisfactio partis, vel ipſa fuerit concordata, vel non eſt ipſa neceſſaria, poſsit Confeſſarius abſoluere, etiam ab iſtis cenſuris contrà aliquem nominatim latis, & de quibus fuerunt pænitentes publicè denunciati, *ita Graſſius, & Duardus, quos refero, & ſequor eodem meo tract. ſub nu.* 48. & proſequitur, poſtea *S. Fauſto eod. lib. 4. q.* 102. non tamen ita clarè

948 Sed in caſu noſtro vel non eſt neceſſaria ſatisfactio, cùm per crimen concubinatus tantum quis peccet in corpus ſuũ, & nõ per hoc ceſſat, quin cenſeatur eadem conceſſa facultas; diſpoſitio enim conditionalis, quãdo caſu, vel impotentia non poteſt impleri, remanet pura *l. cum ita datur libertas cum ibi notatis ff. de conditionibus, & demonſtrat. l. 1. ff. de condit. inſtit. in ſpecie Villalobos p. 1. ſumma tract. 16. difficult. 20. ibi ſe la deſcommunion es de tal manera, que no pide ſatisfacion de parte, no es neceſſaria, y anzi puede abſoluerſe ſin ella.* Accedat id quod docet *Sãchez lib. 3. de matrim. diſp. 33. num.* 3. & proſequuntur alij, quos refert, & ſequitur *Diana p. 1. reſolut. moral. reſol. 22. ſub tract. de Bulla cruciata*, nempè quòd dicta verba *niſi ſatiſfecerint, &c.* non inducant nouam conditionem, & formam: ſed exprimant formam, & conditionem de iure requiſitam in ſimili abſolutione prò cenſura contracta ob crimen, per quod fuit alicui damnum illatum ſiuè in bonis, ſiuè in honore, ſiuè in vita, &c. vt patet in *canone ſiquis ſuadente diabolo 17. q. 5. cap. 2. de ſentent. excommun. in 6. cum alijs concordantibus allegatis per Sayrum lib. 2. de cenſuris lib. 2. cap. 18. num.* 10. *Egid. Conink diſp. 14. num.* 205. & ſic eſt expreſsio eius, quod tacitè ineſt, quæ nihil operatur *l. cum quid, ff ſi certum petatur*, ſi igitur nihil operatur, ſequitur quòd verè dicta facultas non ſit conditionalis, & per conſequens militet etiam in caſu, vbi illa non eſt neceſſaria.

Vel ſi eſt neceſſaria in præſenti caſu ſatisfactio partis, nunquam prò parte poteſt intelligi iudex excommunicans, quia iudex ſemper diſtinquitur à partibus litigantibus *Herriquez lib. 13. de excommunicatione cap. 28. nu. 1. Antoninus Diana pracitata reſolut.* 22 cum alijs allegatis ſup. & eſt idẽ cùm eo, quod dixit *Graſſius p. 1. ſuarum deciſ. lib. 4. c. 13. ſub num. 7.* quod appellatione partis non venit fiſcus, ſed benè poteſt intelligi vt idem *Henriquez loco præallegato*, Reſpublica ſi
949 ob eius iniuriam notoriam lata eſt excõmunicatio in hoc ſenſu, vt ceſſet ſcandalũ notoriæ offenſæ per ſatisfactionem, quæ ſatisfactio in caſu noſtro iam præceſſerat, vt præſupponitur in facto, cùm dicta mulier non ſolum per aliquod tempus ante confeſſionem, quod erat ſufficiens; ſed per aliquos menſes prius, fuit ſeparata à viro, cùm quo erat ſuſpitio concubinatus, quòd ſufficit in hoc caſu, vt dicatur ceſſare ſcandalum, ſecundum Summiſtas verbo *Concubinatus*, & alios communiter, qui tractant hanc materiam, de qua etiam egi in *tract. de officio, & poteſtate Confeſſarij p. 1. recollect. 20. num. 58.* & per conſequens, vt poſsit abſolui abſque alia licentia Iudicis excommunicantis, vt in ſimili de abſolutione data virtute Bullæ cruciatæ, habetur per *Rodriq. videndum, in Bulla cruciata §. 9. n. 56.* Confirmatur, quia vt omnes Doctores docent, teſte *Conink diſp. 14. de cenſuris num. 209. verſ. Hac in re*, tunc illicitè abſoluit Confeſſarius tales nominatim excommunicatos, quando id facit non ſatisfacta parte, quæ facilè poterat ſatisfieri At in caſu noſtro, vel non erat neceſſaria talis ſatisfactio, vel iam remanebat ſatisfacta per ceſſationem ſcandali, igitur iſte Confeſſarius illicitè non abſoluit, & per conſequẽs non poteſt moleſtari.

Nec etiam ex quo idem Sacerdos com-
950 nicauit poſtea dictam mulierem inter alias, in aliquo deliquit, quia ſi eam potuit abſoluere ad finem lucrandi iubilæum, poterat etiam communicare, vt valeret perficere opera requiſita ad illud lucrandum, & tunc rogare prò neceſsitatibus Chriſtianitati, cui enim conceditur aliquid, cenſetur conceſſum omne, quod ad eius efficaciam opus eſt, argumento *tex. in l. 2. ff. de iuriſd. omnium iudicum cap. ſanè de off. delegati.* Et licèt ſciam, Doctores, hoc intelligere verum, quoties talis abſolutus ſumit Eucha-
951 riſtiam ſecretè, ita enim permictitur receptio aliorum Sacramentorum abſoluto in foro interno *Nau. conſ. 47. de ſent. excom. Rodriq. & Diana locis ſuprac. Filliuc. tract. 10. num. 292.* & alij communiter. Tamen id habet locum vbi eſt periculum ſcandali vt percipitur ex *Rodriquez citato §. 9. num. 55.* vbi loquitur de eo, qui fuit abſolutus antequam pars fuerit ſatisfacta, ſed ob legitimam cauſam, & clarius *Henriquez lib. 8. de ſacr. cap. 60. num. 4.* ibi *nominatim excommunicatus poteſt ſatisfacta parte abſolui per Bullam cruciata, quòd prò occulto foro conſcientiæ, prodeſt & ſi ita abſolutus petat communionem in loco, vbi ceſſat omninò periculum ſcandali, licebit miniſtrare*, refert *Diana citato tract. de Bulla cruciata reſol. 26.* in caſu autem noſtro fuit petita in ſacello ſemoto ab Eccleſia, vt ſupponitur in facto, in quo aderant ad ſummũ decem perſonæ, qui numerus in magno oppido, vt eſt Paula, non facit rem publicam, *Fagundez lib. 8. in ſecundum præceptum Eccle-*
952 *ſiæ cap. 8. num. 24.* Ceſſabat etiam periculũ ſcandali, quia vel illud conſiderare volumus reſpectu concubinatus, & iam ceſſauit per ſeparationem, vt ſuprà, vel ratione excommunicationis, de qua erat denunciatã, & cùm aduerſarij fateantur, fuiſſe dictam



Digitized by Google

mulierem confeſſam, & abſolutam à præfato Sacerdote, etiam aſtantes hoc debebant ſcire, & cùm inſtaret tempus Iubilei, etiam poterant præſupponere, virtute illius potuiſſe abſolui, & fuiſſe abſolutam, & per conſequens legitimè ſumere Sacram. Euchariſtię, quod ſufficit vt dicatur ceſſare ſcandalum, vt tãgit *Bonae. diſp. 1. de cenſuris q. 3. pun. vltimo n. 4.* ibi *niſi etiam publicè conſtet ipſum fuiſſe abſolutum, hoc autem conſtare poteſt dũ ſcitur pœnitentem confeſſum fuiſſe tempore iubilei, tunc enim cùm ceſſet ſcandali periculum, &c.* Quòd enim dictæ perſonæ præſentes ſcandalum aliquod minimè de hac re reciperent, patet ab effectu, quia aliàs diſceſſiſſent ab eo loco, ne communicarent in diuinis cùm ea, quam iam putabant excommunicatam, hoc non fecerunt, igitur putabant illam potuiſſe abſolui, & eſſe verè abſolutã, & ſic reſpectu ipſorum non interuenit ſcãdalum aliquod, fauet poſt hæc ſcripta *Boſſius de triplici iubilei, &c. ſect. 1. caſu 27. ad finẽ*, vbi poſt *Valer. & Nau.* quòd licet hoc tẽpore huic abſoluto publica cõmunio, quia hoc tẽpore ceſsat ſcãdalũ. ratione de qua ſup.

953 Addo, ꝙ nec reprehẽdẽdus foret Sacerdos, qui ſciebat eã eſſe abſolutã, & putabat potuiſſe abſoluere, ſi eam, inter alias communicauit, quia vt docet *Nau. cit. conſ. 47. n. 3. de ſent. excommun.* & alij communiter. Iſte. n.

954 effectus abſolutionis datæ prò foro interno. vt qui ſunt de illa certi, non teneatur illam euitare, ita in humanis ſicut in diuinis, & dixi *p. 2. mei tract. de officio, & poteſtate cõfeſſarij, recoll. 9. n.* & *cũ de iubileo ſub n. 60.* fauent verba *Auila p. 2. cap. 7. diſp. 3. dub. 12. verſ. ex dictis ad finẽ* ibi *Parrochus autem præcipuè debet attẽdere ad forũ conſcientiæ, & ideo quando admiſſione ſic abſoluti ad diuina, ſequetur ſcandalum, non debet illum admittere, at qui verò ſi ceſſet ſcandalum, poterit ſi velit illũ admittere, ſed non tenetur*, vbi paulò ante dixerat, quòd circa pænas imponendas illi, qui ſic abſolutus ſe immiſcet diuinis, iudex poteſt acceptare dictam abſolutionẽ repellẽdo fiſcalem accuſantem illum, quòd ſe immiſcuit diuinis, & proſequitur *Layman lib. 1. tr. 5. c. 7. n. 7. ad finẽ.* Et hæc, &c. Quid autem facere debet talis abſolutus, vt publicè valeat ſacramenta percipere, habes infrà.

Quòad ſecundam partem. An excommunicatus per ſententiam particularem, abſolutus vi iubilei, vel cruciatæ, vbi hoc facit conſtare iudici, qui eum excommunicauit,

955 teneatur ipſe iudex illam acceptare, & vltrà non procedere in cauſa, ac etiam amouere cedulones, ſi reperiantur iam affixi cõtrà dictum abſolutum? Videtur dicendum, quòd ad hoc non teneatur iudex. Nã *Egid. Conink, poſt Auilam diſp. 14. num. 22.* & alios communiter, docet, quòd non obſtante tali abſolutione iudex poſſit contrà reum procedere, ac ſi non eſſet abſolutus, quia aliàs dicta abſolutio non valeret tantùm prò foro conſcientiæ, ſed etiam in foro externo, idem videtur aſſerere *Layman cit. c. 7. num. 7.* vbi loquendo de excommunicatione notoria, ſubdit. *quamuis hic cautius agendum eſt, præſertim ſi cauſa ad forum iudiciale deducta fuerat, tunc enim abſolutio, & celebratio cedit aliquo modo in præiudicium fori externi, vt proinde iudex talem abſolutionem non admittere cogatur*, & ante hos omnes *Sayrus lib. 2. de cenſuris cap. 20. num. 31.* ibi *in foro enim exteriori talis excommunicatus denunciatus ſicut non abſolutus habendus erit, ita vitandus, abſolutio enim fori pænitentialis non impedit proceſſum in foro exteriori*, & poſt alia ſubdit, *ſi tamen iudex eſſet benignus, poſſet decenter eam Bullæ abſolutionem, prò foro etiam exteriori acceptare*, additq. præter ſupradicta *Bartolomeus de Vecchis, vbi loquitur de ſimili abſolutione data vi priuilegiorũ, Regularibus conceſſorum ſatisfacta parte, in praxi prò admittendis nouitijs diſp. 9. dub. 9. n. 4.* quòd *iudex iuxtà caſus qualitatem, poteſt vel abſolutionem admittere, vel potius diſſimulare*, quã caſus qualitatem, ille metitur iuxtà præiudicium magnum, vel paruum, quod ex dicta abſolutione poteſt imminere iudici, qui excommunicauit, ſeù eius Tribunali

Prò certa autẽ, & noua reſolutione huius

956 quæſiti, puto eſſe diſtinquẽdos duos caſus; primus eſt vbi lis adhuc nõ eſt finita, ſecundus eſt vbi lis eſt iam finita. Doctrina relata ſuprà, quòd in voluntate iudicis excommunicantis ſit acceptare abſolutionem datam in foro conſcientiæ virtute Bullæ, vel iubilei, aut alterius priuilegij Mendicantium, procedit in primo caſu, quando iam lis non eſt finita, vt patet in verbis *Sayri* ſuprà relatis ibi *non impedit proceſſum fori externi*, & habet *etiam Alterius lib. 4. diſp. 4. in fine primæ dubitationis*, & clarius dixit *Hurtado de excommunicatione diſp. 14. num. 23. & ſeq.* Vbi hoc ampliat, quamuis reus ſit in loco, in quo excommunicatio, & lis ſit ignota, vel conſentiat pars, aut tandem vrgeat aliqua notabilis neceſſitas, cuius contrarium docere videtur *Auila par. 2. cap. 7 diſp. 3. dub. 10. concluſ. tertia.* Idem à fortiori dicendum eſt, & facilius contingere poteſt,

657 quando negotiũ non fuit adhuc deductũ ad forũ contentioſum, tẽpore, quo talis fuit abſolutus; quia ſi producat ſuã abſolutionẽ iã per prius obtemptam in foro conſcientiæ, erit etiam in voluntate iudicis illam acceptare, vel procedere in negotio, illum puniendo, vt per *gloſam, & ibi DD. in cap. de bis de accuſationibus. Penia p. 2. Directorũ inquiſitorum*, vbi de tali abſolutione data hæretico, *cõment. 25. verſ. Rurſus, Praxis Archiepiſcopa-*

*ſcopalis Neap.cap.26.Riccius p.1.praxis deciſ. 462.Ricciullus lib.4. de iure perſonarum c.68. num. 12. vſque ad 16. incluſiuè*, qui omnes concludunt, quòd ſcilicèt talis abſolutus poſſit accuſari, & puniri, tamen quòd mitius, & benignius faciet iudex, ſi illum non inquietet in foro exteriori,niſi pars inſteterit, quod accidere poteſt, quando fuit abſolutus nõ præmiſſa ſatisfactione. Secundo verò caſu,
958 qñ ſcilicètlis eſt finita,quia v.g.fuit denũciatus iam per cedulones. (Quidquid *Hurtado loco ſuprac.velit id contingere, quando excommunicatio lata eſt prò peccato futuro, & non fuit declaratus, & lis ceſſauit*,quòd implicat, cùm Doctores loquantur de nominatim excommunicato,de quo loquendo, non video quomodo circa eum poſſit lis ceſſare, niſi quando vel eſt declaratus talis, vel denunciatus nominatim, ex eo quià percuſsit clericum, vel aliud crimen commiſit, cui de iure eſt annexa cenſura ipſo facto incurrenda,vt exemplificat *Auila 2.p. cap.7. diſp. 3.dub.12 verſ.verũ,& Emanuel à Coſta apud Dianam p.1.reſol.26. de Bulla cruciata*; ſiuè
959 quando ratione debiti ad inſtantiã creditoris fuit denunciatus excommunicatus, vt ſubdit *Bartolomeus de vecchis in ſua praxi prò Nouitijs diſp.9.dub.9. num.5. ad finem*, & tunc ſi talis abſolutus fuit à confeſſario virtute Bullæ, aut iubilei, aut priuilegij Regularium,de quo loquitur *Nau.conſ.23. de penit.& remiſſ.aliàs 47.de ſent.excommun.*ſatiſfacta parte, & hoc fecerit conſtare iudici, qui eum denunciauit excommunicatum, petendo humiliter ab eo, amplius non moleſtari, & mandari, quòd amoueantur cæ-
960 dulones, iudex tenetur non ſolum de benignitate, ſed etiã de rigore ad declarandã ctam abſolutionem validam, ſeù talem non egere noua abſolutione, & per conſequens ad eum non moleſtandum,& mandandum, quòd amoueantur cædulones, ſi indè Tribunali ipſiu aliud *magnũ præiudiciũ* nõ oritur. Ita vidi practicari in curia Archiepiſcopali Capuæ dum ibi in Eccleſia Metropolitana exercerẽ munus legendi lectionem Theologalem prò Canonico impedito, & eſſet Vicarius Reuerendiſſ. Mutius Veſpaſianus, cùm.n.à quodã ſuffraganeo dictæ Metropolis reperiretur per cædulones denunciatus quidam excommunicatus prò ſimili materia, & interim accideret publicatio iubilei à S.D.N.Vrbano VIII. prorogato de tribus in tribus menſibus, & talis excommunicatus durante dicto tempore,ſatisfacta parte,obtinuiſſet abſolutionem à Confeſſario virtute dicti iubilei,ac demum comparuiſſet coram dicto ſuffraganeo cùm teſtimonio præfatæ abſolutionis,& ſatisfactionis petẽdo vt ſuprà, quod ammouerentur cedulones, & ab eodẽ id negatũ,de qua denegatione teſtimoniũ exhi-
961 buiſſet,& ab illa,vt grauatus appellaſſet ad Metropolitanũ.Quia in dicta curia Archiepiſcopali per dictum Reuer. Vicarium, fuit reſcriptum ſuffraganeo,ſeù eius Vicario ſub pænis,&c.quòd compareat ad dicendas cauſas, quare denegauit dictam remotionem cædulonum, & aliàs appellantem non moleſtare,& amouere cædulones &c. Quæ praxis non ſolum fundatur in doctrina, de qua ſup.per *Auilam,& Bartolomeum de Vecchis*, ſcilicèt hoc caſu, quando lis eſt finita, quòd abſolutio data prò foro conſciẽtiæ proſit quòad forum externum, ſed etiã in ratione,quam innuunt Doctores ſupracitati,quia tunc ex *hac abſolutione regulariter, nullum præiudicium fit iudici,nec ſuæ iuriſdictioni exteriori, quòd inconueniens intendit Summus Pontifex euitare*. Hæc ſunt verba
962 *Auila*. Quando enim lis eſt finita, per affixionem cædulonum,non intendit aliud iudex,niſi vt cenſuratus ſatisfaciat parti,& prò abſolutione adeat eum, qui poteſt ab ea abſoluere, totum hoc adimpletur per abſolutionem obtemptam vt ſuprà;igitur nullum præiudiciũ, infertur ipſi iudici excõmunicanti. Quando dicit Auila *Pontifex* intellige Gregorium XIII. in declaratione iubilei ab eodem emanati de anno 1572. & refert *Penia loco ſuprac.* ibi *niſi ſatisfecerint his propter quæ, cenſura huiuſmodi lata fuerint*
963 *vllatenus ſuffragari* quæ verba indicãt ſuffragari in foro exteriori, quando fuerunt abſoluti præmiſſa ſatisfactione, vt dixi ſup. Quando dicit *ſuffragari* intellige ad euitandas pænas ob celebrationem &c. antequam fuit declaratum à iudice,nõ egere noua abſolutione, ſi iudex voluerit, vt ſup. ac etiã ad eiuſdem petitionem cum exibitione abſolutionis, & ſatisfactionis declarare eum debeat de rigore benè abſolutum vt ſuprà, quidquid *Vulpe in ſua praxi c.1.n.31.* etiam in iſto caſu vbi lis eſt finita, putat hoc poſſe iudicẽ facere ex benignitate,& præter ea, quæ dixi *cùm de iubileo nu.61. ad finem*, videtur hoc clarè innuere *Alter.lib.4.diſp.4.c.4.ad finem primæ dubitationis*, qui poſtquam dixiſſet, quòd *talis abſolutio prodeſt ſolum in foro interiori, & non impedit proceſſum fori exterioris*, ſubdit ad noſtrum propoſitum, *niſi probauerit excommunicatus coram iudice ſeruatis ſeruandis, & ſatisfeciſſe ſicut teneba-*
964 *tur, & abſolutionem obtinuiſſe,& vtrumq. per ſententiam iudicis declaratũ fuerit*,& ante eũ *Suar.diſp.7.ſect.5.n.29.Fillιu.tr.10.n.293.* & ſic intelliges nouiſſimũ *Boſſiũ de triplici bilei gratia,&c.ſect.1. caſu 25. ad finem*, qui iuxta ſupradicta,concludit, quòd *denunciatus ab auditore Cameræ, vel quocunque alio iudice eccleſiaſtico ad inſtantiam partis, ſi ſe componat cùm ea non ſolum poterit cum eius conſenſu abſolui à confeſſario virtute Bullæ Cruciatæ, iubilei, vel priuilegij, quòad forum*

con-

Digitized by Google

*conſcientiæ, ſed etiam huiuſmodi abſolutio operabit quòad forum exterius, & ſic non indiget*
*noua abſolutione iudicis excommunicantis,*
*neque ab eodem iudice poterit inquietari, quā-*
*do per legitimum teſtimonium conſtabit illi de*
*ſatisfactione, & abſolutione*, ſcilicèt, quòd iu-
dex non poterit eum moleſtare, ſed debeat
declarare illum iam ritè, & rectè abſolutū,
& mandare vt amoueantur cedulones, vt
dixi ſuprà. Dixi notanter ſuprà *aliquod ma-*
*gnum præiudicium*. quia proximè dicta
habent locum etiam vbi ex ſimili abſolu-
tione aliquod parum præiudicium iudici
oriatur, vt poſt *Rodriquez, & Mirandam*, no-
tat *Bartolomeus de Vecchis loco suprac. ad fi-*
*nem numeri*, & proſequitur etiam *Boſſius cit.*
*caſu 25. n. 5. ad finem.* quòd parum præiudi-
cium erit, ni falllor, quòd ritè abſoluatur à
Confeſſario, vt ſuprà antequam certiore-
tur de eo iudex, non autem vt non ſit ne-
ceſſaria dicta declaratio iudicis excommu-
nicantis, ſeu declarantis, &c. hoc enim con-
cludit ratio adducta per dictos Authores, quia
965 nempè S. Pontifex poſſit in fauorē anima-
rum, & piæ cauſæ concedere priuilegium
cùm paruo præiudicio alterius. Ex dictis pa-
tet quomodo declarandi ſunt Authores do-
centes in genere, abſolutionem datam prò
foro conſcientiæ, non prodeſſe, vel prodeſ-
quòad forū externū, Itē quomodo etiā intel-
ligēdus *Sayr. lib. 2. de cenſuris c. 20 n. 3.* ibi in
principio, quòd *in foro exteriori talis excom-*
*municatus denunciatus, ſicut non abſolutus ha-*
*bendus erit, ita vitandus, quouſque à ſuo excō-*
*municatore abſolutus ſit, vel ab alio, qui eum in*
*foro exteriori, cauſa cognita in forma iudicij,*
*abſoluere poſſit.* intelligitur enim de abſolu-
tione data prò foro conſcientiæ, antequam
lis ſit finita, vt percipitur ex ratione, qua id
probat, nempè quia id cederet in præiu-
dicium, & contemptum iudicis excommu-
nicantis, quòd præiudicium, vt dixi, ceſſat
quando lis eſt finita, ac etiam ex eo, quod
etiam ſubdit, ibi. *ſi tamen iudex eſſet benignus,*
*poſſet decenter eam Bullæ abſolutionem pro*
*foro etiam exteriori acceptare.* Vel ſi velimus
intelligere prò caſu vbi lis iam eſt finita, de-
bet intelligi de declaratione facienda ab ex-
communicatore, quod abſolutio vt ſup. prò
foro conſcientiæ, quia data ſeruatis ſer-
uandis, proſit illi quòad forum exterius, vt
ſup. etiā dixi, nullo autē modo pōt intelligi,
vt ſic abſolutus indigeat noua abſolutione
vt poſſit cū illis, qui id non ignorant, cōmu-
nicare *Bonacina diſp. 1. q. 3. p. vltimo nu. 3.*

Hæc quæ dixi ſuprà, an habeant locum,
non ſolum in Bulla iubilei, ſed etiam in alijs
bullis, vel priuilegijs, vbi non fit mentio de
ſatisfactione partis præmittenda, dixi ſuprà
*à num. 792.* vbi licèt ſubdidi, quòd abſolutio
data virtute iubilei, in quo reperitur clau-
ſula *ſatisfacta parte*, directè proſit quòad fo-
rum externum, & indirectè in alijs Bullis, &
priuilegijs vbi nō adeſt dicta clauſula, ſed ab
ſolutio verè datur ſatisfacta parte, tn̄ iuxtà
ſupradicta, quando iam lis eſt finita, ſemper
tenetur iudex, ſibi conſtito de ſatisfactione,
& abſolutione, declarare comparentē benè
abſolutum, & amplius eum non inquietare.

Nota tandem, Authores ſupracitatos, cū
docent, lite finita teneri iudicem regulariter
approbare abſolutionem datam prò foro
cōſcientiæ, vt ſuprà declaraui, id explicare in
cenſura lata à iure, vel ad inſtantiam partis,
quia ſi eſſet lata prò offenſa illata ipſi iudici,
966 & ſic eſſet noua ob non paritionē, &c. tūc
cùm lis non dicitur finita, niſi fuit paritum,
non prodeſt abſolutio quòad forum exter-
nū. Nota, quòd *Rota Rom. in Nouiſſimis p. 3.*
967 *li. 3. dec. 1113.* dixit abſolutionē datā à Mē-
dicantibus virtute ſuorū priuilegiorū mo-
nialibus ſibi ſubiectis, prodeſſe quòad forū
externū, & idē videtur tenuiſſe *Rotā eandē*
*apud Puteum lib. 1. deciſ. 95. in 1. impreſſione.*
*Alterius loco suprac.* citat alias deciſiones ſi-
mul cum iſtis ad probandū, quòd abſolutio
data prò foro conſcientiæ, non proſit. Sed
illas reperire nequiui.

*De probatione abſolutionis obtempta prò*
*foro conſcientiæ, ad finem, vt prodeſſe*
*poſſit prò foro externo.*

SVppoſito prò certo, ex materia de ſigil-
lo confeſſionis, licere confeſſario ex
968 licentia, & conſenſu pænitentis facere fidē
de abſolutione ei impenſa à cenſuris, & ca-
ſibus reſeruatis, cui Confeſſario credatur de
dicta licentia in huiuſmodi caſu, cùm tra-
ctetur de fauore ipſius pænitentis, & in ter-
minis, notat *Suarez t. 5. diſp. 7. ſect. 5. ſub num.*
*26. Graſſius in addit. ad p. 1. deciſ. lib. 1. c. 26. n.*
*26.* Apud Doctores reperio controuerſum,
vtrum ſit credendum in foro externo, fidei
factæ, vt ſuprà, à Confeſſario, nam *Penna 2. p.*
*Directorij inquiſitorum, comment. 25. verſ. Ve-*
*runtamen.* voluit, per Conclium Narbanen-
ſe fuiſſe definitam hanc controuerſiam pro
negatiua, ſcilicèt hoc caſu non eſſe creden-
dum Confeſſario, ſequitur ferè iiſdem ver-
bis, & ſi eum non alleget, *Graſſius p. 1. decis.*
*lib. 4. cap. 15. num. 20.* & ſi fateantur, quando-
que Confeſſorem poſſe eſſe ita ſpectatæ vir-
tutis, & probitatis, vt dictum eius multum
969 tum proſit ad minuendam pænam, clarius
*Guttierez lib. 1. qq. canonic. c. 2. num. 17.* docet
non eſſe credendum Confeſſario aſſerenti
aliquem ab excommunicatione abſoluiſſe,
refert *Fagundez loco infracit. verſ. ead. quæ-*
*ſtio eſt admedium.* his accedit *Diaz in ſua*
*practica criminali canonica cap. 34. verſ. ex-*
*cuſabitur tamen clericus*, dum aſſerit, non
ſufficere dictum, ſeù teſtimonium Confeſ
ſarij,

Digitized by Google

ſarij. Contrariam tamen ſententiam, ſcilicèt
hoc caſu credendū eſſe Confeſſario, nouiſ-
ſimè poſt plures authores dicit cōmuniorē,
& probabiliorem. *Boſſius de triplici iubilei
gratia, &c. ſect. 1. caſu 26. n. 4.* quibus ab eo alle
gatis addo *Bartol. de Vecchis in ſua praxi pro
Nouitijs diſp. 9. dub. 11. n. 4.* Vbi hāc opinionē
dicit cōmuniter receptā, & *Fagundez lib. 6.
in ſecundum præceptum eccleſ. cap. 1. n. 11. in
principio.* Qui benè reſpondēt ad *Concil. Nar-
bonenſe*, quòd illud fuit Prouinciale non
Generale, item intelligi deberi de fide adhi-
benda Confeſſario prò abſolutione Rei
à pęnis temporalibus, non autē prò abſolu-
tione ab excommunicatione, & cenſuris.
Vt tamen vera reſolutio huius quæſiti
elucefcat, & ſimul aliquid noui hic repe-
riatur à lectore. Dico, eſſe diſtinquendos
diuerſos caſus. Primus caſus eſt, vbi à iudi-
970 ce committitur Confeſſario facultas abſol
uendi aliquem in ſpecie à cenſura prò vtro-
que foro, & de hoc caſu loquitur *Nau. cap.
27. n. 42. & conſ. 3. de teſtibus*, quòd & ſi hoc
caſu, *qui oſtenderet commiſſionem, vt abſolue-
retur, & diceret ſe abſolutum à Porrocho, præ-
ſumeretur abſolutus cum ſolo teſtimonio Par-
rochi, & etiam ſine eo, ſaltim ſi eſſet* (intellige
abſoluens, *vir timens Deum, & ingrediebatur,
& admittebatur ad diuina officia, tamē vtilius
puto fore, vt iudex ſi ei vacaret, abſolueret, &
daret litteras abſolutorias, & cùm de more cō-
mittit, excommunicatus debet dare operam, vt
coram Notario, & teſtibus abſoluatur à Par-
roco, quo cùm oportuerit, poſſit probare abſolu-
tionem, quia ſemel excommunicatus ſemper prę-
ſumitur talis*, hæc ſunt verba *Nau. in ſum-
ma*, & ſi traſpoſita, vt facilius ab omnibus
capiatur ſuus ſenſus, qui in *Conſilio* ſupra-
dicto id magis declarat loquendo de abſolu-
tione data à Confeſſario virtute Breuis Pœ-
971 nitentiariæ, antequā per Pium V. reſtrin-
geretur eius facultas ad ſolū forū conſcien-
tiæ, indicando modum, quomodo id fiet, nē-
pè, *quòd Confeſſarius coram Notario, & teſti-
bus tradat abſoluto ſchedulam clauſam, & ſi-
gnatam dicendo, quòd ipſe abſoluit illum con-
feſſum eo modo, & de eo, quod continetur in ea,
Notarius autem in dorſo eius ſcribat, quòd tali
anno, & menſe, & die rogatus fuit coram
talibus teſtibus, à tali Confeſſario, & abſoluto
vt eiuſdem rei fidem faceret, & poneret ſuum
ſignum publicum, &c.* quod lòngè cau-
tius eſſe ſubdit, quàm id, *vidit ab alio con-
ſultum vt videlicèt Notarius duceretur ad
Confeſſarium, qui coram eo, & teſtibus ab-
ſolueret, vel quòd Confeſſarius faciat fidem
per ſuam ſchedulam tantum.*
Secundus caſus eſt, quando datur abſolu-
tio non ex commiſsione ſpeciali iudicis, ſed
972 generali, vel ratione priuilegij, vt habēt
Regulares, vel ratione Bullæ cruciatæ, aut
iubilei, qui eſt caſus noſter, & tunc (quia ab-
ſolutio à cenſuris, & ſi ſecundū vnā opinio
nem, quàm aliàs ſequuti ſumus, poteſt dari
extrà ſacramentū, tamen quia eſt cōceſſa
prò foro cōſcientię, ac etiā opinio tutior eſt,
vt ibi dixi, q detur in ordine ad confeſsio
ſacramentalē, cù aliàs quis non poteſt lucra
ri iubileum, ad quem finem conceditur di-
cta facultas, & dari per conſequens debet
abſolutio. *Homob. de caſibus reſeruatis p. 1. c.
de abſolut. caſuum reſeruat. caſu 3. obſeru. 4. ad
finem.*) Subdiſtinguendum eſt, vel quærimus
vtrum hoc caſu credi debeat ipſi Confeſſa-
rio, vel quærimus, an debeat credi fidei, ſeù
ſcripturæ, per quā Confeſſarius teſtatur ab-
ſoluiſſe, &c. primo caſu, omninò dicendum
973 eſt, debere credi ipſi Confeſſario, vt proba
tur in *c. ſicut nobis de ſent. excomm.* ſi .n. ſuppo-
nimus, dictā abſolutionē fuiſſe impensā pro
foro conſcientię vi priuilegiorum a Mendi-
cantibus, vel Bullæ, aut iubilei, ſiuè fuit data
in ſacramento, ſiuè in ordine ad dictum ſa-
cramentum, negare nemo poteſt, quòd
974 ſimus in occultis, & quæ nō ſunt in præiu-
dicium alterius, (cùm iam præſupponimus
ex ſupradictis litem eſſe finitam, & præmiſ-
ſam ſatisfactionem ſaltem in voto, quando
non poteſt fieri actualiter) debet credi ipſi
ſoli *Graffius conſ. 3 diff. 2. ad finem de homici-
dio t. 1. Reginaldus lib. 9 n. 83.* & ſaltem ſumus
in his, quæ ſunt difficilis probationis, quo ca
975 ſu, probatio, quę aliàs eſſet minus ſufficiēs,
ſat erit. *cap. veniens el 2. de teſtibus, l. non om-
nes § à Barbaris de re militari*, quæ iura ad
hoc allegat *Rota p. 3. nouiſſim. lib. 3. deciſ.* 620.
& clarius id decidiſſe Rotā, habetur *ibid. de-
ciſ.* 573. his verbis, *Petrus autem clarè oſten-
debat ſe ſatisfeciſſe illi debito, & propterea
probabat, ſe fuiſſe abſolutū in partibus à quo-
dam Præſbitero vigore Bullæ cruciatę, nunc
dubitaui, an hæc abſolutio fidem faceret in præ-
iudicium aliorum expectantium, cùm videre-
tur eſſe ſchedula priuata, quæ potuiſſet hoc an-
no componi, & apponi datam ante vacationem
beneficij: Verum Rota contrarium probauit,
concludendo, quòd ſi abſolutio fuit facta per
modum impoſitionis in foro pænitentiali, tunc
fidem faciat, & in terminis Conſil. Calderin. 2.
de teſtibus. Et ratio eſt quia res eſt difficilis
probationis, & creditur illi atteſtationi præſer-
tim, quia concurrunt multa veriſimilia. Pri-
mò, quia parti erat iam ſatisfactum, ſecun-
dò conceſſa in actu, quo volebat celebrare, &
poſtea celebrauit. Tertiò hæc non eſt ſcriptura
merè priuata, ſed facta ab officiali ad id depu-
tato ſuper re, quæ ſpectat ad officium ſuum, &
eſt ſcriptura ſaltèm iuſta, cui in hac re ſtandū
videtur.* Ex quibus verbis, iunctis alijs verbis
alterius *deciſ. ſuprà allegata* 620. vbi fuit du-
bitatum, *an abſolutiones, quarum copia datur,
dicantur factæ in foro pænitentiali, ita vt ſuf-
fragen-*

Digitized by Google

*fragentur Petro, iuxta Conſil. Calderin. 2. de teſtibus, placuit Dominis nõ ſuffragari, & inter cætera ob id, quòd is, qui abſoluit Petrum, non deponit ſe abſoluiſſe à peccatis, ſed à pœnis, & cenſuris item, quia Calderinus loquitur quãdo quis fuit abſolutus per viam confeſſionis, vbi aliter non poteſt conſtare de abſolutione,*
976 *&c.* Vndè ſit cautus pœnitẽs vt curet abſolui in ſacramento confeſſionis, & hoc vt Cõfeſſarius poſſit facere fidẽ de abſolutione ei præſtita in dicto ſacramẽto, vt illi credatur. Quod autem habetur in proxima *cit. deciſ.* 620. vt *is, qui abſoluit debet eſſe perſona probata vt erat Pænitentiarius Sedis Apoſtolicæ, de quo Calderinus, qui præſtiterat iuramentum de bene exercendo officium ſuum, ad quod non admittuntur niſi probatæ perſonæ.* Non accipiendum puto prò limitatione doctrinæ à nobis traditæ, ſcilicèt dictum Confeſſarij
977 probare, vt ſuprà, abſolutionẽ datam, ſi ſit pœnitentiarius, vt *Boſſius loco suprac. n. 3.* videtur accipere, allegando *Maſcardum t. 1. de probationibus concluſ. 12.* quia ſi rectè legatur *Maſcardus* prò Pænitentiario intelligit quemlibet, qui habet authoritatem abſoluendi à cenſura, qua pænitens eſt irretitus, & nũc de ea exquiritur in foro externo ſicut etiam intelligi debet *Calderinus*, vt patet in verbis *deciſ. 573. ſuprà relatis*, ibi *à quodam Præsbitero vigore Bullæ cruciatæ.*

Secundò verò caſu, ſi quærimus, an credi
978 debeat ſcripturæ ipſius Confeſſarij, vt ſup. in qua teſtatur, abſoluiſſe talem à cenſura in ſacramento confeſſionis, ſeù foro pænitentiali, & tunc dico, quòd hoc caſu non ſufficit ad probandam hanc abſolutionem ſola ſcriptura Confeſſarij, quia ſi Confeſſarius non eſt præſens, vel eſt mortuus, probandũ eſt, quòd dicta ſcriptura fuerit facta à cõfeſſario, vel per comparationem litterarum, vel per teſtes, qui viderunt illam ſcribere, aut cognoſcant manum ipſius Confeſſarij, in hunc ſenſum *Suarez*, intorquet *Nau. conſ. suprac.*, ibi *ex qua ſent. Nauarri conſtat teſtimonium eſſe ſufficiens, & alia teſtimonia, ſolum requiri ab ipſo, vt iuridicè conſtet, illud eſſe teſtimonium talis Confeſſarij*, & hoc voluit dicere *Sayrus lib. 2. cap. 11. num. 21.* quòd abſolutio probari debet inſtrumẽto authentico abſolutionis, Dixi, *intorquet &c.* Quia vt dixi ſuprà, *Nau.* vtroque loco loquitur de abſolutione data à Confeſſario ex cõmiſſione iudicis, vel alterius prò foro etiam externo, ſicut eum bene allegãt *Sayrus loco suprac. & Alterius lib. 4. diſp. 4. cap. 4. verſ. Nauarr. in manuali* quidquid id non obſeruent *Rodriquez, Miranda, & Vega locis ſupracit.* hoc idẽ quod dixi, videtur clare innuere *Suarez loco ſupracit.* dum ſubdit formam illam traditã à *Nauarro*, & ſi optimam, *tamen non videri ita neceſſariam, quin ſi alia via conſtet, illam eſſe confeſſarij ſubſcriptionem, eandem habeat authoritatem.* Si autem Confeſſarius eſt vi-
979 uus, & præſens, ſatis erit, quòd perſonaliter coram iudice teſtificetur, illam eſſe ſuam ſcripturam, & vera eſſe contenta in illa, ac etiam, quòd multò magis ſufficeret hoc caſu, ſi idem Confeſſarius abſque præſentatione alicuius ſcripturæ à ſe factæ, teſtificaretur dictã abſolutionem, vt dixit *Felinus in cap. teſtimonium nu. 35. de teſtibus*, ſequitur *Suar. loco etiam ſuprac.* & reſolutum fuiſſe à *Rota deciſ. 14. alias 163. coram Creſcentio* teſtatur *Bartolomeus de Vecchis in ſua praxi prò No-*
960 *uitijs diſp. 9. dub. 11. ad finem.* An autẽ vtroque caſu poſsit peti, quòd iuret Confeſſarius, ſunt opiniones hinc inde, vndè *Graffius in Additamentis ad ſuas deciſ. p. 1. lib. 1. cap. 26. n. 26. n. 15.* & ſi opinionem negatiuam dicat equiorem, tamen affirmatiuam fatetur iuſtionem, quia vt idem *Graffius dixit conſ. 3. difficult. 2. ad finem ſub tit. de pænit. & remiſſ.* in his, quę non ſunt in præiudicium alterius, licèt credatur vni teſti, tamen iſte vnicus reſtis debet eſſe iuratus, accedat, quòd vt ipſemet ait. *loco primo citato* poſt *Felinum in d. cap. teſtimonium.* Quamuis Confeſſarius in foro interiori vicem Dei gerat; in foro tamen exteriori, cùm admittatur vt teſtis, illi non creditur niſi iurato, & ita expreſsè docet *Suarez cit. num. 26.* & ſupponit *Rota ſuprac. deciſ.* 620. Adde quòd vbi Confeſſarius ſcripto, vel dicto teſtificatur vt ſuprà, debet ſignificare de quo anno, die, vel menſe, aliàs non concluderet vt per *Rotam loco ſupracit. deciſ. 1112. & 1114.* verbis infrà referendis.
981 Quæres, an alia via poſsit probari dicta abſolutio, quàm teſtimonio Confeſſarij? Reſpondeo ex *Suar. loco citato nu. 27. quem ſummat Filliuc. tract. 11. num. 293.* affirmatiuè, ſcilicèt probando, ipſum confeſſum tempore iubilei, vel poteſtatem habenti abſoluendi ex aliquo priuilegio. Vndè id, quòd dicunt *Sayrus cit. cap. 19. ſub n. 21. & Alter. lib. 4. diſp. 6. c. 5.* nempè dictã abſolutionem poſſe probari *teſtibus ad minus duobus, vel*
982 *vnico teſte cum iuramento ipſius abſoluti,* telligi debet, vel vt proximè dixi, de probatione, quòd ſit confeſſus tempore iubilei, aut habenti poteſtatem, vel de abſolutione prò foro externo cùm ceremonijs, publicè data, non autem de abſolutione data in ordine ad Sacramentum Confeſsionis, quo caſu & ſi teſtes poſſent depònere vidiſſe aliquẽ genuflexum ante Confeſſarium, item Confeſſarium ſigna feciſſe, quæ ſolent fieri, quãdo dari ſolet abſolutio, tamen quia hæc poſſunt percipi per ſenſum viſus, teſtes non poſſunt deponere, quòd pœnitens fuit confeſſus tale peccatum, & quòd verè quãdo in fine Cõfeſſarius eũ benedixit, pronũciauit formã abſolutionis, qa quãdoq. vt aliàs dixi,

ratione

Digitized by Google

ratione non detegendi ſecretum confeſsio-
nis fiat benedictio cũ Pater noſter,ei qui eſt
incapax abſolutionis, non poſſunt teſtes de-
ponere etiam de auditu, prout hic requiri-
tur, fauet *Boſſius in ſua practica criminali tit.*
*de oppoſitione contra teſtes num.* 47. vbi quòd
983 teſtis non probet,ſi dicat vidiſſe,ea quæ in
guſtu,vel auditu conſiſtunt, quæ faciunt ad
id, quòd nuper fuit controuerſum, vtrum
denunciatio contrà Confeſſarium ſollici-
tantem in cõfeſsione;ab alia perſona debeat
984 fieri,quàm ab ipſa ſollicitata,ob geſtus ob-
ſeruatos inter Confeſſarium, & ipſam per-
ſonam,quæ confitetur; ſi enim teſtis videret
inter perſonã genuflexã in confeſsionario,
& Confeſſariũ ſibi ſedentẽ obſcenos actus,
(qui tergauerſari nullatenus poſſent tãquã
differẽtes, vt v.g.riſus,manuũ tactus,&c.)in-
teruenire, vtique ad denũciandũ teneretur,
maximè hodie propter Bullam Gregorij
XV. vbi comprehenditur caſus, in quo fin-
gitur confeſſio,& licèt ſit dubium apud Do-
ctores,an Confeſſarius ſi tantum conſentiat
ſollicitationi præcedenti à pænitente, ſit ab
ipſa pęnitente denunciandus, vi ſupradictæ
Bullæ Gregorij XV. vt per *Dianam p.*1.*tr.*4.
*reſol.*11.*& p.*4.*tr.*5.*reſolut.*42. tamen difficul-
tatis ratio ceſſat in caſu,quãdo ab alia perſo-
na eſſet facienda denunciatio. An autem ad
hanc denunciationem faciendam teneatur
985 is, qui hoc audiuit à fæmina ſiuè hic talis
fide dignus,ſiuè non, videte *Dianam t.*4. *tr.*
5.*reſol.*28. *vbi ad finem* refellit *Homobonum*
*in conſult.t.p.reſp.*51. qui ſimpliciter aſſerit,
ad denunciationem faciendam non teneri,
niſi fæminam ſollicitatam. Nota,quòd cùm
de iure teſtis deponens de tractatu,non pro-
bet conſumationem actus. *Baldus in cap. fin.*
*num.*8.*de iuramento calumnia, cum alijs alle-*
*per Andream Gaill. lib.*1. *obſeruat.*111. *n.*11.
in caſu, de quo ſuprà *Suarez*, non ſufficeret
ſi teſtis deponeret, talem confeſſum fuiſſe
tempore iubilei, vel habenti authoritatem
986 circà illam cenſuram, niſi etiã deponeret
de his actibus, ex quibus præſupponi poteſt
iam fuiſſe talem abſolutum, vt patet in ver-
bis illis *decis.* ſuprà relatis. ibi. *conceſſa in actu*
*quo volebat celebrare,& poſtea celebrauit,* quia
vt dixi potuit confiteri, ſed non abſolui.
Quòd etiam non ſufficeret ſi teſtes deponãt
quòd ſingulo anno ſolent Fratres, vel Mo-
niales in feſtiuitatibus ſollemnibus, abſolui
à cenſuris ad hoc, vt cenſeantur abſolutæ à
cenſuris, in quas, in foro interno probantur
incurriſſe, habetur in *ſupracit. deciſionibus Ro*
*ta Romana* 1112. *&* 1114.

Vt autem ſuffragetur dicta abſolutio
quoad forum externum,ad effectum,de quo
ſuprà,non ſolum requiritur, quòd conſtet
iudici, excommunicatum fuiſſe abſolutum
987 ſed etiã quòd ſatisfecerit parti leſæ,ideoq.
*Rota Romana ſuprac. deciſ.*573.*lib.*3.*p.*3. *no-*
*uiſsimar.* in principio præmiſit hæc verba.
*Conſtabat enim in actis apud Auditorem Ca-*
*mera ex cauſa cuiuſdam fideiuſſionis excommu-*
*nicatum, Petrus autem clarè oſtendebat, ſe ſatiſ-*
*feciſſe illi debito, & propterea probabat, ſe ab-*
*ſolutum fuiſſe in partibus.* (Intellige non ſolũ
iuxtà ea, quæ ſuprà dixi *n.*833. ab Epiſcopo,
ſed etiã ab habente aliunde facultatẽ virtu-
988 te iubilei, cruciatæ, vel priuilegiorũ Reli-
gionis iuxtà opinionem valdè probabilem,
*quòd quando excommunicatio ſolum eſt lata*
*præcisè in commodum partis leſæ v.g. propter*
*debita non ſoluta, aut furtum commiſſum, tunc*
*ſi pars fateatur ſibi omnino ſatisfactum eſſe,*
*aut cõſẽtiſſe in omnimodã rei abſolutionẽ datã*
*virtute eiuſmodi Bullarum, valere in vtroque*
*foro*, ita Conink *diſp.*14.*n.* 249. qui ſubdit,
*ſe credere omnes tres ſententias*. circà dubium
illud, an abſolutio data vigore iubilei, vel
priuilegi j, valeat etiam prò foro externo;
*hoc modo poſſe conciliari, ſi doctorum mens ma-*
*gis ſpectatur, quàm rigoroſus verborum ſenſus,*
quòd ergò *cit. nu.*833. dixi de Epiſcopo pro-
cedit, vbi cedulones eſſent iam affixi, quia
tunc Epiſcopus conſtito ſibi de ſatisfactione,
& abſolutione debet declarare talem benè
abſolutum, & iubere, vt amoueantur cæ-
dulones, vt dixi ſuprà.) De qua ſatisfactione
989 debet conſtare in actis curiæ, nec ſufficit,
quòd Cõfeſſarius, in ſchedula abſolutionis,
fidem faciat, illam præceſsiſſe, vt poſt *Medi-*
*nam* videtur velle *Rodriquez t.*1. *ſumma cap.*
83. *concluſ.*8. ibi *tenga vna cedola de ſu Con-*
*feſſor, la qual de fe, como eſtà abſuelto, y ſatisfe-*
*cha la parte*, & proſequitur eiſdem verbis
ſuo more *Vega p.*1.*ſumma cap.*19. *de la abſo-*
*lucion caſu* 12. Ità percipitur ex verbis *Suarez*
*loco ſuprac. num.* 29. ibi *dummodo ſatisfactio,*
*quæ neceſſaria fuerit publicè, etiam ſit exhibi-*
*ta, quamdiù enim hoc non fit, non poteſt Eccle-*
*ſia conſtare, hominem receſsiſſe à ſua contuma-*
*cia, & ad obedientiam Eccleſia redijſſe,* & ſum
mat *Fillincius tr.* 11. *n.* 293. Conſtare autẽ
990 poteſt de ſatisfactione in actis curiæ, vel per
confeſsionem ipſius partis leſæ, vel per teſtes
*Graſſius in additam. ad p.*1. *deciſ. lib.*1. *cap.*26.
*ſub num.*12. ibi *Confeſſor poteſt deponere in iu-*
*dicio de certo crimine ſibi confeſſo, quòd ille ta-*
*le crimen ſibi confeſſus fuit, & pænitentiam*
*ab eo ſuſcepit. Exterior verò ſatisfactio proba-*
*tur adimpleta, per familiares, & alios, qui vi-*
*derunt,* & infrà paulo poſt ſubdit. *Dicere emẽ-*
*dationem probari per Sacerdotem, eſt dictum*
*ineptum*, ſic ego dico in caſu noſtro, dicere
quòd ſatisfactio partis probetur per dictum
Confeſſarij, eſt dictum ineptum, fauet nota-
bile dictum *Baldi conſ.*30. *incip. caſus eſt qui-*
*dam ad finem lib.*4. quòd in foro conſcientiæ
ſtandum eſt veritati, in foro verò iudicis
oportet ſeruare ſcripturas, refert *Graſſius*



Digitized by Google

*conſ.*1.*ſub num.*32. *de pænit. & remiſſ. to.* 1.

Hæc probatio ſatisfactionis per teſtes, eſt neceſſaria non ſolùm in caſu, quo ipſa fuit facta, & pars ipſa illam negat, vt eſt caſus, quē ponit *Conink diſp.*14. *n.*248. Sed etiam quādo parti leſæ fuit oblata congrua ſatisfactio, & illam noluit acceptare, quia hoc caſu, non ſolum talis poteſt abſolui à Confeſſario, vt ſuprà, in foro conſcientiæ, tàm vbi lis non eſt finita, quàm vbi lis eſt finita, vt per *Auilā p.* 2. *cap.*7. *diſp.*3. *dub.* 10. *verſ. ex dictis cùm alijs, quos citat, & ſequitur Bonac. diſp.*1. *q.*3. *p.*9. *n.*
991 8. Sed etiā vbi hoc iuridicè probauerit .ſ. obtuliſſe, ſatisfactionē debitā, &c. abſolutio debet prodeſſe etiam quoàd forum externum, modo, quo ſuprà explicaui, ſcilicèt vt declaretur à iudice talis benè abſolutus, & mandetur amoueri cædulones, vt clarè percipitur ex verbis *Genuenſis in ſua praxi Curia Archiepiſcopalis Neapolitana cap.* 24. *in ſecunda editione n.*6. ibi *nolit ei reconciliari, an poſſit abſolui? Videtur, quòd ſatisfactio ita ſit intelligenda, vt ſequatur pax. Contrariū ſeruatum fuit in Curia Archiepiſcopali Neap. cùm per laicum non ſteterit, imò peccat clericus non oſtendendo ſigna dilectionis particularis, & non gratè recipiendo petentem ſibi veniā, & etiam hoc caſu poteſt compelli ad oſtendendam pacem, ſignis particularibus, aliàs excommunicari, &c.* vbi *n.*4. habetis quæ ſit congrua ſatisfactio in ſimili caſu. Item etiam (ex quo cōfirmatur proxima doctrina) quā-
992 do quis eſt impotens ad ſatisfaciendum, quia ſi per teſtes hoc conſtat iudici, debet etiam declarare illum benè abſolutum, eſtque id, quòd dicunt Doctores, hoc nempè caſu impotentiæ poſſe abſolui in vtroque foro, etiam inuita parte, ita *Miranda in ſuo Manuali Prælat. Regular. p.*2. *q.*35. *art.*22. *poſt primam concluſionem*, clarius *Conink diſp.*14. *n.*206. qui bonam ſubdit rationem (concludentem etiam prò præcedenti caſu) *quia*, inquit, *contrà mentem Eccleſiæ, & rationem cenſuræ eſt, vt reus ceſſante iam contumacia, paratus ad omnem ſatiſfactionem, quam exibere poteſt, non abſoluatur*, & proſequitur *Layman lib.*1. *tract.*5. *p.*2. *c.*6. *n.*8. *verſ. Dico* 4. *ad finem* Qui *Conink ibid. num.*247. declarat, quomodo dicta abſolutio data ab habente facultatē cū clauſula ſatisfacta parte, etiā pro deſſe poſſit prò foro externo, iuxtà ea, quæ dixi ſuprà, dū ſubdit iſta verba. *Et confirmatur quia vt talis poſſit legitimè abſolui in foro externo, nō ſufficit, eum eſſe impotentem ſatiſfacere parti, niſi hoc iuridicè conſtet, quòd fieri nequit, niſi authoritate iudicis fori externi*, clarius *Villalobos p.*1. *ſua ſumma tr.*16. *difficult.* 20. his verbis, *Mas ſi eſtà obligado à ſatisfacer, y no puede, en el fuero exterior ſi lo probaſſe, eſtaria obligado el Iuez à abſoluerle.* citans *Couarr. Rotam Rumanam, & Henriquez.* Ex eo autem, quòd ipſe ſubdit, *y ſi el Iuez fueſſe tan rigido que no lo quiſieſſe hazer, en tal caſo no lo deue hazer el confeſſor*, crederem, nolle negare huic appellationē ad iudicem ſuperiorem cùm hic adſit grauamen, vel etiā quòd Confeſſarius ex neceſſitate, & non tātum ex decentia, vt dixi ſuprà, huiuſmodi excōmunicatū debeat abſoluere, antequam declaretur impotens ab ipſo iudice. Sed hoc dixit forſam ad oſtendendum, quòd Confeſſarius tali caſu, debet credere ipſi pæniteti.

Quòd autem aſſerit *Suarez prò concluſione citatus cùm alijs*, Confeſſario credendum in huiuſmodi materia, ſi fuerit ſpectatæ vir-
993 tutis, ac probitatis, neſcio quomodo poſſit eſſe neceſſarium in caſu noſtro, in quo tantū inſpiciendum, eſt an habuerit Confeſſarius abſoluendi facultatē à tali cenſura, ꝙ vt dixi ſuprà voluit ſignificare *Calderin. & ſequitur Maſcardus*, quando talem Confeſſarium, vocant Pænitentiarium, cuius appellatione venit Confeſſarius approbatus habens authoritatem, fauet *Clem.* 1. § *ſanè de ſtat. Monach.* & *Graſſius t.* 2. *conſil* 3. *diſſ.* 2. *ad finē ſub tit. de homicidio*, vbi quando loquitur de atteſtatione Confeſſarij de innocentia pænitentis, qui in foro externo moleſtatur, vtitur nomine Confeſſarij, quando vero loquitur de atteſtatione circà abſolutionem ab aliqua cēſura, nominat eum pænitentiarium. Confirmatur, quia bonitas, & probitas ſunt circūſtantiæ, quæ attendi debent, vbi agitur de probatione præſumptiua, vt ita dixerim, non autem de plena probatione, qualis eſt, quæ fit de abſolutione per Confeſſarium, vt ſuprà, cui credi debet propter facti qualitatem, quia nempè dicta abſolutio data fuit in foro penitentiali, quam nemo alius poteſt ſufficienter, & plenè probare, niſi ipſe Confeſſarius, & quia cùm præſupponatur iam eſſe ſatiſfactam partem, & litem eſſe finitam, de nullius agitur præiudicio, vt per *Graſ-*
994 *ſiū loco ſuprac.* Confeſſio facta in foro animæ, quòd non debeat nocere in foro contentioſo v.g. quando offenſus confitetur, & remittit iniuriā, nam ex hoc nō cenſeri debeat remiſiſſe eproſequutionem iuris ſui in iudicio ſed tantū odiū, & rancorē, habetis ꝑ *Cardinalem Tuſcum litt. C. concluſ.*687.

*Formula atteſtationis Confeſſarij de abſolutione ab ipſo impenſa à cenſura, ad hoc vt proſit quoàd forum externum.*

995 Ego infraſcriptus Cōfeſſarius approbatus in hac Diœceſi N. fidē facio quibuſlibet, & quomodolibet hanc inſpecturis qualiter die, Menſis, Anni, quo durabat tempus iubilei emanati à S.D.N. Vrbano VIII. & publicati in hac Ciuitate, miniſtraui Sacramentum pænitentiæ N. abſoluendo illum iuxtà facultatem, in Bulla præfati

ſati iubilei mihi conceſſam, & ſignanter ab excommunicatione incurſa ob percuſſionem N. Clerici, in cuius veritatis teſtimonium, hanc, mea manu ſcripſi,& ſubſcripſi, in Eccleſia S. N. à die, menſe,& anno de quibus ſuprà. Ita ego N.

Ex iſta formula poteſt addiſcere Confeſſarius formulam prò abſolutione vigore Bullæ Cruciatæ, vel alterius priuilegij, quòd ſit facienda mentio cenſuræ particularis, de qua quis moleſtatur in foro exteriori, percipio tū ex Doctoribus relatis ſuprà, qui dicūt Confeſſarium non poſſe facere hanc fidem niſi ex conſenſu, & licentia pænitentis, quibus accedit *Bonacina diſp.1.q.3. p.9. n.* Tū *etiam ex Rota* Rom.*3.p. lib. 3.* nouiſsimarum *deciſ.*1114.*ſupracit.ad finem* ibi *vlterius dicebant Domini, quòd & ſi teſtes eſſent conteſtes ſuper abſolutione à ſuſpenſionibus, quòd tamen non concluderent in caſu noſtro, quia non dicunt, quòd abſoluerint à ſuſpenſione contracta propter receptionem Beatricis &c.* Curabit autem pænitens abſolutus, quòd dicta fides authēticetur à Notario,& teſtibus, affirmātibus, quòd fuit ſcripta à Cōfeſſario, vt ſuprà.

Occaſione cōſtitutionis *Clem. VIII. quinto Idus Februarij* 1592. *qua incipit litium diſpendijs*, relatæ à Compatre meo *Quaranta verbo nullitas*, quæ ampliando conſtitutionē *Pij IV.* cauet, vt in quacunque cauſa, & inſtantia eccleſiaſtica profana, ciuili, & criminali, aut miſta iudicari poſſit, ac definiri qui-
997 buſcunque nullitatibus, non obſtantibus præter tres, videlicèt iuriſdictionis mandati, & citationis, quas explicat *Marcellus Vulpe in ſua praxi fori eccleſiaſtici cap. 24. à nu. 15.* vbi quòd exindè in reſcriptis Apoſtolicis, ſolet apponi illa clauſula *videlicèt nullitatis etiam ex tribus.* Fuit quæſitum, vtrum dicta conſtitutio haberet locum in cauſis cenſurarum, ita vt non poſsit prætendere perſona, quæ fuit excōmunicata,& obtinuit dictū reſcriptū reuocationē ſentētię, vel abſolutionē ad cautelā, niſi dicat ſententiā cenſurę nullā ex capite illarū triū nullitatū duntaxat,& reſpondi non habere locum in dictis cauſis cenſurarum, cum in iure ſint expreſſæ cauſæ, ob quas ſententia illarum, ſit nulla, & ob quarum nullitatum dubium, debeat impertiri abſolutio ad cautelam, eò magis, ꝙ talis abſolutio non impedit, quod intenditur per dictā conſtitutionem, ſed magis facilitat expeditionem cauſæ, cum per eam habilitetur excommunicatus ad procurandā expeditionē cauſæ,& hoc eſt, quòd dixit *Ro-*
998 *ta deciſ.9. de ſent. excomm. in nouis*, quòd *relaxatio, ſiuè abſolutio ad cautelam ſit in dubio propter periculum communionis, & leſionis iuſtitiæ.* Circa materiam dictæ conſtitutionis vide *Riccium 2.p. praxis reſolut. 426. & p. 4. reſol. 30. & ſeq.*

*An liceat pretium dare quando ſuperior iniuſtè me excommunicauit, ſuſpendit, vel interdixit, vt abſoluat.*

RESpondet *Sanchez lib. 2. opuſculorum moralium c.3. dub.9.* his verbis. *Verius eſt non licere, quando excommunicatio, ſuſpenſio, &c. eſt iuſta, vel dubia; quia in dubio præſumendum eſt prò iudice excommunicante. At verò quando has cenſuras, conſtat eſſe iniuſtas, verius eſt abſolutè (id eſt ſi non incurram graue damnum, ſi ſtatim non abſoluar) licere pre-*
999 *tio redimere vexationē. Ratio, quia habeo ius in re ſcilicèt participatione Sacramentorum, & communione fidelium, qua per iniuſtitiam priuor, & licèt alter peccet peccato ſimoniæ recipiendo pretium prò hac abſolutione; ego tamen vtor iure meo,* & ante eū dixerunt *Gloſa, & Viuius d.73. apud Ricciull. lib.4. de iure perſonarum cap. 1. num.19.* Sed maior difficultas eſſe videtur, num etiam idem ſit dicendum quando iuſta fuit excommunicatio, ſed iu-
1000 dex iniuſtè differt abſolutionē, an etiā liceat dare pecuniam abſq; ſimoniæ labe? Negat *Sanchez loco ſupracit.* ibi, *ſi tamen excommunicatio iuſta ſit, licèt ſuperior iniuſtè differat abſolutionem, non licet dare pretium vt abſoluat, quia tunc excommunicatus non habet ius in re, cùm iuſtè priuatus ſit Sacramentorum participatione, & communione fidelium, ſed habet ius ad rem.* Quæ opinio fuit *Innocentij, & Vgolini*, apud *Bonacinam opuſculo de ſimonia q.4. §.16. n.3.* Qui meritò contrariam opinionē defendit, poſt *gloſā in c. dilectus el primo de ſimonia Reduanum, & Suarez*, quia vt ipſe ſubdit, pecunia non datur tunc prò actu ſpirituali, ſeù ipſa abſolutione, ſed prò remouēdo impedimēto, & auferēdo prauo affectu, ſeù iniuſta vexatione,& tandē cōcludit reſolutionē, his verbis. *In praxi tamen ad vitandū ſimoniæ, vel peccati ſuſpicionem, id faciendum non eſt, niſi pænitens graue alioquin damnum incurreret ob denegatam ſibi abſolutionem, ita Panormitanus in cap. ad aures de ſimonia, Suar. lib.4. de ſimonia cap.19. num.8.* quòd hic Auctor præſupponat, iuſtè latam fuiſſe ſententiā cenſuræ, patet ex præcedenti corolario, vbi generaliter ſtatuit, abſolutionem cenſurarum eſſe materiam ſimonię, vtpotè actū iuriſdictionis Eccleſiaſticæ fori interni, ſicuti ſententia cenſuræ, eſt actus iuriſdictionis eccleſiaſticæ fori externi, vt etiam præſupponit *ibid. §. ſeq.*



Digitized by Google

# RECOLLECTIO TERTIA.

## De Officio, & Poteſtate Confeſſarij circa pœnitentes excommunicatione maiori ligatos.

*Cognitis à Confeſſario ijs, quæ pertinent ad cenſuras in genere, tàm à iure, quàm ab homine, quibus reperitur irretitus pænitens, ſcire quoque neceſſariò debet ea, quæ ſpectant ad quamlibet cenſuram in ſpecie, & quæ non potuerunt explicari cùm de illis in genere ageremus, ideòq. proponitur hæc recollectio de excommunicatione, quæ eſt prima, & præcipua ſpecies cenſuræ.*

### *Quid ſit, & quotuplex Excommunicatio?*

1 PRima Concluſio: Excommunicatio eſt *cenſura eccleſiaſtica priuans directè communione fidelium.* Ita *D. Antoninus 3.p. ſummæ, tit. 24. in prologo, Gabriel in 4. diſt. 18. q. 2. art. 1. Sotus ibid. diſt. 22. q. 1. art. p. Couarr. & alij* communiter, licèt aliqui in verbis diſcrepent. Dicitur (*cenſura eccleſiaſtica*) loco generis, quia, vt dixi, excommunicatio eſt ſpecies cenſuræ. Dicitur (*Priuans directè à communione fidelium*) loco differentiæ inter excõmunicationem, & alias duas ſpecies cenſuræ, nam licèt interdictum, & ſuſpenſio priuent communione aliquorum bonorum ſpiritualium, tamen illa non priuant directè, & formaliter, quatenus eſt communicatio cum fidelibus; ſed vel quatenus eſt poteſtas eccleſiaſtica, vt ſuſpenſio, vel quatenus eſt officium diuinũ, vt interdictum, ſola enim excommunicatio priuat dicta communione cum fidelibus, quatenus eſt communicatio cum fidelibus, vt latè dixi ſuprà *recollect. 1. num. 24.*

Secunda concluſio: excõmunicatio pro-
2 priè diuiditur in maiorem, & minorem. Dixi (*Propriè*) primò, quoniã cùm ſit proprium ipſius priuare communione cum fidelibus, etiã propria debet, illa dici eius diuiſio, quę fit ratione boni, quo priuat, ideoq. maior excommunicatio eſt illa, quæ priuat abſolutè omni cõmunione cum fidelibus. Minor verò, quæ tantùm priuat participatione paſſiua Sacramentorum, vt docent omnes DD. & habetur expreſsè in *c. penultimo de ſent. excommun.* Secundò, quia excõmunicatio ratione cauſæ efficientis, formalis, & materialis, eodẽ modo diuiditur, quo cẽſura, nẽpè à iure, & ab homine; latæ, & ferẽdæ ſententiæ, in generalem, & particularẽ; iuſtam, & iniuſtam, de quibus ſuprà *citata recollect. 1.*

Ex his duabus concluſionibus, colligitur
3 primò. Quæ nam ſit ethimologia huius vocabuli *excommunicatio.* Deriuatur enim à duobus particulis, nempè *extrà*, & *communio*, ſeù *communicatio.* Vndè idem eſt dicere excommunicationem, quàm *extrà communionem*, ſeù *communicationem*; nam per eam vt ſuprà dixi priuatur homo communione fidelium, ideòq. alio vocabulo, dicitur *Anathema* græcè, quòd latinè ſonat (*ſeparationem*) de qua dixi ſuprà *recollectione 1. nu. 30.* Ita enim eſt propria, & connaturalis excommunicationi, ſeparatio ab aliorum communione, vt ab ea nomen ſibi comparauerit, ait *D. Thomas in 4. diſt. 18. q. 2. art. 4.* quem ad hoc refert *Alterius lib. 1. de cenſuris diſp. 9. c. 1. verſ. imo adeò. Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 7.* latè, & *Hurtado de excõmunicatione diſp. 1. n. 7.*

Colligitur ſecundò, Definitionem ſuprà traditã eſſe communem, tàm maiori, quàm minori excommunicationi, cùm definiatur per communionis priuationem ſimpliciter, quæ cõpetit vtrique; vt patet ex ſuprád. *concluſ. 2.* & notat *Suarez diſp. 8. ſect. 1. n. 6.* & ſic quando *D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 21. art. 1.*
4 *& alij* definiunt excommunicationem, quòd ſit *ſeparatio à communione Eccleſiæ, quoad fructum, & ſuffragia generalia*; non definiũt illam in communi, quòd hic ego feci, ſed tantùm intendunt definire excommunicationẽ maiorẽ, vt bene *Auila de cenſuris p. 2. c. 1. diſp. 1. verſ. bis poſitis.* Aduerte tamen ex
5 *Maiori in 4. diſt. 18. q. 1.* Diuiſionẽ præfatam excommunicationis in maiorem, & minorem, eſſe diuiſionem Analogi in analogata, quoniam non equè primò prædicatur de vtraque, ſed primariò de maiori, & ſecundariò de minori, quæ eſt ratio, quare doceãt omnes: & habetur etiam in *cit. cap. penult. de ſent. excommun.* quòd nomine excommunica-

nica-

Digitized by Google

nicationis ſimpliciter prolato, ſiuè in canone, ſiuè in ſententia hominis, ſi aliud non exprimatur, vel aliud non conſtet de mente ferentis excommunicationem, intelligatur de
6 excõmunicatione maiori; cùm ipſa priuet abſolutè omni cõmunione, nil igitur mirũ, ſi tale vocabulum primariò illam ſignificet, eſtquè idem cùm eo, quod aſſerit *Toletus li. 1. cap. 6. ad finem*, vbi hoc probat ea ratione, quòd excommunicatio maior eſt ſimpliciter excommunicatio: Minor verò ſecundũ quid, & verba, vt ipſe ſubdit, abſolutè prolata ſumuntur in ſua ſignificatione ſimpliciter, *l. non aliter ff. de legatis* 3. latè *Alterius lib. 1. de cenſuris diſp. 2. cap. 2.* vbi habes reſponſiones ad argumentum deſumptum ex regula illa, quòd in pœnis debeat fieri benigna interpretatio.

Colligitur tertiò, quale nam ſit præci-
7 puum munus, ſeù officium Confeſſarij circà hanc materiam. Cum enim ex ſupradictis conſtet, principium conſtitutiuum excommunicationis, (vt ita dixerim) eſſe priuare à communione fidelium, ſequitur in primis, etiam Confeſſarium ſcire debere ea, quæ concernunt talem priuationem communionis tàm reſpectu excommunicati cũ alijs, quàm reſpectu aliorum cùm ipſo excommunicato, quæ duo hic breuiter, & faciliter explicare conabor. Et quòad primũ, ordinatim procedendo, quæro.

*De comunione actiua fidelium, qua priuatur ipſe excommunicatus, in communi.*

Circà hanc materiam, primò quæri poteſt, de qua communione intelligi debeat, dum dicitur in definitione, quòd ſit *cenſura eccleſiaſtica, priuans directè communione fidelium*? Prò reſponſione, notandum ex *D. Bonau. in 4. diſt.* 18. *p. 2. q. 1. Gabriele ibid. q. 2. art. 1. Caietano t. 1. opuſculorum, tr.* 19. *q. 1. Nauarr. c. 7. num.* 17. *& alijs, quos ſequitur Auila p. 2. cap. 6. diſp. 3. in principio, Layman lib. 1. tr. 5. p, 2. cap. 1. num.* 2. Dari tri-
8 plicem communionem fidelium, primam purè interiorem, ſecundam purè exteriorẽ, tertiam mixtam ex vtraque. Purè exterior eſt, qua fideles inter ſe communicant in cõuictu politico, nempè ſocietate, colloquio, & commercio. Purè interior eſt, qua iuſti fideles communicant inter ſe in fide, & charitate. Mixta verò ex vtraque eſt, qua iuſti, etiam ſi peccatores, communicant inter ſe in Sacramentis, ſuffragijs, &c. Hoc poſito, ſit.

Prima concluſio: Quando dicitur in concluſione, quòd excommunicatio priuet communione fidelium, non debet intelligi de communione purè interiori, ſed de purè exteriori, & mixta. Ratio quare excommu-
9 nicatus non priuatur communione in fide, & charitate, eſt illa, quam tangit *D. Thomas in 4. diſt.* 18. *q. 1. art. 1. quæſtiuncula 2. ad primum*, quòd ſcilicèt virtutes internæ, & ſpirituales non poſſunt à nolentibus amitti, item etiam probari poteſt; nam per fidem, & charitatem vniuntur fideles inter ſe, & Chriſto, tanquam capiti, ergò non ſolum eſt contrà rationem pænæ medicinalis, qualis eſt excommunicatio, ſed etiam ſuprà vires Eccleſiæ, priuare fideles tali communione. Conſequentia patet, quoniam Eccleſia nihil poteſt ad deſtructionem, ſed tantũ ad ædificationem. Ex hac ratione, ſequitur probatio ſecundæ partis concluſionis, quòd ſcilicèt debeat intelligi de ſecunda, & tertia, quia hæ duæ communiones pendent ex voluntate Eccleſiæ, & in eas ipſa poteſt ius, & poteſtatẽ habere, vt benè *Suarez diſp.* 8. *ſect. 1. ſub num.* 7. & proſequuntur cõmuniter Doctores omnes ſupracitati. Quæri poteſt ſecundò, à quo iure inducta ſit talis priuatio communionis in pœnam excommunicationis, prò cuius quæſiti reſolutione, ſit.

Secunda coclusio: Hæc priuatio commu-
10 nionis, tàm in humanis, quàm in diuinis cùm fidelibus, quæ fit per excommunicationem, inducta eſt de iure poſitiuo. Probatur ex his, quæ dixi *ſup. recoll. p. nu.* 14. Nempè quòd & ſi poteſtas ferendi cenſuras, & ſic excommunicandi ſit de iure diuino, tamèn inſtitutio ipſarum ſit de iure poſitiuo. Si igitur excommunicatio eſt inſtituta, de iure poſitiuo, ergò etiam cõmunionis priuatio, quæ conſequitur excommunicationem, iuxtà regulam vulgatam. Qui dat eſſe, dat etiam, ꝙ conſequitur ad eſſe. Ita *Alterius lib. 1. de cẽſuris, diſp. 3. c. 2. verſ. reſpondendum eſt difficultati. Suarez t. 5. diſp. 2. ſect. 1. aſſert. 4. Auila p. 2. cap. 3. diſp. 1. dub. 2. Conink diſp.* 14. *nouiſſimè Hurtado de excommunicatione diſp. 2. dub.* 2. contrà *Couarr. & Vaſquez apud eundẽ Hurtado*, qui & ſi concedant, cõmunicationem in humanis, excommunicato eſſe prohibitam de iure poſitiuo, docent tamen, communionem in diuinis eſſe prohibiram illi de iure diuino, per illa verba Chriſti (*ſit tibi tanquã ethnicus, & publicanus*) quia putant, per iſta verba, eſſe prohibitam communicationem cùm excommunicato in illis, quæ ſunt propria Chriſtianorum, quæ vtiq. ſunt diuina, ſed facilè ruit fundamentum iſtud, ex dictis aliàs, quòd ſcilicèt in dictis verbis, non ſit lata excommunicatio à Chriſto, ſed datum tantum conſilium fugiendi conſortium eorum, qui ſunt Eccleſiæ inobedientes, ſicut etiam intelligenda ſunt alia verba *D. Pauli ad Titum* 3. (*Hereticum poſt vnam, & alteram correctionem deuita*) & *Ioannis Epiſtola* 2. etiam de heretico, loquentis, ibi. (*Nolite eum domi recipere, nec aue ei dixeritis*) vt per *Hurtadum loco ſuprac.* qui benè hoc confir-

Digitized by Google

confirmat,ex eo, quòd videmus, per *extra-uagantem ad euitanda*, Eccleſiam concedere communicationem etiam in Sacramentis, & in alijs diuinis cùm excommunicato non denuntiato, vel non publico clerici percuſſore,quòd vtique non potuiſſet Eccleſia facere, ſi dicta communicatio eſſet prohibita de iure diuino, quòd mutari non poteſt ab ipſa Eccleſia,vt notum eſt.

11 Ex hac concluſione ſequitur, Papam poſſe ſuper hac priuatione communicationis diſpenſare in partem,vel in totum, quia ipſe eſt ſuper ius poſitiuum, vt eſt certum ex dictis *recoll.praeced. n.*676. quibus illic allegatis,addo *Bellet.de fauore cleric.can.*§.5.*n.*220

Quæri poteſt tertiò, ſub qua culpa excõmunicatio priuet pœnitentem excommunicatum communicatione fidelium? Præſuppoſito enim, quòd validè, & iuſtè ſit excommunicatus(aliàs ſi nulliter fuit excommunicatus,vt ſuprà dixi *recoll.*2.*num.*8. talis in foro conſcientiæ non eſſet excõmunicatus,& per conſequens non peccat ex ſe cõ-
12 municando cum alijs.Dixi *ex ſe*, quia poteſt peccare ratione ſcandali, vt patet ex dictis,*ead. recoll.praecedenti n.*11. quòd verũ eſt etiam vbi ſententia eſſet iniuſta ex defectu cauſæ,vt *ibid.* proſequor *nu.*45. quibus illic allegatis,accedunt alij authores,apud *Dianã* poſt illa impreſſa viſus *t.*5.*tr.*9.*reſol.*26.*&* 27. An idem dicendũ ſit in caſu dubij, vel probabilitatis dictæ nullitatis, patet ex dictis *ibid.num.*28.*& ſeq. & etiam num.*593. vbi ꝙ & ſi in caſu dubij,talis debeat ſe exercere tãquam excommunicatum ; cum in dubio præſumatur prò ſententia,& ſic eſt caſus diuerſus ab eo, an in dubio quis iudicare debeat ſe excommunicatũ nec ne. Tñ in caſu probabilitatis,& ſi in foro exteriori reputari ſe debeat excommunicatum cum his, qui ignorant probabilitatem nullitatis, vel iniuſtitiæ,vt ſup.ſententiæ contrà eum latæ,tñ in foro interno non habet hanc obligationẽ, quòd eſt idem cùm eo,quòd dixi ſuprà,poſſe eſſe peccatum tantum ratione ſcandali, cui autem dicto debeat ſtare pænitens de tali, nullitatis,vel iniuſtitiæ iudicio,ſubdidi *locis ſupracitatis*, cùm quibus videtur conuenire *Diana ibid. reſol.*26. *ad finem, & etiam reſol.*11.*& ſi reſol.*29.*&* 72. non ita clarè loquatur.)Primò certum eſt,excommunicatũ talem, communicando cùm fidelibus, & ſi non ſit tolleratus, peccare, alioquin talis priuatio eſſet fruſtatoria,vt omnes Doctores concludunt.Certum etiam eſt ſecundò,tale
13 peccatum eſſe ſacrilegium, & ſi talis communicatio ſit in humanis, quoniam ei talis communicatio eſt prohibita in odium ipſius, tamquam indigni communicatione membrorum Eccleſiæ. *Hurtado diſp.* 9. *de excommun.num.*3.Et tandem tertiò eſt quoque certum, quòd vbi talis communicatio
14 eſt in diuinis, ſit peccatum mortale de ſuo genere, in hoc enim omnes Doctores conueniunt,teſte *Auila* 2.*p.cap.*6.*diſp.*8.*dub.*3. *concluſ.*1.Ratio eſt manifeſta, quia diuinorũ prohibitorum tractatio, eſt materia grauis. v.g. recipere, vel adminiſtrare Sacramenta, recitare ſollemniter diuinum officium, audire miſſam &c. ergò excommunicatus in iſtis ſe immiſcendo, grauem iniuriam infert ipſis diuinis,& per conſequens erit peccatũ mortale. *Alterius lib.*1.*diſp.*6.*cap.*3. licèt alia ratione id probet, nempè quòd talis ſit materia grauis,eò quia directè, & per ſe primò prohibetur talis communicatio in diuinis ipſi excommunicato, quam rationem & ſi reijciat *Conink diſp.*14.*num.*140.tamen illam rationem, eſſe *D. Thomæ*, teſtatur *Reginald. lib.*32.*n.*55.*ad fin.* qui *n.*54.hoc ampliat,etiã ad excommunicatum occultum, cui ampliationi, ſicut cùm communi, libenter me ſubſcribo, ita mihi diſplicet alia ampliatio,
15 quam ibi ſubdit de excommunicato tantum per famam, cùm excommunicatus toleratus,de quo hic eſt ſermo, tantum teneatur abſtinere à communione fideliũ in foro conſcientiæ, quando ſcit eſſe ſe excommunicatum, vndè ſi ipſe non eſt conſcius excommunicationis, non debet hanc pœnã luere in foro conſcientiæ, nàm dicta pœna, ob delictum à ſe commiſſum, vt ipſemet *Reginaldus ibid.* fatetur, multatur. Forus .n. conſcientiæ, vt aliàs dixi *ſuprà p.*1. *in præfatione* eſt tribunal veritatis, & per conſequẽs ab ipſa veritate, non autem à fama, quæ ab ipſa veritate ſæpè eſt aliena,debet regulari.

Dixi (ex ſuo genere) quia *in ſpecie* ra-
17 tione paruitatis materiæ excuſatur à mortali,v.g. vt exemplificant Doctores ſi aſſiſteret in Eccleſia dum publicè, & ſollemniter cantatur vnus pſalmus, vel dum celebratur parua pars miſſæ *Auila p.*2.*cap.*6.*diſp.*8. *dub.* 3. *in principio. Hurtado diſp.*9. *de excommun. ſub n.*7. Quomodo autem debeat iudicare Confeſſarius in hac re, adeſſe paruam, vel magnam materiam, latè explicat *Conink diſp.*14.*num.*144. in ſpecie quòd parua pars miſſæ,ſit à principio vſque ad epiſtolam,declarat *Bonacina diſp.*2.*p.*2. *p.*3. §.1. *num.*5. Quomodo ratione neceſſitatis excuſari poſſit totaliter à culpa,infrà ſuo loco.

Dixi,*quæ publicè,& ſollemniter &c.* quia ſi
18 tantũ priuatim recitaret in Eccleſia,vel cũ alio alternatim,nõ peccaret, niſi venialiter, cũ id nõ contineat grauẽ repugnantiã contrà finem legis, vt per *Suarez diſp.*12. *ſect.*2 *num.*18.*Reginald. lib.*32.*n.*23. *Egidium Conink diſp.*14.*num.*146.dicit hanc opinionem probabiliorem *Auila p.*2.*cap.*6.*diſp.*8.*dub.*4. *concluſ.*2.teſtatur de communi. *Hurtado diſput.*9.*de excommunicat. n.*8. *cùm alijs, quos nouiſ-*

Digitized by Google

*nouiſſimè refert, & ſequitur Diana t.5. tr.9. reſol.89.* & ſi citet *Nauarr.* prò opinione, ꝙ id nullā culpā cōtineat, quòd nō dicit clarè, eſt tamen contrà *Sotum, & alios apud Auilam ſuprà*, docentes, id eſſe peccatum mortale. Sicuti etiam ſecundum opinionem communem, de qua teſtatur *Layman lib.1. ſuæ theologiæ moralis tr.5.p.2. cap.2. num.6. ad finem*, cuius opinionis quoque eſt *Reginaldus loco ſuprac.* etiam peccaret venialiter ſi quando recitat officium, & eſt Diaconus,
19 vel Sacerdos, dicat *Dominus vobiſcum*, & nō *Domine exaudi orationem meam*, imò in caſu, quo ſolus diceret nullo modo peccaret, *Auila cùm Nau. in ſumma Hiſpana, & alijs doctis viris cit.p.2.c.6.diſp.4. dub.6. concluſ.3.* quam opinionem videtur etiam ſequi *Hurtado de excommunicat.diſp.5.n.3.ad finem*, ex quibus ipſe infert, ſicut etiam *Auila loco primo cit.* nunquā incurrere irregularitatē, quæ talē ſupponit, peccatū mortale, quando cōtrahitur ex delicto, quidquid aliqui contrarium putarunt, apud *Dianam p.4.tract.2. reſol.94.* Ex quibus patet quomodo intelligendus *Sanchez in opuſculis moralibus lib.7. cap.2.dub.54.* vbi ſimpliciter docet, excommunicatum non poſſe cum alijs dicere officiū, nec quando illud recitat, poſſe dicere *Dominus vobiſcum.*

His præſuppoſitis, remanet difficultas prò commuuicatione in humanis, nempè in cōſortio, & commercio, &c. An etiam ſit prohibita ſub mortali, vel ſub veniali, vt eſt videre apud *Auilam, & Hurtadum locis ſuprac.* qui ad hoc referunt duas opiniones ſibi cōtrarias, primā ſcilicèt aliquorū *Thomiſtarū*, docentium, eſſe prohibitam hanc, etiam ſub peccato mortali, & ſecundam *Caietani, Couarr. Henriq. & aliorum*, qui probant, iſtam communionem tantū prohiberi ſub peccato veniali. Prò cuius difficultatis reſolutione, ſit.

Tertia concluſio: Excommunicatus tol-
20 leratus regulariter communicando in humanis ad huc Eccleſiaſticis, nempè collatione, & receptione beneficij, & in exercitio iuriſdictionis etiam eccleſiaſticæ, ac in contractibus, peccat tantum venialiter. Ita *Hurtado ſuprac. diſp.9.n.8.* qui teſtatur de communi, teſtatur de probabiliori *Auila ſuprac. diſp.8.dub.3.verſ.ſecunda opinio &c.* teſtatur etiam de communi *Filliucius tract.12.de cenſuris in particulari num.196. Bonac.diſp.2.q.2.p.3.§.1 n.3. & Layman loco ſuprac. cap.3.n.* Ratio, qua probatur ab *Auila Hurtado, & alijs, quos ipſi allegant*, eſt quòd iſta communicatio in humanis vt ſuprà, non eſt per ſe primò, & directè prohibita excommunicatis, non placet tamen hæc ratio *ConinK loco ſupracit.n.149.* & ideo probat, hoc alio argumento, quoniam, inquit, talis communicatio parum repugnat rationibus, ob quas prohibetur excommunicato, ſimpliciter communicatio cum fidelibus, quæ ni fallor, tantum verbis differt à prima, & communi, cū idem ferè ſit, non eſſe directè, & per ſe primò prohibitam hanc communicationē in humanis excommunicato, quàm illam parum repugnare rationibus, &c. ſeù fini excommunicationis, cùm ideò parum repugnet, &c. quia per excommunicationem prohibetur, per ſe primò, & directè communicatio in diuinis, & ſecundariò, ac indirectè cōmunicatio in humanis; vt optimè *Suarez diſp.15.ſect.2. n.2.* quem ſummat *Filliucius ſuprac.num.196.ad finē*, & proſequitur *Layman loco citato cap.3. num.3.* Hæc concluſio ſic explicata, non ſolū eſt contrà *Raymund.* apud *Hurtado*, contendentem peccare hoc caſu mortaliter, ſed eſt etiam partim contrà *ConinK loco ſuprac. vt infrà num.23.* vt iufrà. Ampliatur primò hæc concluſio, etiam in excommunicato denunciato, ſeù non tolle-
21 rato, quia communicando in humanis cū fidelibus non peccat niſi venialiter; *Filliuc. tract.13. ſeù 3. de cenſuris in particulari num.96. Auilà*, & alij Doctores ſupracitati communiter. Qui *Filliucius* benè hoc probat ex regula illa correlatiuorum eadem eſt diſciplina, nam etiam alij fideles communicādo cum ipſo excommunicato euitando, in iſtis humanis, peccant tantum venialiter, vt per *Layman loco ſupracit.* & ſi fatendum eſt, tale peccatum veniale grauius eſſe reſpectu ipſius excommunicati, quàm aliorum cum ipſo conuerſantium, vt poſt *Nauarr.* habet *Reginald.ſup.lib.32.num.55.* Quæ ampliatio
22 reſtringitur in actibus iudiciarijs, geſtis à tali denunciato; cùm enim tali caſu ſint inualidi dicti actus, adeſt hoc caſu circumſtantia iniuſtitiæ, quæ conſtituit peccatum mortale de ſuo genere, ac etiam obligat ad reſtitutionem, vbi illi actus iterum eſſent reficiendi, vt per Doctores ſupracitatos. Ex quibus magis clarè *Auila citato verſ. 2. concluſ. ad finem, & Hurtado cit.diſp.9.n.8.* Scio hoc caſu, *Egidium, ConinK diſp.14. n.148.* etiam condemnare excommunicatum tolleratum excercentem iudiciū ſeculare eccleſiaſtiū, vel eligentem, vel conferentem beneficia, &c. proprio motu, non coactum, de peccato mortali, etiam ſi dicti actus ſint validi, quia
23 inquit, & ſi tales actus ſint validi, tñ talis facit contrà Eccleſiæ prohibitionem, vſurpādo iuriſdictionem alterius, quæ eſt materia grauis, & ſi ſecus ſit de alijs iudicialibus actibus v.g. aduocati, actoris, procuratoris, vel teſtis, quam opinionem dicit probabiliorē, & tutiorem, *Bonac.diſp.3.de cenſuris, q.2.p.7. n.3.* ſed magis placet opinio prima, quia in tantum vſurpatio iuriſdictionis alterius eſt peccatum mortale, quatenus ex tali vſurpatione

tione ſequitur peccatum iniuſtitiæ, & etiã eſt materia grauis, quòd vtique ceſſat, cùm actus ſit validus. Hanc opinionem eſſe probabilem, fatetur *Leſſius*. contrarium docens, maximè quandò talis exerceret iudicium eccleſiaſticum *lib.2. cap.29.n.59.* & proſequitur *Layman ſuprac. cap.3.n.2. ad finem*, vndè de non tollerato tantùm intelligendum eſt, quòd ipſe *ConinK ſubdit num.* 154. peccare duplici peccato exercendo dictos actus, vnũ ſcilicèt iniuſtitiæ, quòd eſt mortale, & alterum contrà prohibitionem Eccleſiæ, quòd eſt veniale, vt benè *Auila ſupracitato verſ. ſecundò ſequitur.*

Ampliatur ſecundò, etiã in excommunicato ab homine, vt benè contrà *Arcbidiaconum*, probat ConinK *loco ſupracit. n.*141.

Ampliatur tertiò, etiam ſi ſæpè excom-
24 muuicatus communicet in ſupradictis cũ fidelibus, quia adhuc non erit peccatum mortale per ſe loquendo. Probatur ex dictis à nobis *ſup. p.1. recollect.8. num.*333. quòd ſcilicèt actus replicati ſemper ſint eiuſdem ſpeciei, cuius eſt primus, & per conſequens eiuſdem deformitatis, & malitiæ, ergo niſi per replicationem tranſeant actus in aliam ſpeciem, id quod de ſe eſt veniale, nõ poteſt fieri mortale. Ita in terminis noſtris *Auila loco ſupracit. verſ. ex dictis primò ſequitur* quidquid cõtrariũ videatur aſſerere *Fillius. tract.*13. *de cenſuris in particulari num.*92. *ad finem*, qui tamen declarari poteſt vt infrà, *in ſecunda limitatione*. Hæc concluſio ſic ampliata.

Limitatur primò, ab eodẽ *Auila eod. verſ. ſecunda concluſio ad finem*, quando ex hoc ſe-
25 queretur ſcandalum graue, ſed hoc raro euenire reſpectu aliorum, qui communicãt cùm excommunicato tollerato, ait *Hurtado ſuprac. diſp.9. ſub. nu.9.* Ergò, dico ego, tantò magis idem dicendum erit de excommunicato ipſo communicante cùm alijs, vt magis patebit ſuo loco infrà cùm de communicatione aliorum cum ipſo excommunicato vitando.

Limitatur ſecundò vbi contemptus in-
26 teruenerit. Ita *Auila, Hurtado, & alij ſupracitati* communiter. Qui *Auila* ſe explicat. *verſ. aduertendũ*, quòd hic contẽptus debet eſſe formalis, nempè quòd communicet cõtemnendo poteſtatem Eccleſiæ in ferendis cenſuris, vel prohibitionem Eccleſiæ prohibentis excommunicato talem communionem, quibus caſibus ſemper committitur peccatum mortale, quòd raro etiam accidit. Ex quo ſequitur, vt idem Auctor aduertit, quòd iſte contemptus non conſiſtit in conſuetudine, & frequentia communicandi, vt nonnulli falsò putant, cùm poſſit contingere, quòd aliquis excommunicatus cõmunicet frequenter cùm fidelibus, in rebus humanis ex ſola delectatione, vel fragilitate, quæ omnia benè confirmant ampliationem ſecundam ſuprà à nobis poſitam. Si autem quis communicaret non ex contẽptu cenſuræ, vel eccleſiaſticæ poteſtatis, ſed tantùm præcepti, tunc, vt egregiè, ibi ſubdit *Auila*, vt committatur peccatum mortale, debet intercedere grauitas materiæ, vndè excommunicatus communicans ex dicti præcepti contemptu in re minima, paratus abſtinere in rebus maioribus, vt in caſu noſtro eſt communicatio in diuinis prohibitis, excuſaretur à mortali.

Quærendum nunc eſſet de pænis, quas
27 incurrunt excommunicati etiam tolerati, communicando cùm fidelibus; Sed quia pœna, maximè irregularitatis, tantum imponitur prò adminiſtratione Sacramentorum, & pæna ſuſpenſionis prò receptione dumtaxat Sacramenti Ordinis, ideò ad eum locũ remittimus reſolutionem huius quæſiti infrà, vbi de admiuiſtratione Sacramentorum vel receptione agemus. Excommunicatus
28 Clericus, quòd non ſit priuatus priuilegijs clericalibus, & immunitatibus eccleſiaſticis quandiù manet excommunicatus latè probat *Alterius lib.2. de cenſuris, diſp.1. cap.6. per totum.*

*An excommunicatus tolleratus, ex quo ab alijs prouocatur ad communicandum tàm in humanis, quàm in diuinis, excuſetur à culpa, de qua ſuprà.*

Conueniunt primò Authores, peccare venialiter excommunicatum communicantẽ cùm fidelibus in humanis, & mortaliter in diuinis prohibitis, vt patet ex ſupradictis, ꝙ tantùm intelligunt DD. cõmu-
29 niter, quãdo ex ſe excõmunicatus incipit, ſe ingerendo ad cõmunicandũ extrà caſus neceſsitatis; ita *Hurtado diſp.2. de excomm. n.*14. vbi hoc ampliat, etiã ſi fideles acquieſcãt dictæ communicationi, quia non per hoc excuſatur ipſe excommunicatus à peccato vt ſuprà. Ratio eſt, quia *extrauagans ad euitanda*. nullo modo ſuffragatur ipſis excommunicatis, ſed benè alijs, & ſic poteſt ipſe excommunicatus peccare communicando cùm alijs, & iſti alij poſſunt non peccare acquieſcendo dictę communicationi. *Reginald. ſuprac. lib.*32. *ſub. num.*55.

Dixi primò (*cum alijs fidelibus*) quia certum eſt, nullum peccatum committere cõ-
30 mnunicando cùm infidelibus, ſeu non baptizatis, nam excommunicatus ideò priuatur communione, quia ſeparatur à corpore Chriſti, quòd eſt Eccleſia: At infideles ſunt extrà Eccleſiam *Reginaldus lib.*32. *num.*16. *Alterius lib.*1. *diſp.*9. *cap.*1. *verſ.*3. *poteſt ex-*

*com-*

Digitized by Google

*communicatus, Vgolinus, & Suarez, quos refert*, & ſequitur tanquam certum *Bonacina diſp. 2. de cenſuris q. 2. p. 3. §. 1. num. 3.*

Dixi ſecundò (*extra caſus neceſſitatis*) quia neque culpam aliquam committit ipſe excommunicatus, ſe ingerendo ad communi-
31 candum in caſu neceſſitatis, ſiuè ſpiritualis, ſcilicèt vt procuret ſuam abſolutioné apud ſuperiorem, ſiuè corporalis, nempè cauſa famis, cùm non habeat, vnde viuat, ita vt ab alijs petere, & recipere debeat victum; aut ægrotatur, & indiget medicinis, & medico: aut quando vocatus eſt in ius, & reſpondere cogitur. *Reginaldus ſupra cit. num. 56. Alterius ſupra c. diſp. 2. cap. 1. verſ. poteſt vti*, qui ad hoc caput reuocat communicationem cùm iis, quorum communicationem vix vitare poteſt dictus excommunicatus, ſicuti ſunt vxor, filij, famuli, alijque de familia, allegans textum *in cap. quoniam multos, q. 3. & c. inter alia de ſentent. excommun.*

Côueniunt ſecundò, etiã Authores; quòd quotieſcunq. excommunicatus excuſatur à peccato ratione communicationis in Sa-
32 cramentis maximè, excuſetur & à pæna illi annexa, nempè ab irregularitate, nam talis irregularitas eſt ex delicto, ad quam contrahendam requiritur mortale peccatum, vt ſuprà dictum fuit *Recollect. 1. & latiùs infrà dicetur, cùm de officio, & poteſtate Confeſſarij circa pænitẽtes irregulares, in ſpecie Auila ſupra c. diſp. 8. dub. 2. verſ. ex dictis.* Vbi teſtatur de communi, & extendit etiam ad eum caſum, in quo aliter peccaret mortaliter ea ratione, quòd alia via accederet indignè, & reſtringit in caſu, quo miniſter, quando miniſtrauit facilè potuit tũc abſolui, & noluit, nàm tunc incurrit irregularitatem. Addidi (*Tunc*) quia ſi prò tunc non potuit abſolui, non incurrit irregularitatem, quãuis antea fuerit negligens in procuranda abſolutione, hæc ſunt ferè verba *Auila loco ſupra c.*

Prima difficultas igitur reſtringitur in eo caſu. Quòd excommunicatus tolleratus nõ ex ſe incipit, vel ingerit ad communicandũ, ſed ab alijs fidelibus prouocatus, & inuitatus, communicat cùm ipſis, nulla vrgente cauſa neceſſitatis, an excuſetur à culpa veniali, ſi ſumus in humanis, & mortali ſi ſumus in diuinis? Prò cuius reſolutione loquẽdo de prima parte difficultatis, ſcilicèt cõmunicatione in humanis. ſit.

Prima concluſio. Excommunicatus tol-
33 leratus, inuitatus ad communicandum in humanis, acquieſcendo communicationi, nullum peccatum committit. Probatur hoc pacto, per *extrauagantem ad euitanda*; conceditur fidelibus omnibus ſimpliciter communicare cùm excommunicato tollerato, ſed ſi talis excommunicatus inuitatus, & uocatus à fidelibus nequiret abſque culpa acquieſcere communicationi, dictum priuilegium conceſſum fidelibus eſſet fruſtratorium, quia nequiret reduci ad praxim, ergò vt poſſit practicari dictum priuilegiũ, prout decet, debemus fateri, talem excommunicatum non committere aliquod peccatum, quando non ex ſe incipit, aut ingerit; ſed inuitatur, & prouocatur ab alijs ad communicandum. Minor, quòd aliàs non poſſet reduci ad praxim tale priuilegium, probatur ex regula illa, quòd poſſe non dicimus id, quòd cum peccato poſſumus, *cap. faciat 22. q. 1. l. filius. ff. de conditionibus, & demonſtrationibus*: Sed ſi peccaret excommunicatus acquieſcendo, vt ſuprà, fideles non poſſent reducere ad praxim ſuum priuilegium abſque peccato, ergò eſt idè, quã ꝙ non poſſent vti ipſo priuilegio. Ita *Victoria, & Ledeſma, apud Auilam p. 2. c. 6. diſp. 6. dub.* 10. *verſ. prima opinio, & ſeq.* vbi contrà alios fatetur, hãc opinionem eſſe probabilem, & ſecuram in praxi, & ſi ipſe ſubſtineat communem ſententiam, quam dicit, communiter tenere diſcipulos *D. Thomæ*. Et poſt *Sanchez, probat Bonacina de cenſuris, q. 2. p. 3. §. 1. num. 1. ad finem.* Ad rationes in contrarium, reſpõdetur, concedendo, ex hoc ſequi dictam *extrauagantem* fauere excommunicato indirectè;
34 Sed hoc nihil officit, nam ſæpè ex alterius perſona conſequitur aliquis, quod ex ſua conſequi nequit *l. is, qui duos ff. de liberatione legata c. autoritate §. finali de preb. in 6. cũ alijs allegatis per Andreã Gaill. lib. 2. obſeruat. 68. num. 6.* Et ſic non mirum ſi priuilegium directè conceſſum in dicta extrauagante, alijs fidelibus indirectè, & conſequutiuè, vt etiam fatetur idem *Auila ſup. diſp. 8. dub. 2. ad primum, & Layiman lib. 2. tract. 5. p. 2. cap. 4. ſub. num.* 6. extendatur ad ipſum excommunicatum tolleratum, in fauorem cõmunem fidelium, nè ſcilicèt fruſtentur priuilegio, ſibi ab eadem *extrauagante* conceſſo, quod vtique fruſtaretur, ſi ipſi non omninò liberè, & non abſque ſcrupulo aliquo peccati cooperationis, vt benè inquit *Hurtado diſp. 2. de excommunicatione ſub num. 14.* poſſent cũ excommunicato tollerato communicare.

Secunda difficultas eſt. An idem ſit dicendum, vbi talis excommunicatus tolleratus inuitatur, & prouocatur circa diuina. An etiam poſſit abſque peccato acquieſcere dictæ inuitationi, & prouocationi, v.g. miniſtrare Sacramentum pænitentiæ, de hoc .n. præcipua eſt difficultas. Ratio dubitandi eſt, quia aliqui putant ſimpliciter, fideles non poſſe inuitare dictum excommunicatum ad iſta. Et alij licèt concedant, pænitentem poſſe ad hoc inuitare Parrochum, negant tamen de alio Sacerdote, maximè non parato. Et demum *Suarez tom. 5. diſp. 11. ſect. 4.*

*num.10. Auila p.2.cap.6.diſp.6.dub.2.& Conink*
*diſp.13.dub.2.* (qui circa hanc difficultatem re-
fert quinq; opiniones.) loquentes de non Par-
rocho, docent non licere pænitenti prouocare
Confeſſarium ad eum abſoluendum, niſi inter-
ueniat aliqua neceſſitas, vel ſaltem maior vtili-
tas ipſius pænitentis, qui inter alia exempla,
dāt exemplum in eo caſu, quòd miniſter excō-
municatus ſit vir prudens, & doctus, cuius di-
rectione, pænitens indigeat ad pacem, & ſecuri-
tatem ſuæ conſcientiæ. Sit tamen.

Secunda concluſio. Sacerdos excommunica-
35 tus tolleratus, etiam nulla exiſtente neceſſita-
te, vel vtilitate pænitentis licitè ex ſe poteſt in-
uitatus Sacramentum pænitentiæ miniſtrare
ſiuè ſit Parrochus, ſiuè non: Et hic, ſiuè ſit para-
tus, ſiuè non paratus. Hęc concluſio, eſt *Victoria,*
*Ledeſma, Soti, & aliorum, quos ſequitur Sanchez*
*lib.7. de matrim. diſp.9.n.6. & ſeq. Bonac. loco ſu-*
*pracitato, præſupponit Filliuc. tract.13. de cen-*
*ſuris cap.3. & 4. & Hurtado diſp.2. de excomm.*
*num.112.* fatetur eſſe probabilem hanc noſtrā
cōcluſionē, *Auila loco suprac.* & *Layman* etiā *loc.*
*ſupracitato num.5. ad finem,* & ſi fateatur, opi-
nionem *Suarez* & aliorum, eſſe communē; ſub-
dit tamen, non eſſe improbabilē hanc noſtram
concluſionē, ſcilicèt talem nunquam peccare ex
vi cenſuræ, niſi quando ſe ingerit in prędictis.
Ratio ſumitur ex eadem *extrauagante ad eui-*
*tanda;* Vbi ſimpliciter, & abſque vlla reſtrictio-
ne conceditur, licitè poſſe fideles communicare
cum ipſo excommunicato tollerato etiam in
Sacramentis, & quibuſcunq. diuinis, & nos ha-
bemus regulam, quòd lex ſimpliciter loquens,
debet ſimpliciter intelligi. Et aliam, quòd vbi
lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debe-
mus. Si igitur licitè fideles poſſunt excommu-
nicatum præfatum prouocare ad communi-
candum; igitur etiam licitè poteſt dictus excō-
municatus acquieſcere dictæ prouocationi, ad-
miniſtrando fidelibus Sacramentum pæniten-
tiæ, quòd petunt, iuxta ea, quæ dixi ſuprà acce-
dit *Fagund. lib.2. in 1. præc. Eccl. c.5. nu.19.*

Dixi, *Ex ſe,* ſeu vt alij dicunt *ex vi cenſuræ,*
quia certum eſt, per accidens poſſe illicitè ab
eo adminiſtrari, ac etiam peti à pænitente vt
ſibi miniſtretur à tali excommunicato dictum
Sacramentū, illicitè autē adminiſtratur, quādo
36 miniſter perſeueraret in peccato mortali, ob
quod contraxit cenſuram, & antequam mini-
ſtret, ſaltem non contereretur de dicto peccato,
ſi non poteſt ab eo ſacramentaliter abſolui. Il-
licitè verò petitur à pænitente, quando ipſe eſt
conſcius talis perſeuerantiæ, & hoc non obſtā-
te; abſque neceſſitate aliqua, petit à dicto excō-
municato miniſtrationem Sacramenti, nam ta-
le peccatum reddit miniſtrum iure diuino in-
dignum, cui nec derogare potuit, nec deroga-
uit dicta extrauagans, vt patet ibi. (*Nemo præ-*
*textu cenſuræ abſtinere teneatur, &c.*) quapro-
pter vel ipſe pænitens ignorat, talem Sacerdo-
tem eſſe excommunicatum, & tunc Sacerdos,
ſi poſſet ſe excuſare, remittendo pænitentem ad
alium Confeſſariū, tamen etiā ſi præmiſſa con-
trione, audiret confeſſionem, & abſolueret, li-
citè miniſtraret, ſicut pænitens, ſecundum om-
nes Doctores etiam licitè peteret dictum Sa-
cramentum. Sin verò hoc ſciret pænitens, vt
præſupponunt Doctores, & hoc caſu diſtinguē-
dum eſt, vel ipſi conſtat moraliter, huiuſmodi
excommuuicatum eſſe cōtritum, & ſi non dum
abſolutum, & tunc licitè ab eo petit dictum Sa-
cramentum, etiam abſque aliqua neceſſitate,
vel vtilitate ſecundum noſtram concluſionem,
ſi verò ſcit non eſſe contritum, tunc ceſſante ne-
ceſſitate, & vtilitate, non poſſet licitè petere, nec
poteſt Confeſſarius licitè illud *miniſtrare. Con-*
*cilium enim Conſtanſienſe* per *dicta verba præ-*
*textu cenſuræ,* tollit tantū impedimentum cen-
ſuræ, non autem impedimentum peccati; Et ita
37 iudicio meo, conciliare *Suarez* cū Auctoribus
noſtræ concluſionis, dicendo, *Suarez* docere,
eſſe illicitum pænitenti abſque neceſſitate, vel
vtilitate magna, vt ſuprà, petere Sacramentum
pænitentiæ ſibi miniſtrari à Sacerdote excom-
municato, quantum ex vi peccati mortalis, per
quod Sacerdos ille contraxit cenſuram, & in
quo perſeuerare, ſciat pænitens. Auctores verò
noſtræ concluſionis, id docere eſſe *licitū pæni-*
tenti, etiā abſq. neceſſitate, & vtilitate, quātum
ex vi cenſurę, vt expreſsè dicit *Laym. loco ſuprac.*

Quæres. An hæc concluſio habeat locum
38 etiam in celebratione Miſſæ, vt ſcilicèt licitè
poſſit quis à Sacerdote excommunicato tolle-
rato petere quòd Miſſam celebret, & ipſe, & ſi
contritus licitè poſſit eam, ad petitionem fi-
delium, celebrare abſque peccato, & incurſio-
ne irregularitatis? Reſpondetur, quòd *Sotus lib.9. de*
*iuſtitia, & iure q.8. art.1. ad primum.* Et ſi admit-
tat in hoc caſu, vbi prouocetur, poſſe excom-
municatum Sacerdotem licitè adminiſtrare Sa-
cramentum pænitentiæ, negat tamen poſſe ce-
lebrare Miſſam. Quam opinionem ſequuntur
*Auila citata diſp.6. dub.2. verſ. ad ſecundum,* &
*Conink loco ſuprac.* Cum reſtrictione, niſi adſit
neceſſitas communicandi infirmum, & neceſſe
ſit celebrare ob conſecrationem Euchariſtiæ.
Qui afferunt, differentiæ rationem inter alia
Sacramenta, & celebrationem Miſſæ, tùm quia
Miſſæ celebratio habet ſingularem excellentiā,
& per conſequens requirit maiorem reueren-
tiam, tum quia illa non eſt ita neceſſaria fideli-
bus, ſicut eſt Sacramentorum collatio. Sed con-
trariā ſententiā docet *Suar. to.5. diſp.11. ſect.4. n.*
15. quā dicit veriorē, & probabiliorē *Fagundez*
*ſuprac. n.19.* nō peccare ſcilicèt eū, qui Sacerdo-
tē excommunicatum vt ſupra tolleratū inducit
ad ſacrificandum, quando moraliter indiget il-
lo ſacrificio, vel popter obligationem feſti oc-
currentis, vel propter moralem aliquam neceſ-
ſitatem communicandi; & per conſequens ne-
que ipſum Sacerdotem in bonum fidelium ſa-
criſi-

Digitized by Google

erificando, hæc ſunt ferè verba ipſius *Suarez citato nu.* 13. & clarius *n.*16.*ad finem*, vbi reſoluit rationem differentiæ allatam inter celebrationem & Sacramentorum aliorum collationem, & *n.*18.*poſt Nau.* declarat, ſuam doctrinam procedere, tàm in Parrocho, quàm in alio quocunque Sacerdote, quando occurrit ſimilis neceſsitas. Cuius opinio mihi placet, ob verba dictæ extrauagantis generalia, ibi, *vel alijs quibuſcunq diuinis*, &c. ſub quibus (nemo dubitare poteſt) includi etiam Miſſæ celebrationem. Quidquid *Alterius lib.* 1. *de cenſuris diſp* 6.*cap.* 8.*ad finem.* Non exiſtimet in caſu, quo vrgeat tantum obligatio audiendi ſacrum die feſto, ne populus tranſgrediatur præceptum, poſſe licitè excommunicatum Sacerdotem ante abſolutionem celebrare, maximè ſi non ſit Parrochus, quia ſecundum ipſum, requiritur alia cauſa, nempè probabile periculum infamiæ, vel ſcandali. Supponere videtur primã ſententiam *Suar.* quam & nos ſequimur. *Layman loco ſnpracit.* quia poſt relatam opinionem *Auilæ*, *& Conink*, quòd ſcilicèt non poſſit Sacerdos excommunicatus tolleratus abſque graui cauſa celebrare, neq. fideles ab eo petere, vt celebret, ſubdit non eſſe improbabile, & *c.vt ſup. dixi nu.* 35. Itẽ *Hurtado diſp.*2. *de excommnn.n.*16. cùm ibi doceat, excommunicatum tolleratum, qui non prouocatus à fidelibus, celebrat ſacrum vt illud fideles audiant fieri irregularem. Ergò quando prouocatus ab ipſis fidelibus, & ſic in bonum fidelium celebrat non peccat, nec ſit irregularis. Sed an dicatur hoc caſu Sacerdos le-
39 gitimè prouocatus ex eo, quia recepit ſtipendium pro Miſſa celebranda, vel habet beneficium, ſeu cappellaniam requirentem dictam celebrationem. Reſpondet negatiuè *Suarez ſuprac.ſect.*4.*num.*17. de qua re aliàs dixi ſuo loco *in tract. de officio Cappellani.*

Petes. An poteſt dari caſus, in quo Sacerdos vt ſuprà excommunicatus, prouocatus, & inuitatus, adminiſtrando Sacramenta, vel celebrando Miſſam peccet adhuc, & incurrat irregularitatem? Reſpondent *Auila, Bonacina, & Hurtado locis citatis*, dari hunc caſum, & eſſe, quan-
40 do potuit poſt prouocationem abſolui ab excommunicatione, & per ſe ſtetit quin abſolueretur, quia tunc facit contrà præceptum Eccleſiæ de pręmittenda abſolutione excommunicationis, ex quo potuit illud obſeruare, & non obſeruauit. Fauor enim cõceſsus in extrauagãte ad euitanda. fidelibus communicandi cum excommunicatis tolleratis, non operatur, quin & ipſi excommunicati, quando per ipſos ſtat, quin abſoluantur, non peccent, ac incurrant irregularitatem, acquieſcendo dictæ communicationi, & ſic intellige regulam illam, quam affert *Suarez cit.ſect.*4. *ad finem.* Quod ſcilicèt tunc Sacerdos excommunicatus tolleratus nõ incurrat irregularitatem miniſtrando Sacramenta, & celebrando, quando hoc licitè faciat. ex vi fauoris conceſsi fidelibus in dicta extrauaganti, ſed vbi per ſe ſtat quin abſoluatur, &c. non licitè, ſed illicitè id facit ex vi dicti fauoris, ſicut illicitè etiam facit quando perſeuerando in peccato, ob quòd incurrerat excommunicationem, adminiſtraret Sacramenta, vel celebraret, ergò.

Petes ſecundò. An dari poſſit caſus, in quo non ſolum poſſit excommnnicatus vt ſuprà licitè adminiſtrare Sacramenta prouocatus, vel
41 alia facere, ſed etiam ad id ſit obligatus? *Laym. cit.c.*4.*n.*6. reſpõdere videtur, poſſe dari hũc caſũ, quãdo ſcilicèt ipſe ad hoc tenetur ex officio, dat exemplum de parochianis petentibus à Parrocho adminiſtrationem Sacramentorum, modo per eum non ſteterit quo minus, ſi id fieri poſsit ab excommunicatione antea vt ſup. nõ abſoluatur, & idem dicit de iudice, à quo petunt ſubditi, quod ſibi miniſtret iuſtitiã.

Tertia difficultas eſt; vtrũ is, qui dubius eſt, ſe eſſe excommnnicatũ facta debita diligentia, peccet cõmunicando cũ alijs, & ſic, an teneatur abſtinere ab iſta cõmunicatione, tàm in humanis, quàm in diuinis? *Sanchez lib.*1. *ſumma moralis cap.* 10. *num.* 50. refert varias opiniones, quarum duæ ſunt principales. Prima quæ licèt affirmet, hunc talem in dubio iuris poſſe ſe gerere tamquam non excommunicatum, tamen hoc negat quando ſumus in dubio facti, vnde ſciens eſſe latam excommunicationem contrà percuſſores Clericorum, ſi facta debita diligentia, eſt dubius, an talis ſit clericus, quod eſt dubium facti, negat hæc opinio, poſſe hunc talem ſe gerere tamquam non excommunicatum, docetq. teneri abſtinere à communicatione, fundatur hæc opinio in ea regula, quòd in dubio facti extrà materiam iuſtitiæ, ſemper ſit ſequenda opinio tutior, ſed turior opinio in caſu noſtro eſt, quòd quis ſe abſtineat à tali communicatione, igitur, ita *Sayrus, & Azorius apud Sanchez ſuprà, accedit Molina t.* 4. *tract.*3. *diſp.*6. *num.*6. & alij apud infracitandos. Secunda opinio eſt, affirmans ſimpliciter, talem dubium de ſua excommunicatione, ſiuè dubium ſit iuris, ſiuè facti, non eſſe obligatum abſtinere à communicatione, & ſic ſemper poſſe ſe gerere, ac ſi nõ eſſet excommunicatus. Prò qua ſit.
41 Tertia concluſio: dubitans ſe eſſe excommunicatum, vt ſuprà, tàm in dubio iuris, quàm in dubio facti, non peccat ſe ingerendo ad communicandum cùm alijs, ratio huius concluſionis eſt iſta, (qua etiam reſoluitur fundamentum contrarium) quòd ſcilicèt regula illa, in dubio facti, extrà materiam iuſtitiæ tutior opinio eſt eligenda, habeat locum quando nulla poteſt conſiderari poſſeſsio ex parte opinionis minus tutæ, non autem quando ex parte opinionis. & ſi minus tutæ, adeſt poſſeſsio, quoniam tunc ceſſat iſta regula, & ſubintrat alia regula, in dubio potior eſt conditio poſsidentis, ſiuè iuſtè, ſiuè iniuſtè, quæ ponitur à iure conſulto in *l. iuſta*, ff.



Digitized by Google

*vti poſſidentis* ita *Sanchez ſup. num.* 11. Sed in
Caſu noſtro, & ſi ſimus extrà materiam iu-
ſtitiæ, tamen eſt poſſeſsio apud dubitantem
communicandi cum fidelibus, igitur, non
ſolum vbi eſt dubium iuris, in quo *Docto-*
*res* conueniunt, ſed etiam vbi eſt dubium
facti, poteſt quis ſe gerere, ac ſi non eſſet ex-
communicatus, & continuare in ſua poſſeſ-
ſione communicandi cũ alijs fidelibus; Do-
cent hanc noſtram concluſionem, præter
*Sanchez ibid. num.* 55. quem citauimus, & ſe-
quuti ſumus *ſuprad. p.* 1. *huius tractatus re-*
*coll.* 17. *num.* 42. *Bonacina, diſp.* 2. in *Deca-*
*logum q.* 4. *p.* 7. *num.* 15. *& ſequen. & diſp.* 2.
*de cenſuris q* 2. *p.* 6. §. 2. *nu* 49. *Layman lib.* 1.
*ſua Theologia moralis, tract* 5. *cap.* 5. §. 4. *num.*
38. & nouiſsimè *Diana p.* 4. *ſuarum reſolutionũ*
*moralium tract.* 3. *reſol.* 3. *& iterum ibid. reſol.*
66. vbi poſt *Corneyo* docet, dubitantem ſe eſ-
ſe excommunicatum, poſſe audire Miſſam.

Quando autem manens ita dubius de ſua
43 excommunicatione celebrans, aut admini-
ſtrans, incurrat irregularitatem, declarat *Al-*
*terius lib.* 2. *diſp.* 1. *cap.* 3. qui concludit *verſ. ex*
*his duabus opinionibus*, quòd qui percuſſit
Titium clericum, quem putabat laicum
& hæc ignorantia licèt facti (de qua vt ſu-
prà, eſt dubium adud Doctores) fuit in-
culpabilis, ſi perſiſtens in hoc dubio cele-
bret, vel miniſtret alia Sacramenta, non eua-
dat irregularis.

Quæres tandem, an excommunicatus tol-
44 leratus communicando cum alio excom-
municato ſimiliter tollerato peccet, & ſi nõ
fuerit ad talem communicationem prouo-
catus? *gloſa in cap. deuotum* 27. *q.* 1. videtur
excuſare à peccato talem communicationẽ.
argumento à pari de infidelibus, poteſt enim
abſque peccato communicare cum infideli-
bus, vt ſuprà dictum fuit, ergo, etiam cùm
excommunicatis, paritas accipitur, nam ſi-
cut cum infidelibus, poteſt abſque peccato
excommunicatus communicare ex eo,
quòd ipſi ſint extrà Eccleſiam, ita videtur
poſſe etiam abſque culpa communicare cũ
excommunicatis, quoniam ipſi etiam ſunt
præciſi ab Eccleſia. Contrarium tamen eſt
verum, ita *Alterius de cenſuris lib.* 1. *diſp.* 9.
*cap.* 1. *verſ. nec excommunicatus, Reginaldus*
*lib.* 32. *praxis pænitentialis cap.* 10. *num.* 50. *ad*
*finem*, teſtatur de communi *Suarez diſp.* 15.
*de cenſuris ſect.* 1. *ad finem*. Ratio ſumitur ex
*textu in cap. excommunicatos, cum duobus ſe-*
*quentibus de ſent. excomm.* vbi ſimpliciter
prohibetur dictis excommunicatis commu-
nicare cùm fidelibus, ſed per excommuni-
cationem, quis non deſinit, quin non ſit fi-
delis, ergò, & ſic reſpondetur rationi prò
*gloſa* adductæ, licèt enim excommunicati ſint
45 præciſi ab Eccleſia, non tamen per hoc equi-
parare eos debemus infidelibus, tùm quia
infideles nunquam ſunt ingreſſi Eccleſiam
ſicut ingreſſi ſunt ipſi Chriſtiani excommu-
nicati p̃ baptiſmũ, qui imprimit characterẽ
indelebilem, vt per *Reginaldum ſup.* tùm etiã
quòd infideles ſunt quòad omnia extrà Ec-
cleſiam; excommunicati verò tantum ſunt
præciſi ab Eccleſia quòad ea, quæ ſunt com-
commodi, & ſic quòad fauorabilia, non au-
tem quòad ea, quæ ſunt oneris, & obligatio-
nis, & ſic quòad odioſa, vt egregiè *Suarez*
*loco suprac.*

*Excommunicatus qua Sacramenta validè,*
*vel inualidè, licitè, vel illicitè recipere*
*poſſit, & præcipuè de Sacramento*
*Pœnitentiæ.*

EST certum apud Doctores. Primò, ex-
communicatum, ſiuè *tolleratum*, ſiuè
46 non tolleratum, priuatum eſſe participatio-
ne paſſiua Sacramentorum, & per conſe-
quens regulariter peccare mortaliter pec-
cato ſacrilegij, quodlibet Sacramentum ſu-
ſcipiendo, ita *D. Thom. in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 4.
*quæſtiuncula* 3. *Gabriel Sotus, & alij* commu-
niter, vt refert, & teſtatur *Suar. diſp.* 10. *ſect.*
1. *num.* 1. *&* 2. in hoc conuenire omnes
Doctores, aſſerit *Alterius libro primo diſp.*
6. *cap.* 3. qui id probat ſigillatim de om-
nibus Sacramentis, de communi teſtatur *Re-*
*ginaldus lib.* 32. *nu.* 1. Prima pars, quòd ſit
facta prohibitio, probatur *in c. cũ illorũ, & in*
*cap. ſi quem de ſent. excomm.* cum concordan-
tibus, ſed prohibitio iſta eſt de re graui, igitur,
contraueniens peccat mortaliter, vt ſuppo-
nimus ex materia de legibus; Secunda pars,
quòd tale peccatum reducatur ad ſpeciem
ſacrilegij, præter dicta *ſup. num.* 14. probatur;
nam cùm prohibitio iſta ſit circà materiam
Sacramentorum, contraueniens tali prohi-
bitioni infert iniuriam Sacramentis, quæ in-
iuria pertinet ad ſacrilegij crimen, quòd etiã
eſt verum, vbi quis tantum reperitur inoda-
47 tus excommunicatione minori quia effe-
ctus ipſius eſt etiam priuare participatione
paſſiua Sacramentorũ & aduertit *Alterius*
*loco ſuprac. in principio capitis*; eſt tantum dif-
ferentia inter innodatum maiori, vel minori
excommunicatione, ſuſcipientem Sacramẽ-
ta, quia maiori excommunicatione ligatus
ſuſcipiendo Sacramentum Ordinis remanet
ſuſpenſus à ſuſceptis Ordinibus, vt infrà la-
tius dicetur ſuo loco, non autem ligatus mi-
nori excommunicatione, qui licèt peccet,
tamen ſuſcipiẽdo Sacramentũ prædictũ, nõ
incurrit in aliquam pœnam, vt habet idem
*Alter. loco cit. verſ. probatur* 2. Dixi in princ.
48 *regulariter*, quia excommunicatus excuſa-
ſatur à tali peccato ob ignorantiam inuinci-
bilem, vel probabilem, aut inaduertentiam
naturalem tàm facti, quàm iuris, ac etiam ſi
hoc faceret ad euitandum graue detrimen-
tum, quòd ex non ſuſcipiendo Sacramenta
in vr-

Digitized by Google

in vrgenti neceſſitate ipſi, vel in uita, vel in ditijs, aut etiã ob non ſcandalizandum actiuè, vbi ſua excommunicatio eſt occulta, vt per *Sotum, & Nauarr. apud Filliucium t. 1. tract. 12. num. 65.* & poſt *Vgolinum, Reginaldus ſupracit. lib. 32. num. 2.* quòd ſecundùm noſtram ſententiam procedit in ſuſceptione omnium Sacramentorum, quidquid *Hurtado diſp. 4. de excommunicatione num. 19. & num. 28.* id dicat verum in aliorum Sacramentorum ſuſceptione, præter Sacramentum pænitentiæ.

Secundò eſt certum, Sacramenta Confirmationis, Ordinis, Matrimonij, Euchariſtiæ, & extremæ Vnctionis recepta ab excommunicato, & ſi cũm peccato, de quo ſuprà, ſiuè ſit ipſe tolleratus, ſiuè non tolleratus, eſſe
49 valida, ita, vt ob iſtam rationem non debeant reiterari, quia excommunicatio nihil detrahit de his, quæ neceſſaria ſunt ad eſſentiam ipſorum Sacramentorum ex Chriſti inſtitutione, quæ ſunt tria, materia, forma, & intentio miniſtri, ita *Couarr. in cap. alma mater p. 1. §. 6. n. 3. & 6. Sayr. lib. 2. c. 1. Auila p. 2. c. 6. diſp. 3. dub. 4. in princip. Reginald. lib. 32. n. 4.* & alij cõmuniter; inter hæc nõ connumeratur Sacramentum Baptiſmi, quia cùm nemo excommunicari poſſit, niſi ſit baptizatus, fruſtrà quæreretur an Baptiſmus receptus ab excommunicato ſit validus, vt benè *Alterius lib. 1. diſp. 6. cap. 5. in princ. Hurtado diſp. 4. num. 22. de excomm.* Dixi *eſſe valida, ita vt ob iſtam rationem non debeant reite-*
50 *rari*, quia an ſint valida hoc alio ſenſu, vt poſtea peccet, & alias pænas incurrat, exercendo ſe in vſu illorum, quod contingere poteſt in Sacramento Ordinis, & Sacramento matrimonij, non pertinet ad hunc locum. videte prò nunc *Alterium ſup. citata diſp. 6. cap. 5. verſ. quæret aliquis*. Difficultas igitur reſtringitur ad ſolum Sacramentum pænitentiæ.

An excommunicatus ſiuè tolleratus, ſiuè non tolleratus (quia in hoc nulla eſt differentia inter vnum caſum, & alium, *Conink diſp. 14. n. 22.*) validè recipiat Sacramentum pęnitẽtiæ, ſiuè abſoluatur à peccatis priuſquã explicitè, vel implicitè abſoluatur ab excõmunicatione, ſiuè vbi pęnitẽs eſt in mala quã in bona fide Dixi, *abſoluatur explicitè, vel im-*
51 *plicitè*, quia vt quis abſolutus remaneat à cẽſuris ſufficit hoc vnũ verbum (te abſoluo) cũ intentione abſoluendi ab excommunicatione, vt per *Auilam loco ſuprac.* & etiam dixi ſuprà recollectione præcedenti num. 514. ambiguitas. n. illius dubij verbi *Abſoluo* determinatur per intentionem abſoluentis, *vt loco citato dixi*, maximè quando pænitens confitetur caſum, cui cenſura eſt annexa, vel etiam ſi non confiteatur, Confeſſarius proferendo iſta verba ſola, intendat ab vtriſq. abſoluere, nam dicta verba, vel dicta abſolutio ſufficiunt de rigore, vt per *Conink diſp. 14. num. 31.*

Ratio difficultatis eſt, quòd hoc caſu videtur deficere aliquid, quòd eſt de ſubſtantia huius Sacramenti, nempè capacitas, vt talis excommunicatus poſſit abſolui à peccatis priuſquam abſoluatur ab ipſa excommunicatione, quæ capacitas pertinet ad materiam proximam ipſius Sacramenti. Hoc tamen non obſtante, ſit.

Prima concluſio: Abſolutio data pænitẽ-
52 ti excommunicato à peccatis, qui ſcit ſe eſſe excommunicatum, & ſimiliter eſſe peccatũ petere illam antequam abſoluatur ab excõmunicatione, eſt inualida, ſecluſo caſu neceſſitatis.

Hæc concluſio, procedit vbi Confeſſarius à quo petitur abſolutio a peccatis, non habeat facultatem abſoluendi ab excommunicatione, puta, quia ipſa eſt reſeruata, *vt infrà n. 67.* Hoc præſuppoſito, probatur prima pars, eſſe ſcilicèt inualidam dictam abſolutionẽ, quia vel talis ſcienter reticet peccatũ, cui eſt annexa excommunicatio, vel confitetur dictum peccatum, vtroque caſu adeſt defectus circà ſubſtantiam Sacramenti: Ergò; Minor probatur, ſi talis pænitens reticet in ea confeſſione peccatum, eſt clarum, confeſſionem non eſſe integram, ſi verò illud confitetur, & ſcit non poſſe abſolui ab excommunicatione annexa, quia forſitan Cõfeſſarius neſcit eſſe illi adiunctam excommunicationem, & etiam neque eſt integra confeſſio quia tacet ſciente circumſtantiã neceſſariò confitendam circa iuriſdictionẽ Cõfeſſarij, & per conſequens ſẽper eſt indiſpoſitus pænitens, & diſpoſitio ipſius eſt ſubſtantiale requiſitũ ad validitatẽ ipſius Sacramenti, ita *poſt Nau. & Caiet. Reginald. lib. 6. ſuæ praxis n. 172.* vbi hoc ampliat etiã ad talẽ excommunicatum debentem ſcire, ſe in eo ſtatu non poſſe abſolui à Confeſſario, cui ſe ſubijcit. In hac prima parte concordat *Hurtado diſp. 4. de excommun. ſub nu. 26.* dum ait, eſſe certum, quòd ſi ſuſcipiens illud non excuſetur à peccato mortali, quod ex vi excõmunicationis committit ſuſcipiendo illud vti nullum & teſtatur *Bonacina diſp. 2. q. 2. p. 1. num. 3. de communi.*

Secũda pars, quòd exiſtente cauſa neceſſitatis poſſit eſſe valida, probatur ex regula illa trita, & vulgata quòd neceſſitas nõ habet le-
53 gem, *cap. 2. de obſeruat. ieiuniorum*, & facit licitum quod alias de iure eſt illicitum *c. quod non eſt licitum de reg. iur. in 6.* nam quæ ex neceſſitate fiunt non dicuntur fieri in fraudẽ. *Gozzadinus conſ. 87. num. 1. cum alijs allegatis ad hoc, per Riccių in adition. ad Tiraquellũ de priuilegijs pia cauſa priuilegio 102. adſunt*, Confirmatur, quia licèt excommunicatio ali-

aliquando poſsit indirectè impedire valorẽ abſolutionis, ratione culpæ in recipiendo hoc Sacramentum, cuius participatione paſſiua eſt priuatus, *Pilliucius tract.* 12. *num.* 58. nunquã autem eam formaliter, & directè impedit, vnde quando excuſatur à culpa ex aliqua cauſa legitima, & validè, licitè illud recipit *Angel. confeſſio* 5. *num.* 10. *Caiet. verb. abſolutionis impedimẽta*, *Vittoria de excom. n.* 3. *Nau. ad c. fratres nu.* 45. *& in ſumma cap.* 9. *n.* 3. *Auila p.* 2. *num.* 6. *diſp.* 3. *dub.* 4. *Filliuc. cit. tract.* 12. *num.* 59.

Hæc concluſio, vt ſuprà, præter Doctores mox citatos, ponitur ab *Alter. lib.* 1. *diſp.* 6. *c.* 5. *verſ.* 1. *propoſitio, Bonac. diſp.* 2. *de cenſuris q.* 2. *p.* 2. *§.* 1. *n.* 4. *Laym. lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 2. *ſub num.* 1. idem in re, poſt alios concludit *Diana p.* 5. *tr.* 9. *reſol.* 53. *& reſol.* 82.

Ex prima parte concluſionis, ſequitur, excõmunicatũ, vt ſuprà, ſiuè tolleratũ, ſiuè nõ tolleratũ, itẽ etiã excommunicatũ excõmunicatione minori, qui eodem modo, quàm excommunicatus maiori excommunicatione, eſt priuatus communicatione paſſiua Sacramentorum, ſcienter vt ſuprà, recipiendo quodlibet Sacramentum, peccare regulariter mortaliter, quia facit contrà prohibitionem Eccleſiæ in rè graui, & ſic inualidè recipit hoc Sacramentum, quia verò ab excommunicatione minori poteſt
54 quilibet Confeſſarius abſoluere, imò ſecũdum etiam alios, etiã quilibet Sacerdos, & in forma abſolutionis præmittitur abſolutio excommunicationis, in quantum poſſum, & indiges, & etiam ſi non præmitteretur, eo ipſo, quod Sacerdos abſoluit à peccatis, ſi non habet contrariam voluntatem, abſoluere etiam cenſetur ab excommunicatione, vt ſuprà dictum fuit, ideò tàm concluſio, quàm corollarium raro poteſt habere locũ in hoc caſu, ſcilicèt quoad excommunicatum minori excommunicatione prò validitate, vel culpa in recipiendo Sacramentũ pænitentiæ, niſi illam, ſeù culpam ei annexã malitiosè taceat, intendendo abſolutionẽ peccatorum obtinere antequam abſoluatur à minori excommunicatione, *Bonacina de cenſuris diſp.* 2. *q.* 3. *num.* 3.

Sequitur ſecundò, quòd prædicta proce-
55 dant, quamuis excommunicatio ſit iniuſta, modo tamen valida, quia natura excommunicationis eſt priuare paſſiua participatione Sacramentorum: ita, vt nulla detur excommunicatio, quæ non priuet tali participatione. *Silueſter excommunicatio* 3. *num.* 12. *Reginaldus lib.* 32. *n.* 2. vndè, & ſi in conſcientia talis non ſit excommunicatus, tamen prò participatione Sacramentorum debet obtinere abſolutionem in foro fori, aliàs quilibet iudicare poſſet, ſe eſſe iniuſtè excommunicatum, & per conſequens cum contemptu Eccleſiæ excommunicantis, petere abſolutionem excommunicationis, idemq. dico quamuis non ſtet per excommunicatum quò minus abſoluatur, vt ſæpè accidit in eo, qui commiſit crimen, cui eſt annexa excommunicatio, & reperitur contritus de peccato, *Reginaldus loco citato* item quantumuis ſit occulta dicta excommunicatio non enim per hoc poteſt à quolibet Confeſſario abſolui, niſi prius à iudice competenti abſoluatur ab excommunicatione, cõmuniter DD. omnes ſupracitati, & infrà citãdi, dãt exẽplũ de homicida cõtrito, qui ad huc remanet obnoxius pænæ iuris, donec à Principe remittatur, *Adrianus in* 4. *de cõfeſſione q.*
59 14. *§. ſi petas*, ſecus autẽ erit, ſi fuerit iniuſta ex eo, quòd ipſe ſit innocens coram Deo de crimine, propter quod fuit excomm. licèt. n. in facie Eccleſiæ ſit reus, tamen ſecluſo ſcandalo, talis non eſt priuatus participatione Sacramentorũ, cũ hoc caſu ſit inualida, quoad forũ conſcientiæ, *Caiet.* 2. *ſecunda, q.* 90. *art.* 4. *cum alijs allegatis ſuprà recollect. præced. num.* 587.

Ex ſecunda parte concluſionis, ſequitur,
57 quòd caſus neceſsitatis, ex quo poteſt excõmunicatus abſolui à peccatis priuſquã abſoluatur ab excommunicatione, interueniat, quotieſcunque non habet hic, & nunc copiam eius, cui eſt reſeruata ipſa cenſura, & ex alia parte adeſt periculum manifeſtum ſcandali, vel infamiæ, vel mortis, ſi talis non celebret, vel communicaret, hunc enim, ſi habet alia mortalia hoc caſu Confeſſarius poteſt abſoluere à peccatis priuſquam abſoluat ab excommunicatione, & abſolutio eſt valida remanente obligatione petendæ abſolutionis poſtea ab excommunicatione; ita *Suarez, Conink, & alij, quos refert, & ſequitur Laym. lib.* 5. *ſua Theologia moralis tr.* 6. *cap.* 12. *ſub num.* 10. *Bonac. cit. §.* 1. *n.* 4. *Reginaldus lib.* 32. *ſub. num.* 1. cum alijs, quos ſuprà retuli contrà *Hurtadum ſup. ſub n.* 48. ratio eſt manifeſta, nam quòd priuetur excõmunicatus participatione paſſiua Sacramẽtorum, eſt præceptum iuris poſitiui, cui debet præferri præceptum iuris naturalis, quod præcipit conſeruationem famæ, vitæ, &c. fauet *Miſſale Romanum nouum in rubrica de defectibus, &c.* vbi habetur, quòd ſi quis ingnorans ſe eſſe excommunicatum celebret, & in altari recordatur excommunicationis, poſſit miſſam explere, ne gignat ſcandalum, vel ſe prodat. ſi enim poteſt miſſam explere, ergo eam etiam omninò celebrare, & ſimiliter poteſt communicare, quando vrget idẽ periculum ſcandali, vel infamiæ, & eò magis quando vrget periculum mortis, iuxtà regulam vulgatam, quòd vbi militat eadem ratio debet dari idem ius. Et cùm excuſatio à peccato ſit etiam excuſatio à pæna, quæ ſup-
ponit

Digitized by Google

ponit peccatum, neque talis celebrando incurrit irregularitatem, vt dixi ſuprà nu. 32.

Dixi *ſi habet alia mortalia*, quia ſi non ha-
58 beret illa, poterit ſinè confeſſione celebrare, & communicare, præmiſſa tamen contritione illius peccati mortalis, cui annexa eſt excõmunicatio, tunc enim habetur, ac ſi nõ haberet copiam Confeſſarij, & ita procedit, id, quod dicit *Reginaldus lib. 32. num. 1. verſ. aduerte*, qui ait, hoc caſu licere poſt cõtritionem, *communicare, & celebrare, & ſi admoneat ne in re tanti momenti, talis ſibi blandiatur*. itẽ quæ docet *Alterius lib. 1. de cenſuris diſp. 6. cap. 8. verſic. an occurrente neceſſitate*, vbi hoc extendit ad caſum neceſſitatis etiã reſpectu proximi v.g. ſi non eſſet particula conſecrata prò communnicando infirmũ, & reſtringit vbi tantum vrgeat neceſſitas populi, audiendi miſſam in die feſto, maximè ſi talis Sacerdos non ſit Parochus, cum hoc caſu nullum ſit periculum animæ ipſius proximi, ex quo quando deeſt copia celebrantis non peccat populus, miſſam non audiendo in dictis diebus feſtis.

Nota, non deeſſe aliquos Authores docẽ-
59 tes, etiam hoc caſu, in quo talis habet alia peccata mortalia, non tenere præmittere confeſſionem, vt poſſit communicari, vel celebrare, ſi non poteſt etiam abſolui ab excommunicatione, item alios defendere, quòd dato, & conceſſo, talem eſſe obligatum confiteri alia peccata, à quibus directè tunc abſoluatur, & indirectè ab excommunicatione, non teneri tamen confiteri illud peccatum propter quòd eſt excommunicatus, vt eſt videre apud *Dianam p. 3. ſuar. reſol. moral. tract. 4. reſolut.* 100. quas opiniones, & ſi ſint probabiles, noſtra tamen, quòd ſi habet alia mortalia, teneatur tunc præmittere confeſſionem omnium peccatorum, eſt communis, de qua poſt alios teſtatur *Laym. ſuprac. num. 11. & Alterius citato cap. 5. verſ. bis modis probari poteſt.*

Secunda concluſio: abſolutio data pæni-
60 tenti excommunicato ignoranti probabiliter, aut non aduertenti, ſe eſſe excommunicatum, vel ſi ſciat ſe excommunicatum, tamen ignorat, non eſſe licitum excommunicato confiteri ſua peccata, non obtenta abſolutione ab excommunicatione (ſeù vt alij dicunt, pænitente in bona fide exiſtente) eſt vălida, ita *Nau. cap. 9. n. 3. Suarez diſp. 10. ſect. 3. Toletus, & Conink, quos ſequitur Layman ſuprac. cap. 2. n. 1. & cap. 12. num. 20.* contra *Finellium*, teſtatur de probabiliori, *Auila p. 2. cap. 6. diſp. 3. dub. 4. Alterius citato cap. 5. verſ. ſecunda propoſitio, Comitulus lib. 6. reſponſor. moral. q. 26. Reginaldus lib. 6. n. 172. verſ. tertia propoſitio, Diana locis ſupracit. prò prima concluſ. Bonac. diſp. 2. q. p. 1. §. 1. n. 1.* Ratio eſt, quia quoties excommunicatus acce-dit cum ſupradicta ignorantia, accedit diſpoſitus ad Sacramentum, ergò ſi adſunt reliqua neceſſaria ad conficiendum Sacramentum, vt ſuppono adeſſe, valida eſt abſolutio, probâtur conſequens, nam vt conficiatur Sacramentum, ſufficit ſi adſit materia, forma, & intentio miniſtri.

Eſt contrà *Siluestrum Maiorem, & alios*, quos citant Authores noſtræ concluſionis, item contrà *Vaſquez*, quem ex modernis ſequitur *Hurtado diſp. 4. de excommun. ſub nu. 2.* Ac etiam contrà *Sotum* qui, & ſi concedat, hoc eſſe verum in excommunicatione minori, negat autem de excõmunicatione maiori. Hæc opinio præſupponit primò, poſſe Eccleſiam irritare tale Sacramentum, & de facto irritaſſe, probant quòd potuit irritare, exemplo matrimonij quod cõtrahitur cum certis impedimentis ab Eccleſia ſtatutis, quibus caſibus, non ſolũ peccat quis illud contrahendo, ſed etiam matrimonium, eſt irritum, & nullum. Probant etiam irritaſſe de facto, ex eo quod Eccleſia prohibeat excommunicato recipere Sacramenta.

Sed eorũ pace, neutrũ poteſt ſubſiſtere, primo .n. negatur poſſe Eccleſiã irritare illud,
61 quia natura, & virtus Sacramentorum dependet à Chriſti inſtitutione, circà quæ nõ poteſt aliquid Eccleſia innouare. Ad ſimile de matrimonio reſpõdetur, illud irritari quatenus habet non ſolum eſſe Sacramentũ, ſed etiam quatenus eſt contractus ciuilis, vt ſuo loco infrà dicetur.

Secundò, negatur irritaſſe, ex quo prohibeat ſuſcipi ab excommunicato, nàm hæc duo ſunt valdè diuerſa, quòd aliquid ſit illicitum, & quòd ſit inualidum, & à diuerſis non fit illatio. Confirmatur exemplo omnium aliorum Sacramentorum, quia ipſa ex eo, quòd illicitè recipiuntur ab excommunicato, non per hoc ſunt inualida, ergo neq. hoc Sacramentum pęnitentiæ. Hoc eſſe verũ. Primò nõ ſolũ vbi id ignorat ipſe penitẽs, ſcilicèt ſe excommunicatum, ſed etiam vbi
62 id ignoret Confeſſarius, ſcilicèt peccato cõfeſſo adeſſe annexam cenſuram, dixi *p. 1. recoll. 1. n. 33. & 34.* itẽ etiã Secũdò in eo caſu, quo pænitens ſciret, & fateretur ſe excommunicatum, errore tamen iuſto, ſiuè facti ſiuè iuris, putaret ſe poſſe à Confeſſario ſuo abſolui, quia ſi ab eo abſoluatur prius à peccatis, quam ab excommunicatione erit verè abſolutus à peccatis, ita poſt *Nau. Reginaldus ſup. verſ. 4. propoſitio*, itẽ & Tertiò ſi pęniteus fateretur cenſuram, & Confeſſarius obliuiſceretur ab illa abſoluere, vt per *Moſtoſum apud Dianam cit. p. 5. tract. 9. reſol. 13. ad finem.*

Hinc autẽ inſurgunt aliquæ difficultates; Prima eſt, an habeat loc hæc doctrina, vbi
63 quis eſt excommunicatus non tolleratus,

ſcili-

Digitized by Google

ſcilicet denunciatus. Negant aliqui, ita enim videtur velle *Hurtado loco ſupracitato*, qui ſupponit, excommunicatum, de quo loquitur, ſit ille, de quo Chriſtus precipit ꝙ ſit nobis tāquā *ethnicus, & publicanus*, qui vtique hodie, nō eſt niſi excommunicatus denunciatus, per hæc enim verba, inquit, ſubtrahitur excommunicatus à iuriſdictione Eccleſiæ, ſed vt quis poſſit abſolui, eſt neceſſaria iuriſdictio in ſubditum ergo, &c. item etiam quia ſubdit, ſacramentum pœnitentiæ validè ſuſcipi à tollerato quando illud illicitè mortaliter ex obiecto ſuſcipit; ſi aliàs à tali culpa excuſetur ignorātia, aut inaduertentia inuincibili; quia miniſter poteſt illud licitè tollerato cōferre, ac proindè validè, quod indicare videtur clarè, quòd quādo nō eſt tolleratus, tunc ſi illud illicitè mortaliter, ſuſcipiat, etiam ſi aliàs excuſetur ignorantia, &c. inualidè illud ſuſcipiat.

Contrarium tñ cōmuniter docent alij DD. præſertim *Alterius ſuprac. verſ. obiciant aliqui*, qui reſpondet fundamento aduerſariorum, primò negando, per hæc verba ſubtrahi excommunicatum à iuriſdictione, ſed tm̄ à communione politica, & conſortio. Secundò conceſſo, Chriſtum loqui ibi de iuriſdictione, tamen id haberet locum in priuatione actiua iuriſdictionis, non paſſiua, ridiculum enim eſt aſſerere, Parrochum carere iuriſdictione erga excommunicatum, cùm nemo iure ſuo priuetur, abſque facto propio, vulgatis iuribus.

Secunda difficultas, an hoc procedat tam in
64 excommunicatione non reſeruata, quam in reſeruata (intelligo pro reſeruata, illam à qua confeſſarius talis non poteſt abſoluere) quia aliqui, quos tacito nomine refert *Alterius d.c.1. verſ. & intelligenda eſt hæc propoſitio*; & ſi affirment valere dictam abſolutionem quando excommunicatio non eſt reſeruata, negant autem quando eſt reſeruata.

Sed contrarium eſt verius, vt per *Alterium ſupra*, & latius ibidem *verſ. his modis probari poteſt*, & clarius *verſ. quare quoad hanc difficultatem*, qui benè ſubdit, hanc dumtaxat differentiam eſſe hoc caſu inter excommunicationem non reſeruatam, & reſeruatā, quia ſi nō eſt reſeruata, iam illa remanet abſoluta, ita vt deinceps poſſit illud peccatum excommunicationi annexum, ē t ſi illud iam confeſſus fuit: cōfiteri cuilibet confeſſario expoſito, maximè quando tractatur de reſeruatione reſpectu S.P. quia ſecus dicunt aliqui de excommunicatione reſeruata Epiſcopis, cùm Epiſcpi non tantum cēſuras, ſed etiam ipſamet peccata ſibi reſeruare ſolent: ita *Layman lib 1.tr.5. par.2.c.6. ad finem*. de qua re infra ſuo loco. Si verò eſt reſeruata tenetur iterum confiteri illud peccatum cum excommunicatione, habenti iuriſdictionem, de qua re etiam egi *ſupra par.1. recoll. 5.nu.57*. vbi reperietis bonam doctrinam, *ConinK circa iſtam materiam*. Si vero habeat reſeruata, & nō reſeruata, tunc ab vna excōmunicatione poterit quis abſolui alia remanēte, vt eſt certum, per *tex. in cap. cum pro cauſa de ſententia excommunicationi Layman loco ſupracitato*.

65 Tertia difficultas eſt, quādo dicta ignorātia eſt culpabilis mortaliter, non tamen graſſa, & affectata. An eodē modo ſit valida abſolutio? Reſpondetur, quòd ſecundū Doctores, qui tenent ſacramentum informe, de quibus nos latè ſupra *par. 1.huius tract.recoll.12. à num.128*. ex capite talis ignorantiæ, etiam hoc caſu fatendū eſt, cōfeſſionem eſſe validam, ſed informem, ita *Caiet. ſupra Armilla verbo abſolutio 3. Nau. c.9. num. 2. Auila ſupra, Alterius lib. 1. diſput.6. cap.8.verſ.3.præpoſitio*. Eſt contra *Sotum in 4.d. 22.q.1.art.2.ad finem*, vbi docet, excommunicatum recipientem ſacramentum pænitentiæ cū ignorantia culpabili excommunicationis, non recipere ſacramentum, quia inquit poteſt eccleſia reddere talem inhabilem, quod fundamentum iam reſolutū fuit ſuprà, quia hoc eſt quod quæritur, an reddiderit Eccleſia, nullam talem confeſſionem; hanc opinionem poſt *Suarez, Henriquez, Vgolinum, & Sayrum* probat *Bonacina diſpnt.2.q.2.p.1.§.1.nu.3.ad finem*, qui ſubdit *Nauarr. & Auilā*, abſque ſufficienti fundamento exiſtimare, hoc caſu, recipi ab excommunicato tale ſacramentum informe.

Quarta difficultas, pone quòd pœnitēs id igno
66 ret, tamen Confeſſarius ſcit pęnitētē eſſe excōmunicatum, an poſſit abſque peccato adminiſtrare illi ſacramentum pænitentiæ? Reſpondet negatiue *Bonacina de cenſuris diſput. 2. quæſt.2. p.2.nu.4*. & patet ex dictis cum de inualiditate confeſſionis *p.1. recoll. 18*.

Quinta difficultas de eo, qui in præcedenti confeſſione ſiuè culpabiliter, ſiue inculpabiliter, prout ſuprà declaratū eſt in hac 2. *concluſ.*
67 oblitus fuit confiteri crimen, cui erat annexa excommunicatio, & nunc vult confiteri, an debeat repetere illam confeſſionem tamquam inualidam ex eo, quia fuit abſolutus à peccatis, antequam abſolueretur ab excōmunicatione? Præſupponitur enim, illum Confeſſarium non habuiſſe facultatem abſoluendi dictam cenſuram reſeruatam, ſicut habet iſte, cui nunc cōfitetur, quia ſi ille habuit facultatem, iam remanſit abſolutus ab excommunicatione per abſolutionem generalem, ab omni vinculo excommunicationis in quantum poſſum, & indiges *Bonacina cit. §.1.nu.2*.

Hoc præſuppoſito, reſpondetur, non teneri reiterare confeſſionem, ſed ſolum petere abſolutionem ab excommunicatione; nam illa cōfeſſio fuit valida, vt patet per allegata à nobis concluſione ſecunda; fauet *Alterius lib.1.diſp.6. verſ. Caietan.enim, & verſ.his modis probari poteſt tertia propoſitio*, & clarè *Nau.cap.9.nu.3.ad finem, Reginaldus lib.6.praxis n.172.verſ.quarta propoſitio*, quod eſt verum, etiā vbi cōfeſſarius abſoluit pænitētem à peccatis cum intentione

non

Digitized by Google

non abſoluendi à cenſuris *Bonacina cit. §.p. nu.* 2. ex quo patet quòd quando non interuenit ignorantia, vt in caſu primæ concluſionis, vel illa eſt craſſa, & affentata, confeſſio eſt inualida & p cõſequens eſt reiterãda confeſſio, vt ſuppo nunt authores ſupracitati, vide *Moſcoſum apud Dianam p.5.tr.9.reſol.53.*

68 Excommunicatus vt ſupra etiam excommunicatione maiori, & ſi peccet mortaliter ſuſcipiendo aliquod ſacramentum, nullam tamen incurrit pænam eccleſiaſticam, vel irregularitatem, niſi quando ſuſcipit ſacramentum ordinis, quia manet ſuſpenſus ab illius exequutione, quod non ſolum eſt verum in excommunicato ob percuſsionem clerici, vt videtur velle *Hurtado de excommunicatione diſput.4.ſub.n.10.* ſed in excommunicato ob quamcumque cauſam. *cap.1.de eo qui furtiuè ordines ſuſcepit Reginaldus cit.num.172. verſ.3.propoſitio ad medium, Diaz in ſua practica criminali canonica cap.13. in principio.* & alij communiter.

*Abſolutio ſacramentalis data à confeßario excommunicato an iudicanda ſit valida.*

VT quæſitũ iſtud perfectè reſoluatur; Primo quæremus de abſolutione data à Cõfeſſario excommunicato tollerato, & deinde de eadem abſolutione data ab excommunicato non tollerato, hic enim agimus de excommunicato excommunicatione maiori, quia excom municatione minori innodatus, non ſolum validè abſoluit, ſed tantum peccat venialiter etiã quãdo abſoluit à cẽſuris in Sacramento confeſſionis, eſt communis opinio contra *Siluestrum, & Durandum*, vt teſtatur *Vega p.1.ſummæ c.19. de abſolut. caſu* 54. quia ipſe tantum priuatur participatione paſſiua ſacramentorum, vt dixi ſupra.

Circa primam partem quæſiti de excommunicato tollerato, certum eſt primo, quòd quando excommunicatio ipſius Confeſſarij eſt om-
69 ninò occulta, ſit valida abſolutio, quod eſt verum, non ſolum inſpecto iure nouo poſt Concilium Conſtanſienſe; ſed etiam inſpecto iure antiquo antè dictum Concilium, quia ad ſupplendam iuriſdictionem, quæ ſuſpendebatur per excommunicationem, ſemper fuit ſufficiẽs titulus coloratus, & communis error, ita *Auila par.2.cap.6.diſputatione 3.dubio 2.concluſ.1.clarius Alterius lib.1.diſput. 8. cap. 8. in principio*, qui benè probat *verſic.ſed contra, & ſeq.* dictum
70 communem errorem, & titulum coloratum nõ ſolum ſupplere iuriſdictionem quòad temporalia, ſed etiam quoad ſpiritualia, item *verſ.rurſus*. Contra *Couarr. & aliquos Canoniſtas*, non ſolum hoc eſſe verum, quando abſolutio datur à Parocho, ſed etiam quando datur à quolibet Confeſſario habente delegatã iuriſdictionem, ac teſtatur de probabiliori, ac communi.

Difficultas igitur eſt, vbi licèt talis Sacerdos non ſit denunciatus, vel publicus percuſſor clerici, & ſic tolleratus, tamen pœnitens ſcit Confeſſarium commiſiſſe crimen, pro quo incurrerat excommunicationem à iure, vel ab homine, an etiam hoc caſu ſit valida abſolutio data à Confeſſario ſic excommunicato ita vt non teneatur pœnitens reiterare dictam confeſſionem? Nam *Paludanus, & Silueſter*, apud *Alterium lib.1 diſp.8.cap 8. verſ.ſed reſtat adhuc.* Videntur docere, hoc caſu eſſe inualidam vi excommunicationis, & probari poteſt ratione, quam in ſimili refert, poſt alios idem, *Alterius ibidem diſputatione 6.cap.2.verſ.3.quoniam*, nempè quia tunc valet abſolutio data ab excommunicato, quando concurrit error communis cũ titulo colorato; ſed hoc caſu cùm pęnitens ſcit, confeſſariũ eſſe excommunicatum, videtur ceſſare error communis ergo; Minor probatur ex
71 regula illa, quòd veritas præualet errori *c.conſuetudo diſt.* 8. Si igitur ſupponimus hunc ſcire, ergo ceſſat error, &c. Hac tamen ratione non obſtante, ſit.

Prima concluſio: attento iure nouo *Concilij Conſtantienſis relati in extrauagant.ad euitanda*, abſolutio data à Sacerdote excommunicato tollerato pænitẽti conſcio excommunicationis ipſius Sacerdotis, ex ſe, eſt valida, ita *Alterius loco primo citato verſic. Sed hæc ſententia Auil. ſupracitata diſputatione 3.dubio 2.concluſ. 3.* qui teſtatur de cõmuni, *Portell. verbo excõmunicatio num 6. Ledeſma apud Dianam par.3.trac.4. reſol. 59. Sanchez lib.3. de matrimonio diſput. 22. n.32.*

Probatur concluſio ex verbis ipſius *extrauagantis ad euitanda*, ex quibus apparet, quòd excommunicatus Sacerdos habeat veram iuriſdictionem ad abſoluendum extra duos caſus ibi expreſſos, nẽpè denunciationis, vel publicæ percuſſionis clericorum, ſi habet iuriſdictionẽ, ergo validum eſt Sacramentum. Maior patet, quia in *dicta extrauagante*, ad tollendam ſcandala, abſolutè indulgetur, huiuſmodi excommunicatum non eſſe vitandum etiam in participatione ſacramentorum, quod eſt idem, quàm, quòd habeat veram iuriſdictionem ad illa conferenda: Conſequentia patet, nam vt ex ratione dubitandi elicitur, ex eo poteſt oriri dubium de validitate abſolutionis, quia aduerſarij putant, non habere iuriſdictionem, & ſic reſponderi poterit pro nunc ad rationem dubitandi, negando, hoc caſu cenſeri validam abſolutionem ratione communis eeroris. Sed benè ratione diſpoſitionis *Concilij Conſtantiẽſis* quod abſolutè declarat, hoc caſu habere Cõfeſſarium veram iuriſdictionem, aliam reſponſionem ad dictam rationem habetis infra *num.ſequenti*.

Dixi primo in Concluſione, *attento iure nouo Concilij*, quia attento iure antiquo ante dictũ Concilium, aliqui concedunt, abſolutionem præfatam fuiſſe inualidam, *Auila loco ſuprac. verſ.2.concluſ.* quia vt inquit *Alterius cit. cap.2.*



Digitized by Google

*ad finem*, ante dictum Concilium, nullus excommunicatus erat tolleratus, ſed ego dicerem, ſaluo meliori iudicio, hoc non eſſe verum, etiam, conceſſo, quòd ante dictum Concilium nullus excommunicatus fuiſſet tolleratus, quia non per hoc, quod pænitens hoc ſciat, deſinit, ſi alij id ignorant adeſſe errorem communem, vt per *Alterium diſp.6.citata cap.2.verſ.qua verò prò ſecunda opinione*, quòd ſufficiebat ante Concilium ad tribuendam iuriſdictionem, quę eſt ratio, qua probari poteſt id, quod aſſerit, neminē citando, *Dian.q.3.tract.4.reſol.*122. *ad finem*;
74 nempè, quòd ſi pænitens ſciat, priuatum eſſe Confeſſarium iuriſdictione, licèt ipſe Confeſſarius, & cōmuniter populus id ignoret, poterit ipſe pænitens ab illo validè abſolui, quia poſt *Baſilium Pontium*, *&* *Sancium ibidem ab eo allegatum*, *& p.2.tr.2. miſcellaneo reſol.*45. putat, ad tribuendam iuriſdictionem, ſufficere communem errorē, etiam abſque titulo colorato.

Dixi ſecundò. *Si pænitente conſcio*, quia ſi ipſe hoc ignoret, certum eſt, eſſe vaildam dictam abſolutionem, vt per *Nau. cap.9. nu.*9. *Bonacinam loco infrà proximè citando nu.*4.& alios communiter.

Dixi tertiò, *ex ſe*, eſſe validam abſolutionem præfatam, quia poſſet eſſe dicta abſolutio inualida ex alio capite, quàm excommunicationis, ratione ſcilicèt indiſpoſitionis, ipſius pænitentis ad recipiendam dictā abſolutionē, à tali Confeſſario. *Auila ſup.Hurtado diſp.*4. *de excomm. n.* 39. Quod tamen non contingit quoties pænitens abſq. alia neceſſitate, vel vtilitate, ſciens talem Confeſſariū eſſe excōmunicatū confiteretur ei, vt putat *Alterius ſuprac.diſp.8.c.8.verſ.ſententiam Paludani*, quod non placet, ex quo *ſup.ſequenti* ſumus, opinionem contrà *Suarez*. abſolutè docentem, quòd talis excommunicatus tolleratus, ſi inuitatus, & prouocatus, abſolueret, neq. peccaret ipſe, neq. pænitens, ſiuè ſit Parrochus, ſiuè nō, ſiuè paratus, ſiuè nō, quibus ibi citatis, accedit *Fagūdez lib.2.in primū præceptum Eccleſ. cap.*5. *nu.*111. loquens generaliter de petitione Sacramentorum ab iſtis, etiam ſi pæſentes ſint alij Sacerdotes non excommunicati, in terminis *Bonacina poſt Erriquez, & Sayrum, diſp.2.q.2. punct.*2.
76 §.3.*n.*3. qui aſſerit, Sacramentū pænitentiæ adminiſtratum à Sacerdote excommunicato tollerato validum eſſe, non tantum ex parte iuriſdictionis, cùm Sacerdos tolleratus non priuetur iuriſdictione, ſed etiā ex parte pænitentis, cùm pænites non peccet communicando cum excommunicato tollerato, & *n.*4. hoc dicit verum, ſiuè talis ſit proprius Parrochus, ſiue ſit Saderdos alius.

Dicendum eſt igitur, tunc intercedere peccatū mortale reſpectu pænitentis, quòd inualidet confeſſionem, quando ipſe putat non poſſe confiteri illi abſque culpa mortali, v.g. quia ſcit illū non eſſe contritū, vt benè *Nau.cap.9.num.*20. licèt poſtea ſubdat, quòd tunc talis inductio, & perſuaſio ſit peccatū mortale, quando fit abſque vlla neceſſitate, vel debito, quia tunc non adeſt bona fides, quæ bona fides in pænitente requiritur, vt excuſetur à tali peccato mortali, quod habet locum etiam ſi ex alio capite Confeſſor ſit malus, nempè concubinarius, & hoc ſit notum pænitenti, vide allegata per *Dianam p.3.tract.4. reſol.*59. vbi quod talis tantum poſſit peccare venialiter, quando Confeſſarius eſt paratus excipere confeſſiones, vide etiā *Bonacinam diſp.2.q.2.p.1.§.3.n.5.& 6.*

Hæc concluſio ſic declarata. Ampliatur primò, habere locū & ſi Sacerdos exiſtit pu-
78 blicè excōmunicatus, dummodo tamen ſit tolleratus, ideſt non ſit denunciatus, vel notorius clerici percuſſor, ratione de qua ſuprà, quòd ſcilicèt poſt *Concil. Conſtantienſe.* talis non priuetur iuriſdictione abſoluendi, vt etiam dixi *ſup.p.2.recoll.1. num.*88. neque per conſequens hodie reputatur valida dicta abſolutio ratione communis erroris, ſicut ante dictā extrauag. reputabatur abſolutio data ab excommunicato omninò occulto, *Auila loco ſup.*

Ampliatur ſecundò, etiā in caſu quò ipſe Confeſſarius peccaret adminiſtrando Sacramentum pænitentiæ, vt per *Hurtadum diſp.*4.*de excommun.in fine*, quia iam habet iuriſdictionē ſufficientē ipſe Secerdos excōmunicatus ad iſtud Sacramentum validum efficiendum, & pęnitens, vt ſupponitur, non ponit obijcem, quia accedit cū bona fides

Ampliatur tertiò, etiam ſecluſo caſu ne-
80 ceſſitatis, quia cùm adeſt neceſſitas, maximè articuli, vel periculi mortis, non eſt credendum, Eccleſiam voluiſſe priuare fideles Sacramento hoc, in tali neceſſitate, vt patet ex *Concilio Tridentino ſeſſ.* 12. *c.* 7. *de Sacramentis. Auila ſuprac. concluſ.*3.

Ampliatur quartò, vt poſſit talis abſoluere etiam ab excommunicatione pœnitentem *poſt Sanchez lib.3.de matrimonio diſp.*22. *n.*34. *ad mediū*, *Portellius, verb.excōmunicationis n.*6. *ad fint. Rodriq.t.*1.*qq.regul.q.*2.*ar.*12.

Ampliatur quintò, etiam ſi talis Confeſ-
81 ſarius fuit à iudice nominatim excommunicatus præter Doctores allegatos *ſup.2.p. recoll.*1. *num.* 179. accedunt *Conink diſp.*14. *num.*10. *Alter.lib.*1.*diſp.*6. *cap.*2. ſufficit ſi nō ſit denunciatus per cædulones vt infrà.

Quòad ſecundā partē prę ſuppoſito, quòd ex *extrauagante ad euitanda ſæpius citata*, excōmunicatus nō tolleratus ſit, vel qui publicè fuit denūciatus, vel percuſſor publicus Clerici, eſt certum in hac materia, Sacramenta Baptiſmi, Confirmationis, Matrimonij, Ordinis,

Digitized by Google

ris, Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis validè conferri à miniſtro excommunicato non tollerato, vt ex *D. Thoma, & Nau. teſtatur, Auila citata, diſp. 3. dub. 1. in 1. concluſ.*

Tantum remanet difficultas in Sacramẽto pœnitentiæ adminiſtrato à Sacerdote excommunicato extrà caſum extremæ neceſſitatis, nempè articuli, vel periculi mortis, an ſit validum nec ne?

Dixi extrà caſum neceſſitatis, quia *à Concilio Tridentino* data eſt facultas omnibus Sacerdotibus abſoluere à quibuſcunque caſibus in eo articulo, vel periculo mortis, vt latè dixi *2. p. huius tract. recoll.* 8. vbi etiã quãdo hereticus damnatus de he hereſi, validè etiam in hoc articulo abſoluat, quam opinionem poſt *Concil. Trident.* dicit probabiliorem *Auil. ſupra cit. dub. 1. verſ. 4. concluſ.*

82 Quòd etiam hoc caſu, non peccet non tolleratus miniſtrando dictum Sacramentum, *Auila ſup. dub. 2. verſ. 3. concluſio Bonacina diſp. 2 q. 2. p. 2. §. 4. num. 7. Layman lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 2. n. 5. in principio. Diana t. 5. tr. 9. reſol.* 83. vbi poſt *Cornejo.* q non excuſet ab iſta inualiditate neceſſitas, vis, & metus, vbi reperies etiã, quãdo peccet, vel nõ, miniſtrando alia Sacramenta in hoc articulo mortis.

Concluſio: Abſolutio data à Confeſſario excommuniaato non tollerato extrà caſum neceſsitatis, vt ſuprà, etiã ignorãti dictã excõmunicationem, ſeù Confeſſariũ eſſe excommunicatum nõ tolleratũ, eſt inualida, ideoq.

83 habita notitia de dicta excommunicatione, pœnitens tenetur reiterare illã confeſsionẽ.

Eſt propoſitio communis Theologorum, vt teſtatur *Alterius lib. 1. diſp. 8. cap. 7. verſ. quare ommiſſis.* omnes DD. eam docent, vt teſtatur *Auila citata diſp. 3. dub. 1. verſ. ſit tertia concluſio, Suarez, Henriquez, Sayrus, & Vgolinus, quos refert & ſequitur Bonacina ſupra c. §. 4. ſub. n. 3. Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 5. verſ. veruntamen.* Ratio eſt manifeſta, nã ad valorem huius Sacramenti eſt neceſſaria iuriſdictio in Confeſſario, vt eſt certum ex *c. omnis vtriuſq. ſexus de pænitentijs, & remiſſ. & Concilio Florentino in Decreto vnionis, & Trident. ſeſſ. 14. cap. 7.* Sed Sacerdos ex eo, q ſit excommunicatus non tolleratus, eſt priuatus tali iuriſdictione, vt patet ex cap. *ad proband. de ſent. ex re iudicata, & c. Romana de off. Vicarij, ergò.*

Obijcies primò. Valet matrimonium cõtractum coram Parrocho excommunicato, ergo etiam Sacramentum pœnitentiæ. Conſequentia probatur, quoniam actus aſsiſtendi matrimonio nõ eſt actus Ordinis, ſed actus iuriſdictionis, nã aſſiſtit, vt Parrochus eſt. Si igitur non priuatur iuriſdictione Parrochus vt aſſiſtat matrimonio, neque Confeſſarius, vt abſoluat. Reſpondetur negando actum aſsiſtendi matrimonio in Parrocho eſſe

84 actum iuriſdictionis, vel ordinis, quia tantum eſt actus corporalis præſentiæ dans authoritatem, patet quoniam actus iuriſdictionis, & ordinis factus ab inuito, & contrariã habẽte intentionem, eſt inualidus, & tamen videmus, quòd præſentia Parrochi inuiti, ac contrariam intentionem habentis, ſufficit ad valorem matrimonij, vt benè *Alterius ſup. diſp. 8. cap 7.* quidquid *Auila ſup. verſic. ſit ſecunda concluſio,* defendat, ad matrimonij valorem non ſufficere dictam præſentiam.

Obijcies ſecundò, Eccleſia non poteſt mutare eſſentialia Sacramentorum, ergò, neq. priuare Confeſſarium iuriſdictione ad abſoluendum ex eo, quòd ſit excommunicatus. Conſequentia probatur, nàm iuriſdictio in Confeſſario, vt ſuprà etiam dictum fuit, eſt de ſubſtantia Sacramenti pænitentiæ ex inſtitutione Chriſti, ergò ſicut Eccleſia non poteſt facere, quòd hæc iuriſdictio non ſit de ſubſtantia dicti Sacramenti, neque poteſt illam auferre habenti dictam iuriſdictionẽ. Sed reſpondetur faciliter, quòd Eccleſia

85 priuando aliquem Sacerdotem præfata iuriſdictione ad abſoluendum, non mutat aliquid, quod ſit de ſubſtantia Sacramenti, ſed tantum facit, quòd deficiat in miniſtro aliquid, quod requiritur ex inſtitutione Chriſti ad validè conficiendum dictum Sacramentum, quod eſt valdè diuerſum à mutatione eius, quod eſt de ſubſtantia, & à diuerſis non fit illatio, vt ſæpè dictum fuit.

Dixi in concluſione, *etiam ignoranti,* quia dato, quòd Confeſſarius ſit denunciatus, vel publicus Clerici percuſſor in eo loco, vbi

86 talis cõfitetur, & ſi hoc ignoret pænitẽs etiã inuincibiliter, tenetur cum id reſcierit reiterare confeſſionem tali Confeſſario factam, nàm Eccleſia ſupplet iuriſdictionẽ, vbi adeſt error cõmunis, non autem vbi eſt error particularis, hæc tamen eſt differentia inter illi ſcienter cõfitentẽ, & ignoranter, quia primo caſu, quando reiteratur confeſſio, debet pænitens exprimere peccatũ illud etiam, quod comiſit communicando in diuinis cum excommunicato, quod peccatum non tenetur confiteri ignorans, cùm illud non comiſerit, ita *Bonacina diſp. 2. q. 2. p. 2. §. 4. n. 2. & 3.*

Duę difficultates ſolũ remanent nũc explicandæ. Prima eſt, ponamus, quòd aliquis Sacerdos in Hiſpania ſit denunciatus excõmunicatus, vel publicus Clerici percuſſor, tamen hic, quia ignoratur tale impedimentum, obtinet beneficium Parrochiale, vel eſt approbatus ad confeſsiones audiendas, vtrũ confeſsiones hic Neapoli ſibi factæ ſint inualidæ, & an reiterandæ, cùm poſtea notum ſit tale impedimentum. *Palatios apud Auil. infra citandum.* docet, abſolutionem datam à tali excommunicato eſſe inualidam, fundatur forſan in ea ratione, quã adduxi prò ra-

tione dubitandi *ſuprac.par.2.recoll.1.ſub n.182.* quòd ſcilicèt excommunicatus in vna Eccleſia ſit excommunicatus vbique locorum *cap. iure 11.quæſt.3.* quem textum ad hóc allegat *Toletus lib.1.cap.11.ſub nu.1.* hac tamen ratione non obſtante, ſit.

87 Tertia cõcluſio: Sacerdos excommunicatus non tolleratus in vno loco, in alio loco cum ſufficienti licentia audiens confeſſiones, vbi communiter ignoratur, quòd ſit excommunicatus non tòlleratus, validè abſoluit, & proindè non tenetur pęnitens cum id ſcierit reiterare confeſſionem. Præter *Sanchez, Naldum, & Reginaldum, quos citaui*, teſtando de veriori, *loco ſupracitato*, accedunt *Auila citato dub. 1. verſ. hinc ſequitur, Filliuccius tractat. 12. de cenſuris in particulari num:78. Hurtado* qui teſtatur de communi *diſpu.4.de excommunic.num.31.Portellius verbo excommunicatio ſub num.5 poſt alios communiter.* Qui ponunt caſum in terminis de religioſo Apoſtata. Hoc ẽt voluit dicere *Laymã lib.1.tract.5.par.2.c.2.nu.5.ad finem*, vbi limitat noſtram cõcluſionem, *quãdo publicus error facti cum titulo præſumpto interueniat.* Ratio eſt, quia Concilium Conſtantienſe quando declarat, in his duobus caſibus, excommunicatum eſſe vitandum, & ſic non poſſe fideles cum eo communicare in ſacramentorum adminiſtratione, non excludere cenſetur caſum, vbi circa denũciationem, vel notitiam percuſſionis clerici concurreret error communis; ſed de iure, error communis cum titulo colorato dant iuriſdictionem ad abſoluendum, quæ ad validam huius ſacrã adminiſtrationẽ, vt eſt certũ, ergò, & ſi quis ſit denũciatus, vel publicus clerici percuſſor, ſi hic, & nunc adſit error communis, & habeat titulũ, vt ſupra, quia eſt approbatus, &c. non impedit quin Confeſſarius validè non abſoluat. Maior probatur ex regula illa, quòd caſus ommiſſus cenſetur relictus diſpoſitioni iuris cõmunis, item quod lex noua quãdo aliquid non exprimit, declaratur per legem veterem, *l. præcipimus C. de appellationibus*. Minor quod de iure communi, communis error det iuriſdictionẽ probatur in *l.Barbarius de officio Præſidis*, applicãt hũc tex. ad caſũ noſtrũ, *Caiet.& Nauar. apud Auilã ſup.* Cõfirmatur ex eo quod in dicta extrauagante, Eccleſia voluit proſpicere ſaluti fidelium ad euitandos ſcrupulos &c. ideoque dedit iuriſdictionem excommunicato, quando non eſt denũnciatus non alia ratione quam quia poterat eſſe dubium, ergo quando ſtatuit, in duobus iſtis caſibus, excommunicatum non habere iuriſdictionẽ, intelligendũ eſt ẽt vbi hoc eſt certum, & non vbi penitus ignoratur, ne excommunicatus puniretur cum tanto detrimento fidelium, vt inquit *Auila loco ſupracit. verſ.2.nam.*

88 Ad rationem in contrarium faciliter reſpondetur, quòd excommunicatus in vna Eccleſia ſit excommunicatus vbique locorum, vbi talis excommunicatio, ſeu denũciatio communiter ſcitur, non autem vbi communiter ignoratur, vt in caſu noſtro, maxime poſt *extrauagantem*, vt dixi *ſuprac.nu.182.poſt Bonacinam.*

89 Sed ponamus quòd denunciatus alibi, hic communiter ignoretur, ſed tantum is qui vult illi confiteri, hoc ſciat, an ſit valida abſolutio ei data. Reſpondet *Reginaldus lib.1. num.117.* vt retuli *ſuprac.par.2.recoll.1.n.182.verſ.verior.* eſſe validam dictam confeſſionem. Primò ſi bona fide ab eo petat abſolutionem, credens licere tali confiteri, ſecundò quando hic eſt ſuus Parrochus, & alium habere nequit, vt ſupra dixi de ſacerdote excommunicato tollerato; ſicut enim, eo caſu poteſt eſſe inualida confeſſio ei facta ratione in diſpoſitionis pœnitentis, quã do mala fide accedit ad talem confeſſarium, ita etiam dicit *Reginaldus loco ſuprac.* poteſt eſſe inualida in caſu iſto, non autem ratione carentiæ iuriſdictionis, videtc *Conink diſp.14.nu.15.*

Secunda difficultas, vtrum ſit valida confeſſio peccatorum venialium, vel aliàs ritè confeſſorum facta ipſi excommunicato non tollerato? Ratio dubitandi eſt, quia pro abſolutione venialium non eſt neceſſaria iuriſdictio ab Eccleſia, quoniam ſecundũ plures authores, ab iſtis abſoluit quilibet Sacerdos ita *Caietan. tom. 2.opuſculorum tract.ſeptimo.* ſit tamen.

90 Quarta concluſio: abſolutio data à confeſſario excommunicato non tollerato, etiã à peccatis venialibus, vel aliàs ritè confeſſis, eſt inualida ſicut data à mortalibus. hæc concluſio ponitur ab *Auila ſuprac.par.2.cap.6. diſp.3. dub.1. verſ. ſit tertia concluſio*, qui illam probat ex eo, quòd ad abſoluendum à venialibus etiam requiratur iuriſdictio, & hæc iuriſdictio etiam ſimplici ſacerdoti datur ab Eccleſia, & per cõſequens põt d.iuriſdictio ab Eccleſia tolli, vel ligari, ꝙ ẽt latè probaui *ſuprac.p.2.huius tract.recoll.3.num.46.& 47.* Sed hic non deſinam addere, quòd *Vaſquez t.4.in 3.q.93.art.1. dub.6.nu.8.* contrariam defendit ſententiam ex eo, quod ſacerdos iure diuino habeat iuriſdictionẽ, & materiam applicatam reſpectu venialium, quam opinionem dicit probabilem nouiſſimè *Diana t.5.tr.9.reſol.84.*

91 Ex his patet, quare alia ſacramenta adminiſtrata ab excommunicato non tollerato, ſint valida, non autem hoc ſacramentum pænitentiæ, ratio enim eſt, quia ad validitatem aliorum ſacramentorum ſufficit, quod interueniant illa tria ſubſtantialia ipſorum, ſcilicèt materia, forma, & intentio Miniſtri, in hoc verò ſacramento requiritur iuriſdictio etiã in ipſo miniſtro, qua iuriſdictione per nõ tollerantiã excommunicationis, ſtatim quis priuatur, vnde poſt *Suarez, Auilam, & Conink* ſtatuit regulam generalem *Layman loco ſupracitato*, quòd ſcilicèt quotieſcumque *excommunicatus non tolleratus exercet actum prouenientem, aut pendentem à poteſtate iuriſdictionis, irritus cenſendus eſt, puta ſi Epi-*

Digitized by Google

*Epiſcopus confeßarios approbet, vel ipſe aut Parochus deleget alicui facultatē confeßiones audiēdi. aut quoduis ſacramentum adminiſtrandi, itē matrimonio aßiſtēdi. Sin verò actus non requirat iuriſdictionē, ſed ſolū ordinis poteſtatē, cuiusmodi eſt non non tantum ſacramentorum adminiſtratio, ſed etiam variæ benedictiones, & conſecrationes, talia valida ſunt, tametſi fiant à miniſtro excommuni-*

92 *cato*. Hucuſque *Layman*, ſed circa prædicta quæ dicit hic author de approbatione ad confeſſiones audiendas, & delegatione ad aſſiſtendum matrimonio, vel vngendi infirmum, nota contrarium docere plures authores ſcilicet nō eſſe actus iuriſdictionis, vide *Fagūdez lib. 7. in 2. pc. eccleſ. c. 2. n. 44. & Dian. t. 5. tr. 9. reſ. 78. & ſeq.*

Quòd autem talis confeſſarius excommuni-

93 catus, vel alia cenſura irretitus abſoluendo ſacramentaliter abſque neceſſitate, vt ſupra, ſicut adminiſtrans, alia ſacramenta, incurrat irregularitatem, infra cum de *irregularitate, verbo confeßiones audiens in cenſura*.

## *De communicatione paßiua prohibita Fidelibus cum excommunicatis.*

CVm ex ſupradictis habeat confeſſarius quomodo, & quando peccet, ac etiā quando validè, aut inualidè recipiat, aut adminiſtret ſacramenta ipſiſmet fidelibus, pœnitens excommunicatus, rōne cōmunicationis actiuæ cū fidelib', Congruū eſt, vt hic explicemus ea, quæ ad munus eius ſpectant ergà fideles, qui fatentur communicaſſe cum aliquo excommunicato. Et quia in hac materia, vt infra patebit, eſt magna differentia inter communicantes cum excommunicatis vitandis, ſeu nō tolleratis, & excommunicatis non vitandis, ſeu tolleratis, idcirco in primis: & ante omnia quæro.

### *Qui nam ſint excommunicati vitandi, ſeu non tollerati*

REſolutiuè procedendo iuxta noſtram methodum, ſit.

94 Concluſio: Excommunicati vitandi, ſeu non tollerati hodiè ſunt, vel ij, qui à legitimo Iudice pro talibus ſunt denunciati, vel notorij percuſſores clericorum, ità vt nulla tergiuerſatione poſsint celari, &c. Probatur hæc cōcluſio in *extrauag. ad euitanda.* quæ extracta eſt *ex Cōcilio Conſtantienſ. ſub Martino V.* refert iſtam extrauagātem de verbo ad verbum *D. Antoninus* qui viuebat tempore *d. Conc. 3. par. ſua ſummæ tit. 25. c. 3.* à quo illam tranſcripſerunt *Sotus in 4. diſtinct. 22. q. 1. art. 4. Toletus lib. 1. cap. 13. ſub n. 2.* & plures alij moderni, inter quos *Auila 2. parte cap. 6. diſput. 2. dub. 1.* quæ *extrauag.* ità communiter ab omnibus Authoribus intelligitur, & explicatur, vt infrà latiùs patebit.

95 Dixi *hodie*, quia de iure antiquo omnes excommunicati maiori excommunicatione erāt vitandi, & non tollerati, & per conſequens prohibebatur fidelibus, ſtatim, illos euitare publicè, ſi publicè ſciebatur eorum excommunicatio, priuatim, ſi priuatim, excommunicatio illis nota erat, vt habetur in *cap. cum non ab homine de ſententia excommunicationis in can. excommunicatos 11. q. 4. Auila & alii loc. ſupracit.* ex quo infertur, vt contrà *Couarr. & Vaſquez*, etiam ſuprà (loquendo de prohibita communicatione excommunicatis cum fidelibus, dixi)

96 quòd talis communicationis prohibitio etiam quòad diuina, nō ſit de iure diuino, nā ea quæ ſunt iuris diuini ſunt immutabilia, igitur cum videmus contra talem prohibitionem, ab Eccleſia eſſe factam mutationem, ſignum eſt, illam non pertinere ad ius diuinum, ſed ad ius Eccleſiaſticum *can. quoniam multos 15. q. 3.* ità *Suarez Conink Auila Hurtado*, alijque DD. infrà citandi communiter. latè *Epiſcopus Ricciullus de iure perſonarum lib. 4. c. 42.* vbi habes optima corollaria.

Circà hanc concluſionem, eſt difficultas, nam in *Concilio Baſilien.* quod fuit habitum aliquibus annis poſt *Conc. Conſtantien. ſub Eug. IV.* fuit propoſitus hic articulus, quinam excommunicati eſſent vitandi? & concluſum fuit vniuerſaliter, tàm de excommunicatis pro percuſſione Clericorum, quàm pro alia cauſa, eſſe euitandos notoriè excommunicatos, qui nulla poſſent tergiuerſatione celari, &c. Vndè per iſtud Conc. quod eſt poſterius, videtur derogatum, Coſtantienſi, quod fuit priùs, iuxtà Reg. tex. *in l. non eſt nouū ff. de legib.* nempè lex poſterior corrigit priorem, & per conſequens in excommunicatis alia ratione, quàm ob percuſſionem Clerici, non requiritur, quod præcedat denunciatio. Confirmatur, quia eſtò eſſet dictū *Concilium Baſilienſe* poſterius tamen eſt certius quàm *Coſtantienſe*, cum de illo conſtet Authenticè in libris Concil. & de iſto non conſtat niſi teſtimonio *D. Antonini.* Ob hàs rationes *Couar. in cap. Alma mater par. 1. §. ſecundo num. 9.* & ex moderníoribus *Vgolin. tab. 1. de cenſuris c. 13. §. 7.* defendunt, ſtandum eſſe diſpoſitioni *Concilij Baſilien.* His tamen nō obſtantibus, in contrarium eſt communis opinio omniū ferè Doctorum, ſcilicèt ſtandum eſſe diſpoſitioni *Conc. Coſtantien.* relatæ in dicta *extrauagan. ad euitanda*, prout illam refert *D. Antoninus*, & prò excommunicatis ex alia ratione, quam ob percuſſ. Clericorum, ad hoc vt fideles illos teneātur euitare, nō ſufficere, ſi notoriè conſtet de eorum excommunicatione, ſed etiam requiri, quòd præceſſerit denunciatio, tùm quia *d. Conc. Baſilien.* quòad hanc partem non fuit confirmatum à S. Pōtifice, q̄ confirmatio eſt neceſſaria ad hoc, vt

97 Conciliorum decreta obligent ad eorum obſeruantiam, vt eſt certum, de qua re latè *Anton. de Roſſell. in ſuo tr. de Concil.* quod aūt di-

Digitized by Google

dictum Concilium non fuerit confirmatũ, teſtatur *Card. de Turre Cremata in ſuo tract. de Eccleſia lib.* 2. *cap.* 100. cuius teſtimonio, ita fidem adhibuerunt, *Syl. & Nauar.* vt opinionem, quam anteà docuerant prò Conc. Baſilien. omnino mutarent, vt per *Auilam loco ſupracit. verſ. ſecunda opinio vera, & tenenda*, latè *Alterius lib.* 1. *de cenſuris diſp.*6. *c.* 1. *Layman teſtatur de communi alios allegans authores lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 4. *in princ.* qui benè vlterius progrediendo, aſſerunt quòd eſto Concil. Baſilenſ. eſſet confirmatum à S. Pontifice, adhuc nihil obſtaret noſtræ concluſioni, quia præter confirmationem, vt leges
98 obligent, requiritur acceptatio populi, vt ſupponimus ex materia de legibus, & nos videmus nunquam fuiſſe quòad hanc partem, acceptatum dictum Conc. Baſilien. Sed benè Coſtantienſe, conſuetudine vſu, & praxi totius Eccleſiæ, imò orbis Chriſtiani, fuit receptum, & acceptatum, vt præter ſupradictos Doctores, teſtatur *Fagundez lib.* 2. *in primum præceptum Eccleſiæ cap.* 5. *n.* 4. *&* 8. vniuerſali conſuetudine abrogatum fuiſſe circa hoc Concilium Baſilienſe, & generali applauſu receptum Conſtantienſe, teſtatur *Hurtado de excommunicat. diſp.* 2. *num.* 6. quod confirmant ex eo, quia videmus in Anglia, & Germania, Catholicum verſari apud Hæreticos manifeſtos, & cum illis in omnibus communicare abſque vllo ſcrupulo, & reprehenſione Prælatorum. Confirmãtur hæc omnia, vt benè *Alterius ſupracit. verſ.* 4. *ſi ita generaliter*, poſt *Suar.* quod per Cõcil. Coſtantien. verè conſulitur timoratis cõſcientijs, ſicut è contrà per Conc. Baſilien. illaqueãtur magis dictę conſcientiæ, cùm ſępè in dubio verſetur, an crimen ſit æquè publicum, & manifeſtum, vt poſſit dici notorium, quod antea dixit *Nauar. apud Marium Antoninum lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 76. *num.* 14. latè *Comitulus lib.* 6. *reſponſor. moral. q.* 35. procedere dictã extrauag. in omnib⁹ cẽſuris, ac etiã in irregularitate dixi *ſup. p.* 2. *recoll.* 1. *n.* 183. *& ſeq.* & proſequũtur alij DD. ſuprac.

*Excommunicati denunciati, qui nam cenſeri debeant.*

QVæro, vtrum quandò *dicta extrauagans ad euitanda* in alijs excommunicatis, præter eos, qui Clericum percuſſerunt, requirit denunciationem, intelligat etiam comprehendere excommunicatos
99 nominatim per ſententiam iudicis, Aliqui enim Doctores, nempè *Adrianus, Medina*, & alij, quos refert *Alterius cit. diſp.* 6. *cap.* 1. *verſ. confirmatur ex verbis ſequen.* & ex recentioribus, ſequitur *Vgolinus loco ſuprac. num.* 8. docent, non comprehendi in dicta extrauagan. & proinde eſſe etiã euitãdũ eũ, qui proprio nomine à iudice, licèt priuatim in domo coram teſtibus fuit declaratus excommunicatus, publicè quidem ab eo, qui publicè id ſciret, & priuatim ab eo, qui priuatim cognouiſſet, iuxtà ius antiqum, de quo ſuprà mentionem feci ſub *num.* 94. fundãtur hi authores, quia putant, in illa extrauag. eſſe ſermonem de eis, qui generaliter ab homine, ſeù à iure ſunt excommunicati. Iſti .n. dicunt ipſi, non debent euitari, niſi nominatim denunciati ſint in loco publico, ergò quòad illos, qui per ſententiam nomine proprio ſunt declarati excommunicati, ius antiquum remanet in ſuo robore, iuxtà regulam, quòd à lege antiqua non eſt recedendum, niſi quòad ea, quæ expreſsè diſpoſita fuerunt in poſteriori. lege *præcipimus C. de appell. c. cum expediat de elect. in* 6. Confirmari poteſt etiam ratione, nam ideò requiritur à ſupradicta extrauagante denunciatio, ad hoc vt quis ſit certus de dicta excommunicatione: Sed qui ſcit, fuiſſe declaratum aliquem excommunicatum per ſententiam nominatim, redditur certus de excommunicatione, ergò. Ex his, & alijs rationibus, hãc opinionem dicit eſſe ſatis probabilem *Alter. loco ſuprac. verſ. hæ rationes.* His tamen non obſtantibus.

In contrarium eſt non ſolum opinio probabilior, vt probat *Alterius loco ſuprac.* Sed communis vt *Caiet. Conar. Sylu. Nau. Guttierez, citatis*, teſtatur *Auila cit. diſp.* 2. *dub.* 3. *concluſ.* 2. & addendo *Suarez &* Contnk, aſſerit *Layman lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *cap.* 4. itẽ *Vaſquez*, quẽ ſequitur *Hurtado ſuprac. diſp.* 2. *de excomm. n.* 7. Dicit quoq. hanc opinionẽ multò probabiliorem *Nugnus in p.* 3. *d. th. q.* 64. *art.* 6. *verſ. circà ſecundam partem tr. & ſequenti.* Quæ opinio probatur, ſimul reſoluẽdo fundamẽtum aduerſariorum, quod ſcilicèt, & ſi in principio fiat mentio in dicta extrauaganti de excommunicatis generaliter ab homine, vel à iure, tamen quia poſtea determinando, qui nàm excommunicati debeant euitari; ſubdit hæc verba, *niſi ſententia fuerit à iudice promulgata, & denunciata expreſsè, & ſpecialiter.* apertiſſimè indicat, vt optimè *Alterius cit. cap.* 2. *verſ. confirmatur. & clarius verſ. quod ſi quis præcedentia.* non ſufficere, quòd quis per ſententiam nominatim ſit declaratus excommunicatus, quòd ſignificat ly *promulgatam*. Sed etiam requiri denunciationem, quod explicatur per ſubſequens verbũ, & *denunciatã*, ſequitur *Villalob. tr.* 16. *diffic.* 3. *n.* 3. hunc eſſe ſenſum dictæ extrauagantis, ſecundum omnes, qui illam referunt, & ſi in verbis differant, dixit *Fagundez lib.* 2. *in primum præceptum Eccleſiæ cap.* 5. *in principio.* Confirmat *Auila cũ alijs ſuprac.* ex cõmuni vſu fideliũ. Vndè *Nauar. cap.* 27. *n.* 35. *verſ. nota primò*, ad hoc propoſitum dicit *vſum Vrbis, & Orbis habe-*

Digitized by Google

*habere,non vitari excommunicatos antequam ſpecialiter declarentur, & denuncietur*,& proſequitur *Sayrus lib.2. de cenſuris cap.*12. *ſub num* 16.& tenuit *Rota p.*1.*recent. deciſ.*34.*nu.* 14. Ad id,quod dicitur,per ſententiam nominatim latam, quemlibet effici certum de excommunicatione, contrà alium latam, concedimus, ſed negamus hoc hodie ſufficere, iuxtà *extrauag. ad euitandam*, quà inſpecta non ſufficit notorium iuris,quod ef-
100 ficit ſententia; ſed requiritur notorium facti, quod non efficitur, niſi per denunciationem,vt benè tangit *Marius Antoninus lib.* 1.*variar.reſol.c.*76.*n.*13.vide etiã infrà *n.*153.

His ſic declaratis, remanet, vt quæramus, quis nã dicatur in praxi excõmunicatus denũciatus. Prò cuius quæſiti reſolutione, ſit.
101 Concluſio: Denunciatus excommunicatus eſt, qui poſtquã fuit nominatim per ſententiam à iudice competenti excommunicatus, ſeù declaratus excommunicatus, ab eodem iudice competenti in templo, vel in alio loco publico publicatur, vt talis, vel oretenus per Parrochos, vel per ſcripturam alicui loco publico affixo,iuxta morem Regionis,vt poſt alios authores ſuprà dixi 2.*par. huius noſtri tractatus, recoll.*1. *ſub num.* 178. quibus illic allegatis addo *Auilam, & Laym. locis ſupracit.* & *Hurtado diſp.*2. *de excomm. num.*7. *Bonac. diſp.*2.*de cenſuris q.*2. *puncto* 1. §.1.*num.*2. Dixi *ſecundum morem Regionis*, qa in aliquibus locis,mos eſt vt denuncietur à Parrocho in templo,dum maior ibi eſt cõcurſus,qui mos ſeruandus eſt, vbi ille viget, & fideles tales denunciatum, euitare tenentur,quia vt inquit, & optimè *Villalobos p.*1. *ſumma tract.*16. *diff.*3. *num.*3. *ad finem, para eſta publicacion,baſta, que ſe haga en la manera, que communemente la ſuelen hazer los iuez.* Sed communis, & vſitatior modus eſt per ſcripturam loco publico affixam, quam vocant cedulones, ſupponunt omnes præcitati ſcribentes vt percipitur ex *Sayro d. cap.* 12. *num.*12. *ad finem & lib.* 1.*c.*13.*num.* 22. *Genuenſi in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolita-*
102 *na c.*23.*&* 24. *Graſſio de arbitrijs confeſſariorum lib.*1.*c.*41.*n.*2. ibi *ex hoc inoleuit practica, vt excommunicati publicentur in litera groſſa, & hoc ideò fit, quia non cadit ignorantia circa ea, quæ publicè fiunt.* in ſpecie,vt quis ſcilicèt non repelli poſſit à iudice, niſi probetur denunciatio excommunicationis per cædulones, *Marius Antoninus lib.*1.*variar.reſol. c.* 76.*n.*8.qui teſtatur de ſtilo Rotæ Rom.& in
103 Concilio Prouinciali Mediolan.habetur, ꝙ excõmunicatus ab Epiſcopo,& denunciatus,publicetur ad valuas Cathredalis,& Parrochialis Eccleſiæ, tùm à Curatis, & Diæceſanis,qui prima ſaltim Dominica die cuiuſq. menſis, illum populo denuncient vſque ad abſolutionẽ,& in alio Concilio Prouinciali-quòd in omni Sacriſtia habeatur tabella cum nominibus omnium excommunicatorum, & interdictorum. Refert *Gauantus in Manuali Epiſcoporum verb. excommunicatio, num.*40.*&* 47.qui ibidem *num.*39.refert etiã declaratum fuiſſe per *S.Congregationem Epiſcoporum, & Regularium* 14.*Nouembris* 1592. *nullam excommunicationem deberi ferri ab Epiſcopo pontificali induto, neque poſſe pingi excommunicatum inter Demones*, de qua re adeſt *conſtitutio Pij IV.* vt per *Zerolam in Praxi Epiſcopali verb. cedulones, Genuen.* latè de hac materia in *Praxi Archiepiſcopali cap.* 1.*in prima impreſſione, Riccius p.*5.*praxis reſol.*14.quod poſſit apponi imago Sãctorũ, ac etiam Saluatoris in dictis cedulonibus, notat *Nouarius in Summa Bullarum, cum de cedulonibus*, &c.

Ex quibus concluſionibus ſuprà poſitis,
105 infertur primò, quòd ſi video aliquem traſgredientem legem continentem pœnam excommunicationis ipſo facto,non per hoc illum ſtatim euitare debeo,ſi non ſit denunciatus,vt contrà *gloſ. Bernardi in cap. à nobis el primo de ſententia excommunicationis*, docet poſt alios *Sayrus cit.cap.*12. *num.*17. aſſerens, gloſæ opinionem eſſe falſam, *Nugnus loco infracitando verſ.* 2. *notandum ad finem*, ibi *quòd etiam ſi ſuperior præcipiat alicui particulari ſub pœna excommunicationis ipſo facto; ne faciat aliquod, & poſtea tranſgreditur tale præceptũ, talis eſt tolleratus ab Eccleſia donec &c. Auila loco ſuprac.du.*3.*Alter.li.*1.*diſp. cap.*3.*in principio Portellius in ſuis dubijs Regularibus verb. ſuſpenſio nu.*4. vbi habet hæc verba *ſi Prælatus ſit ſuſpenſus, vel excõmunicatus nõ debet euitari, & ab officio ceſſare donec declaretur per iudicẽ competentem, maximè ſi crimen ſit occultum, extrau.ad euitanda, neq. iſta declaratio poteſt fieri abſq. citatione culpati*

Infertur ſecundò, non teneri me euitare
106 notorium excommunicatum, niſi etiam ſit denunciatus, *Graffius p.*2. *deciſ. lib.*4. *cap.* 11.*num.*5. vbi de concubinario publico.

Infertur tertiò, neque teneri me euitare
107 eum, qui ore ſuo proprio faſſus eſt, commiſiſſe crimen, cui annexa ſit excommunicatio, vel aliundè id ſciã per teſtes fide dignos,vel per famam publicam, *Layman ſup. n.*5.*Auil.loco ſuprac. dub.*2.*verſ.ex dictis, ſequent. Hurtado diſp.*2. *de excom.n.*6. *ad finẽ.*

Infertur quartò, neque teneor euitare eũ, qui nominatim ſcio fuiſſe declaratũ excõmunicatũ à iudice in domo ſua, vt dixi ſup.
108 ſub *n.*99.ita poſt *Henriq.Sayr.ſup.n.*17. *ad finẽ*,& omnes alij Doctores ſupracitati communiter, *Auila ſup.dub.*3.*verſ.*3. *concluſio.*

Dixi à iudice competenti, quia à nullo poteſt quis denunciari excommunicatus,niſi à ſuo iudice competenti, alias non valet denunciatio, *Auila loco ſuprac. verſ. hinc ſequi-*

Digitized by Google

*quitur*, qui ex hoc infert, quòd ſi Regularis iam exemptus violet legem, etiam publicè, continenentem pœnam excommunicationis ipſo facto incurrendæ, non poſſit declarari excommunicatus ab Epiſcopo, de qua re egi *ſup. recoll. praecedenti num.* 491.

Sequitur quintò, non teneri nos euitare publicos, & notorios excommunicatos, quia adhuc poſſunt eſſe tollerati, vt præter allegatos ſuprà *à n.*61. habetur per *Nugnũ in 3. p. D. Thomæ q. 64. art. 6. verſ. circà ſecundam partem tr. & q. 82. art. 9. Villalobos tr. 17. diffic. 4. n. 1. ad finem*, ibi *de ſuerte, que no eſtamos obligados a euitar los publicos deſcomulgados ſino es, que ſean denunciados.* Sed hinc inſurgit difficultas, ponamus quòd aliquis nõ ſolum per ſententiam ſit declaratus Hæreticus, ſed etia prò tali publicè denunciatus, ſeù de alijs criminibus, quibus notum eſt, annexã illis eſſe excommunicationem. Quæritur vtrũ tũc cenſeatur etiã denuuciatus excommunicatus, ita vt fideles teneantur eum euitare, *Auila ſup. cit. diſp. 2. dub. 3. verſ. ſed eſt primò notandum.* qui negat, aliquem teneri euitare eum excommunicatum, qui tantum fuit declaratus excommunicatus per ſentẽtiam nominatim; affirmat hoc caſu, cenſeri hunc talem etiam denunciatum excommunicatum, & teneri fideles eum euitare, ſic etiam ex recentioribus *Suarez, & alij, quos ego ſequutus fui 2. p. huius noſtri tractatus recoll. 1. num.* 209. quibus accedit *Bonac. de cenſuris diſp. 2. q. 2. punct. 1. §. 1. n. 2. verſ. exiſtimo*, ea ratione, quia ea, quæ tacitè inſunt cenſentur expreſſa, *l. cum quid ff. ſi certum petatur*, quẽ textũ ad hoc allegat *Afflictus dec. 3. nu. 5. & Nugnus in 3. p. D. Thom. q. 81. art. 9.* hãc opinionẽ dicit valdè probabilẽ *Villalob. loco ſuprac. nu.* 4. vbi ſubdit *y anſi ſe vſa en las Religiones quando declaran alguno por apoſtata.* Et nunc addo doctrinam *Baldi in l. fin. col. 10. de haredibus inſtituendis*, vt ſcilicèt quando expreſſum ſequitur tacitum, tunc id tacitum expreſſum quoque cenſetur, refert *Tiraquellus in tract. de ll. connubial. gloſ. 7. nu.*
110 179. opinio tamen contraria, quòd talis non cenſeatur excommunicatus, quam docet præcipuè *Couar.* eſt probabilis, & poteſt quis eam ſequi, vt ibidem dixi, & præter ibi citatos prò ea, accedunt *Hurtado de excomm. diſp. 2. verſ. addimus, &c. Megalius 3. p. lib. 2. c. 6. ad finem, Fagundez lib. 2. in primum praeceptũ Eccleſiæ c. 5. n. 6.* qui ſequitur hãc opinionẽ fauorabilem, & ſi fateatur contrariam eſſe cõmunẽ. Iſta opinio probari poteſt ratione, de qua ſuprà meminimus, quod ſcilicèt poſt Conc. Coſtantienſe non ſufficiat notorium iuris de excommunicatione, ſed neceſſariũ ſit notorium facti, at quòd hæreticus v. g. ſit excommuuicatus, eſt notorium iuris, igitur non ſufficit ad hunc effectum. Accedit poſt hæc ſcripta *Diana to. 5. tract. 9. reſol. 62.* Ampliat *Sanchez in ſua ſumma lib. 2. cap. 9. n. 4.* etiã vbi quis declararetur incurriſſe omnes
111 pænas hæreticorum, vel alterius delicti, prò quò etiam ſit lata excommunicatio, hãc ampliationem dicit probabilem *Fagundez lib. 2. in primum praeceptum Eccleſiæ cap. 5. n. 6.* vbi latè de materia iſta, & ſi fateatur contrariam ſententiam eſſe tutiorem, & probabiliorem, ratio qua redditur probabilis iſta ampliatio, ſecundùm hunc authorem eſt, quia adhuc multi poſſunt neſcire, illũ incurriſſe excommnnicationẽ, & ſic militat ratio *extrauagantis* ad euitanda, quidquid contrarium doceat *Bonacina loco ſuprac.*

### *Denunciatio excommunicationis à quo debeat fieri, & qualiter.*

QVidquid ſit de acceptione huius vocabuli *Denunciationis* reſpectu excommunicationis, vel aliarũ cenſurarum de iure antiquo, vbi variè accipitur, vt præſertim in *can. debent 11. q. 3. & cap. ad Apoſtolica de re iudicata in 6. cum concordantibus*, vbi acci-
112 pitur prò ſollemnitate, & cæremonia, qua ſolebat fulminari ipſa cẽſura; Hodiè de iure nouo, certum eſt poſt *Concil. Conſtantienſe.* accipi prò promulgatione nominis excommunicati, cum cauſa, ob quam ſit excommunicatus, facta ad finem non ſolum vt ipſe rubore ſuffuſus, citius reſipiſcat, ſed etiã vt ab alijs euitetur *Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana c. 23. n. 2. in ſecunda editione*, & fit, vel mediantibus Parrochis, aut alijs Sacerdotibus inter Miſſarum ſollemnia quãdo maior eſt in Eccleſia populi frequentia, vel in ſcriptis per ſchedulas, quas vocant cædulones in valuis Eccleſiæ Cathedralis, Parrochialis, aut alijs locis publicis, vbi edicta affigi ſolent, affixos, ſecundùm morem Regionis, vt dixi ſuprà, quibus illic allegatis addo *Alterium lib. 3. de cenſuris diſp. 3. cap. 3. verſ. reſpondendum eſt.* Hoc poſito, quò ad
113 primam partem quæſiti, à quo fieri debeat denunciatio? Reſpondent Doctores cum diſtinctione, aut loquimur de denunciatione excõmunicationis nouæ, vel declarat. cẽſuræ latæ iã à iure primo caſu facienda eſt denũciatio ab eodẽ, qui ſententiã protulit excõmunicationis, ꝙ eſt verũ, ſiuè talis ſit iudex ordinatius, ſiuè delegatus, vt per *Riccinllum loco infracit. num. 6.* Secundo verò caſu, vel prò iure intelligimus ſtatutum Epiſcopi, & debet fieri denunciatio ab ipſo Epiſcopo, idem dices de excommunicatione lata per ſententiam generalem, vel prò iure intelligimus ius commune, aut conſtitutiones S. Pontificis, & tunc ſufficit ſi fiat à iudice Eccleſiaſtico ergà ſibi ſubiectũ ratione delicti, ita *Alterius loco ſuprac. verſ. ſecundò dubitare poteſt*

Digitized by Google

*poteſt, Ricciullus lib. 4. de iure perſonarum cap.*
*62. num. 6. & 12.* ante hos omnes *Sayrus lib.*
*1. c. 13. num. 20. & 21. de cenſuris*, concordant
*Toletus lib. 1. cap. 13. nu. 3. & Fagundez lib. 2.*
*in primum præceptum Eccleſiæ cap. 5. num. 3.*
Dum aſſerunt, dictum *Abbatis, & Innocentij,*
*apud citatos auctores*, nempè denunciationē
poſſe fieri per Ordinarium ipſius excommu-
nicati, etiam ſi ipſe Ordinarius illum nō ex-
cōmunicauerit, intelligi deberi de excōmu-
nicatione lata à iure nō autē lata ab homine.
Sed iſta doctrina ſecundū me poteſt habe-
re plures ſenſus. Primus eſt, quòd hoc caſu nō
ſit neceſſe, vt Pontifex denunciet excom-
municatum eum, qui contrauenerit iuri
communi, vel conſtitutionibus Pontificijs
in eo, quod habet cenſurā annexā, ipſo facto
incurrendam, & hoc eſt certū, quia id poteſt
alius Ordinarius, dummodo ſit iſte talis, illi
ſubditus ratione delicti, & ſic conueniunt
cum *Alterio, & Ricciullo locis ſupracitatis,*
quia ad dictum iudicem ratione delicti,
114 ſpectat ferre declaratoriam excommuni-
cationis incurſæ à iure, & per conſequens
etiam denunciationem ferre, quod pertinet
ad exequutionem ipſius declaratoriæ. Secū-
dus ſenſus eſſe poterit, quòd etiā iudex, qui
non declarauit, talem incurriſſe dictam cen-
ſuram latā à iure, modo de quo *in præced. re-*
*coll.* poſſit aliquē denunciare pro cenſurato,
dūmodo ab alio fuerit iā declaratus talis, &
non benè procedit, quia ſi poſt declarationè
ab eodē iudice ratione delicti nō fuit etiā de-
115 nunciatus, alius Epiſcopus, vel iudex abſq.
requiſitione illius, non poterit eum prò tali
denunciare in ſua Diæceſi, & ſic intrat regu-
la adducta per *Toletum, & Fagundez*, cauſa
per vnum cepta, non poteſt abſque cauſa, per
alium perfici. Alter .n. Prælatus poterit de-
nunciare, quando ſcit, à ſuo iudice fuiſſe iam
denunciatum, ſiuè eo caſu, quo fuit requiſi-
tus ab illo, ſiuè non, & ſic intelligo *Ricciullū*
*loco ſuprac. n. 9.* ſimpliciter docentē, *vt etiam*
*ſi requiſitio non fiat, poſſit quilibet Ordinarius*
*ex officio prò ſalute animarum, denunciare eos,*
*quos ſcit eſſe denunciatos*, DD. enim ab eo al-
legati loquuntur de denunciatione, prout
iure antiquo ſignificat idem, quàm declara-
tionem excommunicationis; præter quàm
quod loquuntur non de quocunque Ordi-
nario ſimpliciter, ſed de Ordinario, à quo
poſt ſententiam cenſuræ fuit appellatum, vt
eſt videre per *Innocentium ab eo allegatum*
*in cap. paſtoralis num. 1. ad finem de appellatio-*
*nibus*, qui ſi rectè ponderetur, non loquitur
de declaratione excommunicationis iam la-
tæ à iure, ſed de ſententia noua à iudice lata,
dùm ſupponit, appellationē fuiſſe interpoſitā
poſt ſententiam, nam talis appellatio, quando
eſt à declaratoria, ſuſpendit illam, & impedit
denunciationem, niſi notoriè conſtet de cō-
trario, vt dixi *recoll. præcedenti.* confirmatur
ratione, quia donec denuncietur à iudice,
qui eum ſententiauit, vel declarauit excom-
municatum, præſupponendum, non eſſe obli
gationē denunciandi & ob aliquas probabi-
les cauſas exiſtimare, eſſe expediens, & vtile,
denunciationem nō fieri. vt per *DD. ſuprac.*
Sed quia feci mentionem de requiſitione,
quæro vtrum Ordinarij aliarum diæceſum
vbi forſan reperitur excommunicatus, requi
ſiti ab Epiſcopo, (qui excōmunicauit, vel de-
clarauit illum excommunicatum, & etiam
116 denunciauit in ſua diæceſi) teneantur illos
denunciare, etiam ſi ei conſtaret excommu-
nicationem, vel declarationem ab eo iudice
latā, eſſe ipſo iure nullā, vel in iuſtā. Hāc quę-
ſtionem latè tractat *Alterius loco citato cap. 4.*
vbi hac occaſione agit de illa alia quæſtio-
ne, vtrum non ſolum iudex poſſit iudicare
ſecundùm allegata, & probata contrà veri-
tatem, quam ipſe nouit vt priuata perſona,
de qua re dixi *ſup. recoll. præced. à n. 591.* Sed
117 etiā exequutor, cui cōmiſſa eſt denūciatio,
ſi verè ſciat, ſententiam excōmunicationis,
vel declaratoriam eſſe iniuſtam, vel nullam
poſſit excommunicatum publicè denuncia-
re, qui ſuo more cum *Suarez* (& ſi nun-
quam illum alleget) *diſp. 3. ſect. 5. n. 5.* quatuor
dictis illam reſoluit. Primum dictum eſt
quod quoties exequutori certò conſtat, ſen-
tentiam excommunicationis eſſe nullam,
quacunque ratione id ſciat, non poteſt illam
licitè denunciare, exemplum poteſt eſſe de
eo, qui requirit, vt denunciet aliquem excō-
municatum poſt appellationem legitimam,
aut recuſationem, vel abſq. aliqua citatione,
in caſibus, in quibus eſt nulla dicta ſenten-
tia, vt declaraui loco ſupracitato, fauet *Inno-*
*centius in cit. cap. paſtoralis n. 2. de appellat.* Se-
cundùm dictum *Alterij*, eſt quòd quando
conſtat ſententiam eſſe iuſtam ex allegatis, &
probatis, tamen iniuſtam ratione cauſæ, quia
ipſe certò habet priuatam ſcientiam de illa
iniuſtitia, poſſe exequutorem, imò debere
ſuperiore præcipiente, illam denunciare.
Tertium dictum, quòd quando exequutor
habet priuatam ſcientiam de iniuſtitia ſen-
tentiæ, ignorat autem, vel dubitat an ſit iuxà
allegata, & probata, debeat procurare coram
ſuperiore communi, vt cogat excommuni-
cantem, vel reuocare ſententiam, vel eum
eximere ab officio exequutoris, ſi autem nō
poterit id obtinere teneatur denūciare. Quar
tū dictū eſt, quod vbi mero exequutori con-
ſtet ſufficienter, eſſe iniuſtam ſententiam ſe-
cundum allegata, & probata, & ſic non ſolū
eſſe iniuſtā quòad ordinē iudiciarium acci-
dentalem, non poteſt, nec debet talem ſen-
tentiam exequi denunciando &c. ex quibus
patet *Alterium* non decidere caſum noſtrū
in terminis, qui non eſt de exequutore, ſed

Hh de

Digitized by Google

118 de alijs Ordinarijs vbi moratur ipſe excõmunicatus, de qua re, *gloſa in cap. Iuræ* 11. *q.* 3. *verbo Epiſcopis*, dicit hæc verba, *ubi habes, quòd litteris Epiſcopi creditur, quãdo ſunt redacta in publicam formam, & quòd præſumatur pro ſententia iudicis, quòd ſit iuſta ex animo, & ex cauſa*, proſequitur *Sayrus loco ſupræ.* adde *textum in cap.* 1. *de treuga, & pace*, vbi expreſsè habetur, quòd in hoc, Epiſcopi tenentur ſibi mutuũ cõſiliũ, & auxiliũ præſtare, & notat *ibi gloſa verbo conſiliũ, & Abbas ibi ſubdit ſpectare hoc ad iuſtitiam*, cũ vna iuriſdictio debeat aliam adiuuare. Quòd verò dicti Epiſcopi requiſiti debeat dictam denũciationẽ admittere abſq. quòd cognoſcant de iuſtitia excommunicationis, patet *ex eod. textu*, ibi *imò ſcriptam ſententiam quiſq. confirmat* vbi *gloſa verbo confirmat*, ſubdit, *ideſt obſeruet, & ita ipſo facto confirmat, aliàs, nec infirmare poteſt, cùm non habeat imperiũ par in parem*, clarius *Innocentius in dicto cap.* 1. qui ly *confirmet*. explicat, *ideſt publicè denunciet*, in
119 ſpecie, hoc debere exequi Epiſcopũ requiſitũ nõ viſo proceſſu in facti cõtingentia reſpõdit *S. Congreg. ſuper negotijs Epiſcoporũ, & Regulariũ* 16. *Nouemb.* 1582. *in vna Tropien.* refert
120 *Ricciull. cit. c.* 62. *n.* 11. Pęna Epiſcopi nolẽtis præſtare ſuũ cõſenſũ in affixione cædulonũ, habetur in *dicto c.* 1. *de treuga, & pace* ibi *ordinis ſui periculo ſubiaceat*, vbi *gloſa verbo periculo.* ſubdit, ideſt excommunicationi ſubijciatur, ſed hanc pænam non poteſt fulminare Epiſcopus requirens auxilium, ex eadẽ ratione, quòd par in parem non habet imperium, ita *Petrus de Arcbarano in cit. cap.* 1. *n.* 5. Sed eius ſuperior nempè Archiepiſcopus inſtante excommunicatore *Sayrus lib.* 1. *c.* 13. *num.* 21. *ad finem.* Sed quid ſi cædulones reperiantur affixi in alterius Diæceſi abſque
121 requiſitione, vt ſuprà, an operentur ſuum effectum, nempè vt obligent fideles ibi exiſtentes, eum vitare. Reſpondeo operari ſuũ effectum, quia ſufficit, notum eſſe, ꝙ quis ſit alibi denunciatus, vt etiam extrà illum locum, & per totum mundum, quis teneatur illum euitare, vt omnes Doctores ſupponũt prò certò, quidquid ſit de alijs actibus reſpicientibus iuriſdictionem contentioſam, qui ſunt nulli, ſi fiant in aliena Diæceſi, niſi illius Epiſcopus cõſentiat. de qua re vide *Ciarlini in ſuis controuerſ. c.* 60. qa verò ex tali affixione furtiua abſq requiſitione, ſolet reſultare ſuſpicio quædã, ideò quãdo cõſtaret notoriè Epiſcopo huius Diæceſis, ſententiã fuiſſe nullã poſſet de facto, curare, vt vel remoueantur cędulones, vel declarẽtur per aliã ſcripturã in eodẽ loco publico affixã, nullitates dictæ ſententiæ, iuxta primũ dictũ *Alterij* ſuprà relatũ *ſub n.* 117. quia ſi poteſt licitè nõ denũnciare exequutor, eò magis Epiſcopus, qui eſt iudex illius, contrà quem ſunt affixi cædulones excõmunicationis nulliter latæ, & cui conſtat de dicta nullitate, & ſi n. iuridicè nõ poſſit declarare nulla dictam ſententiam *M. Anton. lib.* 3. *reſol.* 13. tamen poteſt remouere cædulones abſque ſui licentia affixos in ſua Diæceſi, notas faciendo populo, ad ſedandas conſcientias ſuorũ ſubditorũ cauſas, ob quas prætendit pars quòd dicta denunciatio, ſeù affixio furtiua cædulonum nõ afficiat ipſam partem, vt & audiui aliquando practicatum.

Circà ſecundam partem quæſiti, qualiter debeat fieri dicta denunciatio, ſolùm poteſt dubitari, an denunciatio iſta fieri poſsit abſq.
122 noua citatione partis *Alter. cit. c.* 3. *verſ. tertio dubitatur*, proponit hoc dubium, ſed pace ſua non benè reſoluit, cum confundat denunciationem, & declarationem excommunicationis, vndè concludit, dictam denunciationem eſſe ipſo iure nullam, ſi fiat non præmiſſa citatione, niſi factum ſit notorium, de qua re egi ſuprà *recoll. præced. n.* 609. quibus illic allegatis adde *Iuliũ Cartariũ penè innumeros citans deciſ. criminali Curiæ Archiepiſcopalis Mediolan.* 61. *à num.* 21. vbi de eo, qui abſque citatione fuit declaratus, & denunciatus excommunicatus ob percuſsionẽ Clerici. Vndè *Riccius in collect. deciſ. p.* 4. *collect.* 869. quãdo ait, quod excõmunicatio lata abſque citatione, & monitione, vel iuris ordine teneat, licèt ſit iniuſta, debet intelligi de citatione impropriè ſumpta, ſcilicèt prò vt eſt idem cum monitione canonica, non autem de citatione propriè ſumpta, vt dixi *loco citato n.* 597. *Clarius* igitur *Ricciullus cit. lib.* 4. *de iure perſonarum cap.* 62. *nu.* 15. Reſpondet quòd denuntiatio fieri etiam poteſt, parte non citata, refert plures Doctores, in ſpecie *Bellamerã deciſ.* 411. vbi expreſsè dicitur, quòd denunciatio, partis vocationem non requirit, quia nõ eſt actus iuriſdictionalis, cũ poſſit fieri poſt appellationem per iudicem à quo, intellige etiam ſi ſententia excommunicationis non eſſet noua, ſed declaratoria, ſed ſuper facto notorio, vt ibid. ſubdit *Bellamera ad finem* ibi, *quòd ſuper notorio procedebat*, & hoc vult dicere *Ricciullus ibid. num. ſeq.* quando ſubdit, *quòd intelligendum eſt dummodo non fiat poſt declaratoriam, à qua ſit interpoſita appellatio, quia tunc non ſolùm requireret partis citationem, ſed eſſet nulla niſi eſſet facta ſuper notorio*, quaſi dicat, quòd quã
123 ſumus in declaratoria, à qua datur appellatio ſuſpenſiua, ſi fuit per partem appellatũ, & iudex prætendit fuiſſe latam cenſuram prò facto notoro probato in proceſſu, nec fuit inhibitum à iudice ad quem, iuxtà ea, quæ dixi *recoll. præced. nu.* 655. *& ſeq.* debeat citare ad videndum denunciari, & contrà ipſum affigi cædulones, nõ obſtante appellatione, ex quo ſumus in facto notorio, ſed adhuc iſto caſu, non puto eſſe neceſſariam in



Digitized by Google

rigore dictam citationem, quia citatio non requiritur vbi citatus non poteſt ſe opponere actui, *Seraph. deciſ. 104.* quod eſt idem cum eo, quòd *eadem Rota deciſ. 1. de officio delegati nu. 2. in nouis.* dixit, ſcilicet quòd non ſit neceſſaria citatio eius, qui non poteſt contradicere, ſed ſtante facto manifeſtè notorio excommunicatus non poteſt contradicere ipſi denuntiationi, ergò & hoc volunt *Affl. Grāmatic. Maſtrillus, & alij allegati per Ricc. in collectaneis deciſ. p. 6. collect. 2412. verſ. 6.* quòd vt poſſit procedi parte non citata, debet conſtare notoriè non competere alicui ius, aut defenſionem. Prò caſu, quando tractatur de denunciatione eius, qui de nouo fuit excommunicatus, non requiratur citatio, etiam ſi appellauerit ab ea, præterquam quod ſupponunt omnes Doctores; Probatur loquendo, conſequenter ad ea, quę dixi ſup. quòd denunciatio nēpè eſt exequutio quędā dictę ſentētiæ excōmunicationis, vel alterius
125 cenſuræ, exequutio autē ſententiæ poteſt fieri abſque partis citatione, & vocatione, vt allegatis pluribus deciſionibus, notat *Riccius loco ſuprac. verſic. quarto poteſt fieri, &c.* quòd etiam aliquando excommunicatus comparens ante affixionem cædulonum, & petēs abſolui, adhuc poſſint affigi cædulones, vide *praxim Archiepiſcopalem cap. 24. n. 1. & 24.* Quòd Epiſcopus requiſitus prò affixione cędulonum contrà excommunicatum, ibi cōmorantē non teneatur ante conceſſam licētiam affigendi; citare dictum excommunicatum; patet ex ſupradictis, ſi enim non habet cognoſcere de cauſa, ob quam fuit excommunicatus, tantò magis non tenetur ad illum citandum; ipſe enim eſt merus exe-
126 quutor, qui procedit ſine citatione, *Ricc. ſuprac. collect. 2412. verſ. tamen contra.*

Quod dixi *ſuprà recoll. praeced. n. 817.* per-
127 tinere ad iudicem à quo affigere cædulones, vbi ſententia cenſuræ fuit confirmata à iudice ad quem fuit appellatum, intellige quando iudex à quo erat Ordinarius, quia ſi fuit iudex delegatus, & appellatio fuit facta ad iudicem delegantem, tunc ipſe iudex delegatus deferendo appellationi, & tantò magis delegans inhibendo, ita reuocatur à delagato iuriſdictio, vt nō maneat amplius iudex *Alter. lib. 3. diſp. 5. verſ. quinto dubitat Abbas,* qui etiam loquendo de Ordinario à quo fuit appellatum poſt ſententiam excommunicationis nouam, non declaratoriam, poſt *Panormitanum* quærit, an ſi iudex ad quem
128 præcipiat iudici à quo ne excommunicatum, qui appellauit, denunciet, teneatur parere, & reſpondet affirmatiuè, niſi eſſet excōmunicatus prò manifeſta offenſa; & præter ab eo allegatos, dixit etiam *Innocentius in c. paſtoralis de appellationibus.*

*Quæ notitia, ſeu ſcientia denunciationis requiratur ad hoc, vt quis teneatur euitare excommunicatum denunciatum.*

IN materia huius quæſiti, aliqua ſunt certa, & aliqua ſunt dubia. In primis certū eſt, non eſſe neceſſarium, quòd quis perſo-
129 naliter videat denunciare aliquem pro excommunicato vel videat, & legat cædulones, ex quibus pro tali denunciatur, ita *Sayrus lib. 2. de cenſuris cap. 12. nu. 22. in principio, Auila p. 2. cap. 6. diſp. 11. dub. 11. in 2. concluſione,* ſi autem videret, & legeret, vt ſuprà; non ſolum haberet ſcientiam, & notitiam, ſed etiam euidentiam, ideò ex quo quærimus hic de certitudine morali, quæ ſufficit in moralibus, circà quæ verſamur. Præſupponimus igitur hunc, de quo quærimus, qui *ſcientiam, vel notitiam* debeat habere talis denunciationis, non vidiſſe, neque legiſſe tales cædulones iam affixos, dixi *iam affixos*
130 quia ille, cui traditi ſunt dicti cædulones, vt illos affigat, & denunciet, non tenetur vitare ante affixionem, & denunciationem, vt poſt *Syl. & Nau. notant omnes Doctores ſupracitati in praecedenti quaeſito, in ſpecie Auila ſuprac. diſp. 2. dub. 3. verſ. hinc colligo, Hurtado diſp. 2. ſub nu. 7. & Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 4.*

Secundò eſt certū, quòd quando ipſemet excommunicatus ore proprio extrà confeſ-
131 ſionem fatetur ſe eſſe denunciatum, tenetur quis eum euitare, ex regula illa, quòd nulla maior probatio, quàm propria oris cōfeſſio *Auila loco primo citato verſ. 4. concl. Bonac. diſp. 2. q. 2. puncto 6. §. 2. n. 43.*

Tertiò eſt certum quoque, non teneri nos euitare eum, quem ex dicto vnius dumtaxat teſtis audiuimus eſſe dununciatum, dictum enim vnius, eſt dictum nullius, vt habet vulgatum proloquium, ita ſupponunt omnes Doctores in modo loquendi, & indicant magis clarè *Alterius lib. 1. diſp. 11. cap. 3. verſ. non ſufficit, & Sayrus cit. cap. 12. ſub n. 23.* Dixi *non teneri,* quia ſi quis verè crederet dicto iſtius, peccaret communicando cum excommunicato, niſi prius deponeret talem conſcientiam, vt infrà.

Eſt tamen dubium, primò de ſcientia ha-
132 bita à Confeſſario in Sacramento confeſſionis de dicta denunciatione, vtrum illa ſufficiat ad confeſſarium obligandum circà euitationem vt ſuprà? *Riccardus enim Medina, Sotus, & partim etiam Scotus,* & ſi concedant, dictum Confeſſarium nunquam remanere obligatum euitare publicè eum, quē in confeſſione Sacramentali, ſciuit eſſe denunciatum, tamen dicunt, debere eum ſecretò euitare, quotieſcunq. id poſſet fieri abſque periculo fractionis ſigilli. In contra-



Digitized by Google

rium tamen eſt communis concluſio, nam Doctores, vt per *Alterium lib. 1. diſp. 6. c. 2. verſ. tandem, Auila, & Bonac. locis ſuprac. Reginaldum lib. 31. nu.* & alios communiter, docent, non teneri Confeſſarium, neque in publico, neq. in ſecreto talem euitare, ſed debere ſe habere vt penitus ignorarẽ dictæ denunciationis, & ratio eſt clara, quoniam quæ ſcit Confeſſarius in tali confeſſionis Sacramento, non ſcit vt homo, ſed vt Deus, & ſciẽtia, quæ requiritur ad euitandum excommunicatũ debet eſſe ſcientia humana, vnde contrariã opinionẽ, quã ipſe tribuit *Nauar.* dicit omnino reprobandam *Fagundez loco infrà proximè citando cap. 3. n. 10.* poſt *Suar. t. 4. diſp. 13. ſect. 8. num. 4. in editione Connibricenſi.* Ampliat *Auila loco ſuprac.* ad omnes
133 alios, qui tenentur ad ſigillum ſacramentale, prout eſt interpres, quando confeſsio fuit facta per interpretem, & Doctor, quem prò maiori ſecuritate pænitentis, Confeſſarius conſuluerit vndè idem dicendum, ſecundum aliquos authores de ſimili viro docto conſulto ab eodem excommunicato, quòd ſcilicèt teneatur ad ſigillum, ſiuè dictum conſilium petatur in ordine ad confeſsionem, ſiuè non, de quare vide *Fagundez lib. 6. in ſecundum præceptum Eccleſiæ c. 6. num. 21.* vbi *num. 4.* quid de laico, vel Sacerdote carente poteſtate ad audiendas cõfeſsiones, ſi de facto audiant talem excommunicatum in confeſsione, & *n. 23.* de eo, qui caſu audiuit id à pænitente dum confitebatur. Idẽ quoq. dicas quãdo id ſcit ex cõfeſsione alterius, quia ſub ſigillo cadit quælibet perſona in confeſsione detecta, ſiuè ad declarandam circumſtantiam neceſſariò aperiendam, ſiuè per imprudentiã pænitentis. *Reginaldus lib 3. n. 41. & notat Diana t. 5. tr. 11. reſol. 14. ad finem.* de quare agit iterum *ibid. reſolut. 38.*

Secundum dubium eſt de vno teſte, ſed fide digno, vtrum debeamus illi credere circà hoc particulare, dant exemplum de Par-
134 rocho, vel Epiſcopo atteſtante, talem denunciatum eſſe. *Sayrus loco ſuprac. n. 20.* poſt *Nau. & Vgolinum.* docet, quòd ſi alia ex cauſa rationabili, nõ debeamus illi credere, tunc oriatur in nobis obligatio, eum euitandi, hanc opinionem, loquendo de Parrocho docet etiam *Hurtado de excommunic. diſp. 9. n. 27. ad finem.* Contrarium tamen docent *Alterius, Auila, & Bonac. locis ſuprac.* loquentes de Parrocho, & Epiſcopo, eis .ſ. nõ teneri nos credere, niſi etiam oſtendant nobis litteras excommunicatorias, quibus ſe ſubſcribit *Rodericus Suarez alleg. 3. ſub num. 7.* & ratio eſt clara, quia vbi tractatur de præiudicio tertij, non tenemur credere vni teſti, quouismodo ſit dignus, ita *Nau. cap. 22. num. 82.* quæ ad hoc allegat *Auila ſuprac.* [illegible] contra *Henriq.* Confirmatur, quia neque vni Cardinali credendum eſt, dicenti aliquid declaraſſe S. Pontificem, vbi tractatur de præiudicio tertij, vt poſt *Panorm.* docet *Bertus in ſua praxi criminal. Regular. tit. 12. c. 3. ad finem.* licèt contrarium ſit dicendum, vbi Cardinalis reperitur in Curia, ita poſt *Nanar. conſ. 15. alias 6. de teſtibus*, & alios *Lazarius q. 10. de blaſphemia num. 38. qui Nau.* & ſi non faciat mentionem de iſto caſu, pro quo eum allegat *Lazar.* tamen de eo adeſt *dec. Rota Romana 2. apud Puteum lib. 1.* vide alia allegata nouiſsimè circà hanc materiam per *Dianam t. 5. tr. 2. reſol. 91.* Sed hæc nihil ad noſtrum propoſitum, quia ſunt valdè diuerſa, teſtificari de declaratione viuæ vocis S. P. vel de eius facultatibus, & quòd aliquis ſit denunciatus excommunicatus. Vndè dico, quòd ſi
136 Epiſcopus quilibet, etiam non Cardinalis teſtaretur ſe aliquem ſuum ſubditum denũciaſſe prò excommunicato, debeat ei credi quia teſtificatur de pertinentibus ad ſuum officiũ, vt dixi *recoll. præced. n. 973.* de Confeſſario circà abſolutionẽ datã à cenſura, fauet *ead. Rota* apud *Bellamer. deciſ. 183.* quę tenuit, ꝙ Cardinali creditur in his, quæ aguntur coram eo in cauſis ſibi commiſsis, & *deciſ. 627.* quòd Cardinali ſoli, conteſtem alium non habenti, non creditur in cauſis tamquam teſti; præterquam quòd, ipſi loquuntur de habenda illis fide in foro fori, non autẽ in *foro* conſcientiæ, reſpectu cuius obſeruandum eſt quod dixi *ſup. num. 131. ad finem.* & ſic conciliarem opiniones in hoc contrarias.

Tertium dubium eſt, an ſufficiat dictum
137 duorum teſtium atteſtantium de denunciatione; ad hoc vt quis teneatur aliquẽ euitare? *Bonacina loco ſuprac. ſub. num. 44.* aſſerit, *Auilã* docere, non ſufficere, duo teſtes at ipſum putare, quòd ſufficiant. Hæc opinio *Bonacinæ* abſque aliquo dubio, eſt veriſsima, quam docet *Nau. c. 27. n. 27. & Alter. diſp. 11. ſuprac. c. 2. verſ. ſed quis ſcit*, & fauet commune proloquium, in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum. Nec *Auila*, vt putat *Bonac.* contrarium docet, quia loquitur ibi *Auila* de fama, quæ ortum habuit à duobus, præſertim maleuolis, & parua fidę dignis, quod eſt valde diuerſum à caſu noſtro, qui non eſt de fama, de qua agemus infrà proximè, ſed de ſtando dicto teſtium, qui teſtificentur vidiſſe, & legiſſe cædulones.

Quartum dubium vtrum teneor euitare
138 eum, de quo eſt fama publica, quòd ſit denunciatus. Præſuppoſito enim primo, vt ſuprà proximè dixi, neminem vidiſſe cædulones affixos. Item (quod in terminis aduertunt, *Paludanus apud Alterium ſuprac. c. 1. & clarius Reginal. lib. 32. n. 60.* famam prædictã ortum habuiſſe non à perſonis maleuolis, quæ nullius eſt efficaciæ, *c. in cunctis 11. q. 3.*

*cum*

Digitized by Google

& cum alijs allegatis à *Nau. conſ. 76. num. 4. de ſimonia*, ſed indifferentibus, & ſic ſit fama le-
139 gitima. Duas reperio opiniones circa iſtã difficultatem. Prima opinio eſt *Decij in l. inter prudentiam de officio delegati*, qui docet, non ſufficere famam, quia vt ipſe ait, fama
140 habet vim vnius teſtis, pro qua re allegat *§. ſæpè, octaua q. 3.* & ſicut dixi ſuprà, non ſufficit ad hoc propoſitum vnius dumtaxat teſtis dictum. Secunda opinio, quam ipſemet *Decius* fatetur eſſe communem, apud *Alter. lib. 1. diſp. 11. cap. 1. verſ. nihilominus*, quòd ſcilicèt quando eſt fama publica, & legitima vt ſuprà, aliquem eſſe excommunicatum denunciatum, quilibet fidelis teneatur illũ euitare. Hanc docet *Nau. conſil. 54. de ſent. excommunicationis, Sylu. Couar. Palud. quos refert, & ſequitur Auila cit. p. 2. cap. 6. diſp. 11. concl. 3. Reginal. & Bonac. locis ſupracit.* hoc etiam voluit dicere *Villalobos p. 1. ſumma tr. 17. diffic. 3. num. 4. ad finem* ibi, *y de parte de los fieles baſta, que llegue à ſu notitia por teſtimonios fide dignos, qual es la fama*, ex quibus verbis, nollem inferas, teſtimoniũ paucorũ, publicam facere famã, quia non eſt verum, vt benè *gloſa in c. illud verſ. in hoc ext. de Clerico excõmunicato miniſtrante*, itẽ ſi tãtũ teſtificarētur audiuiſſe, talē eſſe denunciatum, ſed benè quando quis id intelligat ſcire maiorem partem populi, vel vniuerſitatis, &c. quòd propriè dicitur ſciri per famam, *Nau. conſ. 12. n. 4. de hereticis*, fauet quòd ad probandam famam ſufficit ſi teſtes dicant, quod publicè dicitur, quamuis non ſpecificent, à quibus audierint, *Capuaquenſ. deciſ. 7. par. 2. apud Ricc. collect. deciſ. collect.* 206. ideò iſtã vocat publicã famã *Hurtado diſp. 9. de excommun. num.* 28. ad differentiam caſus, de quo *ſup. nu.* 137. Fauet etiamã ſimili,
141 quòd de fama abſolutionis quæ ſufficiat ad hoc, vt non teneamur euitare excommunicatum aliàs denunciatũ, vt notat *Hurtado ſupracitato num.* 28. vbi idem dicit, *quando non ſolum plures fide digni id pro vero affirmarit, ſed etiam ſi vnus, imò etiã quando ipſe ſi fide dignus ſit, qui fuit excommunicatus*, hæc ſunt eius verba, quæ opinio ſemper mihi placuit, quia vt infrà dicam, *cum de notorio*
143 *Clerici percuſſ.* etiã fama publica, quòd talis ſit notorius Cler. percuſſ. ſufficit, vt eum euitare teneamur, iuxtà tex. qui hodie ſic intelligitur, in *§ cum deſiderres in ſecunda reſpõſione de ſent. excomm.* vbi habetur, quòd ſi eſt fama publica, quòd aliquis Clericum percuſſerit, non poſſe Epiſcopum, vel alios eum cõcommunicare, niſi ſe purgauerit, vel abſolutionē ad cautelam obtinuerit. Reſtringe tamen vt benè *Alterius loco ſuprac.* ſcilicèt hanc opinionem eſſe tantùm verã, quando tractatur de cõmunione in humanis, vel Diuinis, non autem quando tractatur de cõ-
144 munione in iudicialibus, & forenſibus, nam in iſtis, denunciatio debet probari apertiſſimis documentis vt habetur *in cap. 1. de except.* & præter allegatos per *Alter. ſup.* vide *addentes ad Cappellam Toloſanam deciſ.* 301. vbi etiam agitur, quando ſufficiat vel non ſufficiat probare in iudicio excommunica-
145 tionem per ipſam denunciationem, nam cocludunt, ſufficere quãdo agitur per viam exceptionis peremptoriæ, non autem quando agitur p viã exceptionis dilatoriæ, hoc .n. caſu nõ ſufficeret probare denunciationē ergà excommunicatum, quia vel potuit eſſe abſolutus, vel iniuſtè excommnnicatus, de quare re loquitur *Alterius loco cit. cap. 12.* vbi ſic concordat *duas deciſiones Rotæ Romanæ*, quæ videntur ſibi contrariæ.

Addit aliam reſtrictionem *Sayrus lib. 1. de cenſuris cap. 12. n. 22. ad finem.* quando ſci-
146 licèt agitur de pæna inferenda ipſis communicantibus cum excommunicatis, vel etiam ipſis excommunicatis ob talem communicationem, tunc enim non ſufficit fama de denunciatione, ſed contrarium docet *Auila cit. diſp. 11. verſ. ex hac concluſ.* eſtque conformius cum communi opinione, de qua ſuprà.

Secundum dubiũ, an qui nouit, vt ſuprà, aliquem fuiſſe denunciatum prò excommunicato in aliquo loco, teneatur vbique eum
147 euitare, exemplum, dum fuiſſem Romæ, noui ibi eſſe denunciatum prò excommunicato Titium, reperio Titium hìc Arimini, vbi neſcitur ab alijs, talem eſſe denunciatũ prò excommnnicato Romæ, an debeo illum hìc euitare? Quatuor opiniones refert *Alterius cit. lib. 1. diſp. 11. cap. 10.* Primam *Innocentij*, ſimpliciter docentis, hunc euitandũ eſſe hìc Arimini, non ſolum priuatim, ſed etiam publicè, quam probant ex modernis, *Comitulus lib. 6. reſponſorum moral. q. 32. & Bonacina diſp. 2. de cenſuris q. 2. p. 6. §. 2. n. 48.* qui pro hac opinione allegat *Vaſquez*, qui *ab Hurtado, & alijs* allegatur pro quarta ſententia, ſed ſi eius verba rectè perpendantur, neutrius eſt opinionis vt infrà. Secundã opinionem *Sylu. verb. excommunicatio 5. §. 26.* qui diſtinguit, an ego poſſim probare, talem eſſe denunciatum Romæ, vel non, ſi primo caſu, aſſerit eſſe euitandum non ſolũ priuatim, ſed etiam publicè. Secundo caſu nec publicè, nec priuatim eſſe euitandum. Tertiam *Couarr. in cap. Alma mater p. 1. §. 3. num. 2.* qui etſi fateatur, opinionem *Sylu.* eſſe valdè piam, tamen aſſerit, quòd etiam quando talis denunciatio non poteſt probari, debeat euitari priuatim, & occultè. Quartam opinionem, cui ipſe adhæret, quæ docet, teneri me euitare dictum denunciatum alibi, publicè, ſi publicè ſciatur, illum eſſe alibi denunciatũ, v.g. quia extat de hoc

con-

Digitized by Google

contrà eum fama publica, priuatim, ſi priuatim ſciatur, à me, & alijs paucis perſonis, & ſi poſſim dictam denuntiationem probare in iudicio, quia hoc caſu ſtandum eſt iuri antiquo, cui non cenſetur derogatum, niſi de eo quod expreſsè in lege noua fuerit ſancitum, iuxtà *reg. tex. in l. præcipimus C. de appel.* cum concordantibus. *In extrauag.* enim *ad euitanda*, nihil eſt ſancitum de modo euitandi excommunicatos, ſed tantum circà qualitatem ipſorũ, ergò quando denunciatio publicè ſcitur, debet talis publicè euitari, quando autem priuatim, maximè in alio loco, vbi quis non fuit denunciatus, priuatim, & occultè erit euitãdus, iuxtà ius antiquum. ita poſt *Auilam, Sanchez, & alios, Layman lib. 1. ſua Theologia moralis tr. 5. p. 2. cap. 4. n. 3. Hurtado de excomm. diſp. 9. num. 28. verſ. obſeruandum*, dicit hanc opinionem communẽ, *Diana nouiſsimè t. 5. tr. 9. reſol. 34.* qui tamen fatetur opinionẽ, quòd ſcilicèt non teneor
148 euitare illum neq. in occultò, cui etiã me ſubſcribo, eſſe probabilẽ, & hæc eſt opinio *Vaſq.* de qua ſuprà feci mentionẽ, quia ipſe reiicit ſecundam opinionẽ *Silueſtri* ſuprà relatam, hac ratione, vel in illo alio loco, nullo modo tenetur vitare, vel neq. tenetur in occulto, & licèt ſubdat, quòd poſt Concil. Conſtantienſe non ſit vitandus denunciatus, niſi publicè, non poteſt quis inferre, pròut ſupponit noſtra ſententia velle intelligere, quòd pro occulta euitatione ſtandum ſit iuri antiquo, cùm ipſe nunquam de dicto iure mentionem faciat. Item neque, quod etiam teneatur quis eo caſu illum euitare publicè, & priuatim, vt eum allegat *Bonacina*, quia inter alias rationes, quibus refellit opinionem *Silueſtri*, vna eſt iſta, quòd næpè ampliet decretum dicti Concilij abſque fundamento. ampliationẽ iſtam, quis non videt, conſiſtere, ſecundũ ipſũ, ꝙ quã in hoc, vt ſcilicèt eſt publicè denũciatus, & ſi alibi debeat aliquãdo vi illius decreti ſecretò euitari. Duo corollaria colligit ex hac doctrina *Auila loco ſuprac.* Primũ, ꝙ ſi quis reperiretur in aliqua Eccleſia Miſsã audire, & videret intrare in Eccleſiã eum, qui ſcit priuatim, alibi eſſe denunciatũ prò excommunicato nõ teneatur exire de Eccleſia, vbi ex tali exitu, manifeſtaretur alijs ignorantibus, dicta denunciatio. ſed tenetur tantum exire vbi abſque tali periculo dictæ manifeſtationis; id poſſet efficere, quod corollariũ ſecundũ opinionẽ probabilem, de qua ſuprà ceſſat quòad ſecundam partẽ. Secundũ corollariũ, quòd ſi me diſtribuente alijs Euchariſtiã, accedat ad illã etiam ſumendam inter alios, talis, quem ſcio alibi eſſe denunciatum, non poſſum illi dictam Euchariſtiam denegare. An autem, me ſciente alibi N. eſſe dununciatum, poſ-
149 ſim præcipiente meo Prælato, id ignorante, côram dicto N. celebrare? Quærit *Comitolus ſup. q. 31. in 1. diff.* & Reſpondet negatiuè, ſed nil mirum cum ſequatur primam opinionem, quę eſt directè contrà hanc aliã,
150 quã nos ſequitur. Dubius de denũciatione excommunicationis alicuius perſonæ an teneatur illum euitare, quærit poſt alios *Sanch. lib. 1. ſumma cap. 10. n. 69. ad finem*, & reſpondet non teneri illum euitare, quia cùm tractetur de iniuria alteri inferenda, eſt neceſſaria moralis certitudo, ꝙ antea dixit *Nau. c. 27. n. 27.* & ſequitur *Hurtado diſp. 2. de excom. n. 7. ad finem, & diſp. 9. num. 26. ad finem, Reginaldus lib. 32. n. 63. & Diana p. 4. tr. 3. reſol. 35. verſ. notandum*, vbi citat *Fillincium tr. 13. n. 126. & iterum allegato Hurtado*, repetit *ibid. reſol. 71.* Addo *Comitolum lib. 6. reſponſor. moral. quaſt. 33.*

*Notorij Clericorum Percuſſores, qui nam cenſendi.*

PRò faciliori reſol. huius quæſiti, reſoluenda duxi duo dubia. Primũ dubium eſt de ratione, quare *Conc. Conſtantienſe*, vbi prò excommunicatis prò alijs cauſis requirit denunciationem præcedentem, ad hoc
151 vt fideles teneantur eos euitare; Prò euitandis verò excommunicatis ob percuſſionẽ Clericorum, non requirat dictam denunciationem, ſed tantum illi ſufficiat, ſi talis ſit notorius Clerici percuſſor. Ratio dubitandi eſt, nam reperiuntur alia delicta grauiora, prò quibus impoſita eſt excommunicatio, ſcilicèt hæreſis, ſchiſmatis, &c. hoc crimine percuſſionis Clericorum, ergò ſi prò excommunicatis ob maiora delicta, eſt neceſſaria denunciatio, ad hoc vt euitari debeant, tantò magis debebat eſſe prò iſto crimine, quòd non eſt ita graue. Hac tamen ratione dubitandi non obſtante, reſpondet *Suarez tomo 5. diſp. 8. ſect. 2. n. & ſummat Fillucius tract. 13. ſeu 3. de cenſuris in particulari n. 66. & Fagundez lib. 2. in primum præceptum c. 5. n. 4.* qui alios allegat, rationẽ eſſe fauorẽ Ordinis, & ſtatus clericalis, cui fit iniuria percuſsione perſonarũ Eccleſiaſticarum. Ad rationẽ dubitandi. Reſpondetur, quòd licèt ſint alia crimina grauiora, prò quibus eſt impoſita pœna excommunicationis, tamen dicta crimina rarò, aut nunquam committuntur notoriè; ſicut frequenter notoriè Clerici per-
152 cutiuntur, & quia lex non ad ea, quæ rarò, ſed ad ea, quæ frequẽter accidunt adaptatur, *l. nam ad ea, ff. de legibus cum concordantibus*, idcircò optima ratione in alijs criminibus, licèt grauioribus prærequiritur denunciatio, non autem in iſto, licèt minus graui crimine. Quod autem dicta crimina grauiora non committantur ita notoriè, ſicut committi ſolet iſtud percuſſionis Clericorum ſup-

Digitized by Google

ſuppono ex experientia, quæ eſt rerum magiſtra. Nec obſtat, de hæreſi loquendo, quod in Germania, alijsq; locis ſimilibus vbi etiam reperiuntur Catholici, ſint plures hæretici notorij, quia vt benè *Suarez, & Filliucius locis ſuprac.* Reſpondetur, optima ratione illos nõ debere euitari, quia vix euitari ibi poſsũt.

Secundum dubium eſt, an circà hunc caſum ſit aliquid de nouo diſpoſitum ab *extrauagante ad euitanda*, præter id, quod iure antiquo diſpoſitum iàm erat circà excommunicatum ob percuſsionem Clericor. euitandum? Ratio dubitandi eſt, quòd iure antiquo, vt dixi ſuprà, quilibet notorius excommunicatus excommunicatione maiori erat notoriè vitandus, ergò cùm in dicta *extrauagante.* diſponatur, notorium Cler. percuſſ. eſſe vitandum ante denunciationem, nihil de nouo, circà eum inductum ab ea videtur. Hac etiam ratione non obſtante, reſpõdent communiter Doctores, eſſe aliquid de nouo diſpoſitum per dicta extrauag. quoad euitationem excommunicatorum ex hac cauſa percuſſ. Clericorum, & ſi vultis ſcire quodnam ſit iſtud nouum, ſubdunt ijdem Doctores, quia antiquo iure ad euitandũ excommunicatum ſufficiebat quòd qui ore ſuo id faſſus fuerit, ſiuè iudicio, ſiuè extrà iudicium, vel per ſententiam talis fuiſſet declaratus, nempè percuſſor Clerici, vel ſaltẽ quòd ita percuſſerit Clericum, vt poſſit talis percuſſio probari in iudicio, vel tandem eſſet fama in loco, quòd quis percuſſiſſet Clericum, quæ omnia pertinent ad notoriũ iuris, quod hodie non ſufficit ad hoc vt euitari talis debeat, vt communiter docent *Suarez, & Filliucius locis citatis, Alterius, Auila, Bonac. Layman, Reginaldus, & Hurtado locis infrà citandis.* Qui docent, quòd vigore dictæ extrauagãtis requiratur, vt ſit talis notorietate facti, ita Doctores ſupracitati in ſpecie *Auila p.2. cap.6. diſp.2. dub.3. Layman lib.1. tr. 5. p.2. cap.4. n.2. verſ.2. notandum.* Probatur ex verbis ipſius extrauagantis, quæ ſunt iſta; *Aut ſi aliquis ita notoriè ſententiam canonis conſtiterit incidiſſe, quod factum non poſſet vlla tergiuerſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari,* quod idem eſt dicere, quàm requiri primò notorium facti, quod indicant verba illa, *ita quod factum nulla tergiuerſatione poſſet celari,* vt infrà declarabitur, & ſecundariò notoriũ iuris, quod ſignificãt illa alia verba, *nec aliquo ſuffragio excuſari,* vndè aliqui referuñt iſta verba hoc modo, *nec aliquo iuris ſuffragio excuſari,* vt eſt videre apud *Fagundez loco infracitando.*

His duobus dubijs ſic reſolutis, deuenio ad reſolutionem quæſiti pricipalis, quinã cenſendus ſit notorius Clerici percuſſor, quẽ teneantur fideles vitare ante denunciationem.

Concluſio: Notorius Clerici percuſſor
154 ad effectum, de quo ſuprà, eſt is, qui teſtimonio de viſu plurium perſonarum, publicè diffamatus eſt in eo loco, Clericum percuſſiſſe. Probatur concluſio ex reſponſione, quã ſuprà proximè attuli ad ſecundũ dubiũ ad euitandum enim excommunicatum prò percuſsione Clerici, requiritur notorietas facti dictæ percuſſ. Sed tunc interuenit talis notorietas facti, quãdo percuſsio facta fuit corã pluribus perſonis, qui proprijs oculis viderunt, v.g. Titium percuſsiſſe Caiũ Clericum, & ex horum teſtimonio, tale factum publicatum fuit ergo. ita poſt *Suarez, Filliucius tr.13. ſect.3. de cenſuris, in particulari nu. 66. ad finem. Alterius lib.1. diſp.6. cap.2. verſ. quamobrem vt percuſſio*, concordant Doctores omnes, & tantum diſcordant in numero
155 perſonarum, qui debent fuiſſe præſentes, oculis proprijs cernentes dictam percuſsionẽ. Vndè quatuor opiniones refert *Alter. loco ſuprac. verſ. Sed dubitant*, & ſi tantum tres referat *Auila p.2. cap.6. diſp.2. dub.4.* Primam *Adriani in 4. cum de Euchariſtia*, qui ſimpliciter docet, requiri numerum decem perſo-
156 narum, quia decem perſonæ conſtituunt populum, *can. vnio 5. q.3.* ſi faciunt populũ, inquit ipſe, ergò tantò magis poſſunt facere notorium. Secundum *Sylu. verbo notorium num.4.* qui putat, ſufficere numerum ſex perſonarum, ſumit enim fundamentum ab eodem *can. vnio*, vbi dicitur, decẽ facere populum, & arguit hoc modo, decem perſonæ faciunt populum; ſed vbi aliquid ſcitur à maiori parte populi, dicitur notorium, ergò vbi aliquid ſcitur à ſex perſonis, quæ conſtituunt maiorem partem reſpectu numeri denarij, etiam erit notorium. Tertiam *Paludani* apud ipſum *Alterium*, qui diſtinguit, vel populus, aut Oppidum, aut vicinia conſtat paucis perſonis, nempè decem, aut viginti, & tũc ad hoc, vt aliquid reſpectu eorum, ſit notorium requiritur maior pars dicti populi, Oppipi, & viciniæ, v.g. ſi ſunt decem, requiritur numerus ſex pſonarũ, ſi viginti, vndecim pſonarũ, vel eſt magna cõmunitas, & tũc ad minimũ requiritur ſcientia decem perſonarum. Quarta opinio, quę eſt communis, docet, quòd non poſſit circa hoc, certa regula aſſignari prò praxi; ſed id remmittendum arbitrio boni viri, qui attentis circumſtantijs perſonarum, coram quibus facta fuit percuſſio, loci, & temporis, iudicet hic, & nunc, quis numerus perſonarum ſufficiat ad reddendam talem percuſsionem notoriam, & ſic quis dicatur notorius Clerici percuſſor. Accedunt huic opinioni præter *Alterium, & Auilam locis ſupracit. Suarez cit. diſp.4. ſect.2. Filliuc. ſuprà num.66. ad finem, Hurtado diſp.1. de excomm. num.9. Bonac. diſp.2, quæſt.2. de cenſuris punct.1. §.1. nu.5.* Qui ex hoc inferunt. Primò

quòd

Digitized by Google

quòd pauciores teſtes requirantur vbi per-
cuſſio fuit facta coram perſonis grauioribus,
157 vel in foro, vel alio loco publico, vel de
die, quàm ſi fuit facta coram perſonis non
ita grauibus, vel in alio loco non tam publi-
cè, aut de nocte, ita *Hurtado ſupra.* ſed ante
eum *Suarez loco ſuprac.* Secundò infert *Aui-
la loco ſuprac.* deſcendendo ad magis parti-
cularia, quòd qui percuſſit Clericum coram
decem, vel duodecim non erit notorius
reſpectu magnæ Ciuitatis; benè tamen re-
ſpectu Oppidi parui, & etiam in vicinia illius
158 magnæ Ciuitatis, vndè vult primò, quòd de-
lictum commiſſum coram decem, non ſit
notorium reſpectu magnæ Ciuitatis, quãuis
ſit notorium reſpectu collegij, vel viciniæ,
vt clarius *Bonac. loco ſuprac. verſ. hinc ſequi-
tur.* Secundò quòd poſſit dari caſus, vt quis
debeat euitari in vicinia, & non in tota
Ciuitate, vbi eſt dicta vicinia. Tertiò infert
*Graſſius p. 1. deciſ. lib. 4. cap. 11. num. 12.* quòd
159 ſi quis in domo etiam magni Principis ali-
cuius Ciuitatis, percutiat Clericum coram
ſex vel ſeptem, non erit notorius in Ciuitate
ſi verò in foro erit notorius, & hoc voluit,
meo iudicio. *Auila loco ſuprac. verſ. hinc ſe-
quitur,* dum videtur velle, quòd ſex, vel ſe-
ptem faciant notorium reſpectum Collegij,
vel Conuentus Religioſorum, & ſic in dictis
locis, percuſſionem factam coram dicto nu-
mero, eſſe notoriam reſpectu ipſorum de
Collegio vel de monaſterio, niſi tamen ma-
gnum eſſet, vt ſubdit, monaſterium, vt talis
ſcientia non ſufficeret v.g. inquit ipſe, ſi mo
naſterium haberet ducentos fratres. Hæc vl-
tima opinio & ſi non careat probabilitate;
tamen, vt verum fatear, animum meum non
160 implet, quia etiam relinquit rem iſtam
intricatam, & indeffinitam; & ſic non tollit
omnino dubia, & ſcrupulos, quos vult, & in-
tendit tollere *extrauagans ad euitanda.* Nàm
quando dicunt authores huius ſententiæ,
quòd id remittatur arbitrio boni viri, vel in-
telligunt de iudice vt videtur intelligere *Pa-
normitanus apud Auilam loco infracitando)* qui
declaret per ſententiam, talem notoriè per-
cuſſiſſe Clericum, & tunc vel illa percuſſio
apertè fuit iniuſta, & non eſt neceſſaria de-
claratoria iudicis; aliàs fruſtrà per dictam
extrauagantem, notorius percuſſor Clerici
diſtinqueretur à denunciato, per iudicem,
vel illa percuſſio non fuit apertè iniuſta, &
tunc licèt eſſet neceſſaria dicta ſententia de-
claratoria, vt infrà tamen non per hoc poteſt
ſtatui regula generalis, quòd ſcilicèt non di-
catur notorius Clerici percuſſor, ſeu quòd
quis non teneatur euitare percuſſorem no-
torium, niſi ille, vt talis fuerit, à iudice per ſẽ-
tentiam declaratus; Vel per *bonum virum* in-
telligunt eundem, qui debet eum euitare,
aut alium quemlibet huius farinæ: peri-
tum, & neutro modo haberetur finis *dictæ
extrauagãtis,* ſcilicèt tollere dubia, & ſcrupu-
los, & tradere regulam certam, quia adhuc
vnus poſſet exiſtimare concurrere circum-
ſtantias, quæ ſufficiunt ad reddendam per-
cuſſionem notoriam, & alius exiſtimare cõ-
trarium. Vndè putarem (præter caſum vbi
percuſſio eſt facta coram maiori parte Oppi-
di, Collegij, vel Monaſterij, de quo caſu ne-
mo eſt, qui neget, talem percuſſionem eſſe
notoriam, item quòd dicta percuſſio non ſit
apertè iniuſta, & ſic quòd poſſit aliqua tergi-
uerſatione celari, vel aliquo iuris remedio,
aut ſuffragio excuſari) ad effectum de quo
161 ſuprà, vt vbi vicinia, vel Collegium, vel
Oppidum eſt paruum, ſufficiat ſi coram ſex
perſonis iuxtà opinionem *Syl.* ſit facta per-
cuſſio; ſi verò magna ſit communitas, ſuffi-
ciat ſi percuſſio fuerit facta coram decem
perſonis iuxtà opinionem *Adriani, & aliorũ*
ſic enim traditur certa regula generalis, &
tollũtur ſcrupuli, quod intendit extrauagãs,
vt ſæpè dictum fuit, & poſt *Nau. conſ. 4. de ſen-
tentia excommunicationis,* notat *Graſſius p. 1.
deciſ. lib. 4. cap. 11. num. 9.* ita ſupponunt *Fa-
gundez loco infracitando num. 14. & Layman
etiã loco citando,* ante eũ *Auil. loc. ſuprac.* qui
exẽplificat percuſſionẽ nõ notoriã, quando
fuit facta non ſolũ corã duobus, vel tribus,
ſed etiã corã quatuor, vel quinq. Sed pro ma-
iori declaratione ſuperioris doctrinæ, ergo.

*Quando mihi conſtat Titium percuſſiſſe Clericum in oppido, vel Collegio coram ſex perſonis, vel in Ciuitate, aut magna communitate coram decem, an debeam ſtatim illum euitare.*

SVarez cit. diſp. 11. ſect. 1. num. 11. dicit pri-
mò, quòd ad hoc vt quis dicatur noto-
162 rius Clerici percuſſor, non ſolum requiri-
tur, quòd percuſſerit coram dicto numero
teſtium, ſed etiam quòd deindè ex eorum
teſtimonio ita factum reddatur publicum, vt
nulla tergiuerſatione poſſit celari.

Dicit ſecundò, quòd etiam remittatur
arbitrio boni viri iudicandũ, quãdo ex dicto-
rum teſtium teſtimonio, factum iſtud in ali-
163 quo loco euaſit publicũ, quia vt ipſe ſub-
dit, non oportet vt res diuulgata ſit, aut in to-
ta Ciuitate, vel Oppido; Sed ſufficit ſi in ma-
gna eius parte (prudentum arbitrio) diuul-
gatum ſit factum. Sed contrarium dicendũ
videtur, quia eò ipſo quòd percuſſio facta eſt
coram dicto numero teſtium iuxta loci ma-
gnitudinem, vel paruitatem, eſt percuſſio no-
toria, & per conſequens quis exiſtimandus
eſt notorius Clerici percuſſor, & euitandus,
& quòd eo ipſo, vt quis ſcit, talem percuſſiſſe
Clericum corã dicto numero, ac ſciat etiam
illum

Digitized by Google

illum eſſe notorium Clerici percuſſorem,
quia notorietas pendet à numero teſtium,
qui fuerunt præſentes non in diuulgatione
facta in magna parte Ciuitatis, vel Oppidi?
164 Sicuti à ſimili offenſio notoria dicitur, eo
ipſo quòd facta fuit multis præſentibus, &
videntibus, vt poſt *Farinac. habetur per Marium Antoninum lib. 3. variar. reſol.* 11. *n.* 9.

Prò huius difficultatis veritate, diſtinguẽdum eſſe putarem, vel dicta percuſſio fuit
facta in domo, aut in alio loco priuato coram ſex, aut verò in foro, vel alio loco publico, primo caſu eſt expectanda diuulgatio iuxtà primam opinionem, ſecundo
autem caſu, ſtatim euitandus eſt ab eo, qui
ſcit id. Hoc volunt dicere Doctores, quos
allegaui *ſup. in 3. corollario* fauet partim *Filliucius cit. tr.* 13. *n.* 67. qui poſt *Suar.* quærit,
an illi, qui viderũt Clerici percuſſorẽ, tenea
percuſſorẽ ſtatim vitare, antequã magis notorius fiat? Et reſpondet his verbis, *Si non obſtante illa notitia, crimen adhuc ſit occultum, tantum erit à conſcijs vitandus occultè; ſi tñ crimen factum ſit publicum, etiam publicè vitandus erit*, & poſtea ſubdit ad noſtrum propoſitum, *quando autem vidit publicè committi delictum, non eſt expectanda maior publicatio, ideo ſtatim vitandus eſt.*

Dixi *partim*, quia quòad id, dicit à conſcijs, talẽ eſſe vitandũ, ſequendo *Suarez cit. diſput.* 9. *ſect.* 2. *n.* 11. quem etiam probat *Alterius lib.* 1. *diſp.* 61. *n.* 2. *verſ. hæc reſponſio, &c.*
Qui vult; obligari eos, qui (etſi in pauciori
165 numero quam ſex) interfuerunt dictæ percuſſioni, euitare in occulto percuſſorem, ex
quo putat, verba dictæ extrauagan. non requirere vt delictum abſolutè ſit notorium,
ſed tantũ, quòd notoriè cõſtet illi, delinquẽtem incidiſſe in ſententiam *can. ſi quis ſuadente*; vndè vt ipſe ſubdit, veriſimile eſt, integrum manere ius antiquum, quòad eos,
qui viderũt dictã percuſſionẽ, ſecundũ quod
ius, quando excõmunicatio maior erat nota
alicui occultè, etiam quis tenebatur euitare
occultè, quando verò publicè, publicè, &c.
vt ſuprà dictum eſt, quã opinionẽ etiã ſequitur *Villalobos p.* 1. *ſumma tract.* 17. *diffic.* 3. *n.* 5. ibi *y ſi ſuccede que el delito ſe cõmettio delante de alguno, o algunos, mas toda via eſta ſecreto, y no eſta publicado, à quellos à quien el delito es notorio tienen obligacion de euitar el delinquente en ſecreto ſegun la mas probable opinion, que ſigue Suarez, mas no en publico.* Tamen in contrarium eſt communis opinio
Doctorum nempè *Couarr. & Aragon. quos ſequitur Auila loco suprac. & alij*, quos etiã
probant *Bonac. diſp.* 2. *q.* 2. *puncto* 1. §. 1. *n.* 6. *Layman lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 2. *cap.* 4. *verſ. ſecundũ notandum, Hurtado diſp.* 1. *de excommunicatione n.* 10. *Fagundez lib.* 1. *in* 1. *præceptum c.* 5. *num.* 14. qui communiter negant, quòd aſſumit *Suarez*, nempè verba dictæ extrauag.
non requirere, quòd delictum iſtud ſit abſolutè notorium, & quidem meritò, quia
in dicta extrauagan. ſimpliciter dicitur
*debere conſtare aliquem ita notoriè in ſententiã Canonis incidiſſe, quod factum non poſſit aliqua tergiuerſatione celari*, verba enim ſimpliciter, & abſolutè prolata, etiam ſimpliciter debent intelligi. Accedat quòd ſi non
requireret dictum Concilium Coſtantienſe in dicta extrauagante, quòd delictũ iſtud
eſſet abſolutè notorium, poſt illud verbum
*deberet* addidiſſet *tibi*, vel *fideli*; Cum enim
hoc potuit reſtringere, & non reſtrinxit, ſignum eſt, requirere, quòd delictũ, ſeù factũ
iſtud ſit abſolutè notorium. Confirmatur
quia ſumus in pænis, vbi ſtricta potius, quàm
larga debet fieri interpretatio.

*An poſſit dari caſus, in quo adſit notorietas facti, de qua ſuprà, circa percuſſionẽ, quia coram ſex, vel decem perſonis fuit facta, & ad publicam communitatis notitiam deuenit N. percuſſiſſe coram decem, vel ſex reſpectiuè, Clericum, & tamen quis non obligetur euitare notorium Clerici percuſſorem.*

RESpondent communiter Doctores ſupracitati affirmatiuè, poſſe dari hũc caſum, nempè quando & ſi percuſsio ſit noto-
166 ria, tñ nõ eſt notoriũ, illã fuiſſe apertè iniuſtam, ideſt quòd per talem percuſsionem incurreret ille talis excommunicationem *canonis. ſi quis ſuadente*, hoc. n. inquiunt Doctores, in ſpecie *Laym. loco ſuprac.* ſignificat *Concil. Conſtantienſe in dicta extrauagante*, quando poſtquam dixit, *ita quod factum nulla tergiuerſatione poſſit celari*, ſubdit illa alia verba, *nec aliquo ſuffragio excuſari, ita etiam Suarez ſuprà, Alterius cit. cap.* 2. *verſ. Et hæc obligatio, Auila cit. diſp.* 2. *dub.* 4. *verſ.* 3. *ſequitur. & diſput.* 11. *dub.* 4. *concluſ.* 3. *ad finẽ, Hurtado diſp.* 1. *de excommunicatione ſub num.* 9. qui ait *ad id duo requiri, nempè quòd percuſſio Clerici ſit notoria. & quod ea percuſſio non poſſit apparenti aliqua ratione à percuſſione Clerici ex ſe ſufficiente ad incurſum excommunicationis ei annexa, excuſari, quia ſi apparenter indicio aliquo poſſet percuſſor ſe excuſare, dicendo, ſe non ſciuiſſe, aut non aduertiſſe, percuſſum eſſe Clericum, aut illum percuſſiſſe in defenſionẽ, aut alio modo, quo percuſſio nõ cenſeatur mortaliter ſacrilega, qualis requiritur ad incurſum dicta excõmunicationis, nõ eſt neceſſariò vitandus.* Huc vſq. *Hurtado*, idem dicit *Layman loco ſuprac. quando non eſt* quoq. notorium, quòd nequaquam *ex vehementi paſſione iræ, percuſſio facta ſit.* & ſic quando
eſt dubium iuris, an per talem percuſsionẽ
inciderit necnè in excõmunicationem, vitandus non eſt, ita etiam *Villalobos cit. difficul.*



Digitized by Google

*cul.3 ad finem*, ibi, *Tambien ſe requiere conforme à eſta extrauagante, que non poſſit aliquo ſuffragio excuſari, lo qual ſe ha da entender, quando ſe eſcuſa probablemente, aun ſe lo niega conſtantemente, de ſuerte que conſideradas la circunſtantias, y perſonas veriſimilmente, ſe crea que no lo hizo, o ſe ponga en duda, o ſi diceſſe, que fue propria defenſion, y conſideradas las circunſtantias ſe dudaſſe dello, mas ha da ſer la eſcuſa probable, que ſi es friuola, y que no le deue dar credito, no excuſarà*. Nec eſt hoc mirum, quia etiã de iure notorietas ſim
167 plex delicti non ſufficit ad incurrendam pœnam, niſi notorietas eſſet talis, quæ eſſet inexcuſabilis, ac etiam quãdo ſumus in dubio, an reo competat aliqua defenſio, notorium non facit, quòd ſinè citatione poſſit procedi ad condemdationem, vt in terminis incurſus pœnarum contrà homicidas inflictarum per *Bullas Pij II. & V.* dicit *Rota apud Seraphinum deciſ.* 338. *nu.* 10. *& ſeq.* quæ *Rota* in eadẽ cauſa, vt habetur *ibid. deciſ.*
168 376. *nu.* 2. ad probationem notorij requirit, quòd factum ſit coram maiori parte populi, ita quòd ſit inexcuſabile, & *ibidem* non habuit pro notorio ad effectum, de quo ſuprà, homicidium, quod fuerat commiſſum in loco, quòd dicitur *al Pellegrino*, in Apotheca cuiuſdã Sartoris ante ſuũ bãchum de die, præſentibus ibidem, pluribus perſonis. Apertius *Iulius Clarus lib.* 5. *ſententiarum §. finali, quæſt.* 19. *num.* 3. vbi habet hæc verba. *Sed aduerte, quia in hoc propoſito non ſufficit, factum ipſum eſſe notorium, puta quòd Seius interfecerit Caium, niſi ſint etiam notoria eius qualitates delicti, ſcilicèt quòd nulla defenſio, aut excuſatio competat Seio, quominus puniendus ſit pœna homicidij, poteſt enim eſſe, quòd homicidium fuerit ad ſui defenſionem commiſſum, vel aliàs Caius impunè occidi potuerit, vel huiſmodi, de quibus dixi ſuprà §. homicidium*, & teſtatur hanc eſſe communem opinionem. Nota illa verba, *vel aliàs Caius occidi impunè potuit*, quia benè poteſt applicari ad caſum, quem habui in facto de percuſsione facta à Sacerdote ſene cuiuſdam Eccleſiæ ergà quendã puerum Clericum in minoribus eiuſdem Eccleſiæ ob mendacium, & ſi enim percuſ
169 ſio fuiſſet notoria, vt ſuprà, quia non erat etiam notoriũ, quòd prohibitum ſit illi Sacerdoti percutere dictum Clericum ad correctionem, non erat euitandus.

Ex ſuprà doctrinà infert *Sayr. lib.* 2. *de cenſuris c.* 12. *n.* 18. *ad fin.* Quòd ex eo, *quia hæc duo rarò ſimul concurrant* (ſcilicèt notorietas non ſolũ circà percuſsionem, ſed etiam circà apertam iniuſtitiam ipſius percuſsionis, ob quam non poſsit excuſari ab incurſu excommunicationis) *ideò rarò etiam ſic excõ*
170 *municatum ante denunciationem vitare tenemur.* Ex quibus verbis *Sayri Stephanus Fagundez lib.* 2. *in primum præceptum Eccleſiæ c.* 5. *num.* 15. occaſionem ſumit, vlterius progrediendi, (& vt dici ſolet) inuentis addẽdo, aſſerit, quòd quandiù per iudicis ſententiam non conſtat, percuſſorem notorium Clerici, aliquo iuris remedio non poſſe excuſari, non eſſe euitandum, quam doctrinã probat *Celeſtinus in ſuo compendio Theologia moralis tract.* 3. *difficult.* 3. *apud noſtrum Dianam p.* 5. *tr.* 9. *reſol.* 61. qui anteà ſequẽdo eandem doctrinam, *Fagundez p.* 3. *tract.* 5. *reſol* 14. ait conſuluiſſe aliquos conſcios percuſsionis notoriæ, & publicæ, cuiuſdam Clerici, non fuiſſe adſtrictos ad vitandum ipſum percuſſorem publicum, & notorium, cùi doctrinæ ita ſimpliciter ſumptæ, vt verũ fatear,
171 nõ poſsũ me ſubſcribere, cũ per eã nimis indulgeatur percuſſoribus Clericorum, cõtrà verba, & mentẽ ſeù finem dictæ *extrauagantis*, quæ nobis in hac materia debet eſſe norma, & regula, vt patet ex ſupradictis. Eſt enim contrà ipſius verba, nam ipſe *Fagundez* fundat dictam ſuam doctrinam ex eo, quod ex vi dictæ *extrauagantis*, prò euitatione percuſſoris Clerici, primò requiratur, quòd illa percuſſio ſit notoria notorietate iuris, vt nullo iuris remedio poſsit excuſari, quod notorium iuris, vt ipſe ſubdit, dicitur illud, de quo conſtat per iuridicam ſententiam latam in legitimo iudicio, & ſecundariò, notoriũ facti ideſt ꝙ dicta pcuſſio nulla tergiuerſatione poſſit celari, ꝙ fundamẽtum contradicit ordini verborũ ipſius *ex-*
272 *trauagantis*, vbi primò requiritur notoriũ facti per illa verba *quod factum non poſſit ulla tergiuerſatione celari*, & ſecundariò notoriũ iuris, per illa alia verba, quæ poſtea ſubdit, *nec aliquo ſuffragio excuſari.* Vndè neſcio, qua ratione peruertat iſte doctiſſimus author ordinem litteræ, ſeù ſcripturæ dictæ *extrauagantis*, quem ordinem attendere nos debere, præter *gloſam in l. qui ſoluendo verbo capit, ff. de heredibus inſtituendis*, docẽt ferè omnes Doctores, vt eſt videre apud *Felinum in cap. cum dilecta verſ. ordo ſcripturæ extrà de reſcriptis*, qui plura adducit, quæ adaptari poſſunt caſui noſtro. Eſtque hoc adeò verum, hoc caſu, per dictam extrauagantem, requiri primò notorium facti, vt *Auila poſt Couarruuiam p.* 2. *c.* 6. *diſp.* 2. *dub.* 4. *in principio*, & probat *Layman lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *cap.* 4. *num.* 2. *& Hurtado diſp.* 2. *de excommunicatione num.* 9. *in principio.* concludat quòd *licèt ante Concilium Conſtantienſe, vt aliquis percuſſor Clerici eſſet vitandus, ſufficiebat quod eſſet notorius percuſſor Clerici notorietate iuris ſcilicèt per propriam confeſsionem partis in iudicio, vel per ſententiam iudicis. At verò poſt Conſtantienſe requiritur, quòd ſit notorius notorietate facti, ita vt nulla poſſit tergiuer-*

Digitized by Google

*giuerſatione celari*, hũc etiam ante denũciationem tenemur euitare. Hucuſque *Auila*, qui poſtea declarat, quando quis ſit talis notorietate facti, nempè quãdo percuſſio fuit facta coram pluribus perſonis, ſi igitur non ſufficit poſt Conſtantienſe ſententia Iudicis Eccleſiaſtici declarans, talem incurriſſe excõmunicationem canonis, vt benè explicat *Hurtado loco ſuprac.* Quõ *Fagũdez* dicit, ꝙ nõ tenemur illum euitare quandiu per iudicis ſentẽtiam non conſtat, percuſſorem notorium, alio iuris remedio non poſſe excuſari.

Quòd ſit dicta doctrina, etiam contra mentẽ & finem Concilij Conſtantienſis, probatur hoc pacto, finis enim legis ſumitur ex ratione ip-
173 ſius legis, vnde idem eſt finis quàm ratio finalis quæ dicitur anima ipſius legis *Pariſius conſ. 78. nu. 13. volum. 1.* Sed ratio ob quam vbi in excommunicatis ex alia cauſa requiritur ab eodem Concilio denunciatio, & ſic notorium iuris, & nõ ſufficit notoriũ facti, in excõmunicatis verò ob percuſſionẽ clerici nõ ſufficit notorium iuris, ſed requiritur notorium facti, & ſic non opus eſt denunciatione, vt ſupra dixi à *nu. 151. & ſeq.* non ſolum eſt fauor ordinis clericalis, ſed etiam frequentia huius delicti; ergo non ſolum religionis fauore, dicta diſpoſitio eſt eſt amplianda, & non reſtringenda *l. ſunt perſonæ ff. de religioſis, & ſumptibus funerum*, ſed etiam dicendũ eſt, per ipſum Concilium præſupponi, quòd frequentius ipſa duo, ſcilicet notorietas percuſſionis, & iniuſtitiæ ipſius percuſſionis ſimul concurrant, quàm è contra nempè raro hæc ſimul concurrere, vt ſupponit ex *Sayro ipſe Fagundez*. Confirmatur ex regula *text. in l. nam ad ea ff. de legibus & cap. coram de offic. delegati*, quod ſcilicet lex non datur ad ea, quæ de raro eueniunt, ſed quæ frequenter euenire ſoleat; nam quod rarò accidit contemnunt legiſlatores *l. quoniam ff. de legibus cum alijs concordantibus, de quibus per Rolandum à Valle conſil. 96. num. 26. & ſeq. vol. 3.* Vnde dicerem quòd
174 doctrina *Fagũdez* procedit, quãdo conſcius, ſeù qui vidit percuſſionem iam notoriam ratione numeri perſonarum coram quibus fuit facta, ſic & notoriam notorietate facti, probabiliter ſaltem dubitet, vel audiat alios fide dignos dubitare de iniuſtitia ipſius percuſſionis, ſeu an dictus percuſſor per eam inciderit in excommunicationẽ, quod non videtur negare ipſemet *Fagundez ibidem num. 14. in principio*. (Cùm contexiſſe teſtimonium quam quis præſumatur, *l. nam ad ea, ibi alta gloſa, verbo prorſus ad finem ff. de condi. & demonſtrationibus quem textum ad hoc allegat Rota Romana in Ianuenſi iuris patron. 23. Ianuarij 1612. coram Cardinali Papbilio*) ibi, *Sed ſi quid ego ſolus vidi percuſſionẽ apertè iniuſtam*. Hoc enim caſu, quandiu per iudicis ſententiã nõ erit declaratũ, dictũ percuſſorem incurriſſe excõmunicationẽ non tenemur eũ euitare, hic enim intellectus eſt ſm̃ literã dictæ extrauagantis, ibi, *Factum non poſſit vlla tergiuerſatione celari, nec aliquo ſuffragio excuſari*, nã nã dictio illa, *nec*, non ſolũ copulat, & cõtinuat præcedens dictum, ſed etiam ſtat declaratiuè
175 ad præcedentia *l. nec quicquam ff. de offic. proconſulis cum alijs allegatis à Rolando à Valle cõſ. 150. nu. 56. vol. 3.* nec deuiat à mente, & fine dictæ extrauagantis, cuius diſpoſitio aliàs ſi ſimpliciter, & generaliter intelligeretur, vt intelligit *Fagundez* quod ſcilicet quãdiu per ſentẽtiam, &c. redderetur eluſoria, contra regulam *text. in c. ſi ciuitas de ſent. excommun. in 6. & l. ſi quando ff. de leg. 1.*

Dices, ſi hoc caſu expectanda eſt ſententia iudicis, ergo nulla differentia eſt inducta per dictam extrauagantem inter excommunicatũ ex alia cauſa & excommunicatum ex iſta cauſa percuſſionis Clericorum. Reſpondeo eſſe magnam differentiam, quia ad hoc, vt teneamur euitare excommunicatum ex alia cauſa, non ſufficit ſententia declaratoria, quòd talis inciderit excommunicationẽ, ſed neceſſaria eſt denũciatio, vt dixi ſupra, at hoc ſufficeret quãdo tractatur de excommunicatione ob percuſſionem, ſcilicèt ſententia, qua declaratur aliquẽ incurriſſe ex ea cauſa excommunicationem abſque alia denunciatione, ſeu cedulonum affixione.

Nec etiam obſtat, quòd quotidie videmus, cędulones affigi contra ſimiles notorios percuſſores clericorum per iudices Eccleſiaſticos, per quos cædulones; iubẽtur fideles euitare illos, quod eſſet ſuperfluum, ſi eo ipſo vbi sũt notorij, tales, eſſent euitandi. Quia reſpondetur ex regula illa textus *in cap. cum parati ext. de appellationibus*. quod ſcilicet nemo prohibetur plu-
176 ribus defenſionibus vti, & ex eo, quòd Eccleſia cõtra notorium clerici percuſſorem habeat defenſionem ex Concilio Conſtantienſi, quòd debeãt à fidelibus euitari, non illi prohibetur vti et cædulonib⁹, dũ igitur Eccleſiæ id nõ pròhibetur, vtendo iure ſuo, non poteſt ſibi præiudicare. Accedat quòd cædulones non ſolum affiguntur ob id vt euitetur is, contra quem illi affiguntur, ſed etiam vt confundatur, & citius reſipiſcat ſatisfaciendo, & petendo abſolutionem & vt innuit *Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neapolitana c. 24. in principio*, ibi,
177 *quia tales magis timent affixionem cædulonum propter infamiam quam ipſam excommunicationem*, & proſequitur *Riccius deciſ. 115. nu. 1. p. 2.* & tandem quando affiguntur cædulones contra tales, præſupponitur rem deductam in iudicio inſtante parte, vel fiſco, ad officiũ enim Prælatorum ſpectat denunciare excommunicatum, et nemine requirente, & eos euitare facere donec ſatisfecerint, & abſoluti fuerint. *Riccius loco proximè citato nu. 5.* & ideò nil mirum ſi procedatur via iuris. Quomodo autem iudex
178 in ſimili cauſa debeat procedere, tãgit *Fagundez loco ſupracitato nu. 13.* qui ait. *apud tribunalia aliquorũ iudicum Eccleſiaſticorum practicari*,



Digitized by Google

*vt non declaretur per ſententiam, fuiſſe aliquem notorium clerici percuſſorem, niſi prius ad iudiciũ vocetur, an habeat iuſtam cauſam, qua ſe defendat &c.* quod ſubdit, *ex abundanti fieri ad maiorem iuſtificationem iudicis, nam vbi de criminis veritate conſtat, non oportet reum in iudicium vocare, quia iam eſt notorius notorietate iuris, cum iam de crimine, & ſacrilegio per legitimam teſtium depoſitionem conſtet.* Vult enim non eſſe neceſſariam citationem ad declarationem, de qua ſupra, ſed quia ſententia eſt neceſſaria quando ſumus in dubio, an competat reo aliqua de-
179 fenſio, debet præcedere citatio, vt poſt *Rotam dixi ſupra ſub num.* 127. & in terminis adeſt *deciſ. eiuſdem Rot. Romanæ* 504. *aliàs* 20. *de ſent. excommunicationis in antiquis*, vbi habetis hæc verba. *ſi petatur quis declarari per Ordinarium incidiſſe in Canonem ſi quis ſuadente* 17. *q.* 4. *quia percuſſit clericum, ad finem quòd denuncietur publicè excommunicatus, & euitetur à Chriſti fidelibus, non requiritur litis conteſtatio, licèt Ordinarius, qui eſt exequutor Canonis, debet parte vocata, & cum cauſa cognitione ſummariè procedere, & de hoc inquirere, &c.*

*An notorius clerici percuſſor in vno loco, ſit vitandus etiam in alio loco ab iis, qui id ſciunt, & quid de dubitante, an quis ſit publicus, ſeu notorius clerici percuſſor.*

VIdetur prima fronte dicendum, quòd ſic, argumento eorum, quæ plerique Doctores dicunt de denunciato in vno loco, vt. ſcil. vbiq; ab id ſcientibus, vitari debeat ſaltẽ in occulto vt dixi *ſupra n.* 147. Sed contrarium pro-
180 babiliter concludit *Auila p.* 2. *c.* 6. *diſp.* 11. *dubio* 12. *verſ. vir quidam doctus*, quem probat *Layman citat. c.* 4. *nu.* 5. *ad finem*, qui in medium affert differentiam inter denunciationem, & notorietatem; denunciatio enim ſicut ipſa excommunicatio reſpicit perſonam, & ideò cùm aliquem ſcio alibi denunciatum, debeo vbique euitare; notorietas autem non reſpicit perſonam, ſed locum, & per conſequens notorius in vno loco, non poteſt dici eo ipſo notorius vbique, ex qua ratione, patet hanc opinionem eſſe valde probabilem. Accedit nouiſsimè *Diana tomo* 5. *tractatu* 9. *reſol.*
181 Dubius autem de notorietate talis percuſſionis clerici, non tenetur euitare percuſſorem vt etiam ſuprà dixi quæſito præcedenti *nu.* 150. de dubio circa denunciationem excommunicationis, & in terminis docet *Hurtado de excommunicat. diſp.* 11. *num.* 10. non enim pro tali obligatione euitandi, ſufficit dubium & ſi prudens, vt ipſe ait, ſed requiritur notitia moraliter certa, ſequitur *Diana p.* 4. *tract.* 3. *reſol.* 71.

*Hodiè an poſſint fideles communicare cum excommunicato tolerato; vt ſuprà, abſque aliqua culpa.*

EX quo hucuſque explicaui, qui nam ſint hodie excommunicati vitandi; priuſquam vlterius procedam, aperiendum, eſt an cum ijs qui excommunicationem incurriſſe ſcitur, ſed non ſunt denunciati, vel notorij Cle-
182 rici percuſſores, poſſint fideles communicare abſque vlla culpa, ac ſi non eſſent excommunicati. Notate, quòd dixi, abſque vlla culpa, quia certum eſt, apud omnes DD. ex hac communicatione non incurrere fideles excommunicationem minorem, ita *Auila* 2. *par. c.* 6. *diſp.* 6. *dubio* 1. *verſ.* 4. *notandum Hurtado diſp.* 2. *de excommunicatione ſub nu.* 12. & alios paſſim; nàm hæc excommunicatio incurritur ob trãſgreſſionem præcepti Eccleſiaſtici de non communicando cum excommunicatis vitandis, & non toleratis, quales hodie, vt dixi, tãtũ ſunt denunciati, & notorij clericorum percuſſores.
183 Circà reſolutionẽ quæſiti, concordant Doctores, Primo nullam eſſe culpam, vbi fideles cõmunicant cum excommunicato, qui non ſolũ nequaquam ſit vel denunciatus, vel notorius Clerici percuſſor, ſed etiã occultus; notus tantũ ei, qui cum eo communicat, quia etiam ante Cõcilium Coſtantienſe, non erat illicitum cum eo communicare, vt patet ex ſupradictis, & docent Doctores omnes communiter.

Concordant ſecundò, quòd vrgente aliqua neceſſitate, vel ſaltem vtilitate reſpectu fideliũ communicandi cum dictis excommunicatis, & ſi publicis, poſſint ipſi fideles abſque vlla culpa cum eis communicare, quia talis neceſſitas, & vtilitas excuſaret quoque dictam communicationem, quando eſſent excommunicati vitandi vt infrà, ergo tanto magis, quando non ſunt vitandi.

Concordant tertiò, neque peccare fideles cõmunicando cum ipſis excommunicatis quãdo ipſi excommunicati ex ſe primo ingerunt, vel ſunt parati ad communicandum v. g. dum ades in platea, accedit excommunicatus ad tecum loquendum, vel intranti tibi in Eccleſiam, ſacerdos ſe offert miſſam coram te celebrare, & & ſi. n. rectius faceres, ſi recuſares eius colloquium, aut celebrationem Miſſæ coram te, tamen ſi acquieſcis, non peccas *Aegidius Conink diſput.* 14. *dub.* 3. *concl.* 2. *Layman citato c.* 4. *nu.* 5. *verſ. his adde ad finem, Hurtado Bonacina, & alij communiter.*

Difficultas igitur, reducitur ad eum caſum, quo excommunicatus non eſt occultus, ſed notorius, neque dictus excommunicatus primo ſe ingerit neque eſt paratus, vtrum fideles poſſint, nulla vrgente neceſſitate, vel vtilitate
184 talis communionis, prouocare ipſum excommu-

municatum ad communicādum abſque culpa veniali, quando agitur de communione in humanis, & abſque culpa mortali, quando agitur de communione in diuinis prohibitis ex vi cēſuræ. Dixi primo *quando agitur de communione in humanis,* quia licet ēt de hoc aliqui authores dubitant, vt eſt videre per *Auilam loco infra cit.* tamen *Hurtado cit. diſp. 2. ſub eodem numero aſſerit,* conuenire DD. in hoc caſu, nullam eſſe timendam culpam. Dixi ſecundo *ex vi cenſuræ.* quia etiam cōueniunt DD. quod ex alio capite
185 poſſit fidelis peccare cōmunicando cum excommunicato licet tolerato, Duos caſus indicat *Layman loco ſupra citat.* primus eſt qn̄ ſcio, quòd ex tali mea prouocatione ad communicandum, ipſe excommunicatus fiet obſtinatior in ſua cōtumacia; ſecūdus eſt, quando prouocat eum ad Miſſam celebrādā, vel ſacramētum adminiſtrādum, ſciens illū perſeuerare in peccato ob q̄ incurrerat excōmunicationē, vel ob alia, non eſſe in ſtatu gratiæ, addit *Suarez diſp. 11. ſect. 4. nu 4. ad finem,* alium caſum, nempè quādo hic & nunc orietur ſcandalum ex tali communicatione. Exemplum, ſūt duo Sacerdotes, vnus non excommunicatus, alius qui communiter habetur pro excommunicato, petis miſſam ab excommunicato, & non ab alio, tunc enim ratio naturalis dictat, quod deberes potiùs à non excommunicato quàm ab excommunicato petere miſſam, ſaltem ad euitandum ſcandalum.

Circà iſtam difficultatem ſic explicatam, duas reperio ſententias ſibi pugnantes. Prima eſt *Caietani verbo abſolutionis impedimēta verſ. ex extrauagan.* & aliorum quos ex recentioribus, probant *Auila par. 2. cap. 6. diſp. 6. dub. c. 1. concl. 3. Suarez, & ConinK quos refert & ſequitur Layman cit. cap 4. ſub num. 2.* qui negat, hoc eſſe licitum fidelibus, ſcilicet prouocare, & inuitare excommunicatum, vt ſupra, ad communicandum abſque neceſſitate, qui *Layman citato num. ad finem,* ſubdit quoque, contrariam opinionem quòad prouocationem circa Sacramenti adminiſtrationem, eſſe improbabilem, Fundamentum huius opinionis eſt, quòd excōmunicatus acquieſcendo tali prouocationi, & inuitationi peccet, igitur etiā ipſe prouocans, Aſſumptum ſumunt ex illis verbis *extrauagantis* quando proteſtatur, non intendere in aliquo velle fauere ipſis excommunicatis. Conſequentia probatur ex regula de cooperante alicui in aliquo peccato, vt ſcilicèt peccet ſimiliter, & ipſe eodem peccato.

Secunda opinio, eſt *Soti, Victoriæ, Sanchez, & aliorum quos refert & ſequitnr Fagundez lib. 2. in primum præceptum Eccleſiæ cap. 5. num. 19.* qui teſtatur de veriori, & probabiliori, quibus accedit nouiſſime *Hurtado loco ſupracitato nu. 12. ad finem* fatetur eſſe probabilem hanc ſententiā *Auila pro contraria allegatus.* proſequitur appellando hanc opinionem probabiliſſimam *Bonat. diſp. 2. de cenſuris q. 2. puncto 2. §. 3. num. 4.* nempè fidelem quemlibet poſſe liberè prouocare, inducere, & inuitare excommunicatos toleratos, ſeu non vitandos etiam abſque aliqua neceſſitate, vel vtilitate, ſiuè paratum, ſiuè non paratum ſine ſcrupulo vllius culpæ, ac ſi non eſſent excommunicati. Hæc ſentētia, quam ego
186 etiam ſequor, fundatur in verbis dictæ *extrauagantis ad euitandam,* vbi habetur, neminem debere prætextu cenſuræ abſtinere à communicatione excommunicatorum, qui non ſunt denūciati, vel notorij percuſſores cleric. ēt circa diuina, & ſacramentorum receptionem, & adminiſtrationem. ergo non ſolum quando vrget neceſſitas, vel excommunicatus ſe ingerit, vel eſt paratus, ſed ſimpliciter, & abſolutè fidelibus ſemper eſt licita communicatio cum ipſis excommunicatis toleratis, Conſequentia patet, quia alias, vt Doctores ſupracitati aiunt, non eſſet conſultum periculis, ſcandalis, & conſciētijs timoratorum, prout dicta *extrauagans* intendit conſulere. Ad rationem in contrarium negatur aſſumptum, nam vt ſupra dixi, quando talis excommunicatus eſt inuitatus, & prouocatus, acquieſcendo non peccat. Ad confirmationem ex *extrauagante.* Replicatur, illam non intendere directè fauere ipſis excommunicatis, nempè vt poſſint ſe ingerere: ſed de facto indirectè illis fauere, quatenùs reſpicit fauorem, & libertatem fidelium, vt ab ipſis prouocati, poſſint ac quieſcere tali prouocationi, nam aliàs nullum eſſet conceſſum priuilegiū fidelibus per dictā extrauagantem; ſi liberè, & abſque vllo ſcrupulo nequirent inducere, & prouocare excommunicatos ad cōmunicandum, vt ſupra dixi.

Ampliatur etiam ſi legitimè nō prouocaretur talis excommunicatus quando v. gratia, ſacerdos à quo petitur miſſa, vel adminiſtratio
187 Sacramenti non ſit Parrochus, ita *Fagundez, & Bonac. locis ſupracitatis,* qui benè id probant ex regula illa, quòd lex generaliter, & indiſtinctè loquens, generaliter, & indiſtinctè debeat intelligi, quando in caſibus ſpecialibus non eſt facta alia ſpecialis prouiſio *l. ſticcus vbi Bart. ff. de alimentis, & cibarijs legatis,* ſed dicta *extrauagans* generaliter, & indiſtinctè diſponit, neminem debere abſtinere à communicatione cum excommunicato antequam ſit denunciatus vel notorius Clerici percuſſor, ergò generaliter, & indiſtinctè debet intelligi de quolibet excommunicato, ſiuè ſit Parochus ſiuè nō; Eſt hæc ampliatio contrà aliquos DD. quos ex modernis, ſequitur *Auila cit. diſput. 6. dub. ſecundo, in ſecunda opinione.* Illam autem videtur etiam probare, poſt *Conink, Layman cit. cap. quarto, num. 5. verſ. his adde, & clarius num. 6.* vbi concedit, quòd excommunicatus legitimè prouocatus ad communicandum non peccet acquieſcendo communicationi, & dat exemplum de Parrocho prouocato à ſubditis ad adminiſtranda ſacramenta, & etiam Iudi



Digitized by Google

ce, à quo ſui ſubditi adminiſtrationem iuſtitiæ expoſtulant.

Ampliatur ſecundo, quòd talis Sacerdos prouocatus vt ſupra ſiuè legitimè, ſiuè non legitimè, tàm adminiſtrando Sacramenta, vel
188 celebrando, minimè irregularitatem contrahat *Fagundez loco ſuprac. nu* 22. Intellige ſi per ſe nõ ſteterit, quin abſolueretur ab excommunicatione antequam celebraret, vel ſacramenta adminiſtraret *Auila, & Bonacina locis ſupracitatis*, Hurtado num.16. & ante hos omnes *Suarez citata diſput.* 11. *ſectione quarta num.*18.

189 Ampliatur tertio, quòd etiam ſit licitum pro excommunicatis, vt ſupra toleratis publicè orare,& ſacrificium miſſæ offerre,ita *Nauarr. Henriquez, Conink, quos refert,& ſequitur Layman cit. cap.4.nu.70. Hurtad.diſp.3. de excõmunic.nu.*10.& nos ſequuti ſumus *in noſtro trac. de officio Cappellani quæſt.6. ſec.3.* fundamentalis ratio eſt, quòd talis oratio,& oblatio ſacrificij pertineat ad communicationem externam, aliàs enim non poſſet prohiberi,iuxtà vulgatũ proloquium, Eccleſia non iudicat de occultis, Probatur aſſumptum, quia excommunicatus etſi denũciatus priuatur ſuffragijs,non vt deſeratur auxilijs ſpiritualibus,ſed vt videdo ſe priuatum hac cõmunicatione citiùs à contumacia diſcedat, ergò ſignum eſt pertinere ad perfectã communicationem externam. Hanc opinionem fatetur eſſe probabilem, dùm aſſerit,contrariam eſſe probabiliorem, *Filliuccius tractatu* 12.*aliàs* 2.*de cenſuris in particulari nu* 39. & 40. *Alterius lib.*1.*diſp.*5.*c.*5. *in princip.* accedit,aliis allegatis pro & cõtra, noſter *Diana p.*5.*tr.*9.*reſ.*74. Eſt hæc ampliatio contrà plurimos authores,quos ex modernis ſequuntur *Suarez diſp.*9. *ſect.*2. *num.*16. & *Auila p.*2.*cap.*6. *diſp.*9.*dub.*3. *Marchinus in trac. de ordine trac.*3. *p.*2.*c.* 8.*n.*20. Qui *num ſeq.* conatur conciliare opiniones iſtas contrarias. Aduerſariorũ aũt fundamentũ ruit, iam ex ratione, pro noſtra ampliatione allata.

190 Putant enim orare, & ſacrificare non pertinere ad communicationem externam,quæ cõceditur à dicta extrauagante cum ipſis excommunicatis toleratis, ſed benè ad communicationem internam, quia conſiſtunt in applicatione particulari, quæ pertinet ad actum internum,& per conſequens non videatur circà hoc innouare aliquid extrauagans, ius antiquum. Dixi, in applicatione particulari, quia certum eſt, orationes, ſuffragia, ac ſacrificia, quæ generaliter fiunt pro fidelibus, non prodeſſe excommunicatis etiam toleratis, *Hurtado diſp.*3. *de excommunic.n.*14. Reſtringit & optimè *Layman loco ſuprac. ad finem num.*8. vbi vel contraria extaret conſuetudo, vel adeſſet periculum ſcandali.

191 Sequitur primo ex hac ampliatione, quòd ſi Rex vel Epiſcopus, qui nominari ſolent in can. Miſſæ,& ſi ſint hi tales notorij excommunicati, dummodo non ſint denunciati vel Clericorum notorii percuſſores, non per hoc prohiberi ſacerdotem eos, vt ſupra, nominare: ita *Layman ſup.n.*8. *verſ.*2. *probatur.*

192 Sequitur ſecundo, quòd ſi excommunicatus toleratus eleæmoſinam tibi offerat, non erit tibi illicitum eam accipere, & pro illo ſacrificare, vt dixi citata *ſec.* 8. & notat in terminis *Layman loco ſupracitato verſ ſecundo probatur ratione*, quicquid *Nau.* contrarium docere videatur; quem ſequitur *Alterius cit.diſp.*6. *c.*4. *verſ. quare*, & nouiſſimè *Marchinus tract.*2. *de ordine par.*2.*cap* 8. *ad finem.* peccaret tamen venialiter ipſe excommunicatus petens pro ſe
193 offerri ſuffragia communia quia eſt communicatio etiam in humanis dicta petitio *Hurtado diſput.*3. *de excommunicatione num.*13. intellige niſi petat, quia illa ſibi putet cõferre ad ſui cõuerſionẽ,quo caſu nullũ peccatũ cõmitteret.

194 Dixi, *publicè orare, & ſacrificium publicum offerre*,quia non eſſet illicitum priuatim orationes,& alia pia opera, quæ à fidelibus nomine proprio fiunt, applicare etiam pro excommunicato vitando,cùm hæc communicatio proueniat ex charitate, qua membra huius miſtici corporis,ſe inuicem diligunt,quam Eccleſia nõ poteſt tollere, eſt communis ſententia, de qua teſtatur poſt *Suarez, Filliuccius ſupracit. nu.*51. *Alterius ſuprac.diſput.*6.*cap.*9. Qui *ibidem cap.*7. concedit, dictam orationem priuatam poſſe
195 miniſtrum Eccleſiæ pro dicto excommunicato immiſcere, etiam quando orat *nomine Eccleſiæ* publica oratione v. g. in *memento miſſæ*, etiam ſi eſſet talis excommunicatus non toleratus,& latius per *Filliuccium ſupracit.num.*52. *Hurtado diſp.*3. *de excomm. num.*15. Quæres, an
196 dictæ orationes proſint dictis excommunicati, ſi ſint in gratia & per ipſos non ſtet,quin abſoluãtur? Ratio dubitandi eſt,quia poteſt eſſe, quòd miniſter poſſit orare abſque peccato, tamen oratio nihil illis proſit, ſicut è cõtra poteſt quis peccare orando, tamen oratio poteſt illi prodeſſe, vt oſtendit *Alterius citata diſp.*8. *c.*8. Reſpondetur ex his, quæ dicunt communiter DD. loquendo de excommunicatione in genere, non diſtinguendo inter toleratum, & non toleratum, quòd ſcilicet ſi offerat ex perſona Chriſti Miſſam,vel alia ſuffragia, licet peccet,( quod ego intelligo. etiam eo caſu, quòd non eſſet toleratus talis excommunicatus) tamen proſint illi talia ſuffragia, quoad fructum qui per ea applicatur, ſi offerat nomine Eccleſ. *Suarez diſp.*9.*ſect.*4. *Alterius citata diſp.*6.*cap* 8. *Layman lib.*1.*tract.*5 *p.*2.*c.*2.*nu.*5. quod eſt idẽ, quàm,quòd proſunt illi talia ſuffragia,& miſſa quoad fructum ſatisfactorium,non autem quoad fructum impetrationis, vt benè poſt *Suarez*
197 *Filiuccius ſupra ſub nu.*32. Quæ differentia autẽ ſit inter fructũ ſatisfactoriũ & impetratoriũ, patet ex dictis in noſtro *tractatu de officio Cappellani*. Quòd excõmunicatus cõtritus valeat ante abſolutionẽ acquirere Indulgentias conceſſas

Digitized by Google

ceſſas contritis, eſt probabilis opinio, & ſi cõtraria ſit probabilior, vt teſtatur *Alterius cit. diſp. 6. c. 6. verſ. 3. dubitari poteſt, de qua re Hurtado diſp. 3. de excomm. nu. 12. & diſp. 2. n. 8.*

Ampliatur quartò, quòd etiam talis ex-
198 cõmunicatus, vbi mortuus ſit cum ſignis ſalutis, poſſit ſepeliri in loco ſacro, & conſequenter non ſolum per illius ſepulturam non polluatur Eccleſia, nec illum ſepelientes incurrant excommunicationem latam *in Clem. 1. de ſepulturis*, nec ſi ſit hæreticus, excommunicationem latam, *in cap. quicunque de hereticis in 6.* iuxtà communiorem opinionem, de qua teſtatur *Layman ſuprà, num. 9.* quidquid contrarium doceat *Alterius lib. 1. diſp. 11. cap. 1. verſ. ſed dubium eſt,* ſed etiam quòd neque peccent, nec etiam incurrant excommunicationem minorem:
199 ita poſt *Nau. & Henriq. Layman loco ſuprac. verſ. dico ſecundo, Hurtado ſup. num. 15.* qui hoc dicunt, verũ, etiam ſi notorium ſit, talẽ, eſſe excõmunicatũ ob aliã cauſam, præter percuſsionem Clerici, accedunt præter ſuprà allegatos *Suarez, Toletus, & Guttierez,* quos ſequitur nouiſsimè *Diana t. 5. tr. 3. reſol. 140.* vbi *reſol. ſeq.* de eo, qui poſt duellum ſuperuixit ſaltem per vnam horam, & confeſſus fuit, vel oſtendit ſigna contritionis, vide quoad principalem difficultatem eundẽ *ibid. tract. 9. reſol. 97.* quidquid contrarium doceat *Auila citatus à Layman*, & ſequitur *Alterius cit. lib. 1 diſp. 10. cap. 7. verſ. quamobrem, & alij apud Dianam loco ſuprac.* Ratio huius ampliationis eſt manifeſta à contrario ſenſu in *cap. ſacris de ſepulturis*, vbi habetur, quòd quibus nõ cõmunicamus viuis, neque debemus communicare mortuis, ſed iſtis excommunicatis toleratis communicauimus viuis, ergò etiam mortuis, militat enim eadem ratio. Dixi *toleratis,* quia id, quod dixi ſuprà *recollect. 1. n. 505.* ſcilicèt non ſufficere hoc caſu ſigna contri-
200 tionis, abſq. abſolutione, vt poſsit excommunicatus tradi ſepulturæ Eccleſiaſticæ, ſed benè hæc ſigna proderunt, vt poſsit cadauer abſolui ab habente facultatem, vt ibi, & poſtea tradi ſepulturæ, &c. procedit quando talis excommunicatus eſſet denunciatus, vel notorius Clerici percuſſor *cap. à nobis, el. 2. de ſent. excommun.* in hoc enim caſu, quo non eſt toleratus, non ſufficit quòd ſatisfaciat conſcientiæ per ſigna contritionis, ſed etiã ſatisfaciendum eſt Eccleſiæ, quæ eum denunciauit. Nota S. Congreg. Epiſcop. & Regular. in vna Nolana 19. Iunij, 1619. declaraſſe, quòd excommunicatus ſi in mortis articulo dixit hæc verba, *confeſſione, Madonna Santiſſima aiutatme*, tradi debeat Eccleſiaſticæ ſepulturæ, refert *Borboſa in collect. Bullar. & decretorum, verb. excommunicatus.*

Dices ſi communicatio per extrauagantem ad euitanda non interdicitur cum excommunicato tolerato, ergò nihil deſeruit quòd talis excommunicatus ſit mortuus cũ ſignis pænitentiæ, vel non. Reſpondetur, quòd ſigna pænitentiæ deſeruiunt prò exexcommunicato notorio, & ſi tolerato, quia ſi ſinè illis ſignis moreretur, non poſſet ſepeliri, in loco ſacro non ratione cenſuræ, ſed peccati notorij, in quo mortuus eſt, vide *Laym. loco ſuprac. ad fine cit. nu. 9.* vbi de ſepultura danda, vel deneganda hæreticis mortuis in Germania.

Sed quid dicendum in caſu contrario,
201 vbi miniſtri Eccleſiæ adminiſtrant Sacramenta ipſis excommunicatis toleratis? Reſpondetur quòd licèt non faciant contrà prohibitionem Eccleſiæ, quia vt ſuprà dictũ fuit, quilibet poteſt cum dicto excommunicato communicare, etiam in Sacramentorum adminiſtratione; tamen quia faciunt contrà ius naturale, regulariter nõ effugiunt culpã mortalẽ, quia *Concil. Conſtantienſe*, & ſic Eccleſia, & ſi poſsit concedere cõmunionem cum excommunicatis, non tamen poteſt auferre obligationem, quæ prouenit ex intrinſeca Sacramentorum ratione, nempè vt conferatur dignis, at excommunicatus, & ſi occultus, & ſi contritus ſemper eſt indignus, donec fuerit ab excommunicatione abſolutus, cùm ſit præciſus ab Eccleſia, & non poteſt petere Sacramenta abſque peccato mortali, ergò etiam peccabit mortaliter, illi Sacramenta adminiſtrãs, ita *Suarez diſp. 10. ſect. 2. nu. 12.* qui ſubdit, ita intelligendos authores aſſerentes, etiam tunc prohibitum eſſe miniſtris Sacramentorum, dare illa excommunicatis, quos ſequitur *Bonacina diſp. 2. q. 2. p. 2. §. 2. num. 1. Alterius lib. 1. de cenſuris diſp. 6. cap. 4. verſ. ſi verò grauatur.* Qui hoc ampliat *verſ. & ſi dubitet Adrianus*, etiam ſi ex hac denegatione adminiſtrationis Sacramentorum, reſpectu ipſorummet, eſſet pe-
202 riculum ſcandali, quia v.g. deteriores fierent, ac magis contumaces, vel etiam quòd in hæreſim incidant, eſſet enim hoc ſcandalum paſsiuum non actiuum, vt ante eum dixit *Suarez loco ſuprac. n. 13.* Amplia ſecundò *ex Bonacina ſup. n. 4. ad finem*, etiam ſi miniſtraret excommunicato, vt ſup. neſcienti, vel non aduertenti ſe talem eſſe. Dixi *regulariter*, quia ſecus erit, vbi talis eſſet etiam occultus, vel aliàs talis excommunicatus, petẽdo dicta Sacramenta, non peccaret, puta quia petit ob neceſsitatem vitandæ infamiæ, vel ſcandali reſpectu aliorum, vt per *Suarez loco ſuprac.* & ſequitur ibid. *Bonacina num. 2. & 4.* qui aſſerit *Vaſquez* in hoc non conſentire *Suarez*, videte etiam *Alterium lib. 1. diſp. 6. cap. 4. ad finem.*

De

Digitized by Google

### *De ijs in quibus fideles prohibentur communicare cum excommunicatis vitandis.*

POſtquam in præcedentibus fuit declaratum, qui nam ſint excommunicati vitandi,& firmatum quod cum excommunicatis non vitandis, poſſunt fideles ex vi cenſuræ libere communicare, ac ſi nõ eſſent excommunicati, ſequitur vt explicemus actus particulares, in quibus fideles obligantur illos vitare, quando ipſi vel ſunt denunciati, vel ſunt notorij Clericorum percuſſores. Circà iſtam materiam, & ſi Doctores diuermodè procedãt, ſit tamen. Concluſio. Actus particulares, in quibus fideles tenentur euitare excommunicatos non toleratos, reducuntur ad illa quinque capita, de quibus in illo verſu ſatis vulgato. *Os, orare, vale, communio, menſa negatur*. Hæc concluſio indiget potius declaratione, quàm probatione, ideòque primò quæro.

### *De actibus particularibus, qui reducuntur ad* ly *Os.*

SEx actus particulares includuntur, in iſta particula, vt optimè poſt alios *Sayr. lib.* 2
203 *de cẽſuris c.* 13. *n.* 2. Primus, oſculũ dari excommunicato, vel illud ab excommunicato recipere, ſecundus oris loquutio, & omnis ſermo, tertius ad eum ſcribere, vel ab eo litteras recipere, quartus locutio per nunciũ, quintus locutio per ſigna, & nutus, ſextus, & vltimus, munus ad eum mittere, & ab eo recipere.

204 Circà *oſculum*, quia hìc, oſculum intelligitur, vt eſt ſignum beneuolentiæ, vt Doctores omnes fatentur, prohibetur etiam amplexus in ſignum amicitiæ, ita *Nau. cap.* 27 *num.* 20 *Alterius lib.* 1. *diſp.* 10. *cap.* 2. *in principio, Auila* 2. *p. c.* 6. *dub.* 9. *diſp.* 2. *in princ. Laym. lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 3. *n.* 16. idẽ à pari dicerem ſi tale ſignũ per manuum coniunctionẽ oſtẽderetur, eſt .n. hoc ſignum etiã pacis, fauet *Reginaldus lib.* 32. *num.* 68. *in principio.*

Proponit *Sayrus loco ſuprac.* hoc quæſitũ, pone quod aliquis excommunicatus oſculetur Petrum non excommunicatum, & ego antea vel poſtea oſculor Petrum eundem, an dicar communicaſſe in oſculo cum excõmunicato. Qui reſpõdet, me non cenſeri cõmunicaſſe cum excommunicato, niſi ea conditione conueniſſemus, ego & excommunicatus ad Petrũ oſculandum, ſequitur *Bonacina diſp.* 2. *quæſt.* 2. *p.* 6. §. 2. *n.* 20.

205 Circà *locutionem*, omnes Doctores conueniunt primò, intelligi ſiuè ſecretè, ſiuè palã, cum illo loquamur, item non ſolum ſi verbis, vt ſuprà, ſed etiam per litteras per nuncium, ſigna, vel nutus, ſecundò quod & ſi ab eo prouocemur ad loquendum, non tamen ei reſpondere liceat, niſi per illa verba, *Deus te conuertat, illuminet, & ſimilia*, tertiò, quòd ſecum neque alloqui poſſimus, etiam ſi ipſe excommunicatus nihil reſpondeat, ita *Sayrus loco ſuprac.* Poſt *Couarr. in c. Alma mater p* 1. §. 2. *D. Antoninũ, & alios*. Quartò licere ei mittere litteras, nunciũ, in eo caſu, quo licet cum eo loqui, hoc eſt ad eius conuerſionem, ſic etiam dicas de nutibus, & ſignis. Quintò quòd etiam prohibetur quis audire verba dicta ab ipſo excommunicato, ita *Hurtado diſp.* 9. *de excommunicatione n.* 3. Sed intellige vt per *Suarez diſp.* 5. *ſect.* 1. *ſub num.* 20. ibi *ſiuè loquendo tantum, vel aures ei præbendo*, nempè, quia ſicut non licet loqui cum excommunicato, & ſi ipſe non reſpondeat, vt ſuprà dixi, ita neque tibi licebit eum audire tecum loquentem, & ſi ei nihil reſpondeas, vt explicat *Reginaldus loco infrà citando.* Vndè dixi, quòd ſi audias eum loquentem cum alio, vel ex te non incurris excommunicationem minorem, tunc enim nulla adeſt confabulatio cum ipſo excommunicato, quæ confabulatio per iſtam particulã prohibetur, vt ibi per *Suarez, & Reginaldum lib.* 32. *n.* 68. qui idem dicit de eo, qui dicit excommunicato, *volo tecum alloqui*, ſed meritò contrarium docet *Riccialtus lib.* 4. *de iure perſonarum c.* 48. *ſub n.* 13. quia velle facere, non eſt facere, iuxtà iura, quæ allegat.

206 Circà *munerum receptionem*, & dationem, rectè enim ſub particula, *Os*, munerum acceptio comprehenditur, quia cum bono ſermone recipiuntur, & mittenti gratiæ referuntur, ait *Archidiaconus in cap. de Eulogijs diſt.* 18. refert *Homobonus de caſibus reſeruatis p.* 3. *cap.* 3. *fol.* 481. Non ſolum enim eſt illicitum accipere munus ab excommunicato, ſed etiam ab eius familia nempè vxore, filijs, famulis, *Sylu. Henriq. & alij, quos ſequitur, Sayrus loco ſuprac.* qui benè explicat, primò intelligi de munere in caſu non conceſſo, ſeù vt explicat *Riccialtus lib.* 4. *de iure perſonarum cap.* 46. *n.* 20. in caſu non neceſſario, quia ſi eſt neceſſarium ex ſeruitio præſtito, vel quia ſolitum eſt præſtari, non erit illicitum acccipere illud.

207 Secundò quando familia donat de rebus, ſeù bonis ipſius excommunicati, ſecus ſi donetur à familia res propria, puta quando vxor donat de paraphernalibus, ſeù de bonis communibus, ſi ipſa habeat eorum adminiſtrationem à marito, vt benè explicat *Sayrus loco ſuprac.* aut quando filius donas de caſtrenſi, ſeù quaſi, ſeù de peculio, cuius vſufructus ſit ei remiſſus à patre, & famulus de ſua portione, & ſalario. Sed in hac re, ſicut certum eſt, non poſſe accipi munus à familia,

Digitized by Google

milia, quando donatur res ipſius excommunicati, ſiuè nomine excommunicati, ſiuè vtriuſque: ita incertum eſt, quando donatur de re propria dantis, vtrum ſi offeratur nomine excommunicati, vel vtriuſque poſsit recipi nomine dantis tantum, ſed placet id, quod docet poſt *Palud. Reginal. ſup. nu.* 69. *ad finem*, vbi habet hæc verba, *ſi quid detur amore ipſius excommunicati, quando non ſit eius, poſſe quidem recipi, ſed alio nomine, quàm ipſius excommunicati.* Item non ſolum nequaquam licet accipere munera ab ipſo excommunicato, & eius familia vt ſuprà, ſed
208 neque de eius domo abſente dicto excōmunicato, licet accipere ſubſtẽtationem aliquā, aut etiā vinū ad celebrandā Miſsā, quod benè intelligit *Sayrus loco ſupracit. num.* 3. *ad finem*, extrà caſum neceſſitatis, vt *infrà de cauſis excuſantibus*, ſed numquid qui recipit munus ab excommunicato poſſit illud retinere, ſeù vt melius loquar, vtrum non ſolum incurrat excommunicationem mi-
209 norem, ſed etiam teneatur reſtituere muneris accepti, *Sayrus loco ſuprac. num.* 2. *poſt medium*, dicit hæc verba, *ſi verò ſciens eſſe excommunicatum recipit munus aliquod in caſu non conceſſo, excommunicatus eſt (intellige minori, excommunicatione), propter receptionem, non autem propter retentionem, nō tamen tenetur illi, qui dedit, ſed inducendus eſt reſtituere, in pænitentiam, illos in vſus pios erogare, ſi ad hoc induci poteſt, ſi tamen remitteret ad eum, qui dedit in deteſtationem excommunicationis, & in ruborem excommunicati benè faceret*, ita *Sayrus*, vndè iſta reſtitutio non eſt in præcepto, & ita intelligas, *Auilam loco ſuprac. cap.* 6. *diſp.* 11. *num.* 20. quando dicit, quòd ſi excommunicatus mittat munera, non poſsint retineri, ſed vel remittantur ad eū in confuſionē eius, & ruborem, vel mittantur ad eius vxorem, vel dentur pauperibus, fauet *Bonacina loco ſuprac.* ibi *quamuis bonum conſilium ſit*, & ratio eſt manifeſta, nā reſtitutio tunc eſt in præcepto, vbi læditur iuſtitia commutatiua, quæ hoc caſu, vt certum, eſt non remanet læſa. Eleemoſinā ab excommunicato vitando accipere, vel dare illi, qñ ſit licitū infrà ſuo loco.

### *De actibus particularibus, qui reducuntur ad ly orare.*

ETſi *Suarez diſp.* 15. *ſect.* 1. *num.* 2. putat actus hæc prohibitos non ſpectare ad
210 ciuilem communionē, ſed ad ſpiritualē, pro qua ſpirituali communione intelligit communionem in diuinis, ibi *ad ſpiritualem ſuperius declaratam*, mihi tamen ſemper placuit opinio, *Syluest. Angel. locis ſupracit. & Caiet. in ſumma excomm. verſ. illicita*, quos & ſi non alleget, ſequitur *Bonac. diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 2. *par.* 6. §. 2. *num.* 3. *in principio*, quòd actus prohibiti hic, pertineant ad cōmunicatorem ciuilem, ſcilicèt ne quis oret cum ipſo excōmunicato, ſicut enim per ly *os* prohibetur loqui cum excommunicato, & ly *communio*. contrahere cum excommunicato, per ly *menſa* dormire, ac comedere cū excommunicato, ita per ly *orare* prohibetur orare cū excōmunicato, *can. cū excom.* 11. *q.* 3. quāobrē, DD. poſtquā egerunt de prohibita communicatione in diuinis cum ipſo excōmunicato, quęrūt in ſpecie de cōmunicatione ciuili prohibita cum excommunicatis, & hoc loco referunt hunc verſum, quod etiā obſeruauit idem *Suarez*.

211 Hoc poſito, quæro primò, qua ratione prohibeatur orare fidelis cum excommunicato? Prò intelligentia huius quæſiti, præmittendum eſt, orationem eſſe duplicem, publicam, & priuatam, oratio publica eſt illa, quæ dicitur à miniſtris Eccleſiæ, nomine etiam ipſius Eccleſiæ, priuata verò, quæ recitatur à perſona priuata, tamquam priuata, ita Doctores oēs, ſed clarius procedendo dicas, ꝙ ſicut illę dicūtur orationes recitatæ nominè Eccleſiæ, quæ continentur in miſſali, vel Breuiario, & ſimili, ita tunc dicuntur à miniſtris Eccleſiæ, non ſolum quando ſolemniter cātantur, ſed etiā quando dicuntur ex obligatione ordinis, ſicut è contrariò, quando dictæ orationes, dicuntur tantum ex deuotione; veniunt appellatione orationis priuatæ. *Auila p.* 2. *c.* 6. *diſp.* 9. *dub.* 2.

His terminis ſic declaratis, ſit. Concluſio reſponſiua ad quæſitum: fideles nequeunt
212 orare cum excommunicato, tàm oratione publica, quàm priuata, cum hac tamen differentia, quòd orans cum excommunicato oratione publica, peccat mortaliter, orans verò oratione priuata peccat tantùm venialiter, & ſi in ambobus caſibus incurratur excommunicatio minor. Hæc concluſio ſupponitur ab omnibus authoribus, qui etiam id ampliant in eo caſu, quo ipſe excōmunicatus ſit paratus orare, vel ex ſe ingerat cum fidelibus ad orandum, quia vt ſuprà dictum fuit, tunc eſſe paratum excommunicatum, vel quòd ſe ingerat excommunicatus, excuſat fidelem ſecum communicantē, ſecūdum omnium ſententiam, quando excommunicatus eſt toleratus, non autem quando non eſt toleratus, de quo hic agimus, *Auila cit. diſp.* 9 *dub.* 7. *concl.* 1. Quoniam verò hæc concluſio habet duas partes, prima eſt de oratione publica, ſecunda de oratione priuata. Quæro primò, quando fideles dicātur commnnicare cum excommunicato in
213 oratione publica. In hac re certum eſt, communicare primò in oratione publica, quando quis audit Miſſam excommunicati, vel celebrat Miſſam coram excommunicato. Secundò quando canit in choro officium cum excommunicato, vel tempore,

quo celebrantur officia diuina in choro, exiſtat ibi excommunicatus attendens ad dicta officia, ſic etiam quando fidelis intereſt cum excõmunicato, quando celebrãtur diuina officia, vel in proceſsibus, vel benedictionibus ſolemnibus, & alijs officijs publicis. Concordant enim Doctores, in his caſibus, fideles communicare cum excommunicatis oratione publica, & ſic peccare mortaliter, niſi excuſetur ex ignorantia excommunicationis, vel ratione paruitatis materiæ, quę in materia Miſſæ erit *ab introitu vſque ad Euangelium*, vel ab his, quæ dicuntur poſt *ſumptionem Corporis, & Sanguinis Chriſti Domini, vſque ad finem*, in materia officij erit, *vnus Pſalmus. Auila loco ſupr. ac. diſp. 8. dub. 3. verſ. ego dico Egid. Conink. diſp. 16. num. 146. Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. cap. 3. nu. 2. in princip.*

Primum dubium eſt de laicis, qui in ſuis cõ-
214 fraternitatibus, ſeù oratorijs canunt officium v.g. B.M. mortuorum, lytanias, &c. an ſi inter illos eſſet aliquis excommunicatus non toleratus, qui cum illis caneret, vel aſsiſteret illis cantantibus vt ſuprà, dicerentur communicare in oratione publica, & ſic mortaliter peccare? *Sotus in 4. diſt. 13. q. 2. art. 1. verſ. ex ijs ſequitur*, docet ſimpliciter, nequaquã præfatos poſſe dici cõmunicare in oratione publica, cùm ipſi ſint laici, & ſic nõ miniſtri Eccleſiæ, & per conſequens neque nomine Eccleſiæ poſſunt orare, hæc opinio & ſi probabilis, tamen magis placet diſtinctio *Auilæ cit. cap. 6. diſp. 9. dub. 2. verſ. vtrum verò orationes*, vel enim loquitur de pſalmis, lytanijs, &c. quas cantant inter ipſos, & vera eſt opinio *Soti*, aut verò loquimtur de pſalmis, & lytanijs, quæ cantant proceſsionaliter cum Cruce eleuata, & ſuperpelliceis, & tunc talis oratio iudicari debet publica, quia habetur ac facta à miniſtris Eccleſiæ, & nomine Eccleſiæ.

Secundum dubium, vtrum audiens Miſ-
215 ſam ſimul cum excommunicato non tolerato, dicatur communicare cum excommunicato? *Durandus in 3. diſt. 18. q. 7. num. 7.* docet, hunc non peccare mortaliter, nam putat, quòd non ſit communicatio in diuinis, quia non ſequitur, inquit ipſe, duo communicant vni tertio, qui celebrat Miſsã, quod eſt officiũ, & oratio publicá; ergò cõmunicãt inter ſe, ſicut ſi duo, quorũ vnus ſit excõmunicatus, alter nõ, ſi accipiant Euchariſtiam ab eodẽ Sacerdote, nã tunc & ſi Sacerdos dicatur cõmunicare cum excommunicato, cui præbet communionem, alter verò, qui cum eo accipit Euchariſtiam, non dicitur communicare cum illo.

In contrarium tamen eſt communis DD. opinio, vt teſtatur *Suarez diſp. 12. ſect. 1. n. 16. poſt Paludan. Caiet. Sylu. Nau. & alios*, quòd ſcilicet audientes Miſſam eiuſdẽ Sacerdotis, inter ſe dicantur communicare, quia iuxtà communem ſenſum Eccleſiæ, qui audiunt Miſſam eandem, ſimul quodammodo videntur concurrere ad offerendum ſacrificium cum Sacerdote; ſi ergo ſimul offerunt, ergò inter ſe communicant; concordare, contrà *Durand.* omnes authores, teſtatur *Hurtado diſp. 9. de excomm. nu. 3.* quòd opinio *Duran.* ſit ſingularis, dixit etiam *Auila loco infracitando*, quod ſuſpecta ſibi ſemper fuit viſa illa opinio, dixit *Fagundez præcepto 1. lib. 2. c. 5. ſub. num. 17.* & ſi illa tribuat *Emanueli Sà*

Quæres an dicta communicatio ſit mortalis? *Suarez loco ſupracitato.* negat eſſe mortalem, & ſic putat, ſecluſa inductione, cooperatione, vel ſcandalo, peccare tantum ve-
216 nialiter audientẽ Miſſam ſimul cum excommunicato, nam putat, quòd hæc communicatio ſit minimà *omnium* communicationum, quæ eſſe poſſunt reſpectu talis rei. At meritò contrarium docent *Banacina diſp. 2. q. 2. præcepto 3. §. 2. nu. 9. ante eum Auila cit. p. 2. diſp. 9. dub. 7. verſ. ſit prima concluſio*, & ſi dicat *Durandum loco cit.* duntaxat velle, quòd audiens ſemel Miſſam cum excommunicato, non cenſeatur communicare cũ illo, & vocat hanc opinionem *Durandi* ſingularẽ; ſi enim communicatio iſta eſt in diuinis, ergò ſufficit, vt inducatur culpa mortalis, & ſic reſpondetur ad rõnẽ in contrariũ, cõcedimus .n. ꝙ maior cõmunicatio ſit celebrare Miſſam coram excommunicato, vel audire Miſſam excommunicati, quàm ſimul cum excommunicato Miſſam audire, ſed non ex hoc ſequitur, ergò audire Miſsã ſimul cum excommunicato, non eſt cum excommunicato communicare in diuinis, paruitas enim materiæ, eſt conſiderãda reſpectu Miſſæ totius, vt ſuprà dictum eſt non autem reſpectu aliarum communicationũ.

Tertium dubium, quandò quis dicatur
217 audire Miſſam cum excommunicato, certum eſt apud Doctores, ad hoc non ſufficere ſi audiat Miſſam, in eodem templo, ſed in diuerſis Cappellis. Secundò eſt certũ, quòd ſi dum quis audit Miſſam ingrediatur Eccleſiam excommunicatus non toleratus, non vt interſit Miſſæ, ſed vt illuc tranſeat ad aliũ locum, non cenſeri communicare cum illo etiam ſi cum tranſit genuflectat, & breuiter oret oratione priuata *Auila loco ſuprac. verſ. ſecundò nota in princ. contrà Palacios Bonac. diſp. 2. p. 3. §. 1. n. 16.* difficultas igitur verſatur, quando in eãdem Cappella ſunt duo altaria, vel Eccleſia eſt ita conſtructa, vt quis ex vno loco poſsit audire diuerſas Miſſas in diuerſis altaribus, an poſito caſu quòd in duobus altaribus dictæ Cappellæ, vel Eccleſiæ celebrentur duæ Miſſæ ſimul, poſsim ego audire vnam ex dictis Miſsis, & ſi ibi exiſtat excommunicatus, qui audiat aliam Miſſam

Miſſam. Aliqui enim authores docent ſimpliciter, id me non poſſe, ſed rectiùs diſtinguit, *Auila citata diſp. 9. dub. 7. verſ. primo quando enim ego, &c.* vel toleratus attẽdit vtriq; miſſę, quod poteſt fieri, vt præſupponitur ex materia præcepti Eccleſiæ auditionis miſſæ, & tunc ego nõ poſſum audire aliquã ex dictis miſſis, aliàs aũt dicar orare ſimul, & communicare cum dicto excommunicato, vel non toleratus attendit alteri miſſæ dumtaxat, & ego poſſum aliã miſſam audire, nec dicor communicare in oratione dicti excommunicati, ità *Auila loco ſupracitato*, fauet *Layman lib. 1. tract. 5. p. 2. c. 2. n. 6.* Loquendo de celebrante, an debeat deſiſtere quando adeſt excommunicatus: nam ſubdit. *Debent tamen hæc intelligi de ſacrificio miſſa comparatione eius dumtaxat altaris, cui excommunicatus aſſiſtere præſumit, nã interim nihil obſtat quominus in aliis altaribus miſſa peragatur præſentibus, & fidelibus, Suarez,* &c. ꝙ tantò magis verum eſt, quando nullis ex dictis miſſis attendit non toleratus, ſed ſit in Eccleſia aliam ob cauſam, vel quia aufugit à Curia ſeculari, vel exercet ibi artem ſuam, vel cum alio negotiatur, vt ſupponunt ſupracit. DD. de magis communi teſtatur *Comitulus lib. 6. de reſponſorum moral. q. 31. in 2. difficultate* contrà *Hoſtienſem*, & alios, qui volunt, quòd ingrediente excommunicato ẽt non cauſa orandi Eccleſiã, cæteris egrediẽdum eſſe idem dubium poteſt eſse de proceſſionibus,
218 vtrum poſſit fidelis intereſse proceſsioni cui etiam intereſt excommunicatus non toleratus, quando fidelis v.g. eſt in principio proceſsionis & dictus excommunicatus in fine, quia licèt aliquibus videatur, quòd vbi inter principium & finem proceſſionis, eſt magna diſtantia, non cenſeatur fidelis communicare cum tali excommunicato; tamen *Auila loco ſupracitato verſ. ſit prima concluſio ad finem*, probat, ſemper adeſſę cõmunionem, dummodo ſit eadem proceſsio, licet extenſa per duo milliaria. Quintũ dubiũ vtrũ fideles ingrediendo Eccleſiã cum excommunicato, & ſimul accipiendo aquam benedictam, genuflectẽdo, & breuiter orando ante ſanctiſsimum Sacramentum, cenſeantur communicare in oratione, vt hic prohibetur? Reſpondent DD. non cenſeri hoc caſu fideles communicare in oratione, etiam ſi ibi etiã celebrentur diuina officia, quia excommunicato non tolera-
219 to neque prohibetur ingreſsus in Eccleſiã, & ibi orare priuatim, dummodo non aſsiſtat diuininis officiis, illis attendendo, *Auila loco ſupracitato verſ. 2. nota ad finem*. Nota quod dixi de aqua benedicta, quia eius ſum opinionis, quã poſt *Suarez docet Hurtado diſp. 5. de excommunicat. num. 7.* quòd ſcilicèt excommunicatus licitè orare poteſt in templo ac etiam corã altari, vel imagine, cui cõceſsa eſt indulgẽtia pro orantibus corã illa; item aqua benedicta, reliquiis, & ſimilibus rebus ſacris vti, quatenus poſsunt ei deſeruire priuatæ venerationi, deuotioni, & pietati, non autem intentione percipiendi fructum impetrationis prouenientem ab Eccleſia, illis mediãtibus, &c. Quidquid *Bonac. ſup. pun. 3. §. 2 a nu. 8.* contrarium ſimpliciter doceat.
220 Quintũ dub. quid faciẽdũ à fidelib⁹, ſi quãdo celebrantur miſsæ, aut diuina officia adeſt nõ toleratus aſsiſtens, attendendo ad ipſam miſsã vel diuina officia, vt ſupra iam declaraui? Reſpõdetur, eſse monendum excommunicatũ nõ toleratum, vt exeat, & ſi monitio nõ ſufficit poteſt expelli, dũmodo fiat ſine ſcandalo & percuſsione, & hoc caſu licèt ſi excõmunicatus eſſet Clericus, vel Regularis per hanc vim, illi illatam, fideles non incurrerẽt excommunicationẽ *can. ſi quis ſuadente*, quia non eſt iſta vis iniurioſa & ſic ſuadente diabolo, & colligitur ex *c. veniens de ſententia excommunicationis, Layman ſuprac. lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 2. ſub nu. 6.* & ante eum *Auila loco ſuprac. dub. 8.* Qui addit, poſſe hoc caſu implorari brachium ſeculare, dummo-
221 do euitetur effuſio ſanguinis, & *Bonacina cit. §. 1. num. 12.* ſubdit, talem excommunicatum, ſi monitus non exeat ab eccleſia, incurrere excommunicationem nouam maiorem S.P. reſeruatam, & ante eum notauit *Suarez cit. diſp. 12. ſect. 1. ſub num. 11.*

Si autem non poſſit vt ſupra expelli, certum eſt, fideles debere exire, item Eccleſiaſticos, qui
222 canunt diuina officia, debere illa omittere, in quacũq; parte officiorum id cõtingat, ità DD. ſuprac. communiter, qui ita ẽt docẽt de proceſſione. vnde *Auila loco ſupracit. verſ. 2. concluſio*
223 *poſt Cordubam* refert, quòd ceſſauit quædam proceſſio generalis, ob ſimilẽ intereſſentiam excommunicati. Ità etiam de intereſſentibus miſſæ, quod omnes debeant exire; excepto miniſtro, qui inſeruit miſſæ, iuxtà mox dicenda, aduertunt *Bonac. ſuprac. pun. 1. ſub nu. 13. Layman lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 2. ſub num. 6 ante hos omnes Suarez citata ſec. 1. ſub nu. 11.* Dubium eſt de
224 Sacerdote celebrante miſſam, cui aſſiſtat excommunicatus *vt ſupra dixi ſub num. 208.* an debeat miſſam omittere; ſi iam incepit Canonẽ (*Te igitur*) *Sylu. excommunicatio quinto num. 3. Nauarr. cap. 27. num. 34. quos ſequitur Layman libro primo tract. quinto parte ſecunda cap. 2. nu. 6.* docent, non debere ſacerdotem omittere ſacrificium, hanc opinionem dicit ſatis probabilem *Bonac. loco ſuprac. ad finem. Sotus* verò & idem *Nauarr in tractatu de oratione notab. 26. numero 58.* docent, Sacerdotem teneri ommittere ſacrificium, & ſi inceperit dictũ Canonem dummodo non peruenerit ad conſecrationem, ideſt ſi nõdum peruenit ad illa verba (*Qui pridiè quam pateretur*) ſequitur *Sayrus lib. 2. de cenſuris c. 13. ſub nu. 5. Hurtado diſp. 9. de excommunic. ſub n. 3.* Hanc opinionem, dicit probabiliorem *Auila loco ſupracitato verſ. 2. concluſio*, & admodum probabilem dicit *Reginaldus lib. 32. praxis ſub nu. 72.* & tandem quod vtraque opinio ſit probabilis, & liberum relinquatur Sacerdoti, quã



Digitized by Google

maluerit ſequi, concludit, *Suarez diſput.* 12. *ſect.* 1. *nu.* 15. *ad finem*, quicquid *Bonac.* eum alleget pro prima opinione. Ratio poteſt eſſe, quia vtraque opinio fundatur eodem modo in præcepto diuino perfectionis ſacrificij, quod debet anteponi præcepto poſitiuo non celebrãdi coram excommunicato, & ſolum dubium eſſe poteſt, quãdo vrgeat obligatio reſpectu ſacerdotis perſequendi dictum ſacrificium, ſi ſtatim *inchoato* canone, vel ab illis verbis, *Qui pridiè quã pateretur*, ex quo aliqui putant, à canone inci-
225 pere ſacrificiũ, alii ab ipſa conſecratione, in quo dubio licèt vltima pars ſit certa, tamen etiã pro prima parte adeſt magna probabilitas, cui fauet *Rubrica Miſſalis de defectibus in celebratione miſſarũ occurrẽtibus* §. *ſi celebrans* vbi habetur, quòd ſi celebrans ante conſecrationem aduertit, hoſtiam eſſe corruptam, aut non eſſe triticeam, remota illa hoſtia, aliam ponat, & canonem iterum incipiat, & proſequatur miſſam. Hæc ſunt verba dictæ Rubricæ ideo vtraque opinio eſt probabilis.

Dixi, ſi iam incepit Canonem, quia certum eſt, quòd ſi illum non incepit, ſacerdos ceſſare debeat à celebratione, ſi excommunicatus exire noluerit, etiã expulſus. *Clem. grauis de ſententia excommunicationis*, ſi autem incepit Canonẽ
226 non tenetur ceſſare ſacerdos, ſed cũ miniſtro põt proſequi, aliis exeuntibus, & finito canone ac ſumpto Sacramento corporis, & ſanguinis, iterum monebit excommunicatum, vt exeat, & expellat, vt ſupra, & ſi adhuc nolit exire, rediens Sacerdos in Sacriſtiam ibi, clauſo eius oſtio, dicat ea quæ ſuperſunt vſque ad finem miſſæ, ex *D. Anton.* 3. *p. tit.* 2. *cap.* 2. *Suarez citato diſp.* 12. *ſect.* 1. *num.* 14. *Reginal. lib.* 32. *num.* 71. & alii ſupracitati communiter. Quæres quam
227 pęnam incurrat ſacerdos celebrans ante excommunicatum, nec illum monendo, vel expellendo, vt ſupra? Reſpondetur, tantum incurrere excommunicationem minorẽ, nec incurrere irregularitatem, vt aliqui putabant. *Suarez diſp.* 12. *ſect.* 1. *nu.* 10. vide etiam *Reginaldum loco ſupracitato nu.* 71. quando autem excommunicatus audiens miſſam incurrat irregularitatẽ, videatur pro nunc *Suarez loco ſuprac. ſect. ſequen.* item de Epiſcopo, qui facit coram ſe celebrare, ſi ſit excommunicatus, vt ſupra *Alzedus probat late par.* 1. *ſua praxis Epiſcopalis c.* 13. *nu.* 27.

Hæc quoad communicationẽ in oratione publica, nunc aliqua dicenda ſuperſunt de oratione priuata. Quæro igitur, quando quis
228 dicatur orare oratione priuata cum excommunicato non tolerato? Reſpondetur, quòd tunc dicitur hoc contingere, quando cũ eo recitaret alternatim officiũ, vel Pſal. pænitent. vel lytanias, Roſarium, vel quid ſimile, *Suarez diſp.* 12. *ſect.* 2. *num.* 14. Quale autem peccatum committat recitans officium alternatim cum excommunicato non tolerato, ſiuè dicatur dictum officium ex obligatione. ſiuè ex deuotione, duas opiniones refert *Auila ſup. diſp.* 8. *dub.* 4. loquendo de excommunicato adhibente ſocium, & concludit opinionem, quòd peccet tantum venialiter, eſſe probabiliorem, quam etiam docent *Henriquez, Suarez, & alij, quos probat Bonac. diſp.* 2. *q.* 2. *prac.* 3. §. 2. *n.* 4. non alia ratione, ꝗ quòd hæc cùm non ſit cõmunicatio in diuinis publicis, & ſollemnibus, ſit communicatio leuis, & ideò excuſetur à mortali, ex qua ratione patet, idem dicendũ eſſe de non excommunicato recitante cum excõmunicato, vt ſup. Imò addit *Bonacina num. ſeq.* poſſe dari caſum, hunc neque peccare venialiter, ſcilicèt quando id faciat ratione famulatus ei, cui inſeruit, & antea dixit *Alterius lib.* 1. *diſp.* 10. *cap.* 4. *ad finem.* Vnde ſequitur à fortiori, quòd non ex eo, quia
229 quis orat priuatim in ea Eccleſia, vbi etiã orat priuatim excõmunicatus, ideò dicatur cum eo orare oratione priuata, vt patet ex dictis *ſup. verſ. quartum dubium.* Secundò, ꝙ neque ex eo, quia quis orat extrà Eccleſiã
230 vel in Eccleſia proximè, & non multum diſtans ab excommunicato; ideò dicitur cum eo communicare, dant exemplum Doctores de eo, qui pulſata campana ad Aue Maria, excommunicatus genuflectat, & alij etiã genuflectant eodem loco, ac recitant Aue Maria, nam ex hac ſola propinquitate loci non cenſetur cõmunicatio, *ita Caiet. & alij ſuprac.* quidquid cõtrariũ videatur docere *Nau.* Sequitur tertiò, ꝙ ſi Sacerdos nõ toleratus, vt ſup. priuatim recitet horas Canonicas in Eccleſia, ſi alius Sacerdos ibi etiam recitet horas ſeorſum ab excõmunicato, nõ dicatur etiã cõmunicare cum excommunicato, *Auila loco ſuprac. Suarez diſp.* 12. *ſect.* 2. *nu.* 20. quòd ſit licitũ nõ ſolũ venerari Euchariſtiã. Sed etiam comitari illã, ſi non recitentur pſalmi, quia hic non interuenit communicatio in diuinis, *Henriq. lib.* 13. *cap.* 3. *n.* 1. *Sayrus lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 3.

Sed quæres, vtrum excommunicatus be-
231 nedicens menſam, dicendo, *Benedicite*, ſi alij reſpondeant, *Benedicite*, vel è contra alij benedicant, & excommunicatus reſpondeat, dicatur iſti cõmunicaſſe cũ excõmunicato, iſta oratione priuata? Certũ eſt non cõmunicare oratione publica, quia iſta non eſt benedictio ſolemnis. Reſpondetur, cenſeri communicare, vndè hoc caſu conſulunt DD. procedendũ eſſe abſque benedictione, idem dicas quando excommunicatus vt ſuprà non toleratus cum alijs comitatur Euchariſtiam cum defertur ad infirmos, ſi ipſe cum alijs recitat Pſalmos, quòd .I. tunc progrediendum eſt cum ſilentio.

Quæri poteſt tandem, an quando Sacerdoti neceſſarium ſit celebrare ob diem feſtum, vel alia ratione, neque adſit alius miniſter,

Digitized by Google

niſter, qui poſsit inſeruire Miſſæ, niſi excō-
municatus; poſsit Sacerdos aſſumere illum
232 prò miniſtro ad ſibi inſeruiendum in
Miſſa, *Bonacina diſp. 2. de cenſuris q. 2. p. 3. §. 1.
num. 3.* generaliter loquendo de excommu-
nicato, præſupponit, poſſe Sacerdotē illo vti
pro miniſtro in Miſſa, quando alius nō adeſt
quia ait hoc caſu, non peccare excommuni-
catum inſeruientem Miſſæ, quando nullus
alius adeſt, qui inſeruiat, quia excuſatur ra-
tione neceſsitatis, allegat tamen *Suarez diſp.
12. ſect. 1. num. 3. & Henriquez*, qui loquun-
tur de excommunicato non vitando hæc
ſunt verba *Suarez*, *licitum videtur Sacer-
doti inducere illum*, ideſt excommunica-
tum non vitandum, *vt ſibi miniſtret, quia nō
tenetur eum vitare, & alioquin habet ſufficiē-
tem cauſam, vt ab eo petat tale miniſterium*,
& poſtea ſubdit, tunc ipſum excommunica-
tum non vitandum inductum non peccare,
&c. & ita etiam eum ſummat *Fillincius
tract. 12. ſeù 2. de cenſuris n. 88. ad finem*. Sed
clarius procedēdo *Alterius lib. 1. de cenſuris
diſp. 10. cap. 2. verſ. reſpondeo*, huic quæſito,
reſpondet, diſtinquendo, *vel ille excommu-
nicatus eſt denunciatus, & ſic non toleratus ab
Eccleſia, vel eſt toleratus, primo caſu prohi-
bitū erit admittere illū, vt inſeruiat Miſſa, etiā
quando vrget celebrandi obligatio, quia tunc
temporis interdicta eſt illis communicatio, ſecū-
do caſu videtur permiſſum inducere excommu-
nicatū vt ſibi miniſtret in ſacrificio Miſſæ, quia
iuxtà extrauag. ad euitanda, &c.* Sed quia ne-
ceſsitatis cauſa vrgente non prohibemur
communicare cum excommunicato, etiam
non tolerato, quæro nouiter an poſſit dari
233 talis neceſſitas, quæ licitſi reddat Sacerdo-
ti inducere excommunicatum vitandum ad
ſibi miniſtrandum in Miſſa, quando alius
non adeſt, vt ſuprà? *Turrianus lib. 2. de ex-
communicatione diſp. 11. dub. 1. vt refert eum
noſter Diana* (quia eum ad manum habe-
re nequiui) *t. 5. tract. 9. reſol. 91.* præſuppone-
re videtur, poſſe dari talem neceſsitatem,
quia inquit, quòd *hoc caſu conſideranda
eſt grauitas neceſſitatis*. Qui his verbis, vide-
tur admittere opinionem, quòd celebratio
234 in caſu neceſsitatis ſine miniſtro non ſit il
licita, quā opinionē dicit probabiliorē, & ve-
riorem *Fagundez lib. 3. in primum præceptū,
cap. 21. num. 5.* vbi *n. ſeq.* quando contingat
talis caſus neceſsitatis, & pluribus alijs autho
ribus allegatis, nouiſsimè contrà *Bonacinam*,
confirmat *Marchinus de Sacramento Ordinis
3. p. 3. cap. 15.* & per conſequens, hoc *tract.*
duntaxat nō adeſſe aliū, qui inſeruiat Miſſæ,
non ſit neceſſitas ſufficiens. Reſtringitur igi-
tur difficultas ad aliā neceſſitatē, quæ nō ſit
reſpectu Sacerdotis, ſed vel fideliū, vel ipſius
miniſtri. An ſ. poſſit dari, quæ excuſet ipſum
Sacerdotè inducentē, & ipſum excōmuni-
catum non toleratum inductum ad inſer-
uiendum Miſſæ. Et reſpectu fidelium, non
reperio poſſe dari hanc neceſſitatem, argu-
mento eorū, quæ docent cōmuniter DD. quod
235 nempè non detur caſus neceſſitatis, in quo
à miniſtro excommunicato vitando, poſsint
abſque peccato ſuſcipi Sacramenta illa, quæ
nōn ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem,
vt eſt matrimonium, ordo, extrema vnctio,
confirmatio, & ſecundum aliquos, etiam Sa-
cramentum Euchariſtiæ, vt eſt videre apud
*Alterium cit. lib. 1. diſp. 7. cap. 4. & cap. 5. Nu-
gnum t. 1. in 3. p. q. 64. art. 6. in fine concluſionis.*
Ergò tantò magis non poteſt dari caſus,
quòd fideles poſſint abſque peccato intereſ-
ſe Miſſæ, cui inſeruiat excōmunicatus vitā-
dus, tùm quia quando adeſſet neceſsitas
communicandi infirmum, & non adeſ-
ſet Hoſtia conſecrata, poſſet vt ſuprà Sa-
cerdos abſque miniſtro, ſi non adeſt alius,
celebrare, & idē eſt non adeſſe, ac adeſſe, ſed
impeditū, vt eſt certū, tùm etiā quia in caſu
magni feſti, qn̄ Sacerdos ob id non celebrat
Miſsā, populus excuſatur à precepto Miſsam
audiendi, ſicut quando ipſe Sacerdos eſt ex-
236 cōmunicatus, ſuſpēſus, vel interdictus, nam
vt inquit *Suarez t. 3. in 3. p. diſp. 88. ſect. 6. ad
finem*, tunc iudicandum erit, ac ſi nulla eſſet
copia Sacerdotum, & tandem, quòd magis
facit ad caſum noſtrum, quia hoc caſu con-
currunt duo præcepta, vnum audiendi Miſ-
ſam, alterum euitandi excommunicatum
non toleratum, & iſtud præceptum artius
ſtringit quàm illud, eò quòd reſpiciat bonū
excommunicati, vt hac pæna citius reſipi-
ſcat, vt optimè *Azorius p. 1. lib. 7. cap. 7. q. 15.*
Remanet igitur, quòd tantū poſsit excogi-
tari neceſsitas reſpectu ipſius qui inducitur
ād inſeruiendum Miſſæ, nempè neceſsitas
coactiua, de qua re infrà cum de cauſis ex-
cuſantibus à culpa circa communicationē,
videte prò nunc *Auilam p. 2. cap. 6. diſp. 8.
dub. 5.* An autèm hoc caſu poſsit adhibere
237 Sacerdos fæminā prò miniſtra, patet ex his,
quæ docet *Vaſquez in 3. p. t. 3. diſp. 254. art. 5.*
qui reprobat (& ſi eum nō nominet) *Nugnū*
defendentem opinionem affirmatiuam, &c.
proſequitur probādo opinionem, *Vaſquez*,
noſter *Diana p. 1. ſuarum reſolut. moraliū tr.
14. reſol. 24. & nouiſſimè Marchinus loco ſu-
prac.* & hæc ſufficiant prò hoc caſu, qui vt
inquit *Suarez cit. diſp. 12. ſect. 1. num.* fingi-
tur & *Alterius cit. diſp. 10. cap. 2.* quòd raró
contingere poteſt.

Excommunicatus vt ſuprà, ſi Miſſæ inſer-
238 uiat præter peccatū mortale, non incidit in
aliquā pænā, quia nulla hoc caſu, eſt ſtatuta à

iure

Digitized by Google

iure, nec valet argumentũ, qui audit Miſsam excommunicati vitãdi alicuius, incurrit excõmunicationem minorẽ, ergò in eandem incidit ipſe excommunicatus, vt per *Suarez, & Alterium locis proximè cit. & Bonac. diſp. 2. quæſt. 2. puncto 3. § 1. num. 6.* An autem irregularitatem incurrat, ſi dictæ celebrationi authoritatem præberet, ſeù authoritate ſua in cauſa eſſet, vt Miſſa coram ipſo celebraretur, infrà cum *de irregularitate*, vbi quòd talis etiam ſi ſit Clericus, & inſeruiat Miſſæ ſollemniter, ideſt cum cotta, non incurrat irregularitatẽ. Ipſe autẽ Sacerdos, cui lis excommunicatus inſeruit in Miſſa quan-
239 do illum admittit ſcienter & abſque coactione, non ſolum peccat mortaliter, cum hoc ſit de diuinis prohibitis, vt ſuprà, & incurrit excommunicationem minorem, ſed etiã incurrit interdictũ ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſi intrà dictũ menſẽ in Eccleſia Miſsã celebrauerit, incurret irregularitatẽ, vt generaliter loquendo de celebrante ſcienter corã excommunicato, docent communiter DD. vt per *Sayrum lib. 2. de cenſuris cap. 3. ſub nu.* 18. *Suarez, Henriquez, & Vgolinum, quos refert, & ſequitur Bonacina diſp. 2. q. 2. p. 3. § 1. n.* 10. qui contrà *Couarr.* docent, dictam pænam interdicti nom ſolum incurrere Religioſos, & alios exemptos, ſed etiam non exemptos. Adde quòd ſi talis, quo vtitur pro miniſtro fuit excommunicatus à Papa nominatim tamquam ab homine, incurrat etiam excommunicationem maiorem. Dixi tamquam ab homine, quia non ſufficit ſi dicta excommunicatio ſit contenta in iure vel in Bulla Cænæ, vt benè *Auila p. 2. cap. 6. diſp.* 10. *dub. 2. Bonac. cit. § 2. n. 12.* vbi quòd hodie poſt Concil. Coſtantienſe requiritur, vt etiã ſit talis denunciatus, quidquid *Hurtado diſp. 8. de excomm. n.* 14. circà hoc non loquatur clarè.

*De actibus particularibus, qui reducuntur ad* ly *vale.*

Est certum primò, hic prohiberi, ne quis ſalutet excõmunicatum, hoc enim eſt illicitum, vt colligitur ex *cap. omnis qui 24. q. 1. D. Thomas in 4. diſt. 18. q. 2. art. 1. quæſtiunc. 1 Silueſt. excommunic. 5 num. 3.* qui etiam ſe de-
240 clarant, hoc intelligi de ſalutatione honorifica, ad differentiam ſalutationis depræcatoriæ, quã poſſunt omnes adhibere cũ excõmunicato, dicendo, v.g. *Deus te conuertat, aut Deus te illuminet, & ſimilia*, nam vt benè *Suarez diſp. 15 ſect. 1. ſub num. 3.* ſalutatio honorifica non ſolum eſt quædam alloquutio, ſed per eam ſignificatur bona exiſtimatio, & interior reuerentia ergà perſonam ſalutatã; qua exiſtimatione, & reuerentia dignus nõ eſt excommunicatus non toleratus, proſequitur, alijs allegatis, *Bonacina diſp. 2. q. 2. p. 3. § 2. num.* 4. quibus addo *Hurtadum diſp. 91 de excommunicatione ſub n.* 4. qui in hoc clarius loquuntur, quàm alij, quia nõ ſolũ cõcedunt, poſſe quem hoc modo deprecatorio reſalutare excommunicatum, ſed etiam præueniendo eum, dicere *Deus te conuertat, &c.*

Secundò etiam eſt certum, quòd excuſa-
241 retur quis quando aliàs timeret aliquod magnum damnum, ſi dictum excommunicatum non ſalutaret, quia vt infrà cùm de cauſis excuſantibus, neceſsitas eſt vna ex dictis cauſis, & ſi hoc caſu, ſi poſsit abſq. quod aliquid ei dicat, ſignis duntaxat eum ſalutabit, ita intellige *Alterium lib. 1. diſp.* 10. *cap.* 1. ibi, *imò quando periculum immineret, aut dãnum alicui, ſi recuſaret detegere caput, aut aſſurgere excommunicato, tunc ad euitandum huiuſmodi incommodum, liceret huiuſmodi obſequia præbere excommunicato denunciato. Hac ratione poſſunt ſubditi excuſari, ſi ſermone externo proſequantur, detegendo caput, & aſſurgendo Gubernatori excommunicato vices Regis innocentis in Prouincia gerenti, hic enim actus externus excuſatur à culpa, quando vtile eſt ſubditis habere iudicem beneuolum, cùm facilè ſit incidere in manus eius*, huc vſque *Alterius* idem habet *Portellius in ſuis dubijs regularibus verbo excommunicare n.* 4. ibi *poſſe me aperire caput, & illud inclinare leuato galero excommunicato denunciato, ſi eſt Officialis Regis, vel nobiliſsimus, Rodriquez in addit. ad ſummã tomo 3. cap.* 110. *num.* 1.

Tertiò eſt certum, excuſari quando quis
242 inaduertenter abſque plena deliberatione ſalutaret dictũ excõmunicatũ, vt plerũq. fit, quòd & ſi ſciam aliquem eſſe excommunicatum vitandum, tamen illum ſalutem, quia tunc non recordor eſſe illum excommunicatum, *Auila p. 2. cap. 6. diſp. 9. dub.* 11.
243 Quartò eſt etiam certum, quòd quando eſt mihi neceſſarium illi ſcribere, non per hoc erit licitum illum ſalutare, ſed loco ſalutationis debeo ponere hæc verba, vel ſimilia *ſpiritum conſilij ſanitatis infundat ſibi Deus, &c. Suarez, & alij ſuprac.* intellige, niſi aliàs immineret graue dãnũ, *vt ſup. n.* 241.

Dubium primum, an poſsit quis ſalutare
244 excommunicatum, etiam præueniendo illum in ſalutatione, abſque voluntate ſalutandi, ſed ne me oſtendam inurbanum? Videtur enim quòd tali caſu, quis nõ incurrat excommunicationem minorem, cùm non intendat iſte talis verè illum ſalutare: ita *Nau. & Henriquez, quos ſequitur Auila loco ſuprac. verſ. dico tertio*, ſed contrarium docet *Suarez diſp. 15. ſect. 1. n. 3. ſequitur Hurtado diſp. 9. de excommunicat. ſub num.* 4. ea ratione, quòd licèt deſit intẽtio ſalutandi, nõ ꝑ hoc illa nõ eſt vera ſalutatio, & ſi hæc ſit opinio ꝓbabilior, tũ prima opinio eſt probabilis.

Du-

Dubium ſecundum, an liceat reſalutare
245 verbis ipſum excommunicatum, ſalutantem etiam verbis? *Egdius Conink diſp.* 14. *ſub num.* 21. *poſt Henriq.* docent, hoc eſſe licitũ, quia inquit hæc eſt quodamodo debiti ſolutio ſequitur *Reginaldus lib.* 32. *num.* 81. qui addit, quòd etiam liceat reſcribere excommunicato ſcribenti, proſequitur *alijs citatis Diana t.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 116. & ſi contrariũ
246 doceat *Hurtado ſup.* qui malè citat ad hoc *Suar.* nihil de hoc particulari ſcribentẽ, & poſt *Sotũ* probat *Ricciullus lib.* 4. *c.* 46. *n.* 4.

Tertium dubium, vtrum licitum ſit non
247 verbis, ſed ſignis, non ſolum reſalutare, ſed etiam ſalutare excommunicatum aperiendo caput, vel illud inclinando, aſſurgere &c. Tres opiniones reperio circà hoc dubiũ, primam *Silueſtri excommunicat.* 5. §. 3. quã docent plures alij Doctores, & communiter *Canoniſta in Clem. finali de ſent. excommun. & poſt Vaſqu. & Conink* ſequitur *Hurtado, diſp.* 9. *de excommun. ſub num.* 4. qui docent id non licere, quia hoc pertinet ad ſalutationem, & communicationem, & quòd vna via prohibetur, non debet altera concedi, hanc opinionem in rigore iuris eſſe veram, & cõmunẽ, dixit *Suar. cit. ſect.* 1. *n.* 3. & ſi addat, poſſe hos excuſari ob conſuetudinem. Secunda opinio eſt *Nauarri cap.* 27. *ſub num.* 20. ſequitur *Reginaldus cit. lib.* 32. *n.* 82. hanc opinionẽ dicit probabiliorem *Layman lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *cap.* 2. *ſub num.* 16. *Alterius lib.* 1. *diſp.* 10. *cap.* 1. diſtinguens, aut fit cum voluntate ſalutandi, vel reſalutandi, vel abſque iſta voluntate, ſed tantũ ne ſe oſtendat inurbanum; primo caſu non licet, ſed benè ſecundo caſu, ſequitur *Auila p.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 9. *dub.* 11. *verſ. dico primo*, cui opinioni expreſsè contradicit *Hurtado loco ſuprac. vt ſup. dixi in* 1. *dubio.*

Tertia opinio eſt *Soti in* 4. *diſt.* 22. *q. p.* 4. quæ affirmat, hoc eſſe licitum, quia per hanc particulam, Eccleſia ſolum prohibet ſalutationem verbalem aut per litteras, ſequitur *Angelus excommun.* 8. §. 4. *Tabiena, D. Antoninus, & alij*, quos probat *Sayrus lib.* 2. *cap.* 13. *nu.* 7. dixit hanc opinionem receptiorem, *Ricciullus de iure perſonarum lib.* 4. *cap.* 46. *ſub num.* 13. qui benè hoc probat ex eo,
248 quòd hæc prohibitio habeat fundamentum in authoritate *S. Io. epiſt.* 2. *cap.* 1. *ibi neq. Aue ei dixeris*, quæ intelligitur propriè, & ſtrictè, ſicut facienda eſt interpretatio in odioſis, de ſalutatione verbis, aut ſcripto *l. dicere ff. de arbitris*, vtramque opinionem dicit probabilem nouiſsimè *Diana ſup. reſol.* 116. *ad finem*, & videtur fateri *Layman loco ſuprac.* dum contrariam opinionem vocat probabiliorem, & expreſsè *Bonacina diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 6. § 2. *num.* 4. & ſi contrariã dicat probabiliorẽ tamen vocat citatã noſtrã ſententiam probabilem, huic opinioni videtur adherere etiam *Suarez*, quia licèt dicat, quod in rigore id non liceat, concedit tamen in contrarium eſſe conſuetudinẽm, vnde cum hæc prohibitio ſit humana, debet ſe conformare moribus vtenſium, quæ eſt, vt talis ſalutatio fiat etiam cum motione labiorum.

*De actibus particularibus, qui reducuntur ad ly communio.*

IN hac particula, ſecundum *Caietanum* prohibetur primò communicatio in iu-
249 dicialibus, nempè iudicare, patrocinari, teſtificari, &c. Secundò communicatio in contractibus, nẽpè emere, vendere, donare, &c. etiã mediãte famulo excõmunicati, ſecluſa neceſsitate. Tertiò in omni alio opere, v.g. fabricare, dolare ligna, lapides, quadrare, facere iter cum eo, item ſiuè facta ſint mala, vt furari, fornicari, &c. ſiuè bona, ſcilicèt Miſsã, vel concionẽ ab eo audire, cũ eo cohabitare, & vltimò dictum excommunicatum mortuum veſtire, lauare, ſepelire, &c. latè *Reginaldus lib.* 32. *à num.* 83.

Circà primã cõmunicationẽ in iudicialibus, queri poteſt, an actus iudiciales factos ab
250 ipſis excõmunicatis vitandis, ſint inualidi (loquor hic de actibus factis à iudice, quia ſi ſint facti ab actore, aduocato, vel teſte, etiã vitãdo non repulſo à iudice ex officio, vel à parte p exceptionẽ ſiu omnes validi erũt *c.* 1. *de except. in* 6. *Layman lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 2 *cap.* 2. *n.* 14. *verſ. ceterum*, *Hurtado diſp.* 8. *de excomm. num.* 6. & alij cõmuniter, loquens de actore, licèt contrariũ dicat de teſte *n.* 11. contrà *Egidium Conink* de qua re, vide omninò *Ricciullum lib.* 4. *de iure perſonarum cap.* 31
251 *& ſeq.* qui *c.* 30. agit de geſtis per Notarium ſeu Tabellionem vt ſuprà excommunicatũ, de qua re etiã *Hurtado loco ſuprac.* vbi cõtrà *Conink* docet, eſſe nulla geſta ab eo, etiam ſi non repellantur à iudice) *Victoria in ſumma de excom. n.* 16. vult actus iudicis eſſe validos quia in *c. excõmunicamus de hereticis* expreſsè ſpecificatur hæc pæna inualiditatis actuum iudicis, ergò ſignum eſt, regulariter illos nõ eſſe inualidos. Contrarium tamen poſt *Vaſquez Suarez* & alios DD. communiter, probat *Hurtado diſp.* 8. *de excommun. n.* 3. etiã vbi talis excommunicatus non inſorduerit iam per annum in dicta excommunicatione, & probat ex *cap. decernimus de ſententia excommunicationis & c.* 1. *de exceptionibus in* 6. Latius de hac re agit *Ricciullus lib.* 2. *de iure perſonarum cap.* 18. vbi conſtituit regulam, quòd ſententia lata à iudice excommunicato nullius prorſus ſit momenti cum ſuis amplia-
252 tionibus, & limitationibus, quod eſt verũ non ſolum de iudice eccleſiaſtico, ſed etiam de iudice ſeculari. Inualiditas enim actorum fundatur in ſuſpenſione iuriſdictionis per excommunicationem; proueniente

*Lay-*

Digitized by Google

*Layman lib.1.tract.5 p.2.c.2.n.14.vbi poſt Suarez.*
253 probabilius iudicat, electionem, ſeu collationē ciuilis dignitatis, cui iuriſdictio annexa eſt, factā in perſona excōmunicati non tolerati, nō eſſe ipſo iure irritam, ſed reſcindi poſſe, idem docet *CouinK, & probat Hurtado loco citato nu. 5.verſ.obſeruandum, ad finem*.

Et ſi contrariam opinionem vt communem ſequatur, & latè probet *Ricciullus loco ſuprac. c.17.à nu.6.* Ex prima ſententia ſequitur quòd ſi non fuerit declarata inualida dicta electio, ſeu collatio, ſi de facto talis excommunicatus acci-
254 piat poſſeſſionem dictæ dignitatis, adipiſcatur iuriſdictionem, licet illam non poſſit exercere durante dicta excommunicatione. quid ſit de poſſeſſ. beneficii ſit capta, de qua *Suar. d. 14.ſec.2.nu.23.*

Dixi *electionem ſiue collationem*, quia conueniunt Doctores non eſſe irritam, quando per ſucceſſionem, vel tranſlationem, quis acquirat iuriſdictionem, vel per viam alterius cōtractus, vt per *Ricciullum ſupra c.nu.18.* vbi *nu.ſeq.*quòd excommunicatus poſſit eſſe arbitrator, & non arbitter, videte eum. Nota differentiā inter iu-
255 dicem, & Aduocatum, actorem, & ſimiles in hac materia: nā iudex exercendo iuriſdictionē peccat mortaliter, ſed alii peccant tantū venialiter: ita poſt *ConinK & Leſſium, Layman lib.1. tr.5.p.2.c.3. num.2. ad finem*, qui etſi loquatur de tolerato, tñ ratio ipſius, quòd vbi acta ſunt valida cōmittatur pecc.veniale, quādo verò inualida mortale, concludit etiam in hoc caſu de non tolerato, vbi acta iudicis ſunt inualida, reliquorum autem ſunt valida, donec repellan-
256 Circa ſecundam communicationem in cōtractibus; certum eſt illicitè contrahi cum excommunicato, vel illi ſeruiente, nomine excōmunicati, vt dixi ſupra de muneribus, habet per *Sayrum loco infra citando n.12. ad finem, & Auilā par.2.cap.6.diſp.9.dub.9.verſ.2.particula.* Dubium poteſt eſſe de validitate ipſorum, nam aliqui putarunt eſſe inualidos ſaltem reſpectu ipſius excommunicati, apud *Ricciullum ſuprà*, ſed contra eos eſt communis ſententia, vt poſt *Vgolinum Vaſquez*, & alios, teſtatur *Bonacina diſp. 2. quæſt.2. p.6. §.2.num.5. ad finem, proſequitur poſt ConinK, Hurtado diſp.6. de excommunicatione nu.5.* imo id eſſe certum, ex cōmuni, teſtatur *Sayrus lib.2.c.13.n.10.* Qui autho-
257 res ex hoc inferunt, quod contrahens cum excommunicato agere poteſt ex vi contractus cōtra eum, non tamen ſic excōmunicatus niſi prius ab excommunicatione abſoluatur. Probatur in *c.Felicis §.verum depænis in 6.* vbi conceditur repetitio debitorum, quæ contracta fuerunt tempore excommunicationis, teſtatur hanc opinionem eſſe veriſſimam, allegatis penè innumeris canoniſtis, *Ricciullus lib 4. de iure perſonarum cap. 17.* & latè poſt *Suarez, Filliuccius tract.12.de cenſuris n.204.* vbi *numero præceden-*
258 *ti.* enumerat tres caſus, in quibus poſſunt eſſe nulli dicti contractus initi cum excommunicato. Primus eſt quando ſunt initi virtute alicuius reſcripti ſupplentis defectum, ſecundus vbi fieret contractus de re facienda durante excommunicatione, de quo caſu vide *Sayrum loco ſupracitato num. 11.* Tertius eſt ſi fiat à perſona eccleſiaſtica vi poteſtatis, quam habet ex ſuo munere, vel beneficio. Hinc ſequitur, quid dicendum de teſtamento facto ab excommunicato, de profeſſione matrimonio, & ſimilibus, vt *Ricciullum cit. c. 31.* Dixi initi cum excom-
259 municato, quia ſi ſunt initi ante excommunicationem quomodo poſſumus illi communicare, ad effectum exequutionis dictorū contractuum late *Ricciullus cit. lib.4. de iure perſonarū cap.56.*

260 Quæres quare contractus initi ab excommunicato ſint validi, actus verò iudiciales, vt ſuprà ſint nulli? Reſpondeo ex *Ricciullo cit. cap.57. num.16.* rationem diuerſitatis eſſe, quia per excommunic. quis priuatur iuriſdictione, quæ requiritur in iudice, non autem poſſeſſione, & dominio bonorum propriorum, circa quæ verſantur contractus.

Circa communicationem in cohabitatione Nota quod non licet habitare in eadem domo cum excommunicato vitando, quando eſt pro
261 eodem negotio at ſi eſt pro diuerſis negotiis, ità vt vnus alteri non cooperetur in eo & ſic vbi quis ſeparatim tractat ſua negotia, non prohibetur dicta cohabitatio etiam in eodem cubiculo, ſeu camera. *Auila loco ſupracitato in eadē particula.* Adde tamen, quod ſi non ſit per modum conuictus, vel contubernij, aut ſocietatis; ſed tantum vt ibi quietem ſuam quiſque
262 capiat, liceat ēt in eodem lecto ſimul dormire quia v.g. vnus tātū lectus concederetur in diuerſorio *Suarez diſp.16.ſect.1.nu.8. Bonacina diſp.2. de cenſuris q.2. pu 6. §.2.nn.5.*

Circa communicationem cum excommunicato mortuo, præter ſepulturam ipſius, de qua egi *ſupra à nu. 198.* & Aliqui cononiſtæ, quorum auriga eſt *Hoſtienſis in c.ad hæc de priuilegiis.* putarunt, vim excommunicationis non durare poſt mortem, quia cum mortuus non ſit amplius homo, cū eo non poſſit etiam dari vera communicatio. Tamen in contrarium eſt receptior & veriſſima ſententia, vt late probat, & teſtatur doctiſſimus D.meus *Ricciullus lib.4. de iure perſonarum cap. 60.* in ſpecie probatur in *cap.ſacris de ſepulturis*, cum concordantibus, vbi expreſsè habetur, quòd cui non communicamus viuo, neq; poſſumus communicare mor-
263 tuo, quod eſt dicere, cum excommunicato non tolerato mortuo non poſſe nos communicare, ſicut non potuiſſemus cum illo communicare, dum erat viuus. Vnde DD. inferunt primò, à nobis poſſe eius cadauer lauari vngi, neque veſtri, & tanto minus aperiri, vt vnguentis repleatur, quia ex his inducitur communicatio ſaltem ciuilis, vt ſubdit idem *Ricciullus loco ſupracitato num. 12.* Secundo, neque illi

Digitized by Google

illi poſſe impendi honorem aliquem, qui in ſepultura fieri ſolet, nempè illud cadauer cũ pompa aſſociare, quòd intelligitur tàm de Clericis, quàm de laicis, & tanto magis ſi id
264 facerent Pſalmos cãtando *Bonac. diſp. 2. q. 2. p. 3. §. 3. n. 5.* & ſi diſcrimen erit inter ipſos quoad culpã: nã Clerici peccarent hoc caſu mortaliter, quia in eis eſſet cõmunicatio in diuinis, laici verò tantũ peccarent venialiter quia eorum communicatio eſſet tantum in humanis, *Suarez t. 5. diſp. 12. ſect. 4. ad finem.* intellige etiam ſi comitentur dictum funus, vt ſepeliatur extrà locum ſacrum, vt ſupponit *Suarez loco ſuprac., & ſummat Pilliuc. tract. 12. n. 111.* Nunquam autem Clerici ob hanc cauſam incurrunt in irregularitatem, vt præter ſupracitatos authores, *Auila p. 7. diſp. 9. ſect. 2. dub. 2.* vbi *dub. 8.* quid de illis, quando ſepelirent in loco interdicto.
265 Infertur tertiò. quòd ſi celebrãte Sacerdote afferatur in Eccleſiã cadauer excõmunicati vt ſuprà, ſtatim debeat ceſſare *Ricciull. loco ſuprac. n. 13.* Sed opinio *Maioli*, quòd tali caſu Sacerdos poſsit proſequi celebrationẽ Miſſæ ſua priuata intẽtione intẽdẽs ſe nolle participare cũ eo cadauere, eſt valdè probabilis, quia pręſentia dicti cadaueris nõ eſt talis vt poſsit dici ſacrũ fieri corã excõmunicato, vt accidit cũ pręſens eſt excõmunicatus viuus,
266 & ſit cecus, & ſurdus, vt dicunt DD. quia in eo militat finis prohibitionis, ſcilicèt vt rubore confuſus citius inducatur ad ſatisfactionẽ prò excõmunicatione, ita *Henriquez lib. 13. de excommunicat. c. 7. n. 2. in Commento litt. O, Sayrus lib. 2. cap. 3. num. 21. Bonacina diſp. 2. q. 2. p. 3. §. 2. n. 14.* vbi idẽ à fortiori docet de his, qui dum geſtatur dictum cadauer
267 in Eccleſiã, Miſsæ intersũt, quòd ſcilicèt non teneantur deſerere iMiſſam, quòd eſt clarum ex dictis ſuprà, quòd nempè tunc cum excommunicato viuo non poſſit quis Miſſam audire, quando excomnnicatus attendit miſſæ illi, quæ attentio non poteſt cadere in excommunicato mortuo, vt certum eſt.

*Qui ſint actus particulares, qui reducuntur ad ly menſa.*

PEr iſtam particulam, intelligitur prohibita communicatio cibi, & potus in qua re, vt ſuprà dixi de dormitione (quam aliqui etiam reducunt ad hanc particulam) non tam conſideranda eſt vnitas materialis menſæ, quàm moralis ipſius, vt benè *Reginaldus lib. 32. num. 87.* quæ vnitas moralis ipſius, ſtat in loco, & hora morali, quibus ſimul cum excõmunicato ſumatur cibus, vel potus, *Auila p. 2. cap. 6. diſp. 9. dub. 11. in principio, Bonac. diſp. 2. q. 2. p. 6. §. 2. n. 6. Hurtado diſp. 9. de excommunicat. nu. 6. Ricciull. lib. 4. de iure perſonarum cap. 46. num. 6.* In hac materia. Primò, eſt certum, quòd ſi inter Reli-
268 gioſos, vel alumnos alicuius Collegij ſit aliquis excõmunicatus, qui etiam comedat in menſa diſtincta, ſi tamen ſit eiuſdem refectorij, ex eo q̃a adſunt ibi permodũ vnius ſocietatis, & familiæ, cẽſeantur oẽs cũ illo cõmunicare idẽ dicendũ, quando plures inuitantur ab aliquo, quos vna mẽſa nõ capit, & aliquis in particulari menſa accumbat in eodẽ cubiculo, vel aula, ita *Sayr. cit. c. 3. n. 13.* qui hoc extendit, etiam ſi ſingulis, ſeparatim ſua portio tribuatur, ſequitur *Auila cit. dub. 11. verſ. ſecundò ſequitur. Bonac. cit. n. 6.*

Secũdò è contrario eſt certũ, quòd quãdo
269 in diuerſis domibus, quis plures inuitaret, ac in vna domo accumbat excõmunicatus, & in alia accumbas tu, quòd non cenſearis in eodem conuiuio comedere, & per conſequens communicare cum illo, ita omnes Doctores ſupracitati, præcipuè *Sayrus cit. n. 13. ad finem.*

Tertiò eſt etiam certum, quòd quando caſu, & ſinè relatione vnius ad alterum, etiam in eadem menſa, quiſque ſuis cibis excommunicatus, & non excommunicatus vtatur, non cenſeatur communicatio hic prohibita, quia non eſt cõmunicatio per modũ ſocietatis, vt requiritur, ita poſt *Suar. Ricciullus cit. cap. 46. n. 16, verſ. prædicta limitantur,* qui id confirmat ex *Sanchez lib. 6. ſumma mor. cap. 31. num. 13.* vbi quòd ſi fidelis caſu
270 reperiatur cum infideli in caupona, vel alibi, poteſt fidelis in eadẽ menſa ſuis ſumptibus de proprijs cibis comedere, probat *Hurtad. cit. diſp. 9. n. 6.* qui hoc cõfirmat à ſimili ex eo, quod dixi ſup. de dormitione tali caſu in eod. lecto *Auila ſuprac. dub. 11. verſ. hinc ſequitur primò, Bonacina num. 6. verſ. ſecundo eũ &c.* & ſi malè prò hac opinione alleget *Sayrum*, qui hoc non dicit. & ſic diſplicet diſtinctio *Auilæ*, de menſa longioris, vel paruulæ longitudinis, quia communicatio, non conſiſtit in diſtantia, qua excommunicatus comedit cum alio, ſed in ratione ſocietatis, & contubernij, quæ non reperitur in caupona, cùm quiſque ſoluat ſuam portionẽ, vt dixi de dormitione, fauet *Alter. lib. 1. diſp. 10. c. 1. ad finem verſ. Addunt aliqui.*

Difficultas igitur reſtringitur, quando cõuiuium, vel refectio non ſolum fiat in di-
271 verſis mẽſis, ſed etiã in diuerſis cubiculis, ſi excõmunicatus comedat in menſa vnius cubiculi, & tu comedas in menſa alterius cubiculi, an cẽſearis cũ illo cõmunicare, vt hic prohibetur? *Sayrus loco ſuprac. Auila, & Hurtado etiã locis citatis* affirmãt. Cõtrariũ autẽ docet *Suar. ſuprac. ſect. 1. n. 7. Henriq. lib. 13. de excommun. cap. 7. in commento. litt. X.* ſequitur *Ricciullus loco ſuprac. n. 15.* quod benè declarat *Suarez*, eſſe verum, *etiam ſi com-*

 *muni-*

Digitized by Google

*niuium fiat eodem tempore, & ex eadem cauſa rogati, & expenſis vnius perſonæ*, quia vt ſub-
dit, etiam hoc caſu, neq. phiſicè, neque mora-
liter poteſt dici, quòd adſit communio, vbi
in medium affert optima exempla, qui dicit
hoc in rigore eſſe verum, quamuis aliud ſe-
curius videatur, idē docet *Bonacina ſuprac.*
*num.*6. qui citat *Sayrum, & Auilam*, prò hac
opinione, qui authores ſi rectè legantur, illā
non ſimpliciter docent, (vt *Suarez, & alij*
*proximè citati*, quibus accedit *Mercerus apud*
*Dianam*, qui teſtatur iſtā opinionē eſſe pro-
babilē *p.*5. *tr.* 9. *reſol.* 121.) cū licèt in princi-
pio clarè dicant, id nō licere, & ſi in diuerſis
menſis, ac etiā in diuerſis cubiculis, tñ poſtea
ad finem *Sayrus* ſubdit, quòd opinio *Durā-*
*di* (qui ſecundū eundē *Sayrum*, exiſtimat, in
hoc caſu, quòd ſit communicatio ſolum cū
non excommunicato, qui vtrumque inuita-
uit, non autem cum illo excōmunicato, etiā
ſi comedat in eadem menſa, niſi excom-
municatus ille fuiſſet inuitatus de conſenſu
meo) *poterit locum habere quando menſæ in*
*conuiuio eſſent valdè diſiunctæ, & ob conuita-*
*torum multitudinem, in diuerſis cubiculis eiuſ-*
*dem domus, &c.* Qui ne ſibi videatur contradi
cere, dū ſuprà affirmauit, in cubiculis cōn-
ctis, hic debet intelligere de cubiculis valdè
diſiunctis. Alio modo loquitur *Auila*, nam
ſubdit, quòd quando propter multitudinem
conuiuarum requiruntur plures menſæ, tūc
etiā ſi comedant in alio cubiculo, inducatur
participatio, *ſi verò vna mēſa ſufficeret omni-*
*bus, & ego vt euitem excommunicatum ingre-*
*dior in aliud cubiculum, vt ibi comedam, non*
*communico in menſa, nam qui comedit ſolus, &*
*ſegregatus à reliquis conuiuis, non dicitur in-*
*tereſſe conuiuio*, ex quibus verbis patet,
hos authores, differre ab authoribus ſu-
prac. qui ſimpliciter docent, hoc caſu ſuffi-
cere, vt quis comedat in alio cubicu-
lo, qui per conſequens generaliter ſunt intel
ligendi, ſiuè tale cubiculum ſit coniunctum,
ſiuè disiunctū, vt ait *Sayr.* ſiuè vna mēſa ſuf-
ficeret, ſiuè non ſufficeret, vt vult *Auila.*

Quæres primò, ſi in aliquo conuiuio ſu-
272 perueniat excommunicatus nō inuitatus,
& menſæ accumbat, an teneantur alij con-
uiuæ diſcedere, ne communicent cum ipſo,
*Durandus in 4. diſt.* 18. *q.* 1. *art.* 7. negat quia
vt ſup. dixi, putat hoc caſu nō communicare
cōuiuas cū excōmunicato, ſed cū ipſo, qui
facit conuiuium, & ſi in eadem menſa co-
medant, fauet *tex in cap. quoniam multos* 11.
*q.* 3. ibi *ſiuè alios, qui communicant cum eis*
*qui excommunicatis communicant*, ſed hæc
opinio eſt contrà omnes Doctores, vt di-
xit *Sayrus loco ſuprac.* quia id non eſt com
municare ſolum cum eo, qui facit conui-
uium, ſed etiam cum excommunicato, cùm
ſimul ſumant in eodem loco cibū, & potū,
*Alterius lib.* 1. *diſp.* 10. *cap.* 1. *ad finem*, vbi ſub-
dit hæc verba. *non poteſt quis comedere cum*
*excommunicato etiam in conuiuio ab alio in*
*eius domo parato, imò debet ſurgere à menſa, ſi*
*excommunicatus accumberet, non tenetur ta-*
*men exire de domo, ſed poteſt in alia domus pa-*
*te comedere, ſi vterque non fuit inuitatus ad*
*conuiuium.*

Quæres ſecundò, an ſi conueniant multi
273 pauperes in vnum locū, vt ſibi aliquid di-
ſtribuendam accipiant, peccent ſi in eorum
conſortio ſit aliquis excommunicatus? Re-
ſpondetur ſi ſimul conueniant, & ſimul ci-
bum ſumant in eadem menſa, peccare, ſecus
ſi detur cibus vnicuique, & ſi in loco com-
muni, comedendum tamen ab vnoquoque
in propria domo, tunc .n. nō dicitur conui-
uiū, ſed eleemoſina, quā licet accipere ab ex-
communicato, vt habetur in *cit. cap. quoniam*
*multos* 103. 11. *q.* 3. *Auila cit. p.* 2. *c.* 6. *diſp.* 9.
*dub.* 11. *verſ.* 4 *ſequitur.*

274 Quæres tertiò an excommunicato non to
lerato amico, liceat relinquere domum, vel
clauem ipſius, vt ibi comedat, vel permitte-
re, vt in alia menſa comedat? Reſpondet
*Auila loco ſuprac. verſ. vltimo dico*, quòd hoc
nō liceat, niſi quis id faciat, quia timet vim
ſibi inferri, vel faciat cauſa humanitatis, quia
putat eum hoſpitio, ac alimento indigere.

*De culpa; & pœna, ſub quibus prohibetur*
*ſupradicta communicatio fidelibus cum*
*excommunicato.*

RESolutio huius quæſiti, quòad primam
partē patet ex ſupradictis de cōmuni-
catione ipſius excōmunicati, & ſi tolerati cū
fidelibus à *num.* 12. *& ſeq.* vbi quòd commu-
nicatio in diuinis cum excommunicato,
375 ſit mortalis, in humanis verò ſit venia-
lis. Dixi, regulariter ſit mortalis com-
communicatio in diuinis, quia à tali culpa,
vt ibi dixi excuſatur quis ratione paruitatis
materiæ, quibus ibi citatis adde *Ledeſma p.* 1.
*cap.* 6. *de la deſcomunion verſ. la* 4. *duda.*

Reſtat igitur inquirere, an aliquando poſ-
ſint ipſi fideles communicando cum excō-
municato in humanis, peccare etiā morta-
276 liter, & reſpōdetur affimatiuè, quinque ca
ſus refert *Fagundez poſt alios lib.* 2. *in primum*
*præceptū Eccleſ. c.* 5. *n.* 16. Primus eſt, quando
interuenit in iſta communicatione contem
ptus excommunicationis, quòd quando in-
teruenìat, aliàs declaraui *ſup. num.* 26. Secun-
277 dus quando nimis frequens ſit communi-
catio, ac etiam talis, qua animetur dictus ex-
communicatus ad perſeuerandum in ſua
excommunicatione. Vel vt *poſt Conink, di-*
*cit Layman lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. *ad fin.*
vbi *vir grauis hominem excommunicatum non*
*toleratum in ſocietatem ſuam diù admitteret,*
*ex quo ipſius excommunicati exiſtimatio non*

*parum*

Digitized by Google

*parum augeretur, eccleſiaſtica verò cenſura*
*minueretur, peccatum mortale comitti*, hic
caſus raro euenit, vt notat *Hurtado ſup.* ita
dico etiã de eo, ꝙ ait *Villalob. p. 1. sũma tr. 17.*
*difficul. 13. n. 4. que ſi vno communicaſſe con*
*vno deſcomulgado, con animo de bazer eſſo de*
*ordinario, y ſiẽpre en tal caſo ſeria peccado mor*
*tale: porque ya ſeria materia graue, y que con*
*tradiceſſe mucho a la intention de la ley*, prò
qua re citat *Nau. & Suarez.* Tertius, quan-
do fit contra ſpeciale mandatum iudicis.
Quartus qñ talis fuit excõmunicatus à Sum-
mo Pontifice vnà cum ſibi communicanti-
bus. Quintus, quãdo quis cõmunicat cũ illo
in crimine criminoſo, ideſt in eodẽ peccato
mortali ob ꝙ fuit excõmunicatus. Hos quin-
caſus, ad duos tantum reducit, *Hurtado diſp.*
*9. difficultate 2. ad finem.* ſcilicèt ad circum-
ſtantiam contemptus, ſub quo, ſecundùm
ipſum comprehenditur ſecundus, & quin-
tus caſus, & ad circunſtantiam finis intenti à
iudice ad nouiter prohibendã communica-
tionem cum ipſo excommunicato, ad quẽ
reducit tertium, & quartũ. Sed reuera ſi de
culpa loquamur tantũ duo primi caſus poſ
ſunt enumerari, quia alij tres pertinent ad
excommunicationem maiorem, vt infrà.

Circà ſecundam partem quęſiti, de pæna.
Concordant primò Doctores, cõmunicã-
tẽ tã in diuinis, q̃ in humanis, hodie incur-
278 rere excõmunicationem minorem. Dixi
*hodiè* quia antiquitus incurrebatur excom-
municatio maior, vt habetur in *cap. excom-*
*municatos* 11. *q. 3.* vbi dicitur, communicantẽ
cum excommunicato, innodari ſimili excõ-
municatione, *Layman loco ſuprac. num.* 4.
*Hurtado diſp.* 9. *ſub num.* 20. vbi quòd iſtam
excommunicationem incurrat etiam ipſe
excommunicator, excepto Papa, ſi com-
municat cum excommunicato ab ipſo, de
qua re vide infrà. 1. *num.* 282. placet etiam,
quod ſubdit idem author, vt .ſ. ad hanc ex-
279 communicationẽ minorem incurrendã,
requiratur, quòd talis communicatio cum
excommunicato ſit culpabilis, quia & ſi ſit
excommunicatio minor, tamen eſt vera pæ-
na, ideſt licèt dicta communicatio ſit venia-
lis, vt ſuprà, tamen ad incurrendam excom-
municationem minorem, ob eam cauſam
requiritur, vt fiat ex plena aduertentia, & de
liberatione ex ſe ſufficiente ad peccatũ mor-
tale, quia abſque ſimili deliberatione non
datur propriè contumacia, ſinè qua, nulla
incurritur cenſura.

Concordant ſecundò, aliquibus etiam ca-
ſibus incurri excommuuicationem maiorẽ.
Iſti caſus ſunt duo enumerati ſuprà, nem-
pè primus quando quis communicat cum
excommunicato, excommunicatione etiam
lata à Papa contra participantes, ſeù com-
municantes cum illo, Dixi *à Papa*, quia rarò
280 poteſt id occurrere in inferiori Prælato,
quia vt aduertunt Doctores, tunc talis ex-
communicatio fertur ab homine, & per cõ-
ſequens debet ferri ſpecialiter contrà cer-
tam, & determinatam perſonam pręcedente
monitione ne communicet, aliàs inuali-
dè, imò etiam illicitè (niſi conſuetudo excu-
ſet à tali culpa) fertur dicta excommunica-
tio tàm contrà communicantes cum excõ-
municato ab ipſo, quã ab alio, & ſi *Reginald.*
*lib. 32. n. 95.* contrariã doceat, de excõmuni-
cato ab alio. Itẽ .ſ. tali caſu vbi talis excõmu
nicatio eſſet nulla, nõ tñ deſineret quin obli
get ſub mortali, vt poſt *Sotũ, & Nau.* probat
*Hurtado loco ſuprac. ſub n.* 15. & ſi contraria
opinio *Auila. & Rodriq.* etiam ſit probabilis.
281 Secundus quando, cõmunicat in crimine
criminoſo, ideſt quando quis cooperatur
per auxilium, vel conſilium crimini, vel cõ-
tumaciæ, propter quam lata fuit excommu-
nicatio *cap. ſi concubina, cap. nuper de ſent. ex-*
*commun.* vndè cùm hęc excommunicatio ſit
lata à iure, illam incurrit, etiam ipſemet qui
excommunicationem tulit, qui ita commu
nicet, *Auila p. 2. cap. 6. diſp. 10. dub. 3. verſ.*
3. ſequitur. Quãobrẽ ſi lata eſſet excõmuni-
catio ab Epiſcopo, vt fertur in hac die-
ceſi Arimin. ſuſpenſio contrà Clericos lu-
282 dẽtes aleis vel taxillis, & Epiſcopus luderet
cum Clerico, incurreret in rigore dictã ex-
communicationẽ, ſicut incideret, quilibet
laicus (& etiam Religioſus, quia excom-
municatio, vt dixi eſt à iure) cum eodem
Clerico ludẽs, concurrentibus requiſitis, de
quibus infrà vt per *Auilam, loco ſuprac. verſ.*
*vndè ſecundò infertur*, ibi *quod laicus, & Re-*
*ligioſus, qui in hac Prouincia Peruana ludit*
*cũ Clerico ſummam excedentem quinquagin-*
*ta aureos, incurrit excommunicationem.* Sup-
ponit enim, ibi eſſe latam excommunicatio-
nem contrà Clericos ludentes ſummam ex-
cedentẽ, &c. Dixi *in rigore*, quia vt ſuprà di-
xi *recoll. 1. num.* in praxi raro Epiſcopus
ipſe, qui excommunicationem præfatam
tulit, incurret dictã excõmunicationẽ luden
do vt ſuprà. Ad incurrendam iſtam excom-
283 municationẽ, Doctores enumerant plura
requiſita, vt eſt videre apud *Auilam, & Hur*
*tado locis ſuprac. & Bonacinam diſp. 2. q. 2. p.*
6. §. 1. *num.* 9. ſed *Layman cit. cap. 3. num. 3. in*
*principio* omnia illa, his breuibus verbis cõ-
plectitur. *Requiritur ad hanc pœnam, & cen-*
*ſuram contrahendam, vt quis ſcienter commu-*
*nicet in eo ipſo crimine, propter quod alter ex-*
*communicationem talem incurrit ab quam non*
*toleratus, & vitandus exiſtit*, quaſi dicat, po-
ſita opinione contrà *Sotum*, quòd non ſuffi-
ciat hoc caſu, vt is, cum quo communi-
catur in crimine, non ſolum incurrerat ex-
communicationem à iure, vel ab homine,
ſed etiã ſit de ea denũciatus, & ſic vitandus,



Digitized by Google

(quod *Auila loco ſuprac.dub.4. verſ.dico ſe-*
284 *cundò* extendit ad notoriũ Clerici percuſ-
ſorem, ſcilicèt etiam hunc debere eſſe nomi
natim denunciatum, cùm in *cap. nuper* vbi
lata eſt iſta excommunicatio contrà com-
municantem in crimine criminoſo, illa fe-
ratur contrà nominatũ excommunicatum,
& Concil. Conſtantienſe, eſt inductum ad
ampliandum,& non ad reſtringendum) poſ-
ſita igitur dicta opinione,quæ eſt communis
vt poſt *Nau. Auilam.& Suarez notat Hurta-
do ſuprà.* ſatis erit, quòd quis ſciat,talem eſſe
denunciatum excommunicatum de crimi-
ne, in quo ipſe iam cõmunicat,auxiliũ, vel
conſilium præbendo. Nota tamen quòad id
285 dicitur de conſilio,intelligi debere,quãdo
aliàs excommunicatus id non exequutus
fuiſſet, ſi non habuiſſet illud conſilium, ita
*gloſa in cap.nuper verb.conſilium,& notat Vil
lalobos tract.*17.*difficul.*14.*ſub num.*6. exem-
plum erit, vt non diſcedamus à iam ſuprà
aſsignato, ſcit Titius, quòd Caius Clericus
ſit denunciatus excommunicatus, quando
luſit aleis, vel taxillis, & tamen cũ eo ludit,
eo modo quo nõ poſsit excuſari ex leuitate
materiæ à culpa mortali,hoc caſu Titius in-
currit dictam excommunicationem, à qua
nõ põt abſolui niſi ab eo, à quo põt abſolui
ille principalis,cũ quo luſit, vt habetur in *di
cto c.nuper*,& notãt DD. ſupracitati cõmuni
286 ter,ex eo autẽ quod dixi colligitur differẽ-
tia inter hanc excõmunicationẽ,& aliã,quæ
interdũ cõtrà cõſulentẽ, vel cooperãtẽ, v.g.
ad homicidiũ decernitur, nã ad incurrendã
primam, neceſſe eſt, vt principalis prius illã
incurrerit,& fuerit de ea denunciatus,& po-
ſtea cooperetur,ad incurrendum verò ſecũ-
do caſu, ſufficit ſi cooperatio antecedat cri-
minis conſumationem,& ſic principalis cri-
minoſi excommunicationem,ita poſt *Auilã*
obſeruat *Layman cit. cap.3. in principio.* Do-
287 ctores .n. ſupracitati numerãt alios caſus,
in quibus ob cõmunciationem cum excom
municato incurritur excommunicatio ma-
ior, qui ſi rectè conſiderentur non pertinẽt
ad communicationem in genere, ſed ad par
ticulares actus geſtos à fidelibus ergà excõ-
municatum, ſiuè viuum, ſiuè mortuum,
ideò illos hic non refero, ſed benè infrà *re-
collect. ſeq.* vbi enumero excommunicatio-
nes particulares ſiuè S. Pontifici, ſiuè Epi-
ſcopis,ſiuè nulli reſeruatas,quòd etiam face-
re videtur *Layman cit.cap.*3.

*De cauſis excuſantibus communicantes cum excommunicatis à culpa, & pœna, de quibus ſuprà.*

SIcut actus,quibus prohibemur commu-
nicare cum excommunicatis compre-
henduntur in illo verſu,de quo ſuprà n.102.
288 ita cauſæ excuſãtes à culpa,& pœna,quas po
teſt quis incurrere ob præfatam cõmunica-
tionem,complectuntur in hoc alio verſu.
*Vtile,lex,humile,res ignorata,neceſſe.*

*De prima cauſa excuſante comprehenſa in particula, vtile.*

VTilitas,quæ hoc caſu excuſat,poteſt eſ-
ſe duplex, ſpiritualis,& temporalis,itẽ
quia hæc cauſa poteſt conſiderari reſpectu
ipſius excommunicati, & cõmunicantis cũ
illo. Circa iſtam materiam concordant DD.
quòd quis abſq. vlla culpa poteſt commu-
nicare cum excommunicatis, in his, quæ re-
ſpiciunt vtilitatem ſalutis ſpiritualis,vel tem-
poralis ipſius excommunicati,& è contrariò
etiam in his,quæ reſpiciunt vtilitatem ſalu-
tis ſpiritualis,vel corporalis ipſius, qui illam
ſperat ab ipſo excommunicato, & quòad
permiſsionem communicationis in his, quæ
289 ſpectant ad ſalutem ſpiritualẽ ipſius excom
municati,adeſt *textus in cap.cum voluntate in
principio* 54. *de ſent. excommunicationis*, vbi
hæc habetis formalia verba, *cũ voluntate,&
propoſito diſtinquantur maleficia excommu-
nicationis ſententiam* ( intellige minoris) *non
incurrit,qui excommunicato in his, quæ ad ab-
ſolutionem,vel aliàs ad ſalutem animæ perti-
nent, in locutione participat, licèt etiam alia
verba incidenter, vt apud eum magis proficiat,
interponat.*

Nota primò circà illa verba, *quæ ad abſo-
lutionem,vel alias ad ſalutem animæ,*quia per
illa non videtur addere hic textus aliquid ad
*tentum in can.cum excommunicato, 18.q.*11.3.
quatenus ibi dicitur, *cum excommunicato neq.
orare,neq.loqui,niſi quæ ad eandẽ excommuni-
cationẽ pertinent, liceat.* cum idẽ ſit loqui cũ
eo de his, quæ ad *excommunicationẽ*, quàm
quæ *ad abſolutionẽ, & aliàs ad ſalutẽ* animæ
pertinent,omnia.n. iſta ſignificãt reuocatio-
nem ad obediendum Eccleſiæ, & ceſſationẽ
à contumacia *Reginaldus lib.*32 *ſub num.*98.

Nota ſecundò,quòd licèt hi textus loquã-
tur de loquutione, tamen idem dicunt Do-
ctores de ſcriptione, quòd ſcilicèt etiã poſſit
quis dare illi conſilia ſalutis in ſcriptis.

Nota tertiò, quòd cùm excommunicatus
290 non poſſit ſe ingerere diuinis abſque dam-
natione animæ ſuæ, vt ſuprà dictum fuit, &
ſi conducere ad ſalutem animæ eius videa-
tur alicui,admittere eũ ad diuina,tũ nunquã
erit licita talis communicatio. *Reginaldus lo-
co ſuprac.num.*99.*ad finem.*

Nota quartò, quòd alloqui, vel ſcribere
de his,quæ pertinent ad ſalutem ſpiritualem
291 excommunicati, tunc excuſatur à cõmu-
nicatione prohibita, quando probabiliter
ſperatur eius correctio,& reſipiſcentia, ita
poſt *Couarr. Reginal. ſuprac. num.*99. & poſt
*Syluestrum Auila cit. diſp.* 11. *dub.*2. *verſ. ad-
uerten-*

Digitized by Google

*āertendum.* Sed ne in hac re ſcrupulus ingeratur, puto ſat eſſe, ſi dicta loquutio, vel ſcriptio fiat abſque fraude aliqua, hoc enim ſignificat Summus Pontifex in illis verbis *cum voluntate, & propoſito diſtinquantur maleficia.*

Nota vltimò circà illa alia verba, *licèt etiam alia verba incidenter, vt apud eum magis proficiat, interponat*, quòd fuerunt appoſita ad maiorem cautelam, cùm etiam ſi id non expreſſiſſet textus, ſubintelligeretur, iuxtà
292 regulam iuris vuulgatã conceſſo vno, probabiliter omnia conceſſa cenſentur, quæ ad id exequendum ſunt neceſſaria *l. 2. ff. de iuriſdictione omnium iudicium Seraph. dec.* 645. *num.* 3 ſeù vt dicit *Auila loco ſuprac.* conceſ-
293 aliquo fine, conceduntur media conducẽtia ad finem. Vndè is, qui vult agere cũ excommunicato de rebus ſpectantibus ad ſalutem animæ ſuæ, non alligatur ad illa tãtum verba illi dicenda, vel ſcribenda, quæ id concernãt, ſed etiam poterit adhibere omnia, ea quæ neceſſaria putat ad conſequendum hunc effectum ſuæ ſalutis, & ſic poterit non ſolum interponere aliqua verba vrbana ad captandam eius beneuolentiam. Sed etiam exibere illi aliqua ſigna exteriora beneuolentiæ, & amicitiæ, vt eum ſalutare, detegere illi caput, ac etiã ſi mittat ei ad hunc finem epiſtolam, poterit in principio epiſtolæ ponere ſolitam ſalutationem, ita *Reginaldus, & Auila locis ſuprac. Hurtado diſp. 9. de excommunicatione nu.* 19. quidquid malè alleget *Auilã* prò opinione contraria *Siluestri, Bonac ſup. q. 2. p. 6. n. 10. poſt Suarez, & alios.*

Ex dictis infertur primò, quòd non ſolum
294 poteſt quis concionari coràm excõmunicato non tolerato, & audire concionem ſimul cum illo, cum illa ordinetur ad ſalutẽ animæ, ita diſponitur expreſsè in *cap. reſponſo* 43. *de ſent. excommunicationis*, & proſequũtur Doctores omnes, qui hoc ampliãt etiã ſi initio cõcionis ſalutetur B. Virgo, & in fine dicantur aliquę orationes, quia hę ſunt orationes priuatæ, *Auila in ſpecie loco ſupracitato verbo ſexta cõcluſ.* vbi ꝙ ſecluſa fraude, liceat cum excommunicato non tolerato legere partem Euangelij, vel legere partem alicuius Pſalmi, quia hęc omnia diriguntur ad ſalulem eius ſpiritualem. Difficultas eſt, an fideles poſsint admittere vt excommuni-
295 catus talis cõcionetur in Eccleſia, & per cõſequens illum audire, *Auila loco ſuprac. verſ. tertia concluſio*, concedit excummunicatum non toleratum, non peccare mortaliter prædicando, ſed tantum venialiter ſecluſo ſcandalo, tamen *concluſ.* 5. ſubdit, quòd fideles non poſſunt audire concionem non tolerati, niſi in defectu aliorum, ideſt niſi in caſu, quòd non poteſt commodè audire aliam concionem ita fructuoſam, ſequitur *Conink diſp.* 14. *n.* 121. ſed hoc non obſtante, ſimplici-ter hoc licere fidelibus, docet *Ledeſma p.* 1. *ſua ſumma cap.* 7. *de la deſcomunion in* 2. *concluſ. verſ. el primer caſo*, ibi *de lo qual ſe ſique ſer lecito admitir al deſcomulgado para que prediqus en la Igleſia, porque eſto pertenece a la vtilidad ſpiritual, ſuya y de los demas, y aunque es verdad, que al principio dize la ſalutation Angelica, con los demas, y al fin por modo de oracion, pone la abſolucion de los pecados venialiales deprecatoria, con todo eſto es licito.* Sed quia ad hoc allegat *tex in dicto cap. reſponſo*, vbi eſt ſermo tantum de excommunicatis interueniẽtibus cõcioni, nõ autẽ de excõmunicato cõcionante, nõ diſcederẽ à prima opinione, quã etiã ſequitur *Laym. cit. c.* 2.

An autẽ dicendũ idẽ ſit de lectione Theologiæ (licèt enim iſta, ſicut etiam concio non computetur inter officia diuina.) Dubitant Doctores? nam *Sotus* idem facit iudicium de lectione Theologiæ, quàm de concione, *Auila tamem loco ſuprac. concluſ.* 8. & ſi opinionem *Soti* dicat eſſe probabilem, tamen probabiliorem putat eſſe oppoſitam ſenten-
296 tiam, ſcilicèt non licere legere lectionem Theologiæ coram excommunicato tolerato, vel illam audire cum illo, quia hæc lectio nõ ordinatur per ſe ad ſalutem ſpiritua- animæ ipſius, & probat *Conink loco cit.* vndè ſubdit ipſe *Auila*, ſi materia illa Theologiæ, quæ legitur, eſſet ſpecialiter accomodata ad ſalutem ſpiritualem ipſius excommunicati, eſſet id licitum, & tandem ſubdit idem iudicandum de lectione Sactorum Canonum, quam de Theologia, cum ſecundum *Pa-*
297 *normitanũ*, ſcientia canonica ſit pars diuinę. Non facit hic mentionem. *Auila* de audiente dictam lectionem ab excommunicato nõ tolerato, ſicut fecerat mentionem ſuprà proximè, vbi loquitur de tolerato, quia forſan hoc poſſet eſſe licitum reſpectu vtilitatis, vel neceſsitatis temporalis ipſius audientis, ſi nõ habeat alium, qui illi legat dictam facultatẽ, quã poſtea debeat alijs legere, vt infrà, concordat cum ſupradictis *Hurtado cit. diſp.* 9. *ſubnum.* 18. contrà *Sotum, & Sayrum.*
298 Secundò infertur, quòd poteſt quis ſuadere dicto excommunicato vt ſatisfaciat parti, vt procuret remiſsionem, & abſolutionem, hoc enim eſt loqui circà ea, *quæ tandem excommunicationem pertinent*, vt inquit *tex. in cit. can. cum excommunicato* 18. 11. *q.* 3. *Bonacina loco ſuprac. n.* 11.

Tertiò infertur licere alia conſilia ſpiritualia illi dare immiſcendo, vt dixi ſuprà, alia verba vrbana, & quæ apta ſunt ad captandã beneuolã ipſius attentionẽ, *Reginal.*
299 *in ſpecie cit. n.* 98. *ad finem.* intellige ſiuè vltrò dentur dicta conſilia, ſiuè petantur ab eodem excommunicato petantur.

Quartò, & vltimò, eſſe quoque licitum Confeſſori audire confeſsionem ipſius, & ſi



Digitized by Google

ob eius indiſpoſitionẽ abſoluendus non ſit, *Reginal. ſup.* quia aliquando hac occaſione poteſt ei præbere bonum conſilium, vt benè addit *Auila in fine citati dubij 2.* vbi quòd
300 abſque ſcrupulo poſsit Confeſſor audire confeſsionem excommunicati non tolerati, antequam eum abſoluat ab excommunicatione, quia vt ipſe ait *poſt Caiet. ibid. diſp. 3. dub. 4. in principio*, pænitens excommunicatus non priuatur à materia Sacramenti, ſed à forma? Hæc circa vtilitatem ſpiritualem reſpectu ipſius excommunicati. Nunc aliqua ſubijciemus circa eiuſdem vtilitatem corporalem. Eſt .n. certũ apud DD. licitum eſſe fidelibus dare conſilium excommunicato non tolerato in vtilitatem temporalem ipſius v.g. à medico, ab aduocato *Auila ſuprac. diſp. 10. dub. 4. verſ. ſecunda concluſio.* Itẽ
301 excommunicatis accedentibus ad ſuperiorem prò abſolutione obtinenda, poſſe nos illum hoſpitari, illiq. neceſſaria vendere, vel dare, vt poſt Cardinalem de Turrecremata notat *Ricciullus lib. 4. de iure perſonarum cap. 53. num. 7.* item poteſt excommunicatus to-
302 leratus petere debitũ à ſuo debitore abſq. culpa aliqua, & licèt ſit controuerſia inter DD. an debitor teneatur in cõſcientia excõmunicato ſoluere, tamen receptior opinio ẽ affirmatiua, quia cũ obligatio ſoluendi debitum ſit iuris naturalis, non tollitur per obligationem iuris poſitiui euitandi excommunicatũ non toleratũ, vt ꝑ *Couarr. regula peccatum p. 1. n. 8.* *Silueſtrum, & alios* communiter, & teſtatur *Auila loco ſuprac.* latè *Leſſius lib. 2. de iuſtitia c. 16. dub. 9.* vbi & ſi fateatur, nõ eſſe improbabilem opinionẽ *Adriani*, & aliorum, quos ex noſtris ſequitur *Sairus lib. 2. de cenſuris cap. 9 num. 20. & 21.* & *Vgolinus tab. 2. cap. 21. §. 2. num. 2.* quòd ſcilicèt poſsit à debitore differri, ſolutio donec Eccleſiæ reconcilietur, tamen veriorem dicit hanc noſtram ſententiam, nempè vt tuta conſciẽ-
303 tia non poſsit debitor differre dictam ſolutionem, ex hoc capite, quia excommunicatus, ex eo, quòd neque iure diuino, neque humano, debitor liberatur à tali debito, ſtatim ſoluendo, qui *Auila* hoc ampliat etiam
304 ad debitum contractũ ex libera, & voluntaria obligatione, v.g. ex promiſsione etiam non iurata. Dixi *in conſcientia*, quia ſi petat
305 illud in iudicio, poteſt repelli ꝑ exceptionem excommunicationis, prout ſuprà dixi, generaliter loquendo de ſimili excommunicato, quando interuenit in iudicio tãquam actor, & notant in ſpecie *Auila, & Leſ-*
306 *ſius locis ſupracitatis*, quòd nõ peccet mortaliter talis excommunicatus petendo in iudicio ſuum creditum, notat ex *Suarez Turrianus lib. 2. diſp. 14. dub. 3. & Corneyo in 3. p. tr. 5. de excommun. diſp. 10. §. 9. q. 1. apud Dianam 1. 5. tract. 9. reſol. 110.* quòd dixi de debito intellige etiam de mercede vt infrà. Interdum etiam ex *Suarez diſp. 15. ſect. 4. num. 11.* licitũ
307 eſt nobis, ſubuenire excommunicato, ne graue damnum, aut iniuriam patiatur in corpore, aut in fama, aut in temporalibus, & proſequũtur *Ricciullus ſup. c. 55. n. 5. & Hurtado ſuprac. diſp. 9. quæſt. de excommun. ſub nu.*
308 *19.* vnde tantò magis licet eis vendere neceſſaria prò victu, quia etiam hoc licet fidelibus facere cum ipſis excommunicatis *cap. quoniam multos ad finem 11. q. 3. Ricciull. ſup. cap. 53. & 55. ſub num. 6.* Item quòd licitũ
309 ei ſit à nobis petere eleemoſinam, & illam etiam recipere à dantibus, habetur expreſsè ic *cit. cap. quoniam multos 17. q. 3. Ricciullus ſuprac. cap. 53. num. 6.* quod eſſe verum dicit *Hurtado ſup.* etiam in indigentia communi, & antea dixit *Suarez ſup.* & ſequitur *Alter. lib. 1. diſp. 15. cap. 1. verſ. imò non ſolum.* ſat .n. eſt, vt qui dat eleemoſinam, det vt ſubueniat eius indigentiæ, quia ſi daret vt commodius, & ſecurius perſiſtat in excommunicatione, certum eſt, quòd peccaret grauiter cooperando eius culpæ, ob quam fuit excõmunicatus, vt per *Alteriam lib. 1. diſp. 15. c. 5.*
310 vbi quòd ſi excõmunicatus, & non excõmunicatus eadem neceſsitate præmatur, cæteris paribus ſubueniendum ſit non excommunicato, dixi *cæteris paribus*, quia ſi eſſet excommunicatus, mihi ſanguine coniunctus, debeo illum præponere non excommunicato.

Ex dictis facilè quis percipere poteſt, in quibus caſibus, cadat etiam excuſatio pro-
311 pter vtilitatẽ corporalem reſpectu participantis, quia ſi in his caſibus, vbi agitur de vtilitate propria ipſius excommunicati poteſt ipſe communicare cum fidelibus, abſque culpa; ergò tantò magis, quando tractatur de vtilitate ipſorum fidelium, etiã iſti abſque culpa poſſunt communicare cum ipſo excõ-
312 municato, non ſolum ex regula, quòd correlatiuorum ead. debet eſſe diſpoſitio *Bartolus in l. 1. C. de cupreſſis lib. 10. Abbas in cap. quia Clerici num. 7. de iure patronatus.* Sed etiam quia aliàs excommunicatus eſſet melioris conditionis, quàm non excommu-
313 nicatus contrà regulam vulgatã, quòd nemo ex delicto ſuo facit conditionem ſuam meliorem ſicut è conuerſo ex merito non debet quis conſequi pænam, ad allegata per *gloſſam in can. legi, verbo deteriores 16. q. 1.* & eſt textus apertus loquens in terminis noſtris in *cap. ſi verè 34. de ſent. excommunicat.* ibi *ſi aliter fieret, videremini vos damnum ex pænitentia, ipſi verò præmia ex contumacia, reportare.* Vndè conſtituitur regula à Docto-
314 ribus, ꝙ quoties excõmunicati opera nobis neceſſaria fuerit, & ab alio haberi nõ poſsit, liceat nobis communicare cum excommunicato, quia extrauagans *ad euitanda* non intendit in aliquo præiudicare fidelibus, hæc autem

Digitized by Google

autem neceſsitas penſanda eſt arbitrio boni viri, vt poſt *Nau. & Silueſt.* notat *Auila ſup. dub.* 4. *in principio.* Hinc infertur, nobis licere ab excommunicato conſiliũ, vel auxiliũ petere etiam prò alijs in re admodum graui, & neceſsaria, vt per *Alteriũ loco ſuprac. verſ. extra iudicium*, vti eo prò aduocato in iudicio; & in infirmitate prò medico, vel aromatario, quando tamen non occurrat alius ita idoneus, & peritus in arte, vt ibi ſubdit *Alterius*, *& Ricciullus c.* 54. eodem modo poſſumus ab eo eleemòſinam petere, & accipere, ſi non ſit alius, à quo poſsimus æquè commòdè petere, poſſumus ab eo petere debitum non ſolum extrà iudicium, ſed etiam in iudicio. *Alterius*, *& alij ſup.* quòd ſecundum *Hurtado loco cit. num.* 20. fallit in Prædicatoribus, & Confeſſoribus, qui poſſunt ab excõ-
315 municato eleemoſinam petere, quamuis poſſent aliundè æque commodè ſibi prouidere, ſed contrarium indicatur in *cap. cum volnntate* ab eo allegato ibi, *præſertim ſi aliàs nõ valeant in illo loco ſubſtentationem habere*, ſecundum expoſitionem *Innocentij*, qui ly *præſertim* exponit *tantum*, & hoc eſt ſecurius inquit *Ioan. Andreas in annot. ad ipſum text.* videte etiam *gloſam in cap. inter alia* 31. *de ſent. excommun. verb. præſertim.* idem dicitur de legato relicto ab ipſo excommunicato, *Hurtado ſup.* quod etiam eſt verũ, & ſi tale le-
316 gatum relinquatur cum conditione vt oretur prò ipſius amima; piè enim debet explicari tale legatum de oratione priuata, quæ licitè fieri poteſt prò illo, imò & ſi exprimeretur, vt fieret prò eo oratio publica, adhuc poſset recipi legatum, cùm conditio turpis habeatur prò non appoſita *Auila cit. diſp.* 11. *dub.* 4. *verſ. ex dictis ſequitur*, de qua re. *Bonac. cit. p.* 6. §. 2. *num.* 16. ſe remiſit ad ea, quæ dixit ſuprà, cum de oratione, & applicatione Miſſæ prò excommuuicato vitando, *ead. q.* 2. *p.* 1. §. 3. vide, quæ ego dixi in meo *tr. de officio Cappellani q.* 5. *ſect.* 18. *ad finim.* vbi pro-
317 pono hoc dubium, an legatum prò Miſſis celebrandis, debeatur vbi defunctus moritur in notorio peccato, quia ipſe mortem ſibi intulit, vel in notoria excommunicatione & cum *Perez de Lara*, ibi concludo, quòd cum hoc impedimentum (nempè quòd Miſſæ non poſſint ſibi prodeſſe) prouenerit culpa legantis, non debeat nocere Eccleſiæ, & ideò debeat dictum legatum conſequi, conditionem illam celebrandi Miſſas prò eius anima, habendo prò non adiecta; quod eſt idem, quam quod dictum legatum remaneat purum apud Eccleſiam, quod his diebus in facto de quadam perſona, quæ inſtituit Eccleſiã ſibi heredem, & varia legata pia in magna quantitatè reliquit, & inter alia prò Miſſis celebrandis, quæ poſtea ſibi mortẽ intulit, ſe è loco alto præcipitãs, cõſului cõtrà quoſdã, qui cõtẽdebant, dictas Eccleſias, quibus tale legatũ fuit relictum, teneri ad Miſſas celebrandas, quæ ſaltem alijs animabus erant profuturæ, quod verum eſſe concedebam, quando vel expreſsè (vt fieri ſolet) dicta legata feciſſet prò animabus Purgatorij, vel ſuorum parentum, aut benefactorũ, aut ſaltem ſimpliciter concepta fuiſſent dicta legata prò Miſſis celebrandis, & non expreſsè pro eius anima, prout cantabant dicta
318 legata. Nec obſtat, quòd quando impoſſibilitas implendi legatum pium, ſit ad vſum, qui in ſe malus nõ eſt, ſed tantũ à iure prohibitus, & ſi legatũ nõ efficiatur caducum, ideſt nõ ſuccedat in eo heres, tamen debeat conuerti in alium vſum pium, *cap. pios de teſtamentis, & habetur in Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *c.* 8. *de reformatione*, cũ alijs allegatis per *Sanch. lib.* 4. *opuſculorum moralium cap.* 2. *dub.* 4. *n.* 4.
319 quæ poteſtas conuertendi in aliũ vſũ piũ hoc caſu regulariter reſidet apud Epiſcopos, vt per *Sanchez loco ſuprac. dub. ſeq.* & ante eũ *doctiſſimus Riccius ad Tiraquellũ de priuilegijs piæ cauſæ priuil.* 44. Dixi regulariter, nam hodie circà hãc materiã Miſſarũ reſidet apud S. Congreg. Cõcil. ex Decreto de celebratione Miſſarũ. Quia reſpõdetur, hoc eſſe verũ, vbi dictũ legatũ poſſet conuerti in vſũ aliũ piũ proficuũ animę teſtatoris, quo caſu Epiſcopus cõſtituitur tãquã bonus vir ad arbitrandum, quòd opus ſit magis proficuum animæ teſtatoris, ergò cùm hic ceſſat hæc ratio, & ab eo prouenit impedimentum debet remanere purum apud Eccleſiam, fauet quòd quando deficit condi-
320 tio poteſtatiua ob cauſam quamlibet impedientem, fauore Eccleſiæ, vel alterius piæ cauſæ, non per hoc deficit legatum, vt probat *Riccius apud Tiraquellum ſup. priuilegio* 39.
321 An autẽ qui cepit ſocietatẽ cũ aliquo, ſuperueniente denunciatione, poſsit illã perſequi, affirmatiuè reſpondet poſt *Archidiac. in cit. c. quoniã*, & alios *Ricciull. lib.* 6. *c.* 48. *n.* 2. vbi *c.* 53. *nu.* 4. ꝙ merces peti poteſt ab excõmunicato abſq. incurſu alicuius cenſuræ.

*De ſecunda cauſa excuſante, qua comprehenditur ſub particula* Lex.

PEr iſtam particulam communiter intelligitur à Doctoribus *lex matrimonij*, quod eſt idem quàm, vt coniugibus, quos lex matrimonij ſociat inter ſe, & quorum alter, vel ambo ſint excommunicati, concedatur communicatio, vt per Auilam *loco infra proximè citando*, *Alterium ſup. cap.* 2. *ad finem* contrà *Silueſtrum*, habetur expreſsè *in c. multos* 11. *q.* 3. vbi licèt loquatur textus
322 de vxore, reſpectu mariti excõmunicati, tamen idem dici debet de marito reſpectu

vxoris

Digitized by Google

vxoris excommunicatæ, *Couarr. Angelus, & Vaſquez,* quos refert, & ſequitur, reſpondendo rationibus in contrarium *Conink diſp.* 14. *n.* 123. Ac poſt *Adrianum Nau. & Ledeſma & magiſtros communiter, probat Auila ſupra c.* 6. *diſp.* 11. *dub.* 9. *Sanchez de matrim. diſp.* 14. *n.* 16. *Bonac. diſp.* 2. *p.* 6. §. 2. *n.* 24. *Villalob. p.* 1. *tr.* 17. *diffic.* 13. *n.* 13. *Ledeſma p.* 1. *ſumma c.* 7. *de la deſcomunion verſ. el ſecundo caſo,* vbi non ſolum teſtatur de communi, ſed etiam ſubdit, contrariam ſententiam non eſſe probabilem, hanc opinionem, eſſe veram, dicit *Layman poſt Auilam, & alios cit. cap.* 2. *ſub nu.* 16. dicit hanc opinionem receptiorem, & veriorem *Ricciullus lib.* 4. *de iure perſonarum cap.* 48. *num.* 22. & proſequuntur omnes alij ſupracitati, nempè *Reginaldus, Filliucius, Bonacina, Alter & Hurtado,* ratio fundamentalis ſumitur à *Couarr.* ex dictis à nobis *in fine præcedentis quæſiti,* quòd ſcilicèt ſocius poſſit communicare cum ſocio excommunicato, ſed ita contrahitur ſocietas ab vxore cum marito, ſicut à marito cum vxore, ergò
323 hæc autem differentia traditur ab authoribus inter caſum, vbi vxor eſt excommunicata, vel quando maritus eſt talis, quòd ſcilicèt primo caſu, maritus cum ſit caput vxoris, illam teneatur corrigere, & ad emendationē perducere, etiā ſi oportuerit, per denegationē ſocietatis, ex charitate tñ, nō autē ex lege eccleſiaſtica de vitandis excōmunicatis, *Layman lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 2. *c.* 2. *n.* 16. *verſ. ſecundò excuſat, ad finem.* ad quod non tenetur vxor, at præſupponunt dicti authores, quod hoc caſu vxor non poſſit repetere dotem, *Ricciullus ſup. nu.* 10. Extenditur hæc concluſio de vtroq. intellecta. Primò nō ſolum quòad coniugalem actum, quo ca-
324 ſu excōmunicatus vitādus nō ſolū poteſt illud reddere, ſed etiam petere, vt de communi teſtatur *Auila loco ſupra c. verſ. prima concluſio, & Sanchez ſupra c. nu.* 20. vbi ampliat etiam ſi aliàs delinqueret coniux petēdo, ſed etiam quòad omnia alia ſimpliciter ſpectantia ad communicationem ciuilem, quia etiam ſimpliciter talis communicatio conceditur *in dicto can. quoniam multos,* ita *Ricciullus, &* optimè *ſup. num.* 3. hoc voluit dicere *Hurtado cit. diſp.* 9. *de excomm.* ibi *non ſolū quòad vſum coniugalē, & quòad obſequia ſolita, ſed etiam quòad omnia alia.* ante hos omnes *Sanchez cit. diſp.* 14. *num.* 4. & idem in re voluerunt dicere *Auila, & Bonacina n.* 15. cum dixerunt, licere illis communicare in his, quæ pertinent ad gubernationem domus in menſa, in familiari colloquio, & in omnibus alijs. Extenditur ſecundò, vt proce-
325 dat, etiā ſi matrimoniū ſit inualidū, dūmodo fuerit iā contractum bona fide, *Ricciullus ſup. num.* 27. *Reginaldus cit. lib.* 32. *ſub. n.* 100. qui benè, quando loquitur de ignorantia impedimenti, loquitur ſimpliciter his verbis *impedimentumq. adhuc ignoretur.* quia cū hoc caſu ex ſeparatione habitationis facilè poteſt oriri ſcandalum, quòd etiam contingere poteſt, quādo tantū vnus ex coniugibus ignorat impedimentum dirimens v.g. inceſtus ante contractū matrimoniū (fauet *tex. in c. ex tenore* 14. *ex tr. qui filij ſint legitimi,* vbi quòd ad hoc vt filius ſit legitimus, ſufficiat ſi vnus coniux ignoret impedimentum, ſeù nullitatem matrimonij) licèt dicti cōtrahentes ſint cōſcij impedimēti, poſſunt cōmunicare, vt prius excepto in reditione, & petione debiti, vt infrà ſuo loco cū de matrimonio, ſed forſan ly *quandiù impedimentū ignoratur à contrahentibus* refertur ad ignorantiam ſaltim vnius ex ipſis tempore contractus, vt loquuntur iura, quæ allegat ipſe *Ricciullus ſcilicèt, cap.* 2. *cap. per latum, c. peruenit, & cap. ex tenore, qui filij ſint legitimi,* hoc enim caſu militat ratio, quòd cum tale matrimonium ſit putatiuum, gaudere priuilegijs veri matrimonij debeat exceptis prohibitis, vt ſuprà.
326 Extenditur tertiò, etiam ſi coniux iam quādo contraxit, ſciebat aliū eſſe excōmunicatum denunciatū, licèt .n. ſic contrahendo hic peccauit grauiter, cōmunicando in diuinis prohibitis, .ſ. receptione Sacramentorū, quidquid ſit de tolerato, *de quo Diana p.* 3. *tr.* 4. *reſol.* 268. tamen matrimoniū inter eos cōtractū eſt validum, vt dixi ſup. igitur ex eo oritur obligatio naturalis, &c. ita poſt *Vgolin. Sanchez ſup. num.* 3. hanc opinionem eſſe probabiliorem ait *Alter. lib.* 1. *diſp.* 15. *cap.* 2. *verſ. ſed oppoſitum* hanc opinionem eſſe valdè probabilem, & fortè veriorem, dicit *Conink diſp.* 14. *n.* 129. *& Villalobos tract.* 13. *num.* 12. probāt *Reginaldus lib.* 32. *ſua. n.* 110. *Bonacina, diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 6. § 2. *ſub num.* 18. quidquid *Suarez* contrarium defendat, quem ſequitur *Ricciullus ſup. num.* 25.

Extenditur quartò, quòd teneatur coniux communicare vt ſuprà, quòd eſt dicere,
327 non tantū eſt licita, ſed debita dicta communicatio, *Sanchez ſup. num.* 13. *cum alijs allegatis per Ricciullum cit. cap.* 46. *num.* 5. vndè ſi vxor diſcederet ob hanc cauſam à marito, maritus poſſet agere ſpolio ad reſtitutionem vxoris, *Ricciullus ſup. num.* 17. & ſi *Sanchez loco ſupra c. num.* 24. velit, hoc caſu tantum poſſe implorare auxilium iudicis, & ſibi obſtare exceptionē excōmunicationis.
328 Extēditur quintò, etiā ad ſponſam de præſenti, quæ in fauorabilibus venit appellatione vxoris, & ſanè licèt matrimonium nō ſit conſumatum à ſponſa de præſenti, tamen facta eſt cum ſponſo mutua corporum traditio, & obſtricti ſunt ad mutua obſequia. Dixi de præſenti, quia ſecus eſt in ſponſa, vel ſponſo reſpectiuè de futuro, *Sanchez citata diſp.*

Digitized by Google

*diſp.*14.*num.*8. ſequitur *Ricciullus ſup. nu.*3. *& ſeq.* quidquid *Alterius loco ſuprac. verſ. nõ poteſt.* neget ſimpliciter, ſponſam venire hic appellatione vxoris.

Extenditur quintò, & vltimò, etiam ſi iudex excommunicet maritum, vel vxorem,
329 & participantes cũ eo, vel ea; quia intelligitur de participantibus, qui non ſunt excepti, ita poſt *Socinum Vgolinum, & Sanchez. Ricciullus ſup. num.* 32. notat tamen *Sanchez cit. diſp.*14. *nu.*7. poſſe iudicem ob viri perti-
330 naciam, interdicere vxori participationem cum viro, ſed quòd talis prohibitio præterquam quòd non obliget ſub pæna excommunicationis minoris, & ſic ex lege de vitãdis excõmunicatis, id poterit tantum dictus iudex prohibere prò participatione in conuictu, ſcilicèt menſa, &c. non autem in debito coniugali, cuius obligatio pendet à iure naturali.

Hęc cõcluſio ſic extẽſa reſtringitur primò, quando ageretur de cõmunicatione in delicto, ob quòd fuit maritus denunciatus excom
331 municatus, ſeù vt aiunt in crimine crimiſo, prout declaraui ſuprà. Ita Doctores omnes ſupracitati, incurreret hoc caſu vxor excommunicationẽ maiorẽ, vt quilibet alius extraneus, vt habetur in *cap. inter alia*, vbi *gloſa de ſent. excommunicationis, Sanchez ſup. num.*10.

Reſtringitur ſecundò, quãdo excõmuni-
332 catio eſſet lata in cauſa ipſius matrimonij, puta quando pendet lis circa validitatem ipſius, ob idq. interdictum eſſet coniugibus, matrimonio vti, gratia vitandi fornicationis periculum. *Sanchez ſup. num.*9. *Ricciullus n.*39. *Ledeſma p.*1. *ſumma c.*7. *de la deſcomunion. verſ. el ſecondo caſo ad finẽ. Laym. ſuprac. n.*16.

Reſtringitur tertiò, vbi coniuges eſſent per diuortium ſeparati, quia tunc non eſt aliqua obligatio circa debitum reddendum, nec obſequia præſtandi, *Sanchez ſup. num.*11. *& Ricciullus n.*39. *Bonacina. num.*23.

Reſtringitur quartò ab alijs, vbi tractatur
334 de participatione in diuinis, hãc opinionẽ dicit probabiliorem *Bonacina ſup. num.*22. Hanc opinionem non ſolum eſſe tutiorem, vt etiam aduerſarij fatentur, ſed de iure veriorem, contra *Nau. Henriq. & Sanchez*, probat *Ricciullus cit. cap.*48. *ſub. num.*37. Vndè non ex hoc, quia vxor vult Miſſam audire, marito excõmunicato denunciato zelotipo, non liceret in Eccleſia cũ ea aſſiſtere, opinio autẽ cõtraria eſt valdè pbabilis *Anil. Laym. & aliorũ, vt infrà n.*374. Sed hic caſus rarò occurret cùm vxor, & ſi tunc Miſſam nõ audiret ex eo, quia non poteſt cum marito Eccleſiam adire, non peccaret, ſicut de vxo-
335 re timente rixas cũ marito, notat *Fagundez lib.*2. *in primum Eccleſ. præceptum cap.* 9. *ſub num.*4.

Reſtringitur quintò, vt concluſio intelligatur tantum, quando vnus coniux eſt excõmunicatus, vel vterque, vt dixi ſup. & notãt omnes Doctores ſupracitati, non autem quando is, qui communicat cum coniuge, eſſet etiam excommunicatus, quia ob hanc rationem, quòd vnus coniux cum eo communicat, non licebit dicta communicatio.

Vndè infert *Sanchez loco citato num.* 12.
336 quòd viro cenante cum excommunicato, non poſſe vxorem eidem menſæ accumbere, & proſequitur *Ricciullus ſup. cap.*48. *ſub num.*41. qui etiam addit, quòd excommunicato petente conſilium ab aduocato, licèt aduocatus illi licitè communicet, vt ſup. dictum fuit, tamen vxor aduocati non poteſt ſimul cum excommunicato loqui, quia cauſa, quæ facit licitam communicationem cũ aduocato, reſtringitur ad eius perſonam tantum, ſic dicas de vxore medici, aromatarij, & ſimil.

Aliqui ſubdunt aliam reſtrictionẽ, quando ſcilicèt alter coniux eſſet excommunica-
337 tus ob hereſim, vel apoſtaſiã à fide, ita poſt *Vgolinum, Ricciullus cit. n.*43. *Villalobos p.*1. *ſumma tr.*17. *diffic.*13. *num.*12. *ad finem.* Sed quidem valdè impropriè, tum quia iſta communicatio non prohibetur catholico ratione excommunicationis, ſed ratione periculi peruerſionis, vt per *Sanchez lib.* 10. *de matrimon.*6. *cap.*15. *n.*9. vbi ex hac ratione, probat, non ſolum poſſe catholicum petere diuortium (quod non licet ob quãuis pertinaciam coniugis in excommunicatione, vt notat *idem author ibid. nu.* 12.) Sed etiam poteſt
338 diuertere propria authoritate, vt iã dixerat *n.*10. & ſi ſit differentia inter caſum, vbi recedit propria authoritate ante, vel poſt ſententiã ſeparationis, quia primo caſu tenetur admittere coniugẽ hereticũ iam emendatũ, non autem ſecundo caſu, vt per eundẽ *Sanchez num.*15. Quò verò ad id, dicit *idem San-*
339 *chez n.*5. quòd tenetur cõiux catholicus diuertere ab heretico nolenti reſipiſcere, præſupponit, ni fallor, adeſſe periculum ſubuerſionis, quod non nego regulariter intercedere, ſed ſi in facto non eſſet tale periculũ quia dictus catholicus cũ magna cura procederet, & ſi poſſet diuertere, non peccaret nõ diuertendo, fauet *Hurtado diſp.*11. *de matrimonio num.*18. *verſ. ſecundo conſtat ad finem* vbi ait, hoc caſu, non teneri vxorẽ adhibere dictã curã, vt nõ ſeparetur à viro, ergò qñ nõ vult ab eo ſeparari, tenetur ad illã adhibẽdã, & confirmatur ex illa opinione, quòd vxor non teneatur denunciare maritum hereticum, de qua feci mentionem *ſup. p.*1. *recoll.* 2. *num.*12. quam confirmat *Diana p.*1. *tr.*4. *de denunciat. reſol.*5.



Digitized by Google

*De tertia cauſa excuſante à communicatio-ne cum excommunicato non tolerato, comprehenſa ſub* ly *Humile.*

PEr iſtam particulam denotatur, quòd il-
li, qui ſunt ſubiecti excommunicato
non tolerato, excuſantur ab omni culpa, &
pœna, quæ incurritur regulariter à com-
340 municante cũ eo; iſti autẽ ſubiecti qui nã
ſint enumerantur in *can. quoniam multos*
*11. q. 3.* ibi *liberos, ſeruos, ancillas, ſeu manci-*
*pia, necnon ruſticos ſeruientes, &c.* remanet
igitur vt primò inquiramus, quinam veniãt
nomine *liberorum*, hoc loco. Nõ enim caſu
credas poſitum fuiſſe, ly *liberos*, & non
341 *filios*, ſed appoſitè, nam appellatio *liberorũ*
eſt largior, quàm filiorum *gloſa finalis in l.*
*cognoſcere* 56. *ff. de verborum ſignificatione,*
Vnde doctiſſimus *Neapodanus in conſuetudi-*
*ne Neapolit. ſi quis, vel ſi qua ſub titulo de ſuc-*
*ceſſione ab inteſtato nu.* 160. dixit quòd filij
verbum, ſit ſpecies liberorum, quaſi dicat
quòd verbum iſtud liberi habentur vt ge-
nus, & verbum filij, vt ſpecies, & patet ex
eod. textu in *l. cognoſcere*, vbi quòd non
ſolum appellatione liberorum veniant filij,
& filiæ, & nepotes ex eis ibi, *ſiuè virilis, ſiuè*
342 *feminini ſexus ſunt, ex què feminini ſexu de-*
*ſcẽdentes*, quòd vltimum, ſcilicèt nepotes ex
filijs venire liberorũ appellatione, habetur in
*l. liberorũ eod. illo titulo ff. de verb. ſignificatio-*
*ne,* & licèt de nepotibus ex fœminis ſit aliqua
difficultas in materia ſubſtitutionum cum
clauſula, ſi ſine liberis, tamen in caſu noſtro,
in quo conſideratur obligatio naturalis,
Doctores infrà allegandi, ſupponunt prò
certo, hos comprehendi in dicto textu no-
mine liberorum, eſtque id quod dixit *Nea-*
*danus loco ſuprac. in conſuetudine ſi moriatur,*
*num.* 98. ſcilicèt *quò ad ea, quæ ſunt de iure na-*
*turæ, natos ex fæmina ex linea deſcendenti, ve-*
*nire appellatione liberorum.* Neq. etiã ſolum
legitimi, & naturales, ſed etiã naturales, vt
inquit *gloſa in d. l. cognoſcere verbo omnes*, &
343 ego addo, ſeù illegitimos quocũq. nomine
nũcupẽtur, quia in omnibus illis militat etiã
eadem ratio nexus naturalis, vt benè *Hurta-*
*do diſp. 9. ſub num.* 21. de illegitimis ſimplici-
ter facit mentionem. Item vlterius proce-
dendo authores, in noſtris terminis loquen-
do, ſupponunt, quòd licèt appellatione libe-
rorũ, nõ veniant filij adoptiui in rigore, neq.
344 arrogati, niſi in caſibus in iure nũcupatim,
expreſſis, *gloſa in l. ſi ita quis, §. fin. verbo cõ-*
*ſequi ff. de legatis* 2. cum alijs allegatis per
*Andream Gaill. lib. 2. obſeruat.* 136. *num.* 14.
tamen in caſu noſtro ipſi veniant appella-
tione liberorum quandiù non ſunt eman-
cipati; ita *Bonacina diſp. 2. quæſt. 2. p. 6. §. 2. nu.*
29. *Hurtado loco ſuprac.* & poſt *Vgolinum etiã*
*docet Reginaldus lib. 32. ſub num.* 109. ſequitur
*Villalobos tr. 17. diffic. 13. n. 11. ad finem*, quid-
quid *Ricciullus lib. 4. de iure perſonarum cap.*
19. id ſimpliciter concedendo de filio arro-
gato per reſcriptum Principis, neget de ado-
ptiuo authoritate iudicis, ſi non ſit nepos,
vel pronepos ipſius adoptantis, quæ diſtin-
ctio ſanè diſplicet, quia per hoc, quòd ado-
ptatus ſit extraneus, ſi adhuc eſt in poteſtate
ipſius, ſeù qãndiù nõ eſt emãcipatus, vt di-
xi, ſemper eſt de familia patris, ſi .n. ſeruus
ac alij, vt infra, eximuntur, tantò magis
hic filius apoptiuus. Item quia vitricus,
345 nurus, & gener habentur etiã loco libero-
rum, ſupracitati Doctores communiter cõ-
cedunt quoq. eſſe licitã eorũ cõmunicatio-
nem cum priuiguo, nouerca, & ſocero,
atque ſocera, *Reginaldus ſuprac. n.* 108. *ad fi-*
*nem, Suarez diſp. 15. ſect. 5. n. 7. Ricciullus ſup.*
*num.* 21. *& Hurtado loco ſupracit.* item etiam
quia tutoris, & curatoris põtas erga pupillũ,
& adultum, eſt ſimillima poteſtati paternæ,
etiam hic venit appellatione liberorum, di-
346 ctus pupillus, vel adultus reſpectu tutoris,
vel curatoris, *Suarez cit. ſect. 5. num. 8. verſ.*
*Denique, Ricciullus ſup. c.* 51. *per totum.* Non
autem veniunt hic liberorum appellatione
347 filij ſpirituales ratione collati Baptiſmi, vel
ſuſceptionis in Baptiſmo, vt poſt *Suarez*, *&*
*Vgolinum*, hoc eſſe verum, teſtatur *Ricciul-*
*lus ſup. num.* 20. *Bonacina num.* 34.

Difficultas circà hãc materiã peculiaris eſt,
an filij, vel nepotes, ſiuè legitimi, ſiuè illegi-
348 timi, vt ſuprà, quãdo ſunt emancipati a pa-
tre, poſſint communicare cum patre excõ-
municato, vt ſuprà. Nam aliqui ſimpliciter
hoc negant, ita *D Thomas in 4. diſt. 18. q. 2.*
*art. 4.* cum alijs apud *Reginald. lib. 21. num.*
103. aliqui verò diſtingunt, aut licèt ſint
emancipati, tñ habitant ſimul cũ patre, & ab
eo accipiunt neceſſaria, vel non; primo caſu
poſſunt communicare cum dicto patre ex-
communicato, non autem ſecundo caſu, ita
*Auila p. 2. cap. 6. diſp. 11. dub. 6. in principio*
huic opinioni ſe videtur ſubſcribere *Ric-*
*ciullus ſuprac. c. 49. n.* 10. *Suarez* autẽ *cit. ſect.* 5
*quem ſequitur Alterius cit. cap. 4. verſ. ſed hæc*
*ſententia, & verſ. reſpondeo,* vbi loquitur de
filio naturali emancipato, item *Bonacina*
*ſuprac. nu.* 28. diſtingunt communicationẽ,
& non habitationem, vt ſup. aut loquimur
de communicatione quoad reuerentiã, &
obedientiam debitam de iure naturali à fi-
lio ipſi patri, vt aſſurgere corã illo, detegere
caput, & ſimilia, & in his ſemper licita eſt
communicatio ipſi filio emancipato ſiuè
non, aut loquimur de communicatione in
conuictu, & ſocietate humana, & tunc non
licebit filio emancipato, nouam aut maiorẽ
habere cum patre excommunicato, quàm
anteà habebat, vndè ſubdit *Alterius* ex mẽte
*Sua-*

Digitized by Google

*Suarez* & ſi cum non citet, *ſi prius non habitabat cum patre, non poteſt durante excommunicatione inchoare nouā habitationem, aut alias actiones familiares exercere, quas antea non exercebat* qui etiā ait ꝙ prima ſententia ſimpliciter ſum-
349 pta ſit improbabilis. Tandē alij ſimpliciter, & generaliter docent, emancipatū ſiuè habitet in domo patris, ſiuè non, poſſe cum patre excommunicato communicare non ſolum in his, quæ ſpectant ad ius naturale, ſed etiā in his, quæ ſpectant ad conuictum humanum, tùm quia dictus *textus in cap. quoniam multos*, ſimpliciter, & generaliter ipſos liberos eximit ab obligatione vitandi parentes, quorum liberorū appellatione, certum eſt, venire emancipatos, & verba ſimpliciter, & generaliter prolata, ſimpliciter etiā & generaliter debent intelligi, tùm etiam quia vt ipſemet *Auila* fatetur *ibid. ad finem concluſionis*, præfata communicatio in dicto textu, conceditur non ſolum in his, quę pertinent ad officium filiorum, & ad quæ ipſi tenentur, ſed generaliter, & abſolutè in omnibus ac ſi ipſi parentes non eſſent excommunicati. Hanc opinionem, poſt *Vgolinum*, docet *Hurtado diſp. 9. de excommunicatione ſub num. 21. Villalobos tr. 17. diff. 13. num. 15.* qui non ſolum dicit hanc opinionem probabilem poſt *Suarez*, ſed etiam tutam in praxi, hanc eſſe communem ſententiā, fatetur *Ricciullus loco ſuprac.* & ſequitur *Reginaldus cit. lib. 32. num. 109.* Non feci hic men-
350 tionē de adoptiuis, quia adoptiui ſi emancipati ſunt, dicunt Doctores ſupracitat. communiter, habentur vt omnino extranei, *§. adoptiui inſt. de exheredatione liberorum*, ideòq. concludunt, non eſſe licitum illis communicare cum eorum parente excommunicato, ita *Vgolinus*, quem refert, & ſequitur *Reginaldus ſup. nu. 109. Hurtado, & Villalobos locis ſupracit.* quā doctrinam ſolum, pace eorū, intelligerē de filio adoptiuo, qui non erat nepos, vel pronepos ipſius adoptantis, ſed perſona extranea, quia ſi erat nepos, vel pronepos, licèt ſit emancipatus, tamen non debet iudicari vt penitus extraneus, & ſic hoc caſu habet locum diſtinctio ſuprà relata *Ricciulli* inter extraneum, vel ſuum adoptatum, & quòd dixi de adoptiuo extraneo, idem dicerem de arrogato extraneo. Fauent verba pregnantia *Villalobos loco ſuprac. ad finem*, ibi *y tanbien ſe ha de ampliar a los hijos adoptiuos, ſaluo ſi eſtuieſſen emancipados, porque en eſtos ya no queda la obligacion natural, que en los otros hijos*, ſed ſic eſt, quòd quando nepos, vel pronepos eſt adoptatus, remanet obligatio naturalis, ergò. Ex quibus patet, quomodo ſit verum id, quod dicit *Alterius loco ſuprac. verſ. reſpondeo*, eodem ſcilicèt modo iudicandū eſſe de filio adoptiuo
351 emācipato, ſicut de filio naturali. Quòad illa alia verba; *ſeruos, ancillas, ſeu mancicipia, nec non ruſticos ſeruientes*, notandum eſt quòd & ſi in rigore litteræ textus intelligi videatur (*de ſeruis, & ancillis*) quorū eadē ē ratio, *l. Deteſtatio §. ſerui, ff. de verb. ſignificatione*) qui ſunt in dominio domini, quod magis videtur confirmari ex illis alijs verbis *ſeu mancipia*,
352 accipiendo dictionem illam *ſeu* declaratiuè, vt ſcilicèt idē ſignificet, quàm alia dictio *ideſt*, vt accipitur in *cap. 1. vbi Archidiaconus verbo ſeu de cognatione ſpirituali in l. vbi pactum. C. de tranſactionibus, cum alijs allegatis per Alexandrum conſ. 125. num. 2. vol. 7.* nam mancipium dicitur quaſi manu captum ab hoſtibus, ſicut ſeruus dicitur à ſeruando, quaſi ſeruatus, & non occiſus in bello *l. mancipia, vbi Doctores C. de ſeruis fugitiuis l. pupillus 239. §. ſeruorum ff. de verborū ſignificatione*, tamen hic generaliter intelligūtur
353 ſerui, & ancillæ, etiā nō exiſtentes in dominio domini, qui & famuli dicuntur, vt per *Alciatū in l. meorum 91. ff. de verborum ſignificatione*, & ſic intelligas *Archidiaconum in can. patrem 32. q. 3.* cum aſſerit. *famulum dici natum ex propria familia, ſiuè exortum, mancipium ex hoſtibus, ſeruum in bello captum, atque ſeruatum*, omnibus enim iſtis conceditur hic, vt poſſint regulariter communicare cum dominis excommunicatis non toleratis, hoc voluit dicere *Suar. t. 5. diſp. 15. ſect. 5. ſub n. 9.* ibi *nec refert generatim loquendo, quo iure, vel titulo in ſeruitutem redacti ſunt, nam cauſa, vel titulus ſeruitutis ad rem præſentem accidentarius eſt*, & clarius *ſub num. 11.* ibi. *ſic igitur ſub hac exceptione comprehenduntur omnes famuli, omneſque familiares, qui quouis titulo, vel ratione alicui inſeruiunt*. &
354 ſi inter ſeruos primi generis, & ſecūdi, ſit differentia, quia ſerui primi generis, ſecundum omnes DD. tenentur cōmunicare cum ſuis dominis, vt ſup. excōmunicatis, ſiuè ſeruitus ceperit ante, ſiuè poſt excommunicationem contractā, de famulis verò non cōcordant Doctores, quia *Nau. Sayrus, Vgolinus*, quos ſequitur *Suarez loco ſuprac. num. 17. Auila, & alii*, licèt concedant, ꝙ qn̄ ſeruitus cepit ante excōmunicationē (intellige denunciatam) poſſint continuare ſeruitutē, communicando vt ſuprà, tamen de illis, qui poſt denunciatā excōmunicationē inceperunt illi inſeruire, diſtingunt, aut vbi ſciebant illum excommunicatum denunciatum, abſque neceſſitate illius ſeruituti ſe dederunt, vel ob neceſſitatem (quam neceſſitatem ſufficere tā ex parte domini, quàm ex parte famuli, puta quia aliū non inueniebat, qui illū conduceret, *Sayr. ſup. n. 16.* concordat etiā *Reginaldus ſup. num. 117.*) Primò caſu negant, illos frui hac exemptione, ſecundo verò caſu affirmant. vbi *Suarez in ſpecie loco ſupracit. n. ſeq.* conatur differentiæ rationem afferre inter illos famulos, & filios, vxorē, &c. Alij verò Doctores vt *Egid. Conink diſp. 14. num. 129. Bonacina diſp. 2. q. 2. p. 6. §. 2. num. 32. Hurtado cit. diſp. 9. ſub. num. 24. & Turrianus lib. 2. de cenſuris diſp. 13. dub. 5.* docent contrariam ſententiam, vt probabilem ex eo, quòd *D. Gregorius in cit. canone quoniam multos.* concedat indiſtinctè non ſolum filijs, ac vxori, ſed etiā



Digitized by Google

ſeruis, dictam exemptionem, & ybi lex non diſtinquit, nec nos diſtinquere debemus, vt eſt regula vulgata in iure. Imò tales famulos gaudere hac exeptione non ſolum quando ſalario
355 conducti ſunt, ſed etiam ſi gratis ſeruiunt licèt id *Suarez videatur negare loco ſuprac. n.17. ad finem*) optima ratione docet *Reginaldus lib.32.num.112.* ibi *ſiuè ſint famuli domeſtici gratis, aut pro mercede ſeruientes* Talem exemptionem extendi etiam ad famulos ruſticos, exprimit *D. Greg.* per verba ſuprà relata *necnon ruſticos ſeruientes*, prò quibus intelligũ-
356 tur, *ſiuè pretio conducti ad colendas terras dominorum ſuorum, ſiuè coloni partiarii, ideſt qui pro cultura agrorum, capiunt certam fructuum portionem*, vt ſubdit *Reginaldus loco ſuprac.* quæ omnia clarius ſignificauit S. Pontifex in *cap. ſi verè de ſententia excommunic.* dum eximit ab hac obligatione familiam ipſius excommunicati, ibi *præterea ſi paterfamilias domus excommunicationis ſententia innodatus fuerit, à participatione,*
357 *illius familia excuſatur.* nam appellatio familiæ non ſolum comprehendit filios, & ſeruos *l. pronunciatio 196. ad finem ff. de verborum ſignificatione*, & intelligitur tàm de vrbana, quã de ruſtica vt hř in *l. vrbana 166. eod. tit. de verb. ſignificatione*, ſed etiã nutricios, conſanguineos, & ſimiles, qui, vel quæ ſi à domino recederent non haberent vndè viuerent, vt explicant Doctores in dicto *cap. ſi verè*, & proſequuntur *Sayrus ſuprà num.16 ad finem, Alterius lib.1. diſp.15. cap.3 verſ. ead. ratio, Ricciullus ſuprac. cap.50. n. 6.* & alii communiter. Scio aliquos, inter quos *Suarez loco ſuprac. n.* differentiam facere in-
358 ter famulos vrbanos & ruſticos, vt famuli qui propriè ſunt famuli poſſint generaliter; ruſtici autẽ nõ poſſint generaliter cõmunicare cũ dominis ſuis excõmunicatis; ſed quatenus exigit cultura, ita *Reginaldus loco ſuprac. & Bonac. & n. 31. ad finẽ, Conink diſp.14. n.132.* vbi in ſpecie de communicat in diuinis. Sed contrariũ expreſsè docet *Auil. ſup. du.6. ad finẽ cõcluſ.* his verbis. *& nota quòd prædicti filij, & famuli poſſunt licitè cõmunicare cum domino excõmunicato non tolerato, non ſolum in his, in quibus tenentur, & in pertinentibus ad ſuum officium, ſed generaliter, & abſolutè in omnibus, ac ſi ille non eſſet excommunicatus, ſicut diximus de viro, & vxore dub. præcedenti ita multi magiſtri, imò idẽ tenẽt nonnulli magiſtri de ſeruitoribus ruſticis, cõtrà Silueſt. dicentẽ quòd ruſtici tantum poſſunt communicare in his, quæ pertinent ad agriculturam. tex. in can. quoniã multos, abſolutè excipit hos omnes, ergò non debemus nos reſtringere.*

Additur in dicto *canone quoniam multos*, ſecundum omnes Doctores, quædam reſtrictio ad ſupradicta, in illis verbis, *& omnes alios, qui non adeò curiales ſunt, vt eorum conſilio ſcelera perpetrẽtur* ly *alios*, refert ibid. *gloſa prima* ad alios familiares, quaſi ſint illorum ſpecies, vt ita dixerim, diſtincta ab vxoribus, filijs, ſeruis famulis, & ruſticis ſeruientibus, vt patet ibi, *vxores, & filios, ſeruos, & ancillas, mancipia, ruſticos, & ſeruientes excommunicatorum, & eorum curiales.* Sed litera oſtendit contrariũ, ſcilicèt debere accipi ly *alios* hic, iuxtà eius ſignificatum proprium, vt ſcilicèt referatur ad ſeruos, ſiuè vrbanos, ſiuè ruſticos, vt ſuprà
359 de ſui natura, dictio iſta *alius*, eſt relatiua, præſeruatiua eiuſdem qualitatis, cuius erat illud, de quo facta fuit mẽtio, ac repetitiua ſimilium, *c. fin. in principio de pactis in 6.* cum alijs allegatis *per Antonium Angelum Cratum in ſuo tract. de dictionibus dict.10.* vndè ſecundũ iſtũ intellectũ poſt ly *& omnes alios*, debet ſubintelligi *ſimiles ſeruientes, quòd Suar. cit. ſect.5. n.10.* videtur etiã ſentire, ibi *vltrà hos verò adduntur in eod. cap. reliqui ſeruientes cum limitatione vt ruſtici ſint, vel non adeò curiales, &c.* clarius *Villalobos tract. 17. diff. 13. num.15. ad finem*, ibi *de los ſubditos dize el texto citado, que han de ſer tales, que no ſean tan curtales, que con ſu conſejo ſe cometan los delitos.* Conſonat cum ſignificatione eiuſdẽ
360 verbi *curiales*, quod diuerſimodè accipitur, ſcilicèt non ſolũ prò his, qui officia curiæ honeſta, vel inhoneſta peragũt, itẽ pro Decurionibus, ac pro officialibus, qui erant in cauſa ſanguinis, vt per *Lucam de Penna in l. curiales, C. de prædijs curialium lib.10.* ſed etiam pro his, qui nexibus curiæ ligati adulantur Principibus, vt habet idem *Lucas de Penna in l. curiales, C. de decurionibus, eod. lib. 10.* & proſequitur *Boerius ad Ioannem Montaygne in tr. de parlamentis p.2. in principio n.7.* Et ſic de primo ad vltimũ, ni fallor, idem eſt, quod hic dicitur, & omnes alios, *qui non adeò curiales ſunt, vt eorum conſilio ſcelera perpetrentur*, quàm quòd omnes ſeruientes quocunque modo ſeruiant domino, ſeu ſint de familia alicuius, poſſint cum ſuo domino excommunicato tolerato cõ-
361 municare, dummodo non ſint de his, qui adulentur dominũ in criminibus (ꝙ vt benè *Suarez loco ſuprac.* aduertit, debet intelligi *actu, non de poteſtate, ideſt magis conſiderandũ eſt, an huiuſmodi ſeruientes, conſilium, vel auxilium dederint ad crimina perpetranda, quã quòd ingenio, & facultate polleant ad id præſtandum ſi nunquam id præſtiterint,*) & ne intelligas de omni crimine, addit *Suarez* ad quæ crimina debent iſti tales de facto concurrere ſua adulatione, ad hoc vt nõ gaudeat tali exẽptione, nẽpè *propter quæ excõmunicatio lata eſt*, ꝙ voluit dicere ibi *gloſa verbo ſcelera* quando ſubdit *ideſt ſi tales ſunt, qui non ſeruiunt ei in crimine, in quo nec vxor, nec filius excuſatur,* quorũ verborũ occaſione, aliqui intelligunt de ſeruis, vt ſuprà cõmunicantibus in crimine crimino ſo, & quòd tunc non ſolum nõ ſint exempti, ſed incurrant excommunicationem maiorem, ita *Reginaldus cit. lib.32. num.*

Digitized by Google

*num.*112.*ad finem,Ricciullus cit.cap.*50.*n.*10.
qui intellectus ſimpliciter ſumptus, non po
teſt placere, cùm ad incurrendam iſtam ex-
communicationem,ob communicationem
in crimine crimnoſo plura requirantur, vt
dixi ſuprà à *n.* quæ vtique iuxtà ſonum
verborũ dicti textus,nõ deſiderantur ad hoc,
vt quis licèt de familia, poſſit tñ licitè cõ-
municare cum domino excommunicato
non tolerato,ſed ſufficit, ſi in delictum(ob
quod dominus incurrit excommunicatio-
nẽ,& ſic,ante etiã denunciationẽ)cõcurrerit
talis familiaris ſuo conſilio, vel auxilio, ita
*Suarez cit.num.*10.qui,ſuppoſito excommu-
nicationem eſſe latam ſolum contrà princi-
paliter operantem, & per conſequens, auxi-
lium,& conſilium præſtantes circà illud de-
lictum perpetrandum, non incurrant eandẽ
excommunicationem, quam incurrit prin-
cipalis, docet, Summũ Pontificem ex citatis
verbis,voluiſſe declarare,ꝙ tales nõ gaudeãt
priuilegio exemptionis circà communica-
tionem, qua regulariter vt ſuprà fruuntur
familiares, & proſequitur *Alterius* ferè iiſ-
dem verbis *cit.cap.*3.*verſ.Summus igitur Põ-
tifex,* quod valdè diuerſum eſt à communi-
catione in crimine criminoſo,ob quam pro
dicto actu duntaxat incurritur excommu-
nicatio maior, & non inducitur priuatio
communicationis in futurum prò alijs
actibus,cùm ex eo quod ambo ſimiles perſo
næ, ſcilicèt dominus,& ſeruus,pater,& filius
ſint excommunicati non per hoc peccant,
& excommunicationem minorem incur-
runt,ſimul communicando, vt dixi ſuprà de
vxore,& marito *num.*322.& in terminis, no-
tat *Villalobos cit. diffic.*13.*num.*16. *ad finem,*
*Bonacina ſup. num.*39. quorum ratio eſt ea-
dem cum iſtis alijs ſubditis, vt etiam patebit
ex infrà dicendis,concordat *Hurtado diſp.*9.
*de excommunicatione ſub num.*22.ibi *dum eo-
rum conſilio, aut ope non fuerit perpetratum
ſcelus, ob quod incurſa eſt excommunicatio, vt
conſtat ex dicto canone,*& ſic habetis, quòd ly
362 *curiales,*vt ſignificat familiares adulatores,
ſeu cooperantes domino in delicto perpe-
trando, ob quod ipſe dominus incurrit ex-
communicationem, non ſolum includere
ſeruos,ſed etiam filios, & vxorem, qui ve-
niunt appellatione familiæ, & hoc eſt id, di-
cit gloſa verbis ſupra relatis, *ideſt ſi tales
ſunt,qui non ſeruiunt ei in crimine, in quo nec
filius, nec vxor excuſatur*, quod non eſſet ſi
generaliter omnes, qui in alijs peccatis per-
petrandis domino cooperarentur ( vt aliqui
voluerunt ) hic à S. P. priuilegio priuaren-
tur,& tanto magis, nec quando talis com-
municatio daret cauſam excommunicato
perſeuerandi in ſua contumacia, vt dixit
*Reginaldus ſup.num.*110.nam ſi hoc rarò ac-
cidit,aut nunquam in alijs extraneis, vt dixi
*ſup. nu.*277. tanto magis poteſt contingere
in ſeruis,filijs,& alijs ſimilibus perſonis. Tã-
dem circà familiares ſæculares, quærunt
363 Doctores, an vaxalli veniunt hic appella-
ne ſubditorum,ita vt ipſi, ſi non fuerunt par
ticipes in crimine, vt ſuprà,cum ſuo Barone
poſſint cum eo in omnibus, & per ommia
communicare? Reſpondet *Suarez ſup. ſect.*
6.& proſequuntur *Auila ſup.dub.*9,*Bonacina
num.*40. *Villalobos cit. diff.* 13.*num.*18. *Ric-
ciullus ſup. cap.* 52. & alii communiter, hic,
dictos vaxallos non venire appellatione ſub-
ditorum, quia communicatio cum iſtis nõ
eſt ita neceſſaria ad vitã humanã,ſicut cum
filiis,vxore,ſeruis,&c.qui DD. licèt cõcedãt,
tales vaxallos poſſe cum dictis dominis com
municare in exibitione tributorum,vel ſer-
uitiorum, quæ reſpondent dominio feudi,
quod iã ipſi Barones retinet, tamen hæc ex-
cuſatio potius pertinet meo iudicio, ad par-
ticulam *vtile,*vel *neceſſe,*quàm ad hanc cau-
ſam ſubiectionis,quæ complectitur familiã,
cũ vaxalli non poſsint dici de familia Baro-
nis,vt rectè *Hurtado ſup. ſub nu.* 24. Ex quo
364 principio,patet quare Religioſi poſsint cõ-
municare cum eorum Prælato excommu-
nicato vt ſup.non autem id poſſunt clerici,
qui non ſunt de eius familia cum Epiſcopo
etiam excommunicato, nam Religioſi ſunt
de familia Prælati,cui ſubduntur, non autẽ
omnes clerici ſunt de familia Epiſcopi Diæ-
ceſani,vndè *gloſa in d.c.quoniam,verb.vxores
ad finem,*loquendo de Epiſcopis ſubdit, *quòd
non ſunt ita adſtricti Epiſcopo vinculo naturæ
ſicut filius patri, & Auila diſp.* 11. *cit. dub.*6.
*verſ.*3. *excuſantur ſubditi Religioſi*, vbi hoc
extendit etiam ad nouitios, & *dub.* 8. vbi lo-
365 quitur de Epiſcopis, reſtringit in neceſſa
riis,quæ ſunt permiſſa à iure communi,*Bo-
nacina cit.*§.2.*n.*26.*&* 36.*Reginaldus ſup.nu.*
113.quidquid *Suarez ſuprac.diſp.*15.*ſect.*7.*n.*
2.velit, non poſſe ſubditos Religioſos com-
municare cum ſuperiore excommunicato
non tolerato,aliter quam poſſunt cum ſub-
dito eiuſdem domus, ſi eſſet ſimiliter excõ-
municatus, quòd probat, quia per excom-
municationem remanet ipſe ſuſpenſus ab
officio, ſi igitur eſt ſuſpẽſus,ergò habetur ac
alius priuatus Religioſus ſubditus. fauet *Re-
ginaldus ſub. num.*113. vbi quòd ſubditi non
366 teneantur obedire Prælato excõmunica-
to vt ſup.in illis,quæ ſuperioritatẽ reſpiciunt
quod anteà dixit *Sayrus cit. cap.*13.*num.*18.
hanc opinionem videtur ſequi *Ricciullus
cit.lib.*4.*cap.*52. vbi eodem modo iudicat de
Epiſcopo, quã de Superiore Regular. Quia
vt rectè *Auila loco ſuprac.* & clarius proſe-
quitur poſt *Vaſquez, & alios* communiter.
*Hurtado ſuprac.diſp.*9.*n.*22. *verſ. Tandem ob
ſubiectionẽ, licèt ex eo quòd ipſi ſint ſuſpenſi à
iuriſdictione,non poterunt Religioſi ſubditi cõ-*
*muni-*

Digitized by Google

*municare cum iis,* (& illi obedire) *tamquã cũ*
*iudicibus,ſed benè tamquã cum patribus fami-*
*lias gubernantibus domum*, & quidẽ ſi aliis
patribus familias cõceditur,vt eius familia,
ac filii præcipuè,poſſint in omnibus cõmu-
nicare cũ eo, ac ſi nõ eſſet excõmunicatus,
quare ergo Religioſi, qui habentur prò fi-
liis,vel ſaltem ſunt de familia ſui Prælati,ex-
trà actus iudiciales, non ſolum poſſunt,
ſed tenentur illi parere, ac obedire, &
cum eis communicare, ſicut diximus de
ſeruis propriè ſumptis, quibus aſſimilantur
à iure,& à Doctoribus ipſi Religioſi reſpe-
ctu Prælati. *Sanchez lib.6.ſumma moralis cap.*
*13.n.6.* Vndè & ſi *Suar.ſup.n.3.* velit,quòd ſi
367 Prælatus ſit toleratus, & ſi notoriè excom-
municatus, licèt retineat iuriſdictionem
quandiu denunciatus non eſt, id tamen in-
telligi debeat de his,quę pertinẽt ad ſubſidiũ
& ſubleuamen eorum, qui cum eo commu
nicare volunt,non verò de his, quę pertinẽt
ad ſubditorũ onus, & grauamen, ea ratione
quòd per extrauag. ad euitanda,nullum pri-
uilegiũ cõcedatur excõmunicato tolerato,
nec ex ea fideles tenentur cum excõmuni-
cato tolerato cõmunicare, ſed tãtũ ſi velint,
ꝙ poſſint cũ eo cõmunicare. Tñ contrariũ
eſt probabilius, vt patet à fortiori ex dictis
ſuprà de excommunicato non tolerato, &
fauent dicta à nobis ſup *recoll.1.n.85.* de pæ-
na priuationis vocis actiuæ, & paſſiuè, & in
terminis de excommunicationis pæna,dicit
*Megalius p.3. lib.2.cap.5. nu.50.*

*Reſolutio aliquarum difficultatum, quæ*
*ſunt communes duobus quæſitis præ-*
*cedentibus.*

PRima difficultas eſt, an id, quod dixi de
filiis,ac ſeruis,ac aliis familiaribus,quòd
poſsint communicare cum patre, matre, &
domino,aut domina, excommunicatis non
toleratis,habeat etiam locum in ipſis paren-
368 bus,aut dominis innocentibus,quãdo filii,
vel ſerui ſunt excommunicati non tolerati,
an illi etiam poſsint cum iſtis communica-
re? Nam aliqui negant, inter quos *gloſa in*
*cit.can.quoniam multos.verbo vxores*, vbi ha-
bet hæc verba. *Hoc tamen ſcias, quòd ſi fi-*
*lius eſt excommunicatus, vel ſeruus, non de-*
*bet pater, vel dominus communicare cum eo,*
quam *gloſa* opinionem communiter eſſe
receptam, dixit *Nauarr. apud Suarez infra*
*citandum*, alios Doctores pro hac ſententia
refert *Ricciull.* loquendo de filiis *.c.49.n.25.*
Hi authores fundantur in *c. quoniam multos,*
*& in c.inter alia*,vbi tñ fit mentio *de ſubditis*
reſpectu ſuperiorũ, & nõ è contrà,& ſumus
in exorbitantibus à iure,quę ſũt reſtringẽda.
Contrariã ſententiã docent alii Doctores
communiter, vt teſtatur *Auila dub.7. verſ.ſit*
*concluſio.* vndè *Suar. cit. diſp.15. ſect.5.ſub n.*
18.poſt *Nau. & Adrian.* dicit illã eſſe certã,
*D.Thom, Paludano, Henriquez, Vgolino,* &
aliis citatis, teſtatur de communi *Sayrus cit.*
*cap.13.num.12. ad finem*, concordant *Regi-*
*naldus ſup.num.118. Villalobos cit.diff.13.n.16*
*Layman*, qui teſtatur de probabiliori *cit. cap.*
*2.num.16. verſ.tertio excuſat*, teſtatur etiam
de communi *Ledeſma p.1. ſuæ ſummæ cap.7.*
*de la deſcomunion verſ. el terzero caſo ad finẽ.*
Communiter probant Doctores hanc ſentẽ-
369 tiã ex regula illa,quòd in correlatiuis(qua
les ſunt pater, & filius, dominus, & ſeruus,)
quæ de vno diſponuntur, etiam de alio di-
ſpoſita cenſentur,vbi non adeſt ratio ſpecia-
lis,ob quam diſpoſitũ in vno,non debet cen-
ſeri diſpoſitum in alio,vt latè per *Rotam Ro-*
*manam apud Seraphinum deciſ.* 1442. *per to-*
*tã*,fauet quòd S.P.in *c.ſi verè de ſententia ex-*
*communicationis*,vtitur verbo familiæ, quan-
do loquitur de hac excuſationis cauſa, & in
*l.familia ff. de verborum ſignificatione*, habe-
370 tur expreſsè,quòd *familiæ appellatione ipſe*
*Princeps familiæ contineatur.*

Sed hinc oritur aliud dubium, & eſt, an
dicta communicatio,vt ſuprà,ſuperioris, ſci-
licèt patris, ac domini, reſpectu inferiorum
nempè filiorum, vel ſeruorum, pari paſſu
ambulet,ita quòd ſicut, ſuprà dixi, ſeruos,
ac filios poſſe communicare cum domino,
vel patre non ſolum quòad ea,quæ pertinẽt
ad eius obligationẽ,vt filius eſt, &c. ſed etiã
371 quòad alia,tamquã ſi non eſſet excommu
nicatus dictus pater, vel dominus, ita etiam
pater,& dominus cum ſeruo,& filio? Aliqui
hoc negant, docentes, quòd tantum poſsint
hi ſuperiores communicare cum ſuis ſu-
biectis in his,quæ ſibi debentur ab inferiori-
bus,& in his, quæ tenentur ipſi præſtare in-
ferioribus, ita *Suarez ſup.num.19. Reginal-*
*dus ſup.num.111.* vbi contrariam opinionem
vocat minus probabilem, quia inquit con-
ſtat,eſſe prohibitum iure humano commu-
nicationem cum excommunicato non to-
lerato,non conſtat verò,tales perſonas ex-
cuſari extrà obſequia, eod. modo ſequitur
etiam *Alterius cit. diſp.15.cap.4.verſiculo qui*
*dam tamen Doctores*, & ſi non tã ſtrictè lo-
quatur,& clarius *Ricciullus cit.cap.49.n.2.* lo-
quens de filiis. Sed contraria ſententia eſt
magis probabilis pro omnimoda conceſsio-
ne communicationis, ſicut probat ratio do-
ctrinæ principalis, quæ probat, quod diſpo-
ſitum in *dicto can.quoniam multos, de filiis,*
*ſeruis,&c.* cenſeatur diſpoſitum de patre, &
domino; exceptis iis, in quibus non poteſt
dari aliqua ratio differentiæ, prout in caſu
noſtro, vbi non poteſt aſsignari ratio aliqua
differentiæ,quare filius, & ſeruus poſsit om
nimodè communicare cum patre, & domi-
no excommunicato, & non eodem modo
pater,

Digitized by Google

pater, & dominus cum ſeruo, vel filio excõmunicato, ita enim ſupponunt, ferè omnes authores citati, ſimpliciter docentes, eodē modo licere parentibus, & dominis communicare cum filijs, & ſeruis excõmunicatis, ſicut filii, & ſerui cũ ipſis, ita *Villalob. Ledeſ. & Layman*, quibus accedunt *Bonacina ſuprac. §. 2. num. 38. Hurtado cit. diſp. 9. de excõmunic. num. 23.* & clarius *Auila ſup. dub. 7.* vbi poſt relatam opinionem primam ſubdit. *Verum aliqui magiſtri dicunt, quòd ſicut filij & famuli poſſunt liberè communicare in omnibus cum patre, & domino, ita etiam pater, & dominus poſſunt in omnibus communicare cũ filijs, & famulis excommunicatis, nam ius concedens hoc inferioribus reſpectu ſuperiorum idem conceſſiſſe videtur ſuperioribus reſpectu inferiorum, nam eadem eſt ratio, nempè idem animarum periculum, quòd intendit ius vitare in d. can. quoniam multos*, vbi benè explicat *D. Thomam*, pro hac opinione, quam vocat probabiliorem, & *textum in can. de filia 20. q. 3.* quòd parentibus ibi prohibeatur communicare in crimine, ob quod filia fuit excommunicata. Item reſpondendo tacitæ obiectioni, quæ fieri poteſt de differentia inter ſuperiores, & inferiores, quòd ſcilicèt ad patrem, & dominum ſpectat curare, quòd filii, & famuli reſipiſcant, non è contrà. Reſpon-
372 det, quòd dicta obligatio ſuperiorũ poteſt inducere peccatum, contrà præceptum naturale in ipſis, ſi dictam reſipiſcentiam non procurent, vbi ſperant illam ex ſubtractione communicationis, obtinere, non autem contrà præceptum eccleſiaſticum de vitandis excommunicatis, vt dixi de marito reſpectu vxoris, *ſup. num. 323.* quòd etiam dixit *Sayrus ſuprac. cap. 14. num. 13.* Aduerte hic prò Regularibus, licere hanc communicationem non ſolum Prælato reſpectu ſubditorum excommunicatorum, ſed etiam
373 magiſtro nouitiorũ reſpectu ipſorum nouitiorum, quia non ſolum eſt eorum pater ſpiritualis, vt per *Auilam loco ſuprac. ad finē cit. dub. 7.* Sed gubernator, in rebus temporalibus quòd non reperitur in aliis patribus ſpiritualibus, de quibus egi ſuprà *n. 347.*

Secunda difficultas eſt, an prædictis perſonis, ſcilicèt tàm filiis, & ſeruis, quàm parentibus, & dominis, ſicut etiam ſuprà dixi de vxore ergà maritum, & marito erga vxorem, ſit conceſſum communicare non ſolũ
374 in humanis, ſed etiã in diuinis. Negat ſimpliciter *Caietanus in ſumma verbo excommunicatio ad finem, & Armilla eod. verbo nu. 44.* hanc opinionem, vt non ſolum tutiorem (quod non nego) ſed de iure veriorem probat *Ricciullus lib. 4. de iure perſonarum c. 45. n. 35. & c. 50. n. 11. Reginald. ſup. n. 119. verſic. aduerte, Sayrus cit. cap. 14. num. 16. ad finem.* Alii diſtingunt, loquendo de filiis, & famulis, vel loquimur de his, quæ concernunt filiationē, & famulatũ, ſeu obſequia debita à filio, & famulo parentibus, & dñis, vel quæ non concernunt dicta obſequia; primo caſu poteſt filius, & famulus communicare in diuinis cum patre, & domino, non autem ſecundo caſu, ita *Vgolinus tab. 21. c. 23. nu. 2. Suarez cit. ſect. 5. num. 22. Alterius cit. cap. 4. verſ. Bonac ſuprac. §. 2. num. 37.* qui indè infe-
375 runt quòd filius, & famulus poſſit patrem, vel dominum euntem ad ſacrum comitari, legere horas canonicas cum eo, ac celebrāti inſeruire, non autem illi Sacramenta miniſtrare ſi filius ſit, Sacerdos, vel etiã Parrochus, ſicut Capellano cõductitio, nõ licèt corã dño celebrare, prima .n. cõmunicatio cõpetit patri rationē cõiunctionis, vel ſubiectionis, nõ autem ſecunda. Hanc eandem ſententiam ſequuntur in re alii docentes ſimpliciter circà primum caſum, licere iſtis perſonis, etiam communicare in diuinis cum parentibus, & dominis, vbi idem dicunt de vxore, & marito, quod fatetur non carere probabilitate. *Reginaldus ſup. num. 11. ad finem, & etiã Bonacina ſup. num. 22.* quia contrariam ſententiam vocat probabiliorem, & valdè placet hæc ſententia *Sanchez lib. 9. de matrimonio diſp. 14. n. 5. vt & Nau. cap. 27. num. 27.* quē ſequuntur *Auila ſuprac. diſp. 11. dub. 6. verſ. verum, Conink diſp. 14. n. 131. & Laym. lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 2. num. 16. verſ. deindè.* Nam quando volunt exemplificare praxim eorum opinionis, non afferunt in medium alia exempla, quàm de comitatu ad Miſsã audiendã, & Sacellano legente horas canonicas cum Epiſcopo excommunicato, quòd eſt verum etiam de aliis famulis, & dominis, vt diximus *n. 228.* Ex quibus patet quomodo è contrà dominus ex eo, quòd ſeruus eſt excommunicatus non per hoc priuatur iure ſuo, vt eius ſeruus poſsit eum comitari, vel ſuam vxorem, dum venit in Eccleſiam ad Miſſam, vel alia ſacra audienda, & ſic de patre reſpectu filii, & vxore reſpectu mariti, quando non habet, vel nolit aliũ, qui illã comitetur. An autem non ſolum comitari liceat dictis excommunicatis ſuos hæros, vel parentes non excommunicatos euntes ad
376 Eccleſiam, ſed etiam ibi manere, dum etiam illi manent, non declarant Doctores, ſed benè percipitur ex ſupradictis, *ſub num. 217. ad finem*, vbi quòd non prohibeatur excommunicato manere in Eccleſia, dumodo non aſsiſtat diuinis officiis, ad illa attendendo, ſed exercendo artem ſuam, quod particulare, optimè poteſt applicari ad caſum noſtrum, cùm filius, & ſeruus, ac maritus aſſociando reſpectiuè patrē, matrē, patronũ vel vxorē, exequatur quod ad ſuũ officiũ pertinet, & quando è contrà pater, dominus, & maritus eſt excommunicatus, ſufficit vt ſeruus,

Digitized by Google

nus, filius, & vxor innocentes, quorum co-
mitatu ad Eccleſiam vtitur dominus, vel
pater, aut etiam maritus excommunicatus,
ſufficit, ſi non audiant Miſſam cum eo, ideſt
eandē Miſſam, vt dixi ſup. *n.* 217. vid. *Conink.*
Sed hæc rarò occurrunt, & quādo occurre-
ret caſus, tutius ꝓcedet excōmunicatus, vbi
illis opus fuit comitari dominū, vel dominā,
patrem, aut matrem, vel vxorem venientem
in Eccleſiā, poſtea ſtatim ab ea exire, ac ma-
nere extrà illā, donec tempus erit redeundi
in domum, hoc autem procedere, etiam
quoàd Religioſos reſpectu ſuperiorum,
dicit *Sayrus ſup. num.* 18. Nota quòd ex eo,
quia authores vltimo loco relati dant exē-
pla de comitatu ad Eccleſiam, & aſſociatio-
ne in recitandis horis canonicis, non exclu-
dūt aliud exemplū datū ab authoribus ſecū-
dæ opinionis, nempè ꝙ clericus cōductitius
377 poſſit inſeruire Miſſæ domino, Sacerdoti
excommunicato celebranti iuxtà regulam,
exempla non reſtringunt, ſed declarant, ma-
ximè quia generaliter ipſi docent, dictam
opinionem de communicatione in diuinis.
378 At ex hoc nolim inferas, etiam Sacerdoti
non excommunicato licere, vti Clerico cō-
ductitio excommunicato ad ſibi inſeruien-
dum in Miſſa, contrà id, quod dixi ſup. *num.*
232. quia eſt magna differentia inter primū
caſum, & ſecundum, ſicuti inter aſſiſtentem
Miſſæ excommunicati, & celebrantē coram
excommunicato, & admittentem excom-
municatum ad diuina, vt patet *ibid. num.* 239
ſicuti etiā nō puto hos authores cōtradicere
ſecundæ ſententiæ, circà miniſtrationem
Sacramentorum, cùm eo caſu cooperetur
peccato ſacrilegij ipſius recipientis ſacram.
vt patet ex dictis ſup. *num.* 46.
Tertia difficultas eſt, an poſſint inter ſe etiā
379 familiares cōmunicare eod. modo quo ſu-
prà, quando vnus eorum eſt excommunica
tus denunciatus, v.g. frater, & ſoror, cum fra
tre excommunicato, ſeruus cum alio ſeruo
excommunicato? Reſpondetur, ſuppoſito
fratres cohabitare ſicut etiam ſeruos, poſſe
inuicem communicare, non vi priuilegii
conceſſi ſub iſta particula *humile*, cum inter
ſe nulla adſit ſubiectio, nec ſuperioritas, ſed
benè ex priuilegio conceſſo ſub particula
*vtile*, vel *neceſſe*, quia non debent fratres cū
ſuo damno recedere à domo paterna, nec ſer
uus ſi non habet aliam conditionem cō-
modā locandi ſuas operas, vel quia aliàs ale-
re ſe non poteſt recedere à dño, ita *Suar. diſp.*
15. *ſect.* 5. *n.* 33 *Vgolinus loco ſuprac.* quem re-
fert, & ſequitur *Reginaldus num.* 119. vbi ex-
tendit, de fratribus loquendo, etia ſi mor-
tuus ſit pater, concordant in re *Alterius ſu-
prac. cap.* 4 *verſ.* 6. *dubitatio, Bonacina cit.* §. 2.
*num.* 35. *Villalobos cit. diff.* 14. *num.* 17. Eſt au-
380 tem magna differentia inter communica-
tionem conceſſam per hanc particulam *hu-
mile*, & illas alias *vtile*, & *neceſſe*, quia primo
caſu conceditur cōmunicatio in omnibus,
& per omnia vt ſuprà declaratum fuit, ma-
ximè in humanis, aliis verò duobus caſibus
conceditur tantum, quantum concernit vti-
litas, vel neceſſitas, vt benè breuiter declara-
uit. *Hurtado cit. diſp.* 9. *de excommunicat. n.* 25.
vbi babet hæc formalia verba, *& quamuis
ſint qui exiſtiment, inferiores eiuſdem familiæ
gaudere dicta exeptione à prohibitione cōmu-
nicationis inter ſe, id tamen abſque fundamen-
to dicitur, nec eſt verum, niſi quatenus neceſ-
ſarium ſit vt communicent cum ſuperioribus,
& ſuperiores cum ipſis.* Hoc ſpectat ad ſeruos,
& etiā fratres, ſubdit nūc de fratribus, & aliis
habitantibus, *poſſunt tamen abſq. alio titulo,
communicare in cohabitando in eadem domo, in
qua erant ante excommunicationem, quia nul-
lus, excommunicatione cogitur proprium habi-
taculum deſerere.*
381 Quarta, & vltima difficultas eſt, an ſi do-
minus ſit excommunicatus cum omnibus
ſecum participantibus, vtrum dicta excom-
municatio afficiat vxorem filios, & ſeruos,
vt ſuprà? & reſpondetur negatiuè, quia intel-
ligi debet dicta excommunicatio lata con-
trà perſonas à iure non exceptas, ſed iſtę per-
ſonæ à iure ſunt exceptæ, igitur ita poſt *Feli-
num, & Vgolinum, Ricciullus lib.* 4. *de iure per
ſonarum cap.* 50. *num.* 5. fauet quod *dixi ſuprà*
de monitoriis ad reuelandum *recoll.* 2. *à n.*
382 694. quomodo etiam milites poſſint cum
duce belli communicare videte *Sayrus lib.*
2, *cap.* 14. *num.* 19. An procedant iſta in ex-
cummunicato ad hæreſim dixi *ſup. n.* 337.

*De quarta cauſa excuſante à communione
cum excommunicato, comprehenſa ſub.*
Res ignorata.

PRæſuppoſitis diuiſionibus ignorantiæ in ignorantiam facti, & iuris in inuincibilem, & vincibilem, craſſam, & affectatam, ſeù inculpabilem, & culpabilem, de quibus ſuprà *recoll.* 1. *num.* 343. *&* 366. item iſtam ignorantiam neceſſariam eſſe circà denunciationem excommunicationis, & notorietatem percuſſionis Clericorum poſt Concil. Conſtat. vt benè monet *Reginaldus lib.* 32 *num.* 121. *ad finem*, & latè ad hoc propoſitū declarat *Sayrus cit. cap.* 14. *à num.* 22. fauent etiam dicta à nobis ſupra cum de notitia denunciationis *n.* 129. Vndè ſubdo ego, quòd hac ratione, rarò hodie poteſt ex hoc capite, oriri in in aliquo cauſa excuſationis, vt autem detur certa doctrina ſi caſus occurreret, ſciendum, quòd præcipua difficultas inter Doctores eſt; an pro excuſatione vt ſuprà, ſufficiat in eo, qui communicat ignorantia etiam ſi ſit culpabilis, tàm facti, quàm iuris, ideſt vel quòd talis ſit denunciatus, vel ꝙ à

iure

Digitized by Google

iure ſit prohibita communicatio cum excommunicato ſub pæna excommunicationis minoris, de qua & ſi aliqua dixi *ſup. recoll. 1. num.* 360. tamen hic tanquam in proprio loco eſt magis diſcutienda. *Angelus* enim *verbo excommunicatio* negat, hanc ſufficere, & vult requiri ignorantiã inculpabilẽ, hanc opinionẽ eſſe magis communem, teſtatur *Villalobos p. 1. ſummæ tr. 17. de la deſcomunione diffic. 14. nu. 22. ad finem* ſequi illam videtur *Reginaldus ſup. nu.* 21. dum requirit ad hoc ignorantiam probabilem minimè coniunctam cum negligentia craſſa, & affectuata. *Ledeſma p. 1. ſuæ ſummæ c. 7. de la deſcomunione, verſ. al quarto caſo*, qui videtur ſupponere, quòd iſta ſit ignorantia, quæ excuſet à culpa, *Auila p. 2. cap. 6. diſp. 11. dub. 10.* qui aſſerit, ignorantiam iſtam debere eſſe inuincibilem, *Bonac. diſp. 2. q. 2. p. 6. §. 2. nu. 4 ad finem, & Alterius cit. diſp. 15. cap. 5. in principio*, dum volũt, quòd probabilis ignorantia excuſet.

Sed contrariam ſententiam, nempè per quã-
383 cumque ignorantiã (modo non ſit affectata) etiam culpabilem, excuſari aliquem ab excommunicatione minori incurrenda ob communicationem cum excommunicato, docet expreſsè *Suarez tom. 5. diſp. 15. ſectione 3. num. 4.* ea ratione, quòd tunc nulla adeſt contumacia, ſinè qua, vt dixi ſuprà, nec incurritur excommunicatio minor, item etiam quia cum culpa communicationis, ſit leuis, ex quo non eſt niſi venialis, per quamcumque ignorantiam, vt ſupra, attenuatur ita, vt non videatur digna hac tali pæna, ſcilicèt excommunicationis minoris, proſequitur *Filliuccius ſupra cit. loco à me allegatus.* Confirmat optimè *Hurtado diſp. 9. de excommunicatione num. 25.* qui ait, quòd communiter Doctores ad hoc exigant ignorantiam inuincibilẽ, tamen id aſſerere abſq. efficaci fundamento, cùm non ex natura ſua, ignorantia excuſet ab hac communicatione, & ſic ab incurſu cenſuræ, ob illam, à iure latã, ſicut excuſat ab alijs cenſuris incurrendis, ſed ex expreſſa declaratione S. Pontificis in dicto *can. quoniam multos.* ibi *& eos qui ignorantes excommunicatis communicant*, qui S. P. etiam ibidem ſubdit motiuũ dictæ expreſſionis, cùm in prohemio dictæ conſtitutionis, quòd cauſam finalem denotat, vt aliàs dixi, declarat ſe ex miſericordia eximere dictas perſonas, *quas prius perire* (id eſt conſcientia erronea, vt exponit *gloſa*) *cernebat, partim ignorantia, partim nimia ſimplicitate, partim timore, partim neceſſitate, &c.* modo *Hurtado* arguit hoc pacto, ignorantia inuincibilis, & inculpabilis ex natura ſua excuſat, ergò cùm S. Pontifex hic eximit ignorantes ex miſericordia, eximit eos qui tales ſunt vincibiliter, & per cõſequens etiã culpabiliter; Conſequentia probatur, quia vt ipſe ibi expreſſit, cauſa, & motiuum miſericordiæ in ipſo, ad hanc ignorantiam, inter alias excuſationis cauſas à communicatione enumerandã, non alia fuit, quàm ex eo, quia prius plures animæ peribãt, ſed ex ignorantia, quæ non erat culpabilis, non poterant animæ perire, vt eſt certũ, ergò & tandẽ ſubdit, quòd ex eo, quia in dicto canone, abſolutè S. Pontifex iudicat, ignorantiam vt ſup. excuſare, abſolutè debet intelligi de quacunque ignorãtia etiã vincibili. Hæc ſententia *Suarez* eſt ſecũdum expoſitionem, *gloſa in dicto can. quoniam multos, verb. ignorantia*, quæ exponit, *facti craſſa, & ſupina*, & ſequẽti *verb. ſimplicitate*, exponit *iuris errore, Layman lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 1. nu. 16. verſ. quarto excuſat.* videtur eiuſdem opinionis, quia licèt excludat non ſolum affectatam ignorantiam. ſed etiam craſſam, tamen, vt aduertit *Conink diſp. 13. n. 93. verſ. quarta eſt affe-*
384 *ctata.* Doctores communiter equiparant affectatæ, illã, quæ ita craſſa, & ſupina eſt, vt illa laborans, poſſit quodammodo dici rem ſcire, fauet huic ſententiæ idem *Conink diſp. 14. ſub n. 124.* vbi dicit hæc verba. *Notãdum, ſæpè contingere, ignorantiam, eo quòd aliquo modo culpabilis ſit, non excuſare à peccato, excuſare tamen ne incurratur pæna ſtatuta ijs, qui cum excommunicatis communicant*, ſe remittendo ad ea, quæ dixit loco primo à nobis citato, vbi vt dixi, equiparat ignorantiam affectatã, craſſæ, &c. Hanc opinionem *Suarez*, ego comprobarem ex eo, quòd dũ in dicto canone expreſsè eximitur ignoranter cõmunicans cum excõmunicato, per conſequens hic caſus ſit de his, in quibus lata ſit excommunicatio cõtrà ſcienter aliquid facientes; quo caſu, certũ eſt apud DD. excuſare ab incurſu cenſurarum, ignorantiã craſſam, ſeù ſupinam, imò ſecundùm aliquos Doctores, etiã affectatam, vt videre eſt *ſup. recoll. 1. nu. 373. & ſeq.* quòd dixi de ignorantia. Extende etiam ad inaduertentiam, ſeù obliuionem naturalem, vt præter ea, quæ generaliter Doctores dicunt loquendo de cenſuris in communi, vt dixi ſuprà *recoll. 1. à n. 405.* in terminis noſtris, notant omnes ſupracitati authores, & patet ex dictis *ſup. hac ead. recoll. n. 242.* Addit tamen *Suar. cit. n. 3. ad finem*, quòd ex eo, quia hoc incertũ eſt, nõ ſit extendendum ad aliud genus maioris excommunicationis, quàm ſit hæc vulgaris, de qua hìc agitur, & ad cautelam ſemper erit conſultũ obtinere abſolutionem. Non autem declarat, ſi conſultum erit obtinere abſolutionem, quando agitur de alio genere excommunicationis maioris, vel etiam quando agitur etiã de excõmunicatione minori, ego tamen illum intelligo, de primo caſu, quidquid contrarium putet *Bonac.* quia de ſecundo caſu non video, cur poſſit hic doctiſſimus author, ita trepidè docere hanc ſententiam tàm optimis rationibus fundatam. Nota quòd *Suarez* quando dixit, id eſſe incertũ, intelligit de caſu vbi ignorantia non ſolũ ſit vincibilis, ſed etiam craſſa, ſeù ſupina, quia hoc caſu, plures DD. docent, illam non excuſare ſicut affectatam, vt dixi loco ſupracitato, quæ opinio licèt eſſet vera in excommunicatione



Digitized by Google

maiori, tamen quia diuerſa ratio eſt in iſta excommunicatione minori, ſecus dicendum erit. Hæc, quæ diximus, habere locum etiam in com
385 municatione in diuinis, notauit *Caiet. excommunicatio, cap. vltimo, & proſequitur Reginaldus citato num.* 121.

Secunda difficultas eſt de dubitante, an aliquis fuerit denunciatus, vel ſit notorius Clerici percuſſor, & ſic an teneatur illũ euitare, quæ iã remanet reſoluta ex dictis *ſup num.* 150. quibus illic allegatis adde *Bonacinam diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 5. § 2 *num.* 42. vbi poſtquam poſuit regulam negatiuã, ſcilicèt nos nõ teneri euitare excõmunicatũ, de quo dubitamus, an fuerit denunciatus ſeù vitandus, ſubdit aliquas exceptiones, nempè vbi immineret periculum ſcandali, vel faciendi actum irritum, quæ exceptiones ſupponunt ſcientiam excommunicationis, & dubiũ tantum denunciationis, vndè ſi dubium eſſet circà vtrumque, nullus erit ſcrupulus ingerendus, præterquàm quòd tunc quis peccaret alia ratione, non tamen incideret in excommunicationem minorem. Amplia ex *Ledeſma p.* 1. *ſummę cap.* 7. *de la deſcomnnion, verſ. a eſta duda*, vt procedat etiam in communicatione in diuinis, vnde ſubdit hæc verba, *que ſi eſtando vno diziendo miſſa, eſta vno en la Igleſia, del qual ſe duda ſi eſta deſcomulgado, no ha de ceſſar de dezir miſſa, y lo miſmo, es de los diuinos officios, que ſe dizen ſolennemente en la Igleſia.* qñ quis id audiuit, vel ab ipſo excommunicato, vel à Parrocho fide digno, vel per publicam famã; dixit *Hurtado diſp.* 9. *de excomm. n.* 27. *ad finẽ.* nõ dicitur dubius. Sed iuxtà dicta à nobis *ſuprac. num.* 134. licèt ſit certa eius doctrina quòad primum, & tertium caſum, ita non eſt quòad ſecundum caſum, fauet priori caſui: *Villalobos p.* 1. *ſummæ tr.* 17. *diff.* 14. *n.* 23. Addo etiã *Layman lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 2. *cap.* 3. *num.* 16. *verſ. quartò excuſat*, qui ſubdit, quòd *quando conſtitit*
387 *aliquẽ in excommunicationem incidiſſe, in dubio præſumi non debet ob ea liberatum ad eum finem, vt cum eo communicare liceat, præſertim in rebus ſacris. Sed neceſſe eſt, ſaltem probabilem exiſtimationem haberi de eius abſolutione.* hanc autem probabilẽ exiſtimationem putat adeſſe, quãdo *talis ſit vir timens Deũ, & longum tempus ab incurſa excommunicatione elapſum eſt*, quòd dixit de excommunicatione, intellige hodie de dedenunciatione, & ſic talem eſſe vitandum, vt benè *Hurtado loco ſuprac. num.* 28. qui addit, *etiam ſufficere, ſi ille, qui fuit denunciatus non ſit malæ famæ, & in principio ſe gerebat vt excommunicatus, & nunc ſe gerat vt abſolutus.*

*De quinta, & vltima cauſa excuſante à communicatione cum excommunicato, comprehenſa ſub particula* Neceſſe.

Circà hanc particulã, pauca remanent explicanda, cùm plura ex eis, quæ hic trahi poſſunt, fuerunt pertractata ſuprà, occaſione
388 alterius particulæ *vtile*, ex quo vtilitas, etiã ſit quodammodo neceſſitas, & ſi ad benè eſſe, vel vt alij dicunt, moralis, cui valdè ſimilis eſt neceſſitas ſimplex, quæ non ſit extrema, quam non extremam (& ſic eam, in qua non ſub præcepto, ſed tãtũ ſub conſilio, tenemur ſubleuare proximum indigentem) ſufficere in propoſito noſtro ad excuſandum à cõmunicatione cũ excommunicato, ſiuè illa ſit ex parte excommunicati, ſiuè ex parte eius, qui communicat cum eo, & ſiue verſetur circà temporalia, ſiue ſpiritualia, (ſicut diximus de vtilitate) docent Doctores omnes, in ſpecie *Alterius lib.* 1 *diſp.* 15. *cap.* 5. *Hurtado diſp.* 9. *de excommunicatioue à n.* 29. *Bonacina diſp.* 2. *de cenſuris q.* 2. *p.* 6. §. 2 *nn.* 17. vnde *Auila p.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 11. *dub* 11. clarè concludit, contra *Silueſtrum*, quòd ad licitè communicandum cum excommunicato, vt ſuprà, non requiratur neceſſitas obligans ex charita-
389 te ad dandã eleemoſinam, & ſic nec extrema, nec grauis, ſed ſufficiat neceſſitas communis, vt dixi loco citato, loquendo de eleemoſina danda excommunicato, vel ab eo accipienda, & ſi, vt ibi indicaui, quando tractatur de non excommunicato in tali neceſſitate conſtituto, tunc ſit licitum, illius ſubleuamen petere ab excommunicato non tolerato, quando non eſt alius, à quo poſſit illam æquè commodè ſperari. quod probaui etiã procedere in Prædicatoribus, & Confeſſoribus, & ſi contrarium doceant communiter Doctores, vt præter ibi citatos, habetur per *Auilam loco cit. concluſ.* 3. proſequitur *Bonacina loco ſuprac. num.* 19. Ex qua doctrina, pro praxi infert *Auila loco ſuprac.*
390 quòd ſi pauper non poteſt commodè habere ſubſtentationem niſi ſedeat ad menſam ſimul cum non tolerato, licitè poſſit ſecum accumbere, item è contrà ſi in aliquo hoſpitio ſit aliquis excõmunicatus non toleratus non infimæ claſſis, qui non ſolet iter facere pedeſter, poſſim illi
391 dare equum gratis, vel pretio; Sicut vt proſequitur *Bonacina loco ſupracit.* poteſt quis in ſimili caſu petere equum, vel hoſpitium ab excommunicato, *qui etiam n.* 6. ſubdit, eſſe hoc caſu ſufficientem neceſſitatem pro communican-
392 do cũ excõmunicato, ſi fieret ad pacẽ aliorũ conciliandam, vel ad ſcandalum vitandum. *Layman cit. lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 2. *cap.* 2. *num.* 16. *verſ.*
393 *vltimo excuſat*, latè tractat de exequutione cõtractus, inito cum excõmunicato tàm ante denuntiationem, quàm poſt, de qua re etiam aliqua dixi ſuprà, videte etiam *Villalobos, & Auilam, & Ricciullum ſup. cap.* 37. *n.* 4. *& ſeq.* Addo

verba

Digitized by Google

verba aurea, *Hurtado ad finem cit. diſp. 19. de de excommunic.* & ſunt iſta. *Neceſſitas ob quã auſertur prohibitio communicationis, non eſt ſcrupuloſè examinanda, quia vbi examinatur neceſſitas, vix deficit manifeſta vtilitas, quæ etiam ſufficit ad excuſandam dictam communicationem.* Quòd autem quando quis cogi-
394 tur per metum grauẽ communicare cum excommunicato, excuſetur ex hoc capite neceſſitatis, patet ex ſupradictis *recoll. 1. n. 413.* quia præcepta humana non obligant cum tanto incommodo, vbi benè excipio caſum, vbi talis metus incuteretur in contemptum fidei, & præiudicium Eccleſiæ, dant exemplũ D.D. de eo, qui ob metũ grauẽ miſſam celebrat coram excommunicato, quia ſi dictus metus non fuit incuſſus, vt ſuprà, in cõtemptum, &c. celebrans neque peccat, neq. incurrit aliquam pœnam, *Auila p. 2. cap 6. diſp. 8. ad finem verſ. vltimo.* Quòd tanto ma-
395 gis eſt verum, quando etiã adhiberetur vis, Dat exemplum *Auila loco ſuprac.* de eo, qui coactè detinetur vt audiat Miſſam non tolerati, vel ſimul cum tolerato, qui tali caſu, contra aliquos ſcrupuloſos, concedit, non teneri hunc coactum claudere oculos, vel obturare aures, ſed benè poſſe reuerenter intereſſe, & adorare Euchariſtiam, & ſic hoc caſu, quod ab initio fuit neceſſarium, ex poſt facto fit voluntarium, non quòad celebrantem, ſed quòad ipſum Miſſæ ſacrificium, quod eſt Sanctiſsimum, & omni attentione, & reuerentia dignum.

*De excommunicatione minori, quæ incurritur ob communicationem cum excommunicato, abſque legitima cauſa excuſationis.*

396 CONcluſio. Excõmunicatio minor *eſt cẽſura eccleſiaſtica, priuans directè paſſiua Sacramentorum participatione*, dicitur *cenſura eccleſiaſtica*, pro genere, dicitur *priuans directè excommunicatum*, non ſolum ad differentiam indicandã, inter ipſam, & excommunicationẽ maiorem, ſed etiã ad oſtendendum eius effectum primarium, licèt enim priuet paſsiua electione, præſentatione, collatione beneficij eccleſiaſtici, atq. eccleſiaſticæ dignitatis, eodem modo ſub
397 peccato mortali, ſicut Sacramẽtorũ participatione, tñ hæc priuat indirectè, quatenus ordinantur dicta beneficia ad ordines ſuſcipiendos, vel Miſſam celebrandam, ita *Laym. lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 3. num. 1. Hurtado diſp. 16. de excommun. n. 6.* vbi quòd dicta electio
398 præſentatio, & collatio nõ ſit irrita, ſed irritanda, quando ſcienter fit. Dixi *ſcienter*, quia ſi ignoranter fuit ſequuta, ſecundũ *Hurtado ſuprac.* & ante docuit etiam *Auila diſp. 12. dub. 1. concluſ. 4.* neq. venit irritãda, licèt ſit te communem Canoniſtarum, quam poſt *Suarez, Conink, & alios*, ſequitur *Layman loco ſuprac. verſ. dubitant verò Doctores*, ſemper venit irritanda.

Cùm autẽ ſit certũ apud Doctores, taliter excõmunicatũ, & ſi validè, tamen illicitè, nẽ-
399 pè cùm peccato mortali ſuſcipere Sacramentũ abſq. legitima cauſa, vt dixi ſup. *n. 47.* & concordant *Layman. & Hurtado locis cit.* & ſi nõ incurratur aliqua irregularitas, vt habetur expreſsè in *cap. vltimo de Clerico excommunicato miniſtrante*, & notat *Suarez diſp. 23. ſect. 2. num. 3.* tamen quia *Filliuccius tract. 13. num. 16.* docet, quòd cùm *in cap. ſi celebret* dicatur, tantum hunc *grauiter* peccare qui celebrat ligatus minori excõmunicatione, & hoc intelligit de alijs Sacram. magis, & minus pro excellentia maiori, vel minori ipſius Sacramenti, ex hac doctrina poteſt non improbabiliter inferri, quòd ta-
400 lis ſuſcipiẽdo Sacramentũ matrimonij nõ peccet mortaliter, ſed committat peccatum veniale graue, maximè quia vt infrà cùm de matrimonio, ipſi contrahentes nõ ſolũ recipiunt, ſed miniſtrant ipſum Sacramentum, & ſi contraria opinio, quòd ligatus excommunicatione minori, peccet mortaliter contrahendo matrimonium, ſit communis, vt per *Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 9. num. 5.* Eſt difficultas inter Doctores, an & quomo-
401 do conferendo Sacramẽta ipſe peccet? ſupracitati Doctores referunt tres opiniones primam eorum, qui volunt, peccare mortaliter ita *Silueſter, & Armilla apud Suarez.* Secundam aliorum, qui volunt peccare venialiter, ſi ſine iuſta cauſa, vt ſup. cõferat illa: ita ex modernis, *Auila, Vaſquez, Alter. Suarez, & Conink*, quos ſequitur *Layman loco ſuprac. num. 4. verſic. atq. hoc*, Tertiã *Nau. Henriq. Filliuc. tr. 13. n. 23.* ſequitur *Hurtado loco ſuprac. n. 4.* quòd nullum peccatum contrahatur, & ſi alleget pro hac ſententia *Suar.* qui contrarium expreſsè dicit *loco citato, .L. diſp. 23. ſect. 2.* vt patet ibi *ſub n. 12.* Secũda autẽ ſẽtentia, videtur mihi probabilior, quia eſt iuxtà verba *tex. in c. vltimo de Cleric. excõmun. miniſtr.* Ex qua primò infert *Laym. loc. ſu-*
402 *prac.* ꝙ Epiſcopus in minori excõmunicatione conferens Sacros Ordines, dupliciter peccet, venialiter ſcilicèt conferendo Ordines, & mortaliter celebrando.

Secundò, ꝙ ſi daretur caſus, vt duo Sacerdotes ſint innodati hac excõmunicatione, & velint ſibi inuicem confiteri, prius debeãt ſe viciſsim abſoluere à cenſura (cũ hæc abſolutio non ſit ſacramentalis) & poſtea vnũ alteri abſolutionem à peccatis conferre.

Tertiò infert *Auila cit. diſp. 12. dub. 2. verſ.*
403 *ex prædicta*, quòd adminiſtrãs Sacramentũ ei, quem ſciat, eſſe minori excommunicatione irretitum, per ſe loquendo, peccet mortali-

taliter, quod dicit eſſe verũ, *Villalobos tract.* 17. *diff.* 32. *num.* 7. non vi cenſuræ, ſi non ſit denunciatus, (quod ſi unquam accidit,) ſed ratione peccati, quod commiſit, vt ſup. dixi, abſque iuſta cauſa conferendo Sacram.
404 Quartò infertur, ligatum hac cẽſura poſſe cõmunicare cũ omnibus, ſicut poſſunt oẽs cũ illo participare, diuinis intereſſe, frui ſuffragijs Eccleſiæ, abſoluere à cẽſuris, & peccatis cæteroſq. actus iuriſdictionis exercere, qa de his nihil in iure pro hac excommunicatione minori, eſt communis ſententia, vt poſt *Suarez cit. ſect.* 2. *num.* 4. teſtatur *Filliuc. ſuprac. tr.* 13. *num.* 21.

Secunda concluſio. ab excommunicatione minori pro foro interno, ſecundum communem ſententiam, & conſuetudinem (quæ tribuit iuriſdictionẽ) abſoluere poteſt
405 quilibet Cõfeſſ. ita teſtatur *Bonac. diſp.* 2. *q.* 3. Dixi ſecundũ conſuetudinẽ quia iuxtà id, quod ius ſtatuit in hac materia, *in c. nuper de ſẽt. excomm.* non poteſt abſoluere ab ea, niſi proprius Sacerdos, qui eſt Parrochus, vel alius de eius licentia, vt docent cõmuniter DD.
Tertia concluſio: & ſi probabilis ſit ſenten-
406 illa, quòd etiã quilibet Sacerdos poſſit abſoluere ab hac excommunicatione minori, tamen probabilior eſt contraria ſententia, ita *Bonac. loco ſuprac. verſ. addo probabilem, &c.* pro ꝓbabili opinione, addo præter ab eo citatos, *Hurtadum diſp.* 16. *de excommunicatione n.* 7. vbi conatur illã confirmare optimis rationibus, & ampliat vt hoc poſſit, etiam ſi taliter excõmun. habeat peccatũ mortale, & non ſolum extrà Sacramentum, ſed etiam in Sacramento confeſsionis, ac etiam ſi fuerit excommunicatio minor incurſa ob peccatum mortale, dicit eam ſatis probabilem, *Ioannes de la Cruz in directorio conſcie p.* 2. *de excommunicat. notab.* 2. ſicut etiã vocat eam valdè probabilem *Villalobos loco infra citando n.* 9. qui etiã ſubdit, quòd poteſt quis illã ſequi *por tenerla hombres tan doctos, mas es mejor para la pratica la cõtraria por ſer mas ſegura.* pro probabiliori accedit *Layman loco etiam ſuprac. num* 6. *Ledeſma p.* 1. *ſumma cap.* 8. *de la deſcommunion verſ. digo lo ſecundo.*

Dixi, pro foro interno, quia pro foro ex-
407 terno abſoluit iudex eccleſiaſticus, & ſi nõ ſit Sacerdos, ita *Ledeſma loco ſuprac. verſ. digo lo tercero*, quod hoc poſſit etiam Parrochus non Sacerdos. dixit *Bonacina loco ſuprac. n.* 14. & antea dixit *Suar. apud Villalob. ſuprac. diffic.* 32. qui ſubdit, quòd iſta opinio in puncto iuris ſit valdè probabilis, quia iſte actus abſoluendi non requirit caracterem Sacerdotalem, ſed in praxi ſequendam eſſe contrariam ſententiam, vt magis tutam, & iuxtà verba textus, quæ cantant de Sacerdote. Ex qua opinione; Patet, quàm probabilis ſit opinio etiam *Cornejo apud Dianam nouiſſimè viſum p.* 5. *tr.* 9. *reſol.* 3. *ad finem.* quòd non ſo-
408 lum Diaconus, & Subdiaconus, ſed etiam Clericus in minoribus poſſit abſoluere ex commiſsione ab hac excommunicatione minori, (ſi intelligit de cõmiſsione alterius quàm habentis iuriſdictionem in foro externo) de quo non dubitatur, cũ etiã poſſit committere Clerico in minoribus abſolutionem ab excommunicatione maiori pro foro interno, ſimul & externo, vt aliàs fuit dictum. Et hæc de iſta materia excommunicationis in communi.



Digitized by Google

# RECOLLECTIO QVARTA.

## De Officio, & Poteſtate Confeſſarij circa excommunicationes in particulari, tàm Summo Pontifici, quàm Epiſcopis, ac etiam nulli reſeruatas.

*In hac materia, vt perſpicuum eſt, officium ipſius Confeſſarij verſatur in notitia dictarum excommunicationum, ideò illas in primis ordine Alphabetico ad maiorem commoditatem Lectorum, hìc enumerare volui, cum alio modo recenſitę, confuſionem generare, experientia docuit.*

### A.

ABhortũ procurans fœtus animati, effe-ctu ſequuto, excommunicationem incurrit, Epiſcopo reſeruatam Greg. XIV. in ſua Conſtitutione viij. quã refert *Quaranta verb. abbortus*, de qua nos latè infrà in ſua *recol. particulari de poteſtate Confeſſarij circà pecc. abhortus.*

Abſoluens Religioſus ab excommunicatione ſine facultate, vide *Religioſus.*

Abſoluere præſumens ſine debita facultate à caſibus Bullæ cænę incurrit excommunicationem S. P. reſeruatam ex decreto Clem. VIII. iſtą reſeruatio, nõ eſt per dictam Bullã ſed per decretum Clem. VIII. vnde erit talis, tantum vbi dicta abſolutio datur prætextu priuilegiorum à ſede Apoſtolica conceſſorum, non autem ſi tantum ex malitia, vel humano reſpectu, aut exculpabili negligentia, ita concordat opiniones cõtrarias circà hãc reſeruationem. *Bonac. de cenſuris in particulari diſp. 1. q. 2 2. p. 3. n. 9.* vbi quòd præſumens abſoluere à caſibus non autem ab excommunicationibus Bullæ, nõ incidat in excõmunicationem, & quòd ex eo, quia requiritur pæſumptio, excuſetur quis, ſi abſoluere tantum fingat, vel abſoluat ob metum, vel ignorantiam craſſam, vel etiam affectatam.

Abſoluens à caſibus contentis in decreto Clement. VIII. incurrit excommunicationem S. P. reſeruatam. vid. *Filliuc. tract. 15. cum de excommunicat. in particulari num. 180. Lazarū de blaſphemia q. 10. n. 45. Marcellū Vulpem 35. ſua praxis fori Eccleſiaſtici num. 13, qui addit*, quòd vt illa incurratur, neceſſe eſt, vt prætextu priuilegiorum, ac ex præſumptione (vt ſuprà declaratum fuit) id fiat, vnde excuſatur abſoluens ex inaduertentia, vel ignorantia, ſed nota quòd præſumptio debet cadere ſuper prætextum priuilegiorum, alias non eſſet reſeruata, vt præſupponit *Bonacina loco ſuprac.* Dubitans autem an caſus, à quo abſoluit, ſit de contentis in dicto decreto, excuſatur ab hac excõmunicatione. *Vgol. de poteſtate Epiſcopi c. 37. ſub n. 3. Lazar. q. 10. de blaſphemia n. 1. vbi benè limitat, vbi dubiũ eſſet circa prætextum priuilegiorum.* quid de Bulla cænæ infrà, *Abſoluens eũ qui ſine legitima facultate abſoluerat à cenſuris Bullæ cænæ, vel Decreti Clem. VIII. nullã incurrit cenſurã. ſi fuit Sacerdos ſecularis, Bonac. ſup. n. 21.*

Abſolutionem à cenſura extorquens per vim, vel metum, incurrit excommunicationem non reſeruatam in *cap. vnico de his, quæ vi metuſue cauſa fiunt in 6.* latè explicat *Suar. t. 5 diſp. 23. ſect. 4. à num. 11. Auila p. 2. cap. 7. diſp. 2. dub. 4.* & præter à me dicta, *ſuprac. recoll. 1. n. 558. & ſeq.* circa declarationẽ talis excõmunicationis. Addendum eſt, quòd ad illam incurrendam non ſufficit, vim, & metum incutere ad finem extorquendi abſolutionem, ſed neceſſariò, etiã requiritur abſolutio, confirmat *Bonacina de cenſuris in particulari diſp. 2. q. 25. n. 5.* vbi ꝙ mandantes, vel cõſulentes, illam quoq. incurrant, vt dixi *loco ſuprac. n. 570.*

Abſolutus ab excommunicatione Papali in articulo mortis à non habente poteſtatem, ſi poſtea conualuerit, & quam citò commodè potuerit, contempſit ſe præſentare corã S. P. vel ab alio, circà illã facultatẽ habente, incurrit excommunicationem S. Pontifici reſeruatam. *cap. eos qui de ſententia excomm. in 6.* de qua re latè dixi ſup. *recoll. 8. à n. 54.*

Abſolutus à S. P. vel legato ea conditione, vt ſe præſentet pro pænitentia coram ſuo Ordinario, contemnens id facere, cùm commodè poterit, incurrit excommunicationẽ Pontifici reſeruatam *dicto cap. eos, qui,* latè *Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 23. vbi etiã de præced.*

Accedentes ad ſepulcrum domini cauſa deuotionis, ſinè Sedis Apoſtolicæ licentia excommunicationem incurrunt S. P. reſeruatam,

tã, refertur à *D. Antonino 3. p. tit. 24. c. 30. in fini*, probat *Raſtelhus de cenſuris q. 9. tit. 1. n. 1. excommun. 22.*

Admittentes Clerici, ad diuina officia excommunicatos, vel interdictos nominatim à Papa, & denunciatos, incurrunt excõmmunicationem S. P. reſeruatã, *Clem grauis de ſent. excomm. cap. ſignificauit, eod. tit extrà*. de qua vide *Hurtad. diſp. 9. de excomm. n. 13. n. 29. Auila p. 2. c. 6. diſp. 10. du. 2. & me ſup. recollec. præcedenti n. 239.*

Admittentes Religioſi alios ad diuina officia, tempore interdicti, quando ſint excommunicati, vide *Bonacinam t. 3. diſp. 2. q. 4. p. 6.*

Affirmare præſumentes, quòd ordinationes factæ ab Octauiano, & Guidone ſchiſmaticis, ſint validæ, & canonicæ, incurrunt excõmunicationem Epiſcopo reſeruatam *cap. 1. de ſchiſmaticis.*

Agnus Dei benedictos, minio inficientes, & vendentes, excommunicationem incurrunt nulli reſeruatam *Greg. XIII. conſt. 2. Quaranta verb. Agnus Dei*, & alij, quos refert, & non improbat *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 50. num. 150.* circà hanc materiam vide *Sanchez lib. 2. ſumma cap. 34. & Bonacinam t. 3. diſp. 2. q. 2. p. 29.*

Alchimiſta tradens ſecretum infidelibus pro cõficienda pecunia, excommunicationẽ in Bulla cænæ reſeruatã incurrit, quoties damnum præuidet indè Chriſtianis ſequuturũ, *Bonac. to. 3. diſp. 1. q. 8. p. 2. num. 12.*

Alienans, vel ab alienante emens bona eccleſiaſtica abſque licentia S. P. in caſibus non conceſsis, incurrit excommunicationem nulli reſeruatam, *extrauag. ambitioſè de rebus eccleſ. non alienandis*; de alijs pænis, & excuſatione, videte *Riccium in praxi de alienat. reſolut. 121. & ſeq.* quæ conſtitutio quòad cenſuras eſt recepta, maximè in ſtatu eccleſiaſtico, vt per *Quarantam verb. alienatio*, ita declarauit *Rota, teſte Riccio in praxi variarum, reſolut. 271.* intellige quòad pænas extrinſecas, ſecus quòad intrinſecas. item intelligitur de inferioribus Prælatis, nam Epiſcopi, & Abbates incurrunt ſuſpenſionem, vt dicam infrà, cum de ſuſpenſione eodem verbo, latè *per Scortiam in ſelectas SS. PP. conſtitut. epitome 42.* Quòd etiam Regnlares hodie poſt decrctum D. N. *Vrbani VIII.* alienantes abſque dicta licentia, incurrant, inter alias pænas, ipſis inflictas in dicto decreto, excommunicationem non reſeruatam, notat *Nouarius in ſumma Bullarij cum de hac alienat. ad finẽ*, de quare alibi latius Deo dante.

Alienationem locorum, & Ciuitatum S. R. Eccleſiæ, quouis modo proponentes, vel inſinuantes. intra feudum, & loca.

Alumina è partibus Chriſtianorum, ad partes infidelium aſportantes, incurrunt excommunicationem reſeruatam S. P. Pius IV. cõſtitut. 45 de qua per Scortiam in ſelectas SS. PP. *conſt. 66. Bonac. t. 3. diſp. 3. q. 3. punct. 44.*

*Apoſtata à fide excommunicatur in Bulla cænæ canone 1* eſt denunciandus Sancto Inquiſitionis Officio, *Bonac. poſt alios, diſp. 2. q. 1. p. 1. n. 10.* pro foro cõſcientię eſt neceſſarius error intellectus ad incurrendã hanc excommun.

Apoſtata à Religione, habitũ dimittens, incurrit excõmunicationẽ nulli reſeruatã, *in c. 2. ne Clerici*, vndè Rota Romana ſupponit pro certo incurri excommunicationẽ per apoſtaſiam à Religione, vt eſt videre apud *Achillem de Graſſis dec. 446.* vbi tantum dubitatur, an per ſolam deſertionem habitus, incurrat dictus apoſtata, præter excommunicationẽ, etiã inhabilitatẽ. Ex priuilegis tñ, qui infrà dies octo ad obedientiam non redierit, poſt mãdatũ cuiuſuis Superioris, excõmunicationẽ incurrit S. P. reſeruatã, vel ſuo Generali, *Clem. VII. conſtit. 43.* imò ſtatim hodiè erit excommunicatus, vt ſup. *Pius V. relatus à Patre Peregrino 2. p. Compendij verb. Apoſtata, §. 3.* vbi refert Gregorium XIII ſtatuentem, tales eſſe veros Apoſtatas, etiam ſi prætextũ indulti conceſsi, vel concedendi, ad ſæculũ receſſerint, idem habet *Sorbus verb. Apoſtata ab ordine, num. 21.* vbi adeſt clauſula non obſtantibus, nota *Bonacinam t. 3. diſp. 2. q. 9. p. 3. nu. 4.* probare, tale priuilegium à Gregorio XIII. conceſſum Societati non extendi per communicationem ad alios ordines, ex prohibitione in ea conſtitutione facta, ſed hoc non obſtat, vt per *Peregrin. in compendio priuileg. v. diſpẽſatio §. 3. Diana p. 3. tr. 2. reſol. 81.* quæ ſit differentia inter apoſtatã, & fugitiuum, *Sanchez p. 2. ſumma lib. 6. cap. 8. in 1.* vbi latè de hac materia.

Apoſtatas à Religione retinentes, receptantes, & occultantes, excommunicationem incurrunt S. P. reſeruatam, *Paulus IV, conſt. 29.* videte *Patrem Peregrinum p. 1. compendij priuilegiorum noſtræ Congregationis verb. apoſtata §. 1.* requiritur tñ prius monitio, & illa præcedẽte poſsũt quilibet Prælati Ordinis affigere cedulones, cõtrà ipſos retinentes, ſiuè ſint laici, ſiuè Clerici. *Sorbus verb. apoſtata ab Ordine num. 7. & num. 20.* niſi ſint tales retinentes, Epiſcopi, quia non poſſunt excommunicari à Prælatis Ordinnm ob priuilegiũ &c. ita poſt alios *Lezana loco suprac. num. 13* Conceſsit etiam *Clement IV. apud Ioannem Cruz lib. 1. de ſtatu Religionis cap. 6. dub. 3. concluſ. 2.* quòd ſcilicèt Ordinarij locorum à Religioſis requiſiti, teneantur denunciare tàm ipſum fugitiuum, quàm detinentes, excommunicatos. Quòd autem vbique, etiã in Eccleſ. Monaſt. & domibus quoq. Cardin. poſsit Religioſus fugitiuus à ſuo Prælato repeti, carcerari, &c. conceſsit *Eugen. IV.* vt habetur apud ſupracitatos, & in ſpecie *Ioannes Cruz concluſ. 3.* tanto magis in domibus

Prin-

Digitized by Google

Principum, Ducum, etiam cum imploratione bracchij ſæcularis, *Lezzana loco ſuprac.*

postatas retinentes, vel admittentes ad ſuas Religiones, alij Regulares, quando incurrant excommunicationem, vide *Bonac. ſup. num.2. Lezzanam ſup. n.15. in finem*

ppellantes, ac illis fauorem præſtantes, à S. Pontifice ad futurum Concilium, excommunicati ſunt in Bulla Cænæ can. 2. declarant latè *Saynus, Suarez, Graffius, Vgolinus, Alterius, & noſter Duadus* in explicatione Bullæ prædictæ. Quòd etiam appellans hoc modo in cauſis tēporalibus, & ſic à Papa nō vt à Papa, ſed vt à Principe tēporali, incurrat, docet *Bonac. t.3. diſp.1. q.3. p.3. n.4.* cōtrà *Reginald.* Qui *Bonac. n.4.* ſecus dicit de appellāte futurū Papā, vel Concil. gener. præſens. Cōſulentes autem, & approbantes dictam appellationem, licèt non incurrant hanc excommunicationem contentam in Bulla, incurrunt tñ in excōmunicationem latam à Iulio II. & Pio II. *Bonacina ſup. num.* 11. vbi ſubdit, quòd iſtius abſolutio poteſt conferri virtute priuilegiorum, quorum vi non licet abſoluere à caſibus Bullæ.

ppellantes ab executione litterarum Apoſtolicarum ad iudicem laicum, excommunicantur in Bulla Cænæ canone 13.

ppellans frater S. Franciſci de obſeruantia ad alia Tribunalia, contemptis Superioribus ſuis, excommunicationem incurrit reſeruatam. *Gregorius xiij. conſt.34.* idem ſanxit *Clem. viij. conſt.*119. quam habes in *appendice Bullarij noui fol.43. pro Fratib. Seruitiſ. Barb. de pōte Epiſc. alleg.50. n.*154. Quòd Ciſterciēſibus, & Canonicis Regular. ſit etiā prohibitū ſub pæna excōmunicationis appellare ad Sedem Apoſtolicam. *Lezzana p.1. cap.9. n.6.* vbi quòd Sacra Congratio negotijs Epiſcoporum, & Regularium, &c. debeat cōputari inter Tribunalia Religionis, & ſic ad eā appellans, non dicatur appellare ad Sedem Apoſtolicam.

rma tenentes Monachi intra ſepta Monaſterij abſque licentia Superioris, excommunicationem incurrunt, nulli reſeruatam, *Clem. ne in agro de ſtatu Monachorum* §. *quia verò*, nota ly *intra ſepta*, quia non ſufficit ad excuſandū, ſi non teneat in ſuo cubiculo, ſi tamen teneat in locis intra fines ipſius Monaſterij exiſtentibus, vt in ſtabulo, cella vinaria, &c. vide *Sanchez lib.6. ſummæ c.17.* Dixi, *ipſius*, quia ſi tenet in alio Monaſterio, non incurret, vt per *Bonacinam t.3. diſp.2. q.8. p.16. num.* vbi, quòd & ſi non requiratur quòd dicta arma retineantur animo aliquē offendendi, tamen neceſſaria ſit præſumptio, & per conſequens, qui venit ad Monaſterium cum armis, non animo illa retinendi, vel tenet illa ex obliuione, vel ob neceſſariam defenſionem, hanc excommunicationem non incurret, quę autē armorū appellatione cōprehendantur, *infra verſ. proximo*, quòd non veniant ligna, vel lapides, & ſi retineantur animo aliquem offendendi, notat idem *Bonacina loco ſuprac. n.4.* Iſta excommunicatio lata eſt contra Monachos non ſolum Benedictinos, ſed omnes alios, non tamen extenditur ad alios Religioſos, & Canonicos Regulares, ita DD. communiter, vt per *Bonacinam loco cit. num.6.* Sed nota, quòd omnes Regulares generaliter tenentes, vt ſup. arma prohibita in ſtatu Mediolanenſi, incurrunt excommunicationem, & alias pænas ipſo facto incurrendas, ex decreto S. Congregationis Regular. ita poſt *Naldum Pierinum, & Barboſam de officio Parrochi c.6. n.51. Lezzana p.1. ſua ſumma q. regul. c.9. num.26.* qui non declarat, an dicta excommunicatio per dictū decretum ſit reſeruata, vel non, ſed *Naldus verb. Religioſus, num.50. in editione Romana* 1635. refert dictum decretum de verbo ad verbum, in quo eſt reſeruatio facta eidem S. Congregationi.

Arma ad Bellandum apta, deferentes ad infideles, alioſque nominis Chriſtiani inimicos, eorumque fautores, excommunicationem incurrunt *in Bulla Cœna* reſeruatam *can.* 7. intellige tàm offenſiua, quàm defenſiua, poſt alios *Bonacina t.3. diſp.1. q.8. puncto 2. num.2.* vbi quòd armorum ad vſum bellicum appellatione, veniant haſtę, ſcopli, bombardæ, galeæ, enſes, pugiones, glandes, pilæ, puluis tormentarius, ſulphur, pix, ſalenitrū, fuſtes cuſpide munitæ, & ſimilia, non autē cultri, qui non ſunt adeò grandes, qui poſſint bello deſeruire, ſed vel ad cibos, vel ad calamos ſcindendos, quòd autem dictam armorum delationem, ratam tantum habens non incurrat dictam excommunicationem, notat ibidem *Bonacina num.18.*

Arma breuioris menſuræ trium palmorum deferentes in ſtatu eccleſiaſtico, ſecundum *Bonacinam*, incurrit excommunicationem: ita ille *t.3. diſp.2. q.10 p.16. num.3.* quia in Bulla Pij V. cū vices 245. in nouo. 151. in antiquo Bullario, ampliatoria Bullæ Pij IV. vbi tantum fiebat mentio de archibuſetto, poſt replicatas pænas excommunicationis, & ſuſpenſionis à diuinis contra officiales, & miniſtros dicti ſtatus, vt infra, habentur illa verba, *eos, qui ſub illorum*, ideſt licentiarum, *clypeo, dictum genus armorum detulerint pœnam præfatam omnino incurſuros, illoſq. irremiſſibiliter puniendos fore*, quæ verba, ni fallor, non poſſunt referri ad pænam excommunicationis, ſed ad pęnam iam impoſitam deferētibus, quę non erat excommunicationis, ſed pæna rebellionis, & leſæ maieſtatis, &c. à qua non ſunt immunes, & ſi illam deferant virtute licentiarum, ſibi ab Officialibus, vt ſuprà conceſſarum, quia paria ſunt, non habere

bere licentiã,& illã habere, ſed inutilem, vnde meritò dicta excommunicatio ab aliis refertur tantum reſpectu officialiũ ſtatus eccleſiaſtici, concedentiũ licentiã, ita *Filliuc. tr.* 14 *num.* 176. *à Barboſa allegat*, 50 *n.* 140. & *Naldus in ſua adnotatione ad cap. artem illã de ſagittarijs fol. mihi* 85. concedit tamen *Bonacina* non incurrere, illa deferentes abſq. licentia, vide infrà *verbo Gubernator.*

Armatorũ collectas, & caualcatas, ad vindictas priuatas in ſtatu eccleſiaſtico facientes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, ex *Alex. VI. & Sixto V. Barboſ. cit. allegat.* 50 *n.* 164. adeſt etiã *Bulla Pauli V.* quã refert *Cherub. in compend. poſt Bullam Sixti V.* in quibus duabus Bullis, ſcilicet *Sixti V. & Pauli V.* cùm non reperiatur innouata dicta Bulla *Alexandri VI.* vbi imponitur iſta pæna excommunicationis, & in eis nulla, de illa pæna fiat mentio, ſed imponãtur aliæ pænæ, putat probabile *Carolus Antonius Theſaurus de pænis eccleſ. p.* 2. *verb. arma cap.* 10. per nouas iſtas leges pænales, eſſe abrogatam hanc pænam excõmunicationis.

Ars magica infrà. *Diuinatio.*

Aſſaſſinium committens per alios, quamuis mors non ſequatur, & etiam qui eum receperit, receptauerit, aut defenderit, & ſi fuerit Prælatus, vel perſona eccleſiaſtica, præter excommunicationem nulli reſeruatã, incurrit depoſitionem à dignitate, ordine, honore, officio, aut beneficio, *cap. vnico incip. pro humano, de homicidijs in* 6. de ea agit *Sayrus lib.* 3. *de cenſuris cap.* 24. *num.* 20. *& ſequentib. Filliuccius tr.* 14 *num.* 65. incidenter de ea facit mentionem *Conink diſp.* 13. *num.* 76. quatenus illam ſtatim incurrat mandans, etiam ſi effectus non ſequatur, quòd non ſolum habet locum in mandante, ſed etiam in recipiente, receptante, & defendente, quia omnes ſunt principales *Sayrus ſup.* & ſi quòad immunitatẽ eccleſiaſticã *ex Bulla Alexandri vj.* vbi imponitur iſta pæna, probabile eſt, ꝙ ad hoc vt illa ſit priuatus, requiratur, vt ſequatur aliquis actus effectui proximus, vt inſultus, aut vulneratio. *Bonacina t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3 *p.* 6. *num.* 6. quibus ab eo allegatis, addo *Peregrinum in ſuo tract. de immunitate cap.* 7. *nu.* 37. contra *Farinaceium eod. tract. cap.* 8. *num.* 125. *ad finem*, inclinantem in eam ſententiã quòd aſſaſsinium attentatum, non ſequuta morte, gaudeat immunitate, quem videtur ſequi *Layman loco infra citando*, idem obſeruandum quòad pænam ordinariam imponendam, dixi *in meo tract. de officio Cappellani q.* 4. *praxi prima à num.* 161. vbi habes alia, quæ ſunt neceſſaria ad aſſaſsinium probandum, de quibus etiam *M. Anton. lib.* 3. *var. reſol.* 2. & licèt aliqui doceant, hodie non habere locum, dictam excommunicationem, cùm non reperiantur tales, qui ſint natione aſſaſsini, de quibus loquitur ille textus, ità *Azorius p.* 3. *lib.* 2. *c.* 17. *quæſit.* quam opinionem dixit probabilem *Suarez loco infra cit.* quòd etiã videtur ſequi *Laym. lib.* 4. *tr.* 9. *c.* 3. *n.* 9. & alij docẽtes, ꝙ nõ incurratur excõmunicatio, niſi mandatarius ſit infidelis, quã docet *Suarez t.* 5. *diſp.* 23. *ſect.* 4. *nu.* 46. ſequitur *Filliuccius tr.* 14. *num.* 65. Verum quod parum referat, an talis mandatarius, ſit infidelis, vel infidelis, dummodo pro pecunia ei data, vt alia re accepta, præuio mandato, hominem interficiat, poſt plures Summiſtas, docet *Sayrus loco ſuprac. n.* 21. teſtatur de cõmuni *Riccius* à me allegatus *loco ſuprac. nu.* 150. quòd ita ſit conſuetudo, quæ hoc caſu attendendenda eſt, dixit *Franciſcus de Aretio conſ.* 163. *n.* ita communiter DD. intelligere dictum textum, aſſerit noſter *Peregrin. loco ſuprac. cap.* 7. *num.* 23. *Bonacina t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 4. *p.* 16. §. 9. *n.* 2. *verſ.* 3. *pro illis, vbi alios allegat.* Limita primò, quando quis mandaret tantum vulnera, nam tex. ille loquitur de homicidio, & pænæ ſunt reſtringendæ, *Megalius p.* 3. *lib.* 4. *cap.* 2. *num.* 21. *Bonacina loco ſup. n.* 7. *& ſi loquatur de immunitate*, ſicut loquutus fuerat *diſp.* 1. *de legibus q.* 7. §. 4. *n.* 2. & quoque *loquitur Riccius p.* 1. *deciſ.* 11. Limita ſecundò in eo, qui etiam pecunia mediante occidit communem inimicum, vel vbi præſente ipſo mandante, à ſocijs pecunia conductis, aliquis occiditur, quia neutro caſu occiditur incautus, vt dicitur in dicto tex. ita *Bonacina loco ſuprac. n.* 5. vbi idem dicit de eo, qui aliquem occidit pecunia accepta pro expenſis tantumodo in itinere faciendis. Limita tertiò iuxta ſupradicta, quando quis tantum præcibus mandantis, vel ex alio intereſſe, quod habet cum eo, aliquem occideret, quia vt dixi requiritur prætium, vel eius promiſsio prçcedẽs in notabili quãtitate, cùm aliàs parum pro nihilo reputetur, vt eſt videre apud eundem *Bonacinam ſup. nu.* 3. vbi habes bona corollaria. Limita quartò vbi mandatur occidi non Chriſtianus, ſed infidelis, hanc eſſe communem opinionem teſtatur *Riccius p.* 2. *praxis recol.* 27. ſicut teſtãtur alij apud *Bonac. loco ſuprac. n.* 9 & ſi ipſe videatur cõtrariæ opinionis. limita quintò in ipſo aſſaſsino, vt ex ſupradictis percipitur, licèt. n. ipſe cũ ipſis mãdantibus incurrat irregularitatẽ, priuetur immunitate, tñ non incurrit excommunicationem aliquam, ſicut non incurrit de iure excõmunicationẽ latæ ſententiæ, homicida. Dixi, de iure, quia ſolet imponi talis pæna ab Ordinarijs, & fieri reſeruatio huius caſus, de iure autẽ debet tñ excommunicari, vt per *Homob. de caſibus reſeruatis p.* 2. *cùm de ſecundo caſu, tit. Homicidarũ pæna.* quod dixi de irregularitate, intellige etiam ſi occiſus eſſet infidelis, vt infra cum de irregularitate *cap. Clericum*, §. *de his Cle-*

ricis

Digitized by Google

*riciis diſt.* 50. *cap. penult. extra de homicidio, Graſſius de caſibus reſeruatis lib.* 1. *ca.* 14. *n.* 18. ſſentientes electioni, vel nominationi Gubernatoris, vel Senatoris vrbis Romæ abſq. aſſenſu S. Pontificis, excommunicationem incurrunt, S. Pontifici reſeruatam, *cap. fundamenta*, §. *proinde de electione in* 6. in eandē excommunicationem incurrunt electi, ſi electioni conſenſerint, itē obedientes prædictis, auxilium, aut conſilium præſtantes. *Raſtellius de cenſuris q.* 9. *ar.* 1. *excommun.* 6. ſiſtentes electioni, infra *electio*.

ſtrologiæ iudiciariæ, libros, ſcripta, opera, &c. legētes, & retinētes, vel Geomantiæ, Hydromātiæ, Pyromantiæ, aliarūq. huiuſmodi diuinationum, vel artis magicæ, aut ſimilis materiæ, incurrunt excomm. latæ ſententiæ in indice librorum contentam, vt habetur *in Bulla Sixti V. apud Quarantam in verbo Aſtrologia iudiciaria, Naldum verbo Aſtrologus*, hanc excommunicationem contentam in indice librorum, non eſſe reſeruatam, notat *Duardus lib.* 2. *in Bulla cœna can.* 1. *q.* 35. *ſub n.* 23. vbi tradit clarè, & breuiter, in quibus caſibus conueniat, & differat hæc excommunicatio lata in indice librorum prohibitorū, & excommunicatio lata in primo canone Bullæ cænæ contra legentes, retinentes, &c. libros Hereticorum, vbi lector addiſcere poteſt, quando legentes, & retinentes præfatos libros incurrunt excommunicationem dicti canonis, & per conſequens reſeruatam S. Pontifici in Bulla cænæ, licèt n. vt benè *poſt Suarez lib.* 2. *de ſuperſtitione cap.* 11. dicit *Filliucius tr.* 24. *num.* 75. & *ſequentibus*, ipſi exercentes ipſam iudiciariam Aſtrologiam, per dictam Bullam Sixti V. non incurrant cenſuram Bullæ cænæ, ſed tantum ſubijciantur iudicio Sanctæ inquiſitionis, vt infra, *Diuinatores, & Magos*. Quando tamen illam exercent, immiſcēdo peccatum. Hereſis, vel ſuperſtitionis, (vt v.g. quando prædictio futurorum contingentium libero rum fundatur in aſtris, tanquam in cauſis, & prædictio certa decernitur, quaſi neceſſitate quadam ineuitabili,) incurrunt in cenſurā d. Bullæ De culpa, quæ cōmittitur faciēdo natiuitates, poſt alios *Bonacina diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 38. an iſta culpa habeat locū etiā in nō certo affirmante. *Diana p.* 1. *tr.* 1. *miſcell. reſol.* 58. clarius *Nald. v. Aſtrologus n.* 4. aſſerit, poſt factum ſe cenſere, non facilè damnandum de mortali, eū, qui ſine ſcandalo, & periculo gignendi opiniones ſuperſtitioſas in animis audientium, talia prædiceret, tamquam leuiſſima quadam coniectura tantum, poſſe contingere. ſequitur alijs allegatis *Nouarius in ſumma Bullarij tit. de aſtrologia num.* 6. Dixi *iſta culpa*, nam vt expreſsè habetur in dicta Bulla *Sixti V.* non per hoc, quia proteſtatur quis, ſe non certò credere, quæ prædicit euentura, euitat quin poſſit puniri per inquiſitores, *Suarez ſupra lib.* 2. *cap.* 11. *ad finem*. Dixi *cenſuram latæ ſententiæ*, quia an incurrant excommunicationem ferendæ, infra locis ſupracitatis, videte *Suarez ſup. lib.* 2. *de ſuperſtitione cap.* 19. *ſub n.* 4. Quod dixi de cenſura, limita hodiè *ex conſtit. S.D.N. Vrbani viij. incip. inſerutabilis iudiciorum*, 10. *April.* 1621. vbi poſt confirmatam conſtitutionem Sixti V. contra aſtrologos. *Prohibet omnibus tàm laicis, cuiuſcunque dignitatis, etiam Ducalis, quàm eccleſiaſticis quibuſcunque, etiam ſpeciali nota dignis, & ſuprema dignitate fulgentibus; de ſtatu Reipublicæ Chriſtianæ, vel Sedis Apoſtolicæ, ſiuè de vita, aut morte Romani Pōtificis pro tempore exiſtentis, eiuſq. conſanguineorum vſque ad tertium gradum incluſiuè, Mathematicos, Ariolos, Auriſpices, Vaticinatoresque nuncupatos, vel alios aſtrologiam iudiciariam profitentes, de cætero conſulere, ſiuè deſuper eorum iudicia, prognoſtica, & præcognitiones eiuſmodi, etiam ſibi oblatas recipere, illiſque quomodolibet vti, vel illas penes ſe ſimiliter, vel alicui dare, ſeù oſtendere, necnon eiſdem matematicis, qui talia iudicia, prognoſtica, ſeù prænūciationes, ſuper præmiſſis, etiā ſi id ſe non certò affirmare, proteſtentur, fecerint, ſiuè à ſe, vel ab alijs iā facta, ſeù factas in poſterū penes ſe ſimiliter retinuerint, vel alicui dederint, ſeù oſtenderint, aut de eis, quouiſmodo verbis, aut ſcripto, etiam improbando tractauerint*, vbi præter alias pœnas, vult tā eccleſiaſticos, quàm ſæculares, etiam Epiſcopos, vel maiores Prælatos, incurrere pœnam *excommunicationis maioris latæ ſententiæ*. De verbo ad verbū, refert illam *Lauretus de Franchis in ſuis controuerſijs, inter Epiſcopos, & Regulares*, ex quorū verborū tenore, & ſi nulla apparet reſeruatio dictæ excommunicationis, licèt illius cauſæ cognitionem in foro exteriori, ibi reſeruet tàm in vrbe, quàm extrà vrbē, vt ibi eſt videre vbi etiā additur, vt eccleſiaſtici præſumentes impedire iudices prædictos circa cognitionem dictarum cauſarum, incurrant inter alias pænas, etiam excommunicationē, vt ſupra. Tn̄ poſt hæc ſcripta, dū hæc eſſent ſub prælo, ad meas manus caſu deuenit *tractatus de pænis eccleſiaſticis Caroli Antonij Theſauri*, qui *p.* 2. *verbo ſuperſtitio*, tractando de iſta materia, *verſ. nota ſecundo*. aſſerit, *quòd abſolutio dictarum excommunicationum contentarum in dicta conſtitutione ita fuit in Breui reformationis Sacræ pænitētiariæ ab eod. D. Papa Vrbano viij. reſeruata, vt neq. Sacra Pænitent. poſſit abſoluere prædictos inquirentes per media præfata; Quò ad alios autem in ea Bulla comprehenſos, non fuit reſeruata abſolutio in illo Breui*. Ex quibus verbis, apparet reſeruatio nō ſolū reſpectu Pænitentiariæ, ſed reſpectu omniū, præter quā quòd, etiā ſi ibi nō eſſet facta reſpe



Digitized by Google

ctu omnium, idem dicendum erit, quia in hac materia ſufficit, quomodocunque notū ſit Confeſſario, quòd Superior voluerit, abſolutionem alicuius caſus, vel cenſuræ ſibi reſeruare, & nulla poteſt dari maior notitia, quā ſcire, ꝙ ſit prohibitū Pænitētiariæ à talibus excōmunicationibus abſoluere, vt infra cum de caſibus reſeruatis, latius dicetur.

Feci mentionem ſupra de aſtrologia iudiciaria, quia de naturali, eſt certum, non comprehendi in dictis Bullis, vt videre eſt apud *Suarez, & alios ſupracitatos*.

Attentans, vide infra *vſurpantes, aut attentātes*.

Auferentes quicunque de Eccleſia, vel locis ſacris lapides, & alia ornamenta, & qui auferenti, ſeruanti, & retinenti, auxilium, vel fauorem præſtiterint, incurrunt excommunicationem S. P. reſeruatam, *Sixtus IV. conſt. 3. Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 50. num. 117.*

Auocantes per ſe, vel per alios authoritate publica cauſas ſpirituales, vel ſpiritualibus annexas iam introductas à iudicibus eccleſiaſticis, vt illas tamquam iudices cognoſcant & determinent, incurrunt excommunicationem reſeruatam S.P. latam in Bulla cænæ *can. 14. Bonacina ſup. diſp. 1. q. 15. pun. 1.* vbi *n. 6.* videtur ſequi eam opinionem, quòd ſcilicet ad incurrendam dictam cenſuram, requiratur nō ſolum vt fiat authoritate propria, ſed etiā fiat prętextu alicuius priuilegij, cū reſoluat rationē allatā *à Duardo, & alijs*, contrariam ſententiā ſectantibus, intellige ſi verè dictū priuilegiū non habeat, quia ſi haberetur priuilegiū à S. Pontifice, eſſet legitima cauſa excuſationis ab incurſu huiuſmodi excōmunicationis, vt per eundē *Bon. ſup.* §. 1. *num.* 1. vbi quòd huiuſmodi priuilegio in aliquibus locis potiatur Potentiſſ. & Auguſtiſſ. noſter Hiſpaniar. Rex, & nonnulli alij, in cauſis violentiæ arcendæ, & damni impediēdi. Poteſt autē eſſe prima difficultas, an ſi dicta auocatio fiat ab alio iudice eccleſiaſtico, habeat locum hęc excōmunicatio? nam *Villalobos tr. 17. difficul. 21. num. 3.* affirmat. ibi *eſta cenſura liga tambien a las perſonas eccleſiaſticas, que hazen lo que en ella ſe probibe, que no es licito aduocar a ſi la cauſas aunque ſea per via de fuerza*, ſed intelligi debet, vt communiter intelligunt Doctores, quādo iſta perſona eccleſiaſtica non fungeretur iuriſdictione eccleſiaſtica, vt per *Duardum hic q. 4.* & alios, quorum ſententiam, vt probabiliorem, ſequitur *Bonacina ſup. num. 5. verſ. tertia ſententia*, qui etiam dicit probabiliorem opinionem eorum, qui docent, hanc excommunicationem incurrere auocantes cauſas non à quibuſlibet iudicibus eccleſiaſticis, ſed tantū à iudicibus eccleſiaſticis Sedis Apoſtolicæ, & ſi fateatur, eſſe valdè probabilem contrariam ſententiam, quā defendunt addentes ad *Duardum cit. can. 14. q. 7. num. 1.* quibus accedit *Diana p. 3. tr. 1. reſol. 55.* Dixi *authoritate publica*, quia priuatæ perſonæ id procurantes, vel aliàs impedientes dictos iudices eccleſiaſticos, non includuntur ſub hac clauſula, ſed in alijs vt infrà *impedientes iuriſdictionem, & Procurantes*.

Azima Iudeorum comedentes ſæculares, incurrunt excōmunicationē; Clerici verò depoſitionis pænam, *ex c. nullus 28. q. 1.* inquit *Nauarrus conſ. 1. de iudeis num. 4.* Sed quia in dicto textu non dicitur, *ſit excommunicatus*, ſed tantum *excommunicetur*, non eſt excommunicatio latæ ſententiæ, ſed ferendæ.

## B

BAnnitos in Regno Neapolitano, eccleſiaſtica perſona receptans, vel eis fauorem præſtans, incurrit excommunicationem S.P. reſeruatam. *Sixtus V. conſt. 7.* relata per *Quarant. verb. Banniti*, quæ non fuit reuocata, vt per *Patrem Nald. verb. Banniti n.* 10. Limita tamen, quādo non ſolum cum ignorantia Banni receptarentur, ſed etiā quando aliter facere quis nō potuit, vel fuit nulliter ille Bannitus, quia tunc non incurrit talis alias pænas latas contra receptantes Bannitos, vt per *Nouarium in ſuis ſingularibus concluſ. 46. n. 5.* applicant ad caſum noſtrum, cum alijs limitationibus, *Quaranta, & eius addentes loco ſuprac.* ſcilicet quando in extrema neceſſitate eos, quis adiuuaret in victu vel receptaret animo exibendi, & præſentandi Curiæ. Adde etiam ſi receptans ſit pater, vel ſi filius eſt bannitus, & pater ipſum receptaret, nā iſtæ perſone regulariter excuſantur ſaltē ab ordinaria pæna cōtrā receptātes vt ſup. & latè per *Andream Gaill. lib. 2. de pace publica cap. 10.* vbi non ſolum idem dicit in caſu, quòd ſit pater, vel filius illegitimus; Sed etiā ſi cōaguineus, vel affinis, fauēt quæ in terminis noſtris de ſorore receptāte fratrē bannitum, non tamquam bannitum, ſed tāquā ſuū conſanguineū, probat *Beia p. 1. reſp. Bon. Congrgat. 2. caſu 1.* Placet alia limit. quā ipſe ſubdit, quando .ſ. eſt leuis materia, puta quando bannitū quis repentino hoſpitio recipit tamquā viatorem, ſtatim dimiſſurum. Quòad id, quod dixi de *auxilium, & fauorē illis præſtante*, nota ex eod. *Gaill. loco ſuprac. num. 36.* quòd bannito pecuniam, commeatum, annonam, vel arma ſuppeditans, vel pro eo fidem ſuam, interponens, auxilium, & fauorē pręſtare dicetur, & incurrit excōm.

Bannitos homicidas Status S. Romanæ Eccleſiæ, quicunque in eodem Statu receptans, excommunicationem incurrebat, ex *conſt. Greg. XIII.* Sed cenſura prædicta fuit ſublata à Sixto V. vt per *Sayrum lib. 2. de cenſ. c. 31 nu. 17. Naldum loco ſuprac. & Bonac. t. 3. diſp. 2. q.*

Digitized by Google

2. *q. vlt. n.*4. intellige de bannitis, qui non
ſunt aſſaſſini, quia tales bannitos receptan-
tes incurrunt excommunicationem non re-
ſeruatam, iuxtà ea, quæ dicta ſunt ſupra, ver-
bo *aſſaſſinium*.

nnitos, & homicidas Status Eccleſiæ qui-
cũq. Baro, vel Princeps in Regno Neapolit.
vel mediatè ſubiectus S. P. protegens, aut
quouis quæſito colore auxilium, conſilium,
fauorem præbens, excommunicationem in-
currebat, iuxtà *conſt. Pij V.* 27. Sed reuocata
eſt *a Sixto V. in conſt. hoc noſtri. quæ eſt.*6. §.1.
*in fine, & §.18. t.2. Bullarij noui fol.*492.

rones, & Domini Sedi Apoſtolicæ ſubiecti,
frumenta, & blada, vltrà vſum ſuæ familiæ
neceſſaria per annum, ementes à ſuis ſubdi-
tis, incurrunt excommunicationem nulli
reſeruatam, latam à *Clem. VII. conſt.*5. §. 10.
quã innouauit, & cõfirmauit *Pius V. conſt.*19
§.2. *Greg. XIV. conſt.*50. *inter multiplices* §.3.
*fol.*420. *col.* 2. *in* 2. *vol. Bullarij noui. Barboſa
allegat.*50. *n.* 146. ſed dicta excommunica-
tio fuit reuocata per Sanctiſs. Paulum V.
qui pænas excommunicationis cõtrà extra-
hentes frumenta, &c. innouauit, ita *Laertius
Cherubinus compilator Bullarij in ſupradi-
cta conſt.*50. *Gregorij XIII.*

em dicendum de Baronibus ſic prohiben-
tibus, & impedientibus quouis prætextu, ne
à locis ſibi ſubiectis ad vrbem Romæ affe-
rantur frumenta, blada, &c. vt ibid. quo-
modo autem differat hæc conſtitutio à ca-
none 8. Bullæ cænæ, contra impedientes, &
prohibentes victualia, aduehentes ad Ro-
manam Curiam, vide *Bonacinam diſp.*1. *q.*9.
*p.*1. *n.*12. *&* 13.

ronesius ſibi dicentes, contrà alium, bello,
& exercitu, infra *exercitu*.

enedicens ſecundis nuptijs, nullam cenſuram
incurrit, *Bonacina t.*3. *diſp.*3. *q.*3. *q.*3. *p.*4.

eneficiatus excommunicatus, ſi tẽpore ex-
com. recipit Beneficium tenetur reſtituere
beneficium, & fructus, alias, ſi poſt acceptio-
nem beneficij fuit excommunicatus, tene-
tur reſtituere tantum fructus perceptos tem
pore, quo fuit excommunicatus, *Hoſtienſis
de ſententia excommunicationis, §. qui ſit effe-
ctus, &c. Franciſcus de Platea de reſtitutione,*
§.34. *&* 36. vide dicta *in meo tr. de officio Cap-
pellani q.*4. *praxi* 6. *num.*93. *& ſeq.* quibus il-
lic allegatis addo *Alterium lib.* 2. *de cenſuris
diſp.*6. *cap.*2. *Layman lib.* 1. *tr.*5. *p.*2. *cap.*5. *num.*
1. in ſpecie, quòd quando quis fuit etiam de-
nunciatus, non ſuffrageturei clauſula illa in
Bullis apponi ſolita, *te q. abſoluentes, &c. Ma-
ciraln. lib.* 1. *variar. reſol.* 24. *num.*14.

equinarũ ſtatũ fæminæ aſſumentes, & Reli-
gioſi illis auxiliũ præſtantes, incurrunt excõ
municationem nemini reſeruatam, *Barbo-
ſa cit. alleg.*50. *in addit. ex Clem.* 1. *de Religio-
ſis domibus, Bonacina ſup. diſp.*2. *q.*8. *p.*4. *n.*1.

Beneficium ſcienter conferens, vel ad illud
præſentans, qui à collatione, & præſentatio-
ne eſt ſuſpenſus, incurrit excommunicatio-
nem S. Pontifici reſeruatam. *Pius V. conſt.*
58. §. 6. *t.* 2. *Bull. noui fol.*253. Sed loquitur cõ-
ſtitutio de ſuſpenſis conferentibus, vel præ-
ſentãtibus ad beneficia, vel patronatus reſi-
gnatos non ſeruata debita forma, de qua ibi
& in conſtitutione 85, Gregorij XIII.

Beneficia vt obtineant, qui ſe pro alijs etiam
in examine ſupponunt, vel annuas pen-
ſiones offerunt, aut pro alijs impetrant, vt ab
eis aliquid aſſequãtur, vel pro ſe ipſis obtinẽt,
vt alijs poſtea cum penſione reſignent, ex-
communicationẽ incurrunt reſeruatam S.
Põtifici, ita *Paulus IV. conſt.*12. *fol.*73. *vol.* 1.
*Bullarij noui.* de qua *per Filliuc. tr.*15. *n.*101.
vbi limitat idnõ habere locũ extra Curiã Ro
man. & ſic in obtinẽte ab alijs Ordinarijs, &
ante docuit *Garſia par.* 11. *de beneficijs c.*3. *n.*
vbi addit aliã limitationem, quòd .ſ. quãuis
dicta conſtitutio loquatur de obtinere pro-
curantibus, tamen accipienda ſit de ijs, qui
obtinuerunt dicta beneficia poſt procura-
tionem, & ſic ſequuto effectu. quòd eſt quã-
do ſupplicatio eſt ſignata, & gratia publi-
cata in cancellaria, concordat *Scortia in ſele-
ctas SS. Pontificum conſtitutiones epitome* 69.
*& Bonac. t.*3. *diſp.*2. *q.*3. *par.*28. vbi contra
aliquos, docet, dictam Bullam quòad om-
nia, quæ in ea continentur, eſſe ſeruanda
donec conſtiterit, vſu non fuiſſe receptam
quòad alias actiones, præter ſubiectionem
pro alio in examine, vt beneficiũ impetre-
tur, poſita igitur opinione iſta, ſi vis ſcire
quãdo impetrans beneficiũ animo illud cõ-
mutandi cum alio, vel renunciandi alteri,
ſiuè gratis, ſiuè cum onere, peccet, vel incur
rat excommunicationem, vide *Garſiam, &
Bonacinam locis ſupracit.*

Beneficium in confidentia retinens, excom-
municationẽ incurrit, S. P. reſeruatã. *Pius V.
conſt.*109. *quæ incipit Romanum, & Pius V.
in conſt. quæ incipit. intollerabilis, de qua Scor-
tia ſup. epitome* 81. *Bonacina t.*3. *diſp.*2. *q.*3. *p.*
25. vbi quòd quatuor modis comittatur di-
cta cõfidentia, primò dũ recipitur beneficiũ
ab altero, qui hoc ipſi reſignet cum ſpe, &
confidentia, quòd recipiens beneficium il-
lud, poſtea dimittet, vel ſoluet fructus in fa-
uorem reſignantis, vel amici, vel alterius,
quem reſignãs nominauerit, etiã ſi dicta ſpes
non deducatur in pactũ expreſſũ, dũmodo
reſignãs cũ hac ſpe, reſignet, & reſignatarius
hãc ſpẽ animaduertat, etiã ſi ipſe recipiẽs nõ
habeat iſtũ animũ. Secundo quãdo quis cõ-
fert alteri beneficiũ, confidens, quòd bene-
ficiarius reſignabit beneficium, iuxta vo-
luntatem conferentis, aut fructus, aut eorũ
partem, vel penſionem tradet ſibi, vel alteri.
Tertiò dum quis eligit aliquem ad benefi-



Digitized by Google

cium cum ſpe, & fiducia explicata in ſecudo modo. Quarto, dum patronus, licèt laicus aliquem præſentat cum dicta confidentia. De quibus in foro conſcientiæ eſt ſtandum dicto pœnitentis. Dixi, *retinens*, nã ſubiectum huius excommunicationis, ſunt omnes recipientes, vel retinentes beneficia, vel penſiones cum tali confidentia, non autem dãtes, vel reſignantes, aut cooperantes, vt per eundē *Bon. ibid. n. 3. & 11.* iſti .n. afficiuntur excõmunicatione lata contrà ſimoniacos in beneficio, de qua infrà. Qui *Bon. nu. 8. & ſeq.* probat, ſtatim incurri hãc excom. recipiẽdo, vt ſuprà vno ex quatuor modis benefic. aut penſionem, etiam ante captam illius poſſeſſionem, & ſub *num. 12.* quòd ſi qui ita recipiunt, ſint Cardinales, & Prælati, non afficiatur excommunicatione, ſed interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ reſeruato, & ſi contrarium doceat *Barboſa allegat 50. nu. 128.* De vacatione beneficiorum illius, qui recipit in cõfidentia, vide *Barboſam allegat. 57. n. 49.* Ab hac excommunicatione nõ poſſe abſoluere Confeſſarios priuilegiatos. Prohibuit *Clem. viij in decr. de quinq. caſib. reſer. de quo infrà.*

Beneficia obtinẽs per abuſum laicæ poteſtatis, excommunicationem incurrit, nemini reſeruatam, vt ex canonibus Apoſtolorum, habetur in *can. ſi quis el primo*, 16. *q. 7. vbi gloſa verbo audientia*, & ſic concludit *Comitolus lib. 1. reſp. moral. q. 78. num. 50.* vbi quòd ita conferens, incurrat excommunicationem, reſeruatam in Bulla cænæ, de qua infrà *vſurpans*, dixi *abuſu*, quia ſecus erit, vbi laicus haberet priuilegium Papæ conferendi beneficia, de qua re vide *Garziam p. 4. de beneficijs cap. 2. à num. 33.*

Bononię, qui aliorum ſcolarium hoſpitia, durante locatione, ſinè eorum conſenſu conducunt, vel locant, incurrunt excommunicationem, nulli reſeruatam. *cap. 1. incip. ex reſcripto de locat. de qua per Bonacinam* poſt alios *diſp. 2. quæſt. 2. p. 34.*

C

CAdauer exenterans, vel fruſtra incidens, aut aqua coquens, vt oſſa in alium locũ transferat, incurrit excommunicationem S. Pontifici reſeruatam *extrauag. 1. de ſepulturis.* Nota in illam excõmunicationẽ non incurrere exenterantes, vt ſup. vel ratione fœtoris, vel ad finem notomiæ, neque illam exenterationem mandantes, aut conſulentes, poſt *Nau. Barb. de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 50. n. 105. Bon. t. 3. diſp. 2. q. 3 p. 45*

Camerales Papę, qui aliorũ ſuffragia, vel ſuam, aut aliorum ſententiam in plena camera, apertam, foris patefecerint, incurrunt excõmunicationem Papalẽ, *Barboſa loco ſuprac. in additis fol. mihi 867.*

Cameræ Apoſtolicę, qui obligati ſunt ſoluere, & non ſoluunt ſuo tempore, excommunicationem incurrunt nulli reſeruatam *Paulus IV. conſt. 11. Greg. XIII. conſt. 63.* intelligẽ niſi non ſoluant ex actuali impotentia vt ſupra dixi *recoll. praeced. à n. 677.* fauet *Filliuc eius tr. 14. n. 17.* vide etiã ſup. *recoll. 2. n. 690.*

Cameræ Apoſtolicæ Clerici, Notarij, Officiales, &c. qui in cauſis ad eorum officium nõ ſpectantibus, ſe intromittere præſumunt, excommunicationem Papalem incurrunt, *Barboſa cit. allegat. 50. in addit. fol. mihi 861.*

Cameræ officiales in contractibus Cameræ, quomodolibet participantes, incurrunt excomm. S. Pontit. reſeruatam. *Paulus iij. conſt. 18. to. 1.* intelligo qñ cũ dãno ipſius Cameræ.

Cameræ prædictæ libros, vel ſcripturas occultantes, aut retinentes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam ex Iulio II. & Sixto V. *Barboſa de poteſtate Epiſcopi allegat. 50. num. 122.*

Cameræ prædictæ miniſtri, integra computa non reddentes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam. *Paulus iij. conſtitutione 40. tom. 1. fol. 649. Barboſa alleg. 50. num 123.* intellige præſuppoſita materia notabili, requiſita ad incurrendam excommunicationem, in ſimili caſu, de qua egi *p. 1. recol. 10. à num. 97.* item quòd non retineant titulo iuſtæ compenſationis, *Bonacina t. 3. diſp. 2. q. 1. p. 7. n. 3.*

Cappuccinos non geſtare habitum, quo vſus eſt Sanctus Franciſcus, qui aſſerit, excommunicationem incurrit non reſeruatam latam à Paulo V. refert *Additionator ad Silu. V. Cappuccini* in vna autem Bulla, quam vidi, reperio, q̃ Paulus V. excõmunicat aſſerentes dictos Cappuccinos nõ eſſe veros filios S. Franc. Vide *Nou. in ſua lucerna, hoc verbo.*

Cappuccini recipientes Fratres Minores de obſeruantia ſine facultate S. P. aut licentia in ſcriptis Prouincialis, incurrunt excomm. ex Sixto V. *Bon. to. 3. diſp. 2. q. 8. p. 3. n. 2* vbi quòd eadem excõmunicatione ligentur dicti Fratres de obſeruantia, quòd dicta excommunicatio non ſit reſeruata, notat *Bartolom. de Vecchis in ſua praxi pro Nouitijs diſp. 15. dub. 3. num. 5.* vbi quomodo prohibeatur ipſis Cappuccinis tranſitus, ſed Ordinem S. Franciſci de Paula, & è contrà.

Cardinales, qui Sede vacante, conſtitutioni de electione Romani Pontificis abſque ſimonia facienda; contrauenire præſumunt, incurrunt excommunicationem Romano Pontifici reſeruatam, quam incurrunt, etiã omnes alij ad id cooperantes, *Iulius 2. conſt. 3. incip. cum tàm diuino*, vide de ea *Sanchez lib. 2. opuſculorum cap. 3. dub. 104. num. nu. 12.* cũ autẽ ex Bulla Gregorij XV. irrita decernãtur omnia pacta tacita, & expreſſa etiã iurata ſuper electione Papæ, Sede vacante inita ſuper electione, vel excluſione, ſub pæna excommunicationis vt ſupra reſeruatæ etiã S. Pænitentiario, procul dubio antiqua reſeruatio

uatio Iulij jj. apparet hodie magis ampliata.

Cardinaliū,qui in Cōclaui reperiūtur, vel etiā ipſius Pontificis electi domus,res, bonaq. illorū violenter inuadētes,percipientes, occupantes, vel contrectātes;item auxilium fauore ad id præſtantes, excōmunicationē incurrunt reſeruatam S. Pontifici, ſatisfactione præcedēte *Concil.Conſtant ſeſſ.41.in cap.omnis ætas,Barboſa dicta alleg.50.n.108.Bon.t.3 diſp.2.q.3.p.9.*

Cardinales reuelantes actum in Conciſtorio cōtrà Papæ præceptū, incurrunt excomm. S.P.reſeruatā, *Nauar.cap.27.n.110.*latè *Bon.t.3.diſp.1.q.7.p.2.*vbi ꝙ iſta excōm.lata fuit *in Conc.Later.ſub Leone* X.ꝙ nō fuit receptū vt infrà *concionatores.*& ideò hodiè non liget.

Cardinalem iniuria afficiens, incurit excommunicationem in Bulla cænæ S. Pontifici reſeruatā,can.11.antea aderat iſta pæna lata in *c.fælicis de pænis in 6.*latè *Bon.t.3.diſp.1.q.12.*

Celebrare facientes Domini temporales per vim, & metum, tempore interdicti generalis, incurrunt excommunicationem reſeruatam S. Pontifici *Clem.grauis de ſent. excōmunicat.*vbi *gloſa verb.quomodolibet.* docet, comprehendi etiā illos, qui ob iſtā cauſam grauant conſanguineos Sacerdotum, vel eorum bona. Sed iſta excommunicatio non eſt reſeruata, vt infrà, *v.Clerici conſanguineos in fine.* Quando autem ipſi celebrantes ob vim, & metum, excuſētur à culpa, & pænis, dixi ſuprà *recollect.praeced.*& latius infrà cùm de *interdicto* agetur.

Cenſuræ reuocationem, vel abſolutionem, vi & metu extorquentes, incurrunt excommunicationnm nulli reſeruatam, *cap.1. de his,quæ vi,metuſuè cauſa fiunt in 6.*circa iſtā nil occurrit, præter dicta ſuprà, *abſolutionem,* niſi quòd illa ſit conformis diſpoſitioni *Concil.Trid. ſeſſ.25.cap.3.§.nefas,* de qua per *Dianam p.1.tract.2. reſol.*102. Certum autē eſt, illam non habere locum,quoties etiam magiſtratus ſæculares id petāt apud iudices eccleſiaſticos via iuris, cauſas nullitatis exponendo, iuxtà ea,quæ dixi, *reſol.2.à n.666.*

Certiorantes infideles in damnum Chriſtianorum, & eorū fautores,ſunt excōmunicati in Bulla cænæ *can.7.in fine,*latè *Bonacina cit. diſp.1.q.8.p.2.n.29.*qui benè explicat, quòd per ly *Chriſtianorum*, non debet intelligi perſona particularis,ſed vel *Regnū*, vel *Prouincia*, Ciuitas, aut qualibet communitas, vndè infert, certiorantem, quòd talis Arx,vel Oppidū non ſit munitū,ideoq. facilè capi poſſe, incurrere dictam excommunicationem, vbi ampliat etiam ad certiores facientes hæreticos de rebus particularibus ad Chriſtianæ Reipublicæ, in damnum Catholicæ Religionis. Ac quoq. *num.25.* quòd dicta excommunicatio incurratur, etiam ſi effectus non ſequatur, dummodo ſua certioratione, vel conſilio influat, quia ſi iam infideles erant parati damnum inferre, non haberet locū dicta excōmunicatio.

Chriſtianus,qui alium chriſtianum in terris infidelium habitantem, tamquam mancipiū acceperit, vel eius bona ſurripuerit, incurrit excommunicationēm S. Pontifici reſeruatam, *Pius V.conſt.16.* aliàs 14. vt per *Barboſ. d.alleg.50.n.141.Bonac.t.3.diſp.2. q.3.n.46.*

Citans tantum perſonam eccleſiaſticam ad laicale tribunal, non comparente citato, an incurrat excommunicationem Bullæ cænæ, quærit *Bonacina t.3.diſp.1.q.16. p.4. n.18.* & contra *Filliucciū* concludit *pro negatiua.*

Clericis iuſtitiam facere, negans Iudex, aut Princeps ſæcularis, ter admonitus, incurrit excommunicationem nulli reſeruatam, *cap. adminiſtratores 23.q.5.* cuius verba non ſunt concilij Prouincialis, neque alicuius Patris Sancti, ſed Ioannis VIII. Summi Pontificis ſic,poſt *Toletum,eam refert, Barboſa de offic. & poteſt.Epiſc.allegat.*50. *num.*170. *in princ.* Nota tamen *Suarez t.5.diſp.23.ſect.1.in principio,*& ſi fateatur cum *gloſa finali dicti textus*, iſtam excommunicationem ex vi dicti canonis,eſſe latæ ſententiæ, ſubdit tamen in *praxi adminiſtratores ſæcularis iuſtitiæ, non haberi pro excommunicatis in ſimilibus caſibus,donec à Prælato eccleſiaſtico excommunicentur.Atque ita conſiderato præſenti vſu Eccleſiæ, & probabili opinione Doctorum,non videtur cenſura hæc memoranda inter eas, quæ ipſo iure lata ſunt,*ꝙ etiā voluit dicere *Tolet. lib.1.cap.38.nu.1.ad finem.* quando ait. *Hæc excommunicatio ferè non eſt in exercitio.* Nota quòd in dicto tex. fit mentio,non de Clericis,ſed de Eccleſijs,pupillis,& viduis, vndè etiam poſita opinione de excommunicatione latæ ſententiæ,nō incurreretur,niſi quādo Clerici agerent cauſas Eccleſiæ,vel ſimilium perſonarum,ſicut neque ex *Suarez ſuprac. num.2.* incurret Princeps, vel iudex vt ſup.quando non ex negligentia, vel pertinacia,ſed ex aliquo probabili, & practico iudicio,putās ad id nō teneri, vel ad ſummū nō pertinere ad eum, illa nō exequitur,de quibus in dicto textu, hanc negligentiam non ſolum poteſt accidere,quando Eccleſia, vel pupillus, ac vidua litigaret apud iudicem, puta quando Eccleſia eſt actrix, ſed etiam vbi indiget bracchio ſæculari pro exequutione ſententiæ iudicis eccleſiaſtici, ita *Archidiaconus in dicto can. adminiſtratores*, de qua materia vide *Bonac.t.3, diſp.1. q.20.§.3. praxim Archiep. Neap. c.46. in prima editione, Riccium p.1. praxis deciſ.319. & ſequentibus, in paruis,*quòd iudex ſæcularis, non parens inuocationi bracchij factæ à iudice eccleſiaſtico in caſibus, in quibus illud tenetur præſtare,iuxta authores,de quibus ſupra, non ſit excommunicatus ipſo facto, ſed excom-



Digitized by Google

communicandus, ſubdit *Bernardus Diaz in praxi criminali canonica, cap.153. num.10.* vbi etiam de pœnis non præſtantium brachium inquiſitoribus, de aliis autem pœnis vide *Menochium de arbitr. lib.2. caſ.452.*

Clericis imponentes taleas, collectas, & Clerici ſoluentes, vide *p.1. recol.11. à n.714.* & infrà *Gabellas.*

Clericus vtens ſortibus diuinatoriis, quòd non incurrat excommunicationem, contra aliquos, probat *Sanchez lib.2. ſumma cap.38. ſub num.90. in principio.*

Clericus in ſacris contrahendo matrimoniū incurrit excommunicationem non reſeruatam, quæ poteſt abſolui, facta ſeparatione *Clem. vnica de conſanguinitate*, intellige, niſi matrimonium fictè contrahat, quia hoc nō ſufficit ad incurrendam dictam excommunicationem, *Sanchez lib.7. de matrim. diſp.48. n.9. & 16. Suarez t.5. diſp.23. ſect.5. n.17.*

Clericus ſcienter, & ſponte in diuinis participans cum excommunicato à Papa, incurrit excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, *cap. ſignificauit de ſententia excommun.* ſi autem fuerit ille excommunicatus ab Epiſcopo, incurrit Clericus excommunicationē reſeruatam Epiſcopo, vt infra *verbo communicans*, debet autem talis excommunicatus eſſe denunciatus excommunicatus nominatim, vt poſt *Sayrum, notat Raſtellius de cenſuris q.9. art.1. num.3 Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcopi alleg.50. num.88.* qui etiam addit, quòd dicta communicatio debet fieri cum ſcientia talis excom. & denunciationis, item quòd communicatio ſit omnino voluntaria, & ſic non procedens ex aliquo timore, vel aliis de cauſis, de quibus *ſup. recoll. praeced. à n.288.* itē ꝙ hæc excomm. extendatur ad participantes, ſi ſint etiā Clerici.

Clerici negotiatores non incurrunt excommunicationē latæ ſententiæ. Sed benè poſſunt excommunicari, infrà, & dixi *ſup. p.1. recoll.11. num.748.* vbi latè explico, quando dicatur Clericus negotiari, & ſic amittat immunitatē à gabellis pro illis rebus, de quibus negotiatur. adde *Dian. t.3. tr.1. reſol.44.*

Clerici, vel aliæ perſonæ eccleſiaſticæ, renunciantes priuilegio fori, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, *cap. ſi diligenti, de foro competenti, Quaranta v. fori competens*, intellige tamen ſi ſponte, quia tunc puniuntur etiam aliis pœnis, *Praxis Archiep. Neap. cap.7. in fine.* ſecus dixi, ſi traherentur ex neceſsitate.

Clerici conſanguineos offendentes cauſa ipſius Clerici, vel grauātes in bonis, vel in perſona, in aliquibus caſibus incurrunt excommunicationem non reſeruatam, *Naldus v. excommunicatio. n.20.* qui *v. Clericus nu.18.* recenſet tres caſus. Primus eſt, vb dictæ actiones fiant ob id, quòd Clericus noluit aliquē eligere, *cap ſciant cuncti de electione in 6.* quæ non eſt reſeruata. Secundus ſi fierent ex eo, quòd cenſuram contra aliquem tulit. *in cap. quicunque de ſententia excommunic. in 6.* quæ poſt duos menſes, ſi non reſipuerit, eſt reſeruata S. Pontifici, vt infra *grauantes.* Tertius quando id fieret ex eo, quod Clericus noluerit celebrare in loco interdicto, vel tempore interdicti generalis, *in Clem. grauis de ſent. excommun.* quæ non eſt reſeruata. Nota, quod quando iſtæ actiones, etiam circa ſupradictos caſus fierent ad iniuſtè impediendam iuriſdictionem eccleſiaſticam, includerentur in canone 16. Bullæ cænæ, *Bonacina t.3. diſp.1. q.17. p.1. num.15.* contra *Antonium à Souſa.* ob verba illa, ibi addita à recolendæ ſemper memoriæ S. P. *Paulo V. directè, vel indirectè carcerando, vel moleſtando, &c.* vndè idem erit dicendum ſi fierent dictæ actiones ad hoc vt eccleſiaſtici accederent ad ſuum Tribunal, vt per eundem *Bonacinam ibid. q.16. p.4. nu.16.* intellige effectu ſequuto, vt per *eundē authorem loco primo cit. n.21.*

Cogens per metum grauem iniuſtè incuſſum, virginem, vel fœminam aliam, ingredi monaſterium ad habitum ſuſcipiendum, vel profiteri, ſitē auxiliū, conſiliū, & fauorē ad id præſtans, ſequuto effectu ſuſceptionis habitus, vel profeſsionis, incurrit excommunicationem, nulli reſeruatam, *ex Conc. Trid. ſeſſ.25 de Regularibus cap.18* Dixi primo, *per metum grauem*, quia ad incurrendam talem excommunicationem requiritur metus, cadens in conſtantem virum, qui quando cōtingat, dixi ſup. *p.1. recoll.7 num.123.* in ſpecie, hoc caſu non ſufficere metum reuerentialem, probat *Portellius in dubijs regularibus verbo moniales in addit. num.12.* vnde tantum qui ſuadet, vel etiam precibus obtinet dictū ingreſsū, vel profeſsionem non incurreret dictam excōmunicationem. Dixi ſecundò, *iniuſtè incuſſum*, quia ſi iuſtè incuteretur, puta quando tantum id fieret iniecto metu priuationis alicuius boni, ad quod fæmina non habeat ius, v.g. quòd non ſit parens ei daturus pro dote, ſi vult nubere, niſi quòd de iure ſibi competit, quòd non ſufficiat pro nubendo pari, præter allegata à *Bon. loco infra citando*, fatet *Villalobos p.1. ſumma tr.17. diffic.31. nu.9. verſ. el padre*, & *Portell. loco ſup. num.11.* aliud exemplū dat *Sanchez apud Portell. ſup. n.4* de minante accuſationē iuſtam, vide *Megal. 3. p. lib.4. c.6. nu.100.* Dixi tertiò, *ingredi ad habitum ſuſcipiendum*, non ſolum quia hanc excommunicationem non incurrit cogens fœminā, vt ſupra ad votum emittendum de ingreſſu, & perſeuerantia in Religione (in quo conueniunt omnes authores) Sed etiā quia eius ſum opinionis, quòd neque dictam excommunicationem incurrat, cogēs

dictam

Digitized by Google

dictam fœminam, etiam puberem ad ingrediendum, vt maneat ibi habitu ſæculari, ad finem educationis, donec nuptui tradatur vt poſt *Rodriq.* & *Sanchez*, docet *Bonacina t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 2. n. 6.* contra *Filliuc.* & *Suar.* Sed idem *Suarez t. 3. de Religione lib. 5. cap. 9. dub. 4.* aſſerit, Conciliũ loquutum fuiſſe nõ de omni ingreſſu, ſed de illo, qui ordinatur à parentibus ad ſuſceptionem habitus, & ſub hac conditione, ac pactione fiat, ergò hic videtur velle, tunc cogentes fæminas, incurrere excommunicationem, quando haberent animum, vt ibi inuitę ſuſcipiant habitũ, ſecus autem ſi habeant animum, vt ibi cuſtodiantur, vel etiam vt paulatim afficiantur, & poſtea ſi voluerint, habitum ſuſcipiãt, vt expendit eũ *noſter Diana p. 2. tr. 1. miſcellaneo reſol. 57.* qui dicit, hanc opinionem probabilem, & ſi contrariam, probabiliorem iudicet, quam etiam fateor eſſe magis communẽ. Ad argumentũ eiuſdẽ contrariæ ſententiæ, ſumptum ab illa dictione alternatiua *aut*, poſita tàm inter ingreſſum, & ſuſceptionem habitus, quàm profeſsionem. Reſponderem, quòd licèt regulariter illa dictio *aut*, ſit disiũctiua, tamen etiã poteſt ſtare expoſitiuè per allegata *ab Angelo Anton. Grato in ſuo tract. de dictionibus, dict. 22. ad finem*, vndè cum ingreſſus ad monaſterium in iure, intelligatur non ſolum pro habitus ſuſceptione, ſed etiam pro emiſsione profeſsionis, vt patet in *auth. ingreſſi C. de Sacroſanctis Eccleſijs*, vel ſaltem dubium eſt, an ſignificet habitus ſuſceptionem, vel profeſſionem, dictum verbum ingreſſus, vt habetur per *gloſſam primam in can. quia ingredientibus 19. q. 3.* ibi *dupliciter enim poteſt quis intrare Religionem, vel cauſa probandi, vel conuertendi*, nil mirum, ſi primo caſu ſtet expoſitiuè, & ſecundò disiunctiuè. Notanter addidi illa verba, *etiam puberem*, quia eo caſu, quando eſt minor annorum 12. & ſic impubes, videtur magis certum, quod nõ incurrant parentes, ſi cogant illam ingredi monaſterium educationis cauſa, cùm in ea ætate ſubdita ſit parentibus, quòad locum, vbi educare illam velint, vt probat *Suar. cit. cap. 9. num. 4.* & poſt *Sanchez* concedit nouiſſimè *Carolus Antonius theſaurus de pœnis eccleſiaſticis p. 2. verb. monialis cap. 1. verſ. limita primò & Portellius in ſuis dubijs regularibus verb. clauſura, monialium num. 9.* & ſi poſtea *verb. moniales ſub num. 17.* dicat, ſe timere, tale dubium reſoluere ex eo, quod S. Concilium Tridentinum valdè generaliter loquatur contra cogentes, non ſolum mulierem, & viduam, ſed etiam virginem, &c. in quo argumento etiam ſe fundat *Nau. cõſ. 5. de regularibus*, vbi ponit caſum de minore 12. annorum. Dixi tandem, *ſequuto effectu*, quia tunc incurritur excommunicatio, ideſt ſequuta habitus ſuſceptione, ſecundum noſtram ſententiam, vel ſequuta profeſsione, ſi coactio fuit poſt ingreſſum, & habitum receptũ, & hoc tàm quoad ipſos cogentes, quàm quoad conſulentes, auxilium, vel fauorem dantes, vt per *Bonac. loco ſup.* accedit *Barboſa cit, alleg. 104. n. 7.* Limitat cõcluſionẽ principalẽ, poſt *Henriq. Villalob. loco ſuprac.* in caſibus, in quibus mulier de iure eſt obligata ingredi Religionẽ, nẽpè vt vtar eius verbis, *el primiero quãdo hizo voto en publico, o en ſecreto de Religion, y coſta del; el ſegundo, quãdo deſpues de dos meſes, que eſta caſada, no quere cõſumar el matrimonio, deliberãdo la entrada, en la Religion; el terzero, ſi deſpues de paſſado el quinquennio, dize que ſu profeſsion fue nulla. El quarto, quando hauiendola condennado por algun delito a carcer perpetua, le offrece el Papa, que ſea Monja, y la libran, para eſſo effetto da la carcel; que entonces, la deuen forzar a que ſea Monja, y lo miſmo es de la adultera a quien ſe perdono la pena, en que ſe meteſſe Mõja, y ella lo acceptò; en todo eſtos caſos, no es contra el Concilio Tridentino, forzarla à que ſea monja.* Cõcordat cũ aliquibus ex iſtis cauſis, poſt *Suarez, & Filliucium. Bonacina loco ſup.* ibi *ſi quis cogeret fæminam ad ingrediendum monaſterium in pœnam alicuius peccati, vel ad cautionem pudicitiæ, vel alia iuſta de cauſa à iure permiſſa, &c.* Eſtq. idem cum limitatione, quam addit *Megalius loco ſuprac. de Conuertitis.* Limitatur etiam ex probabili opinione apud *Bonacinam ſup. num. 14.* in Imperatoribus, & Regibus, qui cùm ſpecialiter, hic non ſint comprehenſi, ipſi, (& ſi grauiter peccarent) tamen non incurrerent excõmunicationẽ. Et tandẽ limitatur in cogẽte maſculum ad intrandam Religionem, ita poſt *Suar. Sanch. Filliuc. Bonacina loco ſuprac. num. 15.* Reſtat tandem dubium, an qui precibus importunis, fæminam fecit Religionem ingredi, incurrat dictam excõmunicationẽ, *Megal. loco ſuprac. verſ. caueant*, videtur affirmare, quia, inquit, preces importunæ equiparantur metui, fauet *Bartolomeus de Vecchis in ſua praxi pro Nouitijs diſp. 1. dub. 2. nu. 2.* qui ait, quòd *hæ preces, & perſuaſiones importunæ adiunctæ timori reuerentiali, aliquando incutiunt metũ grauem, quando ſcilicèt factæ ſunt à perſona, cui rogatus debet reuerentiam.* Contrariũ autem docent *Bonacina cit. p. 2. num. 4.* quando cum dictis precibus non ſunt adiunctæ etiã minæ, & *Portellius cit. verb. moniales num. 12. ad finem*, ibi *imò etiam ſi parentes, vel alij importunis precibus ſuaderent puellæ vt ingrederetur, vel non ingrederetur, non incurrerent, quia ſuaſio etiam importuna non eſt coactio.*

Sed quia non ſolum cogẽtes, & conſilium, auxilium, & fauorem præſtantes circa dictam coactionem in dicto decreto S. Con-

Concilij, excommunicantur, ſed etiam illi, qui *quoquomodo eidem actui, vel præſentiam, vel conſenſum, vel authoritatem interpoſuerunt.* Aduertendum eſt, has perſonas tunc incurrere dictam cenſuram, quando noſcent, fæminam, non ſponte ingredi monaſterium, vt ſuprà, aliàs ſi id ignorant, non incurrerēt. Vndè patet, quando iſtam cenſuram incurrat Epiſcopus, vel Vicarius authoritatē huic actui recipiendi habitum, vel emittendi profeſsionem, probet, & conſanguinei, & alii inuitati dictis actibus publicè, & ſollemniter peractis, intereſſentes, incurrant, vel non incurrāt dictam excommunicat. concordat *Megalius loco suprac.* Quando autem ratione metus ſit inualida profeſsio facta à moniali, dixi in *tr. de offic. Cappellani. q.* 4. *prax.* 1. *n.* 75.

Cogentes quouis modo directè, vel indirectè ſubditos ſuos, vel quoſcunq. alios, quominus liberè matrimonium contrahant, excommunicationem incurrunt nemini reſeruatam, ex *Conc. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 9. *de reformatione* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegat.* 50. *in addit. in* 5. *excomm. ex Concil. Trid.* qui non ſolum docet, dictam excommunicationem non extendi ad prohibentes matrimonium, poſt *Henriquez*, Bonacinā, *Baſiliū, & Pontiū,* quam opinionem dicit probabiliorem *Bonacina ſuprac. diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 6. *num.* 3. Sed etiam quòd ad hoc, vt cogens incurrat dictam excommunicationem, ſufficiat, ſi habeat iuriſdictionem in foro externo, vnde putat, nō ſolum Barones, & iudices ſæculares, ſed etiā Epiſcopos, ibi comprendi poſt *Henriq. Sanchez, Guttierez, & Baſilium* Pontium ab eo allegatos. Cuius tamen contrarium de Epiſcopis, & alljs habentibus iuriſdictionem in foro externo, eccleſiaſticam, & ſpiritualem, dicit non eſſe improbabile *Bonac. ſupracit. punct.* 6. *num.* 6. & alij, quos refert, & ſequitur *Diana t.* 4. *tr.* 4. *recoll.* 132. qui non ſolum parentes excludit ab hac excommunicatione, ſed etiam Imperatores, & Reges. Quando matrimonium ob metū contractum, ſit inualidum, infrà ſuo loco, videte pro nunc *Dianam ſup. recoll.* 33.

Collectas imponētes Clericis, vide *p.* 1. *noſtri tr. recoll.* 11. *à n.* 714. & infrà gabellas, & taleas.

Commiſſarii alienationum rerum Eccleſiarū, quos vocant (ſi in euidentem) ſi conſensū vel authoritatem præſtiterint alienandi bona eccleſiaſtica in detrimentum Eccleſiæ, ſi ſunt inferiores Epiſcopis, incurrunt excommunicationem non reſeruatam, ſi verò ſunt Epiſcopi, vel ſuperiores Epiſcopis, incurrūt ſuſpenſionem per annum ab exequutione officij, etiam non reſeruatam. Procurantes verò doloſè, vel ſcienter huiuſmodi alienationem, aut decretum alienationis in detrimentum Eccleſiæ, vt ſuprà, præter obligationem reſtituendi damnum datum (intelli-ge ante ſententiam, quia fuit leſa per eos iuſtitia commutatiua) incurrunt excommunicationem S. P. reſeruatam, ita *Paulus II. in ſua conſt.* 2. quæ incipit *cum in omnibus iudicijs*, eſt differeutia inter iſtam ſecundam excommunicationem, & primam, non ſolū in reſeruatione, ſed etiam quia illa afficit tantumodo eccleſiaſticos, non Epiſcopos deputatos à Sede Apoſtolica, iſta verò afficit omnes ſiuè ſint Clerici, ſiuè Epiſcopi, ſiuè etiam laici, vt per *Bonacinam opuſc. de alienat. bonorum eccleſiaſticorum diſp.* 2. *quæſt. vnic. p.* 6. *&* 7. contra *Filliuc.* qui vult, iſtam tantum afficere laicos, vbi idem *Bonacina* probabiliter exiſtimat tàm primo caſu, quā ſecundo, ſemper requiri effectum alienationis, ſequutū. Nota, authores non eod. modo loqui de iſtis cenſuris cōtrà Cōmiſſarios, vel Procurātes ſicut de cenſuris, latis cōtra alienantes ſine debita ſollēnitate bona eccleſiaſtica, & locantes vltra tres annos; De quibus vt dixi ſup. *Alienatio*, dubitant de earum vi, quia non ſolum diſtingunt pænas ibi contētas in extrinſecas, & intrinſecas, ſcilicèt cenſuras, & priuationem beneficiorum, ac nullitatem contractus. Sed etiam ſubdunt, quò ad earum obligationem, attendendam eſſe locorum conſuetudinem, quia vt poſt alios inquit *Bonac. loco ſuprac. p.* 5. *n.* 5. quòad cenſuras, paucis in locis recepta ē, (ꝙ dixit antea *Nau.* apud *Quarant. v. alien. limitat.* 21.) vbi quòd Mediolani illa ſit recepta quòad cenſuras, & nullitatem contractus, non autem quòad priuationem beneficii, ante ſententiam iudicis, quòd regulariter obſeruari debet, & ſi in dicta extrauag. dicatur abſq. declaratione) *Quaranta verb. alienatio nu.* 49. Sed nota, hoc caſu *Nauarr.* magis generaliter *cap.* 27. *n* 60 aſſerere, quia ait, nullibi eſſe receptam quòad priuationem beneficiorū, *Barboſa* etiā *in addit. ad allegat.* 50. *de officio, & poteſtate Epiſcopi in* 2. *excōmun. ex extrauag.* generaliter loquitur, aſſerēdo *extrauag. ambitioſè, receptam eſſe quòad nullitatem contractus, non verò quòad excommunicationem, & alias pœnas*, vide *Azorium p.* 2. *lib.* 9. *cap.* 2. *q.* 1. vbi poſt *Caiet.* quod quis debet conſulere Curiam Epiſcopalem pro dicta praxi, nā in dubio præſumitur recepta, & latè *per Riccium p.* 1. *praxis deciſ.* 95. *in edit. parua,* vbi refert deciſ. Rotæ contra aliam *deciſ. Mobedani*, vbi dixerat *Rota*, probandum eſſe vsū dictæ extrauagantis. Sed hoc vltimum intelligo pro foro fori, hoc enim caſu præſumitur in dubio vſu recepta, & de tali vſu, conſulendus Epiſcopus, & Curia Epiſcop, ac etiā militat praxis, in qua ſe fundat *Quaranta dicto verbo alienatio lim.* 21. *ad finem*, quę habet ꝙ *quotidie Curia prò eius obſeruantia pronūciet, & expediat S. Pontifex Breuia, ſi in euidentem, & ex ea manent abſolutiones à cenſuris*

*ſuris diſpenſationes, & habilitationes in vtroque foro quòad contrauenientes, &c.* quia vt egregiè *Bonacina loco suprac. num. 5. verſ. neq. obſtat, caſus, & praxis S. Pænitentiariæ*, id fit ad pacandas conſcientias, nam cũ expreſsè nõ cõſtet eſſe receptam quòad pænas extrinſecas, ſcilicèt cenſuras, priuationẽ beneficij, & conſtet ex altera parte paucis in locis, vel nullibi eſſe receptam, vt ex authoribus ſupracitatis, dixi, quòad forum conſcientiæ, non erit excommunicatus, vel priuatus. Quod autem ſemper præſumatur pro dicto decreto Commiſſarij, ſcilicèt alienationem eſſe in euidentem, &c. ideoq. contrarium eſſe probandum ab allegante, præter allegata *à Riccio p. 1. praxis deciſ.* 8. Rota *apud Seraph. deciſ.* 1125. *& ſæpè alias.*

Communicans ſcienter in crimine criminoſo cum eo, qui nominatim à Papa eſt excommunicatus, conſilium, auxilium, vel fauorem ei præſtando, incurrit excommunicationem reſeruatam, vel non reſeruatam prout infrà *verſ ſequenti, cap. nuper de ſent. excomm.* intellige hodiè, quando poſtquam fuerit nominatim excommunicatus, fuerit etiam denunciatus, vt explicaui *ſup. recoll. præced. num.* 283. *& ſeq.* vbi ex *Auila* extendo etiam ad notorium Clerici percuſſorem, quia etiam ipſe debet eſſe denunciatus, quẽ ſequitur *Bonacina*, & ſi eum non alleget *t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 21. num. 3. verſ. ſecundo caſu*, quid quid *Sanchez lib. 2. ſumma cap.* 10. *num.* 50, velit, requiri eſſe denunciatum, aut notorium Clerici percuſſorem.

Communicans vt ſuprà in crimine criminoſo cũ eo, qui fuit nominatim excommunicatus ab Epiſcopo, incurrit excommunicationem reſeruatam Epiſcopo, intellige ſi excommunicatio principalis erat ipſi reſeruata *d. c. nuper*, ex cuius verbis, benè ſubdit *Bonac. loco ſuprac. verſ. præced.* hæc verba, *qui participat in crimine criminoſo cum nominatim excõmunicato à Papa, abſoluendus eſt à Papa, ſi abſolutio erit illi reſeruata, ſi verò non erit illi reſeruata, abſoluendus eſt ab Epiſcopo, vel eius delegato, vel etiam à quolibet Confeſſario, ſi ius canonicum ſpectemus. Idẽ cum proportione dicendum eſt de participatione cum excommunicato ab Epiſcopo, ita Nau. Suarez, Filliucc. & alii communiter.*

Compellentes Prælatos eccleſiaſticos, aut perſonas eccleſiaſticas, vt eccleſias ſuas, aut eorũ bona immobilia, vel iura, laicis ſubijciant effectu ſubiectionis ſequuto, incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam *c. Hoc conſultiſſimo de rebus Eccleſiæ non alienandis in 6. Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 2. p. 2.* Qui ſubdit, ad hãc excommunicationẽ incurrendam, non ſufficere ſummiſſionem ad breue tempus. Quando etiam tales hoc caſu, incurrere in excommunicationem reſeruatam in Bulla cænæ, contra vſurpantes bona Eccleſiæ, poſſint, *infrà vſurpantes.*

Conceptam B. Virginem ſine peccato originali affirmantem, vel negantem, qui dixerit hæreticum, vel peccatum committere, vel libros id docentes, apud ſe tenentes; incurrunt excomm. reſeruatã S. P. ita *Sixtus IV.* relatus *in extrau. graue nimis de reliquijs, & veneratione Sanctorum*, quam excommunicationem innouauit, ampliando Pius V. etiã ad eos, qui in popularibus concionibus de hoc articulo tractarent, vel vulgari ſermone ſcriberent, aut dictarent, & ſi tantumodo in Academijs, vel capitulis, vbi nulla ſubeſſet occaſio ſcandali, ibi permiſerit, poſſe diſputari. Deinde *Paulus V. in ſua conſt.* 97. relata *in Appendice Bullarii fol.* 68. & ab alijs infracitãdis, non ſolum extendit dictas pænas ad omnes perſonas, tàm ſæculares, quàm regulares, etiam ſpeciali nota dignas, ſed etiam addidit, poſſe contra trangreſſores dictarum conſtitutionum, procedi per Epiſcopum, vel Inquiſitores, & tandem in Decreto iuſſu eiuſdem Pontificis, edito à S. Congreg. S. Officij die 12. Septembris 1617. quod refert *Naldus v. Mariæ Conceptio*, ſub eadem excommunicatione reſeruata, & aliis pænis, prohibet, vt in poſterum, donec articulus huiuſmodi à Sede Apoſtolica fuerit diffinitus, vel per Sanctitatem ſuam, aut Sedem Apoſtolicam fuerit aliter ordinatũ, non audeat quis in publicis, concionibus, lectionibus, concluſionibus, & aliis quibuſcunq. actibus publicis, aſſerere, quòd B. Virgo fuerit concepta cum peccato originali, nec in publicis concionibus de hac opinione, quomodolibet, etiam impugnando, agere, vel tractare. Acceſsit quoque nouiſſimè cõſtitutio Gregorij XV. prohibens ſub eiſdẽ pænis, etiam in actibus priuatis de ipſa Conceptione diſceptare, ſcribere, aut loqui, & vt omnes officium Conceptionis celebrent, nõ Santificationis, refert *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi alleg.* 105. *n.* 59. *Naldus hoc verbo*, & alii. tractat de hac cenſura, *Bonac. tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 34.* vbi *num. 9. verſ. ſecunda eſt.* quòd idem Greg. XV. conceſſit Fratribus Prædicatoribus, vt in priuatis colloquiis, ac conferentiis, inter ſe duntaxat, & non inter alios, poſſint de opinione affirmatiua differere, & tractare abſque cenſura. *Et nu. 2. verſ. illum*, ait, quòd etiam excuſari poſſunt Scotiſtę, & alij Regulares, qui in ſuis ſcholis, ſententiam affirmatiuam tuentur, & argumenta Thomiſtarum negatiua, proponunt, vt ea diluant, & ſoluant. Quòd Epiſcopi incurrant pænas prædictas, patet, ex clauſulis contentis tàm in Bulla Pauli Quinti, quàm Gregorii XV. in qua item Bulla Gregorii, etiam mandatur, quòd Ordi



Digitized by Google

narij locorum, quàm Inquiſitores, contrauenientes ſeuerè puniant.

Concilii Tridentini Commentaria, Gloſas, Scolia ſuper eius interpretationem, qui præſumunt edere, ſine Apoſtolicæ Sedis authoritate, incurrunt excommunicationem, nulli reſeruatam. *Pius IV. conſtit. 73. t. 2. Bull. noui, fol.* 104. Adeſt etiam *Bulla Pij V. 96.* latè *Sayrus lib. 3. cap. 35. num. 21. Filliuccius tr. 15. n. 91. Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi alleg. 50. num.* 133. & ſi hanc inter excommunicationes reſeruatas, S. P. enumeret, qui tamen rectè poſt *Reginaldū* notat, quòd non incurrat hanc excomm. qui in ſcholis docēdo, aliqua decreta, ipſius interpretaretur, quia non dicitur *edere*. quòd ad illā incurrendā requiritur, verbum enim iſtud *edere*, propriè ſignificat in lucem mandare, & licèt *Bonac.* intelligat de impreſsione, idem tamen dicerem ego, ſi talis interpretatio non imprimeretur, ſed manuſcripta, diuulgaretur, nam etiam hoc ſignificat ly *edere*, & patet ex eo, quod ſubdit idem *Bonacina num. ſeq.* vbi cōcludit, non incidere in has pœnas eos, qui aliquas obſeruationes, aut conſilia faciunt circa ea, quæ in dicto Concilio cōtinentur, illaque apud ſe retinent, & data opportunitate vtuntur, quia vt ipſe ſubdit, tales non dicuntur *edere*, igitur quando illas faciunt, & apud ſe non retinent, &c. ſed diuulgant dicuntur *edere*. Gloſæ autem, notationes, & interpretationes; quæ hic prohibentur, ſunt illæ, in quibus verba Concilij, & ſenſum illius, quis certò affirmaret, ita ſentiendum, ſecus verò erit, ſi circà ea, ſuā dixerit opinionem, vt poſt *Suarez, Sayrum, & alios, habet* R*aſtellius de cenſuris q. 9. excommun. 13.* eſtq. idem cum eo, quod dixit *Filliuccius loco ſuprac. ad finem*, ad euitandas iſtas pœnas, ſufficere, ſi talis gloſator, annotator, vel interpres, poſt relatam ſuam opinionem; proteſtetur, illam ſe ſubiicere cenſuræ S. Pontificis, quia vt dixi *in tr. de offic. Cappellani q. 8. n.* 111. quando in aliqua conſtitutione prohibetur interpretatio, cenſeri debet prohibitio de interpretatione iudiciali, non autem de doctrinali, ſeù doctorali, vt optimè declarat, inter alios à me ibi citatos, *Miranda p. 2. ſui manualis Prælatorum Regularium q. 26. art. 2. concluſ.* 1. vbi habet inter alia, propoſito noſtro fauentia, hæc verba, *& propterea id ſemper obſeruatum fuit, & poſitum in communi praxi, non obſtante Bulla Pij IV. poſita in fine eiuſdem Concilij, quæ incipit Benedictus, quæ hoc ipſum videbatur prohiberi, ac interdici: nam ſemper apud omnes, compertum fuit, id eſſe intelligendum de commentarijs, & gloſis extortis, & ſupradicto Concilio vim, ac uiolentiam inferentibus, illiusq. mentem in alium ſenſum detorquentibus, non autem de gloſis, & commentariis Genuinis, & Litterariis eiuſdem ſententiam ad litteram, & (ut dicitur) de verbo ad verbum, exponentibus, & declarantibus*, quòd habere locum, maximè arbitror, quando nō ex profeſſo tractatum, vel aliam ſcripturam, quis edit ſuper Concilii Trid. decretis, ſed per accidens in opere, de alia materia Theolologica, vel caſuum conſcientiæ, aliquem locum, vel aliqua loca dicti Concilii interpretatur, nam prior modus interpretandi eſt ibi expreſsè prohibitus, vt per Bonacinam *ſup. num. 2. verſ. ex quo ſequitur*; vbi benè limitat, quando tantum ederentur remſsiones ad Concilium præfatum. Quòd ſubdit *Filliuccius loco ſuprac.* ſimilem excommunicationem reperiri latam contra comentantes *Clem. exiuis de paradiſo*, non eſt ita certum, primò, quia conſtitutio Nicolai III. loquiiur de alia *Clement. Exijt, qui ſeminat*, ſecundo quia etiam quòad iſtā fuit ſublata dicta excōmunicatio per Ioannem XXII. vt eſt videre apud *D. Antoninum 3 p. tit. 24. cap. 69.* quod poſtea reperi notatū à *Carolo Antonio Theſauro de pœnis eccleſiaſt p. 2. verb. interpretari cap.* 1.

Concionatores, prophetias falſas, ſ ex ſcriptura nō deſumptas, vel miracula falſa, & incerta, vel Sacrā Scripturam nō ſecundum ſenſum SS. Patruum, item tempus præfixū alicuius mali, vel aduentum Antichriſti, vel iudicii, prædicare audentes, aut Prelatis, vel Eccleſiæ in concionibus detrahentes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam. *Leo X in Concil. Lateranenſi ſeſſ.* 11. *cap. ad perpetuam rei memoriam*, referunt *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.* 50. *nu.* 119. *Filliuccius tr.* 35. *nu.* 176. vbi dubitat, an dicta excommunicatio hodie vim ſuam habeat, quia etiam eſt dubium, an dictum Concilium fuerit receptum, quod antea poſt *Nau. & Caiet. dixit Suarez t. 5. diſp. 22. ſect. 6. num.* 8. & proſequitur *Bonacina t. 3. diſp. 2. q. 5. p. 2.* qui benè ſubdit, quòd dato, dicta excōmunicatio non ligaret, tamen concionantes qui contrauenirent præfatæ diſpoſitioni dicti Concilii, peccarent grauiter, cùm illa, quæ ibi decernuntur, teneatur ex natura ſua, quilibet concionator obſeruare.

Concionatores tempore Anni *S*ancti (quando reuocatæ ſunt indulgentiæ à *S.* Pontifice) publicantes indulgentias plenarias, incurrunt excōm. *S.* P. reſeruatam *Clem. VII. conſt.* 10. in hac tn̄ materia obſeruanda eſt peculiaris Bulla ſuſpenſionis indulgentiarū cuiuslibet Anni *S*ancti, in ſimili enim Bulla anni 1625. *S*antiſſ. D. N. Vrbani VIII. de qua egi latè in meo *tract. de iubileo p. 1. ad finē.* dicta excommnnicatio non eſt reſeruata, vt patet ibi *quo circa per præſentes authoritate Apoſtolica præcipimus & mandamus, ne interim aliæ quàm indicti à nobis prædicti iubilei indulgentia, ſiuè publicè, ſiuè priuatim, quouis prætextu*

*vbiuis*

Digitized by Google

*vbiuis locorum, & gentium, ſub excommunicationis, eo ipſo incurrenda, aliiſque arbitrio Ordinariorum infligendis pœnis; publicentur, nuncietur, aut in vſum demandentur*, ita etiam legitur in ſimilibus bullis editis à Greg. XIII. & Sixti IV. apud *S. Fauſto de iubileo ad finem libri tertii*.

Concionatores auocantes auditores à ſolutione decimarum, Eccleſijs debitarum, infra *Religioſi*.

Concionatores impugnantes montes Pietatis, infrà *Montes Pietatis*.

Conclauiſtis ſcribentes, aut ad eos nuncium, notam, aut ſignum mittentes, & ipſi Conclauiſtæ illa recipientes, aut è contrà ad eos, qui de foris ſunt litteras, ſigna, & cætera ſupradicta extrà mittentes, incurrunt excommunicationem *S. Pontifici* reſeruatam *Pius IV. ſua conſt.* 63. §. 20. *t.* 2. *Bullarii fol.* 93. vbi quòd qui contrà fecerint, etiam ſi Cardinales ſint, dictæ excommunicationi ſubiaceant *Bonac. to.* 3. *diſp.* 2. *quaſt.* 2. *p.* 34. *num.* 7. *verſ. non tamen incurrunt*, vbi de alia excommunicatione non reſeruata, lata in *cap. vbi periculū §. nulli de elect. in* 6. contra eos, qui Cardinalibus in conclaui exiſtentibus litteras, vel nuncium mittunt, vel ſecretò loquuntur, quæ excõmunicatio non ſolū differt ab illa Pij IV. in reſeruatione, & quòd in iſta cõprehendūtur Cardinales in Cõclaui exiſtentes, nõ autē in illa, ſed etiā quia in illa nõ ſolū prohibitum eſt mittere litteras, ſcripta, & ſigna, verum etiam illa recipere, in iſta verò non imponitur excommunicatio recipientibus, item in iſta prohibitum eſt ſecretè loqui, in illa verò prohibitum eſt quidem, ſed non ſub cenſura, vt per *Bonacinam loco ſuprat. num.* 8. *verſ. obſeruandum, & num. ſeq.* Adde, ꝙ ad incurrendam iſtam, non requiritur, quòd ſcriptura, & nuncius ſecretò mittatur, ſed tantū loquutio fiat ſecretò, ad incurrendam autē illā, ſufficit quouis modo mittat quis nūciū aut litteras, aut cuiuſuis generis ſcripta, ſiuè ſecretò, ſiuè publicè, vt per *Bon. ſup. num.* 4. *ad finem*, intellige hodiè, quando dicta loquutio fiat abſque conſenſu maioris partis Cardinalium exiſtentium in Conclaui, vt in dicta Bulla Pij IV. & ſi olim requirebatur cõſenſus omniū, nemine diſcrepante. Deferentes litteras, & ſcripta non incurrunt aliquā ex dictis excommunicationibus, licèt alias pœnas incurrant, vt infrà, *ſuſpenſio*. intellige niſi tūc etiam ſecretè loquantur cum dictis Cardinalibus, quia hoc caſu incurrerēt excõmunicationem non reſeruatam in *cap. vbi periculum*, vt per eundem *Bonac. ſup. num.* 12 dixi *cum Cardinalibus*, quia ſecretò loquentes cum famulis Cardinalium, non incurrunt excommunicationem, niſi imponendo illis, vel intendendo, vt illud referant Cardinalibus, quia tunc idē eſſet, ac ſi mitterēt nuncium, vel ſcripturam, qui ſunt caſus expreſſi in dictis *Bullis*, ita idem *Bonac. ſup. n.* 8. qui ſubdit, ſecus dicendū eſſe, ſiquis loquatur ſecretò cū famulo Cardinalis abſq; dicta impoſitione, vel intentione, & ſi fortè famuſus, auditum ab eo, referat Cardinali. Ex quibus differētiis ſatis lector poterit percipere, quando in hac materia pœnitēs incurrat excommunicationē reſeruatam, vel non reſeruatā. Quòd licèt neceſsè ſit, vt ſcriptura, & nuncius perueniat ad Cardinalem in caſu primæ excõm, nõ tñ eſt neceſsè quòd ſcriptura cõtineat rē pertinentē ad Pont. electionē, vel ꝙ ſcriptura ſit lõga, vel breuis. *Bon. n.* 10.

Confeſſarij, qui non obligant pœnitentes ad decimas ſoluendas iuxtà eorum obligationes, incurrunt excommunicationem *S.* Põtifici reſeruatam, *Clementina Cupientes de pœnis*. vide infrà *decimas, & Religioſi*.

Confeſſarij prætextu priuilegiorum, quouis modo conceſſorum à *Sixto* IV. *S.* Pontifice, commutantes votum aliquod ex quinque reſeruatis, ſcilicèt peregrinationis traſmarinæ, liminū *SS.* Apoſtolorum Petri, & Pauli, & *S.* Iacobi in Compoſtella, ac Religionis, & caſtitatis, incurrunt excommunicationē S. Pontifici reſeruatam, idem *Sixtus IV. in extrauagante ſi Dominici la* 2. *de pœnit. & remiſſ. Barboſa cit. alleg.* 50 *n.* 144. Vndè quia facultates nullæ Sixti IV. extant, hodie parū cõfert dicta excom. ita poſt *Nau. Sayr. & Suar. Sanchez lib.* 4. *ſumma moralis c.* 40. *n.* 23. qui benè ſubdit poſt *Sayrum*, quòd & ſi aliquis hodiè virtute priuilegij *Sixti* IV. illa commutaret, incurreret dictam excommunicationem, ſecus tamen erit, ſi in illis diſpenſaret, virtute etiam alicuius priuilegii, eiuſdem Summi Pontificis, conceſſi ad diſpenſandum, ita ego intelligo hanc doctrinam. Adde quòd tunc commutando dicta vota, vt ſuprà, quis incurreret dictam excommunicationem, quando verè dicta vota ſunt reſeruata, ſecus quando non ſunt reſeruata, vt accidit pluribus modis, de quibus egi in *tract. de iubileo, p.* 2. *n.* 8. *& ſeq.* tunc .n. & ſi peccaret talis, commutando dicta vota, prætextu priuilegiorū, quæ ſunt abrogata, tñ nõ ſolū eſſet valida dicta commutatio, ſed etiā neq. incurreret in dictā excõmunicationem Dixi, *eſſet valida*, quia ſi verè eſſet reſeruatum dictum votum, commutatio eſſet inualida, cùm per dictam extrauagantem, ſit derogatū dictis priuileg. Vide ſup. *Abſoluere*.

Confeſſionem fieri poſſe per nuncium, vel litteras Confeſſario abſenti, defendens, incurrit excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, adeò vt neque poſsit abſolui à S. Pœnit. Clemens VIII. ſub die 20. Iulii 1602. apud *Quarantam v. confeſſio, & apud me ſup. p.* 1. *huius tract. recoll.* 6. *n.* 114. ſicut de eius materia *tractio ibid. recoll.* 3. *à nu.* 102. vbi in



Digitized by Google

ſpecie de inualiditate abſolutionis cōtrà dicti decreti definitionē, collatæ, quibus illic allegatis, addo *Fagund. lib.2. in ſecundū præceptum Decalogi cap.10. num.4. & ſeq. Dianā p.3. tr.3. recoll.7. & p.5. tr.14. reſolut.* 60. vbi quòd hoc ſit verum, etiam ſi confeſsio fiat per nuncium, vel epiſtolam, & abſolutio detur in præſentia, ſicut dixi *loco ſuprac.* in caſu cōtrario, qn̄ fit confeſsio in præſentia, & ſi abſolutio detur in abſentia, de vtroq. caſu *Bonac. t.3. diſp.2. q.3. p.33.* nota ꝙ cū dicta opinio eo decreto nō ſit dānata vt hæretica, illā defendens vt ſuprà, licèt ſit ſuſpectus de hæreſi, non tñ incurrit pænas latas contrà hæreticos, *Comitolus lib.1. ſuorum reſponſ. moral. q.* 16. adſunt integri tract. de hac materia. *Coquetij, & Auila, quorum titulus eſt. Diſſertationes de confeſsione per litteras.*

Confidentiam beneficiorum committens, ſeù Eccleſias, vel beneficia eccleſiaſtica palam, aut occultè retinens, aut recipiens in confidentia, vide ſuprà *Beneficium in confidentia,*

Coniurationem contrà Cardinalem ſcientes, ſi non reuelent Papæ, ſi in curia fuerint, aut Ordinàrio loci, aut viciniori Ordinario; incurrunt excommunicationem S.P. reſeruatam, ex *Pio V. conſt.93. incip. infelicis ſæculi, Filliuccius tr.15. num.* 123. vbi quòd hodiè iſta excommunicatio ſit in Bulla cænæ, dum de ea fuſius agere promiſit, cum de illis excommunicationibus, *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat* 50. *in addit. verſ. ſeptuageſimanona, Bon. t.3. diſp.1. q.12. p.3. n.15.*

Coniurantes in perſonam, & ſtatum Papæ, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, ex *extrauag. & ſi Dominici de pænit. & remiſsionibus. Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.* 50. *num.* 106. Sed fallitur quidem, quia in dicta extrauagante, non reperitur lata excommunicatio, ſed benè S. Pontifex ibi declarat, hunc caſum eſſe vnum ex illis, à quo Confeſſarius virtute cuiuſuis generalis conceſsionis abſoluendi ſemel in vita, &c. non poſsit abſoluere, & ſi adeſt ibi lata excommunicatio, eſt tantum contrà Confeſſarios, à dictis caſibus, vt ſuprà abſoluentibus. An autem tales incurrant in canonem Bullæ cænæ 17. & 20. vide expoſitores eiuſdem Bullæ.

Conſanguineos Clerici carcerantes, ſuprà *conſanguineos.*

Conſeruatores adeuntes partes prò aliis, quàm prò manifeſtis iniuriis, vel de his, quæ iudicialē indaginē nō requirūt, incurrūt excōm. nulli reſeruatā, in *c. finali incip. hac cōſtitutione de officio delegati in 6.* vbi quòd ab ea non poſsint abſolui, niſi ei, quē ſic fatigauerūt indebitè, ſatisfaciāt integraliter de expenſis, intellige ſequuto effectu, nēpè, quòd conſeruator iam ſe intromiſerit in prædictis, vt per *Bonacinam* poſt alios *tom.3. diſp.2. q.2. p.35. n.3.* vbi quòd per conſtitutionem Greg. XV. de cōſeruatoribus *incipientē Sanctiſsimus in Chriſto Pater, de anno* 1621. (quā ſummauit *Nouarius in ſuis ſingularibus concluſ.* 72. & proſequitur *Vulpe cap.12. ſua praxis, Lezzana p.1. ſua ſumma qq. regular. cap* 3. *num.* 11. & latius de ea *Nouarius in ſumma Bullarij titulo de conſeruatoribus*) ſit confirmata dicta excommunicatio. Adde, quòd cùm occaſione illorum verborum dictæ conſtitution. Greg. ibi, *vt coram conſeruatoribus Regulares conueniri quidē, aut trahi debeant, ſed alios conuenire, aut trahere non poſſint; ita vt memorati conſeruatores, in cauſis, in quibus Regulares, & alij, actores fuerint, nullam prorſus iuriſdictionem habeant, ſed in ijs tantum in quibus rei extiterint.* Dubitatum fuerit, an per illa, ſublata fuerit facultas, quam habebant cōſeruatores, defendendi Regulares, & alios à manifeſtis iniuriis, & violētiis, quæ illis de facto inferuntur, dum à ſuis poſſeſsionibus deiciuntur, ac propriis bonis, vel priuilegiis vti, ac frui, impediuntur, Sacra Congregatio Concilii Trid. interpretum reſpondit; *eiuſmodi verbis, minimè ſublatam fuiſſe facultatem, quam habent conſeruatores, defendendi Regulares à manifeſtis iniuriis, ac violentiis, dummodo obſeruent formā præſcriptam in conſtitutionibus Innocentij IV. & Bonifacii VIII. in cap.1. & fin. de officio delegati in 6.* referunt, hāc declarationē *Nouar. in ſumma Bullarii ſup. n.6. Lezzana loco ſuprac. & Barboſa de poteſt. alleg.* 106. *Epiſc. ad finē.* forma autē dictarū cōſtitutionū eſt, vt cōſeruator ſit in dignitate cōſtitutus, electus in capitulis, &c. & ꝙ nō trahat reū extrà Diœceſim vltrà dietam, intellige ſi tales Religioſi non habeant ſuper hoc ſpeciale priuilegium, quo priuilégio fruuntur ferè omnes Religioſi ratione communicationis, vt per *Ioannem Cruz de ſtatu Religionis, & priuilegijs ipſius lib.2. cap.10. dub.3. concluſ.2.* vbi *concluſ. ſeq.* quòd conſeruator Religioſorum, quando non valet tutò accedere ad loca, vbi morantur, vt ſupra citandi, monendi, vel inhibendi, poſſint iſta efficere per edicta publica, affigenda in locis publicis, & nota, quòd hoc caſu, quamuis in *dicto cap. finali* pro trahentibus vltra vnam Dietam, nulla ſit cenſura, vel pæna latæ ſententiæ impoſita, hodie tamen ex conſtitutione Gregorij, non ſolum pars inſtans, ſed etiam conſeruator contrauèniens in iſta parte, in pænas præfatas, reſpectiuè incurrit .ſ. pars inſtans excōmunicationem, & ipſe conſeruator ſuſpenſionem, vt patet ex dicta cōſtitutione, & aduertit *Carolus Anton. Theſaurus de pænis eccleſiaſticis p.2. v. conſeruatores, verſic. nota ad finē,* qui *verſic. conſeruatores,* ſubdit, ꝙ dicta ſuſpenſio reſpectu conſeruatorum, vi conſtitutionis Greg. ſit, non niſi ab officio conſeruatoris, & per conſequens in hoc per dictam conſtitutionem

nem, fuiſſe reformatum *cit. cap. fin.* Item *ad finem*, quòd ſi conſeruatores excedant limites ſuæ iuriſdictionis in præiudicium iuriſdictionis Diæceſani, ſeù Ordinarij loci, incurrant excommunicationem latam in Bulla cænæ contrà vſurpantes iuriſdictionem eccleſiaſticam Ordinariorum, & quòd hoc caſu poterint ipſi Ordinarij offenſi, declarare ipſos conſeruatores excommunicatos, ſed de prima parte ſui dicti, videndus eſt *Bonac. t.3.q.17.p.2.& 18.p.3.& 2.* qui refert aliquos docẽtes, ꝙ dicta clauſula, dũtaxat conſulere videatur immunitati eccleſiaſticæ cõtra fungentes laica poteſtate, & circa ſecundã partẽ excipe regulariter Epiſcopos, ſi fuerint cõſeruatores vt dixi *ſup. recoll. 2.* fauet *Barboſ. loco infracitando, n.37.* & ſi loquatur in caſu cõtrario, quando .ſ. cõſeruator procedit cõtrà Epiſcopos, ſed practici hoc caſu ſemper inhibẽt parti, & non ſe immiſcent cum Epiſcopis. Quatenus autem dicitur, quòd conſeruator poteſt cognoſcere de manifeſtis iniurijs, intelligi debet, non ſolum de illatis, ſed etiam de inferendis *Barboſ. poſt alios de offic. & poteſt. Epiſcop. allegat.* 106. *num.* 34. vbi ampliat, vt conſeruatores præfati prò iniuriis, & violentiis probabiliter inferendis, poſsint occurrere etiã per generalẽ excommunicationem in eos, qui illas præſumpſerint attẽtare, vel facere. Quòd cùm debitum ſoluere non dicatur iniuriam, & violentiã inferre, ideóq. Regulares nõ poſſe coram conſeruatoribus conuenire ſuos debitores, probat idem *Barboſa loco ſuprac. num.* 40. de qua re *Diana p.3. tr.1. reſol.* 20. qui ſuo more refert authores prò, & contrà, quos etiam habetis apud eundem Barboſam, qui inter alios refert *Valaſcum* teſtantem, ſic ſe vidiſſe practicari in conſeruatoria Fratrum Prædicatorum, quæ habet ampliſsima verba. Ex quo verò in cõſtitutione Greg. XV. decernitur, quòd conſeruatores deinceps eligendi à Regularibus, ſint ex nominatis pro iudicibus Synodalibus in Prouinciali, vel Diæceſana Synodo, dubitatum fuit, an hoc intelligi etiam debeat de Epiſcopis, nam dicta conſtitutio, quæ de verbo ad verbum refertur per Barboſam *ad finem dicta alleg.* 106. quando hoc ſancitur, loquitur de *vel dignitate eccleſiaſtica praditis, vel perſonatum obtinentibus, vel Eccleſiarum Cathredalium Canonicis*, quia non ſolum Epiſcopus, eſt dignitas, ſed dignitatum culmen, & apex, *cap. innotuit de electione cap. penult. de prabendis, cum alijs allegatis per Alzedum in ſua praxi Epiſcopali p.1. cap.11.n.1.* & ſaltèm cum hic ſimus in materia reſtringibili, & odioſa, non venit Epiſcopus appellatione dignitatis, vndè ſi quis diſpẽſetur ad quaſcunque dignitates, non cẽſetur diſpenſatus etiam ad dignitatem Epiſcopalem, vt ibid ſubdit *Alzedo*, & clarius *Barboſa ſup. allegat.1.num.16.& 17.* quòd maximè ſuaderi poteſt in caſu noſtro, ex dictione illa *vel*, quæ eſt alternatiua, & alternatiua, licèt de ſui natura ſolet poni inter diuerſa, tamen arguit ſimilitudinem, & conformitatem inter illa, *Cephalus conſ.126.n.5. lib.1. Rota apud Seraphinũ dec.393.n.8.* Ergo cũ poſtea S.P. loquatur de perſonatũ habẽtibus, & Canonicatũ, neceſsè eſt, quòd prò ly *dignitate eccleſiaſtica praditis*, intelligat de habentibus dignitatem in cathredalibus, vel collegiatis, & intrat regula, quòd hoc caſu ex ſequentibus, declaretur, qualis fuit animus S. Pontificis in præcedenti §. *pauonum inſt. de rerum diuiſione in fine, Decius in l. petens n.11.ff. de pactis*, vnde poteſt eligi Epiſcopus cõuicinus, vel Titularis pro cõſeruatore, & ſi nõ ſit electus pro iudice in Synodo Diæceſ. vbi adeſt monaſteriũ, pro vt iure antiquo inſpecto, poterat eligi, quod ius non fuit in hac parte abrogatũ per dictã conſtitutionẽ Gregorii, & ita audiui obſeruatũ. Aduerte tñ, ꝙ qando non fuerunt nominati in Syondo non poſſunt facere per ſe ipſos acta in ea Diæceſi, abſq. licentia Diæceſani, ſed debent in ea facere cũ licentia, vel mittere citationes, &c. Dixi in principio, *adeuntes*, quia ipſi cõſeruatores de alijs, quàm de manifeſtis iniuriis, & violentiis ſcienter ſe intromictentes, vel ad alia, quæ iudicialem indaginem exigunt, ſuam extendentes poteſtatem, eo ipſo incurrunt in ſuſpenſionẽ ab officio cõſeruatoris vt dixi ſup. ꝑ annũ, in *cit. c. fin. quidquid gloſa v. officio*, ſubdit, *& beneficio, quòd eſt eius ſequela.* Dixi, *partes*, quia tex. loqitur generaliter de cõſeruatoribus, & ſi hodiè illi ſint magis in vſu pro regularibus, qui cũ ſint exẽpti ab Ordinariis, vt dixi *ſup. recoll praced. à n.466.* SS. Pontifices illis conceſſerunt, vt poſsint ſibi deputare conſeruatores, qui vti iudices, Apoſtolicæ Sedis delegati, eorum cauſas agitare, & authoritate Apoſtolica terminare deberent, ſecundum eorum priuilegia, vt per ſupradictos authores, & præcipuè *Vulpe ſup. num.1. & 2.* quæ autem ſint manifeſtæ iniuriæ, declarat *gloſa 1. in cap.1. eod. tit. de officio delegati in 6.* nempè *notoria, & ita patentia, quòd nulla probabili tergiuerſatione celari poſſunt*, vndè ſubdit, quòd probationes debeat recipere conſeruator, ſuper notoria offenſa, proſequitur *Nouarius in ſumma Bullarii loco cit. num. 6.* latius *Barboſa loco ſupracitato à num.28.* quia tamen pars intelligitur iuxta ſupradicta pro Religioſis, nota quòd & ſi communitas, & collegium, vt ſic non excommunicetur, tamen hoc caſu ſinguli de monaſterio afficiantur excommunicatione iſta, ſi omnes contrauenirent, & hæc ſufficiunt pro nunc, nàm latius de hac materia aliàs, ſi Deo placuerit.

Con-

Digitized by Google

Conuenticula occulta circa res fidei, nõ reuelantes ; excommunicationem incurrunt, *cap. excommunicamus il 1. §. adijcimus extrà de hereticis*, notat *Scortia in ſelectas SS. Pont. cõſtitutiones, epitome 6. Theorem* 12. iſta excõmunicatio de per ſe non eſt reſeruata, poteſt tamen eſſe reſeruata in primo canone Bullæ cænæ, quando iſta non reuelatio, ſimul eſſet credere, aut fauere hereticis, vel defendere hereticos, vt per *Azor. p.* 1. *lib.* 8. *c.* 15. *quæſit.* 1. *& vltimo.*

Cooperantes ad actionem aliquam prohibitã, vi excommunicationis, an incurrant excommunicatiouem, patet ex dictis *ſup. recoll.* 1. *à num.* 126. vide infrà *ſepelientes*,

D

DAntes, promittẽtes, vel paciſcentes in Curia Rom. pro gratia, vel iuſtitia obtinẽda, incurrunt excommunicationem reſeruatã S. Pontifici, Bonifacius VIII. in extrauag. 1. de ſententia excommun. illam innouauit Greg. XIII. conſt. 14 quam latè, & doctè comentatur *Nau.* De qua re etiã Clem. VIII. cõſt. 10. §. 22. t. 3. Bullarii noui fol. 11. vbi excommunicantur, etiam tales non denunciãtes, circà quam materiam nouiſsimè latè ſcripſit *Bonacina diſp.* 10. *in Decalogum q.* 2. *p.* 8. *§. incidens.* cuius doctrinam ſequor in omnibus, excepta ea, quam docet poſt nouiſſimos, ſcilicèt quòd materia ſufficiens ad incurrendas pænas dictarũ conſtitutionũ, ſit materia, quæ ſufficit ad cõſtituendũ pecc. in furto, cuius contrarium vltrà *Menochium, Boccatium, Azzor. Molinam, & Nau.* ab eodcitatos, qui docent, id relinquendum eſſe arbitrio Confeſſarii, inſpectis circumſtantiis perſonarum, gratiæ, &c. docet *Cantarellus lib. 2. var. quæſtion. in præcepta Decalogi c.* 34. *num.* 149. qui teſtatur, prudeutum iudicio iam deciſum, non incurri dictas pænas propter duos, vel tres aureos. Item à Clemente VIII. ſupra fuit ampliata ad gratiam, & iuſtitiam in quouis Tribunali, & iudicio etiã ſæculari, tùm in Vrbe, tùm in toto ſtatu eccleſiaſtico mediato, & immediato, refert *Naldus verbo gratia, & Bonac. t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 32 ex qua meo iudicio reſoluitur illa quæſtio de qua *Nau. in commentario conſt. Greg. XIII. n.* 29. *Bonac. p.* 31. *n.* 4. *Filliuc. tr.* 15. *n.* 297. *& ſeq.* vtrum illa excommunicatio habeat locum in gratiis, quæ obtinentur à Papa, vt dominus temporalis eſt, cùm enim Clem. VIII. extenderit conſtitutiones Bonifacii, & Gregorij extrà Curiã Rom. apud quęcunq. Tribunalia, & quoſcunq. iudices, etiã laicos, in locis, vel terris temporali ditioni S. P. mediatè, vel immediatè ſubiectis, declarat, etiam incurrere excommunicationem dantes, vel recipientes pro gratia, vel iuſtitia obtinenda à Papa, vt dominus temporalis eſt. Circà hanc conſtitutionem Clementis, & ſi certum ſit, materiam excommunicationis in ea contentæ eſſe actiones prohibitas in conſtitutionibus Bonifacii VIII. & Gregorii XIII. de quibus *Bonac ſup. num.* 6. Item ſubiectum ipſius, ſeù perſonas, quæ ſubiiciuntur dictæ excommunicationi præter expreſſas in dictis aliis conſtitutionibus, eſſe cæteras de toto ſtatu eccleſiaſtico mediato, vel immediato, & nõ ſolum pro tribunali eccleſiaſtico, ſed etiam ſæculari, vt per *Filliucium tr.* 15. *ſub num.* 141. tamen eſt difficultas an dicta excommnnicatio Clementis liget ſolum dantes, promittentes, recipientes, aut permittentes dari, vel recipi aliquid pertinens ad aliquam communitatem, ſeù Ciuitatem, aut locũ ſtatus eccleſiaſtici, vel quòd etiam liget dantes, &c. pertinens ad perſonas particulares, & ſic in omnibus caſibus cõtentis in conſt. Bonifacij, & Gregorij. Circa quã difficultatem *Bonac. loco ſuprac. n 4. verſ. neq. obſtat*, fatetur probabilem eſſe ſententiam eorum, qui docent, ligare ſolum dantes, &c. vt ſuprà aliquid pertinens ad aliquam communitatem, vt eſt videre apud eum, qui *puncto præced.* vbi tractat de ſimili excommunicatione lata à Bonifacio, & Gregorio, multos caſus enumerat, in quibus non incurritur dicta excommunicatio, nempè vbi quis fictè promittit aliquid daturum pro gratia vel iuſtitia. Secundò vbi ſeriò promittit, ſed alter cui fit promiſsio non acceptat, tertiò quando fit promiſsio ratione vrbanitatis, non autem animo ſe obligandi, quartò vbi quis dat ob meram liberalitatem, vel beneuolentiam, non ſolũ poſt obtentam gratiam, vel miniſtratam iuſtitiam, (quia tunc dare aliquid titulo gratitudinis, abſque præuia promiſsione, & pacto, non prohibetur, vt *ibid. n.* 15.) ſed etiam ante obtentam gratiam, quintò qui dat ad redimẽdam iniuſtam vexationem, quamuis ſit turpitudo ex parte iudicis, vel alterius recipiẽtis, ſextò qui dant, vel accipiunt xenia, vel ſportulas, dari conſuetas, modo non ſit notabilis exceſſus, ſeptimò qui dant, vel accipiunt tamquam ſtipendiũ laboris, vt ſi quid detur aduocato, vel notario, aut procuratori, vel ſollicitatori, octauò qui dant, vel accipiunt ob maiorem induſtriam, quam alio qui præſtare teneatur. nonò, & vltimò, quãdo id, quod accipitur eſſet parua materia, (intellige in caſibus, in quibus non committatur ſimonia, quia eo caſu ob quamlibet materiam paruam incurritur excommunicatio, vt præſupponimus ex *recoll. de offic. & poteſt. Confeſſ. circa pænitentes ſimoniæ labe infectos*, quæ materia nõ eſt metiẽda iuxta materiã, quę requiritur ad peccatũ mortalę furti, vt ipſe *Bonac. repetit cit. p.* 31. *n.* 13. *& p.*

Digitized by Google

*& p.32. ad finem*, propter illa verba in vtriſq. conſtitutionibus, *quicquam paruum, vel magnum*, ſed vel ſummã excedentẽ tres aureos vt dixi ſup. & fauent dicenda infrà *extrabſtes* vel ſaltẽ illa remittẽda ſit arbitrio Confeſſarij prudentis, ſpectata qualitate dantis, & recipiẽtis, gratiæ, & iuſtitiæ obtinẽdæ, fauet *Nau.* qui eod. *Bon.* referẽte, ſubdit, tales perſonę, & tali loco, & tẽpore poſsũt eſſe dãs, & accipiẽs, vt traditio vnius equi non videatur ſufficiẽs ad has pænas incurrendas, & ſuprà à me allegatis, addo *Sanchez lib. 3. opuſculorum moral. cap. 3. dub.* 100. *n.* 5. & nouiſsimum *Carolum Antonium Theſaurum de pænis eccleſiaſticis p. 2. verbo ſimonia cap. 15. verſ. limita ſecundo.* per quã ſententiã ſoluitur fundamẽtum *Bonac.* ſumptum à verbis illis, *quicquã paruum, vel magnum*, ſcilicèt arbitrio boni viri. In præcitatis conſtit. Bonifacij, & Greg. Additur quòd eandem excommunicationẽ incurrat is, qui nouit aliquod delictum cõmitti contra dictas conſtitutiones, ſi inter triduum non denunciet. Sed quòad hanc partem, illas cõſtitutiones non eſſe receptas, teſtatur *Nau. conſ. 8. & 52. de ſent. excom.* quidquid illi contradicat *Scortia in ſelectas SS. PP. conſt. Theoremate* 57. nã *Nauarro* videtur ſe ſubſcribere *Filliuccius tr. 15. ſub num.* 12. vbi dicit, quòd non putat illam eſſe admodum in vſu, & *Bonacina ſuprac. p. 31. n.* 8. etiam dixit, viros grauiſsimos ſibi aſſeruiſſe, hoc parum eſſe in vſu, (in qua re forſan equiuocauerunt, qui dicere auſi ſunt, generaliter loquendo, has conſtitutiones non eſſe vſu receptas) ſed dato quòd non ſint quòad hanc partem in vſu dictæ conſtitutiones, eſt probabilis opinio, quòd illa ſolum liget exiſtentes in Curia, vt per *Filliuccium*, & latius per *Bonacinam locis ſuprac.* quòd reſtitutio hoc caſu ſit facienda pauperibus habetur in dictis conſtitutionibus.

Dantes, vel recipientes aliquid prò ingreſſu Religionis maſculorũ, incurrunt excomm. S. Pontifici reſeruatam. Vrbanus IV. in *extrauag. ſanè in vinea de ſimonia, Sayrus lib. 3. cap. 3. num.* 4. vbi quòd ſicut in cæteris ſimonijs ab Eccleſia punitis, requiritur pactio, ita etiam in iſta, adeo vt dantes ſine pacto, vel accipientes, aut ob conſuetudinem, vel aliqua iura, aut ſine præſumptione, ſed bono animo, quantumcunq. intentio dantium, & accipientium eſſet peruerſa; ſi non interueniat pactio non incurratur hæc excommunicatio, quod voluit dicere poſt alios *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi alleg.* 50. *n.* 104. cùm enumerat iſtã excõmunicationẽ, ſimul cum illa, quę lata eſt contrà admittentes ſimoniam in ordine, & beneficio, & poſtea ſubdit quòd talis excommunicatio non comprehendit ſimoniacos mentales, ſed vel conuentionales, vel reales, & ſic datio nõ fiat purè ſpontè, & plena liberalitate, vt habetur in *ead. extrauag.* Quando enim dixi, pro ingreſſu *Religionis*, intellige ſequuta profeſsione, vt benè poſt *Suarez* cõtra *Filliucium* notat *Bonacina t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 19. n. 11.* qui ex hoc infert, *non incurri excommunicationem iſtam ſi receptio ad habitum fuit ſimoniaca, ſed profeſſio poſtea gratis conceditur, quia ſcilicèt, vel pactum retractatur, vel pecunia non recipitur, vel ſi fuit recepta reſtituitur, ſicut ex oppoſito ſi receptio ad habitum gratis facta fuit; ſed poſtea tempore profeſsionis aliquid exigitur, incurritur excommunicatio.* hæc *Bonacina*, qui rectè dicit, quòd non incurrat excommunicationem, quia incurritur crimen ſimoniæ, (& ſic nota, non ſequitur, non incurritur hæc excommunicatio, ergo neque ſimonia vt infra, cum de ſimonia, videte pro nunc *Malderum de iuſtitia, & Religione tr. 9. cap. 3. dub. 7. Layman lib. 4. tr. 10. cap. vltimo de Simonia nu. 70. in principio*, vbi quòd ſimoniacè profeſſus, nõ ſolũ validè ſit profeſſus, ſed etiã ꝙ acquirat ius ſuſtentationis, ex redditibus cõmunibus, ac ius vocis actiuę, & paſſiuæ in conuentu, & quod illa pæna impoſita in *dicta extrau.* vt expellatur a dicto manaſterio, & in alio artiori includatur, non ſit latæ, ſed ferendæ ſententiæ, clarius *Sanch. lib. 2. opuſc. moral. c. 3. dub.* 104. *num* 51. quòad ſecundum dictum, quia quò ad primum, conſentit *Nau. ibid. num.* 54. An autem hæc excommunicatio habeat locũ, ſi detur, vel recipiatur pro ſubſtentatione ingrediendi, etiam ſi monaſterium ſit diues, eſt magna quæſtio inter DD. ſed affirmatiuã ſententiam poſt alios dicit probabiliorem, *Bonacina loco ſuprac. n. 4. Sanchez ſup. dub.* 23 Hæc autem excommunicatio ligat ſingulares perſonas, quia ſi contraueniet capitulũ, vel conuentus incurreret ſuſpenſionem, etiam reſeruatam S. Pontifici, vt habetur in ead. extrauagante, que non eſt ab officio, & beneficio, ſed tantum ab officio capitulari, quòd iuriſdictionem, & adminiſtrationem eccleſiaſticam requirit, hanc opinionem eſſe probabilem, teſtatur *Bonacina ſup. n.* 10. & poſt *Alterium, Suarez, & Filliuccium*, notat *Barboſa in collectanea ad dictã extrauag.* 1. *de ſimonia n.* 5. Dixi *maſculorum*, quia Martinus V. ſtatuit quòd excommunicatio iſta non extendereturad Moniales, vt per *Sayr. lib. 3. cap. 3. ſub n.* 4. vbi ſubdit hæc verba. *quo circa Moniales, vt ait Caiet. petentes ſolitas dari dotes, & lectiſternia, veſtes, & huiuſmodi, & inſtantes ad hoc vt parentes puellæ, faciant ſicut alij (ſiuè monaſterium egeat, ſiuè non, nõ ſũt excõmunicata, eti nulla interueniat pactio, ſed inſtantia. & faciunt ſicut alij*, quæ non faciunt ad rem, nõ ſolũ .n. hoc caſu non incurritur excomm. quia non adeſt pactũ, ſed etiã quia fuit facta exemptio, vndè debet intelligi

Digitized by Google

telligc etiam pacto interueniente, fauet idē *Sayrus ibid.* vbi refert *Zenzelinum.* teſtantē, audiuiſſe à fide dignis, quòd *Vrbanus V. author dictæ extrauag.* in illa non intendebat comprehendere Moniales pauperes, quæ conſueuerunt aliqua recipere vigore conſuetudinis, ergo quando hoc modo excederent in eo, quod accipiunt vt ſuprà ex pacto vltrà ſubſtentationē, & ſi poſsint cōmittere ſimoniam, non incurrunt tamen iſtā excōmunicationē, ita *Malderus, & Sanchez locis ſuprac.* quidquid contrarium aſſerat *Bonac. loco ſuprac. n.6. verſ. exiſtimo,* aliàs nec exceptio facta à Martino V. & conceſſiones factæ à varijs SS. Pontificibus, quæ referuntur in Compendijs priuilegiorum Mendicantiū *verbo Moniales,* & conſuetudo etiam poſt dictam extrauagantem, deſeruirent de vento. Dixi, *poſsint committere ſimoniā,* quia ſępè etiā ab ea datur excuſatio, cū & id, quod excedit ſubſtētationē, recipiatur etiā intuitu illius, & ſic nō recipitur vt pretium Religionis, vel profeſſionis, quòd requiritur ad committēdam ſimoniā, vide *Bartolomeum de Vecchis in ſua praxi pro Nouitijs diſp.1. dub.3. n.5.* vbi *ſub num.3.* refert *Surdum conſ.295. per totum,* poſt grauiſsimos authores, tuentem, diſpoſitionem, in qua monaſterium inſtituitur, ea conditione, vt teneatur recipere nonnullas puellas honeſtas de familia teſtatoris, quid de dantibus, vel recipientibus prò habitu Religioſorū militariū *Diana p.3. tr.2. reſol.64.* qui poſt *Villalob.* ait, ꝙ rarò, & difficiliter poteſt cōmitti hoc caſu ſimonia, quia quādo quis dat pecuniā, vel recipit pro ipſo habitu, nō intendit emere religionē, ſed honorē, vel aliū cōmodum temporale, ex illo habitu, manantem. Ab hac excommunicatione, ſi fuerit occulta, quòd poſsit abſoluere Epiſcopus vigore Tridentini, & Prælatus Religionis (ſi non eſt ipſe complex in eo delicto) vigore conceſsionis Pij V. patet ex dictis *ſup. p.2. recoll.9.* & ſic intellige *Sanchez cit. lib.2. opuſc. moral. cap.3. dub.14. n.53.* & ſi loquatur de diſpenſatione, quæ pari paſſu ambulat cum ipſa abſolutione.

Dantes, vel promittentes directè, vel indirectè aliquid nunciantibus prouiſiones beneficiorū vacantiū, quibus ipſi fuerunt prouiſi à Sede Apoſtolica, incurrūt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, Gregorius XI. conſt.4. incip. ſollicitè, refert poſt alios *Barboſa de poteſtate Epiſcopi alleg.50. n.113. Bonacina t.3. diſp.2. q.3. p.27.* agit de ea latè, placet tamen quod dicit *Filliuccius tract. 15. num.97.* quòd hæc excommunicatio à paucis enumeretur, quia non eſt iu vſu, quid quid contrarium contendat *Bonacina loco ſupracit. ad finem* ſe ſubſcribit *Filliucio, Theſaurus de pænis eccleſ. p.2. v. nunciantibus.*

Decimas integras non ſoluentes Eccleſijs, quibus illæ debentur, non ſunt excommunicati ipſo iure, ſed poſſunt excommunicari, ex verbis tàm *tex. in can. ſtatuimus 16. q.1. quā ex S. Concilio Trid. ſeſſ.25. cap.12. de reformatione, Fagundez lib.3. in quintum præceptum Eccleſiæ lib.6. n.3.* Cætera vide, infrà *Religioſi.*

Dicentes, vel defendentes, quòd Fratres Prædicatores, & Minores, non ſunt in ſtatu perfectionis, & quòd non liceat eis eleemoſinas quærere, aut prædicare, aut confeſsiones audire, &c. incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam. *Alexander IV. apud Barboſam citata allegatione 50. ſub num.105.*

Diſputare laicis de rebus fidei cum hæreticis, prohibetur ſub pæna excommunicationis *in cap.2. §. inibemus de hæreticis in 6.* ſed vt docet *ibi gloſa.* & habet *Sūmariū textus,* nō eſt hæc excommunicatio latæ ſententię, ſed ferendæ, quòd hoc procedat etiam in laico docto, probat ibi *ead. gloſa 1.* & confirmat *Malderus de iuſtitia, & Religione q.10. art.7. verſ.2. propoſitio,* vbi habes caſus, in quibus cōcedatur laicis dicta diſputatio, de qua revide notata per *Sanch. lib.2. ſumma moralis c.6.* vbi declarat, pro laicis intelligi eos, qui nec prima tonſura ſunt inſigniti, & quòd diſputare tunc aliquis dicatur, quando intendit veritatem fidei perſuadere, non autem quādo tantum diſcurreret exercitij gratia, vel etiam oſtentādi ſui ingenij acuminis cauſa. vide *Scortiam in ſelecta SS. PP. conſt. Theoremate 31. ad finem.*

Diuinatores, incantatores, arioli, etiā cum abuſu ſacramētorū, aut inuocatione dęmonū, ſecluſo errore intellectus, nō incurrunt excōmunicationem latæ ſententiæ, quia Bulla Ioannis XII. & Leonis X. in quibus videtur quòd excommunicatio ſit latæ ſententiæ, non eſt certum, quòd ſint vſu receptæ, vt poſt *Azorium, Sanchez, Toletum, & Filliucc.* & alios, notat *Bonacina tom.3. diſp.2. q.3. p.38. ſub num. 1.* vbi hanc opinionem dicit probabiliorem, cōtra *Martinum del Rio, Viualdum, & Reginaldum,* quorum ſententiam dicit probabilem *Suarez* apud eundem. Accedit probabiliori ſentētię *Carolus Antoninus Theſaurus de pœnis eccleſiaſticis p.2. v. ſuperſtitio cap.5. in principio.* Qui *verſ. quarto ex Bulla,* ait, communiter concludere Doctores, ob ſuperſtitionis actus præcisè, nullā eſſe latæ ſententiæ cenſuram, allegans *Silu. Leſſium, Suarez, Azor. Filliucc. Borgaſium, Bonac. & Barboſam.* Dixi *ſecluſo errore intellectus,* quia tunc eſt certum, incurrere non ſolū excōmunicationē latæ ſententiæ, ſed etiā reſeruatam in primo canone Bullæ cœnæ, vt per ſupracitatos authores, quando autem adſit talis error infrà *cum de ſuperſtitione ex profeſſo,* ſunt tamen tales ſuſpecti de hereſi, & proinde contra eos procedunt inquiſitores, maximè quotieſcunq. aliqua admiſceant,

quæ

Digitized by Google

quæ hæreſim ſapiunt *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.* 51. *n.* 124. quandò autem cenſeatur admiſtum peccatum hereſis, videte *Filliuccium tr.* 24. *n.* 196. latè *Diana p.* 4. *tr.* 7. *reſolut.* 10. vbi ex profeſſo tractat articulum illum, an ſit ſortilegium ſapiens hereſim, inuocare demonem ad tentandã mulierẽ, & de pænis ſuperſtitionis. Amplia etiã ad conſulentes ipſos diuinos, incantatores, &c. de quibus *in can.* 1. *& c. aliquãti* 26. *q.* 5. *apud Bonac. ſup. latius habetur per Sfortiã in inſelectas SS. Pontificum conſtitutiones Theoremate* 6. idem dic de conſulentibus magos, quidquid contrarium dicat *Floronus de caſibus reſeruatis ſauentia p.* 2. *caſu* 1. §. 3. *ſub num.* 9. qui tamen fatetur, dictos magos incurrere, allegat tamen pro ſua opinione *can. ſi quis* 26. *q.* 5. qui ſecundũ ſupracitatos authores continet tantum excommunicationem ferendæ ſententiæ, per verba illa *Anathema ſit.* vide *Molfeſ. tr.* 11. *ſumma cap.* 7. *n.* 140. Magia .n. eſt nomen generale complectens diuinationes, & alia, quæ includũt inuocationẽ demonis, vt infra cũ de *ſuperſtitione* latius.

Diuulgantes populo facultatem caſuum reſeruatorum, ſeu eligendi Confeſſarium cum facultate abſoluendi, aut gratias cum indulgentijs, aut priuilegium Miſſæ, & ſepulturę tempore interdicti, aut aſſumẽdi duos, vel plures compatres in Baptiſmo, pro certa quantitate pecuniæ, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, & ſi tales eſſent Epiſcopi, aut Cardinales, incurrerent interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & perceptione fructuum ſuarum Eccleſiarum, donec præuia ſatisfactione, à ſede Apoſtolica abſoluantur. Pius V. conſt. 99. incipiẽte *Quã plenum*, de qua agit latè *Bonacina to.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 30. Certum eſt, iſtam materiam pertinere ad ſimoniam, ſed cùm non ſit circà Ordines, neque beneficia, ideò pro ea imponuntur dictæ pænæ, quæ nõ incurruntur, ſi fieret diuulgatio, vel cõceſsio alterius facultatis ſimoniacè, quàm caſuũ reſeruatorum (quorũ appellatione hic veniũt cenſuræ, cũ ſit loquutio de caſibus papalibus) vel indulgẽtiarũ pro certa quantitate pecuniæ, vt per *Bonacinam loco suprac. n* 3. *&* 4. vbi *num.* 6. quòd mandantes publicari, vel concedi, vt ſuprà, non incurrant dictas pænas, niſi effectu ſequuto, ideſt publicatione cum ſolutione pecuniæ, & *n.* 8. quòd ab hac excommunicatione ſint immunes miniſtri Prælatorũ, aliiq. cooperantes ad huiuſmodi publicationem, vel conceſsionem, vt autem incurrantur dictæ pænæ, ſufficit alterum ex enumeratis in principio, vt patet ex forma dictæ Bullæ. Nota Pium V. Bulla 30. incip. *& ſi Dominici*, reuocaſſe omnes indulgentias, quibuſcunque conceſſas, pro quibus conſequendis, porrigendæ eſſent manus adiutrices. Sub qua reuocatione, certum eſt non comprehendi Bullam Cruciatæ, neque Bullam iubilei, pro quibus conſequendis eſt præmittenda eleemoſina.

Doctores, ſeu Magiſtri, qui Religioſum poſtquam dimiſit habitum, præſumunt medicinam docere, aut leges, aut in ſcholis retinere, incurrunt excommunicationem nulli ſeruatam. *cap. vt periculoſa ne Clerici, vel Monachi in* 6. nota primò ly *præſumentes*, quia requiritur ſcientia ad incurrendam iſtam excommunicationem, & ſic excuſat ignorantia etiam craſſa, &c. vt aliàs dictum eſt, & notat *Bonac. ſup. n.* 2. *verſ. tertio.* Nota ſecũdo ly *medicinã, aut leges*, quia ſi docerent Theologiam, ius canonicum, aut alias facultates, nõ incurrerent. *Bonac. ſup. n.* 4. *in princ.* Nota ly *poſtquã habitũ dimiſit*, quia ſi habitũ nõ dimiſiſſet, licèt Apoſtata ille ſit, Doctor nõ incurret hanc excomm. & ſi poſſet incurrere excõmunicationẽ contra cõmunicantes in mine crimínoſo, quando eſſet denunciatus, vt dictum eſt ſuprà *recoll. praced.* & in terminis notat *Bonacina loco ſuprac.* qui cõcedit quoq. quòd incurrant Doctores non ſolũ ſi doceant extra ſcholas dictũ Religioſum, vt ſuprà, ſed etiam, quãdo aduertentes illũ eſſe in ſcholis, dum legunt, non expellerent. Nota etiã ly *in ſcholis dũ legunt*, nam primò, ſi talis Religioſus eſſet in domo propinqua ſcholis, vbi audit dictas facultates à magiſtro, etſi hoc ſciret magiſter ipſe nõ incurreret, *Sanch. lib.* 6. *ſumma c.* 8. *n.* 95. ſecundò, quia ſi retineret illum in ſcholis dum non legit, neq. incurreret, vt per *Bonac. loco ſuprac. n* 8.

Domini temporales, Rectores, & Officiales Ciuitatis illius, in qua electio S. P. erit celebranda, qui non faciunt obſeruari omnia contenta in *cap.* 3. §. *præterea de electione in* 6. circa formam Conclauis, & electionis Papæ, &c. incurrunt excommunicationem, nõ tamen reſeruatam *Sayrus lib.* 3. *de cenſuris cap.* 34. *num.* 6. *Toletus lib.* 1. *cap.* 38. Nota tamen, quòd hodie cùm ſit inducta noua forma eligendi S. Pontificem per Gregorium XV. iſta eſt obſeruanda ſub pænis ab eodem latis, vt infrà *electio.*

Domini temporales, qui non curant obſeruari ordinationes contra inſequutores Cardinalium, vel familiarium S. Pontificis vel etiam Cardinalium, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam in *cap. felicis de pænis*, vbi habes alias pænas contra inſequutores Cardinalium, de quibus *Frãciſcus de Platea* cum de hac excommunicatione *p.* 2. §. 33. Nota quòd & ſi inſequentes hoſtiliter Cardinales, vel eo magis S. Pontificẽ incurrant excomm. eodem modo reſeruatam, non tamen eam incurrunt inſequentes, ac etiam offendentes familiares Papæ, vel Cardinalium, etiam ſi tales familia-

res ſint Clerici, vel Religioſi, ſed tantū debent acriter puniri, ita vt pæna proportionetur delicto, ita *Franciſcus de platea loco ſupr. prae. num.* 1. *ad finem*, clarius *Bonacina tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 12. *p.* 2. *num.* 12. contrà aliquos, exiſtimantes, hoc caſu incurri excommunicationem non reſeruatam, & ampliat etiam ſi dicta offenſio familiaris, fiat intuitu, vel ob contemptum Cardinalis, vel Papæ; ſequitur *Carolus Antonius Theſaurus p.* 2. *de pœnis eccleſiaſticis, verbo maieſtas leſa cap.* 5. vbi quòd neque incurrant tales excommunicationem latam in Bulla cænæ, non ſolū *can.* 11. contra offendentes Cardinales, ſed etiam *in canone* 12. contra offendentes eos, qui in curia pro ſuis negotiis morantur. Qui dicātur familiares, *ibid. Bon. num.* 13. Nota ly *inſequutores*, ſeù *perſequutores*, quòd ille qui tantum inſequitur Cardinalem vel Papā eſt excōm. ꝙ eſt ſpeciale, nā inſequēs aliū Cler. non tamen percutiens, non eſt excommunicatus; ita *Franciſcus de Platea loco ſuprac. n.* 2.

Domini, Eccleſię ſubiecti, recipientes bannitos & homicidas ſtatus eccleſiaſtici, incurrūt excomm. S. P. reſeruatā, vide ſupra *Bannitos*.

Domini temporales interdicentes verbo, vel ſimplici præcepto ſuis ſubditis, ne contractus, vel obſequia perſonis Eccleſiaſticis exhibeant, incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam, latam in *cap. eos, qui, de immunitate Eccleſiaſtica in* 6. Dixi, *ſuis ſubditis*, quia ſecus eſt ſi interdicerent extraneis, dixi *verbo, vel ſimplici præcepto*, quia ſi prohiberent per ſtatuta, ordinationes, vel decreta, incurrerent excommunicationem S. Pōtifici reſeruatam in Bulla cænæ; *Bonacina poſt alios tom.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 20. vbi inter alia, quòd ad incurrendam hanc excommunicationem, non ſolum requiritur vt effectus ſit ſequutus, ſed etiam, quod dictus dominus temporalis, dictas actiones faciat vt dominus tēporalis eſt, ideſt cùm ſuo ſubdito exiſtente in ſuis terris.

Dominus temporalis non ſolū cōcedēs locū cauſa duelli, ſed etiā permittens, ac nō prohi duellū in terris ſuis, incurrit excommunic. ex *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 19. *de reformatione*, quæ hodie eſt reſeruata per Bullā Clem. VIII. incip. *illius vices, Bonac. tom.* 3. *diſp.* 2. *q.* 10. *p.* 13. *num.* 3. item cùm in Bullis Iulij II. Leonis X. Clem. VII. Pij IV. & Concil. Trid. ac conſtit. Gregorij XIII. tantum eſſet facta mentio de dominis, Clem. VIII. extendit ad alias perſonas, ibi, *& non ſolum dominos ſeù etiam Magiſtratus, Præſides, locum tenentes aut etiam militum Duces, & Capitaneos in in caſtris, vel extra ea, in alieno, vel hoſtili ſolo vel cum militibus exercitus aduerſariorum, Monomachiam in quocumq. caſu per præſentem, vel alias coſtitutiones huiuſmodi, prohibito, permittentes, vel quantum in ipſis eſt, non prohibentes, aut poſt admiſſum crimen, veniam & impunitatem concedentes*, & benè notat *Peregrinus de duello, q.* 3. *n.* 11. *& q.* 6. *num.* 1. *verſ.* 9. vbi, quòd pro dominis temporalibus, intelligantur perſonæ cuiuſcunque gradus, ſiuè Reges, ſiuè imperator, ſiuè Archiepiſcopi, ſiuè Cardinales illi ſint, ac etiam ſiuè maſculi, ſiuè fæminæ, ſiuè ſint ſubiecti, ſeù ſubditi S. Romanæ Eccleſiæ, ſiue non; item non ſolum quando duellum, quod permittūt per ſe, vel ꝑ intermedias perſonas, vel nō prohibent, ſit publicum, ſiuè priuatum, ac deniq. non ſolū quando ꝑmittunt, vel nō impediunt duellum ipſum, ſed etiam quando tantum permittunt in locis ſuis affigi libellos prouocatorios, qui vuulgariter *cartelli* dicuntur, vel publicari publicos libellos, qui *manifeſta* vulgariter nuncupari ſolent, ex quibus oriri ſolent occaſiones prouocandi aliquos ad duellum, vel permiſerint quaſcunque talium rerum factas, etiam ſinè ſcripto, & tandem, quòd ad hoc vt incurrant dictam excommunicationem, ſufficiat ſi præfata fiant in locis ſibi ſubiectis, etiā ſi ipſi ibi nō habitēt, ſed alibi. Ad incurrendā dictam excommunicationē, præfatos dominos concedentes locū, vel permittentes, videtur nō requiri, ꝙ effectus pugnæ, vel aliarū actionū, de quibus ſupra, ſit ſequutus, in ſuis locis, ſicut dicitur de aliis cooperantibus, & concauſis duelli, maximè in dicta *Bulla Clem. VIII.* §. *quique alijs.* vbi loquendo generaliter de dictis concauſis, qui ſe quomodolibet immiſcuerint, &c. ſubdit *etiam ſi neq. pugna aliqua, nec certamen, aut effectus, aut acceſſus, aut actus ad pugnam proximus, neque expreſſa aut aperta prouocatio ſubſequuta fuerit, neque ſcriptiones prædictæ, quæ manifeſta dicuntur in publicum prodierint, aut vtriq. intimata extiterint, ſi per eos non ſteterit, quo minus publicatio, aut denunciatio fieret, nihilominus cenſuris, &c.* Tamen contrarium docet *Megalius lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 14. loquendo iuxtà verba conſtit. Greg. XIII. ibi *volentes locum dominos ſi certamen huiuſmodi ex condicto permiſerint, aut quantum in ſe fuerit non prohibuerint*, nam vt ipſe ſubdit, non dicitur certamen permitti, niſi effectu ſequuto, quod argumentum habet etiam locum inſpecta cōſtitutione Clem. VIII. quia vt patet in verbis ſuprà relatis, loquitur de ipſis Dominis, & aliis *Monomachiam in quocunque caſu per præſentem, vel alias conſtitutiones huiuſmodi, prohibito, permittentes, vel quantum in ipſis eſt, non prohibentes.* Quę opinio & ſi ſit probabilis, tamen probabilior mihi videtur cōtraria in concedente, vel permittēte, vt ſup. (& ſi ſecus ſit in nō impediēte, qui nō incurrit, niſi quando tempus præſcriptum præterit,) nam eo ipſo quòd quis verbo, aut ſcripto, vel concedit locum, vel permittit, vt in

ſuis

Digitized by Google

ſuis locis, valeāt pugnare, aut affigi libellos, &c. vel non prohibet iſta fieri, cùm poſſit, cenſetur permittere certamen, & monomachiam. Excuſantur tamen ſupradicti communiter à Doctoribus, primò ſi duellum permittant in aliquo caſu extraordinario, ad vitanda maiora mala, & ſcandala, vt ſi ciues ſint ciuili bello pugnaturi, niſi duobus, diſſentionis authoribus, duellum permittatur, quia excommunicantur tantum duellum illicitum permittentes, ita contrà *Salonium. Sanchez poſt alios lib. 2. ſūma c. 39. n. 30. Scortia theoremate 392. Regin. li. 21. prax. n. 75. Diana p. 3. tr. 6. reſol. 1. verſ. Nota 2.* Dixi, *illicitum ſimpliciter*, quia requiritur, quòd ſit licitū ex parte vtriuſque duellantis, ad hoc vt dominus excuſetur in concedendo locum, vel permittendo, aut non impediendo, vt ſupra, quando autem id accidat, vide infra *Duellum*, ſecundò excuſantur vbi ambo duellantes eſſent infideles, quia excommunicantur tantum permittentes duellum inter Chriſtianos, dixi, *quādo ambo ſunt infideles*, quia ſi eſſet vnus tātū infidelis, & alius Chriſtianus, incurreret ipſe dominus, ſicut incurreret ipſe Chriſtianus. *Sanchez ſupra n. num. 29. Bonac. tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 48. num. 26.* quòd autem pro infideli, hic intelligatur, qui caret Baptiſmo, ſicut pro Chiſtiano, qui illo eſt initiatus, & ſi ſit hæreticus, ſupponunt Doctores, vt certū. Circa abſolutionē iſtorum, quia in decreto Clem. VIII. *de abſolutione à caſibus reſeruatis*, prohibitum eſt Confeſſariis priuilegiatis abſoluere, *prouocantes, & pugnantes in duello in terminis Concil. Trid. & Conſtitutionis Greg. XIII.* poteſt eſſe difficultas, vtrum dicta prohibitio extēdatur etiam ad iſtos dominos, & alios permittentes, vel non impedientes, vt ſuprà, quæ difficultas eſt vniuerſalis de alijs omnibus cooperatoribus, & cōcauſis ipſius duelli *Peregrinus noſter, in ſuo tract. de duello q. 38.* docet, per illa verba. *prouocantium, & pugnantium in duello, iuxtà decretum, &c.* cenſeri reſeruatos non ſolum caſus prouocantium, & pugnantium, ſed etiam alios caſus in dicto Concil. & conſt. Greg. XIII. comprehenſos, hoc enim ſecundum ipſum, ſignificat ly *iuxta Concil. Trid. & conſt. Greg. XIII.* quaſi dicat, illa dictio *iuxta*, eſt relatiua ad dictas diſpoſitiones Concil. & Greg. eſtq. regula vulgata, quòd relatū eſt in referente. *l. aſſe toto ff. de hered. inſt. Bonac. ſupra c. p. 48. ad finem*, id confirmat prout *Peregrinus ſupra.* ex conſuetudine petendi etiam ab his concauſis abſolutionem à S. Pænitentiaria, ſed hæc opinio licèt ſit tutior, tamen contraria eſt probabilis, ſumus enim in materia in qua tractatur de reuocatione priuilegiorum, in qua materia verba accipienda ſunt vt ſonant, ſecundum eorū proprietatem, prout de ipſis priuilegijs, quæ ſunt in præiudicio tertii, dicitur in *cap. porrò de priuilegiis*, & notat *Alex. conſ. 86. nu. 2. verſ. nec obſtat lib. 1. & Rota Romana apud Seraphi. deciſ. 605.* & ſaltem ex dictis verbis, eſt dubiū an ſit reuocatum priuilegium quò ad actus acceſſorios, & in dubio pronunciandum eſt pro non reuocatione priuilegii, iuxta doctrinam *gloſa 22. q. 5. in ſumma propè finem, quam ſequitur Romanus conſ. 327. in principio, & approbat Rota apud Seraph. deciſ. 296. n. 1.* quę *Rota apud eundem deciſ. 499. num. 3.* etiam dixit, quòd cùm dubitatur de reuocatione priuilegij, poſſeſſor eſt interim manutenendus. Adde, quòd dato, dominos terrarum, permittendo duellum, non poſſe abſolui, tñ ſi duntaxat permittunt affigi libellos prouocatorios, vel publicari manifeſta, & quęcunque talia facta, vt ſuprà, vel ſi ipſi non ſint domini, ſed magiſtratus, iudices, præſides, locumtenentes, vel duces, aut capitanei exercitus, item ſi ſunt Epiſcopi, vel Cardinales, poſſunt abſolui à priuilegiatis, quia hi tantum incurrunt excommunicationem latam in conſtit. Clementis VIII. & non latā in Concil. Trid. vel conſt. Greg. XIII. in quarū diſpoſitionū terminis procedit reſeruatio facta à Clem. VIII. *in decreto generali de caſuū reſeruatione*, vt infrà *verſ. ſeq.* vbi de aliis caſibus in quibus dicti Cōfeſſ. poſſunt abſoluere quando, incurritur excōmunicatio vi eiuſdem conſtitutionis Clem. & nō vi Decreti, vel cōſtitutionis Gregorii.

Dubius in fide, an incurrat excommunicationē primi canonis Bullæ cænæ, valdè controuertitur ab authoribus, vt eſt videre apud *Sanchez lib. 2. ſumma moralis cap. 7. num. 12.* qui opinionem negatiuam ſubſtinet, quam etiam vt probabilem, poſt alios probat *Diana p. 3. tr. 2. miſcellaneo reſol. 55.*

Duellum ſiuè publicum, ſiuè priuatum committentes, incurrunt excommunicationem S.P. reſeruatam, ita ex Bullis Greg. XIII. & Clem. VIII. ſup. *verſ. præced. allegatis* tradūt omnes Doctores ibid. citati, & infrà citandi, non feci mentionem de Bulla Pij IV. neque de decreto S. Concil. Trid. ibid. etiam mentionatis, quia loquuntur tantum de duello publico, ſeu formato cum patrinis, ſociis, præcedentibus litteris prouocatoriis, ac habita ſecuritate locorū, ac ſimilibus publicis conditionibus adhibitis, non autem de priuato, ꝙ ſine dictis publicis cōditionibus adhibetur, & vocatur propriè diffidatio, ad ꝙ vel quam fuit extenſa præfata excomm. per *Gregoriū XIII. & Clem. VIII. locis ſupra c.* Prò breui, & facili inſtructione Confeſſarii, vt ſciat, quando nam incurſa ſit dicta excommunicatio à pænitente, debet pręoculis habere definitionem ipſius duelli, quæ & ſi ſecūdum nominis (quod eſt græcū) ethimolo-



Digitized by Google

giā, dicatur, ſingularis pugna, ex condicto, vt per *Layman lib.3.tract.3.p.3.cap.5.* in principio, tamen communiter à Doctoribus in re (licèt in verbis diſcrepent) ſic deſcribitur, *eſt pugna duorum, vel plurium inſtituta ad cedem, & vulnera ex mutua, & deliberata conuentione, qua locus, & tempus deſignatur, abſque legitima cauſa.* ita *Reginaldus lib.21. praxis num.73. Filliucc.tr.15 num.197. Peregrinus in ſuo tract. de duello in præmiſſis num. 2. Bonacina t.3. diſp.2. q.3. p.48. in principio, Caſtrus Palaus t.1. de charitate tr.5.p.7.n.3. & 18.* poſt alios antiquiores. Dicitur *pugna* pro genere, prædicatur enim de rixa, concertatione, bello, haſtiludio, &c. Dicitur ſecundò *duorum, vel pluriū,* ad differentiā belli, quòd interuenit inter vnum exercitum, & alium, item quia in duello ſolet pugnantium ex vtraq. parte numerus conſtitui, vndè *Reginaldus ſupra.* in eius definitione, præter dicta verba *duorum, vel plurium,* addit, *ac certo numero pugnantium conſtituto*, quæ verba & ſi magis placeant, quàm alia verba addita *à Bonacina,* etiam *loco ſuprac.* ibi *in pari numero.* (quia etiam ſi ex condicto fiat in numero impari, vt accidere ſolet, quando aliquis eſt ſtrenuior ex vna parte, vel fiat *ſuperchiaria, vt vulgo dicitur*, per hoc non deſinit quin ſit duellum, & quis incidat in excommunicationem, & alias pœnas,) ſunt tamen ſuperflua. Dicitur tertiò *inſtituta ad cedem, & vulnera,* ad differentiam vel concertationis, quæ fieri ſolet inter mulieres euulſione capillorum, & inter homines pugnis, vel alio inſtrumento non periculoſo, vt per *Filliucc. & Regin. loco ſuprac.* vel aliorū exercitiorum militarium, quæ ſunt inſtituta ad diſcendam artem militarem, vel virium conſeruationem, adhibita tamen cautione, & remedio, ne mors, aut vulnera ſequantur, in quibus *quantumuis aliquando mors indè ſequatur*, licita ſūt, vt per *Reginaldum loco ſuprac.* Dicitur quartò *ex mutua, & deliberata conuentione*, ad differentiam vel rixæ, quæ fit ex ſubita ira, ſeù calore iracudiæ, vel pugnæ, quæ fit ex neceſſaria defenſione, *Filliucius, & Reginaldus, locis ſupracitatis*, item *Marcellus Vulpe cap.1. ſua praxis num.49.* qui benè ſubdit, *quòd requiritur ipſa deliberatio, & ſic animus deliberatus, appenſatus, & tractatus duellandi, aliàs non dicitur duellum, ſed rixa, hinc eſt, quòd licèt iuuenes aliquando calore iracundiæ ſe inuitarent ad duellum, & continuò accederent ad aliquem locum electum, vt ibi dimicarent, non propterea dicitur duellum, ſed pura, & mera rixa.* Vndè hic non accipitur ly *deliberata* pro eamet deliberatione, quæ requiritur ad cōmittendum peccatum mortale, ſed prout ſignificat interpoſitionem alicuius moræ inter conuentionem, & pugnam, vt optimè *Filliucius loco ſuprac.* eſtque idē cū eo, quòd probat latè *Peregr. noſter de duello q.18. prouocationes, ſcilicèt, facientes, vel acceptantes, in rixa, & in ipſo calore iracundiæ, non incidere in excommunicationem, & alias pœnas, ſequuto, effectu,* quia vt ipſe ſubdit, requiritur deliberatio, quæ ex interuallo temporis procedat. Dicitur *in qua locus, & tempus deſignatur,* quòd fateor, idem ferè ſignificare, quàm proximè præcedentia verba, ſed nec aliquis negare poteſt, quin illa magis declarent, cùm etiam ex mutua, & deliberata conuentione poſſint aliqui inter ſe pugnare, non tamen erit duellum, vt cùm aliquis ſuum inimicū inueniēdo, eū aggrediatur, & illi dicat, quòd euaginet ensē, quia ſecū vult pugnare, ſi euaginādo ensē, &c. ille acceptet. Ac etiā è cōtrario poteſt deſignari locus, & tempus, tamen quia nō eſt facta talis deſignatio deliberatè cū interpoſitione alicuius moræ inter cōuentionē, & pugnam, neque erit duellum, vt cū quis cepit rixā in Eccleſia, palatio Principis, vel alio loco periculoſo ſibi, eò quòd alter habet ibi amicos, vel coniunctos, aut famulos, ſi diceret alteri, exi indè, vt certemus, quia id potius ſignificat reuerētiā, quā loco profitetur, quàm deſtinare locum ad liberius pugnandū, vt eueniret, qñ cepiſſet rixa in platea, & ne impedirentur, aliū locū deſtinarēt, vel ex priori inimicitia, in Eccleſia, aut palatio interueniret deliberatè mutua cōuētio de loco, & tēpore pugnæ, ſic intelligo *Sāch. lib.2.c.39.n.28.* qui id docet ſimpliciter de inuadēre inimicū in Eccleſia, nā ſicut primo caſu eſt continuatio rixæ, ideòq. nō pōt dici ex cōuētione ſtatutus locus, vel ſtatutū tempus, ita è cōtrario, ſecundo caſu deſtinaretur locus, & tempus, vt egregiè *Filliucius cit. tr.15. n.111.* idem etiā dicerem de exēplo, quod dat Molina & refert *Reginaldus ſuprac. num.77. ad finem* de exiſtentibus in naui, vel in alio loco pugnæ eorū iudicio nō commodo, quorū vnus alteri dicit, egrediamur in terrā, vel te expectabo in tali loco, aut quiſq. noſtrum eat quæſitū enſem ſuū, pugnaturi in tali loco, ſēper .n. ſpectandū eſt an ex iracundiæ calore facta ſit talis prouocatio, & acceptatio, & ſic ſit rixa, vt per *Vulpe loco ſuprac. & Graff. li.1. de caſibus c.7. n.28. & conſ.5. de homicidio*, vbi expreſsè ait, nec hoc caſu, incidi in excomm. conſt. Clem. VIII. vndè quādo *Caſtrus Palaus loco ſuprac. n.18. ad finem.* dicit, hos incidere in Bullā Clem. VIII. intelligendus eſt pro ſimilibus caſibus, ceſſante ratione rixæ, quæ etiā durare pōt p horas, *Afflict. conſtit. ſi maritus, rub.46.* Quo caſu nō eſt neceſſariū vt tēpus ſtatutū ſit futurū; & locus diſtans à cōuentione. ſed ſufficit, ꝙ ſit præſens, vt per DD. ſuprac. qui ex hoc inferunt, incurrere hāc excōmunicationem, intellige Clem. viij. vt per *Caſtrū Palaū ſupra*, eū, qui cauſa pugnandi diceret alteri veni ad talem locū, te ibi expecto, vel qui ab

alio

Digitized by Google

alio iniuria affectus, videns illum enſe carere, ei ſic diceret, abi, affer enſem, hic te expecto vel in tali loco. *Sanchez ſuprac. num. 28. in principio, Filliuccius ſup. nu. 112. Reginaldus cit. num. 7. ad finem.* Quòd ſufficiat ſi tempus, & locus ſint incerta, vt ſi quis alteri dixerit, cũ occurremus in Ciuitate, vel obuiam tibi ero, tecum pugnabo, dixit *Filliuccius ſup. n. 108. ad finem, & Bonac. de cenſuris diſp. 296. p. 1. n. 10.* Sed contrarium poſt *Mancinum, docet Diana t. 5. tr. 13. reſolut. 59.* quia cùm locus, & tempus non ſint certa, non poteſt dici ſignificatio loci, & temporis, quia idẽ eſt aliquid eſſe incertum, vel non eſſe, vndè ſcriptura incerta, nihil probat *l. duo ſunt Titij vbi DD. ff. de teſtamẽtaria tutela,* & qui dat in certũ, nihil tradere videtur *l. 3. § incerta ff. de acquirẽda poſſeſſione.* Dicitur tandem *abſque legitima cauſa,* quia dãtur caſus, in quibus licitum eſt duellũ, qui caſus poſsũt accidere, vel ex parte vtriuſq. vel ex parte vnius tantũ, ex parte vtriuſq. eſt legitima cauſa, bonum publicum, quod contingere poteſt in reſolutione belli in duellum, & poteſt contingere primò, quando hoſtis exercitui, duellum offerat, quod poteſt ab aliquo acceptari, ſi ad auertendam ignominiam, hoſtium animos debilitandos, ſuorumq. confirmandos, neceſſarium videatur. Secundò vbi ad experiẽdos, ac debilitandos aduerſariorum militũ animos, finemq. belli, ac victoriam facilius conſequendam, opportunum mediũ Duci videatur, priuata duella ſuorũ militum contra hoſtes indicare. Tertiò ſi ad Reipublicè bonum, belli exitum, ſecuritatem ab hoſtibus conſequendam, imminente belli conflictu, magis expedire Ducibus videatur, vt totum bellum ad duellum, vel paucorum certamen reuocetur, hoſtiq. offeratur, vel oblatum acceptetur, in quibus ſemper ineſt tacitum pactum, vt neutrius factionis militi ſuccumbenti, à circumſtantibus ſuccurri debeat, ita poſt alios *Layman cit. lib. 3. tract. 3. p. 3. cap. 1. n. 3.* An autem peccare in hoc poſſit Princeps, vel Dux offerẽs, vel acceptãs, ſi per tale duellum victoria traheretur ad ſtatum magis dubium. videte *Caſtrum Palaũ de charitate tr. 5. diſp. 5. p. 7. num. 15.* ex parte verò vnius eſt licitũ ſecundũ oẽs quãdo eſt ad defenſionẽ diuini honoris vt explicat *Caſtrus Palaus loco ſuprac. n. 14.* Itẽ eſt licitũ ex parte prouocati, non tñ prouocantis, vbi quis alicui minatur mortem, vel falſum teſtimonium, aut grauem iacturam diuitiarum, niſi duellum cum illo acceptes, & credas ſine dubio, tibi illud malum inferendum eſſe, recuſato duello, ita poſt *Sanchez, Valentiam, Conink, & Leſſium, Caſtrus Palaus loco ſuprac.* de quo re *Layman loco ſuprac. num. 2.* vbi & ſi concedat id, ob liberandam vitam ex certo periculo, negat verò vbi tantũ tractaretur de de defenſione honoris, & bonorum, ſed opinio prima eſt probabilis, maximè de defenſione bonorum, ac etiã honoris, qñ tractatur de honoribus, & muneribus publicis, vide *Dianam t. 5. tract. 13. reſol. 27.* vbi latè de hoc duello purgatiuo, fauet *Caſtrus Palaus ſup. num. 8.* vbi quòd non ſit cauſa legitima, prouocatum excuſans, ſi ex non acceptatione, ignauus, & timidus ob id reputaretur, ita vt nõ poſſit corã ſocijs ſinè rubore cõparere, qua de re vide *Layman apud Dianam tom. 3. tr. 6. reſol. 1. ad fin. & nos infrà.* De alio caſu, qñ iniquè es accuſatus, & condemnatus, vel credis certo te eſſe cõdendãdũ, & offeratur duellum ab accuſatore, vel iudice, ſi velis à cõdẽdatione liberari, vide *Caſtrũ Palaum loco ſuprac. n. 11. & Dianã ſup.* Quòd poſſit excuſari iſta excommunicatione in foro conſcientiæ prouocans, quando alterum diffidat non animo pugnandi, ſed tãtũmodo cauſa ſui honoris defendendi, & ſi aliundè peccet, poſt *Filliuccium, & Floronum,* docet *Bonacina cit. p. 48. num. 14.* vbi refert *Filliuccium loco ſuprac. n. 113.* qui etiam probabile exiſtimat, eod. modo non affici excommunicatione tã prouocãtẽ, q̃ acceptantẽ, ſi ſimul accedãt ad locũ abſq. animo verè pugnandi, ſed tantumodo inferendi aliquos ictus cũ morali ſecuritate, quòd nullum, vlli parti damnum ſequuturum ſit, ſed pax potius conciliãda, vt fieri ſolet, quando ita ſe conuenirent, vt aliqua iniuria purgetur, & adſunt amici, qui illos poſt aliquos ictus ſtatim diuident, & ſequitur *Diana p. 2. tr. 2. miſcellaneo reſol. 55. & repetit p. 3. tr. 6. reſol. 1. in princ.* Circa reſeruationem dictæ excommunicationis pro foro conſcientiæ, diſtinquendi ſunt duo caſus; Primus eſt, quando commiſſum fuit duellum in terminis *Concil. Trid. & conſtitutionis Gregorij XIII.* & tunc certum eſt, nequire ab eo abſoluere Confeſſarium aliquem, vigore cuiuſcunque ampliſſimi priuilegii, nam in iſtis terminis iſte caſus inter alios eſt exceptus in *decreto S. Congregationis ſub Clem. XIII. de abſolutione à cenſuris, & caſibus reſeruatis, apud Quarantam, Nald. & alios, verb. caſus reſeruati, vt per Peregrinum, & alios infracitandos communiter,* dixi *Confeſſarium,* quia cum reſpectu Confeſſariorum priuilegiatorum emanauerit dictum decretum, non comprehendit Epiſcopos, *vt per Praxim Archie. Neap. c. 18. n. 12.* vndè ſi caſus iſte erit occultus, neq. deductus in foro contentioſo, ab eo poteſt abſoluere Epiſcopus per ſe, vel per alios vigore decreti S. Concil. Trid. vt dixi *ſuprac. p. 2. huius tract. recoll. 9. num. 69. poſt Sanchez, Paulum Sqillantem, & Peregrinum,* ex quibus authoribus, ſi rectè perlegãtur, duntaxat *Peregrinus* clarè loquitur de abſolutione huius caſus in terminis *Cõcil. ac Greg. XIII. & Decreti Clem. VIII. de abſolutione à cenſuris,*

Digitized by Google

*Iuris, & caſibus reſeruatis*, & non ſolum hoc caſu, concedit id Epiſcopis, quando caſus eſt occultus, ſed etiam quando eſt etiam publicus, ſed illo irretitus, eſt impeditus adire Legatum, vel S. Pontificẽ, de qua re *Duardus lib. 3. in Bulla cœnæ §. 2. q. 8. num. 18. & 39.* vbi generaliter docet, impeditos abſolui, poſſe ab Epiſcopis vt ſuprà à caſibus reſeruatis in decreto *Clem. VIII. & confirmato à Paulo V. de abſolutione à cenſuris, & caſibus reſeruatis*, qui *ibid. q. 11. num. 52.* docet, per decretũ præfatum Clem. VIII. non fuiſſe reuocatam facultatem conceſſam Epiſcopis extrà Vrbem, in Italia degentibus, ſed Confeſſarijs deputatis ad audiendas Confeſsiones, in Italia commorantibus. Dixi, *ex quibus authoribus ſi rectè perlegantur, duntaxat Peregrinus clarè, &c.* Nã *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcopi allegat.* 150. *ad finem, Bonacina diſp. 2. de cẽſuris q. 6. p. 2. ac to. 3. diſp. q. 1. p. 48.* quos refert & ſequitur *Caſtrus Palaus tom. 1. de charitate tract. 5. p. 7. ſub num. 19. Homobonus de caſibus reſeruatis, lib. 1. eũ de tertio caſu fol. 287 in magnis*, ex vna parte, videntur loqui in terminis conſtitutionis Clementis VIII. *incip. illius, vices* in quibus reſpectu omnium facta eſt reſeruatio ſtrictiſsima, excepto articulo mortis, cum clauſula *non obſtantibus*, per quã cenſet, in ſpecie *Graff.* eſſe derogatũ facultati conceſſæ Epiſcopo *in Concil. Trid. circa occulta tom. 1. conſiliorum tit. de homicidio conſ. 4. num.* 20. imò quòd magis mirandum, *lib. 1. de caſibus reſeruatis cap. 7. num. 19.* concedit, eum, qui tranſgreditur in hac materia conſtitutionem Clementis VIII. in actionibus non prohibitis per Concilium Tridentinum, vel conſtitutionem Gregorij, poſſe abſolui à Confeſſariis priuilegiatis, de qua re nos infrà, & negat poſſe abſolui ab Epiſcopo vi conceſsionis Tridentini, vt ſup. hanc opinionem ſequi videtur *Megalius p. 3. lib. 4. cap. 4. nu. 16. ad finem*, vbi ex eo, quòd Conſtitutiones Gregorij XIII. & Clem. VIII. prohibentes duellũ priuatum, emanauerint poſt Conciliũ Tridentinũ, infert, duellãtes non poſſe abſoluere Epiſcopum, etiam in caſu occulto, vigore eiuſdem Concilij, &c. Ex alia parte videntur loqui etiam in terminis dicti decreti Clem. VIII. (forſan equiuocando inter Bullã Clem. & Decretũ eiuſdẽ Pontificis) præcipuè *Bonacina, & Squillantes*, qui allegant *Peregrinum loco ſuprac.* pro eorum opinione. Sed quidquid ſit, dum hoc affirmãt in terminis Bullæ Clementis VIII. ratione de qua ſup. cenſentur concedere à fortiori in terminis Concilii Tridentini, & Gregorii XIII. à quibus caſibus tantũ prohibentur abſoluere Confeſſarii priuilegiati non autem Epiſcopi vt ſuprà dictum fuit. Secundus caſus eſt quãdo commiſſum fuit duellum in terminis tantum conſtitutionis Clementis VIII. quo inſpecto, cùm ex ſupradictis conſtet, non ſolum poſſe abſoluere Epiſcopum, ſi caſus eſt occultus, vel ſi eſt publicus, vbi tali cenſura irretitus, eſſet impeditus adire S. Pontificem, vt per ſupra citatos, & præcipuè *Sanchez, Squillantes, & Caſtrum Palaum*, qui addunt ab eo etiã poſſe abſoluere Confeſſariũ virtute Bullę Cruciatæ, de qua re *Diana p. 5. art. 14. reſol. 104.* ſicut eſt certum poſſe abſoluere etiam virtute iubilei, vt dixi ſuo loco. Reſtat difficultas, an nõ obſtante reſeruatione facta ibi à Clemente VIII. poſsint Confeſsarij Regulares, aliique qui habent facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis Sedi Apoſtolicæ ( exceptis cenſuris in Bulla cœnæ ) abſoluere ab hoc caſu? *Sanchez enim cit. lib. 1. ſumma cap. 39. num. 27.* negat expreſsè. Sed contrarium meritò docet *Peregrinus noſter cit. cap. 37. n. 13. & 16.* ea ratione, quòd dictus Clemens in ſuo decreto, de quo ſuprà. prohibeat priuilegiatis Confeſſarijs abſoluere prouocantes, & pugnantes in terminis Concilij, & Greg. ergò videtur concedere illis, vt poſsint abſoluere quando caſus tantum comprehenderetur in conſtitutione ipſiuſmet Clementis, maximè quia dicta conſtitutio fuerat edita decem annis antea, ſcilicèt anno 1592. & dictum decretũ anno 1602. & ſic iuxtà iuris regulas, quòd lex vetus declaratur per legem nouã item quòd exceptio ponat regulam in contrarium, ſequitur, quòd per dictum decretũ ipſe Summus Pontifex voluit tollere derogationem Priuilegiorum factam in dicta cõſtitutione, & reſtituere facultatem ipſis priuilegiatis circà alios caſus, extrà ibi exceptos, & præcipuè circà hunc caſum pugnantiũ in duello extrà terminos S. Concilij Trid. & conſtitutionis Gregorij vt *ibid. ſubdit Peregrinus num.* 17. *ad finem*, ita declaraſſe eundem Clem. VIII. teſtatur *Comitulus lib. 6. reſponſ. moral. q. 17.* ſcilicèt, *quoties nec in Trid. Concil. nec in Greg. XIII. conſtitutionem contra duella incitantes editam, peccatum non ſit, poſſe eum, qui in conſtitutionẽ ipſius Clem. VIII. deliquit, eaque re excommunicationem ſubijt, abſolui ab ijs, qui iure priuilegij ante decretum*, ( idem dicas de his, qui poſt illud decretum obtinuerunt dictum priuilegium iuxtà *Peregrinum loco ſuprac.*) *à Pontificiis caſibus abſoluere ſoliti erant*, hæc ſunt verba ipſius *Comituli*, & probat *Reginaldus lib. 21. praxis n. 7. ad finem, Filliuccius tr. 29. n. 167.* qui *tract. 15. nu. 106.* ad hoc vt Confeſſarius priuilegiatus, ſciat, in quibus caſibus poſsit abſoluere, aſsignat tres differentias inter conſtitutionẽ Gregorij, & Bullam Clementis pro duello priuato, ibi. *Primò quia in Bulla Gregorij punitur principaliter ipſa pugna in duello, ſecundariò cooperantes ad illud, vnde ſi non ſequatur effectus pugna, vel acceſſus ad locum, vt*

*pugne-*

Digitized by Google

*pugnetur, non incurritur cenſura, ſi autem ſequatur acceſſus, & non pugna, ſi quidem ſequuta non ſit ipſorum cooperatorum, & ſociorum opera non incurrunt, ſi aliundè, incurrunt. At in Bulla Clem. VIII. etiam principaliter punitur omnis cooperatio etiam effectu non ſequuto, nec acceſſu. Secundò, quia in Bulla Clementis comprehenduntur plures perſonæ, & actiones ſaltem expreſſè, atque adeò abſque dubio an incurrant nec ne, ex eo, quod non ſint efficaces cauſæ. At in Bulla Gregorij tantum comprehenduntur committentes pugnam, concedentes, ſocij, & ſpectatores, dantes auxilium, conſilium, &c. Quare diffidantes, manifeſta facientes, & alij huiuſmodi nõ videntur ex vi Bullæ Greg. incurrere qñ ſaltē nõ ſequitur effectus. Tertiò vi Bulla Greg ſoli ſpectatores ex cõpoſito, ideſt ex cõuentione facta cũ duellantibus incurrunt etiã ſi non ſunt eorum ſocij de induſtria, &c.* Regulam magis compendioſam tradit nouiſſimè *Carolus Antoninus Theſaurus de pænis eccleſiaſticis verb. duellum cap.* 5. ibi *itaque hodie in* Italia, *priuilegia habentes præfata, non poſſunt abſoluere principales ſi pugnauerint, cooperantes verò ſcilicèt ſecundariè, nõ poſſunt abſoluere quoties principales acceſſerunt ad locum pugnæ, licèt ea non fuerit ſubſequuta, ſi per eos cooperatores non ſteterit, quò minus ſequeretur, quia iſtis talibus caſibus, & terminis incurrunt pænas ex Tridentino, & Gregorio, in aliis autem caſibus, licèt illi omnes incurrant excommunicationem Papæ reſeruatam in Bulla Clem. VIII. tamen non ſunt per illã, neq. per illud decretum impedita eorũ priuilegia.* Quòd quando non fuit acceptatũ duellum non incurratur ex neutra parte iſta excommnnicatio, notat *Nouarius in ſumma Bullarii cùm de duello ad finem. Sed Bonacina ab eodem allegatus* (nam *Riccius* non facit mentionē alicuius Bullæ, vt infrà) loquitur de excomm. lata à Gregorio XIII. cõtrà noſtrum *Peregrinum*, & expreſſè concedit, talem, qui venerat ad locum, incurrere excommunicationem, latam per conſtitutionem Clementis, cùm ſubdat, ab ea poſſe abſoluere Cõfeſſarios Regulares, quod etiã poſt alios docuit *Diana par. 2. tract. 2. miſcellaneo reſol. 55. & p. 3. tr. 6. reſol. 1. verſ. dico octauo, Comitulus latè lib. 6. reſponſorum q.* 18. quòd eſt adeò verum, vt per dictam Bullã dũtaxat prohibeatur expreſſè prouocatio, & contrà prouocantes infligatur excommunicatio, & nunquam in ea reperiatur facta mentio de acceptante, vndè Doctores. qui docent, quòd acceptans duellum ſtatim incurrat dictam excommunicationem, fundantur in illis verbis generalibus. ibi *quomodolibet ſe immiſcuerint*, ita *Filliuc. tr. 29. nu. 176. Bonacina cit. p. 2. num. 10. verſ. eaſdem pænas, & p. 48. Peregrinus q. 21. n. 5.* & alij. Accedat, quòd aliàs deſeruiret de vẽro opinio magis communis Doctorum, quòd ad incurrendã dictã excomm. Clem. viij. ſufficiat prouocatio, vel acceptatio, etiam ſi non ſit ſequuta pugna, vel acceſſus ad locum pugnæ, *Graſſius lib. 1. de quinque caſibus cap. 7. n. 19. Filliucc. & Bon. locis ſup. proximè citatis. Filliucc. cit. tr. 29. n. & alii, quos ſequitur Theſaurus loco ſupracit. ad finē capitis 4.* Nota quòd opinionē *Ricci* allegati per *Nouarium ſuprà* ſimpliciter docentis, duellantes oblato, & acceptato duello, ſi poſtea non ſit ſequuta pugna, nullam excommunicationē incurrere, ex Theologis, docere *Hurtadũ de Mendozza apud noſtrum Dianam p. 5. tr. 14. reſolut.* 102. qui *Diana* licèt aliis iudicandũ relinquat, an dicta opinio ſit probabilis, fatetur tamen, talem opinionem *ſibi magnam vim afferre, & ſi eſſet vera praxis* S. *Pænitentiariæ & ſtylus Curiæ Romanæ.* Quod dixi ſuprà de acceptante duellũ, ſ. incurrere excõmunicationem Clementis VIII. intelligas, quando illud, quis acceptat præuijs ſcriptis prouocatoriis, manifeſtis, denunciationibus, &c. ſecus ſi ſimplici verbo, quia talis non contrauenit expreſſè, neque Concilio Tridentino, neq. cõſtitutionibus SS. PP. cũ nullibi de acceptante ſit expreſſè mẽtio, ſed tãtum tacitè quatenus cooperatur ad ſcripta duelli, illorũ publicationē, denunciationē, &c. ergo quando ſimplici tantũ verbo, non non includitur. Aſſumptum non poteſt negari *à Bonacina, Peregrino, & Filliuccio locis ſupracit.* qui iſtum acceptantem comprehēdi volunt ab illis verbis, *quomodolibet ſe immiſcuerint, vel ſub aliis verbis generalibus,* que verba generalia ſemper præſupponunt, effectum pugnæ eſſe ſequutum, quia ſemper ante dictum effectum ſequutum, per ipſos poteſt ſtare, quin ille ſequatur, quo caſu perſonæ, & actiones ibi recenſitæ non ſubiacent excommunicationi, fauet *Hurtado* poſt hæc ſcripta apud *Dianam tom. 5. tr. 14. reſol. 99.* Ex dictis infertur, eũ qui fictè duellum acceptauit, vel ad illud prouocauit ſinè animo congrediendi, ſed tãtũ inanis gloriæ oſtentationis, vel qualemcumq. infamiæ notam, vitandi cauſa, ſi non præceſſerit aliqua ſcriptura, vel alia ſollemnitas, neque ligari excommunicatione aliqua, quòd procedere, etiam ſi ad locum pugnæ deſcenderint, certi, pugnã fore impediendã, dixi iam ſup.

Duellum committentibus cooperantes incurrunt excommnnicationem S. Pontifici reſeruatam, ex Pio IV. *Concilio Tridentino Gregorio XIII. & Clem. VIII. locis ſuprà relatis.* Huiuſmodi cooperantes duplicis ſunt generis, aliqui enim ſunt, qui cooperãtur ad prouocationem, & acceptationem, item etiam ad pugnam iſti ſunt ſocii, patrini conſilium, auxiliũ, & fauorem, vel cõmeatũ illis præſtãtes, mandantes, & inſtigantes, vel ſuadentes. nomi-

nominati etiam à Greg. XIII. iſti enim & ſi ex Clem. VIII. incurrant in excommunicationem, etiam ſi principales non pugnauerint, nec acceſſerint ad locum deſtinatum. Tamen quia etiam pro iſtis intelligitur clauſula illa *ſi per eos non ſteterit*, non incurrunt ſtatim, ſed quando vel ſequitur prouocatio, vel acceptatio, vel acceſſus, ad quē reſpectiuè per ſuā cooperationē influūt, vel præterit tēpus de illa faciēda præſcriptū, vt infrà, ita *Bonac. ſup. p. 48. n. 33. verſ. hoc poſito. & ſeq. & ante eum Peregrinus q. 1. num.* 8. Vndè ſequitur, ꝙ ſequuta acceptatione pugnæ, cum acceſſu non poſſint tales abſolui à priuilegiatis, quia tunc ſunt in terminis Gregorij, ſed benè non ſequuto acceſſu quia tunc incidunt in terminis Clem.

Alij, qui cooperantur ad cartulas, declarationes, libellos prouocatorios, ex nominatis per Clem. VIII. ex iſtis aliqui ſtatim incurrunt excomm. nempè affigentes, vel intimantes libellum prouocatorium, alij non incurrunt ſtatim vt componentes libellos, declarationes, conſulentes, mādantes, vt deferantur, vel duellum offeratur, ſed ſequuto affectu publicationis, declarationis, oblationis, &c. *vt per Bonac. to. 3. diſp. 3. p.* 48. *n.* 33. & alios. Quia verò Clem. VIII. extendit Cōcil. Trid. & conſt. Greg. XIII. ad perſonas cooperantes circa cartulas, &c. illæ poſſunt abſolui à Confeſſario priuilegiato, ſi ſequuta fuit cartularū publicatio, vel ꝑ eos nō ſteterit. Vndè ligantur excōm. Clem. VIII. licèt ipſimet prīcipales pænitētia ducti, impedirēt id, vel ab alijs fuerit intimatio impedita, quòd ſi nullus impediat, nec ſequatur, ſed differatur publicatio, denunciatio, dicendū hos ligari, quando præterit tempus, quòd erat præſcriptum, & ſic licèt poſtea impediant, non vitabunt excōm. vt ſupra dixi ob verba illa, *ſi per eos nō ſteterit Peregrin. q. 5. n. 13. Bonacina n. 33.* Quòad comitātes, & adſtātes. Aduerte, prædictos nō ligari, ſi comitentur, vel ſint præſentes animo pacificandi pugiles, quia fortè alter pacem recuſat, niſi deſcendat ad locum pugnæ, & ſi ſint cauſa, vt alter ad eundem locum veniat, quia hoc eſt opus bonum, & hæc comitiua, & præſentia, paci fauet, & non pugnæ, *Delrius lib. 4. cap. 4. q. 4. ſect. 2. ad finem Sanchez cit. c. 39. n. 31. Bonac. num. 29.* contrà *Comitulum lib. 6. q. 14. n 8.* Secundò ſpectatores ſi ex occulto duellū aſpiciant non ligantur, quia ſpectatores dicuntur tantum qui ſua præſentia in publico ſpectaculum cohoneſtāt. *Leſſius lib. 4. cap. 4. num. 83.* neque caſu tranſeuntes, ſi ſubſiſtunt, & duellum aſpiciunt, quia hi non dicuntur ſpectatores ex compoſito, vel induſtria, ſed caſu, vt per Doctores ſupra. & notat *Reginaldus li. 21. n. 77. Comitulus ſup. n.* 5. Tertiò comitātes, & ſpectantes extra caſus ſupradictos, ſtatim ligantur dicta *Clemēt.* excōm. etiā ſi nec pugna, nec acceſſus ad pugnā ſequatur, niſi ipſimet duellū impediāt; Accedit poſt hæc ſcripta *Hurt. apud Dian. t. 5. tr. 14. reſol.* 100. vbi *reſol. ſeq.* de cōmodante arma, vel equm amico volenti duellare.

## E

Eccleſiam præſumentes non egredi, excōmunicati, vel interdicti, cùm a celebrantibus, id eis denunciatur, incurrunt excommunicationem *S. P.* reſeruatā in *Clem. grauis de ſent. excomm.* vt dixi *ſup recoll* 3. *n.* 220. vbi præſuppono, hos tales nominatim monitos vt ſup. (& ſic non ſufficit admonitio alterius, vt contra *Caiet.* docent communiter DD.) ſi non exeant, hodie incurrere hāc excomm. nō ſolū qn̄ publicè ſunt tales, ſed quādo etiā fuerunt denunciati pro talibus, vel publici Clericorum percuſſores, quidquid *Bonac. tom. 3. diſp. 3. q. 3. p. 20. num. 14.* contrarium putet probabilius, contrà *Suar. & Filliuccium*, quem *Bonacinam* ſequi videtur *Theſaurus de pænis eccleſiaſticis verb. cenſura verſ. requiritur.* Non video autem ſufficientem rationem differentiæ, inter alios caſus, vbi canones loquuntur etiam de publico excōmunicato, vel interdicto, qui interpetrantur hodie de denūciato, & iſtā Clemētinam, vt infrà *ſepeliens.* præterquā ly *publicè in d tex.* debet referri ad ſenſū, quē habebat tunc temporis, quo tēpore idē ſignificabat eſſe publicè aliquē excōmunicatū, vel interdictū, quā hodie ſignificat, aliquem eſſe denunciatum, *Bonacinæ* autem me ſubſcribo, cōtra *Suar.* in eo, ꝙ nō opus ſit ad incurrendum dictam excommunicationem, quòd Eccleſia illa, à qua dicti excommunicati, vel interdicti exire nolunt, ſit interdicta; Quid faciendū ſit quando tales etiam ſi Clerici, vel Religioſi ſint, nollent exire ab Eccleſia, dixi *ſupra recoll.* 3. *n.* 221. *& ſeq.*

Eccleſiarum effractores, & ſimul expoliatores, incurrunt excommunicationem *ex cap. conqueſti* 22. *de ſentent. excomm.* ibi *mandamus, vt memoratos ſacrilegos, excōmunicatos nuncietis*, quæ verba cum ambigua ſint, probabilem opinionem, eſſe illam, *Vgonis, quem citat ibi gloſa.* dixit *Suarez t. 5. diſp. 22. ſect. 2. nu.* 10. quòd ſcilicèt non contineat excommunicationem latæ ſententiæ, ſed ferendæ, qui tamen fatetur, in contrarium eſſe aliorū DD. communiſsimam ſententiam. Qui verba ſupra relata explicant hoc modo, *mandamus, vt eos excommunicatos nuncietis, quia ex nūc excōmunicatos eſſe volumus*, patet quia poſtquam illos denunciauerit Epiſcopus, S. Pontifex vult, non poſſe abſolui, *niſi ſe Apoſtolico conſpectui repreſentent*, ergo ante denunciationem, ibi præſupponitur, dictam

etiam excommunicationem fuiſſe latæ ſententiæ, & ſi nulli reſeruatam, ita idem *Suar. loco suprac.* ac etiam *Filliuccio*, *& Toleto allegatis*, *Bonac. tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 12. num. 1. &* 15. Adde *Barboſam de poteſt. Epiſc. alleg.* 50. *num.* 88. *Reginaldum lib.* 19. *nu.* 60. *Laym. lib.* 4. *tr.* 10. *c.* 7. *ad finem*, qui benè ſubdit, niſi in Prouincia ſit, qui à Sede Apoſtolica priuilegiatus ſit, vt à cenſuris iuris Papæ reſeruatis abſoluere poſsit, nã poterit abſoluere ab illa poſt denunciationē, vnde meritò Arimini ab Illuſtriſs. Epiſc. Pauonio fuit iſte caſus reſeruatus, in illis caſibus, in quib. nō eſt Papalis. Qui *Bonac. n. ſeq.* ꝓbat poſt *Filliuc. tr.* 15. *n.* 58 ꝙ ad hoc vt talis caſus ſit reſeruatus S. Pontifici, ſufficiat generalis denũtiatio, qua in cō muni, & in genere declarentur excommunicati, qui Eccleſiam fregerunt, furando, &c. quòd capere non poſſum, cum enim illud verbum *tex. nuncietis*, non poſſimus intelligere pro fulminatione excommunicationis in exequutionem excommunicationis ferendæ, vt iam ſupradictum eſt, neceſſariò debet intelligi de declaratione per ſententiam particularē, quòd Petrus ob effractionē, &c. iã incurrerat excōmunicationē in iure latã imò ꝙ poſt ſententiã etiam ſit denunciatus per cedulones, qui nō fieri, ſolēt, niſi contrà particularē ꝑſonã, & nominatim, vndè tũc d. excōm. eſt reſeruata S. Pontifici, ita *Suarez cit. ſect. 2. num.* 19. *ad finem Sayrus lib. 3. c.* 29. *num.* 14. ſequitur *Carolus Antonius Theſaurus de pœnis eccleſiaſticis p. 2. verb. ſacrilegium cap. 3. verſ. limita* .2. Nomine autē Eccleſiæ comprehenditur omnis locus ſacer, Epiſcopi authoritate erectus, vel benedictus, excepta ſacriſtia valde ab Eccleſia ſeiuncta, idem dicas de cæmeterio, ſi eſt ſeiunctũ ab Eccleſia, oratorio priuato, aut ipſius Eccleſiæ, vel Epiſcopi palatio, vt per præcitatos authores. Per effractionem verò intelligitur quęcunq. violentia cum ruptura, vt ſi rumpas feneſtras etiam vitreas, parietem, tectum, vel ſerraturam, aut vectem, per vim euellere facias, ſecus ſi ingenioſa claui, vel alio artificio, ſine ruptura, ingrediaris, hanc eſſe ſententiam omnium, à qua non licet recedere poſt *Nau.* dixit *Suarez ſup. ſect. 2. ſub nu.* 12. & proſequuntur alij ſuprac. Tandē nomine ſpoliationis, intelligitur communiter omnis rapina, vel furtum graue, & ſic quantitatis aſcendentis ad peccatum mortale, *Suar. ſup. num.* 11. *ad finem*, *Filliuc. tr.* 15. *n.* 55. *Reginaldus loco ſup. verſ. aduerte autem*, qui benè ſubdit, quòd talis materia debet eſſe notabilis vt cōſtituat peccatũ mortale nō furti, ſed in materia ſacrilegii, quæ an ſit eadem, quæ iudicatur in materia iniuſtitiæ, non vult definire *Suarez t. 1. de Religione lib. 3. de reuerentia locis ſacris c. 5. ad finem*, ſed prudentũ arbitrio id remittit, *quia* ſubdit, *cùm furtũ ſit magis per ſe, ac directè volitum, quàm iniuria loci ſacri, non videtur repugnare, vt aliqua materia, & modus furandi, ſufficiat ad malitiam mortiferam committendam, quæ in ratione irreuerentiæ loci ſacri, vel violationis immunitatis eius non ſit ita grauis offenſio.* Qui etiã in hoc dubio concludit, tutius eſſe in furto mortali confiteri circumſtantiã loci ſacri, tñ de excommunicatione lata contra furantē in loco ſacro, nihil dicit, vndè recurrendum eſſe cenſeo ad ea, quæ dixi *ſup. p.* 1. *recoll.* 10. *num.* 67. *& ſequent. cùm de excommunicationibus latis, & ferendis pro furtis.* Quòd etiã ſufficiat ad incurrēdã iſtã excōm. deſtructio quarũcumq. rerum pertinentiũ ad Eccleſiam, vt altaris, calicis, veſtium, ornamētorũ, &c. Et ſi nihil ſecũ exportetur, habetur per *Reginald. loco ſup. verſ. aduerte tertiò.* Nota hæc duo ſimul debere concurrere .ſ. fractura, & ſpoliatio, ita vt vtrũq. ſit peccatũ mortale, & ꝙ fractura ob ſpoliationē fiat, ſi enim quis peruerſa intentione accedit frangendi, & cùm inuenerit fores Eccleſiæ, vel feneſtras apertas, furatur, non incurrit, ſicut ſi alia intentione frangeret, quàm furandi, vel deſtruendi, v.g. extrahendi reum, non incurrit hanc excommunicationem, vt præter authores ſupracit. cōmuniter, habet etiã *Leſſius lib. 2. de iuſtitia c.* 45. *n.* 22. *v. tertiò, qui.*

Eccleſiaſticus, qui alium eccleſiaſticum ad forum ſæculare traxerit incurrit, excommunicationem S. P. reſeruatam. *Martinus V. conſt.* 5. *Barboſa de poteſtate Epiſcopi allegat.* 50. *n.* 105. vbi poſt alios ſubdit, hanc excommun. eſſe in Bulla cænæ Domini, quando fit authoritate iudiciali laica, vide *Bonacinam poſt alios t. 3. diſp. 1. q. 16. p. 4. & ſequēt.*

Electionem Abatiſſæ, vel Prioriſſæ monialium, diſcordiis perturbantes, illi, qui vocati ſunt ad illas, in tali electione dirigendas, incurrunt excomm. nulli reſeruatã, *c. de indēnitatibus de elect. in* 6. vbi DD. ſubdunt, quòd incurrant dictam excomm. non ſolũ Pręlati, vel ab ipſis Prælatis delegati pro intereſſendo electioni tamquam ſuperiores, ſed etiam alii omnes ad hoc accerſiti, ſiuè Clerici, ſiuè Religioſi, ſiuè feminæ ſint, vt eos dirigant in electione, vel per conſiliũ, vel per cōcionē aut confeſsionem, *Bonac. to. 3. diſp. 2. p. 5. n.* 4. ex dictis perſonis, qui non ſunt ſuperiores, intelligitur, quòd debeãt eſſe vocati ad hũc finem, & ita non ſufficit ad incurrendam iſtam cenſuram, ſi ſponte ſe immiſceant, vt per eundem *Bonacinam loco suprac. & per Barboſam in collect. ad cit. c. de idemnitatibus §. poſtremo num.* 20. *& ſeq.* de requiſitis obſeruandis in electione Abatiſſæ, vide *Barboſam de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.* 100. *in addit.* vbi habes appendicem de ætate, & qualitate eligendæ in Superioriſſam monialium, *Lezzanam c.* 25. *Nouarium in lucerna*



Digitized by Google

*Regular. verb. Abatiſſa, & verb. electio n.7. & ſeq.* quæ non habent locum in electione Superiorіſſæ congregationis fœminarum, quæ non ſunt propriè Moniales, & Religioſæ, de quibus egi ſupra *recoll. 2. n. 485.* & in terminis huius excommunicationis notat *Bonacina loco ſupr. n. 3.*

Electores Eccleſiaſticos, vel electrices, eorumq. conſanguineos, Eccleſias, vel bona, præſumentes per ſe, vel per alios grauare, ex eo quòd noluerint eligere in Eccleſijs, Monaſterijs, & alijs locis eũ, prò quo rogabãtur, excommunicationem incurrunt nulli reſeruaram, *cap. ſciant cuncti de elect. in 6.* latè de ea tractat *poſt Suarez*, & alios *Bonac. t. 3. diſp. 1. q. 2. p. 19.* vbi quòd non ſolum grauamen debet fieri hoc prætextu, ſed etiã ꝙ debet eſſe iniuſtũ, & in bonis, vel in perſona. Vndè qui contumeliis dictos electores afficeret, non incurreret dictam excommunicationẽ vbi etiam, quòd illa liget non ſolum laicos, ſed etiam Clericos, Epiſcopos, & maiori dignitate præditos. Nota ly *per ſe, vel per alios,* nam includit mandantes dictum grauamen non autem conſulentes; *Bonac. ſup. nu. 5. ad finem.* quomodo, & qñ ſit reſeruata in Bulla cænæ, vide ſuprà *Clerici conſãguineos.* Quòd nomine electionis hic veniat inſtitutio, vel præſentatio pertinens ad perſonam eccleſiaſticã, v.g. quòad cappellas de iure patronatus, notat poſt alios, *idem Bonacina loco ſuprac. n. 7.* vbi idem dicit de confirmatione, & poſtulatione, nõ puto tñ habere locũ in nominatione ad Cappellaniam non collatiuã, quia ad illam nõ datur propriè præſentatio, vt dixi in meo *tract. de officio Cappellani, q. 3.* quòd perſonarum eccleſiaſticarum appellatione nõ veniant cõfraternitates, & ſodalitia laicorum, habetur per *Bonac ſup. n. 6. ad finẽ* de qua re vide quæ dixi in *eod. tract. de officio Cappellani q. 4. à num. 9.* Hac occaſione notandum, quòd in *Decretis generalibus aditis anno 1599. die 25. Iulij pro reformatione Regularium à Clem. VIII. confirmatis ab Vrbano VIII. 21. Septembris 1624.* relatis per extenſum *à Naldo verb. Religioſus.* in ſpecie loquendo de electionibus inter Regulares celebrandis *n. 35.* habentur hęc verba, *vt officiorum Ambitus occaſio præcludatur, caueant omnes à directa, vel indirecta vocum, ſeù ſuffragiorum procuratione, tàm pro ſe ipſis, quàm pro alijs, tùm in capitulis, tùm in cæteris, præſertim Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, ſeù alibi, quicunque ſecus fecerit præter alias pœnas, & cenſuras hactenus, contra huiuſmodi ambientes inflictas, quas in ſuo robore permanere volumus, in pœnam priuationis officiorum, quæ obtinent, eo ipſo incidant, & ad futura, quæcunq. pariter inhabiles habeantur, ſuper quo cum eis diſpenſare à nemine poſſint, niſi à nobis, vel ſucceſſoribus noſtris, & prò qualitate culparũ grauius etiã plectantur. Porrò ſupradictas omnes pœnas, ad complices, & ſimpliciter ſcientes, & non reuelantes extendimus,* refert *Sigiſmundus à Bononia de electione Prælatorum Regularium dub. 56. in principio Lezzana p. 1. ſumma qq. regular. cap. 15. n. 23.* Qui *Lezzana* licèt ſubdat, per hæc non tolli quominus electores poſſint procurare, vt electio cadat in perſonã dignã, & excludatur indigna, neq. excluditur tractatus inter ipſos de qualitatib. eligẽdi. Et *Sigiſm.* addit nõ debere intelligi de ſubornantibus electores, cũ ſit particularis cõſtitutio eiuſdẽ Clem. de largitione munerum, vbi de ſubornatorũ pœnis. Sicut ego addo neque poſſe intelligi de cẽſuris latis contra ſimoniacos, quia vt dixi *in tr. de officio Cappellani q. 6. ſect. 6. n. 64.* officia Regulariũ nõ ſubiacent excõmunicationi latæ contrà ſimoniacos. in beneficio Non tñ explicant, quę cenſurę ſint iſtæ, in quas incurrunt Regulares cõtrauenientes dicto decreto, latæ generaliter contrà directè, vel indirectè vocem procurantem in electione inter Regulares. Dixi *generaliter loquendo,* quia pro Religionibus aliquibus particularibus extant plures cõſtitutiones SS. Pontificũ id interdicentes ſub pęna excõmunicationis inter alias pœnas, vt infrà *verb. fauor*, & quidem dicerem intelligi de pœna excõmunicationis lata in *cit. cap. ſciant cuncti,* cũ ibi loquatur tex. de his, *qui Clericos, vel quaſlibet alias perſonas eccleſiaſticas, ad quos in aliquibus eccleſijs, monaſterijs, &c. ſpectat electio* qui tex. vt ſupra dixi, nõ ſolũ ligat laicos, ſed etiã alias perſonas eccleſiaſticas, quacunq. dignitate præditas. Quando autem iſta directa, vel indirecta procuratio vocum, ac ſuffragiorum, ſubiaceat dictæ excommunicationi, putarem, arbitrandum eſſe ex qualitate metus, quem incutit vel infert quis ad hunc finem, ita vt in eo peccauerit mortaliter, nã etiã ambitio eſt pecc. mortale, cũ quis gratia eius peccat mortaliter, *Silueſt. ſuperbia n. 7.* vide *Sigiſmundũ cit. dub. 54.* Cùm autẽ *in cit. cap. ſciant cuncti* ſit ſermo de electione *pro Eccleſia, monaſterijs, aut alijs locis pijs,* arbitror non comprehendi electiones magiſtri nouitiorũ, vel diſcreti pro capitulo generali, & ſimilibus, quòad excommunicationem *in dicto capitulo* contentam, & ſi ſubiaceant pœnis nullitatis electionis, cùm ambitio repellat quemlibet à dignitatibus, *cap. in ſcripturis 8. q. 1. l. fin. ff. ad legem iuliam de ambitu,* itẽ pœnis priuationis officiorũ, & alijs pœnis contentis in d. Decreto Clem. VIII. quòd loquitur de procuratione, &c. *tùm in capitulis locorum, tùm in cæteris, &c.* & colligi poteſt etiam à verbis illis, (quæ cauſã finalem ipſius ſanctionis ſignificat) *vt officiorum ambitus occaſio præcludatur,* nam iſta etiam ſunt officia, & in illis cadit ambitio,

fauet

fauet *Lezzana p.1. cap.10. num.32.* vbi benè probat, *per officia, dignitates, gradus, honores, adminiſtrationes, &c. de quibus in Bullis, & decretis Pontificum, intelligi debere ea omnia, quibus propriè, & ſecundum communem vſum & extimationem, talia vocabula accomodantur.* Quis autem neget, Magiſtro Nouitiorũ & Diſcreto, accomodari dictũ vocabulum, officii, igitur. Ex dictis ſequitur, quòd tantò magis poſt electionẽ illi ſuperiores, ſi grauãt electores, qui noluerũt eligere vel ſuos conſanguineos hoc intuitu, incurrant dictam excommunicationem, & cùm iam difficiliter poſſit accidere inter nos, grauamen in bonis, ſufficit, ſi ſit in perſona, dũmodo grauamen notabile ſit, & iniuſtũ, vt dixi ſuprà.

Electioni Canonicæ Romani Pontificis contradicere præſumentes, incurrunt excõmunicationem nulli reſeruatam, ex Bonifacio VIII. *in c. ſiquis ex Sacerdotibus diſt.76* quando autem tales ſunt ſchiſmatici, incurrunt excommunicationem reſeruatam *in 1. can. Bulla cœnæ,* vt ibi p authores, declaratur.

Eleemoſinam prohibentes elargiri Fratribus Carmelitis, & Aguſtinianis, incurrũt excommunicationẽ, *Portellius verbo eleemoſina in ſuis dubiis regularibus,* conſtitutiones Sixti IV. de hac re, refert *Sorbus in cõpendio v. eleemoſina §.8.* ibi quòd *Ordinarii, ſeù quicunq. alii prohibentes, ne Fratribus Carmelitis eleemoſinæ fiant, ipſo facto ſint excõmunicati, & quòd contra tales poſſunt protectores Ordinis Mendicantium, & Auditor Cameræ Apoſtolicæ, ac Inquiſitores hereticæ prauitatis, ſicut contra hereticos procedere,* & immediatè poſt §. 9. ſubdit, *idem Sixtus conceſſit hoc idem Fratribus Aguſtinienſibus, niſi quòd Inquiſitores ſolum poſſunt procedere contra tales.* Prò Fratribus Minoribus, & Prędicatoribus, idem Sixtus vt habet *ibid.* §.7. conceſſit, quòd Ordinarii eorumq. Officiales, ſeù Curati, qui præſumunt prohibere, ne ipſis, fideles eleemoſinas erogarent, ſi poſtquam (intellige oſtendendo dictam conceſsionẽ) deſuper requiſiti fuerint à dictis Fratribus, non reuocauerint dictam prohibitionem, Ordinarii eo ipſo interdictum ingreſſus Eccleſiæ, & ſuſpenſionẽ à regimine, & adminiſtratione ſuarum Eccleſiarum, alii vero inferiores excommunicãtionis ſententiam incurrant, quidquid tñ ſit, an iſtæ conceſsiones quòd ad incurſum excommunicationis, (quæ non eſt reſeruata) communicentur ab aliis Regularibus, de qua re dubitanter loquitur *Lezzana p.1. cap. 1. ſub num. 4.* vide tamen *infra, Fratres Minores. Aldanus. in compendio canonicarum reſolutionum lib.3. tit.8.* §.6. teſtatur, ſacrã Congregationẽ Epiſcoporum, & Regular. in Veneta 6. Ottobris 1597. declaraſſe, *Regulares, qui ex inſtitutione aut facultate Sedis Apoſtolicæ, eleemoſinas quæritare, aut aliàs mendicare poſſunt, non teneri petere licentiam eleemoſinas per Diœceſim petendi, cùm in erectione monaſteriorum, hæc licentia eis tacitè ab Ordinariis impartita cenſeatur,* refert *Barboſa in collectanea ad Concil. Trid. ſeſſ.21. cap.9. num.* 6. vbi *n.4.* quòd priuilegia Mendicantium, ne prohibeantur petere eleemoſinas, non ſint abrogata per dictum decretum S. Concilij, de qua re agit quoque *in tract. de poteſt. Epiſcop. allegat.* 109. *num.*7. vbi *num.* 10. refert aliam declarationem S. Congregationis Concilij, de anno 1621. quam teſtatur propriã, & originalem, præ manibus habuiſſe, & poſtea in Typographia Cameræ Apoſtolicæ, impreſſam vidiſſe, in hæc verba, *Sacra Congregatio Concilii Tridentini interpretum cenſuit, Fratres Ordinis Mendicantium nequaquam poſſe ab Epiſcopis prohiberi, quominus per ſe ipſos in Diœceſibus, vbi habent Conuentus, eleemoſinas quærant, ſed tantum ſi extrà loca, vbi exiſtant, quæritare voluerint, teneri ſuorum ſuperiorum licentiam Ordinario oſtendere.* Per quam declarationẽ apparet hoc caſu habere locum, quòd dixit, *ibid. Barb. ſup. n.*8. teneri Regulares quæſtuãtes, Epiſcopo fidem facere per litteras authenticas de licentia, ad huiuſmodi quæſtuationem à ſuis ſuperioribus ſibi data, ſcilicèt quando monaſterium pro quo quærunt, ſit extrà Diœceſim, vel addo ego (ex illis verbis declarationis S. Congregationis *per ſe ipſos*) ſi illas quærant per laicos, ex quibus apparet, quomodo poſsit ſubſiſtere id, ꝙ aſſerit *Laurentius de Franchis in ſuis controuerſiis inter Epiſcopos, & Regulares fol. mihi* 39. poſt *Genuen.* ꝙ omnes licentiæ Regular. ſubſcribi debent ab Ordinario, aliàs illos poſſe carcerare, ad hoc vt videant, an eleemoſinę, quas petunt, ſint ſupfluæ pro illo monaſterio, ꝙ etiã antequã referat vltimam declarationem, dixit *Barboſa loco ſuprac. de poteſtate Epiſcopi n.9.* Sed nõ placet *Lezzana loco ſuprac. n.5.* ibi *nõ video qualiter cõpetat Ordinariis iudicare, an eleemoſinæ, quas petunt, ſint, vel non ſint ſuperfluæ, cũ nõ ſint iudices ipſorũ,* nec mihi intelligendo de eleemoſinis quæſitis pro Monaſteriis Diœceſis, non autẽ extraneis. Quòd autẽ Generales, & Prouinciales Fratrum Minorũ obſeruantiæ poſsint carcerare, & punire Fratres Conuentuales, eleemoſinas petentes in locis Conuentum, domorum, & eremitoriorum Fratrum prædictorum Minorum obſeruantiæ, conceſsit Eugenius IV. apud eundem *Sorbum loco ſuprac.* §.5. cætera vide infrà *Fratres.*

Epiſcopus ſe ingerens in aliena Diœceſi etiam diuerſarum linguarum, & rituum, per actus ſiuè Ordinis, ſiuè iuriſdictionis, incurrit excommunicationem nulli reſeruatam, ex *cap. quoniam in pleriſque extrà de officio Ordinarij, Sayrus lib.3. cap. 32. num. 3.*



Digitized by Google

Vndè illam non incurrit,aſſumendo nudū nomen Epiſcopi eiuſdem Diœceſis,ſed ſe ingerendo vt ſuprà. *Bonacina tom.3.diſp.1.q.18. p.2.n.55.vbi n.12.* explicat,quādo vſurpando iuriſdictionem etiā incurrat excomm. Bullę cœnæ *can.*17. vide infrà *Grecus Epiſcopus.*

Ementes triticum, hordeum, legumina, & quoduis genus frugis in ſtatu eccleſiaſtico, vltra vſum ſuum,& familiæ, vnius anni, incurrūt excommun.nulli reſeruatā.Greg. XIII.in cōſt.*incip.inter multiplices,* de qua feci mentionē ſuprà *Barones,*quòd.n.ſanxerūt Clem.7.& Pius V.de Baronibus,etiam Cardinalatus dignitate, fulgentibus,oppida,terras, & villas infrà 50.miliiariā, ab vrbe poſſidētibus, ab eorum ſubditis,ne frumenta,& blada emerent, præterquam pro vſu, & neceſſitate victus, &c.vt ibi dixi. Greg. XIII. generaliter ſtatuit hac conſtitutione pro toto ſtatu ſuo, vt eſt videre apud *Alterium lib. 5. diſp. 9. cap. 5. in principio. Hanc tamen excommunicationem fuiſſe ſublatam per S. P. D. Vrbanum VIII. in ſua Bulla 28.die 21. Ottobris 1624. incip. ſuperni numinis,* de qua infrà *extractio*, notauit *Bonac.t.3.diſp.2.q.3.p.42..n.2.& Theſaurus de pænis eccleſiaſticis p.2.verb. annona cap.2.*

Epiſcopi,Fratres Mendicantes extrà caſus ſibi conceſſos carcerantes, ac perturbantes, incurrunt excommunicationem *S.*Pontifici reſeruatam. Nicolaus IV. relatus à *Confeſſo in compendio priuileg.fol.*31.adeſt etiam conſtitutio Clement. VIII.relata ab eod.fol.218. vide *Paulum Fuſcū de viſitatione cap. 20.nu. Sorbum in compendio priuilegiorum Mendicātium v. conueniri in iudicio,* excipe prout in *Concil. Trid.* quādo agitur de delinquētibus extrà clauſtra, & dixi *ſupra recoll.2. nu.* 496.

Epiſcoporum defunctorum bona inuadentes, excommunicationem non reſeruatā incurrunt. Leo X.in conſt. incipiente, quia authore, anno 1051. de qua per *Scortiam in ſelectas SS. Pontificum conſtitutiones, epitome 2.Theoremate 4.& 5.*

Epiſcopos,ac alios Prælatos è ſua Diœceſi expellentes, carcerantes, aut temerariè, & iniuſtè perſequentes, illiſque conſilium, auxilium,& fauorē ferentes, incurrunt excommunicationē S Pontifici reſeruatam *Clem. ſi quis de pænis,* hodiè eſt in Bulla cœnæ.

Examini ſe pro alio, vel aliū pro ſe,ſupponens pro conſequendo beneficiū, incurrit excōm.*S.*P.reſeruatā.Paulus IV.relatus ſup. *Beneficium*, præter ibi citatos vide *Scortiam in ſelectas SS.PP.conſt.Theoremate* 176.

Excommunicatus ab Ordinario ex eo, ꝙ retineat litteras Apoſtolicas falſas, ſi infrà 20.dies,eas non reſignet, vel ſcindat, incurrit excommunicationē S. Pontifici reſeruatam, *cap.dura,* §. *adiicientes de crimine falſi.* Vbi,*in eod.tex.* §.1. excommunicantur etiā laici exiſtentes in Curia,litteras Apoſtolicas non recipientes de manibus Papæ, vel officialium ad hoc deputatorum, ſed vt notat *gloſa ibidem verb. ſubiaceat, dicta excommunicatio non eſt latę ſententię, quia non ſeruatur hoc,imo videmus, quòd quilibet per nuncium litteras impetrat,& hoc ſcit Papa, & tolerat*, videte *Alterium lib.5. de cenſuris diſp. 7.cap.5 ad finem.* & infrà *falſas.*

Excommunicatus à Delegato Papæ,ſi infrà annum non obtinuerit abſolutionem ab eodem Delegato,poſt annum excommunicatio S P. eſt reſeruata, *c. quærenti de officio Legati, Nau. cap.7.nu.93.Toletus lib. 1.c.35. Suarez diſp.22.ſect.2.in principio.*

Exercitum,& bellum mouens, Baro, vel Magiſtratus in ſtatu eccleſiaſtico contrà alium, incurrit excommunicationem *S.* P. reſeruatam. Alexander VI. in ſua conſtitutione, de qua per *Scortiam in ſelectas SS. Pontificum conſtitutiones Theoremate* 61. vbi *Theoremate 62 in fine*, firmat, hanc excommunicationem eſſe comprehenſam §.14. Bullæ cænę,contrà inuadentes hoſtiliter Ciuitates *S.* Pontificis, videte *Suarez.t.5. diſp. 21.ſect.2.n.*105.

Exigentes perſonæ particulares directè, vel indirectè fructus, vel diſtributiones, vel eorum partē, prouētură ex beneficio in primo anno ab ipſa vacatione, aut accipientes renūciationē,& ceſſionē huiuſmodi fructuū & diſtributionum, vel quid aliud (etiam ex Eccleſiarum conſtitutionibus, & ſtatutis,ac cōſuetudinibus,quæ omnia *S.* Pontifex abrogat, & irritat) in collatione, aliaque prouiſione beneficiorum eccleſiaſticorum, vel admiſſione ad illorū poſſeſsionem, incurrūt excommunicationem S. P. reſeruatam ex Bulla Pij V.104.Dixi, *exigentes,*quia talis cēſura non incurritur,tantum petendo aliquid vt ſup.ſi nō ſequitur ceſſio,vel traditio.Dixi ſecūdò,*perſonæ particulares,* nā ſi ſūt Antiſtites,ſuſpenduntur in dicta Bulla à Pontificalibus,donec præſtita ſatisfactione,à S.Pontifice abſoluantur, & ſi ſunt Capitula,vel collegia,ſubiiciuntur interdicto, vt per *Bonacinam t.3.diſp.2.q.3.p.26.*vbi probabiliter ſuſtinet *n.*4. hanc cenſuram habere locum in beneficiis,exiſtentibus in Eccleſiis Metropolitanis,Cathedralibus, ac collegiatis, & non in aliis extrà illas exiſtentibus,& *n.*5. limitat vbi aliquid ex dicta prouiſione, vt ſuprà, ex ſtatutis,& conſtitutionibus, aut conſuetudine exigeretur ad conuertendū in pios vſus.

Extrahentes a ſtatu eccleſiaſtico mediato, immediato, frumentum, blada, legumina, & oleum, incurrunt excommunicationem, quam innouauit Paulus V. in ſua conſtitutioue 2. inter grauiſſimas curas §. 6. tomo 3. Bullarij noui *fol.* 190. qui in alia conſtitutione *pro peculiari*

Digitized by Google

*culiari*; *ibid.* relata *fol.* 192. Ampliauit etiam ad extrahentes à ſtatu immediato ad ſtatum mediatum, ſed tantum loquitur de frumentis, bladis, & leguminibus, non autem de oleo, ac extendit etiã quòad ea, quæ in proprijs bonis in ſtatu eccleſiaſtico exiſtentibus, eſſent recollecta. Et Greg. XV. cõſcientiarũ ſecuritati proſpiciendo, nuper, die 30. Iulij 1622. declarauit, de cætero non incurri excocomun. prædictã, niſi in quinque caſibus, quos breuiter recollegi in ſummario dictæ conſtitirutionis vulgari ſermone à me edito iuſſu Illuſtriſſ. Pauonij Epiſcopi Ariminenſis. Primus caſus eſt pro ſubditis mediatè ipſi Eccleſiæ ſubditis, cæteri pro omnibus, etiã vllo modo ſubiectis Eccleſiæ. Hodie ex cõſtit. Vrbani VIII. in cõſt. ſub titulo de reuocatione diuerſorũ officiorum, priuilegiorũ, & exemptionũ, *incip. Superni benignitas Conditoris* 21. *Ottobris* 1621. & ſi ſint confirmatæ dictæ aliæ conſtitutiones quòad alias pœnas temporales, reuocando omnes moderationes factas per alios Summos Pontifices (vndè reuocaſſe videtur moderationes Gregorij de quibus ſuprà) abſtulit tamen excommunicationis pænam, *præterquam in caſibus in quibus extrà ſtatum noſtrum eccleſiaſticum, vel ad loca Principum, Baronum, ac aliorum, quorum dominia, in confinibus dicti ſtatus noſtri Eccleſiaſtici exiſtunt, extractio, mercimonij cauſa fiet.* hæc ſunt verba conſt. ex quibus verbis ſatis liquet, quòd vi dictæ conſtitutionis, tantùm incurratur excommunicatio, qñ dicta extractio fit cauſa mercimonij, cũ verba quantumuis generalia, reſtringantur ad cauſam propter quam proferuntur, ergò in tantum permanet excommunicatio adhuc, in quantũ extractio fit extrà ſtatũ eccleſiaſticum, vel ad confinia domicellorũ cauſa mercimonii, vt optimè *Bonacina t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 42. *num.* 1. & nouiſſimè ſequitur *Carolus Antonius Theſaurus de pænis eccleſiaſticis p.* 2. *verb. annona cap.* 4. *num.* 7. qui authores ſubdunt, hanc excõmunicationẽ ex ſtilo Curiæ eſſe reſeruatã. Quæ autem quantitas requiratur ad incurrendam dictã excomm. dixi *ſup. p.* 1. *recoll.* 10. *n.* 161. *& ſup. recoll.* 1. *nu.* 248. Quòd autẽ conſulentes dictã extractionem, non incurrant iſtam excommunicationem. Notat *Bonacina loco ſuprac. num.* 9. qui ſupponit incurrere mandantes dictam extractionem, ſeù extrahere facientes.

Extahentes ab Eccleſia fideles omnes, qui ad eam confugerunt, non obtenta prius facultate Epiſcopi, hodie incurrunt ipſo facto excommunicationem S. Pontifici reſeruatam. ex Bulla Greg. XIV. 3. *incip. cum alias* apud *Quarantam verb. reuerentia diuinorum Naldũ verb. Eccleſia, & alios*, explicatur ex declaratione ſingulorum verborum. Dixi primò, *extrahentes.* vt indicem, ad incurrendam excommunicationem requiri, quòd qui ad Eccleſiam confugit, ibique exiſtit *reluctans, reclamãsq. violenter abſtrahatur*, sũt verba formalia *tex. in can. frater* 17. *q.* 4. Vndè ſi reus voluntariè ſe offert dum capitur, nolens frui immunitate Eccleſiæ, capientes non incurrunt excommunicationem *Bonac. loco infra proximè citando num.* 22. ſecus eſt ſi poſtea ratam habuerit extractionem & ſic procedit doctrina *Maſtrilli, apud Nou. in ſumma Bullarij cùm de immunitate eccleſ. n.* 37. ſicut nec incurrũt hãc excomm. ſi reus blanditijs, & promiſſionibus ſine coactione è loco ſacro, ad exeũdũ alliciatur, & extra eũ capiatur, ſi tamen ei nõ ſit promiſſa impunitas, aut reſtitutio in eundem locum, quibus caſibus illi fides data eſt ſeruanda, ita *Bonacina poſt Nauarr. Suarez. Farinacc. & alios, tom.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 16. § 4. *num.* 24. *præter Filliuccium Duardum, & Fagundez apud Dianam t.* 1. *tract.* 1. *reſol.* 36. Qui cõtrariam opinionẽ *Villadiego, Bobadillæ, Megalii, & Maſtrilli* in fauorem Eccleſiæ, dicit, eſſe amplectendam. Qui auctores cùm loquantur in miniſtris iuſtitiæ, fallacibus, & blandis verbis, abducentibus dictum reum, poſſumus dicere, quòd prima opinio procedat, vbi ab aliis fuit reus vt ſuprà blanditiis extra locum ſacrũ ſtatutus, ideoq. benè ſubdidit *Bonacina loco ſupracit.* quòd is, qui fuit dolo extractus cũ promiſsione impunitatis, aut reſtitutionis in eodem loco (quam promiſſionem non poteſt facere, niſi iudex, aut miniſter iuſtitiæ) ſit illi fides ſeruanda, alioquin grauis ei fieret iniuria. Qui & ſi non declaret, an tales incurrant excommuncationem eo tempore, quo fuit præſcriptum ad concedendam impunitatem, vel ad reſtitutionẽ faciendã, tñ dicẽdũ eſt, illos incidere, quia aliàs dolus illis patrocinaretur, contra regulam textus in *cap. paſtoralis de conceſſione præbenda cum concordantibus*, (quidquid *Stefanus Fagundez lib.* 4. *in ſecundum præceptum Eccleſia cap.* 4. *nu.* 56 *&* 58. dicat, quòd & ſi ita reum abducentes, teneantur illi fidem ſeruare, tamen quòd non committant ſacrilegium, ex quo non extrahuntur violenter) ita expreſsè docet *Caſtr. Palaus t.* 2. *de reuerentia debita in locis ſacris diſp. vnica p.* 11. *nu.* 3. *ad finem, & Nouarius ſup. n.* 41. ex quo dolus cauſat inuoluntariũ, & per cõſequens habetur ac ſi vi fuiſſet talis exſtractus dũ ei nõ ſeruatur fides promiſſa. Dixi *dolo*, quia ſecus eſt ſi tm̃ blandis verbis, manu eductus extra Eccleſiam, ſicut à ſimili licet blãdis verbis, nõ verò doloſis inducere ad teſtandũ *l. fin. ff. ſiquis aliquẽ teſtari probibuerit Rota apud Seraphinum deciſ.* 336 *ſub n.* 9. Dicitur *ab Eccleſia*, quia ſi gaudens immunitate, extra locum ſacrũ capiatur, niſi exiiſſet

Digitized by Google

ſet ad neceſſaria naturæ, capiens non incur-rit excommunicationem *Fagundez cit. nu. 56. ad finem*, vide ad hoc *Caſtrum Palaum p. 6. num.* 14. Alium caſum ponit *Bonacina ſup. num.* 23. de eo qui in Eccleſia captus, & in carcere curiæ ſæcularis, nomine Epiſcopi detinebatur donec cognoſceretur, an reus gauderet immunitate, qui à dicto carcere aufugit abſque ſuperioris ſæcularis culpa, & poſtea iterū fuit captus, ex quo enim hac ſecunda vice non fuit captus in loco ſacro, ad quem poterat redire, & non rediit, ꝙ nō gaudeat dicta immunitate, & abſq. alia ſententia Epiſcopi circa primā cauſam carcerationis, poſſit procedere iudex ſecularis. Ex quo patet qd dicēdū in ſimili caſu de eo, qui fuit extractus abſq. licentia Epiſcopi, qui carcerē fregit, & cū bannitis in cāpanea verſatus fuit, ac denuo à curia ſeculari captus, quia cū potuit in Eccleſia iterū ſe recipere, & non fecit, nō gaudet amplius dicto priuilegio, Vndè hic non habet locum id, quod dicunt DD. hoc caſu nō ſufficere, ſi iudex ſæcularis reū indebitè extractū excarceret, niſi cū reſtituat Eccleſ. vel Epiſc. Dixi *extrahētes*, quia debet intelligi nō ſolū de ſatellitibus, vel de iudice ſeculari, ſed de aliis v.g. offēſi cōſāguineis *Genuenſis in praxi c.* 18. *n.* 6. & ſic nō ſolū de extrahentibus authoritate publica, ſed etiā authoritate priuata, vt occidant, vulnerēt. *Marius Antononinus li.* 3. *var. c.* 15. Quid quid velit, quòd tales incurrant excomm. *can. definiuit* 17. *q.* 4. non autem in excōmunicationem Bullæ Gregorii, quæ ſecundū eum ligat ſolum officiales, & miniſtros curiæ ſæcularis. Et alij hac eadē ratione putēt non incurrere ipſo facto excommunicationē, ſed debere excommunicari, tamen quòd ligentur excommunicatione Bullæ Greg. nouiſſimè poſt *Bonac. ſup.* §. 4. *nu.* 9. probat *Carolus Antonius Theſaurus p.* 2. *de pœnis eccleſiaſticis, verb. immunitas, verſ. præſidendo.* Eccleſiæ autem appellatione hoc caſu, quæ loca veniant, patet ex dicta conſtitutione Gregoriana §. *hac itaque*, ibi *ab Eccleſiis, monaſteriis, ſacellis, domibus Regularibus, & ſæcularibus, locisue ſacris, & Religioſis*, vbi per ly *Eccleſiis*, non intelligitur ſolum corpus interius Eccleſiæ, prout intelligitur quādo agitur de circumſtantia peccati venerij, ſeu pollutione Eccleſiæ; vtpote materia odioſa, & dixi *ſup. p.* 1 *recoll.* 9. *à n.* 178. ſed tota illius fabrica, vt tectū, partes parietū exteriores, campanile, ſacriſtia coniuncta, porticus, atrium turris, & ſimilia loca illi adiacentia, item cæmiterium, ſiuè coniunctum, ſiuè ſeparatum, item ſiuè dicta Eccleſia ſit conſecrata, vel benedicta, ſiuè non, ſiuè ibi celebrentur ſacra, ſiuè non, ſiuè ibi reſeruetur Euchariſtia, ſiuè non perfectè conſtructa, & tandē ſiuè ſit interdicta, vel polluta, ſiuè nō dummodo fuerit fundata authoritate Epiſcopi, & eiuſdem authoritate non ſit diruta cum hic agatur de materia fauorab. vt per Doctores omnes communiter. Qui etiam extendunt hanc appellationem Eccleſiæ ad Sacerdotem portantem Euchariſtiam, vt ſcilicèt confugiens ſub pallio, quando illam defert ad infirmum, vel ad cubiculum egrotantis, vbi ad ipſum communicandum venit Sacerdos, de qua re præter *Bonac. Caſtrum Palaum, Layman, & alios ſup.* vide *Dianam p.* 1. *tr.* 1. *reſol.* 28. vbi *p.* 4. *tr.* 1. *reſol.* 48. de cōfugiēte ad Sāctorū imagines, vel reliquias, quæ proceſſionaliter circunferuntur, ſed in his placet, ſtandum eſſe conſuetudini, vt per *Bonac. ſup.* §. 4. *n.* 27. *ad finem*, Per ly *ſacellis* intelligitur Oratoriū authoritate Epiſcopi erectū quòd in dubio præſumendū eſt, vndè excluditur Oratoriū priuatum, quòd in domo priuata habetur etiam ſi ibi miſſa celebretur. Per ly *domibus Regularibus* intelligitur monaſterium tàm Regularium, quàm Monialium, ſecundùm totum illud, quod ſeptum eſt, ſcilicèt clauſtrum, dormitorium, hortus, viridarium. Per ly *domibus ſæcularibꝰ*, intelligitur non ſolum palatium Epiſcopi, maximè intra quadraginta paſſus ab Eccleſia matrice, nam de exiſtente extrà dictos paſſus, & ſi ſit probabiliſſima opinio affirmatiua, quam probat *Nouar. in bullar. cum de immunitate num.* 10. Tamen in contrarium eſt communis ſententia, quæ tamen concedit, quòd ſi in eo, hoc caſu ſit Oratorium, in quo celebretur miſſa, dictum Oratorium, (in quo differt ab Oratorio domus alterius, priuat vt dixi ſuprà) quòad eius ambitum, fruatur dicta immunitate, vt per Doctores ſupracitatos, qui idem dicunt de palatio Cardinalium, ſed etiam domus Parrochorum, vel Canonicorum coniunctæ ipſi Eccleſiæ intra 30. reſpectu Parrochorum, & 40. paſſus reſpectu Canonicorum, quòd an, & quando procedat, quādo in ea habitent laici, videte *Peregrinum ſup. cap.* 4. *num.* 26. *&* 27. qui nō contradicit *Bonacina* (vt ipſe putat) *ſuprac. c.* 4. *nu.* 7. Dixi *Parrochorum, vel Canonicorum*, (quorū appellatione intelligo Rectores ipſarum Eccleſiarum) quia ſuppono dictas domos eſſe ipſarum Eccleſiarum, & ſic non ſufficere ſi ſint laicorum, vel particularium Clericorum, quia aliàs non poſſunt dici, eſſe in circuitu Eccleſiæ per 30. vel 40. paſſus, vt benè ponderauit *Caſtrus Palaus t.* 2. *de reuerentia debita diuinis locis diſp.* 11. *p.* 6. *ſub num.* 12. de campana Eccleſiæ ab ea tamen diſtante intra 50. paſſus, quæ ſolet deſeruire pro ſeruitio Eccleſiæ, adeſt declaratio S. Congregationis apud *Barboſam in collectan. Bullar. & decretorum verb. Eccleſia. Diana tom.* 4. *tract.* 1. *reſolut.* 108. De domo intus porticum Eccleſiæ data in emphiteoſim ab ipſa Eccleſia laico, quòd non gaudeat dicta immunitate, poſt

alios

Digitized by Google

alios, *Nouarius ſup.num.*25. Per ly *locis ſacris, & Religioſis* intelliguntur etiam communiter Doctores, hoſpitale, ſeminarium, & alia loca authoritate Epiſcopi erecta, ſecundũ totũ illud, quo ſepta ſunt, vt dicitur de monaſterio, vt in ſpecie de furno ſeminarij, poſt *Genuenſem, habetur per Peregrinum loco ſuprac.num.& Bonac.ſup.n.* Item quoq. domus confraternitatum ſæcularium puellarum, etiam, ſeu conſeruatoria, quando ſunt affixa alicui Eccleſiæ, vt per *Peregrinum ſup. cap. 4.num.*68. *ad finem.* Dixi tertiò *fideles omnes,* quia infideles, ſcilicèt iudæi, pagani &c. non gaudent dicta immunitate, excepto vnico caſu, ſi v.g. Eccleſiã confugienres Baptiſmũ non ſimulatè petere videantur, ita *Layman loco ſuprac.num.*12. *Caſtrus Palaus etiam ſuprà p.7.num.7.* qui ſic conatur contrarias opiniones cõcordare, de quibus per *Scortiam Theoremate* 59. ſubdidi ly *omnes*, quia dummodo ſit fidelis, & ſi excommunicatus ſit, vel interdictus, & delictum, de quo inquiritur, non ſit de exceptis in dicta Bulla, ſẽper gaudet quis dicta immunitate, & per conſequens, illum extrahens incurrit excommunicationem, de qua ſupra, vt per ſupradictos authores, qui excipiunt tantum hereticum, quòd intelligitur quòad ipſum crimen hereſis, quia in alijs criminibus ab hereſi, ſecundum probabilem ſententiam, gaudet, præter allegatos, ita *Diana ſup.recoll.*31. *Caſtrus Palaus ſuprac.p.7.num.4.* quid autem de Clericis, & Religioſis, an gaudeant dicta immunitate reſpectu iudicum eccleſiaſticorum in criminibus non exceptis, & ſi ſit inter Doctores controuerſia, tamen probabilior opinio eſt negatiua, quia aliàs immunitas eccleſiaſtica præiudicaret iuriſdictioni eccleſiaſticæ, quòd non eſt aſſerendum, ita *Layman ſuprac. num.* 11. *Bonac. num.*5. *Caſtrus Palaus num.*16. quòd procedere, etiam ſi Clericus, vel Religioſus confugeret ad Eccleſiã exemptã, probat. *Ritt.deciſ.*326.*p.*3. Sed prò affirmatiua fuit p̃ S.Cõgreg. reſolutũ, vt refert *Diana p.3.tr.1.reſol.* 3. vide *Ciarlinũ in cõtrouerſ.c.*10.*n.*19. de laico extrahẽte Clericũ vt præſentet Epiſcopo, an incurrat dictã excomm. fuit declaratũ, quòd ſic, quia ipſe non potuit illum extrahere, nec Epiſcopus iuxta declarationẽ, de qua *Diana* ſuprà, quã etiã refert *Barboſa in collectan.Bullariũ, v.Clericus & immunitas. Nouar.in ſum. Bullarij de immunit.n.*1. *ad fin.* Quòd autem ſeruus, ſeu mancipiũ à domino iniuſtè aufugiens, non gaudeat immunitate, ſed dño ſit reſtituendus, obtempta ab eo ſecuritate, illum non offendendi, habetur in *cap. nullus Clericorũ* 17. *q.*4. notat poſt alios *Bonac. ſuprac.* §.4.*n.*7.*ad finem,* idem dicendũ de filijs familias confugientibus ad Eccleſiã, ne à parentibus, in quorum poteſtate sũt, corrigantur, *Rectius deciſ.*141.*p.*1.*Nouar. ſup. n.*83. & tandem ita practicatur in militibus, qui ob id duntaxat in Eccleſia ſe recipiunt, vt Regi, à quo ſtipendiũ acceperunt, non ſeruiant. Dixi quartò *qui ad Eccleſiam confugerunt,* vt ſignificaretur, nõ ſolũ gaudere dicta immunitate, eos, qui ſe p̃ cãa criminali in ea recipiũt ſed etiã qui pro cauſa ciuili, vt sũt ære alieno grauati, ac etiã publico debito obſtricti, etiã ſi ſint ſuſpecti de fuga, vel cũ magno Reip. detrimento decoxerunt, de quibus fit expreſſa mentio in Bulla Gregorij, ibi *aut fraudulentis decoctoribus,* & probant *Bonacina cit.p.*16.§.5.*n.*8. *Caſtrus Palaus cit.diſp.*15.*p.*8. *& Peregrin.c.*12.*n.*11. hoc pertinere ad crimen ſacrilegij, docet *Fagundez lib.4.in ſecũdum præceptum Eccleſ.cap.4.n.*53. in hoc ſpectandam eſſe conſuetudinem, concludit *Layman ſuprac.cap.3.num.ad finem;* poſt *Megalium, & alios* teſtatur de communi *Nouarius in ſumma Bullarij loco ſuprac. num.*12. *&* 28. *vbi n.ſeq.* ampliat etiam ad debitorem Eccleſiæ, *alios citans*: ita deciſum Romæ in S. Cardinalium Congreg. *alijs citatis, Diana p.1.tract.1.reſolut.*32. Sed poſito quòd hæc doctrina prò fraudulentibus dococtoribus ſit vera, quòad perſonas, contra *Boerium deciſ.* 215. & alios, de quibus per authores ſupracitatos; non eſt tamen vera quòad bona, ſi illa abſcondant in Eccleſia, quia poteſt illis expoliari per eum, qui ad hoc poteſtatem haberet ex licentia Epiſcopi, vel eius officialis, vt creditoribus reddãtur, ita *Peregrin. noſter ſuprac.tract.de immunitate eccleſiaſtica cap.*13. *num.*7. & ita intelligo Doctores, quos citat *Caſtrus Palaus ſup.cit.p.*8.*num.*8. *num.*6. qui docent, quòd opinio negatiua *procedat, quando fugiunt ad Eccleſiam, cum ſuis bonis, vel illa abſconderent, ſecus ſi ſolum fugerent, vt perſonam ſaluent,* & clarè excipitur ex *Bonac.loc.ſuprac.*§.3.*ſub n.*5. vbi docet, prohibitũ eſſe exiſtẽtẽ in loco ſacro priuare bonis, quæ iuſtè poſſidet, vndè idẽ dicerẽ de furibus, qui furati ſunt aliquid extrà Eccleſiam, quia poſſunt expoliari maiori ratione dictis bonis, quæ ſunt eademmet, & in quibus hàbet dominus hypotecã ſpecialẽ, iuxta terminos *tex. in l.inciuile de rei vendicatione,* & clarius docet *Suar. à Pellegrino allegatus t.*1. *de Relig.lib.*3. *de reuerentia debita locis ſacris cap.*12.*num.* vbi de eo, qui fugit ad Eccleſiam cum muliere rapta, &c. Dixi, *qui furati ſunt extra Eccleſiam,* quia, & ſi DD. ſupracitati non conueniant in hoc, an furantes in Eccleſia, gaudeant immunitate, tamen pro negatiua declarauit S. Congregatio de anno 1631. apud *Barboſam in collect.Bullar.& decretorum verb.immunitatas.* Item pro confugientibus ad Eccleſiã, intelliguntur qui iã ad ipſius ſcalarũ aſcenſum peruenerũt, vel ſi clauſã ianuam ipſius inue-

Digitized by Google

ueniunt, anſã ipſius, vel vectẽ apprehẽdũt, vt per ſupracitatos Doctores, in ſpecie *Caſtrum Palaum ſup. p. 6. nu. 8. & ſeq. Bonac. cit. p. 16. §. 4. num. 19.* vbi *n. 20.* ampliat etiam ſi delinquens capiatur per eam pallij partem, vel aliquam corporis partem minus principalẽ, quę extra ſcalas, tectum, portas prominet, dixi, *partem minus principalem*, quia ſecus erit, ſi ambobus pedibus via publica exiſteret, & humeris ſolum attingeret parietẽ Eccleſiæ, vt per eundẽ, nã hodie de cõmuni cõſuetudine non ſeruatur immunitas per triginta paſſus reſpectu Eccleſiæ minoris, & 40. reſpectu Eccleſię matricis, ſed benè attenditur cõſuetudo ſpecialis, vt p ſupracitatos authores, quæ vera sũt etiã quòad eũ, qui ſe in dicta loca reciperent, dũ ſatellites ipsũ inſequerẽtur ad capiendum, vt de cõmuni, & quotidiana praxi teſtatur *Bonac. ſup. n.* 17. vel qui iam captus fuit, & è manibus ſatellitum, vel etiam è carcere, aut è triremibus ad ipſa loca ſacra cõuolaret, & ſi ſecus ſit de eo, quẽ ſatellites extra locum ſacrum ceperunt, & tantũ per dictum locum ſacrũ adducerent ad carcerem vel ſupliciũ, vt per ſupracitatos communiter. De eo, qui vicinus Eccleſiæ cũ ipſo ſatellite per vim intrat in Eccleſiam, & vt ſe de illius manibus eximat, illum vulnerauit, an gaudeat immunitate, vide *Dianã p. 1. tr. 1. reſol.* 13. pro vtraque parte authores allegantem. Dixi quinto, *non obtenta prius facultate Epiſcopi*, vel (vt habetur in eadem Bulla) *eius officialis*, qui eſt eius Vicarius generalis, vel Vicarius capituli ſede vacante, *Bonacina poſt alios ſup. §. 12. n. 5. & 7. verſ. ſecundum dubium, &c.* Nam hoc nõ ſpectat ad Prælatos, Epiſcopis inferiores, ſubdit ead. Bulla, ibi *ad quos ſolos, & non alios, Epiſcopis inferiores, etiam ſi aliàs Ordinarÿ ſint, aut nullius Diœceſis, aut conſeruatores ab hac ſede ſpecialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi, facultas pertineat; occurrente autẽ caſu in loco exempto, & nullius Diœceſis, tunc ad Epiſcopum viciniorem deuoluatur hac cognitio, & non ad alios, &c.* ſi autem detur caſus, quòd duo Epiſcopi ſint æqualiter vicini quòad Diæceſim, debet adiri vicinior quòad habitationem, vt per *Bonac. ſuprac. num. 7. verſ. ſed modo dubium eſt.* vbi *num.* 11. quòd etiam à ſententia Epiſcopi in tali caſu non detur appellatio, vbi illa lata fuit contra reum, tamen detur quando fuit lata pro reo, gaudere ſcilicèt immunitate, de qua re *Ciarlinus cit. c.* 10 *ad finem.* quòd dixi de Vicario generali intellige ſi Epiſcopus degeret in Diæceſi, & ita intellige allegata per *Nouar. ſuprac. num.* Et quia hanc facultatẽ ipſis Epiſcopis tribuit S.P. in caſibus exceptis, dubitant DD. an in caſibus non exceptis poſſit Epiſcopus hanc licentiam concedere? *Suarez loco ſuprac. de Religione lib. 3. de reuerentia debita, &c. cap.* 13. *num.* 3. eius eſt opinionis, quòd etiam in his caſibus id eis ſit licitũ, accepto prius iuramento à iudice de omni pænarum ſecuritate, qui ſubdit hoc caſu, iudicem teneri promiſſum ſeruare, aliàs à Prælato eccleſiaſtico per cenſuram eſſe ad hoc compellendum, probat *noſter Peregrinus*, & ſequitur *Laym. ſuprac. c.* 14. *n.* 3. Sed hoc eſſe verũ attento iure cõmuni, nõ vi Bullæ Greg. aſſerit *Caſtrus Palaus cit. diſp. vnica p.* 11. *n.* 4. *& punct.* 13. *c.* 3. *nu.* 2. *& ſeq. Bonac. ſuprac.* §. 12. *num.* 3. vbi contra *Cambacurtam* probat, hoc caſu Epiſcopum non incurrere excommunicationẽ ſi concedat dictam licentiam, vt ſuprà in caſibus non exceptis, de qua re iterum agit *ibid. §. 14. num.* 11. Quòd Epiſcopi facultas ſit neceſſaria ex dicta Bulla (& ſi ſit notorium, quòd cõfugiens comiſerit crimen exceptuatum, habetur per *Nouar. ſumma Bull. nu.* 89. *Dianã p. 1. tr. 1. reſol.* 14. *Ciarlinum in ſuis controuerſ. ca.* 10. *n.* 3. *Genuenſ. cap.* 18. *ſua praxis ſub n.* 6. licèt ſecluſa conſt. Greg. ex recepta cõſuetudine cõtrarium dicat verius *Caſtrus Palaus ſup. p.* 13. *nu.* 4. Quid agendum quando Epiſcopus culpabiliter renuit dare licentiam extrahendi in dictis caſibus? *Caſtrus Palaus ſup. num.* 4. *Peregrinus cap.* 16. *n.* 27. Caſus exceptuati ſunt octo, publici latrones, ſecũdò viarũ graſſatores qui itinera freqũẽter, vel publicas ſtratas obſident, ac viatores ex inſidijs aggrediuntur, tertiò depopulatores agrorũ, quartò qui homicidia, & mutilationes mẽbrorũ in ipſis Eccleſijs, earũuè cęmiterijs cõmittere non verentur, quintò qui proditoriè proximum ſuum occiderit, ſextò aſſaſſini, ſeptimò heretici, octauo rei læſæ maieſtatis in perſonam Principis, de quibus latè per ſuprac. authores, qui ſubdũt nõ fieri debere extẽſionẽ ad alios caſus ſimiles, & cẽſeri ſublatos alios caſus, expreſsos in iure. Dixi tandẽ incurrũt excõm. S. P. reſeruatos ex Bulla Greg. XIV. Primò, quia cũ in d. Bulla habẽtur hæc verba, *quòd ſi quis quouis prætextu, quicquã præter, aut cõtra huiuſmodi conſtit. tenorẽ attentare præſumpſerit, declaramus ipſo facto cẽſuras, & pænas eaſdẽ incurrere, quæ contra libertatis, iuris, & immunitatis eccleſiaſticæ violatores, per ſacros canones, & Cõciliorũ generalium, noſtrorumq. prædeceſſorum conſtitutiones, ſunt promulgatæ.* Non poteſt dubitari, hanc excommunicationem hodie eſſe latæ, non ferendæ ſententiæ. ita *Praxis Archiepiſcopalis Neap. cit. cap.* 18. *ſub num.* 1. *Peregrinus cap.* 15. *num.* 5. *in principio, contra Suarez, & alios, Caſtrus Palaus cit. diſp. vnica p.* 12. *num.* 3. *ad finem Bonac. cit. q.* 1. *par.* 15. *ad finem.* Secundò quia & ſi etiam olim fuit magna diſſenſio inter Doctores, an iſta excommunicatio, poſito quòd eſſet latæ ſententiæ, vtrum etiam illa ſit reſeruata. Nam *Praxis Archiepiſcopalis Neapolit. cit. cap.* 18. *num.*

Digitized by Google

*num.*12. *Quazzinus de defenſionibus reorũ, cũ de hac materia, defenſione* 1. *cap.*22. *Bonacina diſp.*3. *in Decalogum q.*7. *§.*6. *nu.*8. *Riccius in praxi variar. reſol.* 333. *Barboſa de officic. & poteſt. Epiſcopi alleg.*7. *num.*52. *& ſi antea allegat.*50. *num.*167. *illam enumeret inter reſeruatas, Bellettus p.*1. *ſua diſquiſit. Clericalis tit. de fauore Cleric. real.* §.4. *Megalius* 3. *p. lib.*4. *cap.*2. *Floronus de caſibus reſeruatis Fauentiæ p.*1. *c.*11. §.4 *ſub num.*8. ita ſeruari, præter *praxim Archiepiſcop. loco ſuprac.* teſtatur *Graff. de quinque caſibus lib.*2. *cap.*42. *num.*4. *&* 5. qui hoc confirmat ex eo, quòd in decreto Clem. VIII de abſolut. à caſibus & cenſuris reſeruatis 26. Nouembris 1602. quando prohibetur abſolutio iſtius caſus violationis immunitatis, ſubdit decretum, *in terminis fælicis recordationis Gregor. XIV.* ex quibus verbis, inquit ipſe author, voluit ſignificare Clemens VIII. quòd ſit differentia inter violantes immunitatem eccleſiaſticam, & libertatem eccleſiaſticam, pro qua eſt lata excommunicatio reſeruata S.P. in Bulla cænæ ſequitur *Homobonus de caſibus reſeruatis p.*1. *cap.*5. *fol.*50. *in* 2. *editione.* Hi enim Doctores docent, huius excommunicationis abſolutionem ſpectare ad Epiſcopum, & probat nouiſsimè *Diana p.*1. *tr.*1. *reſolut. vlt.* alios citãs, quibus adde *Caſtrum Palaum cit. diſp. vnica p.*12. *num.*7. *Nouarium in ſumma ſui Bullarij, eum de immunitate eccleſiaſtica num.*97. vbi *num. ſeq.* quòd Epiſcopus quando aliquem declarat ob hanc cauſam excommunicatum debeat declarare, quòd eius abſolutionem reſeruet S. Pontifici, & *n.*99. quòd Epiſcopo in Diæceſi morante, non poſsit Vicarius abſoluere, qñ non fuit facta dicta declaratio reſeruationis. Cõntrariã tñ ſententiã latè probat *Peregrin. q.*15. *n.*15. vbi *n.*16. *verſ. pro cuius*, teſtatur, ita cõcluſum fuiſſe in Prætorio S. Pænitentiariæ, annuente S.P. Paulo V. accedit *Barboſa de officio, & poteſt. Epiſcopi allegat.*50. *n.*167. qui etiã teſtatur: ita declaraſſe S. Congregationẽ ſub die 23. Nouembris 1617. approbante Paulo V. & repetit quoque *in collect. ad Concilium Tridentinum ſeſſ.*25. *cap.*20. *ad finem*, vbi latè de materia immunitatis, hanc etiam opinionem, quòd ſit hęc excommunicatio reſeruata S. P. docent *Filliuc. tr.* 14. *num* 155. *ad finem. Duardus lib.*2. *in Bulla cana can.*15 *q.*19. *pręter Italiam, & Farinacc. apud Dianam loco ſuprac.* quibus accedunt *Theſaurus de pænis eccleſiaſticis p.*2. *verb. immunitas cap.* 1. *verſ. hac autem excommunicatio*, qui ſubdit, hoc hodie eſſe certum ex decreto S. Congregationis immunitatis, anno 1631. edito. & *Ciarlinus etiam in ſuis controuerſijs cap.* 10. *num.* 88. qui obſtupeſcit (vt eis vtar verbis) de opinione contraria. Vndè hanc opinionem veriorem, & receptiorẽ eſſe teſtatur. Aliqui mediam inuenerunt ſententiam, quæ vult diſtinquendũ eſſe, an loquamur in caſu, ꝗ nõ fuit facta reſtitutio extracti ipſi Eccleſię, vel Epiſcopo, prout ſufficerẽ, notat *Caſtrus Palaus ſupra p.*11. *num.* 13. vel non fuit facta dicta reſtitutio. Primo caſu, putant probabile quòd dicta excommunicatio poſsit abſolui ab Epiſcopo, non autem ſecundo caſu, ita *Bonacina t.*3. *diſp.*2. *q.*3. *P.*16. §.16. *n.*2. fauet *Nouarius loco ſupra Bullar. ad finem.* qui etſi antea *n.* 35. docuerat abſolutionẽ eſſe reſeruatã Epiſcopo, tñ ibi cõcludit, in caſu nõ rẽſtitutionis, cõſulendã S. Congreg. cui expreſsè cõtradicit *Ciarlin. loco ſuprac.* Sed immeritò, quia ſuppoſito, quòd talis excõmunicatio regulariter non ſit reſeruata in Bulla cænæ, prout volebat *Graffius* ob illa verba Bullæ Greg. *quæ contrà libertatis, &c.* quẽ & ſi ſuũ conciuẽ Capuanũ, conuincit *Peregrin. loco ſuprac. & ſequũtur Bonac. ſup. n.*2. *& Caſtrus Palaus ſuprac. p.* 12. Secluſis declarationibus S. Congregationis; quas nõ cõſtat loqui generaliter, & ideo donec de hoc in ſpecie nõ cõſtet authenticè, illę nõ faciũt fidẽ, ita vt ſiñ illas debeamus iudicare vt ead. S. Cong. decreuit, nõ videtur d. opinio improbabilis: Nam decretum Clementis de abſolutione à caſibus reſeruatis, in quo faciunt authores pro ſecunda opinione, magnũ fundamentũ, non probat, talem excommunicationem eſſe reſeruatam quòad Epiſcopum, ſed tantũ quòad Confeſſarios priuilegiatos, vt aliàs dixi. Quando igitur non fuit facta reſtitutio ſed ſequuta mors rei extracti, tunc eſt certũ, abſolutionem ſpectare ad S. Pontificem, maximè quando agitur de abſolutione omnimoda, & non de abſolutione, ratione impedimenti. de qua *ſup. recoll.* 2. *n.*892. Ad hãc excommunicationem incurrẽdam. ſufficere actum attentatum, etiã effectu non ſequuto, patet in Bulla, ibi *quidquid præter, aut contra noſtræ conſtitutionis tenorem attentare præſumpſerit, &c.* videte *Dianam ſup. reſolut.* 15. *& Ciarlinum ſup. cap.*10. *nu.*43. *ad finem.* intellige modo ſit factus aliquis actus conſumationi proximus, vt contra *Genuenſ.* habet *Bonac. ſuprac.* §.14 *ſub n.*4. vbi quòd tractatio extrahendi non videatur ſufficere, quia non eſt propriè, & proximè attentatio, requiritur igitur vt quis vim inferat reo vt illum extrahat extra portam Eccleſiæ, v.g. ipſum impellendo, vel pertrahendo per Eccleſiam. Item dictam excommun. incurrit non ſolum extrahens, ſed etiam qui mandat extractionem ſupradictam, hanc eſſe probabiliſsimam opinionem, & ſi non deſint contrarium ſentientes, teſtatur *Bonacina ſup. n.*5. vbi *n.*7. quòd conſulens non incurrit, intellige etiã ſequuto effectu ipſius extractionis; vnde ad hoc non ſufficeret ſi mandatarius



Digitized by Google

rius attentaret, vt ſupra, dictam extractionē, quia ex illo verbo *attentari* Doctores probant, mandantem incurrere excommunicationem contrà extrahentes. Addo, quòd & ſi regulariter habens ratã dictã extractionē, non incurrat iſtam excommunicationē: Tamen vt illam incurrat iudex ſecularis, ſufficit, ſi ſcienter detineat in carcere, vel condemnet eum, qui etiam ſine ſuo mandato, vel à ſatellitibus, vel ab alijs fuit extractus ab Eccleſia, vt per Doctores ſupra citatos, ſciẽter autem dicetur detinere, quãdo poſt monitionem, ſtatim non reſtituit *Bonac. & Duard. locis ſuprac.* & ſic intellige *Dianã p.4.tr.1 reſol.*102. quia tũc illũ, ipſe tenetur Eccleſiæ reſtituere. Tandẽ quæri põt, an aliquid damni inferens exiſtenti in Eccleſia, ad quam confugit, vt ſuprà, incurrat etiã excommunicationem, & cum ſit certum, id non prohiberi expreſsè in dicta Bulla Greg. XIV. vt patet ibi. *capere extrahere, aut incarcerare non poſſint, niſi eo caſu. &c.* reſtat vt inquiramus, an illã incurrat, ex verbis *canonis definiuit* 17.*q*.4. vbi expreſsè id reperitur ꝓhibitum, vt patet ibi. *aut quodcunque damni, aut nocibilitatis inferri*, ſed neque ex dicto canone excommunicationem, hac ratione incurrere poſſe, videtur probabilius, tùm quia non eſt certum an in dicto canone cõtineatur excommunicatio latæ ſententiæ ob illa verba ibi poſita. *eccleſiaſticæ excommunicationi ſubiaceat*, tùm etiã quia dato, quòd contineret excommunicationem latæ ſententiæ, ille canon deſumptus eſt ex Concilio Toletano 12. cap.9. quod non eſt œcumenicum, ſed Prouinciale, quòd non obligat extrà ſuam Prouinciam. Vndè concludo quòd quando dicta damni illatio non poteſt reduci ad attentationem extractionis, vt arbitror accidere, quotieſcunque prohiberentur ei alimenta, aliaq. ad vitæ ſubſtentationem neceſſaria, tantũ inferentes, vt ſup. aliquid damni refugiato in Eccleſia, peccare grauiter, aliaſq. pœnas pro ſacrilegio impoſitas incurrere, inter quas vna eſt, ꝙ poſſint excommunicari *can. quiſquis* 17.*q*.4 non tamen incurrerent ipſo facto excommunicationem. Ex quibus patet quomodo intelligendi ſunt DD. qui enumerando actiones in dicta Bulla Greg. ꝓhibitas, hãc inter alias interſeruiit, vt eſt videre apud *Filliuccium tract.*15. *num.* 154. *Caſtrum Palaum cit. diſp. vnica p.*11.*n*.6. *Layman lib.*4.*tract.*9.*cap.*3.*nu.*13. *Bonacinã t.*3.*diſp.*2.*q.*3.*p.*16.*§.*4.*num.*5.*& ſequentibus* vbi de ſpoliantibus dictos refugiatos armis, vel bonis, & de ligantibus illũ in ipſa Eccleſia. Conueniunt autem omnes, non eſſe prohibitum, ex tra locum ſacrum, cuſtodiam apponi à iudice ſæculari, vt ſi fortè delinquens, terminos ſacros egrediatur, capi poſſit, de qua re ex profeſſo egi inter meas conſultationes morales, quibus illic allegatis, addo *Nouarium in ſumma Bullarum de immunitate num.*18, *& Dianam p.*1.*tr.*1.*reſol.*8.*ad finem*. Quòd autem miniſter ſæcularis extrahens vi ab Eccleſia reum eo caſu, quo gaudet immunitate, qui poſtea (licèt iuxtà allegata, & probata,) fuit ſuſpenſus, ſecundum probabilem opinionem, non teneatur ad reſtitutionem damnorum, & intereſſe, ex eo quòd non peccauit contrà iuſtitiam commutatiuã, teſtatur *Caſtrus Palaus cit. diſp. vnica p.*11.*num.*14.*ad finem*, *Sanchez lib.*1.*opuſculorum moralium dub.*17. Qui *ibid. dub.*32. ponit optimam praxim prò iudicibus eccleſiaſticis, procedendi contra extrahentes, maximè pro locis, vbi non viget dicta Bulla Gregorij.

## F

FAlſantes, vel falsò ſignantes Bullas, aut litteras Apoſtolicas Summi Pontificis, Vicecancellarij Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel alterius vicem eorum gerentis, etiam ſi dictæ litteræ ſint in forma breuis, vel ſupplicationis, dũmodo nõ ſint à Papa vt priuata perſona, excommunicantur *in Bulla cænæ can.* 6. Vnde hanc excommunicationem non incurrunt falſificantes litteras S. Pænitentiariæ, Congregationis Cardinalium, Datarij, Epiſcopi, Nuntij, aut etiam Legati à latere, *Toletus lib.*1.*cap.*22. *ad finem Sayrus lib.*3.*c.*29.*num.*3.*Suarez diſp.*22.*ſect.*2.*nu.*3.*& alij:* quos refert, & ſequitur *Bonacina t.*3.*diſp.*1.*q.*7.*par.*1.*num.*2. vbi *p.*2. Materia grauis pro incurrenda hanc excommunicationem, nõ eſt metienda ex quantitate verborum, quæ vel adduntur, vel detrahuntur, ſed ex ſignificatione ſenſus illorum, contra mentem S. Pontificis, quòd communiter Theologi intelligunt, vbi id contingit in parte ſubſtantiali, & ſi ſecus velint Canoniſtæ, *Sayrus lib.*3.*c.*10.*n.*11.*& Bonac. ſup. p.*3. vbi ꝙ ad illã incurrendã ſufficiat, falſificationẽ fuiſſe factã animo, illis litteris vtendi, ac illa falſificatio ſit perfecta, quòd accidit, vbi dictæ litteræ ſunt ſignatæ, & ſigillo, ſeù plumbo munitæ, & ſi poſtea illis, qs non vtatur, vel fuerint inualidę ex eo quia ſubreptitię iudicatæ. Mãdantes autem, fauentes, ac conſulentes dictã falſificationem, & ſi non incurrant dictam excommunicationem, incurrunt tamen aliam, contra eos, qui per ſe, vel per alios falſitatis vitium exercent, cũ fautoribus, & defenſoribus, latam *in cap. ad falſariorum de crimine falſi*, quæ non eſt reſeruata, niſi rationc ſatiſfactionis prerequiſitæ, quã etiã incurrũt vtentes dictis litteris falſis, ſi ipſi illas nõ falſificauerint, vt habet *idem author ibid. nu.*7. *& 8. & Barboſa allegat.* 50. *num* 84. ſicuti etiam illas retinentes incurrunt excommunicationem *S.* Pontifici reſeruatam, latam

in *c.*

Digitized by Google

in *c.dura §.adijcientes de crimine falſi,* vbi ab Epiſcopo fuiſſet lata excommunicatio generaliter contrà illas retinentes, ſi infrà 20. dies, computandos à die, qua quis cognoſcit litteras Apoſtolicas (quæ iam non euanuerant, vel ad vſum ibi expreſſum deſeruire poſſunt) falſas, apud ſe habere, vt per eundẽ *Bonacinam ibid.q.3.p.4.*

Familiares Cardinalium, vel Papæ offendendentes, *ſup. Domini.*

Fæminæ ingredientes monaſteria Regulariũ, *infra mulieres.*

Fauorem extra Religionem procurantes Fratres S. Franciſci de obſeruantia, vt inter eos ſuperior, quis fiat, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam. Pius V. conſtitut. 128. tom. 2. Bullarij *fol.* 340. §.4. *&* 5. vbi excommunicantur ſubornantes etiam pro tali effectu, hanc eandem excommunicationem tulit pro Fratribus S. Auguſtini Paulus V. ſua conſtitutione 48. contra Superiores, ex talibus fauoribus, cõcedentes gratiam, dignitatẽ, gradũ, &c. ſed non eſt reſeruata, & pro Monachis Oliuetanis ſimpliciter cõtra procurantes officia, dignitates cum fauoribus extrà Religionem, vide aliam cõſtitutionem eiuſdem, idem de Monachis S. Bernardi Congregationis Ciſtercienſis Paulus V. conſtit. 29. ſed non eſt reſeruata, idem de Ordine Prædicatorum Pius V. & demum Clemens VIII. *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.* 50. *n.* 164. quæ conſtitutiones ſunt ab eodem ordine acceptatæ, *Rodriq. to. 2. quæſt. Regul. q.* 16. *art.* 2. idem ſanxit de Cruciferis cum pæna excommunicationis non reſeruatæ, idem Clem. VIII. apud *Barboſam loco ſuprac. in addit. num.* Nota, quòd non incidit procurans dictum fauorem per litteras, ſi eas nõ præſentet, vel aliàs illis minimè vtatur *Nauar. conſ.* 7. *de conſtit. aliàs* 20. *de ſententia excommunicationis*, de alijs Religionibus latè *Lezzana p.* 1. *cap.* 10. *num.* 17. *& Sigiſmundus à Bononia de elect. Prælatorum dub.* 56. *num.* 8. vbi *num.* 10. quòd dicta pæna non extendatur ad alias Religiones, pro quibus non eſt nominatim id prohibitum.

Fautores hæreticorum excommunicantur in Bulla cænæ canone 1.

Feudum, vel locum immediatè ad Romanam Eccleſiam pertinentem, etiam per deuolutionem, de eo, qui in feudum denuò dandũ aliquo modo egerit, vel alienauerit, incurrit excommunicationem S. Pontifici reſeruatã Pius V. conſtitutione 35. Gregor. XIII. conſtitut. 3. incip. inter cætera, cui conſtitutioni Ferrariã ſubiecit Clemens VIII. conſt. 52. de hac materia latè *Bonac. opuſc. de alienatione bonorum eccleſiaſticorum p.* 8. *ſeu vltimo, & t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 1. *p.* 41. fuit confirmata dicta cõſtit. Pij V. cum alijs ab Vrbano VIII. in conſtit. *incip. Sacroſancto Apoſtolatus miniſterij,* *grid. Kal. Octobris* 1623. qui etiã per aliam ſuam conſt. *incip. humana ſalutis author Kal. Nouembris* 1625. ſub pæna interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ reſpectu eorum, qui Pontificali, vel Abbatiali eminent dignitate, ac ſi per ſex menſes immediatè ſequentes, in interdicto prædicto perſeuerauerint, ſuſpẽſionis à regimine, & adminiſtratione Eccleſ. vel Monaſt. quibus præſident. Reſpectu verò capitulorũ, conuentuũ &c. ſub pæna interdicti à diuinis, & reſpectu ſingularũ perſonarũ ac inferiorum Prælatorum, Comendatariũ &c. ſub pæna, excommun. latæ ſent. interdixit, dictas perſonas, etiã ſi Cardinales, &c. de nouo infeudare iuriſdictiones tẽporales per lineã finitã, vel alias ob cauſas ad dictas Eccleſias particulares deuolutas, de qua ſuo loco Deo dante, pro nunc videre poteritis *Theſaur. de pænis eccleſiaſticis p.* 2. *v. alienatio c.* 5.

Fidei profeſsione non facta, ſi Rectores ſtudiorum, vel alij facultatem doctorandi habentes, inferiores Prælati, ad cathredas, vel gradus, alios peruenire patiuntur, incurrunt excommunicationem, nulli reſeruatam, Pius IV. conſt. 112. *incip. in ſacroſancta apud Quarantam v. profeſsio fidei.* Nota quòd in dicta conſtitutione duo iubentur. Primum eſt, quòd Doctores, & profeſſores cuiuſcunque facultatis faciant profeſsionem fidei in manibus Ordinarij, ſecundò, quòd Rectores, ſeù ſuperiores ſtudiorum, ac vniuerſitatum, & alij facultatem doctorandi habentes, non patiantur aliquem ad cathedras (hoc reſpicit ſuperiores Vniuerſitatum, & ſtudiorum) vel ad gradus (hoc reſpicit alios habentes facultatem doctorandi) peruenire, non facta profeſsione fidei, excommunicatio autem de qua ſup. non ligat in primo caſu, ſed in ſecundo caſu, ita *Sorbus in compendio priuilegiorum Mendicantium, verb. profeſsio fidei ad finem, Sanchez lib.* 2. *ſumma cap.* 5. *n.* 4. eſtq. verior opinio, vt teſtatur *Scort. in ſelect. SS. Pontificum conſtit. Theoremate* 206. & ſequitur nouiſsimè contrà *Rodriquez, & Filliuccium* (qui putant, quòd Doctores, & profeſſores, cuiuſcunq. facultatis non facientes profeſsionẽ fidei, incidant in dictã excomm. quòd etiam videtur velle *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 50. *num.* 253. *in addit.* quia poſt relatam iſtam excommunicat. vt ſupra ego retuli, ſubdit hæc verba, & alia non ſeruant, quæ ſeruare tenentur, iuxtà formam traditam in eadem conſtitutione) *Bonacina t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 10. *p.* 14. *n.* 4. in primo n. caſu adeſt tantum pœna, quòd irritus ſit gradus, & promotio, vt patet ibi. *At quaſcunq. receptiones &c.* Dixi *inferiores Prælati*, quia Antiſtites, ſeù Epiſcopi, &c. afficiuntur interdicto ab ingreſſu Eccleſiæ. Ex dictis patet, Regulares lectores philoſophiæ, & S. Theologiæ non incurrere dictam excommunicationẽ.

Sed tantum Prælatos Regulares, illos abſq; dicta profeſsione promouentes, ſi in dicta Religione, Bulla præfata Pij IV. ſit recepta, aliàs non: ita intellige *Portellium, & Rodriquez apud noſtrum Dianam p.2. tr.2. reſol.78. ad finem.* Quòd autem vbiq. tam prò ſæcularibus, quàm prò Regularibus dicta cenſura non ſit in vſu, habetur per *Scortiam, & Bonac. locis suprac. ad fin.* An autē poſito, quòd ſit in vſu, ad excuſandum dictũ promotorē, ſufficiat, ſi ſciat, in alia actione, promotum emiſiſſe profeſsionem fidei. Reſpondere affirmatiuè, vide *Azorium t.2. lib.7. cap.4. ad finem. & Sigiſmundum à Bononia de electione dub.5. n.4.* vbi ita refert declaratum à S. Congreg. in caſu ſimili profeſſionis fidei emittēdæ à beneficiatis vi Conc. Trid.

Filius, parentibus indigentibus ingrediens Religionē, anathematizatur à Concil. Cangrenſi relato in *c.1. diſt.30.* ꝙ fuit approbatũ à Leone IV. S. P. in *c. de libellis diſt.20.* verba dicti Cōcilij ſunt iſta, *ſi qui f. lij, parentes, maximè fideles, deſeruerint occaſione Dei cultus, &c. anathema ſint*; ex quibus patet, non eſſe excommunicationē latę, ſed ferendæ ſententiæ, vt ibi *gloſa* 1. aduertit, ibi debent anathematizari. & ſic intellige *Megalium p.2. ſua inſtit. peregrina lib.1. cap.1. n.10.* de hac materia ſcripſi latè inter *meas conſultationes morales.*

Fratres Minores obſeruantiæ, impedientes circa petitionem eleemoſinarum, alij Fratres, vel Minores conuentuales, vel Mendicantes per ſe, vel per alios, incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam, Iulius II. apud *Sorbum in compendio priuilegiorum Mendicantium, verb. eleemoſina* §. 12. vbi §. 6. refert; Caliſtum III. diſtrictè prohibuiſſe ſub excōmunicationis pœna, ne Fratres Minores de obſeruantia, ſub nomine Fratrum conuentualium eiuſdem Ordinis; nec Conuentuales ſub nomine Fratrum de obſeruantia, aut ſub nomine locorum eorundem, quæſtuare, ſeù eleemoſinas petere præſumant.

Fratres Minores, qui tēpore interdicti recipiũt ad diuina officia fratres, vel ſorores tertii ordinis, incurrunt excommunicationem S. P. reſeruatam *Clem. cupientes de pœnis*, ſatisfactione præmiſſa, abſolui poteſt hæc excōmunicatio ab Epiſcopo, *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.50. n.10.* & ſic eſt nulli reſeruata. latè *Bonac. t.3. diſp.2. q.9. p.6.* vbi ꝙ Nouitij dictorũ Fratrũ, ſi admittant tertiarios, vel alii Religioſi communicantes eorum priuilegia, non incurrant dictam excommunicationem, cùm ſimus in odioſis, quinam ſint iſti Fratres tertij Ordinis, ſeù tertiarii, & qui poſsint illos recipere, vide *Lezzanã p.2. c.14.*

Fratres *S.* Auguſtini, prætextu etiam arctioris Ordinis, ad alium Ordinem tranſeuntes abſque licentia Prioris Generalis, incurrunt excōm. S. P. reſeruatam. Paulus IV. conſt. 29.

Fratres Heremitani Cōgr. *S.* Auguſt. Lōbardiæ, qui neglexerint obedire conſtitutioni dę exemptione Monialium eiuſdē Ordinis, incurrunt excommunicationem S. P. reſeruatam Greg. XIII. conſt. 17. *incip. pro noſtri* Qui idem ſanxit in alia conſtitutione pro Monachis Ciſtercienſibus in conſt. *incip. vniuerſi*, refert *Barboſa alleg.50. num.155. & ſeq.*

Fratres de obſeruantia S. Franciſci, qui contēptis ordinationibus Superiorum ſuorum, recurrunt ad Tribunalia ſecularia, ſeù eorum Curias, incurrunt excommunicat. non reſeruatam Gregor. XIII. apud *Barboſam ſup. nu.154. Bonac. t.3. diſp.1. q.13. p.3. num.3.* ſimilis excommunicatio fertur à Clem. VIII. contra Carmelitas apud eundem *Barboſam ſup. num.166.* intellige pro caſibus, in quibus nō incurritur excommunicatio *Bulla cœnæ can.16. vt per Bonac. loco suprac.* vide *Mendicātes.*

Fraticellorũ habitũ aſſumētes abſq. S. P. licētia, excommun. incurrunt S. P. reſeruatã, Paulus II. in extrauagant. S. Romanæ Eccleſiæ.

Frumentum vide ſup. *Baro*, & extractio.

G

GAbellas nouas, vel pedagia noua imponentes, aut augentes, aut exigi mandantes, illi, quicas imponere nō poſſunt, vel extrà caſus permiſſos, ſine licentia S. P. excommunicantur in Bulla cænæ canone 5. vbi poſt alios *Bonacina t.3. diſp.1. q.6.*

Gabellam, pedagium, collectã, vel quodcumq. vectigal à Regularibus, vel Monialibus cuiuſcunq. Ordinis exigens, incurrit excommun. nulli reſeruatam, Pius V. conſtitutione 11. qui etiã loquitur de his, qui ab iſtis prò Aquæductibus, & Fluminibus, aliquid impenſæ, vel contributionis accipiunt. Itē pro quibuſcunq. qui ab eis vectigal, quòd vocāt *denariola*, pro ſingulis libris carnis exigunt. Itē de his, qui eoſdē Religioſos, eorumq. bona ſcienter, exemptos, & immunes ab omnibus, & ſingulis exactionibus, non dimittunt. Hanc conſt. Pii V. refert de verbo ad verbũ, *Sorbus in compendio priuilegiorum Mendicantium ad finem*, vbi *de exemptionibus ab exactionibus.* Qui ſubdit, *quòd licet priuilegia conceſſa à Pio V. Ordinibus Mendicantium, per Gregorium XIII. in extrauag. in tanta, fuerint reuocata, & quoad alia priuilegia, olim dictis Ordinibus conceſſa à Romanis Pontificibus, ea, reducta fuerint ad eum ſtatum, in quo erant inter Concil. Tridenti. exceptis illis, quæ apertè dicto Cōcilio aduerſarentur; tamen nulla ex parte, hoc priuilegium fuit ſublatum*, quòd etiam poſt *Quarantam, & Flauiam Cherubinum* aduertit *Lezzana par.1. ſummæ qq. regular. cap.3. num.14.* & nouiſsimè *Carolus Antonius Theſaurus de pœnis eccleſiaſticis verb. immunitas cap.5.* vbi quòd talis excommunicatio ſit reſeruata ex vi Bullæ cœnæ, quòd qualiter procedat, vbi exigitur à ſponte dantibus, vide infra.



Digitized by Google

Gabellas exigentes ſiuè per ſe, ſiuè per alium, pro perſonis, vel rebus, quæ nõ negotiationis cauſa deferũtur à perſonis eccleſiaſticis; vbi in impoſitione talis oneris non eſt facta expreſſa mentio de ipſis eccleſiaſticis, eorumque bonis, incurrunt excommunicationem non reſeruatam, facta prius reſtitutione, *ex cap. quamquam de cenſibus in 6.* vbi & ſi fiat mẽtio de pedagijs quindagijs, &c.& ita referatur à *Filliuc. tr.* 14.*n.*59. *& Barboſa de offic. & poteſtate Epiſcopi allegat.* 50.*n.*222 *in addit.* in quo textu S. Pontifex pro communitatibus, ſi id delictum commiſerint, loco excomm. voluit, ꝙ incurrant ſententiã interdicti, à quo non prius relaxationem obtineãt, quàm ſimili modo reſtituant,& ſatisfaciant *Molina t.*3.*diſp.*70.*n.*3. Tamen vt benè ſubdit idẽ *Molina loco ſuprac.* nomine *pedagij & cet. in d. textu expreſſorum, intelliguntur quæcunq. portoria, ac vectigalia, ſiue accipiantur pro perſonis, ſiuè prò rebus mari, aut terra aſportatis, aut extractis*, indeq. infert, *nõ ſolũ eos, qui ab eccleſiaſticis exigunt tributa pro rebus ipſorum, mari, aut terra (non negotiationis cauſa) aſportatis, vel extractis incidere in excommunicationem, ſed etiam, qui exigunt alcaualas, ſiſas, tàm luſitanas, quàm huius Regni*, vndè non incongruè hanc excommun. locaui ſub hoc verbo *Gabellas*, quòd eſt nomen generale, comprehendens omne genus exactionis, *Suarez diſp.* 21. *ſect.* 2.*n.*2. ꝙ etiã obſeruauit *Bellectus in ſua diſp. Clericali p.*1.*tit. de exemptione Clericorum, & eorũ bon. à muneribus publicis* §.6.*n.*1. *ad mediũ* ibi *quòd ſi publicani gabellam indebitam exegerint à Clericis, ſunt excommunicati, & ad reſtitutionem rei acceptæ tenentur, c. quamquã, &c.* Imò aliqui probabiliter aſſerunt, hunc textum procedere etiam in omni munere publico, quòd laicis, à ſuperioribus ſæcularibus imponi ſolet, ſiuè reali, ſiuè mixto, vt, ſunt taliæ, taxæ, collectæ, &c. licèt *Caiet. in ſumma v. excõmunicatio c.*4. cõferendo hunc textum cum duobus aliis, nempè *cap. non minus de immunitate Eccleſiæ, & cap. aduerſus eod. tit. extra.* vbi fertur eadem excommunicatio non reſeruata, vt ſuprà, ſubdat, differentiam eſſe inter onera ſub forma pedagiorum, ſeù gabellarum, & onera, quæ ſub forma talliarum, ſeù taxarum imponuntur, ſeù exiguntur à Clericis, quia in primo caſu imponitur excommunicatio ipſo facto vt habes in præcedenti cap. (ſubintellige quamquam,&c.) in ſecundo autem caſu nõ incurritur excommunicatio, niſi præcedat legitima monitio, vt hic habetur, *(ſcilicèt c. non minus, &c. aduerſus.* cuius opinionem dicit probabiliorem *theſaurus p.*2. *de pœnis eccleſiaſt. verb. immunitas c. verſ. ampliatur*, qui tamen fatetur, primam ſententiam eſſe magis communem. Dixi, *vbi in impoſitione talis oneris non eſt facta mentio expreſſa de ipſis eccleſiaſticis*, quia hoc tantum caſu habet locum talis excommunicatio non reſeruata, cũ aliàs ſi fuiſſet de eis facta mentio, tũc tales exigentes incurrerent excõmunicationem *Bulla cænæ c.* 18. de qua infrà *verbo imponentes*, vt poſt *Duardum* contrà *Alteriũ* dixi *ſup. p.*1.*recoll.*11.*num.*705. & aliis citatis probat *Bonacina t.*3.*diſp.*1.*q.*19.*p.*1.*n.*6.*ad finem Squillantes cap.*8. *de priuilegiis Clericorum num.*4. ſcio nouiſſimum *Theſaurum loco ſuprac. ad finem capitis.* ſequi opinionem *Alterii*, concedentis, huiuſmodi exactores, etiã hoc caſu, qñ nõ eſt facta expreſsa mẽtio de eccleſiaſticis in impoſitione gabellæ, incurrere in dictum can. 18. Bullæ cænę, quam ſententiam ego probabilem cenſeo, vbi, & ſi non fuiſſet facta mentio de eccleſiaſticis, tamen ex conſenſu, & voluntate imponẽtis, exactores, dictas gabellas indiſcriminatim exigerent tàm à Clericis, quàm à laicis, cùm etiam hoc caſu illam incurret ipſe imponẽs ergò à pari ipſe quoque exigens; ex illis principiis, quòd taciti, & expreſsi ead. ſit virtus, & fraus nemini debeat patrocinari. Habet igitur locum excommunicatio iſta *c. quamquam*, quando imponens nullam incurrerat cenſuram, nec reſpectu expreſsionis, nec intentionis comprehendendi in dicta impoſitione Clericos, hoc enim mihi ſignificant illa verba dicti textus, *exigat, vel extorqueat*, ex quibus verbis DD. ſuprac. communiter etiã colligunt, à dicta cenſura, excuſari gabellarios gabellã accipientes à ſponte dantibus quòd non poteſt contingere, meo iudicio, in ſolutione integræ quantitatis, ſed partis, non ratione gabellæ, ſed vt vulgo dicitur *per mãgia*, quòd ni fallor voluit dicere *Caiet. ſup. cap.*39. *ad finem* ibi *& quia exigere importat tat coactionem, ideo ſi nullo modo cogit, non inincurrit, ſed ſatis cogit, qui Clericum requirit non rogando; ſed vt à debitore petendo, vt ſoluat, iubendo, vt ſiſtantur res, &c. ſicut à laicis*, & poſtea ſubdit. *Rarus eſt enim, aut nullus, qui ſponte ſoluat.* An ex eo, quòd *in cit. c. non minus. adſunt* illa verba, *& pauperum vſibus deputatis*, incurrant excommunicationẽ exigentes dictas gabellas à locis piis, etiam laicalibus? negatiuè reſpondet nouiſsimè poſt alios *Theſaurus ſup. cap.*6. Supra dicta an habeat locum in bonis patrimonialibus Clericorũ, & alia prò hac materia, *vide ſup. recol.* 11. Vbi ꝙ Clerici cõiugati hoc caſu non veniãt appellatione perſonarũ eccleſiaſticarũ.

Gabellas, & alia onera, abſque S. P. conſenſu, ſponte ſoluentes Clerici, vel perſonæ eccleſiaſticæ, etiã vbi in impoſitione illarũ, vt ſuprà dictũ eſt, reperitur facta expreſſa mentio de ipſis, nõ incurrunt excõmunicationẽ latam in *cap. Clericis de immunitate Eccleſiæ in 6.* vbi non ſolũ contra exigentes, ſed etiã con-

contrà Clericos ſponte ſoluentes, fertur excommunicatio reſeruata, nam eius cenſura fuit totaliter reuocata per Clementinam primã eod. titulo, & eius diſpoſitio redacta ad ius antiquũ, vt per *Caietanum cit. c. 40. ad finẽ. Molinã cit. diſp. 670. n. 3. verſ. hoc loco*, & ſic intellige *Barboſam de poteſtate Epiſcopi allegat. 50. num. 92. & Belletiũ in ſua diſquiſit. clericali, tit. de fauore Clericorum, & bonorum eorũ à muneribus publicis* §. 2. *num.* 13 (licèt dictam correctionem tribuat Benedicto XI. *in extrau. vnica eod. illo titulo*, quæ fuit edita ante dictã Clement. & p eã fuit derogata, vt per *Theſaur. ſuprac. c. 4. verſ. hanc conſt.*) qui docent cenſuras latas in *d. cap. Clericis* fuiſſe reſtrictas tantummodo quòad exigentes, & ad exigendum dantes auxilium, &c. ſed quò ad ſoluentes, aut recipiẽtes à ſponte dãtibus, deinceps vſq. adhuc cenſuras illas ſibi locum vendicare. Neq. etiã incurrũt excõmunic. latam in Bulla cænæ *cap.* 18. Patet nam ibi tantummodo innouantur iura prædicta, quatenus illæ latæ ſunt contra onera imponentes, eaque impoſita exigentes, etiã à ſponte dantibus, vt ſupra declarauimus, *vt per Marcellum Vulpe ſuprac. cap. 17. n. 20. Bonac. t. 3. d. 1. q. 19. §. 3. ad fin.* præter *Suarez, Reginaldum, & alios*, quos refert, & ſequitur nouiſsimè *Theſaur. loco ſuprac. verſ. Additum ad finem.* quidquid contrarium probet *Marchinus in ſuo bello diuino p. 4. c. 3. num. 31. & ſeq.* qui ſimpliciter affirmat, eccleſiaſticas perſonas, vt ſup. ſponte ſoluentes incurrere excommunicationem Bullæ cænæ. Ex noſtra ſententia ſequitur, quòd Clerici ſoluentes, & conſentientes, vt ſupra, antequam conſulant S. Pontificẽ, tantũ peccent traſgrediẽdo diſpoſitionẽ *d. c. aduerſus*, vt poſt *Nau.* ſubdit *Marcellus Vulpe loco ſuprac.* circà id, ꝙ dixi abſq. cenſura reſeruata S. P. vide *Dianã p. 5. tr. 1. reſol. 15.*

Gratis litteras Apoſtolicas expedientes ex eo, quòd ſe fingant vel familiares, vel nepotes Cardinalium, aut alia cauſa exemptos, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, *Leo X. conſt. 27. tom. 1. Bullarij fol. fol. 520. Barboſa de poteſtate Epiſcopi allegat. 50 n. 118. Theſaur. de pænis eccleſiaſticis p. 2. v. gratia cap. 8. §. 4.* vbi quòd ille, pro quo fuerunt impetratæ tales litteræ, ſi fuit fraudis ignarus, fruatur beneficio regulæ triennalis.

Grauantes in perſona, vel bonis, vel tribuentes facultatẽ grauãdi, vel exequentes illã contrà eos, qui cẽſuras ferũt, vel cõſanguineos eorũ ex cauſa ipſius cẽſuræ latæ, vel ferendæ, incurrunt cenſuram S. Pontifici reſeruatam, quoties per duos menſes in illa perſeuerauerint. *cap. quicunq. 11. de ſent. excomm. in 6.* Nomine grauaminis, certum eſt intelligi hic nocumentum iniuſtum, non autem quòd non eſt debitum, vt ſi denegentur commoda, & dona gratuita, etiam ſolita. *Caiet. excommunic. c. 33. Nau. c. 27. num. 99.* ſicut nomine cenſuræ intelligitur, qñ illa eſt valida, nã ſententia nulla non eſt ſententia *Suarez diſp. 22. ſect. 3. num.* Item non ſolum ab hac excommunicatione, ſecundùm omnes Doctores, immunis eſt ratum habens dictum grauamen, vel facultatem grauandi, ſed etiam ſecundùm probabilẽ ſentẽtiã, mandans dictũ grauamen, vel exequutionem *Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 15. n. 6. & 7.* Nota quòd ſi grauamen eſt contra perſonas, dantes licentiam grauãdi, incurrunt hãc excommunicationẽ ſtatim ſequuto effectu, niſi re integra, licentia fuit reuocata. At verò, ſi licẽtia reuocata, dãnũ inferatur, qui dedit licẽtiam, excomm. non incurrit, ſicut vbi tãtũ ſit intentatũ dãmnũ, & grauamen, & re ipſa nõ ſit ſequutũ, neq. dãs licentiã, neq. exequutor ligatur, quia excommunicatio non incurritur, niſi actus fuerit in ſua ſpecie conſumatus; Si autem grauamen fiat in bonis, non incurritur excommunicatio ſtatim ſequuto effectu, ſed expectantur octo dies, intra quos ſi fiat completa compenſatio damni, tàm principalis, quàm exequutor, excommun. euadunt, vt conſtat ex *ſuprac. tex.* quem ita intelligunt *gloſa ibi verſ. re integra, & Caiet. loco ſuprac. cum alijs allegatis per Bonacinam ſup. num. 2. verſ. ex dictis*, quando tales incidant in Bullam cænæ, dixi ſupra *v. Clerici conſanguineos*, vbi qui veniunt nomine conſanquineorum.

Grecus Epiſcopus non obediens Epiſcopo Latino, per quem fuit deputatus in Ciuitate, vbi ſunt Greci, & Latini, incurrit excommunicationem nulli reſeruatam, *cap. quoniã pleriſq. de officio Ordinarij*, vbi quòd ſi in vna Ciuitate ſint plures populi diuerſarum linguarum, eo caſu Epiſcopus poſſit cõſtituere vnum Pontificem Catholicũ ſibi Vicariũ, qui illis ſuæ linguę, ſm̃ ritũ eorũ, diuina celebret officia, & eccleſiaſtica miniſtret Sacramenta, inſtruendo eos verbo pariter, & exẽplo, qui per omnia debet obedire Epiſcopo eum conſtituenti, aliàs incidit in excõmunicationem, vbi gloſa exemplificat in Grecis, & Latinis, qui ſub vna fide habent diuerſos ritus, qa hoc nõ habet locũ vbi ſint ritus cõtrarij fidei, ita *Franciſcus de platea cũ de excõm. p. 1. §. 2.* vbi quòd licèt de iure non poſſit Epiſcopus alium Epiſcopum ſibi Vicariũ conſtituere, tamen hic permittatur diſpenſatiuè propter neceſsitatem, & alijs allegatis, ſequitur *Sbrozzius de officio Vicarii lib. 1. q. 44.* vbi dicit mirum ſibi videri contrarium quòd dicunt alij, ſed forſan illi intelligunt de Epiſcopis gubernantibus, nam de Epiſcopis Titularibus non implicat, quòd aſſumantur pro Vicariis, vt ſæpè aſſumuntur, maximè à Cardinalibus ſimul & Epiſcopis. Quòd autem Greci inter Latinos exiſtentes ſint ſubiecti viſitationi, & correctioni Ordina-

Digitized by Google

dinariorum, ſtatuit Innocentius IV. apud *Quarantam verb. Grecorũ ritus fol. mihi* 266.

Gloſas, vide ſup. *Concilij Tridentini commentaria.*

Gubernatores locorum ſtatus eccleſiaſtici, exceptis Legatis à latere, licentiam ferendi arma tribus palmis breuiora, etiam ad breuiſſimum tempus concedentes, incurrunt ſuſpenſionem à diuinis, & excommunicationem nulli reſeruatam, *Pius V. conſt.* 145. *t.* 2. *Bullarij noui fol.* 358. *Barboſa citato allgeg.* 50. *num.* 140. & ſi illam referat inter reſeruatas S. Pontifici, ſicut etiam facit *Bonacina ſup. q.* 2. *p.* 16. Sed verè non eſt talis, vt apparet ex verbis dictæ conſtitutionis, vndè meritò inter nõ ſeruatas, illã refert *Filliuccius tr.* 14 *n.* 176. & probat *Comitolus lib.* 6. *reſponſ. q.* 12. & nouiſſimè accedit *Theſaurus de pœnis eccleſiaſticis p.* 2. *v. arma cap.* 9. *ad finem*, vbi ſubdit, quòd hæc Bulla, ſeù prohibitio hodie abijt in deſuetudinem, cùm pugiones in ſtatu Eccleſiæ communiter bipalmares ferantur, & ſic non excludit, quòd ſit in vſu pro archibuſettis, prout vidi obſeruari per 14. annos, quibus manſi Rauennæ, Rimini, & Bononiæ, menſurã autem horum palmorum intellige de ſola canna, non autem etiã cũ, capſa, vt notat *Cherubin. in Bulla Pij IV. cum vices* 49. *Scholio* 2. quia verò in dicta cõſtitutione adſunt illa verba *concedere audiãt vel præſumant*, certum eſt, ignorantiam, à dictis pœnis excuſare, vt aliàs ſæpè dictum fuit, & notat in terminis *Bonacina loco ſuprac. n.* 2.

Gubernatores ſtatus Eccleſiaſtici, bannitum, vel reum capitalem aliquem remittentes, vel ſaluum conductum ei facientes, etiã ad vnum diem, vel ad vnam noctem, ſinè licentia Papę, incurrũt excommunicationẽ S. P. reſeruatam, ita ex Pio V. conſt. 19. illam refert *Barboſa ſuprac. allegat.* 51. *num.* 143. hanc excommunicationem non credo eſſe eandem cum ea, quam refert *Filliuct. tr.* 15. *nu.* 206. *ad finem ex eod. Pio V. conſt.* 13. *incip. ex ſuperna*, contra Legatos, & gubernatores fauentes, vel defendentes bannitos, & homicidas, quam ſubdit ſublatam fuiſſe *à Sixto V.* ſed illam eſſe eandem, de qua ſuprà *verb. bannitos.*

Gubernatores, Rectores alijq. officiales ſtatus Eccleſiæ immediatè ſubiecti, pœnas, multas pecuniarias, & confiſcationes impoſitas, tàm à iure communi, quàm municipali, vel per decreta ipſorumet gubernatorũ, &c. (ſi alicui per dictum ius, vel decretum non ſint applicatæ) alteri, quàm Cameræ Apoſtolicæ applicantes, incurrunt excommunicationem, ſeù ſuſpenſionem, ita Pius IV. in Bulla 43. incipient. *Decet Romanum Pontificem*, & declarat *Bonacina to.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 13. *ad finem*; Sed nota, quòd ex eo, quia dictæ duæ cenſuræ ſub diſiunctione ibi ferantur, probabiliter docet *Bonacina ſup.* nullã incurri contrà *Filliuccium*, qui vult excommunicationem incurri à laicis, ſuſpenſionem verò à Clericis, de qua re, quid ſecundum nóſtrã doctrinam dicendũ, vide *ſup. recoll.* 2. *n.* 627. *& ſeq.* vbi ꝙ hoc caſu qñ reus neutrã vult eligere, vtrãq. incurrat, nec placet, quòd aliqui volunt, ſcilicèt nullam incurri ante declarationem iudicis, vt per *Vgolinum tab.* 1. *cap.* 20. §. 39. quia præſupponimus, dictas cẽſuras eſſe latæ ſententiæ, non autem ferendæ, quòd autem dictam excommunicationẽ nõ incurrat Officialis, iniuſtè nõ condendans reum ad dictas pœnas, & confiſcationes applicandas Cameræ, ſuppono pro certo, ex verbo illo *applicare*, ꝙ præſupponit condendationem præceſsiſſe. An autem teneatur dictus iudex ad ipſius condendationem, dixi ſuo loco, videte prò nunc *Dianam noſtrum p.* 3 *tr.* 5. *reſol.* 52. *ad finem*, vbi reperies authores prò, & contrà, cætera infrà *officialis.*

## H

HEretici cujuſuis ſectæ, receptatores, fautores, defenſores, incurrunt excommunicationem Bullæ cænæ *can.* 1. intellige primo de hereticis, qui ſigno aliquo externo ſuam hereſim manifeſtauerũt, ita *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.* 40. *in princ.* intellige ſecundò quando quis receptat, vel fauet illi, vt hæreticus eſt, ſecus ſi vt amicus, vt conſanguineus eſt, vt dixi in explicatione dictæ Bullæ, & quòd hæc ſit communis opinio, præter ibi allegatos, teſtatur *Miranda in ſuo manuali Prælatorum in tract. de monialibus q.* 3. *art.* 70. *in fine*, *Sanchez lib.* 2 *ſumma c.* 10. *num.* 4. *Raſtellius de cenſuris ſup. q.* 1. *Scortia in ſelectas S. P. conſtitutiones theoremate* 27. declarãtes, quinã ſint credentes, qui fautores, receptatores, & defenſores hæreticorũ. per quod ſignũ externũ hæreticus internus incurrat excommunic. & quo iure illam incurrat, dixi ſup. *recoll.* 1. *num.* 276.

Hæreticorum libros, hæreſim continentes, vel de Religione ex profeſſo tractantes, ſcienter legentes, retinentes, imprimentes, & defendentes incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam in eod. canone 1. Bullæ cenæ Dixi primò *Hæreticorum*, quia ſi dicti libri hæreſim continentes, non ſint authoris hæretici, ſed vel Catholici, vel etiã infidelis, illos legentes, &c. nõ incurrunt aliquã cenſuram ante prohibitionem illorum, ſed ſub reatu peccati mortalis, tenentur dictos libros deferre ad Inquiſitores, vt expurgentur, *Layman lib.* 2. *tr.* 1. *c.* 1. *num.* 2. *in princip. & n.* 8. *verſ. inter has*, *Bonacina tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 2. *p.* 4. *num.* 1. *&* 3. *Caſtrus Palaus loco infracit.* §. 2. *n.* 2. à quo peccato an ſit immunis, ſi illos ipſe expurget, vel alteri Theologo tradat illos

Digitized by Google

los expurgandos, vel comburat, patet ex his, quæ diſcurrunt Doctores allegati per *Dianam p.1.tr.11.reſol.37.* quibus ab eo allegatis adde *Caſtrum Palaum t.1. tr.4. de infidelitate diſp.2.p.10.§.1.n.7. verſ.neq.valet, & §.2. num.12.* loquentes de libris hæreticorum, vbi quærunt, an talis incurrat eo caſu cenſuram, ſaltem in indice latam, quæ non eſt reſeruata, vt eſt certũ. Sicuti quoq. legẽtes libros authoris catholici, vel infidelis continentes tantũ materiã contra bonos mores, vt v.g. obſcenitates, &c. etiam poſt prohibitionẽ ſimplicẽ factam à S. Congreg. indicis vel ab inquiſitore particulari illius loci, vbi illos, quis legit, nullam incurret cenſuram, ſed tantum peccat mort. ex eod. indice. Dixi *libros*, quorum appellatione non ſolum veniunt Typis impreſſi, ſed & manuſcripti, dummodo ſint plura folia ſimul vnita, *Vgolinus, Duardus*, & alij, *in explicatione huius canonis*, item prohemiũ illorũ, epiſtola ad lectorem, & index. *Laym.ſup. n.5.* & alij ſupracitati. Et ſi non veniant ſecundùm communem ſententiam libri catholicorum continentes argumenta hæreticorũ, quos impugnant, ſicut etiã gloſæ, annotationes hæreticorum in librũ catholici, vel infidelis authoris, niſi tales ita eſſent copioſæ, vt cenſeatur potius ex eis liber conſtare, quàm textus ita *Suarez*, quem alijs allegatis ſequitur *Layman ſuprac. n. 2. Caſtrus Palaus ſup. n.1.p.2. & Portell.n.4.* & ſic intellige *P.Dianã p.1.tr.11.reſol.32.& p.5.tr.13.reſol.16.* neq. etiam ſecundùm probabilem ſententiam comprehenditur epiſtola, concio, vel oratio, aut aliqua alia breuis ſcriptura hæretici, vt per *Layman ſupra n.2. verſ. ſed dubium, Caſtrum Palaum n.5.* præter *Bonacinam ſup.v.4.n.* qui *Caſtrus Palaus* benè ſubdit, hoc vltimo caſu, (& idem dicerem de præcedenti) quòd legens, & ſi excuſetur ab excommunicatione Bullæ cęnæ, non tamen excuſatur ab excõmunicatione indicis, vide *Portellium in ſuis dubijs regularibus verb.libri prohibiti n.11.& ſeq.* Dixi *hæreſim continentes, vel de Religione ex profeſſo tractantes*, quia ad hoc vt quis incurrat in excomm. Bullæ cænę non ſufficit, quòd author libri ſit hæreticus (ſicut ſufficit ad incurrendam excommunicationem indicis, quę non eſt reſeruata, vt ſuprà dixi) ſed etiam eſt neceſſe, vel quòd contineat hæreſim, vel tractet ex profeſſo de Religione, quorũ primũ verificatur etiã ſi liber hęretici, tantũ vnã hęreſim cõtineat, vt docent magis cõmuniter DD. cõtrà *Graff.* q volebat requiri, ꝙ ex profeſſo de hęreſi tractaret, *Caſtr. Palaus loco ſuprac.p.1.n.7.* hãc ſententiã, verbis Bullæ, eſſe conformiorem, teſtatur *Layman loco ſuprac. nu.4.* & ſi ſubdat *in partibus ſuis ſeptentrionalibus, Bullam non eſſe receptam ſecundum talem rigorẽ, nam ſæpè plures iuridici, medici, hiſtorici, hæreticorum libri prodeunt, quibus plerumq. reperies vnam, vel plures hæreſes admiſtas, & tamen paſſim in catholicis bibliotecis aſſeruantur*, & ſi non deſint aliqui contrarium docẽtes, videte *Dianam ſuprac. tr.11.reſol.31.* ſecundùm verò, ſcilicèt *de Religione, tractare ex profeſſo*, dicitur liber, ſi tractet de. Scriptura ſacra, de Theologia ſcholaſtica, vel morali, hoc eſt pe de myſterijs fidei, de cultu Dei, & Sanctorum, de recta morum inſtitutione, & de his contrarijs, hoc enim caſu, ſi author ſit hæreticus, etiam ſi non contineat hæreſim, legens, retinens, defendens incurrit excommunicationem Bullæ cęnæ, vt per ſupracitatos authores. Dixi *ſcienter*, quia licèt ad hanc cẽſuram incurrendam non requiratur praua intentio legentis, ſeù affectus hæreſis concipiendę, & ſic ſufficiat ſola curioſitas, tamen ignorantia quãuis craſſa, excuſat, vt in ſimili dictũ eſt ſup. & in terminis notat *Laym.ſup. n.4. verſ. tertia conditio.* Dixi *legentes, retinentes, imprimẽtes, & defendentes*, quia iſtæ quatuor actiones prohibentur in dicto can. Bullæ, & ſi in indice tãtũ prohineãtur duæ primę, ſ. lectio, & retentio, vt per *Filliuccium tr.16. num.63.* & alios, quæ duæ actiones maximè, ſcilicèt legere, & retinere ad hoc, vt ſubiiciantur excommunicationi tàm Bullę, quàm indicis, ſupponunt notabilitatem materiæ, vel temporis, de qua re pręter dicta ſuprà *reſoll. p.n.* legantur *Portellius ſuprac. v. libri prohibiti, Caſtrus Palaus ſup. §.2.n.6.& 10. Layman ſup.cap.15.nu.5. & 7. Diana p.1.tr.11.reſol.3. & p.5.tr.5.reſol.42.& 43.* Supereſt circà hanc materiam difficultas de audiente legere aliquem librũ hæretici, tàm in terminis Bullę, quàm indicis, vtrum incurrat excommunicationem. Concordant Doctores magis cõmuniter, contrà *Suar.* talẽ nõ incurrere quando ipſe audiens, non conſuluit, ſuaſit, vel mandauit lectionem, vel tantum conſuluit, ſuaſit, mandauit, aut etiam ad hoc traderet librum prohibitum, non tñ ad hoc, vt ipſe de ore eius audiret legentem, & diſcordant in caſu contrario, quando. ſ. dedit librũ mandauit, conſuluit, vt ipſe de ore eius audiret legentẽ? *Sanchez* expreſsè docet, neq. hoc caſu, talem incurrere, ſequitur alijs allegatis *Caſtr. Palaus ſuprac.§.2.n.4. præter alios allegatos per Dianam p.1. tract.11. reſol.33.* tamen *Layman* poſt *Sayrum, Graſſium, & alios*, contrarium docet, quia hoc caſu habet locum regula, qui per alium facit, per ſe ipſum facere videtur. Quoniam verò legere, & non intelligere, vt habet vulgatum proloquium, eſt negligere, ad incurrendam dictam cenſurã, requiritur, ꝙ legens intelligat quæ legit, vel audit, vt ſup. legere, *Layman ſup.num.6.* & contrà *Bonacinam*, teſtatur de communi *Caſtrus Palaus ſuprac.§.2.n.2.* & contra *Me-*

*galiam*

Digitized by Google

*galium, alijs allegatis, Diana ſupra c. tr.* 11. *reſol.* 36. quòd eſt verum, etiã ſi quis tantũ viſu, & mente percurrat dictos libros, & ſi verbis non proferat rem lectam, vt per *Caſtrum Palaum loco ſupra proximè cit. ad finē.* Neque excuſetur quis ſi legat, vel retineat dictos libros, ad errores confutandos, ſine periculo peruerſionis, ſed incurrit dictam excomm. contrà aliquos iuriſtas, probat *Caſtrus Palaus ſupra c.* §. 2. *num.* 9. limitat *Layman cit. c.* 15. *num.* 6. poſt *Becanum* in Prouincijs, & locis, in quibus, vt ipſe ait, *librorum hæreticorum non tanta ſeueritate probibitio cenſeatur, quia ad confines hæreticos conuincendos neceſſariũ putatur, eorum libros legiſſe*, de qua re etiã *Diana cit. tr.* 11. *reſol.* 35. De licentia præfatos libros legẽdi p̄ter notata à *Barboſa alleg.* 90. *& Diana p.* 4. *t.* 8. *reſ.* 99. *& ſeq.* Addo ꝗ qñ eius ꝓhibitio ſubiacet Bullę cænæ, ſpe ſolùm ad S. P. vel cui à S. P. id eſt ex priuilegio conceſſũ, qñ verò ſubiacet eius prohibitio indici, pot Epiſcopus, vel inquiſitor, vt ꝑ *Caſtrũ Palaũ loco ſupra c.* §. 3. Adeſt tamen hodie conſt. Greg. XV. *incip. Apoſtolatus officiũ apud Nald. verb. liber*; ꝑ quã fuerunt reuocatæ licẽtiæ *legendi, & habẽdi libros quoſcunque ob hæreſim, vel falſi dogmatis ſuſpicionem, vel alias quomodolibet probibitos*, cuius occaſione, vt refert idem *Naldus* S. Congregatio S. Officij declarauit, Epiſcopos, & Inquiſitores, non habere authoritatem concedendi facultatem legendi, aut tenendi libros Hæreſiarcarum, aut hæreticorum, qui ex profeſſo tractent de Religione, nec alios, qui ad præſcriptum indicis, omninò damnati ſunt, & prohibiti. Poſſent tamen eos ijdem ſuperiores retinere ad effectum iudicandi, an poſſint aliquã recipere correctionem, vel aliàs ſint ignibus tradendi, quò autem ad libros vulgari ſermone conſcriptos, continentes controuerſias inter catholicos, & hæreticos noſtri temporis, facienda erit relatio authorum ipſorummet, aut librorum, ac eorum, qui requirunt licẽtias legendi, expectando conceſſionem ab vrbe, hucuſq. *Naldus* ex S. Congreg. Nota illa verba, *qui ad præſcriptum indicis omninò damnati ſunt, & probibiti*, quia per ea, non videtur adepta eis facultas circa libros per ipſũ indicẽ tantũ ſuſpenſos, donec expurgentur q̃a poſſet forſan cõcedi licẽtia ab Epiſcopo, Inquiſitoribus circà illos viris doctis. Adeſt etiam alia conſtitutio Vrbani VIII. incip. eod. modo *Apoſtolatus officium* 2. *Iulij* 1631 in qua, referẽte eod. *Nald. loco ſupra c. n.* 12. & *Nouario in ſumma Bullarij cum de libris probibitis*, reuocauit, ac annullauit omnes, & quaſcunq. licentias legendi, & habendi libros, quacunque ratione, etiam aſtrologiæ iudiciariæ, prohibitos, quibuſcunq. perſonis, etiam ſpeciali nota dignis, non tamen à Sanctitate ſua conceſſos, eaſq. deinceps cõcedi noluit, niſi in Congreg. Gener. coram Sanctitate ſua, ſingulis hebdomadis celebrari ſolita, nec non ad triennium duraturas, ac locorum Ordinarijs, ſeù inquiſitoribus, exhibendas, aliàs voluit eſſe nullas, vt in ead. cõſtit. quam de verbo ad verbum refert *Lauretus de Franchis in ſuis controuerſijs inter Epiſcopos, & Regulares fol.* 294. An autẽ per iſtas conſtitutiones, nequeant deinceps Generales Religionum communicantes priuilegia Ordinis Prædicatorum, & Heremitarũ, & Societ. Ieſu, concedere ſuis ſubditis licẽtiã legendi libros hæreticos, ad illos impugnandos, de quibus per *Peregrinum in compendio priuilegiorum noſtræ Congregationis, Diana loco ſupra c. & Portell.* §. *libri probibiti* Tangit *Lezzana p. ſua ſumma n.* 96. qui contra *Pterinum* docet, non ſolum per dictas conſtitutiones eſſe reuocatas licentias particulares, ſed etiam priuilegia conceſſa Regularibus Prælatis, cõcedendi dictas licentias. Hæreticum, vel aliter de hæreſi ſuſpectum, non denunciantes Epiſcopo, vel Inquiſitori, tanquam fautores hæreticorum incurrunt excommunicationem latam in primo canone Bullæ cænæ, ita noſter *Duard. ibi q.* 3. *num.* 19. vbi hoc dicit verum, quamuis hæreticus fuerit occultus, & proſequuntur ibi *Addetes*, ſed audiamus *Caſtrum Palaum t.* 1. *de hæreſi, & Apoſtaſia à fide, tract.* 4. *diſp.* 2. *p.* 4. *num.* 21. qui ait, *primam pænam* contrà omittentes denunciationem, cùm ad illam quis tenetur) *eſſe excommunicationem, quæ non eſt ſecundùm ius commune ipſo facto lata, ſed ferenda: nam extrauagans Gregor. IX. quam adducit Pegna comment.* 2. *ad c. qui alios verſ. diximus fol.* 89. *ſolum dicit, ſi quis hæreticos ſcierit &c. ſtudeat indicare confeſſori ſuo, vel alii, per quem credat, ad notitiam ſui Prælati peruenire. alioquin excommunicationis ſententia percellatur. quæ verba indicant ſententiam ferendam, non latam. At ex edictis S. Officii, nemini eſt dubium, in excommunicationem ipſo facto reſeruatam incidere, ſic omittentem, neque ab ea abſolui poteſt, donec denunciet. Hæc iſte author.* Vndè patet, quid iuris ſit, qñ talis omiſſio non poteſt reduci ad caput defenſionis hæretici, vel vbi in loco nõ ſit promulgatum edictum Inquiſitionis, quia non adſunt inquiſitores, vt in Germania, exemplificat *Layman lib.* 2. *tr.* 1. *cap.* 15. *n.* 2. *verſ. prætereà*, & probabilius exiſtimat poſt *Suarez, & Santarellum, Bonacina in opuſculo de onere, & obligatione denunciandi, &c. diſp.* 6. *p.* 2. *num.* 12. vbi benè explicat ſenſum germanum Decreti Sacræ Congregationis Cardinalium editi, die 3. Ianuarij 1623. vbi Sacra Congregatio ſub pęna excommunicationis, præcipit, hæreticos, ſeù ſuſpectos quomodolibet de hæreſi, intra certum tempus propalari Inquiſitoribus, vel locorum Ordinariis,

Tt de quo

de quò decreto poſt *Pirrinũ* facit mentionẽ *Lezzana p. 1. c. 18. n. 18.* Caſus autẽ particulares, in quibus tenetur quis ad denunciandũ, cum eorũ praxi; habes *ſup. p. 1. recoll. 22. a n. 12.* quibus illic allegatis, addo nunc *Caſtrum Palaum, & Bonac. locis suprac.* Quia nõ ſolũ Superiores vt infrà; ſed alij ſubditi Regulares etiã tenẽtur vt ſup. denũciare, circa hoc nota Decretum Pii V. de anno 1567. quòd poſt *Peirinum*, refert *Lezzana cit. num. 18. ad finem*, prohibens, ne ſubditi, qui prò tempore ad officiũ S. Inquiſitionis recurrerunt, vel in eo teſtimonium tulerunt veritatis, inconſultis DD. Cardinalibus S. Inquiſitionis, à ſuis Superioribus poſſint per quinquẽniũ à die recurſus moleſtari, vel inquietari, & ſic ſẽper practicatũ vidi, & præcipuè annis elapſis in caſu, quo quidã ſubditus recurrerat ad S. Inquiſionẽ cõtrà quendã ſuperiorem localẽ: nã cùm poſtea voluiſſet ſuperior maior illum in aliumlocum demandare, ab Eminentiſſ. Cardinalibus S. Inquiſitionis fuit id inhibitum, quia cauſa, prò qua recurrerat, erat iuſtà.

Hæreſis cauſas, qui non eſt Epiſcopus Diæceſanus, vel Inquiſitor, quocunq. modo cognoſcere prohibetur, ſub excommunicationis pæna, quæ & ſi non ſit reſeruata à Bonifacio VIII. *in cap. vt inquiſitionis de hæreticis in 6.* eſt tamen reſeruata à Iulio III. ſua conſtit. 12 quæ eſt prima inter alias, ex decreto Vrbani VIII. de quibus Superiores Regularium tenentur (curando vt ſingulis annis feria 6. poſt octauam Aſſumptionis B. M. dictum decretum legatur in publico refectorio, aut capitulo) ſuos ſubditos commonere, in qua conſtitutione, ſecularibus poteſtatibus, *præcipitur ne Diæceſanos Epiſcopos, & Inquiſitores ipſos in ſuo inquiſitionis negotio vllo modo impediant, ſeù perturbent, neq. ſe in hæreſiis crimine cognoſcendo, vel iudicando, quouis etiã aſſiſtentiæ, & fauoris colore, cauſa, vel occaſione; (niſi quatenus ab ipſis diæceſanis Epiſcopis, aut Inquiſitoribus, ſpontanea, & libera eorum voluntate fuerint requiſiti) ſe ingerant*, & cõtrà eos, qui dicto præcepto non paruerint, quiue ſcienter in prædictis conſilium, auxilium, & fauorem, dederint, quacunque præfulgerint dignitate, fertur excommunicatio maior, à qua ab alio, *etiam prætextu, quarumcunque facultatum, conceſſionum, & gratiarum, etiam confeſſionalium nuncupatarum, à Sede Apoſtolica emanatarum, vel in poſterum emanandarum*, præterquam à S. Pontifice, poſſit abſolui, quę procedunt etiam vbi agitur de Apoſtaſia à fide, quæ non differt ſpecie ab hæreſi, ac quoque vbi tractatur tantũ de quæſtione facti *Diana p. 4. tr. 1. reſol. 12. & 58.* De quibus autẽ emergentibus, & dependẽtibus, poſſint ijdẽ Inquiſitores cognoſcere, vel non, occaſione hæreſis, videte *Dianã loco ſuprac. reſol.* 80. & quia inter alia in dicto *cap. vt inquiſitionis*, agitur de traditione carcerati in carceribus ſęcularibus, ſi requiratur ab Inquiſitoribus prò cauſa hæreſis. Non quòd damnatus ad mortem à iudice ſæculari, ſi cùm alias nunquam antea fuiſſet de hæreſi ſuſpectus, dicat aliquid hæreticum, non eſt per hoc tradendus Inquiſitoribus, quia præſumitur id dicere differendi cauſa, ſuam mortem, Royas *ſingular. 7. Diana ſup. reſol. 104. ad finem.* Cùm igitur tantum per dictũ tex. & Conſt. tribuatur facultas cognoſcendi de crim. hæreſis Epiſcopis Dięceſanis, & Inquiſitoribus, non ſolũ prohibentur iudices ſæculares de eo crimine cognoſcere, vtpotè de crimine merè eccleſiaſtico, & ſi eiuſdẽ punitio, poſt cognitã cauſã, ad ipſos pertineat, vt latè per *Clarũ, & ibi addentes §. hæreſis n. 4. Scortiã in ſelectas Summorũ Pontificum cõſtit. theorem* 34. Sed etiam excluduntur Prælati Regulares ſi hoc olim nõ habuiſſent ex cõceſſione SS. Pontificũ, reſpectu ſuorũ ſubditorũ, prout priusomninò fuerunt exẽpti ab Inquiſitoribus Fratres Minores à Clem. VII. & poſtea à Pio IV. fuit cõceſſa dictis Prę latis facultas, illos cognoſcendi in caſu præuentionis, notat *Lezzana p. 1. cap. 18. num. 18.* & ante eum habetur per *Caſarubium in compendio priuilegiorum Mendicantium, verbo Inquiſitores hæreticæ prauitatis* §. 8. Vbi *Cappucinus*, aduertit, tale priuilegium non fuiſſe per S. Concil. Trid. reuocatum. Vndè miror, quomodo dictam conſtitutionem Pij IV. cum alia Pauli III. in ſenſu contrario, alleget *Caſtrus Palaus t. 1. de modo iudiciali procedendi in cauſis fidei tract. 4. diſp. 8. p. 12. n. 5.* Dixi *olim habuiſſent*, quia tali facultate hodie non fruuntur ex conſtitut. Pauli V. *incip. Romanus Kalendas Septembris* 1606. de qua faciunt mentionem *Lezzana, & Caſtrus Palaus locis ſuprac.* vbi ſub pæna excõmunicationis S. Pontifici reſeruatæ, inter alias pænas, dictis Prælatis prohibetur cognoſcere ſuos ſubditos in cauſis hæreſis, & alijs ſpectantibus ad S. Officium, vt per *Barboſam de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.* 50 *n.* 168. & legitur in ea conſtitutione, quã de verbo ad verbum referunt. *Naldus verb. hæreſis n. 22. Diana p. 4. ad finem, & alij.* Cùm autem dicta conſtitutio loquatur de hæreſi, & caſibus ſpectantibus ad S. Officium, patet quando poſsint procedere dicti Prælati cõtrà Confeſſarios ſuos ſubditos denunciatos de reuelatione confeſsionis, qui caſus vt indicaui *ſup. p. 1. recoll. 23. num. 14. verſ. trigeſimusquintus* tunc ſpectat ad S. Officium quãdo, cum dicta reuelatione eſt coniuncta hæreſis, ideſt error in intellectu, nempè quãdo vellet quoq. defendere, eſſe licitã dictã reuelationem, vel aliter malè ſentiret de ipſo Sacramento Confeſsionis, aliàs ſpectat ad Ordina-



Digitized by Google

dinarium, vt præter ibi allegatos, (qui agunt de pœnis, quibus debent ipſi reuelantes plecti, de qua re videetiã *Martinũ del Rio in ſuis diſquiſitionibus magicis li.6.c.1.ſect.2.ad fin.*) habet *Molfeſius tract.7.ſuæ ſummæ cap.23.n.68.& ſeq.*& ſequitur *Diana p.4.tr.8.reſol.95.* idem obſeruandum eſſet in caſu Sacerdotis celebrantis abſq. legitima, & approbata neceſſitate, eod. die, plures miſſas, vel non ieiuni, vt ſubdidi *ibid. verſ. trigeſimus ſextus, & tract. de officio Cappellani q.8.ſect.17.* & præter ibi citatos, patet ex notatis à Praxi Archiep. Neapolita *c.65.in 2.edit.* vbi quòd Neapoli cũ pluries hic caſus accidiſſet, per curiã Archiepiſc. fuit impoſita pęna triremiũ per triennium, & ſuſpenſionis a celebratione Miſſæ, proſequitur *Riccius p.1. Praxis deciſ.351. Ciarlinus in ſuis controuerſiis cap.15.num 67.& habetur per Molfeſium tr.3.c.10.à n.42* idem dicas de Sacerdote ſi excipiat confeſſiones abſq. licentia, & approbatione requiſita, dixi *Sacerdote*, quia ſecus eſt in nõ Sacerdote, nam tũc caſus ſpectat ad S. Officium, & ex conſtitutione Vrbani VIII. incip. *Apoſtolatus*, ab ipſis Inquiſitoribus traditur Curiæ ſeculari. Circà caſum ſortilegii, certũ eſt tunc pertinere ad S. Officium, quando illud ſapit hæreſim manifeſtam, aliàs ſpectat eius cognitio ad Ordinarium *Clarus §. hæreſis n.25.vbi Addentes,* quòd quando in praxi contingat, videte *Dianam p.4. reſol.13. vbi reſol.15.de ſortilegis,* qui præſentia, vel præterita occulta reuelant, de qua materia agit iterũ *ibid. reſol.*103.107.& 112. Nota doctrinã generalem, quòd ſcilicèt ad S. Officium pertineant illi caſus, qui ingerunt vehementem ſuſpicionem hæreſis, ita vt nulla tergiuerſatione poſſit dicta ſuſpicio celari, non autem alii, ex quibus leuis poteſt oriri ſuſpicio per abuſum Sacramenti, hoc enim caſu, ſi non fuerit declaratum pertinere ad S. Officium, ſpectant dicti caſus ad Ordinarium, patet exemplo ſollicitationis in confeſſione, ad turpia, quæ à Pio IV. pro Hyſpania, & Clem. VIII. ac Greg. XV. pro omnibus regionibus fuit declarata, pertinere ad S. Officium, item de eo, qui nõ erat Præsbyter, & audiebat cõfeſſiones, qui non pertinebat ad S. Officium niſi poſt declarationem Gregorii XIII. & tamen etiam antea ipſa crimina reddebant ſuſpectum de hæreſi. Accedat, quòd cùm Inquiſitores ſint iudices delegati, eorum iuriſdictio eſt ſtricti iuris, ideoq. non extendẽda de caſu ad caſum, de perſona ad perſonã, vndè antequam Gregorius XV. non declaraſſet, ſollicitationem pænitentis maſculi, vel ad alia peccata obſcena, pertinere ad S. Officium, plerique authores docebant, confeſſarium in dictis caſibus, non eſſe denunciandum, vt videre eſt per *Dianam p.1. tr. de ſollicit. reſol.20.& ſeq. Scortiam in ſelectas SS. Pontificum conſtit. theoremate* 196. *& ſeq. ita Ludouicus Paramus de origine inquiſitionis lib.3.q.2.num.*101. *& q.10.n.*92.

Homicidium ſimplex committens, non incurrit aliquam excommunicationem ipſo facto latam, ſed benè debet excommunicari, ſi laicus eſt, ſi verò Clericus deponi, & beneficiis priuari, vt poſt *Guttierez, & Diaz, Homobonus de caſibus reſeruatis p.2. de tertio caſu reſerua. qui eſt homicidium in principio,* vbi poſt *D. Antoninum* ſubdit, quòd licèt homicidiũ communiter reſeruetur ab Ordinariis, tamen propter horrorem, & deteſtationem criminis, *ſolere aliquando homicidas ad Romanam Curiam mitti, quò à Pænitentiariis abſoluantur.* Dixi *ſimplex*, quia homicidium Clerici, vel Religioſi ſubiacet excõmunicationi reſeruatæ *in canone ſi quis ſuadente* 17.*q.*14.& homicidium Cardinalis, vel Epiſcopi, excommunicationi reſeruatæ in Bulla cænæ *can.*11. per quam Bullam innouantur iura antiqua, nẽpè *cap. felicis de pæn. in* 6. ac conſt, *Pii V. incip. infelicis ſeculi,* vbi eſt ſermo de iniuria illata Cardinalibus, & *Clem.1. de pænis,* vbi fit mentio de percuſſione Epiſcoporum, quæ excommunicatio lata in dictis iuribus, quomodo conueniat, & differat ab excommunicatione lata in Bulla cænæ, explicat poſt alios, noſter *Duardus in explicatione dicti canonis q.1.* quòd autem vt quis incidat in excommunicationẽ Bullæ, quoad Epiſcopum, requiratur, quòd fuerit iam conſecratus, etiam ſi cõfirmatus, poſſeſſionem illius adeptus ſit, contrà *Graſſ.* poſt alios, habetur per *Bonacinam t.3.diſp.1.q.12.d.2.num.7.* ſicut ſi conſecratus fuit, non excuſat illum occidentem, vel aliàs iniuria afficientem, ſi renunciauerit Epiſcopatui, *Duardus ſup.q.8. num.5. vbi n.9.* idem dicit de Archiepiſcopo, qui conſecratus, non accepit pallium, & de Epiſcopo excommunicato, irregulari, vel degradato verbaliter. idẽ docet *Bonacina ſup.num.8.*& tandem homicidium in perſonam accedentis ad Sedem Apoſtolicam, etiam ſubiacet excommunicationi Bullæ cænæ *cap.9.* vbi expoſitores. Hæ enim circumſtantiæ ſunt confitendæ cum peccato homicidii, vt etiam dixi *ſup.p.1.recoll.12.ad finem*, vbi de aliis circà hanc materiam.

Hoſtiliter inſequentes Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Patriarchas, Nuncios, aut Legatos Sedis Apoſtolicæ, incurrunt excõmunicationẽ Bullæ cænæ can.11. vbi *Duardus, & alii expoſitores* ſatis declarant, quãdo id accidat.

I

IEſuitiſſarum, quę ſub hoc nomine mulieres, ſi habitant ſimul in collegiis, domibusque



Digitized by Google

vbi habitabant, vel ibi conueniant ad aliquid ſpirituale tractandum, habitumq. quem antea geſtabat, non deponentes, vel depoſitum reſumentes, vel alias mulieres ad illum admittentes, ac pro Religioſis ſe gerentes; cũ illis, qui eis auxilium, conſilium, fauorem, directè, vel indirectè, aut quomodolibet præſtantibus, incurrunt excõmunicationẽ, S.P. Pontifici reſeruatam ex Vrbano VIII. in ſua conſtitutione *incip. Paſtoralis Romani Pontificis*, anno 1630 vbi ſupprimitur earũ prætenſa congregatio, & relaxatis eorũ votis omnibus, de facto emiſſis, admonẽtur Monaſterium aliquod Ordinis approbati ingredi, vt ibi latius per eam, & reaſſumit nouiſsimè *Carolus Antonius Theſaurus in ſuo tract. de pænis eccleſiaſticis p.2. verb. Religioſi cap.3.§. tertius caſus*.

Illegitimos ad habitum, vel profeſſionem pro choro, Superiores abſq. ſcrutinio, de quo in Bulla Sixti V. *incip. cum de omnibus, apud Rodriquez t.3.qq. regular. immediatè poſt q.* 34. recipientes incurrũt excõmunicationẽ, quod ſcrutinium etiã requirit Greg. XIV. *in ſua conſt.3. incip. circumſpecta de anno* 1590. apud *Rodriquez, vbi ſup.* ibi *ita tamen vt cum de recipiendis quomodocunque illegitimè natis, ad habitum, & profeſſionem quorumcunque Ordinũ agetur, ij, ad quos huiuſmodi receptio ſpectat, præter alia, ex quibus ex dictarum Cõſtit. præcepto, circa quoſcunque etiam legitimos diſquirere debent, diligenter vitam eorum, & mores inquirant, & ita demum recipiant, ſi tamen bonam indolem, & virtutis ſpeciem præferant, ac tot eis merita ſuffragentur, vt natalium ſuppleãt defectum, eorumq. receptio Religionis commodo, & vtilitati profutura videatur, &c.* Sed cũ nulla fiat in ea mentio pænarũ, conſtit. Sixti V. inflictarum, & declaret velle moderari d. cõſt. per cõſequẽs videbatur ſublata excõm. Sed Clem. VIII. in Bulla, *incip. in ſupremo* 83. 2. *April.* 1602. apud *Mirand. t.1. ſui man. Prælat. regul. q. 19. art. 3.* & ſi declaret, vt etiã fecit Greg ingreſsũ præfatũ valere, nec effectu ſuo carere, ſi non præceſſerit dictũ Scrutiniũ, ſeù informatio, quia verò ſubdit, ſaluas remanere pœnas cõtrà Superiores, qui in admittendis ad habitum, vel profeſsionem, earundem conſtitutionum formam non ſeruant, videtur hodie dicta excommunicatio vim habere, quòd videtur clarè iudicare *Miranda loco ſuprac. concluſ.4. in princ.* ibi, *hoc eſt certiſsimum, & ſinè vllo prorſus dubio, quòd hoc tempore ſtante prædicta Clem. conſtit. omnes profeſsiones factæ ab illegitimis contra formã prædictarum conſtitutionum ſunt vera, ac valida, quamuis ſuperiores, pœnis ibi conſtitutis, alioquin debeant plecti, ac multari.* Vndè miror, quomodo de illa non faciat mentionẽ *Bartholomæus de Vecchis in ſua praxi prò Nouitiis, diſp. 5. dub. 4.* vbi agit de his conſtitutionibus, & duntaxat *nu. 5. ad fin.* dicat. Notari verò oportet, ſuperiores omnino debere præfatam informationem à Sixto V. & Gregor. XIV. præfixam præmittere, priuſquam Religionis ingreſsũ, illegitimo procreato, cõcedant. Nec obſtat, quòd in d. conſt. Clem. fiat mentio tantũ de pænis, nõ de cenſuris, quia cenſura vt clarũ eſt, pæna dicitur, vt patet ex eius definitione; Accedat, quòd hoc caſu ibi à Sixto, nulla alia pæna, quàm excõmunicationis, pro illegitimorum receptione, imponitur. Nota in dicta conſtitut. Sixti, requiri ſcrutiniũ circà alias qualitates, pro Nouitijs admittẽdis, nẽpè quod nõ ſint ęre alieno grauati, &c. vt per *Barboſã infrac.* pro quarũ informationis omiſsione, non imponitur dictis Prælatis, & aliis, pæna excommun. ſed *priuationis vocis actiuæ, & paſsiuæ*, nec dum officiis, gradibus, & dignitatibus quibuſcunq. per eos obtentis, & inhabilitatis ad illa in poſterum obtinenda, vt in eadẽ conſtit. Sixti V. & refert *Bartolomeus de Vecchis loco ſuprac. diſp. 7. dub. 5* vbi probat, quòd non obſeruantes dictã formã in receptione, tũc peccent mort. ſi illã putẽt eſſe neceſſariã in tali perſona, ſecus verò ſi ex certa ſciẽtia, vel probabilibus indiciis, iudicaret, ingreſsũ carere dictis impedimẽtis. Vndè ad incurrendas has pænas requiritur copulatiuè, quod dolosè ſcienter, & ſtudiosè omittant Superiores dictas informationes, & quòd in recepto reperiatur de facto aliquod ex dictis impedimẽtis, & ſic intellige *Rodriq. & Portell apud Dianam p.3. tr.2. reſol.33.* qui ſimpliciter docent, quòd Prælati non incurrunt dictas pænas, ſi receptus abſque informatione, careat impedimẽto. Addo maximè quòad forũ cõſcientiæ, nam quòad forum externum ſemper præſumitur dolus, & hoc eſt quòd vult *Bartholomæus de Vecchis citatus ab ead. Diana* fauet à ſimili quòd ceſſante fraude, & dolo, nec alienans res Eccleſiæ abſque forma requiſita in *extrauagante ambitioſæ*, incurrit pænas ibi impoſitas, vt per *Iacobum Marchiſellum Arimin. in ſuo libro recollectarum quæſt.* 11. Praxim recipiendi dictam informationem, habetis apud eundem *Bartholomæũ de Vecchis ibid. diſp.* 6. ſicut priuilegiũ quo communicant hodiè circà hoc omnes Regulares, ponit *Barboſa de offic. & poteſtate Epiſcopi allegat.* 101. *n.* 42. *ad finem*.

Immunitatem eccleſiaſticam violantes, quando incurant excommun. patet ex dictis *ſup.* verbo *Auocantes*, & verbo *Gabellas*, & *infrà* verbo *impedientes, & imponẽtes*, quia ipſa immunitas, vel conſideratur reſpectu cauſarum eccleſiaſticarum, vel ipſiuſmet Eccleſiæ materialis, vel reſpectu perſonarum, & rerum eccleſiaſticarum, & ſic poteſt violans dictam immunitatem incurrere excõmunicationem extrà Bullam cænæ, vt in caſibus,

Digitized by Google

ſibus, de quibus ſuprà verbo *extrahentes*, & excommunicationem contentam in ipſa Bulla, in caſibus de quibus ſup. *Auocantes, Gabellas, &c.* vndè meritò Clem. VIII. in decreto de abſolutione à caſibus, & cenſuris reſeruatis, enumerando caſus, in quibus prohibet, manus apponere Confeſſarios priuilegiatos, primum locum tribuit caſibus contentis in Bulla cænæ clarè, vel dubiè, & ſecundum caſui violationis immun. Eccleſiaſt. in termi nis Greg. XIV. vbi tractatur de immunitate ipſius Eccleſiæ, vt Eccleſia materialis eſt.

Impedientes iniuſtè eos, qui victualia, vel alia neceſſaria ad vſum Rom. Curiç, aſportāt, excommunicationem incurrunt reſeruatam in Bulla cænæ cap. 8. de qua feci mentionē ſuprà *Barones*. Dixi *iniuſtè*, quia ad incurrēdā dictam excommunicationē, requiritur, ꝙ dictum impedimentum, vel prohibitio, ex dolo malo proueniat, ſecus ſi bona fide, ob alias iuſtas, & honeſtas cauſas fiat, vt per *Duardum in eod. can. q. 2. n. 5. & q. 10. n. 15.* vbi quòd nec mandantes, nec conſulentes dictum impedimentum, vel perturbationem, incurrant excommunicationem, latè *Bonacina ibid. q. 9. par. 2.* vbi an in dubio præſumi debeat, quòd iniuſtè ſit illatum dictum impedimentum, & quæ ſit iudicanda materia parua, excuſans ab iſta excōmunicatione, de qua re vide *Adden. Duardi ſup q. 1. litt. A.*

Impedientes curſum cauſarum ſpiritualium, vel ſpiritualibus annexarum, vt in prædictarum cauſarum cognitione, tamquam iudices ſe interponant, incurrunt excommunicationem S. Pontificei reſeruatam in Bulla cænæ c. 14. Quæ coniungitur cū alia relata ſup. *Auocantes*, vbi etiā excōmunicantur illi, qui iudiciaria laicali poteſtate (ideſt ſit magiſtratus, vel iudex, quia non conſideratur via, ſed poteſtas iudiciaria, vt contra *Filliuec.* habet *Bonac.* & ſequitur *Theſaur. verb. cēſuræ cap. 20. verſ. ampliant aliqui,*) partes actrices. compellent ad reuocandum, vel reuocare faciendum citationes, inhibitiones, vel alias litteras decretas ſuper huiuſmodi cauſis, vbi *Bonacina q. 15. p. 2. num. 21.* notat, quòd qui cōmpellit iudicem, à quo excōmunicatio, & aliæ pænæ inflictæ ſunt, vt abſolutionem, impendat, & ſi incurrat excommunicationē, de qua ſup. *Abſolutionē*, quæ vendicat ſibi locū in extorquente per vim, & metū etiam abſolutionē ab excomm. minori, *Sayr. lib. 2. cap. 21. num. 30. ad finem*, non tamen incurrit hanc Bullæ cænæ, & quod compellens dicatur, qui ad aliquid agendū contrà ſuam voluntatē iniuſtè aliquē inducit, non autē ſi via iudiciaria eccleſiaſtica, præcibus, aut promiſſionibus, vel etiam pecunia, ad id faciendum, inclinet, ac etiam requiratur effectus ſubſequutus (quòd nota pro intelligentia verborum S. Concilij Tridentini *ſeſſ. 25. de reformat. c. 3. in fine, ibi neſas, &c.*) habetur per *Sayrum ſup. n. 32.* vbi ſupponit, metū incuſſum debere eſſe cadentem in conſtantē virum, & ſic non ſufficere metum leuem.

Impedientes authoritate iudiciaria laica, vt ſuprà, exequutionem litterarum Apoſtolicarum, exequutorialium, & proceſſum, ſiuè non permittendo recipi, aut publicari, vel iuxtà ipſarum tenorem, vel alia ratione exequutioni mandari, incurrunt in excommunicationem latam in *ſuprac. can. 14. Bullæ cænæ*, & licèt *Duardus ibi*, & alij, quos ſequitur *Theſaurus ſup. verb. iuriſdictio c. 14. verſ. aduertendum*, velint, quòd tali excommunicatione, ligentur etiam impedientes exequutionem litterarum, & decretorum aliorum iudicum eccleſiaſticorum, tamen contrarium iudicat probabilius *Bonacina ſu prac. q. 15. n. 23.* qui *n. ſeq.* ſubdit, ꝙ is, qui per alium impedit, ſeù mandat dictum impedimentum, non incurrat, niſi effectu ſequuto. Apoſtolicarū autē litterarum appellatione, quorū Tribunalium vrbis, vel iudicum extra vrbē, ſcripturæ veniant, patet ex his, quæ notat idē *Bonac. loco ſuprac. q. 14.* vbi agit de *canone 13.* eiuſdem Bullç, in quo excommunicantur illi, qui prætextu appellationis à grauamine, aut ab exequutione litterarum Apoſtolicarū, ad laicā poteſtatem recurrūt, & dictarum litterarum exequuionem impediunt, &c. An prætextu ſupplicationis S. Pontifici exibendæ, vel alia ex cauſa poſſit quis excuſari ab hac excōmunicatione, impediendo, vt ſup. vide eundem *Bonacinam ſup. q. 15. p. 4. § 2. & ſeq. poſt Filliucium tr. 16. nu. 255. & ſeq* Quomodo, & quādo dicatur fieri tale impedimentum, videte eundem *Filliuccium tr. 16. ſub num. 201.*

Impedientes exequutionem litterarum S. Pænitentiariæ, incurrunt excomm. S. P. reſeruatā ex Iulio III. *conſt. 1. incip. rationi congruit*, quæ comprehendit etiam præſtantes auxiliū, conſilium, & fauorē, de qua *Filliuc. tr. 15. n. 100 Barboſa, & Bonac. diſp. 2. p. 3 n. 19*

Impedientes authoritate publica, vel priuata, prohibendo directè, vel indirectè, in genere, vel in ſpecie, ne quis ad Romanam Curiam prò gratijs, vel litteris impetrandis, ideſt ne ipſas gratias, & litteras impetret, vel impetratis vtatur, incurrunt excommunicationē eiuſdem Bullæ cænæ *can. 13.* de qua re latè poſt alios *Bonacina ſup. q. 14. p. 1.* qui *ad finem, poſt Reginaldum*, notat, Epiſcopum prohibētem, ne quis litteras Apoſtolicas abſq. ſuo conſenſu, vel examine, exequutioni tradat, vel illis vtatur, nō incurrere hanc excōmunicationem, & ſi quando in dictis litteris exprimatur, vt non obſtante Epiſcopi volūtate exequātur, ipſarum exequutionem nullò modo poſſit impedire, vide *Filliucium tr. 19. n. 108.*



Digitized by Google

Impedientes Prælatos, alioſque eccleſiaſticos Iudices, Ordinarios, vel delegatos, nè ſua iuriſdictione eccleſiaſtica vtātur in foro exteriori, excommunicantur in *cap. quoniam de immunitate Eccleſię*, quæ ibi nulli reſeruatur, refert *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 50. num. 210. in add.* hodie eſt reſeruata in Bulla cœnæ *can.* 16. quòad impedientes iudices ordinarios, non antem delegatos, *Bonac. t. 3 diſp. 1. q. 17. p. 1. n.* 10. qui benè ſe explicat *num. ſeqq.* id non intelligi pro his caſibus, in quibus Epiſcopi procedunt vt delegati Sedis Apoſtolicæ vi Concilii Trid. quia in iſtis habentur vt Ordinarii, placet tamen, quòd ſubdit *Filliuce. tract. 16. n. 279. ad finem*, quòd licèt impedientes delegatos effugerent hanc excommunicationem, non tamen effugerent aliam excommunicationem eiuſdem Bullæ *can.* 14. vbi impedientes etiam Commiſſarios Apoſtolicos excommunicantur. Vt autem incurratur dicta excommunicatio, requiritur effectus ſequutus, ideſt vt ſtante dicto inpedimento, iudex eccleſiaſticus ab vſu ſuę iuriſdictionis iam ceſſauerit, notat *Bonacina ſupra num.* 21. vbi *num.* 7. quòd probabiliter ſubſtineri poteſt, non ſufficere ad incurrendam dictam excommunicationem, ſi tale impedimentum interponatur authoritate priuata, & ſi hoc ſufficiat ad incurrendam aliam excommunicationem *d. cap. quoniam* teſtatur de magis cōmuni, quòad *par. p. Theſaur. verb. cenſura, c. 20. verſ. An autem in hāc*, Vtrū verò impediēs vſum paſſiuū dictę iuriſdictionis, cogendo partes ad nō vlterius procedendū, vel cedulones lacerando? negatiuè reſpondet poſt alios nouiſsimè. *Carolus Antonius Theſaurus de pœnis eccleſiaſticis p. 2. verbo iuriſdictio c. 5. ad finem*, & ſi, vt antea dixit poſt *Genuenſem, verb. cenſura c. 20. verſ. an autem.* tales lacerantes cedulones ſint ſuſpecti de hæreſi tanquam malè ſentientes de poteſtate eccleſiaſtica. Noctu maculātes edictum Epiſcopi, quòd nō incurrat hāc excommunicationem, notat *Bonacina ſupra c. q. 17. p. 1. nu.* 8. Vbi *verſ. An autem etiam.* probabilius exiſtimat, non incurrere iſtam excommunicationem, cogentes ad reuocādam, vel abſoluendam cenſurā latam ac etiā incurſam, & ſi ſubdat, tales incurrere excommunicationem canonis præcedentis, ſcilicet 15. & *iſtiuſmet canonis n.* 1. ſed *Bonacina*, quem ipſe citat prò hac opinione *cit. p. c. nu.* 5. docet, talem cogentē per vim, & metum, ligari excomm. *c. vnico de his, quæ vi metuſue, & c. de qua ſup. Abſolutionē, & n. 1. eiuſdē canonis*, excommunicantur grauantes iudices eccleſiaſticos, vel eorum cōſanguineos, & affines occaſione cenſurarum latarum, vt dixi *ſup. verbo grauantes*, & *canone præcedenti*, quem ipſe etiam citat, excommunicantur trahentes, vel trahi procurantes perſonas eccleſiaſticas ad ſæculare tribunal, vndè dictus auctor debet explicari, quòd ſcilicèt quando coactio ad reuocandam, vel abſoluendam cenſuram iam latam, & incurſam, reduci poteſt ad caput grauantium, vel trahentium ad ſeculare tribunal, tunc ſubiaceat excommunicationi reſeruatę in Bulla cœnæ, aliàs cōtraueniēs incurrat excomm. reſeruatā *in cit. cap. vnico*, vt etiam de abſolutione loquendo, antea docuerat idē *Bonac. citatus à me ſuprà, verbo impedientes curſum cauſarū*, vbi explico, quādo interueniant, vel non talis coactio, vt ſuprà, prohibita. Ex dictis patet reſolutio ad caſum de quodam magiſtratu ſæculari, qui fecit carcerare per modicum tempus Clericum, qui ex commiſſione Vicarij, ei intimauit monitoriū, ad dicendum cauſam quare, &c. fuit enim reſolutū, non incurriſſe excommunicationem contentam in iſto *cap.* 16. cùm iam effectus dicti impedimēti nō fuerit ſequutus, iuxtà ea, quę dixi ſuprà, & tanto magis neq. contentā in *c.* 13. de qua re ſup. *impedientes curſum*, quæ loquitur de impediente curſum cauſarū, quæ agitantur in Curia Romana, vt etiam ibi dixi, item nec etiā in *c.* 19. latam, cùm ibi præſupponatur, capi perſonam eccleſiaſticam à iudicibus ſe interponentibus in cauſis criminalibus, contrà perſonas eccleſiaſticas, & ſic præcedente inquiſitione de crimine contrà dictas eccleſiaſticas perſonas, hoc .n. ſignificat ly *interponentes, proceſſando, banniendo, capiendo, &c.* Ac id quoq. quòd ſequitur *ſine ſpeciali, & expreſſa S. Pontificis licentia*, ſcilicèt cognoſcendi de ſimilibus cauſis, qua licentia conceſſa, ſequitur, quòd poſsint proceſſare, bannire, capere, &c. vt ſupponuut omnes Doctores, & poſt *Sayrum*, notat *Duardus cit. cap. 19. quæſt. 5. ad finem, & quæſt. 6. Bonacina ibid. q. 20. pun. 1, num.* 11. vbi non approbat, quòd dicit *Filliuccius*, ſufficere, ſi præcedat inquiſitio, ſeù cognitio extraiudicialis; Incurrerat, igitur dictus magiſtratus ex comm. *canonis ſi quis ſuadente*, qui ligat detinentē Clericū in cuſtodia publica, vel priuata, vt infrà *recoll. ſeq.* videte *Mariū Anton. p. 3. var. q. 18. n. 2.* in ſpecie ꝙ *d. can.* excomm. procedat etiam quando iudex ſecularis eſt is, qui ita detinet Clericum, notat *Bonacinam to. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6 §. 1. nu. 9. Theſaur. cap. 7.* Vndè fuit dictum, neq. hoc caſu intrare excommunicationem latam in *c. quicunq. de ſent. excom.* de qua ſuprà *Grauantes*, quia vt ibi dixi, præſupponitur eſſe latā dictā excommun. quando familiaris intuitu cēſuræ latæ, nō ferendæ grauatur, & ita concluſū ſaluo meliori iudicio. An autem quia dicta carceratio fuerat per breuiſſimū tēdus, talis magiſtratus abſolutio, ſpectaret ad Epiſcopū, ſicut ad eū ſpectat pcuſſio leuis, *infr. ſuo loco.*

Impe-

Digitized by Google

Impedientes Epiſcopos, vel Inquiſitores, in officio Sanctæ Inquiſitionis, incurrunt excõmunicationem S. P. reſeruatam, Iulius III. ſua conſt. 12, vbi idem ſtatuit de conſulentibus, auxiliantibus, & fauentibus dicto impedimento, *Scortia epitome 65. theorem. 171. Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 50. num.* 121. quòd impedimentum non ſolum præſtatur, vbi iudex alius, quàm Epiſcopus vel Inquiſitor velit cognoſcere de cauſa heresis, vt ſup. dixi *verb. hæreſis cauſam, &c.* ſed etiam omne, & quidquid aliud agitur per ꝙ in aliquo, vel quomodolibet proceſſus de dicto negotio hæreſis coram dictis Inquiſitoribus, vel Epiſcopis, non ſolũ facto, ſed etiã ſtatuto, aut ordinatione impediatur quin poſsit in eo procedi liberè, vel ſaltẽ illũ retardare põt, vt habetur *in c. ſtatutũ el primo de hereticis in 6. & alijs, de quibus Scortia ſup. theor.* 171. *&* 172. in ſpecie contrà dominos temporales reſiſtentes Epiſcopis, & Inquiſitoribus, ſeù impedientes directè, vel indirectè Officiũ S. Inquiſitionis lata eſt excõm. in *c. vt inquiſitionis, de hereticis in 6.* & latè explicat *Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 10. p. 8.* contrà verò particulares pſonas extat conſt. Pij V. 83. incip. *de protegendis*, vbi fertur excõmunicatio nõ reſeruata contrà eos, qui occiderint, aut vexauerint quemlibet ex Inquiſitoribus, Officialibus, ac Miniſtris Officij S. Inquiſitionis, vel Epiſcoporũ hoc munus exercentium, & eũ, qui accuſatorem, denunciatorem, aut teſtem in dicta cauſa, ſpectante ad S. Officium perterrefecerit, &c. aut eiuſdem *S.* Inquiſitionis, aut miniſtrorũ ædes, aliasq. res inuaſerit, incenderit, &c. aut eiuſdem libros, exẽplaria, litteras, & alia quæcunque ſcripta, cõbuſſerit, diripuerit, interuerterit, aut quocũque modo diſpertiuerit, & qui in his conſilium, auxilium, & fauorem præſtiterit, aut qui contrà S. Inquiſitionis Officium delinquentes, veniam petere, aut prò illis, intercedere tentauerit, vt per *Barboſam loco ſuprac.* & latius per *Bonacinam ſup. diſp. 2. q. 2. p. 13.* vbi quòd auxilium, conſilium, &c. in his præſtantes, ſtatim incurrant dictam excõmunicationem, etiam non ſequuto effectu dictarum actionum, ex mente, & verbis dictæ conſtitutionis, in qua dictæ actiones prohibentur, vt principales, & non vt acceſſorię, idem etiam Pius V. in alia conſtitutione 1. in ordine *incip. Sanctiſsimus D. noſter*, ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ, & alijs pænis arbitrarijs, iniũgit omnibus magiſtratibus, & officialibus, vt pareant Cardinalibus Congreg. S. Inquiſit. in ijs, quæ ad dictũ Officium ſpectant, de qua *Bonacina ſup. q.* 10. non eſt tã reſeruata dicta excommunicatio, *Theſaurus de pœnis eccleſiaſticis p. 2. verb. inquiſitio cap. 2.* vbi habes, quando in iſto caſu, & caſibus præcedentibus, quis incurrat excommunicationem in Bulla cœnæ.

Impedientes quoquo modo, ſinè iuſta cauſa, virginum, aut aliarum mulierum voluntatem, veli accipiendi, vel voti emittendi, incurrit excommunicationem nulli reſeruatã, ex *Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 18.* ita illã refert poſt alios *Barboſa alleg. 50. de officio, & poteſtate Epiſcopi n. 174. verſ. nona, &c.* circà quã, ſicut apud Doctores infracitandos, certum eſt, non incurri hanc excommunicationem ab eo, qui tantũ impedit aliquã fæminã, vt in ſæculo manẽs, non emittat votũ ingrediẽdi Religionẽ, neq. qui ſolis præcibus, at promiſſionibus abſq. dolo, vi, ac fraude, fæminã aliquã retrahit à Relig. etiã poſt ingreſſum in illam, nàm dolus eſt ille, qui aufert voluntarium, cuius fit mẽtio in dicto S. Concilio, ibi *aut aliarum mulierum voluntatem*, & tandem quòd dicta excommunicatio non incurratur, niſi ſequuto effectu, qui eſt diſceſſus à Religione. Ita diſcordant in eo, an dictam excommunicationem non ſolum incurrat impediens fæminas, vt ſuprà profeſsionem emittere vt ſignificant verba Cõcilij. ibi *veli accipiendi, vel voti emittendi*, ſed etiam qui impedit, ne aliqua fæmina in monaſterium ingrediatur ad finem ſuſcipiendi habitum, ac incipiendi nouitiatum. Nàm *Sanchez lib. 4. ſumma cap. 4. num.* 15. verius exiſtimat, hoć ſecundo caſu, non incurri excommun. & ſi probabilem putet opinionẽ contrariam, quã probat *Suar.* & ſequuntur poſt *Filliucc. Bonacina tom. 1. diſp. 2. q. 2. §. 3. num. 3. Portellius verbo monialis num.* 16. vbi illam vocat ſecuriorem, *Miranda q. 8. de monialibus art. 5. Megalius 3. p. lib. 4. cap. 6. num.* 101. & alii cõmuniter. Ratio autem, in qua ſe fundat, hæc ſententia, eſt iſta quòd impediẽs ingreſſum, cẽſeatur etiã impedire profeſsionẽ, quę ratio idem mihi ſignificat, quàm regula illa, conſequens qui vult, perneceſſe eſt etiã, ꝙ velit antecedẽs, *§. illud inſt. de acquirenda hereditate*, & quòd conſequens, nõ poteſt ſtare ſine antecedẽtę *l. apud antiquos, vbi notatur C. de furtis* cum aliis allegatis per *Manticã deciſ. 67. ad finẽ*, vbi quòd tale argumentũ ſit receptũ etiã in ſententiis, quòd tñ argumẽtũ mihi videtur nõ ſufficiẽs prò hoc vbi agitur de excõmunicatione, quæ eſt materia odioſa, cùm tractetur de ligamine animæ, in qua non fit extenſio, ſed verba intelgenda ſunt vt iacent, fauẽt *Felin. in prohemio Decretal. §. S. Gregorius num. 9. Gabriel de legibus concluſ. 3. n. 8. apud Marium Antoninum lib. variar. reſol. 9. num. 3. verſ. quia, &c.* & in ſpecie, quòd ex ſimilitudine rationis, non extendatur excomm. de caſu ad caſum, probatur per *Barboſam allegat.* 102. *nu.* 82. ſicut neque in ea valet extenſio, & argumentũ à maioritate, vel paritate rationis *Duardus lib. 2. in Bulla cœnæ cap. 7. q. 23. nu. 7. ad finem.*

eſtq.

Digitized by Google

a&q. doctrina cōmun is cæterorū authorū, in hac materia, ſi ergò *Suar.* cū ſequacibus fatetur, *S.* Cōciliū loqui de veli ſuſceptione, ſeù profeſsione, in qua recipi ſolet velū, ſtātibus ſupradictis, nō pōt extēdi etiā ad ingreſſum. Si quęris, quare contrà retrahentes fœminas à Religione, non autem maſculos, ſit lata excōmunicatio? Reſponderem, quia ibid. Concilium immediatè antea, etiam ſimilem excommunicationem tulit contrà cogentes dictas fœminas ingredi monaſteria, quòd frequentius accidit, de qua ſuprà egi, verbo *cogentes fœminas*, & contrariorū eadem debet eſſe diſpoſitio *cap. inferior*, vbi *gloſa, diſt.* 21. *l. inter ſtipulantem ff. de verb. obligat.* De peccato, & reſtitutione aliorum retrahentium tàm fœminas, quàm maſculos à Religione, videte *Leſſium lib. 2. de iuſtitia cap.* 8. *dub.* 3. *&* *Molinam t.* 5. *tr.* 4. *diſp.* 55. vbi *dub.* 2. poſtquā in principio docuerat, quòd in dubio an cauſa retrahendi à Religione in parentibus, & aliis, fuerit iuſta, iudicandū ſit in fauorē Religionis. Deinde *verſ. ſecunda verò pars*, inuehit cōtrà Officiales, *cōcedentes mandata, vt abſq. rationabili cauſa, & inſufficienter cognita, ac examinata. Religionem ingreſſi extrahantur, & collocentur in domo aliqua, vbi acriter eorum conſtantia tentetur, occaſioq. grauis, quin & vehementiſsima eis detur retrocedendi à ſancto propoſito, vim iniuſtam Religionibus inferendo, vt ad id concedāt nouitios receptos.* Hucuſq. *Molina*, qui *verſ. tertia verò pars.* proponit aliquas cauſas iuſtas, ex quibus quis moueri poteſt ad diſſuadendum dictum propoſitum, quas ibi videre poteritis, nam ad propoſitum noſtrum loquendo. *Miranda cit. art.* 4. arbitratur, eſſe cauſas iuſtas, ſi adſit defectus dotis, ſalutis, vel alterius qualitatis vel quando puella ad id videtur minus idonea, &c.

Impedimenta matrimonij, qui ſcit, & non reuelat, non incurrit ex ſe aliquam excomm. vt poſt *Sanchez* dixi *ſup. p.* 1. *recoll.* 22. *n.* 58.

Imperio vacante, qui ſiuè eccleſiaſticus, ſiuè laicus vſurpauerit nomen, vel titulum Vicarij, aut Locumtenentis Imperij, vel aliam dignitatem, ſeù iuriſdictionem in ipſo Imperio ſinè licentia S. Pontificis, incurrit excommunicationem nulli reſeruatam in *extrauag.* Ioannis 22. *ſi fratrum sub tit. de ſede vacante*, vbi etiam excommunicantur, qui obediunt, vel obedire aliquem faciunt, dictis vſurpatoribus, & Ciuitates, ac communitates interdicuntur, *Raſtellius de cenſuris, q.* 9. *art.* 1. *num.* 7. *verſ.* 12. *eſt excommunicatio, Graſſius p.* 1. *deciſ. lib.* 4. *cap.* 24. *nu.* 6.

Imponentes per ſe, vel per alios directè, vel indirectè collectas, decimas, taleas, præſtantias, & alia onera Clericis, Prælatis, & alijs perſonis eccleſiaſticis, ac eorum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum bonis, illorumq. fructibus, redditibus, & prouentibus, abſque Romani Pontificis ſpeciali ac expreſſa licentia, incurrunt excommunicationem reſeruatam in *can.* 18. Bullæ cœnæ. loquor hic de imponentibus, quia de exigentibus dictas gabellas, &c. iā impoſitas, dixi ſuprà *verbo exigentes.* Prò imponentibus non ſolum intelligi hic, dominos temporales, ſed etiam eccleſiaſticos, & ſi eccleſiaſtica quoque authoritate in hoc vterentur, docet, vt probabilius poſt *Duardum cit. can.* 18. *n.* 18. *Bonacina to.* 3. *diſp.* 1. *q.* 19. *p.* 2. *num.* 8. contrà *Filliuccium tract.* 16. *n.* 294. quem ſequitur *Raſtellius q.* 9. *art.* 1. *n.* 6. *in ſecunda excomm.* Item intelligūtur ſucceſſores imponentium, ſiuè ex teſtamento, ſiuè ab inteſtato, ſiuè ſingulares, ſiuè vniuerſales, ſi eas non tollunt, *Bonacina ſup. p.* 2. *num.* 3. vbi *n.* 4. de ſatisfactione ab iſtis præſtanda. Quòd autem non incurrat hanc cenſuram, qui poteſt impedire dictam impoſitionem, & non impedit, notat *Bonacina ſup. p.* 1. *num.* 19. Item & ſi in Bulla fiat mentio de collectis, decimis, taleis, & præſtantijs, quæ ſunt onera realia, tamen ob illa verba *& alia onera*, Doctores magis communiter docent, hic prohiberi, imponi non ſolum onera realia, ſed etia perſonalia, & mixta, ita poſt *Nau. & Suarez, noſter Duardus lib.* 2. *c.* 18. *q.* 2. *num.* 13. *&* 14. *Filliuccius tr.* 16. *n.* 293. & alijs pluribus allegatis, nouiſsimè accedit *Theſaurus p.* 2. *de pœnis eccleſiaſticis verbo immunitas cap.* 5. *ad finem, uerſ. declarat ſecundo*, conſentit etiam *Bonacina loco ſuprac. p.* 1. *n.* 2. & clarius *n.* 7. vbi id confirmat ex illis verbis Bullæ, ibi *alijsque perſonis eccleſiaſticis, aut eorum, &c. aut eccleſiaſticorum bonis*, & ſi *n.* 3. afferat, probabiliter ſuſtineri poſſe, in hoc canone, vetitum tantum eſſe ſub excommun. imponere onera merè realia, & mixta ex ea parte, qua realia ſunt, non autē perſonalia. Qui etiā veniant, hic vel nō veniant appellatione perſonarum eccleſiaſticarum, iam explicaui *ſup.* 1. *p. recoll.* 11. *n.* 706. quibus illic allegatis quòad Clericos non habentes requiſita S. Concil. Trid. addo *Bonacinam ſup. p.* 3. *§.* 3. *&* 5. *Barboſam allegat.* 13. *num.* 2. *Dianam p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 35. *&* 36. *Squillantem cap.* 8. *de priuilegijs Clericor. n.* 8 *Sanch. lib.* 4. *conſilior. c.* 4. *dub.* 49. *n.* 3. *Marcell. Vulpe c.* 17. *ſua prax. n.* 6. adeſt etiā declaratio S. Cōgreg. Epiſcoporū. & Regul. apud *Barboſam in collectanea Bull & decretorum, verbo Clericus* quòd non poſsit Epiſcopus priuare Clericum, ex eo quòd non ſeruit in diuinis, hac immunitate, vel priuilegio fori. Quòad ordinatos in fraudem, addo eundē *Dianam reſol.* 43. *& Vulpe loco ſuprac. num.* 8. quòad Tertiarios præter ibi allegatos *n.* 729. addo *Franciſcum de Platea eum de excommunicat. §.* 36. *n.* 3. *Lezzanam p.* 1. *c.* 14. *n.* 35. *&*

*Vulpe*

Digitized by Google

*Vulpe cit. cap.* 17. *num.* 4. vbi loquitur de oblatis. Quid etiam de equitibus ordinum militarium, præter eos, qui ſunt Sancti Ioannis Melitæ, (de quibus eſt certũ, eſſe exemptos) *Diana loco ſuprac. reſol.* 49. vbi de nouitijs ipſorum ordinum, & viduis relictis ab illis. *Barboſa cit. alleg.* 13. *num.* 14. *Lezzana p.* 2. *cap.* 5. *n.* 4 vbi etiam de Monialibus dictorũ Ordinum, *Squillantes cit. cap.* 8. *num.* 15. *& ſeq. Sanchez ſup. dub.* 58. De confraternitatibus, & alijs locis pijs laicalibus, *Barboſa ſup. allegat.* 75. *num.* 34. *Theſaur. p.* 2 *de pœnis eccleſiaſticis verbo immunitas c.* 6. qui non ſolum hoc caſu negat comprehendi loca pia laicalia, ſed etiam ſubdit, probabile eſſe, neque comprehendi in cenſura reſeruata, lata in *c. non minus de immunitate Eccleſiæ* de Cappella, & hoſpitali, *Bonac. cit q.* 19. *p.* 3. §. 1. *n.* 11. quoad id, dixi ibid. *n.* 728. de Clericis coniugatis, nõ eſſe exemptos, illic allegatis adde *Belletum p.* 1. *ſua diſquiſitionis cit. de fauore Cleric. perſon.* §. 8. *n.* 11. *Squillantem c.* 7. *de priuil. Cleric. n.* 28. *ad finẽ. Sanch. ſup. dub. Vulpe cap.* 40. *ſua praxis n.* 5. vbi quod teneãtur ſubire onera ſæcularia vniuerſitatis, & alia obſequia inſtar meri laici, & ſic concluſũ fuiſſe in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, teſtatur *Riccius p.* 3. *deciſ.* 170. Qui etiam veniant appellatione familiarium Clerici, præter dicta *ibid. n.* 717. *& ſeq.* vide *Vulpe cit. c.* 17. *nu.* 22. *& ſeq. Squillantem cit. cap.* 8. *n.* 11. in ſpecie, quod dicti familiares gaudeãt, etiã abſente Clerico, eorum domino à Patria, *Vulpe ſuprac. cap.* 17. *num.* 3. Quoad id poteſt etiã hic queri, quę. ſ. bona à d. perſonis acquiſita, dici poſſint eccleſiaſtica, vt gaudeãt dicta immunitate, notaui *ibid. n.* 712. vbi de prædijs ab eo locatis, & datis colonis partiarijs, de qua re agũt *Vulpe ſuprac. c.* 17. *n.* 8. *Diana p.* 3 *tr.* 1. *reſol.* 19. vbi *reſol.* 24. agit de bonis Eccleſiæ emphiteoticis, de quibus omnibus vide *Bonac. cit.* §. 1. *n.* 8. 9. 10. *&* 20. Sicut *n.* 720. egi latè de bonis patrimonialibus, de qua re *Vulpe ſup. num.* 5. *Diana p.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 39. *&* 47. *Squillant. cit. cap.* 8. *n.* *Bonac. cit. q.* 19. *p.* 3. §. 1. *num.* 12. *Theſaurus cit. verbo. immunitas c.* 5. *verſ. ampliatur primò hæc conſt.* Quoad bona donata ipſi Clerico, vel ab eo empta, præter notata à me *loco ſuprac. à n.* 730. vide *Squillant. cit. c.* 8. *n.* 42. *Sanch. d.* 57. *Vulpe cit. c.* 17. *nu.* 11. *&* 13. vbi bene diſtinquit de onere variabili, vel inuariabili, qui in fine dicti capitis, ponit praxim R. C. Summariæ prò rebus donatis Clerico pro titulo patrimonij, de quibus omnib. vide *Bonac. ſuprac. n.* 15. *& ſeq. Dianã p.* 1. *tr.* 2. *reſolut.* 42. *&* 3. *p. tract.* 1. *reſol.* 17. Quid etiã de bonis, de quibus negotiatur Clericus, vide latè *etiã loco ſuprac. à n.* 336. de quibus etiam agunt *Vulpe ſup. n.* 16. *&* 17. *Diana ſuprac. reſol.* 46. *Bonacina* §. 1. & alij ſupracitati. An etiam in aliquibus caſibus licitè imponi poſſit gabella, vel collecta, etiã pro bonis eccleſiaſticis, vide *ibid.* à me dicta *à n.* 763. de qua re etiam videre poteritis *Vulpe ſup. cap.* 17. *n.* 11. *&* 12. latius *Diana reſol.* 38. vbi de gabella pro reparatione pontium, &c. (Circa quam materiam vide *ibid. reſol.* 75. vbi quærit, an Clerici poſsint cogi per ſæculares iudices reparare vias ante ſuas domos) item *reſol.* 40. vbi de gabella ob publicam aliquã neceſsitatem v. g. peſtis, &c. Item *reſol.* 88. de gabella, quæ impoſita eſt pro manutenendo exercitum in partibus inimicorum, vt tutius confinia Regni conſeruentur. in ſpecie an ex conſuetudine poſsit acquiri ius collectandi Clericos, *Diana p.* 4. *tr.* 1. *reſol.* 101. An verò excuſet ab incurſu excõmunicationis imponentes gabellas, vt ſuprà, ex eo, quòd ad euitandas fraudes, habent animum reſtituendi Clericis in fine anni, quod ſoluerunt intuitu gabellæ impoſitæ, *Bonac. ſup. p.* 1. *num.* 11. *Diana ſup. reſol* 44. qui *reſol. ſeq.* etiam de ea quæſtione, vtrum cenſeatur ad effectum incurrendi cenſuram, impoſita perſonis eccleſiaſticis, gabella, quando ob iuſtam, & publicam neceſsitatẽ, augetur pretiũ carnis, vini, olei, &c. ad hoc, vt illud plus conuertatur in leuamen illius cauſæ, vbi etiã *reſol.* 48. agit de alia quotidiana quæſtione. An Princeps laicus imponendo gabellam ſuper aliqua re vendibili, poſſit imponere gabellam pro emptore, vel venditore, (idem dic de conductore) laico, præter pretium rei, ſoluendam pro bono, & neceſsitate publica, de qua re vide caſum ſimilem apud eundem *Dianam p.* 4. *tr.* 1. *reſol.* 52. Quando conſenſus Epiſcopi, & Clerici ſufficiat ad excuſandum imponentem collectam ob publicam vtilitatem abſque conſenſu S. P. vt habetur in dicta Bulla, vide *Bonacinam ſup. p.* 3. §. 3. *n.* 18.

Imprimentes, infrà *libros.*

Incendiarii, qui ſcilicèt iniuſtè, praua voluntate, & ex propoſito, res alienas incendunt, an ſit ipſo facto excommunicati? Eſt valdè dubium inter Doctores, nàm aliqui vniuerſaliter negant, incendiarios incurrere excõmunicationem ipſo iure, ſed benè poſse excommunicari, & hoc caſu poſt latam ſententiam excõmunicationis, ſi etiam fuerint per Ordinarium denunciati, (ad quæ, ſcilicèt ad excõmunicandũ, vel denũciandũ nõ tenetur Epiſcopus vt per DD. infracitãdos) ipſius excomm. abſolutio, eſt reſeruata S. Pontifici, ita *Caietanus verbo excommunicatio c.* 22. *Nau. Toletus, Sayrus, Suarez apud Bonac. loco infracitando,* quibus adde *Auilam p.* 2. *c.* 7. *diſp.* 1. *dub.* 9. *verſ. Dixi regulariter, Sotum, & Henriq.* quos refert, & ſequitur *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 50. *num.* 89. vbi incendiarios excommunicatos, & publicatos, aſſerit incurrere excomm. S. Pontifici



Digitized by Google

reſeruatam, fundatur hæc opinio, quòd nullibi in iure reperiatur lata, talis excommunicatio, vt eſt videre *in cap. tua nos, ex de ſententia excommunicat. in can. peſſimam 23. q. 8. & concordantibus.* Alij eodem modo generaliter loquendo docent, omnes incendiarios eſſe excommunicatos ipſo iure in dicto *cap. tua nos,* tum quia equiparantur ibi cum percuſſoribus Clericorum, tùm etiam quia ibi dicitur, quòd poſtquam fuerint per *Eccleſia ſententiam publicati, pro abſolutionis beneficio ad Apoſtolicam Sedem ſint mittendi,* ergò præſupponitur, quòd iam ipſo facto ſint excommunicati, aliàs non haberet locũ publicatio, vt inquit *gloſa ibi v. publicati,* hãc opinionẽm, probabiliorem eſſe cenſet, & ſi fateatur, probabilem primam ſententiam, *Bonacina t. 3. diſp. 2. q 3. p. 43. n. 1.* eiuſdem opinionis videtur etiam *Clarus §. fin. q. 77. n. 19.* & ſi non ita clarè, cùm ſtatim ſubdat, de incendiarijs Eccleſiarũ. Tertia opinio eſt, hoc caſu eſſe diſtinquendum inter incendiarios Eccleſiarum, aliorumq. locorũ Religioſorũ ꝙ. ſ. iſti ſint excõmunicati ipſo facto. Incendiarii verò aliorum locorum, vel rerum prophanarum non ſint excommunicati ipſo facto, ſed ſint excommunicandi, & tunc quando cõtrà eos lata eſt excõm. & denuuciat. nõ poſſint abſolui, niſi à ſolo Papa, ita *gloſa tit. verbo publicati, Panormitanus, Silueſter, Tabiena, Angelus, & alij apud Bonac. ſup.* quibus addo poſt *Riccardum, & Aſtenſem Franciſcũ de Platea, cum de excommunicat. par. 2. §. 29. Graff. lib. 4. cap. 18. a num. 7. p. 1. deciſ. Megal. 3. p. lib. 4. cap. 6. num. 6.* Hanc ſententiam probat *Suarez ex cap. conqueſti de ſententia excommunicationis* vbi excommunicantur ipſo facto effractores Eccleſiarum, ac etiam poſt dictæ excommunicationis denunciationem, factã ab Ordinario, abſolutio reſeruatur S. P. nàm vt iſtæ author ſubdit, re uera incendiarii ſunt etiam effractores, & ſpoliatores Eccleſiarum, probat *Leſſias lib. 2. cap. 45. n. 22. & Layman lib. 4. tr. 10. cap. 7. ad finem,* hanc opinionem eſſe communem fatetur *Nau. apud Suarez loco ſuprac.* id eſſe iam conſuetudine receptum ait *Azorius p. 1. lib. 9. cap. 26. q. 11.* teſtatur de magis communi *Clarus loco ſuprac.* vbi latè id confirmat *Baiardus nu. 22.* qui ampliat *n. 24.* etiam ad incendiarios Eccleſiarum non conſecratarum, & cæmiteriorum ( intellige quando intrà ſpatiũ priuilegiatum continentur hæc cæmiteria, vt per *Franciſcum de Platea loco ſuprac.* ) itẽ limitat quando incendiarius haberet ius incendendi, nempè propter iuſtum bellum, quod etiam antea dixit *Franciſcus de Platea loco ſuprac.* Accedit poſt hæc ſcripta *Theſaurus de pænis eccleſiaſticis p. 2. verbo incendiarij, verſ. ex his tantibus ad finem,* vbi refert *Tannerum, & Diaz* teſtantes de communi. Vt autẽ verum fatear, diſplicet ratio *Suarez,* ſcilicèt quòd tales dicantur effractores, &c. nam vt dixi ſuprà verbo *Eccleſiarũ effractores,* nõ eſt certum, ibi contineri excommunicationem latæ ſententiæ, & datò quòd illam contineret, reuera, tàm in communi, quàm in rigoroſo loquendi modo, aliud eſt effringere, & ſpoliare, aliud verò incendere, licèt dannificatio, & effectus, ſit idẽ. Vnde, niſi hęc opinio eſſet vſu recepta, ſicut de Mediolano teſtatur *Bonacina loco ſupracitato.* in primã opinionem, vt mitiorem, & benigniorem, quã vocat etiã probabilem *Bonac. ſup.* inclinarẽ. Nota quòd licèt hoc nomen incendiarius ſit frequentatiuum, tamen ad effectum, de quo ſuprà, ſufficit, quòd ſemel incenderit, vt poſſit excommunicari, vel ſit excommunicatus, iuxtà opiniones de quibus ſuprà, ita *Bonacina ſup. n. 4.* quòd etiam non ſolum qui incendit, ſed etiã qui facit incendere, vel ad hoc conſiliũ, vel auxilium impẽdit dicatur incendiarius, notat *Franciſcus de Platea loco ſuprac. verſiculo quaro qui dicantur, &c.* Circa reſeruationem ipſius poſt denunciationem. Nota, non ſufficere denunciationem, ſeù publicationem generalem, ſed requiri ſpecialem, vt in ſimili dixi ſup. *eccleſiarum effractores,* & in terminis docet poſt *Caiet. Nau. & Sayrum, Barboſa cit. num. 188. ad finem, & Megalius loco ſuprac. n. 10.* nouiſſimè ſequitur *Theſaur. ſup. verſ. Amplia 3. ſecundum aliquos,* qui teſtatur de magis communi, contrà *Suarez, & Filliuccium,* quos ſequitur *Bonac. ſuprac. n. 6.* vndè ſequitur, ꝙ ſi in Synodo, vel tabella, tales declarãtur excõmunicati, non ideo non poſſunt abſolui ab Epiſcopo, quia videmus, Epiſcopos ſolere ſibi hanc cẽſuram reſeruare, ergò tali caſui eſt neceſſaria publicatio nominatim, ad hoc vt abſolutio ſpectet ad S. Pontificem, quòd verum eſt etiam, ſi tantum ex conſuetudine in Diæceſi, vel Prouincia approbata, tales cẽſeãtur ipſo iure excommunicati, quiã tũc neque eſt opus aliqua ſententia, ſed ſufficit publicatio ad effectum reſeruationis Papalis, *Nau. & Toletus,* quos ſequitur *Megalius ſup. num. 9.* Quòd autem dicit poſt *Sayrum, Barboſa loco ſuprac.* & ſequitur *Theſaurus ſupra ampliat. 1. & 2.* quòd mulier incendiaria ſemel denunciata ab Ordinario, non poſſit abſolui niſi à ſolo Papa, & quòd incendiarii Eccleſiarum denunciati, non poſſunt abſolui à Legato à latere, negatur *à Laym. loco ſuprac.* qui dictam reſeruationem S. Pontifici poſt denunciationem intelligit, niſi in Prouincia aliquis priuilegiatus ſit, quià cenſuris iuris, Papæ reſeruatis abſoluere poſſit. Accedit, ꝙ Legatus a latere põt abſoluere à cenſuris iuris ſecundũ opinionẽ, de qua *ſup. recoll. 1. ſub num. 514.* remiſſiuè, & data, & non cenceſſa opinione contraria, certum eſt poſſe

Digitized by Google

ſe abſoluere ab excommunicatione *canonis ſi quis ſuadente*, quòd ſufficit hoc caſu, quia in *c. tua nos*, equiparatur incendiarius percuſſori Clericorum, & equiparatorum, idem debet eſſe iudicium, quòd probat etiam de muliere, quia mulieres abſoluuntur ab Epiſcopo ab excomm. *canonis ſi quis ſuadente c. mulieres. de ſent. excõm.* quando autem tales incendiarii Eccleſiarum incidant in excommunicationem Bullæ cænæ contrà vſurpãtes bona eccleſiaſtica, infrà *vſurpantes*, quid debeat obſeruari in huius caſus abſolutione. *Theſaurus loco cit. c. 2.*

Incidentes arbores Eccleſiæ, vel Monaſterii, aut domos eorundem molientes, incurrunt excõmunicationem latã *in extrauagant. ambitioſæ*, de qua ſup. *Alienantes*, intellige, dummodo talis incidens habeat adminiſtrationem Eccleſiæ, & ſic Clericus, vel Religioſus priuatus incidens vt ſup. non incurrit dictam excommunicationem, ita poſt alios *Bonacina in opuſculo de alienatione bonorum eccleſiaſticorum q. vnic. p. 5. nu. 1. verſ. hac prapoſitio ad finem.* qui *Bonacina ibid.* ſecundum probabilẽ opinionẽ *Filliucc.* affirmat, tales priuatos incurrere excommun. Bullæ cænæ contrà vſurpantes bona Eccleſiæ *can. 1.* quòd mihi diſplicet, quia ſi hoc eſſet verũ, maiori pæna plecteretur perſona particularis, quàm Prælatus, ad quem propriè ſpectat conſeruatio bonorum eccleſiaſticorũ, fauet communis ſententia Doctorum in d. *can. 17.* Bullæ cænæ, quòd dicta cenſura procedat contra vſurpantes vſurpatione propriè dicta (ideſt quaſi ex iure, ad dictos fructus, ſeù prouentus, non autem contrà fures, & raptores, vt infrà verbo *vſurpantes*, quòd autẽ extraneus, & ſic nõ Prælatus, ſeù Beneficiatus cedens arbores, vt eas vendat, vel ſibi retineat, ſubiaceat excommunicationi reſeruatæ *in Concil. Trident. ſeſſ. 22. c. 11. de reformatione* contrà Clericos, vel laicos alicuius Eccleſiæ, vel beneficii ſæcularis, aut regularis, vel Montium Pietatis, aliorumq. locorum piorum, iuriſdictiones, bona, cenſus, fructus, emolumenta, obuentiones, aut alia quæ in pauperum neceſsitates conuerti debent; per ſe, vel per alios vi, aut metu incuſſo, vel per ſuppoſitas perſonas Clericorum, vel laicorum, alioq. colore in proprios vſus conuertere, illiſque vſurpare præſumẽtes, ſeù impediẽtes, ne ab iis, ad quos iure pertinent, percipiantur &c. vbi de aliis pænis, contrà *Bonacinam*, poſt *Azorium*, & *Filliucc.* probat *Theſaurus de pænis eccleſiaſticis p. 2. v. vſurpatio verſ. itẽ quòd procedat.*

Indulgentias ſup. *diuulgantes*.

Ingreſsũ virorũ, ac fęminarũ in Monaſteriũ monialiũ, permittentes Superiores ſiuè maſculi ſiuè fæminæ incurrunt excomm. S. P. reſeruatã, qñ id permittunt prætextu facultatũ SS. PP. ex conſtit. Greg. XIII. incip. *vbi gratia* apud *Quarantam verbo monaſteria monialiũ*, & *Mirandam de monialibus q. 2. art. 11.* & Pauli V. in conſtit. incip. *monialium ſtatui* de qua facit mentionem *Naldus verbo clauſura n. 10.* refert eius verba facientia ad nopropoſitũ. *Bonac. q. 4. pun. 6. n 14. de clauſura c.* vbi non ſolum reuocantur faultates omnes iam conceſſæ ingrediendi ipſa monaſteria monialium, ſed etiam ſuperioribus, & ſuperiorïſſis prohibetur permittere dictũ ingreſſum ſub pæna excommunicationis, inter quas duas conſtitutiones, adeſt differentia, primò, quia illa Gregorii complectitur tàm Superiores maſculos, quàm fæminas admittentes, vt ſuprà, iſta verò Pauli tantũ loquitur de ſuperioriſſis fęminis, ſecũdò in cõſtitutione Gregorii, quò ad hanc partem de admittentibus vigore facultatum SS. Pontificum, non requirit audaciã, & præſumptionem, ſicut requirit Paulus V. ex quo patet, hoc caſu ignorantiam craſſam excuſare ſuperioriſſas fæminas, non autem ſuperiores maſculos, & ſic intellige *Sanchez lib. 6. ſumma cap. 16. n. 82.* qui non habuit notitiam cõſtitutionis Pauli V. fauet *Bonacina loco ſuprac. num. 19.*

Ampliatur primò, vt etiã dicti Superiores incurrant priuationem beneficiorum, & dignitatum, ac inhabilitatẽ, ad illa in poſterũ obtinenda, vt habetur in ead. conſt. Greg. & refert *Sanch. ſupra n. 82.* qui *n. 87.* remiſsiuè, probat, talẽ priuationẽ non incurri ipſo facto, ſicuti nec inhabilitatem, ſed quòd requiratur ſententia iudicis declaratoria, contrà aliquos *ibid.* citatos, quibus fauet *Graffius p. 1. deciſ. lib. 4. cap. 23. n. 12.* idem dicas reſpectu cõſt. Pauli V. pro priuat. officiorũ, fauet *Theſaur. p. 2. de pænis eccleſiaſt. v. clauſura c. 5. ad finem.* vndè ſtante hac opinione, ceſſat difficultas, an ſi caſus ſit occultus, poſſint tales Superiores diſpenſari in iſtis pænis ab Epiſcopo virtute Concilii Trident. vel à Superioribus maioribus Religionis, vi priuil. Pij V. vt per *Bonac. ſup. q. 4. p. 5. n. 5.* de qua re vid. *ſup. 2. recoll. 11. n. 215.* nã poſt declarationẽ iudicis, caſus nõ põt eſſe occultus, ideoq. ſemper petenda eſt talis diſpenſatio à S. P.

Ampliatur ſecundò, etiam ſi cùm poſsint, non prohibeant d. ingrſsũ, quia ad iſtos Suriores ex officio competit prohibere, & impedire dictum ingreſſum, *Sanchez ibid. num. 87.* vide *Bonac. loco ſuprac.*

Ampliatur tertiò, vt neque dicta excommunicatio etiam ſi occulta, poſsit abſolui ab Epiſcopo virtute facultatis ſibi tributæ à *Concilio Tridentino*, nec à Superiore vigore priuilegij conceſsi à Pio V. Regularibus Prę latis circa caſus occultos, quia in dicta conſtitutione derogatur dictis conceſsionibus. *Sanchez ibid. num. 83.* ſed contrarium poſt

*Dianâ* probatui *ſuprac. recoll.* 11. *nu.* 257. cui opinioni accedit *Bonac. ſuprac. p.* 6. *ad finem.*

Dixi *Superiores*, &c. quia alii Religioſi, vel Moniales admittentes, vt ſuprà vigore dictarum facultatum à Summis Pontificibus cõceſſarum, quæ ſunt tamen abrogatæ, nullam incurrunt excommunicationem, neque priuationem, aut inhabilitatem. *Sanchez d. c.* 16. *n.* 84. Qui *n.* 85. & 86. etiam ſubſtinet, dictas pænas poſſe etiam incurrere omnes de capitulo, quando capitulariter congregati, ſuffragium dederunt pro dicto ingreſſu, aut non contradixerunt, quando potuerunt cõtradicere, ſecus ſi extrà capitulum conſulti à Superioribus, conſilium, vel aſſenſum præſtiterunt, & ita intelligendus *Miranda in ſuo manuali Prælatorum Regularium in tr. de monialibus q.* 2. *art.* 12. *concluſ.* 3. fauet *Megalius p.* 3. *lib.* 4. *cap.* 2. *in fine*, *& Diana tr.* 1. *miſcell. reſol.* 33. qui allegat *Barboſam alleg.* 102. *n.* 33 *de offic. & poteſt. Epiſc.* Quid diſpoſuerit circa hoc Vrbanus VIII. infrà.

Contraria opinio, quòd etiã incurrant ſingulares Religioſi, vel Moniales has pænas, poſt *Suar. & Azor.* docet *Scortia in ſelectas SS. Pontificum conſtitutiones theorem.* 336. qui teſtatur, hanc opinionem eſſe amplectendã vt tutiorem, probat *Bonacina de clauſura q.* 4. *p.* 6. *nu.* 16. vbi latè de hac materia, & poſt *Filliuc.* ſequitur *Theſaur. infrac. ad finẽ.* Non autẽ incurrũt fœminæ ſæculares ibi exiſtẽtes cauſa educationis, ſi introducũt *P. Megal ſup.*

Dixi *virtute facultatũ*, *&c.* quia ſi permittũt, vel admittunt ingreſſũ nõ virtute dictarũ facultatũ SS. PP. dicti Superiores, aut Moniales, ſm cõmunẽ opinionẽ non ſolũ nõ incurrunt dictam excommunicationem reſeruatam, ſed nec aliam non reſeruatam latam in S. Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *cap.* 1. cùm ibi nulla fiat mentio de introducentibus, ſed tãtũ de intrantibus. *Dianæ ſup. recoll.* 34. Itẽ neq. incurrunt aliã excomm. latã cõtrà eos, qui communicant cum excõmunicato in crimine criminoſo, quia vt aliàs ſępè dixi, ad illam incurrendam requiritur, quòd excommunicatus, cum quo quis communicat, ſit denunciatus. *Sanchez ſup. num.* 81. intellige dummodo etiam qui ingreditur, ingrediatur nõ virtute dictarum facultatum, quia ſi quis ingrederetur vigore facultatum, & Superior admitteret, vel permitteret non innixus dictis facultatibus, tam dictus Superior, vel Superioriſſa, quàm ingrediens, incurrerent dictam excommunicationem, vt aduertit *Sanchez ibid. ſub num.* 80. & probat aliis allegatis *Bonacina loco ſuprac.*

Sed quidquid ſit de opinione *Sanchez, Bonacina, & aliorum* ab eis allegatorum, in hoc ſecundo dicto. Contrariũ, quòd. ſ. admittentes, etiam non virtute facultatum, incurrant has pænas, teſtatur praxis, & ſtilus Curiæ, & Pœnitentiariæ Romanæ, & etiam itadeclaratum fuiſſe, teſtatur *Scortia in ſelecta Summorum Pontificum conſtitutiones theoremate* 335. quæ mihi videntur valde veriſimilia ex eo, quòd *Bonacina d. q.* 4. *p.* 1. *num.* 4. *poſt Filliuc.* de eadem praxi teſtatur, loquendo de ingredientibus etiam non prætextu facultatum, correlatiuorum enim eadẽ debet eſſe diſpoſitio, de eadem praxi teſtatur nouiſſimè *Theſaurus de pænis eccleſiaſticis p.* 3. *v. clauſura cap.* 5. *verſ. aduertendum p.*

Ingreſſum in monaſterium monialium vt ſuprà prætextu licentiarũ Epiſcoporũ, vel aliorũ Prælatorũ, quæ veræ nõ ſunt, vel ſi veræ, ſint tñ pro caſibus neceſſariis, & ipſi, vel ipſæ permittunt, vel admittunt extra caſus neceſſitatis; Moniales permittentes, ſeù etiã nõ impedientes, ſi ex officio ad illas pertineat impedire, vt ſunt non ſolũ Abbatiſſa, Vicaria, ſed etiã quę curã oſtii gerunt, ex eadem conſt. Greg. XIII. in ſecuda parte ibi *quin etiã &c.* incurrunt excommunicationem reſeruatam. *Graffius p.* 1. *deciſ. lib.* 1. *cap* 23. *n.* 8. *Riccius in praxi fori eccleſiaſtici reſolut.* 544. *num.* *Naldus verbo Monialis n.* 10. *Vgolin. de officio, & poteſtate Epiſcopi cap.* 21. *§.* 3. *n.* 1. *Barboſa eod. tract. alleg.* 50. *n.* 151. *Miranda in manuali Prælatorum regularium tr. de ſacris Monialibus q.* 2. *art.* 10. *ante concluſionem primam*, clarius *Sanchez lib.* 6. *ſua ſumma cap.* 16. *num.* 91. *&* 93. *Bonacina cit. p.* 6. *n.* 20. *& ſeq.*

Extenditur primò hæc doctrina, vt non tantum dictæ Moniales, ſiuè Superioriſſæ locum teneant, ſiuè, non, incurrant dictam excommunicationem, ſed etiam alias pęnas, de quibus ſuprà *ampliat.* 2. cum hac tamen differentia, quòd ſcilicèt hoc caſu non ſolũ excuſet ab excommunicatione, & aliis pænis ignorantia probabilis, ſed etiam craſſa dummodo non ſit temeritas, quia ad illas incurrendas requiritur præſumptio, propter verbũ *præſumãt* poſitum in hac ſecunda parte conſt. Gregor. *Sanchez ſup. nu.* 92. *Vgolinus loco ſuprà num.* 80. *Bonacina ſuprac. p.* 6. *n.* 29. vbi contrà *Sanchez* probat non excuſare bonam fidem.

Extenditur ſecundò, etiam ſi Moniales non permittant, vel admittant ingreſſum directè, ſed tãtũ indirectè, mãdantes, vel conſulentes dictum ingreſſum, dummodo id mãdent, vel conſulent ipſi ingreſſuro, quia ſi mandarẽt, vel cõſulerent alteri, vt poſtea ingreingredi faciat, non incurrunt, niſi habeant officium propter quòd impedire debeãt dictum ingreſſum, vt ſi ſit Abbatiſſa, vel Vicaria, aut Oſtiaria, ita *Sanchez ſup. n.* 94. vide *Bonacinam ſup. n.* 26. *& ſeq.*

Extenditur tertio etiam ſi introducant mulieres, & fœminas, vt eſt verior opinio, teſte *Bonac. loco ſupra n.* 22. ac hodiè eſt certa ex verbis conſtit. Pauli V. de qua ſuprà, vt per *Scortiam in ſelectas conſt. SS. Pontificum theo-*

*remate*

*remate* 335. *& ſeq.* Bonac. *ſup. n.* 22. *ad finem*.

Reſtringitur tamen eadem doctrina primo, in caſu, quòd tantùm Moniales alloquerentur, vel comitarentur dictam perſonam ingreſſam iam illicitè, vt ſuprà, ſcilicèt vi facultatum, vel licentiarũ, etiam ſi ſit cauſa vt diutius talis ibi moraretur, quia id nõ eſt verè admittere, vel permittere ingreſsũ, *Sanchez ſup. n.* 95. dicit probabile *Bonac. d. p.* 6. *in fine*.

Reſtringitur primò in Superiore, vel alio ſubdito maſculo admittente permittente, vt ſup. Nã dicta conſtitutio Greg. in ſupradicta ſecunda parte incip. ab illis verbis, *quinimò* quæ refert *Bonac. ſuprà n.* 9. loquitur de moniali. ibi, *neuè moniales ſub eiſdem pœnis, illos aliter admittere præſumant*, quarum appellatione, & ſi veniant earum Superioriſſæ fæminæ, non tamen veniunt Superiores, vel etiã ſubditi maſculi, vt probat *ibid. Bonacina num.* 21. *&* 22. *ad finem*.

Reſtringitur tertiò in Prælatis, vel alijs concedentibus licentiam ingrediendi in dicta monaſteria abſque iuſta cauſa, quia & ſi quodammodo videantur dictum ingreſsũ permittere, tamen non ligantur dicta excõmun. quia vt mox dixi, iſta excõmunicatio eſt tantùm impoſita pro Monialibus, non autem pro Superioribus maſculis. *Sanchez vbi ſuprà num.* 92. *Vgolinus de officio, & poteſtate Epiſcopi cap.* 21. §. 3. *n.* 8.

Reſtringitur quartò, in Monialibus admittentibus paruulos non capaces vſu rationis, quia hoc caſu, ipſæ licèt peccent, non tamen incurrunt hanc excommunicationem. *Vgolinus ſup. num.* 3. latè poſt alios *Bonacina tract. de clauſura q.* 4 *p.* 1. *n.* 5. vbi *n.* 8. ſubdit, in dubio non præſumi vſum rationis in paruulo niſi in ſeptennio, intellige expleto, vt dixi cùm de matrimonio. Contrarium autem ſcilicèt, tales moniales ipſos infantes introducentes, incurrere in excommunicationem, vt ſuprà contentam in conſtitut. Gregorij, defendit *Comitulus lib.* 6. *reſponſ. q.* 22. qui teſtatur ita declaratũ à Card. Santaſeuer. Sũmo Pœnitent. & Clem. VIII. & ſequitur *Scortia in ſelectas conſt. SS. Põtific. theoremate* 236. *in fine*. ſed primã opinionẽ probat latè *Suar. t.* 4. *de Religione lib.* 1. *cap.* 10. vbi affert rationem differentiæ inter hunc caſum, & alium de introducentibus adultos perpetuò amentes. Quid dicendum de monialibus introducentibus viros ad malum finem, infra *Monialium monaſteria*.

Ingreſſum mulierum in monaſteria Regularium permittentes, aut illas introducentes, Superiores, virtute facultatum reuocatarum, incurrunt excommunicationem S. P. reſeruatam, ex conſtitutione Greg. XIII. de qua ſup. *Sanchez lib.* 6. *ſumma cap.* 17. *num.* 3. *Cruz de ſtatu Religionis lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 1. *in prima concluſ.* Quòd etiam ſubditi incurrant dictam excommun. poſt *Suar. & Azor.* cõtrà alios docentes tantũ incurrere ſuſpenſionẽ à diuinis, iuxtà cõſtitut. Pij V. hi ſunt *Sanch. Sayrus, Suarez, Filliuc.* & alij quos refert, & ſequitur *Theſaur. v. clauſura c.* 3. & ante eum *Scort. in ſelectas Sum. Pontificum conſtitutiones theoremate* 336. de qua re etiam agit *Bonac. q.* 3. *de clauſura par.* 8. Non feci in princ. cõcluſions imentionẽ de conſtit. Pij V. quia in ea nõ adeſt excomm. ſed ſuſpenſio à diuinis, quam etiam incurrunt tàm Superiores q̃ ſubditi ſi mulieres introducant cum aliis pœn is de quibus infrà *ampliat.* 1. vide *Suar. ſup. cap.* 7. *n.* 4. *Sanchez ſup. num.* 35. *& ſeq.*

Ampliatur concluſio, primò, vt etiam eo caſu Superiores prædicti incurrant priuationem beneficiorum, & officiorum, aç inhabilitatem ad illa obtinenda in futurum. *Sanch. ibid. n.* 38. intellige, vt ſuprà dictum eſt ex magis probabili opinione, quòd hæ pœnæ nõ incurrãtur, niſi poſt ſententiã iudicis. *Bonac. ſuprac. n.* 2. *ad finẽ. Lezzana p.* 1. *c.* 10. *n.* 13. *&* 29. præter dicta ſuprà *recoll.* 1. *nu.* 83. & ſi cõtrariũ de inhabilitate poſt alios defẽdat *Theſaur. cit. v. clauſura c.* 3. *verſ. qua res.*

Ampliatur ſecundò, etiam ſi introducãtur puellæ dumodò ſint capaces vſus rationis, vel quoq. ſi introducentur adultæ fatuæ vel amentes, quia incurrent excommunicationem, & eaſdem pœnas, fauet *Sanchez dicto cap.* 17. *num.* 4. *Lezzana ſup. num.* 10.

Ampliatur tertiò, etiam ſi ipſæ mulieres introductæ ſint fundatrices monaſterij illius, quòd ingrediuntur, niſi aliter in eorũ rum regula ſit expreſſum, ita poſt *Rodriquez Sanchez dicto cap.* 17. *num.* 7. vndè firmat, per dictam conſtitutionem Greg. XIII. non fuiſſe derogatum Regulæ Fratruum minimorum, concedentis, vt fęminæ ex ſtirpe Regia, & fundatrices quęcunque Ordinis, poſsint decenter comitatæ, ingredi eorum monaſteria. *Lezzana ſupà n.* 10. *Suarez t.* 4. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 6. *Bonacina ſup. p.* 2. *n.* 3.

Hæc concluſio ſit ampliata, limitatur primò. Si fuerint Reginæ, Imperatrices, vel earum filiæ, quia harum priuilegia non fuerũt reuocata. *Sanchez d. c.* 17. *n.* 5. vbi docet, hoc caſu non debere ingredi cum omnibus fæminis, quę eas comitari ſolent, ſed cum paucis, ac ex illis, ſenioribus, ac bonæ famæ. *Lezzana, &* Suar. *locis ſuqrac. Boncac. ſup. n.* 5.

Limitatur ſecundò, quando introducerẽtur mulieres, vt ſuprà ex inaduertentia, vel etiam ignorantia, dummodo illa non ſit craſſa, vel ſupina, iuxtà regulam vniuerſalẽ, in materia de cenſuris, de qua ſuprà *recoll.* 1. *n.* Dixi dummodo non ſit craſſa, vel ſupina, quia in dicta conſtitutione quòad hanc partem non adeſt verbum requirens præſumptionẽ, vt notat *Sanchez d. cap.* 17. *n.* 35. Bonacina *cit. p.* 3. *nu.* 2. *verſ. hinc*, qui ait, adeſſe dictũ verbũ in conſt. Pij V. vndè quòad pœnas

nas

Digitized by Google

nas ibi contentas, ſcilicèt ſuſpenſionē à diuinis,&c. excuſaret ignorãtia craſſa, & antea dixit *Sancb.ſup.n.*36.ſequitur *Theſaur.cit.c.*3.

Limitatur tertiò, in admittentibus, non inherendo facultatibus, ſed alio bono fine, vt .ſ. medicinæ, *Sancb.d.li.*1.*c.*1.*n.*30.*& ſeq. Bonac.ſup.q.*5.*p.*4.*n.*4.vbi hac occaſione ait, ꝙ ſtrictior ſit clauſura monialiũ, ꝗ Regulariũ, ſequitur *Lezzana ſup.num.*10. *ad finem.*

Limitatur quartò in omnibus illis caſibus quibus ex declaratione Pij V.licitum eſt fæminis ingredi clauſtra monaſterij,&c. refert dictam declarationē de verbo ad verbum. *Quaranta v.Monaſteria,& conuentus Regularium virorum*, & explicat poſt *Sorbum, & Rodriq. Sanchez d. c.*17.*à n.*22.*& ſeq.*quē ad hoc omninò videas.cùm *Bonac.ſup. nu.* 54.

Ingreſſum mulierum in monaſteria, & domos Regularium maſculorum permittentes, vel illos admittentes, alio prætextu quàm facultatum, non incurrunt excommunicationem, ſed tantum ſuſpenſionem à diuinis,priuationem officiorum, & inhabilitatem ad illa,ex conſtitut. Pij V.*Graff. p.*1. *deciſ.lib.*4. *cap.*23. *n.*11. vbi teſtatur de praxi *Sanchez d.lib.*6.*ſumma cap.* 17.*n.*35. *Ioannes Cruz de ſtatu Religionis li.*1.*c.*1.*dub.*7.*concluſ.* 1.vbi declarat quæ ſint hæc officia, & quid intelligatur nomine monaſterii,& Regular. à quo poſsint abſolui à dictis pænis, & inhabilitatibus,de quibus etiã *Bonac.d.tr.de clauſura q.*1.*p.*5.*in fine*,vbi concludit poſſe abſolui à Superioribus & ſic intelligas *Bertum in ſua praxi criminali Regulariũ tit.*4.*cap.*15.*§.* 10.*n.*5.*q.*10 Contrariam ſententiam,ſcilicèt huiuſmodi Regulares affici excommunicatione Gregorij XIII.dicit probabilem *Filliucc.apud* Bonac.*ſup.n.*2.*ad finem*,quem ipſe reicit, ſed hãc opinionem docet *Suarez ſup. num.* 9. *& Lezzana num.* 9. qui teſtatur, illã in praxi eſſe receptã,& ſequitur *Theſaur.c.*3. Quid autē ſi eſſet facta introductio ad malũ finē,an incurrat excõm.*Filliucc.*putat,adeſſe hoc caſu pænã excommnicat. reſeruatam Pænitentiariis S. Petri refert *Bonacina dicto pun.*3.*n.*3.non probando,neq. improbando. & addit *Theſaurus ſuprac.c.*3.*ad finem*, quid S. Pænitentiaria ſolet hoc caſu decernere.

Limitatur primò meo iudicio in Clericis, aut ſæcularibus,vel Regularibus alterius Ordinis introducẽtibus dictasmulieres in monaſterium vt ſup. eadem ratione, qua ſuprà probaui ſecundã limitationē concluſionis pręcedentis,ipſi enim non incurrunt aliquã cenſurã, vt dictũ fuit in facto de quibuſdam ſæcularibus, qui dum morarentur in quodam monaſterio introduxerunt quaſdam mulieres ad malum finem.

Limitatur ſecũdò, ſi mulier nõ habet ſex annos completos,poſt *Rodriq.* notat *Ioanne Cruz de ſtatu Religionis lib.*1.*cap.*5. *dub.*1.*in fine ſecunda concluſ. Lezzana loco ſuprac. in* 2. *ampliat.* in facto autem propoſito, de eo Superiore, qui inaduertẽter permiſit aliquas mulieres honeſtas alienigenas dormire intra cappellam ſitam in clauſtro, putans hoc non eſſe prohibitum,cùm mulieres poſſent illuc ingredi ad ſacrum audiendum. Dixi, quoad forum externum incurriſſe dictas pænas, quia & ſi licitum ſit admittere mulieres ibi ad diuina, non licet ſinere ibi, illis peractis,morári per longum tempus. *Sãchez dicto cap.*17.,*num.* expreſsè docet *Ioãnes Cruz de ſtatu Religionis, & priuilegijs ipſius lib.*1.*cap.*5. *concluſ.*3.*not.*2.

Iniuriæ vlciſcendæ cauſa, qui in domum ſuam armatos receptauerint, aut aluerint, vel hominum turbam,eo nomine excitauerint in ſtatu eccleſiaſtico,incurrunt excom. S.P.reſeruatã videſup. *Armatorũ collectis*,nõ verò quoad forũ internũ,vt patet ex *limit.*2.

Inquiſitionis ſanctæ fidei miniſtri, gratia, amore,quæſtu, alioque pacto ducti,negligẽtes in hæreticis inquirendis, vel falsò hereſim ex odio imponentes,incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatã *Clem.* 1.§.*verum de hereticis*,ſecus eſt de Epiſcopis, ſi vt Inquiſitores id facerent, quia tantum incurrerent ſuſpenſionem per triennium, quæ ſuſpẽſio licèt hic nõ reſeruetur, tamen cùm ſit ad certum tempus,infra dictũ triennium de iure communi eſt reſeruata S.Pontifici, *Bonacina t.*3.*diſp.*2.*q.*7.*p.*5. *num.*7. latè per *Barboſam in ſuo tract. de offitio, & poteſtate Epiſcopi alleg.* 50. *num.* 95. vbi ſubdit, quòd tria copulatiuè requirantur ad hoc,vt dicti miniſtri incurrant talem excommunicationem, primò quòd faciant contrà iuſtitiam.ſecundò quòd ſcienter id faciant, tertiò quòd faciant amore, vel odio, & ſic vt idē *Bonac.*ſubdit *loco ſuprac.nu.* 2. ſecus eſt,ſi omittant non ſolum iuſtè, & bona fide, ſed etiã ex metu,vel timore alicuius mali. Quomodo hoc caſu prohibeatur actus internus odii,vel amoris,vide ſup.*recoll.*1.*n.*272.*& Bonac.loco ſuprac.Theſaur.hoc verbo c.*5 *ad fin.*

Inquiſitores, qui prætextu Sancti Officii, pecunias illicitis modis extorquent, incurrunt excommunicationem reſeruatam ante ſatisfactionem, non autem poſtquam illa iam fuit præſtita,*Clem.*2.*de hæreticis*,ita *Barboſa alleg* 50.*num.*228.*in addit.*latè de ea tractat *Sanchez lib.*2.*ſummę moralis cap.* 20. *Bonacina* proſequitur *tom.*3. *diſp.* 2. *q.*10. *p.*10. Nota, quòd & ſi in dicto textu fiat mentio Cõmiſſariorum Inquiſitorum, non per hoc excluduntur ipſi Inquiſitores ſecundũ communē opinionē, de qua teſtatur *Sanch. loco ſuprac. n.*8.*& Bonac.*licèt cõtrariũ ſit de Epiſcopis,& capitulis epiſcopalib. ſede vacante, qui hic nõ veniũt appellatione Cõmiſſariorũ Epiſcoporum, Capitulorũ,&c.ſed benè pro Com-

Digitized by Google

Commiſſariis Epiſcoporũ & Capitulorũ, veniunt, Epiſcoporum, & ſuorũ Capitulorum ſede vacante Vicarii, ſiuè generales, ſiuè ſpeciales ad negotia Sancti Officii, & quia tantum de Epiſcopis, & Inquiſitoribus fit mentio, non ſolum, non ſubiacent huic excommunieationi Prælati inferiores Epiſcopis, habẽtes iuriſdictionẽ quaſi Epiſcopalẽ, ſed nec etiã eorũ Vicarij, vel Cõmiſſarii, aut Capitulorũ ipſorum vacantiũ, vt per *Sanchez loco ſuprac. num.4. & 6. Campanilem in ſuo diuerſorio iuris canonici rub.12. cap.13. n.146.* & ſic *intelligas Theſaurum p.2. de pœnis eccleſiaſti. verbo inquiſitor cap. 4. verſ. amplia ad finem.* nam author debet intelligi iuxtà authoritates, quas allegat. Ex eo, quia prohibetur hic, extorquere illicitis modis pecuniam Inquiſitionis prætextu, cõcludũt DD. omnes apud ſupracitatos, hic prohiberi crimen concuſsionis ſub prætextu officii Inquiſitionis, & per conſequens non iucurri excommunicationẽ à præfatis, ſi aliquid accipiatur à ſponte dante, & ſi animaduertãt dari intui Sancti Officii, & ad redimendam iniuſtam vexationem, quando dicta iniuſta vexatio non eſt illata ad hunc finem extorquendi pecuniam, neq, etiã ſi per vim, & ab inuito accipiatur aliquid tanquã pretiũ ſui laboris, vel hac occaſione talis recuperet pecuniã aliàs mutuo datam, vel alio titulo iuſto ſibi debitam, quã aliter recuperare non ſperat, & tantò magis ille, qui etiam hac occaſione extorquet non pecuniam, ſed mutuationẽ, vel alium contractum oneroſum, dummodo primo caſu habuerit animum reſtituendi mutuum, & ſecundo caſu, non peccet in dicto contractu contrà iuſtitiam vt poſt *Sanchez Bonac. ſupra n.2. & 4.* Nota ꝙ in Hiſpania Inquiſitores, & alii miniſtri S. Officij prohibentur non ſolum accipere munera, ſed etiam exculenta, & poculenta, ſub pæna excommun. latæ ab Inquiſitore generali cum aliis pænis, & hoc procedit etiam ſi prædicta acciperentur, ab alijs officialibus eiuſdem Tribunalis, imò miniſter eiuſdẽ inquiſitionis, cũ ſciuerit, aliũ miniſtrũ donum accepiſſe, tenetur ſub eiſdem pænis, illum Inquiſitori reuelare. Tamen regulariter in aliis locis, *& ſi inquiſitores melius facerent, ſi aliquid non acciperent, neque a reis quòd eſt valdè ſuſpectum, neque à conſanguineis, vel amicis reorum, quòd eſt maximè reprehendendum*, vt ait *Penia in directorio Inquiſitorũ commentario 153.* nõ autẽ eſt illicitum illis, accipere xenia vltrò oblata, non tamen à litigãtibus, vt habet *Eymericus ibid. quaeſt.104.* vide infrà *Munera.*

Inquiſitores prætextu officij inquiſitionis, bona Eccleſiæ ſcienter attentantes applicare Fiſco, etiam eccleſiaſtico ob delictum Clericorum, incurrunt excommunicationem, contentam in *eadem Clem. 2. de hæreticis*, ideoque circà ſubiectum ſeù perſonas, quę illam incurrere poſſunt, nihil differt hæc excommunicatio ab illa, & ſi differat circà materiam; & etiam circa reſeruationem, cùm iſta non ſit reſeruata etiam ante ſatisfactionẽ, quia illa ſatisfactio ibi nõ prærequiritur *Sanchez ſup num.21. Bonacina num.9. verſ. Dixi.* Dum autem loquitur tex. de bonis Eccleſiarum ſimpliciter, intelligi debent tàm ſtabilia, quàm mobilia, & tàm Eccleſiarum ſæculariũ, quæ poſſident ipſæ Eccleſiæ, vel Rectores, ac Beneficiati illarũ, quàm Eccleſiarum Regularium, ideſt vel monaſteriorũ, vel profeſſorũ in ipſis monamonaſteriis capacibus, vt per *Sanch. loco ſuprac. n.13. & 14.* Vtrũ autẽ ad incurrendã dictã excommunicationẽ neceſse ſit, quòd dicta bona applicentur Fiſco, vel ſufficiat, ſi applicetur ipſiſmet Inquiſitoribus, vel aliis, non concordant Doctores, *Suarez* negat, quem ſequitur *Bonacina loco ſuprac. n.4. ad finem.* Affirmat verò *Sayrus lib.3. c.34. n.26.* & ſequitur *Sanchez loco ſuprac. n.17.* quæ ſecũda opinio, licèt ſit probabilis, prima videtur probabilior, cui fauet *Eymericus in directorio Inquiſitorũ q.103.* & ſequitur *ibi Penia commentario 152.* dum tractat articulum illũ, an poſſit Inquiſitor imponere pænas pecuniarias applicandas ſibi, vel aliis. An ſit impoſita hæc pęna cõfiſcationis bonorũ, hęreticis, & quæ bona illorũ confiſcata cenſeantur, & quomodo, vide latè per *Caſtrum Palaum tom.1. tract.4. de pœnis temporalibus hæreticorum diſp.5. per totum.* Cætera, vide ſup. *Hæreſis.*

Inſordeſcentes per annum in excommunicatione lata per Delegatum Papæ, non poſſunt amplius abſolui ab ipſo Delegato, ſed dicta excommunicatio remanet S. Pontifici reſeruata *cap. quærenti, de officio delegati, Nau. Suar. Filliuc. Sayrus*, quos ſequitur *Bonacina t.3. diſp.2. q.3. pun.22.* ex quorum doctrina, nota, quòd & ſi ad alium effectum inſordeſcens, dicatur tantùm ille, qui animo pertinaci, & indurato in contemptum clauium perſeuerat in excõmunicatione, & nõ qui fuit impeditus petere abſolutionẽ, aut illã obtinere, vel per ſe nõ ſteterit. Vndè, põſt elapſo anno dictũ legitimũ impedimentũ allegare, vel aliàs oſtendere ſuam innocentiã, latè *Ricciull. li.4. c.7. & 8.* adeſt *deciſ. Rot. Rom. apud Seraph. dec.1285.* vbi benè declarat quãdo talis poteſt declarari priuatus ſuis beneficiis. Tamen in caſu noſtro, ſufficit, quòd tranſegerit annus ad hoc, vt excõm. ſit reſeruat. S.P. quia iſta non eſt propria reſeruatio, ſed impropria, ex quo cõſequitur ceſſatiõ iuriſdictionis Delegati circà illã, vt per ſupracitatos authores. Quando autem iſtæ inſordeſcens, vt ſuprà, reddatur ſuſpectus de hæreſi,

Digitized by Google

hæreſi, ita vt contrà eum poſſit procedere Officiū S. Inquiſitionis, vel habendus ſit vt hæreticus, præter notata à *Diana p.4.tr.7.reſol.*18. vide *Thesaur. de pænis eccleſ. p.3. v. inſordeſcentia, & Caſtrum Palaū ſup. diſp.4.p.2.*

Interdictum ab Apoſtolica Sede promulgatum violantes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam *extrau. & ſi Dominici de pænitentia, & remiſſione*, ſed vt aliàs dixi, in dicta extrauag. non fertur excōmunicatio, ſed potius reſeruantur aliqui caſus S.P. & latè ad propoſitum noſtrum explicat *Bonacina poſt alios t.3. diſp.2.q.2.p.20. num.* 21.

Interdictum non ſeruari, imò tranſgredi, procurantes domini temporales, puta quia cogunt celebrare in loco interdicto, &c. incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, *Clem. grauis de ſent. excommunicationis, Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi alleg.*50. *num.* 101. *alias* 106. & 234. & feci de ea mentionem ſup. *verb. celebrare*, & latè *explicat Bonacina ſuprac.p.*20.

Iudex fingens caſum, vt poſsit ad fæminam ſe transferre, cauſa teſtimonii excipiendi, incurrit excommunicationem nulli reſerſeruatam, *ex cap. mulieres de iudicijs in* 6. in quo textu, cùm dicta excommunicatio feratur generaliter contrà configentes caſum, vel fraudem cōmittentes, vt iudex perſonaliter, &c. & ita referat talem excommun. poſt alios *Barboſa de offic. & poteſtate Epiſc. alleg.*50.*n.*218. *in addit.* includitur etiam ipſe iudex configens vt ſup. iuxtà regulam propter vnum quodq; tale, &c. & illud magis; ita poſt *Suarez, & Filliucc. Bonacina tom.3. diſp. quæſt.*2.*p.*36.*n.*7. Dixi, *ipſe iudex cōfingēs*, quia ſecus eſt, ſi tantùm ſit conſcius fictionis, & fraudis alterius, à quo ſinit decipi dictam fæminam, eſt communis opinio, vt poſt *Nau. & alios* teſtatùr *Bonac. ſup. nu.*9. Adde quòd idem dicendum eſt de fæmina, ſi ſit illa, quę caſum cōfingit, vt ibi probat poſt *Suarez, & Filliucium, Bonacina nu.*6. vbi *num.*2. quòd ad incurrendam dictam excommunicationem requiratur effectus ſequutus, ſcilicèt acceſſus iudicis ad dictam fæminam præcedente fictione caſus, vel fraude, ſub colore etiā examinandi illā tamquā teſtem, & ſi ad hoc non ſit neceſſe, quòd etiam illam interroget, ſeu examinet, & *n.*4. quòd hæc excōmunicatio ſit lata contrà iudices, non ſolū eccleſiaſticos, ſed etiā laicos. Adde etiam nō ſolum in ſtatu eccleſiaſtico, ſed vbiq; vt poſt *Suar. & Clarum* habet *Theſaurus p.*2. *de pænis eccleſiaſticis, verbo teſtimonium c.*1. *ad finem.*

Iudex laicus requiſitus præſtare brachium Inquiſitori, vel Epiſcopo, in cauſa hæreticæ prauitatis, ſi id negligat facere, incurrit excommunicationem nulli reſeruatam, ſed ſi in ea per annum perſeueraret, tamquam hæreticus eſſet cōdēnandus, *cap. vt inquiſitionis de hæreticis in* 6. adeſt etiam conſt. Pij V. incip. *Sanctiſſimus Dominus, prima in ordine apud Cherubin.* vbi excōmunicatio etiā nulli reſeruata fertur contrà magiſtratus omnes, & Officiales, Bariſellos, & alios miniſtros fori ſæcularis, vbique locorum Chriſtianæ Reipublicæ, ſi non obediant Cardinalibus Inquiſitoribus generalibus in his, quæ pertinent ad S. officium, de qua *Theſaurus verbo inquiſitio cap.*1. §. 2. vbi quòd in illa non includantur domini temporales, ſcilicèt Principes, & Barones. Nota quòd ſæcularis brachiū ſuū iudici eccleſ. denegans in alijs caſibus, non eſt excōmunicatus ipſo iure, ſed excommunicandus, vt poſt *Menochium, & Sayrum, habet Riccius p.*1. *praxis, in notabilibus pro materia implorationis brachij num.*2. *poſt deciſ.* 330. *impreſſionis Neapolit.* & clarius per *Theſaurum ſup. verb. iudex cap.* 1. *ad finem, Bonacinam tom.*3. *diſp.*1. *quæſt.*20.*p.*3. §. 1. & dixi ſuprà *Clericis iuſtitiam, &c. ad finem.*

Iudices, qui reos ab eod. Epiſcopo, vel Inquiſitore, traditos tamquā à curia ſęculari propter crimen, quod ad dictū officiū ſpectat, puniēdos, ſi ſtatim nō recipiant, & ergà illos pęnā mortis nō exequantur, appellatione qualibet nō obſtante, incurrunt excomm. nulli reſeruatā vt habetur in eod. *c. vt inquiſitionis de hæreticis in* 6. de qua re *Bonac. to.*3. *diſp.*2. *q.*10.*p.*8.*num.*3. *Caſtrus Palaus t.*1.*tr.*4.*diſp.*8.*pun.*14. qui benè ſubdit, *ibi ad finem*, iudices pręfatos, recuſantes exequi ſententiam ab inquiſitoribus latā, vel requiſiti, omittentes auxilium præſtare in hæreticis puniendis, reddi ſuſpectos fautoriæ, & proindè contrà ipſos tamquam fautores hæreticorum, poſſe ab iiſdem Inquiſitoribus procedi, vide etiā *Dianā p.*1.*tr.*2.*reſol.*134. & *p.*4.*tr.*1.*reſol.*59.

Iudicis Ordinarij ſęcularis, munus exercentes Clerici in ſacris, poſt trinam monitionem, excommun. nulli reſeruatam incurrunt *cap. Clericis ex. ne Clerici, vel Monachi*, ibi *Vicecomitis, aut Præpoſiti ſæcularis*, latè *Sayrus lib.*3.*cap.*32.*n.*6. *Suar. diſp.*23.*ſect.*3.*n.*22. qui benè ſubdunt, non prohiberi, præfatos eſſe Conſiliarios Principū, vel iudices in cauſa ciuili, delegata ſibi ſemel, vel iterum. Per hoc autē non prohibetur Clericus in ſacris habere officium ſæculare annexum ſuæ dignitati, dummodo illud non per ſe, ſed per alium exerceat, vt habet *Franciſcus de Platea cùm de excommunicat.* §.7.*n.*3. & *Suar. ſup.* quomodo poſsit eſſe conſilij, vt vulgo dicitur, di guerra, *Aula p.*7.*diſp.*6.*ſect.*3.*poſt* 3. *cōcluſ.* Acta dictorū Cleric. in ſacris, facta cōdiſpoſitionem dicti textus, quòd ſint valida, maximè antequam fuerint denunciatus excommunicati, patet ex dictis ſup. *recoll.* 2. *à num.*75. in terminis notat *Theſaurus p.*2. *de*

*pænis*

Digitized by Google

*pœnis eccleſiaſticis, verbo iudex cap. 2. verſ. nota quintò.*

Iudex cogens ſoluere vſuras in foro exteriori promiſſas, vel non faciens reſtituere ab vſurariis dictas vſuras (intellige inſtante parte) incurrit excommun. nulli reſeruatam. *Clem. vnica, in primo reſponſo, de vſuris*, fallit tamen niſi fuerunt dictæ vſuræ promiſſæ cum iuramēto, quia tunc iudex poterit illos, ante obtētā relaxationē ipſius ab Ordinario, cogere ad ſeruandū iuramentū abſq. metu dictæ excōm. vt poſt *Nau.* docet *Megal. p. 2. lib. 2. c. 28. num. 52. Rebell. par. 2. lib. 1. cap. 8. q. 6. ex capitulo debitores de iure iurando.* Qui *Megalius* tamen limitat, ſecundam partem de coactione ad reſtituendas vſuras, quòad Iudeos quia ſi ibi tolerantur, non fit talis coactio, ſecus erit de Chriſtianis inter ſe, quia tūc debet fieri talis coactio ad reſtituēdas vſuras, vt ſup. putat enim hic author, quòd cùm hic textus genaraliter loquatur, comprehendat vſurarios tàm Chriſtianos, quàm Iudeos, cuius tamen contrarium, ſcilicèt de Iudeis, docent aliqui authores, inter quos *Gaſpar Theſaur. in conſilio apud deciſ. Pedamentan. ſui patris* 57. & ſi eius ratio mihi diſpliceat, videas de hac re alium *Theſaurum de pœnis eccleſiaſticis par. 2. verbo vſura cap. 6. verſ. ampliant multi.*

Iurare faciens obſeruantiam ſtatutorum iniquorum vide infrà *obſeruantiam.*

## L

LAcerans, aut deturpans edictum Epiſcopi in loco publico affixum, quamquam grauiter peccet, incurratq. varias pœnas, de quibus per authores allegatos à me ſuprà *recoll. 2. num. 473. ad finem.* & etiam excommunicationem, vbi fuit addita clauſula, *lacerantes, &c.* vt ibi dixi, non tamen incurrunt excommunicationem, latam in Bulla cœnæ, contrà impedientes iuriſdictionem eccleſiaſticam, vt poſt *Graffium, & Duardum* notat *Bonacina tom. 3. diſp. 1 q. 17. p. 1. n. 8.*

Laici, qui de bonis eccleſiaſticis, legitima alienatione, vel ſubmiſſione ſibi facta plus aliqd vſurpāt, præter id, quod ipſis, ex natura cōtractus, vel ex conuentione debetur, incurrunt excōmunicationē nulli reſeruatā, ſi poſt legitimam monitionem ab vſurpatione non deſtiterint *c. hoc conſultiſſimo de rebus eccleſ. non alienandis in 6. Bonacina tom. 3. diſp. 2. q. 2. pun. 20. num. 6.* vbi quòd requiratur trina monitio.

Legatos, & Nuntios Apoſtolicos impedientes recipi, & exequi id, ad quod miſſi ſunt, ac ad id auxiliū, & fauorē pręſtantes, excōmunicationem incurrunt nulli reſeruatam *extrauag. ſuper gentes de conſuetudine.*

Legentes ſcripta occaſione duelli factā, ex vi lectionis, non ligantur excommunicatione, de qua ſuprà verbo *duellum*, niſi coram multis legant ante duellum, intentione, ea diuulgandi, aut denunciandi, lectio enim ſola non prohibetur, *Capitulus lib. 6. ſuorum reſponſ. q. 14. n. 8.*

Libellos famoſos, vel aliam ſcripturam conficientes contrà ſtatum Ordinis Prædicatorum, vel Franciſcanorum, incurrunt excōmunicationem S. Pontifici reſeruatam, Leo X. Pius V. & Gregor. XIII. apud *Silu. excom. 7. num. 45.* Alexander IV. in conſt. incip. *ex alto*, quæ conceſsio cùm ſit priuilegium, *Bonacina de reſtit. diſp. 2. q. 4. p. 9. ſub n. 9.* putat, extendi dictam excommunicationem ad alios Religioſos, qui communicant priuilegia Prædicatorum, & Minorum, & latius *tom. 3. diſp. 2. quæſt. 3. pun. 36.* quòd ſi eſſet verum, etiam impugnantes inſtitutum aliarum Religionum particularium, incurrerent excommunicationem latam contrà impugnantes inſtit. Societatis Ieſu, de qua per eundem *Bonacinam eod. loco tom. 3. pun. 35.* vbi hoc non dixit, ſed benè probat quòd facientes libellos famoſos contrà dictū inſtitutū, incurrant eandem excommun. Dixi *contrà ſtatum Ordinis, &c.* quia illam non incurreret conficiens libellos contrà Fratres particulares, *Bonac. poſt alios loco ſuprac.* quæ ſcripturę veniant appellatione libelli famoſi hoc loco, vide quæ notat *Graffius lib. 4. de caſibus reſeruatis c. 19. n.* vide etiam pro caſu ſimili reſeruato in aliqua Religione *Portellium. verbo libelli.*

Libellos famoſos conficientes contrà S. Pontificem, aut aliquem Cardinalem, incurrunt excommunicationem: ita ex Pio V. poſt *Salonium* refert *Bonac. loco ſuprac. de reſtit.* ſed *eit. p. 36. nu. 8.* ſe retractat, ex eo, quòd Pius V. & alij Pontifices in hac re non impoſuerunt cenſuras, ſed alias pœnas temporales.

Libellos famoſos componentes, ſcribentes, affigentes contra quamlibet perſonam, præter eas, de quibus concluſione præcedenti, non incurrunt excommunicationem ipſo facto, ſed ſunt excommunicādi *cap. in alterius 5. q. 1.* cū concordantibus relatis per *Bonacinam locis ſuprac.* vbi benè declarat, quomodo intelligi debeat caſus reſeruatus cum cenſura de conficientibus libellum famoſum, aut illum edentem, vel diuulgantem prout pluribus in locis reperitur ſic reſeruatus.

Libertatem eccleſiaſticam violantes ſunt excommunicati in Bulla cœnæ *can. 15.* quæ & ſi ſæpius accipiatur pro immunitate, & è contra immunitas pro libertate, vndè *Couarr. teſte Duardo lib. 2. in Bulla cœnæ can. 15. q. 15.* definit dictā immunitatē, ꝙ ſit libertas eccleſiaſtica, &c. tñ differunt inter ſe ſecundū noſtrū modū intelligendi, nō prout putat *Graff. citatus à me ſup. v. extrahentes ad finem,*

quem ſequi videtur *Bonacina tom. 3. diſp. 2. q. 2. pun. 16.* §. 1. *ad finem*, vt ſcilicèt ſignificet exemptionem ipſarum Eccleſiarum, libertas verò exemptionem perſonarum eccleſiaſticarum, vel alijs modis, de quibus per *Peregrinum in ſuo tract. de immunitate eccleſiaſtica cap. 1. n. 5.* ſed potius, ſi aliqua eſt differentia, vt dixi quòad noſtrum modum intelligendi, erit iſta, nempè quòd libertas reſpiciat ſtatuta, ordinationes, &c. huiuſmodi, contrà Eccleſias, perſonas eccleſiaſticas, vel eorum bona, immunitas autem reſpiciat factum tàm contrà Eccleſias, vt ſuprà *extrahentes* quàm contra perſonas, eorumq. bona, vt ſuprà verbo *gabellas*, ꝙ optimè indicauit *Alterius lib. 5. de cenſuris diſp. 16. verſ. fecerint, ordinauerint*, qui occaſione ipſius *canonis 15. Bullæ*, vbi tractando de ſtatutis, ordinationibus, &c. vtitur verbo *libertatis*, & nòn immunitatis, ſubdit hæc veraa. *Quare qui libertatem eccleſiaſticam lædunt facto ipſo, non ratione ſtatutorum non comprehenduntur ſub cenſura huius can. vt ſi quis extorqueret gabellam à Clerico, vel ſæcularis iudex traheret perſonam eccleſiaſticã ad ſuum tribunal, & ſimilibus caſibus.* Nec obſtat, quòd in conſtit. Gregorij XIV. fiat mentio non ſolũ immunitatis, ſed etiam libertatis, quia ibi accipitur libertas impropriè, & non propriè.

Libros hæreticorum legentes, imprimentes, retinentes, ſunt excommunicati in Bulla cænæ, vt ſup. verbo *hæreticorum libros*, tamen poſſunt abſolui virtute iubilei, vt dixi ſuo loco, & etiam virtute Bullæ cruciatæ, *Portellius in ſuis dubijs regularibus, verbo libri prohibiti n. 14.* vbi quòd etiã ab Epiſcopis, ſi caſus eſt occultus, idem dic de Regularibus, *Caſtrus Palaus t. 1. tr. 4. diſp. 4. p. 3.* §. 3. Sed an hodie ceſſet d. facultas abſoluẽdi, ob prohibitionẽ cõcedendi licentiã ipſis Epiſc. & Prælatis factã, de qua ſup. *Hæreticorũ libros*, & reſponſũ fuit negatiuè cũ ſimus in odioſis, in quibus non fit extenſio de caſu ad caſũ. Epiſcopi, vel alii Prælati vtrũ legentes illos abſq. licentia incurrãt? negat *Portellius n. 6.* qui id concedit tantum Inquiſitoribus, & eorum deputatis de qua re *Diana p. 1. tr. 8. reſol. 46.* vide ſuprà *Hæreticorum libros*.

Libros artis magicæ, geomantiæ, &c. legentes retinentes, &c. in quibus continentur ſuperſtitiones, ſortilegia, &c. non incurrunt ſupradictam excommunicationẽ Bullæ cænæ ſed tantum excommunicationem nulli reſeruatam, in indice librorum prohibitorum à Pio V. latam, ita *Viualdus in expoſitione primi caſus Bullæ num.* 13. latius probat *Pater Duardus ibid. q. 35. num. 14.* vbi & de libris aſtrologiæ *Bonacina t. 3. diſp. 1. quæſt. 2. pun. 4.* vbi probabile putat, quòd in dubio non debet iudicari, auctorem dictorum librorũ artis magicæ habuiſſe errorem in intellectu, & per cõſequens eſſe librũ hæretici & ſic legentẽ hoc caſu incurrere excommunicationẽ dicti indicis, non autẽ Bullæ, vide tamen *Layman lib. 2. tract. 1. cap. 15. n. 2. verſ. tertiò libri omnes*, vbi excuſat etiam ab hac cenſura legentes libros magicos.

Libros imprimẽtes ſine nomine authoris, aut abſq. quòd reuideantur ab Inquiſitore, vel etiã Ordinario, aut quando ab eis non fuit data facultas imprimẽdi, incurrunt excõm. nulli reſeruatã, Leo X. conſt. 10. in Concilio Lateranenſe ſeſſ. 10. quæ fuit innouata in indice librorum prohibitorum regula 10. & *in Concil. Trid. ſeſſ. 4. ſub finem*, latè *Bonacina t. 3. diſp. 2. q. 2. p. 16.* Nota quòd in *regul.* 10. indicis eidẽ excõmunicationi, ſubiiciuntur diuulgantes libros manuſcriptos, niſi prius fuerint, vt ſup. examinati, & approbati, circà quod particulare fuit declaratum à S. Congregat. non comprehendi lectiones, vel conciones, aut tractatus etiam pertinentes ad deuotionẽ, quæ priuata diuulgatione publicantur, & ſic nõ in fraudẽ impreſſionis, ſic intelligo dictam declarationem allatam à *Rodriq. t. 1. q. 104. art. 1. ad fin.* & per *Filliuc. tr. 14. num. 83. poſt Suar.*

Libros Regularijũ imprimẽtes abſq. appobatione Superioris Religionis, vel eius cui à Superiore id fuerit Delegatum, incurrunt excommunicationem, præter alias pænas, nulli reſeruatam *à Concil. Trid. ſeſſ. 4. in decreto de editione ſacrorũ librorũ*, vbi etiã includuntur imprimi facientes, & vendentes, ac retinentes, ſed loquitur Concil. de libris, qui de rebus ſacris agũt, quidquid antea de omnibus libris generaliter ageret Concil. Later. ſub Leone X. quòd vt dixi non eſt receptum, vide *Bonacinam t. 3. diſp. 2. q. 2. p. 36.*

Libros, & monumenta quæcunque ex bibliotecis Ordinis Fratrum Carmelitarum ammouentes, excommunicationem incurrũt, S. Pontifici reſeruatam, Clem. VIII. refert *Barboſa cit. alleg. 50. num. 162.* ſecundum doctrinam Bonac. *de qua infrà libellos famoſos* etiam hanc excommunicatiouem incurrerent ammouentes libros ex bibliotecis aliorum Ordinum, quia eodem modo videtur priuilegium Religionis ſed non credo. Nota, quòd Sanctiſſ. N. Vrbanus VIII. in conſt. incip. *Sanctiſſimus*, ſanciuit, ne quis degens, in ſtatu eccleſiaſtico mediato, vel immediato, de cætero poſſit libros a ſe imprimẽdos, alio in loco extra dictum ſtatum, imprimi, facere, niſi cum expreſſa licẽtia Eminentiſſ. Cardinalis Vicarij, & Magiſtri Sacri Palatij, ſi fuerint in Vrbe, vel Ordinarij, & Inquiſitoris loci, ſi fuerint extrà Vrbem, nõ tamen cõtrà tranſgreſſores imponitur aliqua cenſura, ſed ipſo facto declarãtur d. libri prohibiti cũ autẽ loquatur de degentibus, non habet locũ in eo, qui per tranſitũ, vel cauſa alicuius nego-

Digitized by Google

negotii breuis, in dicto ſtatu reperitur, vt alias dixi cùm iubileo anni ſancti, & notat in terminis *Theſaurus verbo libros c.3. ad finē.*

Ligna ex pinetis quatuor Abbatiarum Rauennæ quomodolibet incidentes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam Sixtus V. in ſua conſt. particulari. Adſunt tamen literæ Congreg. ſub Clem. VIII. quę conſeruātur in Curia Archiepiſcopali eiuſdem Ciuitatis, vbi conceditur facultas abſoluendi à dicta excōmunicatione Archiepiſcopo, & eius Vicario generali. Dixi *quatuor Abbatiarum*, quia illæ exprimuntur in dicta conſtitutione Sixti V. ex quo à doctis viris, fuit reſolutum in Congregatione habita, circà dubia magis frequentia ſuper hanc materiam, quòd incidentes ligna pineti communitatis Ceruiæ nō incurrant excōm.

Dixi etiam quomodolibet, quia etiam incidentes pinos aridos, vel alias arbores ibidē exiſtentes, non tamen proſtratos, incurrunt dictam excommunicationem, vt patet ex literis S. Congregationis ſub die 13. Iulij 1606. item quia incurrunt etiam incidentes ſpinos iuniperos ibidem exiſtentes.

Non pigebit referre alias reſolutiones deſuper hanc materiā, quæ etiā ad ſimiles poſſunt non parū prodeſſe. ſicut mihi profuerūt, dū per aliquos annos ibi cōfeſſiones audiui.

Primum dubium, eſt, an pauperes, quādo in pineto incidunt ligna virida (pro conſeruatione tamen pinorum, non neceſſaria) excuſentur à dicta excōmunicatione, quādo id faciunt pro ſubſtentatione ſui, & familiæ, & reſponſum fuit, excuſari tantum quando ſunt in extrema, vel quaſi extrema neceſſitate, cui aliter ſubuenire non potuerunt.

Secundum dubium, vtrum paruitas materiæ in inciſionę lignorum, ad conſeruationē pinorū nō ſpectantiū, etiā vbi quis ſcit, vel ſcire debet ſimilē inciſionē paruā aliorū multorū, quibus tamen nullo modo cōſenſit, excuſet ab excommunicatione, & reſponſum fuit, excuſare ſecundū probabilē opinionē. de qua *ſup. p. 1. recoll. 10. n. 45.*

Tertium dubium eſt, vtrum qui ſępius incidit baculum, ſiuè ramuſculum, animo incidendi quoties opus habuerit pro portādis, ſiuè ligandis faſcibus eorum lignorum, qui poſſuut abſq. vllo ſcrupulo aſportari, ſit excommunicatus, & fuit reſponſum, talem eſſe cenſendum excommunicatum.

Quartum dubium: vtrum perſonæ nullā habentes licentiam à Monachis, ſeù Abbatijs, incidentes dumos in vertice, ex qua inciſione, inferiores rami facilius dilatantur, & paruæ pinus melius conſeruantur, ſint excōmunicati, & reſponſum fuit affirmatiuè.

Quintum dubium. vtrum operarij conducti pro diſtillanda pice in dictis pinetis, ſi in eruendis pinorum radicibus, dumos, & iuniperos, eos impedientes, incidant, ſint excommunicati, & reſponſum fuit, non eſſe excommunicatos, ſi omni diligentia adhibita, eos tantum incidat, qui eos impediunt.

Sextum dubium: vtrum piſcatores, dum ligna ſicca commodè habere non poſſunt, ligna virida incidunt, vt à frigore ſe tueātur, è mari madefacti exeuntes, ab excōmunicatione, ſint excuſati, & reſponſum fuit prout in primo caſu.

Septimum dubium. vtrum recidiui, qui ſæpius promiſerunt deſiſtere ab inciſione prohibita, & iterum relabuntur, ſint abſoluendi, & reſolutum fuit agendum eſſe cum his, ſicuti cum alijs recidiuis.

Octauum dubium: vtrum Peregrini incidentes ramuſculos, vt eos ſecum, nouitatis cauſa afferant in patriam, incidant in excommunicationem, quando ipſam excommun. in genere ſciunt, licèt de actu dubitent, & reſolutum fuit, non incidere, ſi dubium practicè depoſuerint.

Nonum dubium: vtrum tranſeuntes cū curribus per pinetum, dum à via ordinaria diſcedunt, ſint excommunicati, ſi roueres, iuniperos, & alia huiuſmodi frangant, vel diſſipent, aut incidant, quia fortè ipſos currus tranſire impediunt, & reſponſum fuit non eſſe excommunicatos, ſi ex cauſa honeſta à via ordinaria diſceſſerunt, & debitam diligentiam abhibuerunt.

Decimum dubium, vtrum venatores, & paſtores, ac mulieres colligentes labruſcas, incidant in excommnnicationem, ſi caſu aliquo ligna frangant, vel etiam dedita opera incidant ea, quæ ſua munera, eis licita, impediunt, & reſponſum fuit, non incidere, ſi debitam diligentiam abhibuerint.

Litigantes in foro eccleſiaſtico impedientes, ſup. *impedientes curſum, & impedientes Prælatos.*

Loca, & Ciuitates S Romanæ Eccleſiæ, ſuprà *Feudum.*

Litteras Papæ antè coronationem expeditas, tamquam irritas impugnare, ex eo quòd Papa ante coronationem, non habeat authoritatem pontificiam, præſumentes, incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam, *extrauag. vltima de ſentent. excomm. Nauar. cap. 27. num. 147. Suar. diſp. 23. ſect. 6. n. 2. Sayrus lib. 3. cap. 35. num. 19. Pilliuccius tr. 14. nu. 78.* vbi benè ſubdit, quòd licèt in dicta extrauſit verbum illud *confectas*, quòd videtur referri ad litteras iam in præteritum per eundem Papam Clementem, authorem dictæ extrauagantis, expeditas, tamen illam ſanctionem eſſe etiam reſpectu aliorum Pontificum in futurum, nām verba intelligenda ſunt eo reſpectu, quo referuntur, & ampliātur, & reſtringuntur ſecundùm cauſam finalem ob quam proferuntur, vt per *Rotam Romanam apud Seraph. decıſ. 559. num. 2.* ſed ratio



Digitized by Google

tio finalis dictæ *extrauagantis*, ſcilicèt quia Papa eo ipſo, quòd à Cardinalibus eſt electus, habet à Chriſto immediatè ſupremam iuriſdictionē, neq. ad hoc indiget confirmatione, vel alia ſollemnitate, vt patet ibi in textu, militat in omnibus SS. Pontificibus, ergò. alias rationes, vide apud *Bonacinam t.3. diſp. 2.q.2.p.11.num.5.* poſſet etiam taliter impugnans incurrere excommunicationem Bullæ cænæ *c.14.* quando nempè etiam per talē impugnationem impediret exequutionem dictarum litterarum, iuxtà ea, quæ dixi ſup. *impedientes authoritate, &c.* quia verè tales, vt patet ex ſupradictis, ſunt litteræ Apoſtolicę, quòd poſtea reperi etiam aduertiſſe *Theſaur.p.2.de pœnis eccleſiaſticis verbo Papa c.1.*

Locantes, aut alio titulo concedentes, vel concedere permittētes domos, aut loca, alienigenis manifeſtè vſurā exercentibus, ad hūc finē fęnus exercēdi, niſi infrà tres menſes, à die, qua nouerūt, manifeſtè vſuras exercere, eos expellunt, ſi ſunt eccleſiaſtici Epiſcopis inferiores, incurrunt excōmunicationem nulli reſeruatam, ſi ſunt Epiſcopi, vel Superiores Prælati incurrunt ſuſpenſionem, ſi vero Vniuerſitates, vel Collegia eccleſiaſtica, incurrunt interdictum *cap.1. de vſuris in 6.* quando quis dicatur manifeſtè vſuram exercere, vide *Menochium de arbitrarijs caſu* 235. latè de materia, & ſubiecto huius excommunicationis, *Bonacina poſt alios tom.3. diſp.2. q.4.n.* 9. vbi quòad hoc, vt quis dicatur alienigena, ad hūc effectū, neceſſe ſit, vt talis ſit natus, vel oriundus loci, dominij, vbi habitare intendit, & ſic non ſufficit ſi ſit effectus ciuis per decennalē habitationē. vel priuilegiū (vt ego intelligo) dicti loci. An antē neceſſe ſit, quòd talis ſit Chriſtianus, ad hoc ſub dictis pœnis, debeat expelli, vel ſufficiat ſi ſit iudeus, aut alius infidelis, *Bonacina loco ſuprac. nu.2,* videtur affirmare. *Ricciullus verò lib.2. de iure perſonarum cap.16.* diſputando ad partes articulum, diſtinquit de locis, in quibus Iudei ex ſpecifica Principis permiſsione recepti ſunt, & alijs partibus, vbi non ſunt recepti, primo caſu, docet, non habere locum diſpoſitionem dicti *c.1.* ſed benè ſecundo caſu. Contraria autem ſententia omninò negans, incurrere excommunicationē ſuſpenſionem, vel interdictum, perſonas, vel vniuerſitates eccleſiaſticas concedentes locum, vel permittentes concedi Iudeis alienigenis vſurariis manifeſtis, docent plures DD. apud *Barboſam in collect. ad cit. cap.1.* & poſt alios non ſolum dicit communem, & conſuetudine receptam, ſed etiam ſic declaratū per Eugenium IV. teſtatur nouiſsimè *Theſaurus verbo vſura cap.7. ad finem.*

Ludos taurorum, vel aliarum ferarum cum periculo vitæ alicuius, Principes, aut Rectores locorum permittentes in terris ſuis, incurrunt excommunicationem latæ ſententiæ, nulli reſeruatam. Sicut tūm Regulares cuiuſcunq. Ordinis, etiam militaris, quàm Clerici beneficiati, vel in ſacris, huiuſmodi ludis intereſſentes, ſunt excōmunicandi, ita Pius V. conſt.67. incip. *de ſalute gregis*, de qua poſt alios *Barboſa de poteſtate Epiſcopi allegat. 50. num. 260. in addit.* qui ſubdit, quòd Gregor. XIII. de *anno* 1575. reuocauit pænas, & cenſuras latas à Pio V. pro Regnis Hiſpaniarum, quòad laicos (nempè Principes, & Rectores permittentes, ac ipſos congredientes cū ipſis feris) ac etiā quòad Clericos, ac Religioſos militares, ſi nō ſint in ſacris conſtituti, dummodo dicti ludi non fiant diebus feſtis, & Clemens VIII. in ſua conſt. quam de verbo ad verbum refert *Rodriquez t.3. qq. regul. q. 68. ar.1.* ſubſtulit pro eiſdē Regnis Hiſpaniæ, cenſuras, & alias pænas pro Principibus cū cōditionibus, de quibus ſup. addita alia, ſcilicèt dūmodo dicti ludi exerceātur abſq. periculo vitæ alicuius, ac prohibitionē pro eccleſiaſticis reſtrinxit tantū ad Regulares cuiuſcunq. Ordinis, de qua conſtitutione faciunt mentionem. *Addentes ad Quarantam verbo torneamenta ad finem. Naldus in ſuis qq. practicis ad cap Clerici, ne Clerici, vel Monachi. Sanchez opuſc. moral. lib.1. c.8. dub.31. Scortia theoremate* 244. nouiſsimè *Lezzana p.1. c. 10.n.7. & Theſaur. 2.p. de pœnis eccleſiaſticis verbo ludos.* Vnde miror quomodo *Bonacina tom.3. diſp.2. q.4. p.8.* neget dictam conſt. Clementis à tot authoribus nō ſolum mentionatā, ſed etiā eius verba tranſcribentibus. Nota, *Auilām de cenſuris p.2. c.5. diſp.1. dub.4.* & ſi non faciat mentionē Bullæ Clem. VIII. quæ forſitan ad eius notitiā non deuenerat, probare Religioſos abſq. in Hiſpania ſcādalo intereſſentes dictis ludis, non peccare mortaliter, & aliquando nec venialiter, licèt contrarium doceat *Scortia ſup. theoremate* 246. quem ſequitur *Lezzana loco ſupracitato.* apud quem *Auilam, & Sanchez locis ſuprac.* videre alios caſus, in quibus hodiè ibid. Regulares excuſantur à dicta culpa, vel nō, quę poſſūt deſeruire pro omnibus in locis extrà Hiſpaniam, in quibus viget Bulla Pii V.

## M

MAtrimonium ſcienter ineuntes cum his impedimentis dirimentibus, ſcilicèt cōſanguinitatis, affinitatis, voti ſollemnis caſtitatis, & Ordinis ſacri, incurrunt excōmunicationem nulli reſeruatam *in Clem. vnica de conſanguinitate, & affinitate,* de qua re latè *Sanchez lib.7. de matrimonio diſp.* 48. qui diſtinquit impedimentum voti ſollemnis in duos caſus, vbi ſcilicèt quis contrahit ſcienter cū moniali profeſſa, & vbi Religioſus profeſſus, matrimonium cum aliqua init. Nota ly *ſcien-*

*ter*

Digitized by Google

*ter* appoſitum in dicto textu, quod ſignificat, ignorantiam iuris, vel facti, ac etiam pœnæ, excuſare ab incurſu huius excommunicationis, vt patet ex dictis ſup. *recol.* 1. *à nu.* 371. & notat *Bonacina* poſt alios *to.* 3. *diſp.* 2. *p.* 7. *nu.* 16. *& ſeq.* vbi latè de explicatione huius excommunicationis, quæ incurritur vbi matrimonium eſt ratum, licèt non conſumatum, nec includit mandantes, fauentes, aut conſulentes dictum matrimonium, nec etiã Parochum aſsiſtentem illi, vt contrà aliquos habetis per eundem *Bonacinam loco ſupracit. ad finem*, quando autem dixi *voti ſollemnis caſtitatis*, volui excludere ab hac excommunicatione, Religioſos illos militares, qui nõ integrè caſtitatẽ vouunt, vt vouẽt Equites D. Ioãnis, qui ſunt Religioſi, ſaltẽ largo modo; ſed tantum limitatum (vt vxorem non ducant, niſi Vnicã, & virginẽ vel cũ licentia magni magiſtri) qui non incurrunt hanc excõmunicationem, ſi de facto contrahant abſq; dicta licentia, quia tales Equites nec large, nec ſtricto modo ſunt Religioſi, vt dixit, *Rota apud Seraph. deciſ.* 121. Imò vt benè *Suarez tom.* 4. *de Religione lib.* 1. *de varietate Religioſorum in communi cap.* 4. *num.* 28. dictum votum caſtitatis in eis, non poteſt dici ſollemne, ideoq. eorum matrimonia contracta, ſunt valida, matrimonia verò Equitum S. Ioannis ſunt inualida, de qua re vide *Dianam tom.* 3. *tract.* 2. *reſol.* 30. *Lezanam p.* 2. *cap.* 10. *nu.* 7. *&* 8. accedit *Theſaur. verb. matrimonium cap.* 4. *verſ. nota* 3. *& ſeq.* quando etiam dixi, dictam excommunicationem, eſſe nulli reſeruatam, intellige, ſi nõ fuerint denunciati tales, quia tunc ab ea abſoluit Epiſcopus, quæ abſolutio ſemper danda erit poſt ſeparationẽ, aliàs quis non eſt capax illius, ob occaſionem proximã.

Matrimonium contrahens cum aliquo impedimento dirimente, vltrà caſus proximè enumeratos, non incurrit excommunicationem dictæ *Clementinæ*, ita poſt *Suarez*, *Sanchez*, *& alios*, *Bonacina cit. p.* 7. *nu.* 20. & ſi exiſtimet, contrahentem cum conſanguinea infideli, incurrere hanc cenſuram, non quatenus contrahit cũ infideli, ſed quatenus contrahit in caſibus prohibitis in dicta *Clement.*

Matrimonia clandeſtina contracta ante *Conc. Trident.* & per conſequens, hodie ẽt in locis vbi non eſt receptũ Concilium, qui aſſerunt eſſe, & fuiſſe inualida, incurrit excommunicationem nulli reſeruatam *ex Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de reformatione*, vbi etiam ſimilis excommun. fertur cõtra eum, qui aſſereret, matrimonium contractum à filijsfamilias inconſulto patre, eſſe nullum, latè *Bonacina tom.* 3. *diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 8.

Matrimonium, inter aliquos contrahi, impedientes, an incurrant excommunicationem, de qua ſuprà *cogentes*, non eſt certum apud Doctores. Nam *Sanchez lib.* 4. *de matrim. diſp.* 22. *num.* 9. *cum alijs*, affirmat, ex eo, quòd dicta excommunicatio ſit lata à S. Concilio in fauorem libertatis matrimonij, cui libertati non ſolum aduerſatur coactio ad contrahendum, ſed etiam impedimentum, ne contrahatur. Negat verò probabiliter poſt *Suarez*, *Henriquez*, *& alios*, *Bonacina to.* 3. *diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 6. *n.* 3. ex regula illa ſæpius reperita, quòd in ſimili materia non ſit extenſio de caſu ad caſum, nec habet locum argumentum à pari, vel maiori ratione, ſequitur poſt *Pontium de Leone*, *& alios Barboſa de officio*, *& poteſtate Epiſcopi allegat.* 50. *num.* 244. *in addit.* Limitat tamen *Bonacina de matrim. q.* 3. *p.* 8. *nu* 34. & ſequitur *Theſaurus verb. matrim. cap.* 7. niſi id impedimentum apponeretur ad hoc, vt talis ſic impeditus contrahat cum alia determinata perſona, quia hoc eſſet cogere ad cõtrahendum, cum iſta. Non declarant autem Autores, an illa excommunicatio contra cogentes, vt ſup. incurratur ſtatim, vel requiratur, vt effectus, ſcilicèt matrimonij, ſequatur, vndè videntur ſupponere, ſtatim cogendo directè, vel indirectè, illam incurri, ſed cum ibi coactio prohibeatur ad finem contrahendi matrimonium, crederem, dictam excommunicationem non incurri, niſi effectu ſequuto, etiam ſi tale matrimonium ſit inualidum ratione metus, & coactionis, vt infrà ſuo loco, *cum de matrimonio*, explicabo.

Mediatores in ſimonia circà beneficium, vel ordinem, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, *extrauag. cum deteſtabile de ſimonia*, *Suar. tom.* 5. *diſput.* 22. *ſect.* 5. *nu.* 22. *Raſtellius de cenſuris q.* 9. *art.* 1. *num.* 30. *excommunic.* 14. Quòd interceſſores non incurrunt hanc excõmunicationem, vide in Addit. ad fol. 391.

Medicinæ, vel iuri ciuili operam dantes Clerici, vel Religioſi, infra verbo *ſtudijs*.

Minis afficientes per ſe, vel alios, eos, qui in Romana Curia litigant, occaſione eiuſdem litis, ſiuè illorum Aduocatos, Procuratores, Iudices, ac ipſos, inuadentes, verberantes, ſeù occidentes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, Alexander VI. conſt. 11. vbi excõmunicantur eodem pacto, dictas perſonas receptantes, aut fauore adiuuantes, hodie eſt in Bulla Cœn. can. 12. vbi latè Bonac.

Miniſtri Officij Pænitentiariæ aliquid, etiam ſponte oblatum, ſiue pro expeditionis celeritate, ſiue pro alio extraordinario labore percipientes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam. Pius V. conſtit. 83. t. 3. Bullar. fol. 282. horum Miniſtrorum nomine, nõ veniunt Pœnitentiarius maior, neq. Pænitentiarij minores & tantò magis ſollicitatores, vulgò ſpeditionieri. *Theſ. v. munera c.* 2

Miniſtrum S. Officij, Aduocatũ, Procuratorem, accuſatorem, denunciatorem, teſtem, vel alium in cauſa fidei, perterrefaciens, verberans, &c. incurrit excommunicationem S. Pontifici reſeruatam. Pius V. conſtitut. 38.

Iulius

Digitized by Google

Iulius III. conſt. 12. vide ſupra *Inquiſitores.*

Miracula falſa, vel incerta in ſermonibus, vel concionibus euulgantes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatã Leo X. in Concilio Lateranenſi ſeſſ. 4. vide ſuprà *Concionatores.*

Miſſam inceptam Sacerdos relinquens, quòd non ſit excõmunicatus poſt *Nau: Rodriq. to. 3. qq. regul. q. 4. art. 4.* videte infrà *recol. 6. n. 838.*

Monaſteria noua erigentes Religioſi ad habitandum, vel antiqua alienantes, vel mutantes abſq. ſpeciali S.P. licentia, incurrunt excom. nulli reſeruatam. Bonifacius VIII. *in cap. cum ex eo de exceſſibus Prælatorum, & Clementina cupientes de pœnis,* latè *Bonacin. t. 3. diſp. 2. q. 8. p. 2.* vbi quòd dictã excõmunicationem olim non incurrebant Mendicantes, quia reperiebantur cõceſſa priuilegia pluribus Religionibus pro erigendis nouis monaſterijs, contrà diſpoſitionem ſupradictorum iurium. Sed Clem. VIII. in quibuſdam litteris in forma Breuis (relatis, per *Baldum v. monaſterium,* & per *Lauretum de Frãch. in ſuis controu. fol. 103.*) reuocauit omnia dicta priuilegia, & ſub eadẽ pœna excõmunicationis, contrauenientibus præſcripſit formam obſeruandam in erectione nouorum monaſteriorum, vt ſcilicet deinceps non recipiantur abſque licentia Epiſcopi, vt ſtatuitur in Sacro Concilio Tridentino. Item quòd Ordinarij nõ cõcedant dictam licentiam, niſi vocatis Superioribus, vel procuratoribus aliorum Religioſorum ibi exiſtentium, & cauſa cognita, ſibi conſtito, quòd Regulares de nouo introducendi, ſubſtentari valeant ibi, ſine aliorum Regularium, ibi iam exiſtentium, detrimento. Hanc ordinationem Clem. VIII. innouauit Greg. XV. in decreto de ſub die 17. Auguſt. 1622. incip. *cum aliàs,* &c. apud *Lauretum de Franchis loco ſupracit. fol. 100.* vbi declarat, quorum Cõuentuum Priores, ſeù Procuratores vocandi ab Epiſcopo, ſcilicèt per *quatuor millia paſſuum, circumuicinis locis,* &c, ac quales hoc caſu debeant eſſe Conuentus de nouo erigendi, ſcilicet vt ſaltem duodecim Fratres, aut Monachi, ſeù Religioſi in eis inhabitare, ac ex redditibus, & eleemoſinis ſubſtentari valeant, quæ conſt. ſunt confirmatæ ab Vrbano VIII. cum alijs pœnis, vide *Lezanam p. 1. c. 9. nu. 34. & ſeq.* vbi quòd non dicatur acquiri nouus conuentus ad hunc effectum, quando fit mutatio in eadem Ciuitate, vel Oppido, & in ſpecie, quòd neq. requiratur tali caſu, licentia Epiſcopi ob priuilegium conceſſum Regularibus circa mutationem præfatam, probat, alijs doctus, mihi doctiſſimus *Diana p. 3. tr: 2. reſol. 136.* Ac licet contrarium doceat *Lauretus de Franchis in ſuis controuerſijs inter Epiſcopos, & Regulares cum de ſuprac. conſt.* Clem. VIII. *ad primum dubium,* & proſequatur *Theſaurus 2. p. de pœnis Eccleſiaſticis v. Religioſi cap. 1. verſ. Aduerte.* Tamen ex eo quia tantum hoc caſu requirũt hi DD. licentiam Epiſcopi, (cuius appellatione non venit Vicarius Generalis, niſi habeat ſpecialem facultatem, vt declaraſſe S. Congregationem, teſtatur *Nouarius in ſua Lucerna Regularium, verſ. monaſteria, num. 2.*) nec faciunt mentionem de alijs Religioſis audiendis, & quòd in hac re Epiſcopus ſit iudex, vt infra, coguntur fateri, quòd hic ſumus extrà caſum conſtit. Clem. Gregorij, & Vrbani, quibus reuocantur priuilegia, & licentiæ conceſſæ erigendi, &c. abſq. conſenſu Epiſcopi, ſi igitur non ſumus in caſu iſtarum Conſtitutionum, ergò viget adhuc priuilegium adductum *à Diana loco ſuprac.* concedens in ſpecie dictam mutationem abſque licentia Epiſcopi: Concordant autem ſupracitati authores, non eſſe neceſſariam dictam licentiam in ampliatione monaſterij, neque in acquiſitione de nouo alicuius hoſpitij, ita *Lauretus loco ſuprac. ad 2. & 3. & Theſaur. loc. ſuprac.* addit etiã locũ recreationis cauſa, q̃ doctrinã de hoſpitio, & loco recreationis, intelligerem, vbi nõ eſſet Eccleſia adiuncta, in qua poſſint adminiſtrari Sacramẽta, aliàs aperiretur via fraudibus, & ſic audiui ſemper obſeruatũ. Nota illa verba conſtit. Gregorij, *vel aliàs Ordinarijs locorum conſtiterit, &c.* nam ex eis, non obſcurè deſumitur, conſtitui Epiſcopum iudicem, ad quem ſpectet huius cauſæ cognitio, nam iudicis proprium eſt partes audire, & poſtea ad ſententiam deuenire, *can. iudicantem 30. q. 5. vbi gloſa prima,* & per conſequens, non ſolum, nequire Epiſcopum concedere licentiam conſtruendi noua monaſteria, abſq. cauſæ cognitione, vt probat *Lauretus loc. ſuprac. ad 4.* ſed etiã nequire abſque dicta cauſæ cognitione, repellere Regulares petentes dicta noua monaſteria erigere, argumento à contrario ſenſu, quòd in iure eſt fortiſſimum. Item quòd ſufficiat ſi Epiſcopus iudicet, nouum monaſterium nequaquã futurũ fore in detrimẽtum aliorũ Religioſorũ ibi exiſtentium, vt poſſit concedere dictã licentiã, non obſtante, quòd Regulares alij ſe opponant, ita intellige *Nouarium loco ſupracit. num. 3.* quòd confirmatur ex dictione illa *vel,* quæ ſignificat requiri, non concurſum omniũ, ſed alterius ex requiſitis tãtum, *cap. in alternatiuis de reg. iur.* & ita audiui fuiſſe declaratũ in caſu occurrenti. Quòd à dicta ſententia Epiſcopi detur appellatio, præſuppono vt certum, cum id expreſsè ſãcitum reperiatur in dictis conſtitutionibus.

Monetam Regis Franciæ falſificantes in præiudicium eius Regni, excommunicantur in *extrauag. vnica Ioannis XXII. de crimine falſi.* hanc excommunicationem *Filliuc. tr. 15. nu. 70.* putat, hodie non habere locum, quia illa

lata

lata fuit contrà falſantes monetā Regis Caroli, aut illo dominante, & ſi ſecus alii arbitrentur, vt eſt videre apud *Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 3. pun 8.* quibus modis falſificari dicatur moneta pro caſu iſto, ſi foret reſeruatus, latè *Barb. poteſt. Epiſc. ſup. alleg. 51. n. 53.* Regulares, & eccleſiaſtici monetam hodie falſantes, aut tondentes traduntur Brachio ſæculari, ex conſt. Vrbani VIII. incip. *in ſuprema,* de qua re ſuo loco.

Moniales extrà caſus conceſſos clauſuram exuntes, item qui exeundi facultatem concedunt, comitantes eas, & recipientes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam. Pius V. conſt. 8. habetur in Bullario nouo fol. 184. refert *Miranda in ſuo manuali Prelat. Regul. q. 3. art. 7.* & alii infrà allegandi, caſus conceſſi regulariter ſunt tres, nempè Epidemiæ, lepræ, & incendii, & magis cōmuniter infracit. Doctores concludūt, prædictam conceſsionem extendi ad alios ſimiles, inquibus eadem, vel vrgentior eſt ratio, vt per *Sanchez lib. 6. ſumma c. 15. n. 37. & ſequentibus,* quo loco explicat, qui ſint caſus ſimiles, vbi ſub *n. 31.* benè concludit, nec in *cap. periculoſo de ſtatu Regularium in 6.* nec in motu proprio Pii V. edito anno 1569. incip. *Decori*, vbi ponuntur dicti caſus, dari facultatem Epiſcopis declarādi, quæ ſint legitima cauſa exeundi, ſed tantū determinādi, an ea morbi cauſa, vel incendium, aut aliud quid ſimile, ſint vera, itaut non poſſit monialis ibi commorari ſine manifeſto periculo. De qua re, loquendo de tempore peſtis, latè *Marchinus in ſuo bello diuino p. 6. c. 4.* vbi de moniali omnino incorrigibili, an poſsit eiici, & de aliis cauſis, in quibus Epiſcopus poteſt concedere moniali licentiam egrediendi, de qua re latè *Bonacima de clauſura quæſt. 1. p. 4.* iuſtè concedi poteſt licentia ab Epiſcopo egrediendi ex cauſa infirmitatisquæ non poteſt curari, niſi monialis eggrediatur, vtpoſt alios eſt videre apud *Dianam p. 1. tr. 2. reſol. 105.* quòd licèt ſit verum de iure tamen de facto petitur licentia à S. Congreg. & ſic vidi obſeruatum Arimini in facto cuiuſdam monialis energumeneæ. fauet declaratio S. Congreg. apud *Naldum v. monia. n. 16. ad fine.* vide *Gauant. in manuali eod. verb.*

Quòd autem dixi de commitantibus, & receptantibus, intelligit *Sanchez ſup. nu. 72.* vbi tales fuerunt cauſa egreſſus monialis, vel ſaltim, vt perſeueret extrà clauſtrum, ſecus ſi comitentur, tantùm, vt eius honori, & honeſtati cōſulant. Itē *Mirāda ſup.* excuſat eos, qui comitantur, vel receptant ex compaſſione naturali in extrema, vel graui neceſsitate, exortando illam, vt reuertatur in monaſteriū, vbi allegat *Rodriq.* eſtq. ſin communē opinionē de receptantibus hereticos, non vt hereticos, ſed vt amicos, vel cōſanquineos, ꝙ ſ. nō incurrant excōm. latā cōtrà receptātes hæreticos, de qua re *Marchinus in ſuo bello diuino p. 6. c. 4. nu. 5.* in terminis *Bonac. q. 1. de clauſura p. 4. n. 5.* ex quibus patet, nulli dubiū eſſe, ꝙ incurrerat excomm. de qua ſuprà in cōcluſione, qui monialē iam ex deſperatione egreſſam reperiens, ad malum finem cōmitatus fuit eam, ac domi retinuit, vt cū ea, copulam haberet.

Concluſio principalis. Ampliatur primò, etiam ſi taliter egreſſa monialis, pænitentia ducta, reuertatur poſt modicum tempus intrà clauſuram, quia cùm iam ex violatione ne clauſuræ contraxerit excommunicationem, ſemper illa remanet ligata, donec abſoluantur, vt aliàs dixi ſup. *recoll. 1. n. 454.*

Ampliatur ſecundò, etiàm ſi egrediatur, vt intret aliud clauſtrum aliarum monialium, caſus euenit in quadam Ciuitate Lōbardiæ, vbi erant contigua duo monaſteria monialium, ex quibus aliquæ inter ſe amicitias contraxerunt, & foſſo pariete, de vno monaſterio in aliud tranſibant, quæſitum fuit an tales incurrerant hanc excōmunicationem, & reſponſum fuit affirmatiuè, quia quiſque ſub hac cenſura, tenetur non violare propriam clauſuram, vndè, & ſi aliam intret clauſuram, tamen violat ſuam clauſurā proprij monaſterii, quæ clauſura eſt locus. qui ianua clauſa continetur, ad quem aliis non patet acceſſus, *Sanchez libro 6. ſumma c. 15. num. 6. in fine.* qui *n. 40.* hac ratione, docet, non eſſe licitum etiam ex cauſa infirmitatis concedere licentiam moniali exeundi, vt ad aliud monaſterium etiam eiuſdem Ordinis, cauſa ſalubrioris aeris, vel maioris commoditatis, & ſic reperi retuliſſe poſt hæc ſcripta & lecta, *Marchinus in ſuo bello diuino par. 6. cap. 4. num. 32.*

Ampliatur tertiò etiam ad egredientes in domos contiguas, intrà quas conuerſæ profeſſæ, deſtinatæ eleæmoſinis colligendis, habitant, quia hæ nō ſunt partes monaſterij, ita quòd ſint intrà clauſurā. *Sanch. ſup. n. 9.*

Ampliatur quartò, etiam ad egredientes in Eccleſiam, vbi ſæculares ad diuina officia accedere ſolent, item ad egredientes *ad claudendum* vlteriorem ianuam, qua ſolet patere aditus, ſecularibus venientibus ad Rotā, vel ad cratem, quia iſta loca ſunt extrà clauſuram, vt declarauit Greg. XIII. in ſuo motu proprio incip. *Deo ſacris virginibus,* & refert *Sanchez ſup. num. 68.* vndè firmat ipſe, quòd monialis egrediens dictam primam portam quauis ratione, etiam ſi vlteriorē non tranſgrediatur, dicatur tranſgredi clauſuram, & incurrat excommunicationem prædictam.

Ampliatur quintò, vt talis monialis violans clauſurā, & Prælatus dans licentiam, nō ſolū incurrat excommunicationē prædictā, ſed etiam priuationem dignitatum, & officio-

ficiorum obtentorum, & inhabilitatẽ ad ea obtinenda in futurum, ita Pius V. & declarat *Sanchez d. cap.* 15 *num.* 65. qui benè ibidẽ ſubdit, quòd tales pænæ priuatiuæ, non incurrantur antè declarationem Iudicis, eſt probabilis opinio, *Theſaur. p.* 1. *c.* 28. qui contrariam dicit communem, quam ſequitur *Bonac. q.* 3. *de clauſura p.* 4. *ad finem.*

Hæc concluſio ſic ampliata limitatur primò, in modico monialis egreſſu ex clauſura, quæ limitatio eſt indubitata, nam quælibet excommunicatio cenſetur lata prò materia graui, & ab ea cenſetur excepta materia leuis, & modica vt alìàs dixi. Difficultas eſt in determinando, quis egreſſus ſit modicus, *Graff. p.* 1. *decis. lib.* 4. *cap.* 23. *n.* 25. putat id eſſe, quando per duos ſolos pedes exeat monialis, qui idem dixit *tract. de quinq. caſibus lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 39. *&* 45. *Sanchez verò lib.* 6. *ſummæ cap.* 15. *num.* 7. putat, quòd tunc ſit dicendus modicus egreſſus, quando eſt totum corpus extrà clauſuram ideſt extrà oſtium clauſuræ, ſed quidem puto conciliari poſſe has duas opiniones, quòd illa *Graffij* intelligatur quando monialis egreditur per duos pedes, animo retrogrediendi, & ſic non trãſgrediendi clauſurã, quia tunc illa dicitur parua materia. Opinio verò *Sanch.* procedat quando monialis progreditur animo tranſgrediendi clauſuram, quia tunc ſtatim tranſacto oſtio, incurrit excommunicationem, & ideò & ſi pænitentia ducta retrogrediatur incontinenti, remanet ſemper cenſuris innodata, videte *Bonacinam de clauſura q.* 1. *p.* 4. *num.* 2. *& p.* 8. *n.* 7. vbi contrà *Graffium, & Naldum* docet, quòd licèt *monialis ſub oſtio clauſuræ exiſtit vno pede extrà ianuam extenſo, & alio intra ianuam retento, non violet clauſuram, & idem dici poſſit de moniali intrà Rotam exiſtente, tamen ſecus ſit, vbi monialis vtroque pede egreſſa eſt, etiam ſi ad vnum, vel duos palmos tantùm à ianua eggreſſa ſit*, ſed opinio prima eſt probabilis, vndè eam ſequi videtur *Diana p.* 3. *tr.* 2. *reſol.* 52. *ad finem. Gauant. ſup. n.* 67. Certũ autẽ eſt apud omnes DD. leuitatẽ materiæ hic non cõſiderari reſpectu temporis, quia exiens ad quodcumq. breue tempus, ſemper incurrit, notat in ſpecie *Vgolinus de officio, & poteſtate Epiſcopi cap.* 21. §. 2. *n.* 2. *in princ.*

Limita ſecundò in monialibus aſcendentibus ſuprà tecti tegulas, ſi intrà eam partem quæ ad monaſterium pertinent, contineatur tectum, quia tunc non dicuntur clauſuram excedere, ſed aſcendere ſupra clauſuram *Sanchez dicto cap.* 15 *num.* 7. *Gauan. ſup. n.* 16.

Limitatur tertiò, vt & ſi dictæ moniales tranſgredientes clauſuram, incurrant dictas pænas, tamen non incurrant caſum reſeruatum Clementis VIII. contrà violantes clauſuram monialium ad malum finem, quia talis reſeruatio reſpicit ſolum ingredientes dicta monaſteria, non autem moniales egredientes etiam ad malum finem, ita præſupponitur *à Graſſio ſup. cap.* 5. *num.* 7. *&* 11. *Vgolino de officio, & poteſtate Epiſcopi cap.* 21. §. 3. *num.* 9. *verſ. Addo.* vndè Confeſſarius approbatus ſimpliciter pro monialibus, iuxtà conſt. Gregorij XV. incip. *inſcrutabilis*, ſi ex priuilegio habeat facultatem abſoluendi à cenſuris S. Pontifici reſeruatis, poteſt abſoluere tales moniales, etiam ſi caſus non ſit occultus, quòd poſtea reperi etiam notatum *à Theſauro p.* 1. *de pænis eccleſiaſticis c.* 8. *verſ. abſoluere*, quod extendit *Bonacina de clauſura q.* 1. *p.* 5. *n.* 4. & ſi dictum crimen ſit deductum ad forũ externũ, quia adhuc dicti priuilegiati poſſent illas abſoluere in foro cõſcientiæ, quòd intellige iuxtà ea, quæ dixi *ſup. recoll.* 3. à quibus autẽ tales poſsint diſpẽſari in pænis priuationis, & inhabilitatis *Bonac. ibid. n.* 5.

Limitatur quartò, vbi talis tranſgreſsio fiat ex pura inaduertentia, ſeù incogitantia inuincibili, quia talis non eſt actus humanus & ſicut ſi dormiens, vel ebria, talis exiſteret, excuſaretur, ita in iſto caſu, quem habui in facto de quibuſdam monialibus, quæ aſcenderunt currum, exiſtentem in antiporta monaſterii, vt per dictam antiportam ſuprà dictum currum ambularent, nam caſu à vento aperta fuit ianua, & boues extrà monaſterium currum duxerunt, hic enim caſus ſucceſſit ex pura inaduertentia, nulla præuia malitia, ideo dictum fuit, excuſatas fuiſſe dictas moniales ſic ductas ext. clauſurã à cenſuris.

Limitatur primò, quando graue periculũ eſſet in mora, vt non poſsit expectari licentia Superioris egrediendi, vt in graui, & ſubito incendio, terremotu, ruina, & ſimil. vt per *Sanchez cit. cap.* 15. *nu.* 70. quo caſu neq. incurrerent aliquam cenſuram illas comitantes, vel receptantes, videte *Bonacinam ſupra c. quæſt.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 5. vbi quòd tenetur tamen dicta monialis, quæ vrgente neceſsitate, egreſſa fuit non obtenta licentia Superioris diſtantis, vt ſuprà, certiorare Superiorem de dicto egreſſu, vt iudicet, an cauſa egreſſus fuit legitima, & etiã an duret cauſa neceſsitatis ad hoc, vt teneatur reingredi clauſuram, *Bonac. ſupra c. q.* 1. *p.* 8. Qui *ibid. p.* 4. *n.* 3. poſt *Sanch.* docet monialẽ, quæ iuſta ex cauſa egreſſa fuit, non incurrere hanc cenſurã, ſi dicta cauſa ceſſante ſtatim nõ reingrediatur, cũ ſimus in materia odioſa, in qua nõ eſt faciẽda extẽſio, licèt cõtrariũ poſt *Llamas*, dicat *Nald. v. clauſura n.* 5.

Monialium monaſteria ingredientes prætextu facultatum cuiuslibet conditionis, & ſexus, ſint, licèt olim incurrebant excommunicationem non reſeruatam in *S. Concil. Trid.* hodiè non eſt dubium, incurrere reſeruatam S.P. ex conſt. Gregorii XIII. incip. *vbi gratia,*

&

Digitized by Google

& Pii V. incip. *monialium ſtatui*, de quibus feci mentionem ſup. *ingreſſum, Sanchez lib.6. ſuæ ſummæ moralis c.16. n.72. & 77. in princ.* vbi *num.*76. firmat, id eſſe verum, tàm de licentiis ante dictã conſt. Greg. ab aliis SS. PP. q̃ ab Epiſcopis, conceſsis, ſequitur innumeris aliis allegatis *Bonacina de clauſura q.5.p.8. n.7.* Ampliatur primò, concluſio etiã quoad ingredientes eadem monaſteria ex facultate Epiſcopi, vel alterius Superioris, cuius eſt, licentiam ingrediendi concedere, ſi tamen ingrediatur, neceſsitatibus non vrgentibus. *Sanchez ſup. num.72. & 90. Riccius in praxi Regularium reſolut.*544. *nu.*4. *Barboſa de officio, & poteſt. Epiſcopi alleg.*50. *n.*151. *Graff. de 5. caſibus lib.2. cap.5. num.* 40. Vnde ſi fuit conceſſa licentia alicui ex cauſa vrgenti ab Epiſcopo, ſi illa poſtea ceſſet, & talis ingrediatur, incurritur ead. excommunicatio; ſecus ſi quando fuit conceſſa licentia, tunc nõ vrgebat neceſsitas, ſed nunc qñ ingreditur, vrget: ita *Sanchez d.c.*16. *ſub n.*90. qui tñ hoc caſu defendit, hunc incurrere excommunicationem nulli reſeruatam, latam in Trid. quia licentia fuit irrita non exiſtente cauſa vrgente, concordat *Bonacina q.4.p.4.nu.9.*

Limitatur tñ primò, vbi & ſi quis habeat licentiam, & facultatem, ingreditur tamen non innixus illi, ſed quaſi prorſus carens dicta facultate, ita *Sanch. ſup. num.*8. ſequitur *Bonac ſup.p.5.n.5.* Limitatur ſecundò, ſi quis ingrediatur ignorando, hanc reuocationem licentiarum, & ſic cum ignorantia etiam craſſa, & affectata, dummodo non ſit temeritas; ratio eſt, quia in dicta conſtitutione Gregorii adeſt illud verbum, *audeant*, vndè præſumptio eſt neceſſaria, vt ſæpius dixi, & in terminis notat *Sanchez dicto cap.*16. *n.*82. *Miranda in ſuo manuali prælat. regul. cum de monialibus quæſt.2. art.12. concluſ.1. Bonacina ſup. num.*6. & ſic ſufficit bona fides. Limitatur tertiò in ingrediente prætextu facultatis inualidæ, quo caſu tãtũ incurritur excõm. *Trident. ibid. Bonac. n.* 6. Quòd ab hac excõmunicatione, etiam ſi ſit occulta, non poſſit Epiſcopus abſoluere, cùm in dicta conſtitutione Greg. XIII. ſit derogatum facultati huic, ex Concil. Trid. competenti Epiſcopis in caſibus occultis: docet *Riccius in praxi p.1. reſolut.*544. *nu.*5 fauet *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.*39. *nu.*45. *& alleg.* 103. Contrariã tñ opinionem poſt alios probat *Bonac. ſupra c. p.5. Theſau. v. clauſura c.*4. & loquendo etiã in caſu, quo ſubſequutũ ſit ſtuprum *Diana. par.2. tr.2. miſcell. reſol.*35.

Moniali ũ monaſteria ingrediẽtes nõ prætextu facultatum, ſed abſq. licentia Superiorum, quando non fuit dictus ingreſſus ad malum finem (de qua re infrà.) an incurrant excommunicationem S.P. reſeruatam, vel non reſeruatã, eſt difficultas, apud DD. *Sanchez ſup. n.*76. refert duas ſententias, prima eſt, quòd incurrant excommunicationem S.P. reſeruatã à Greg. *Nau. Villag. Beya. Azor. & Zecchij*, item refert, *Nau.* teſtari, quòd ſic declarauerit Pius V. & *Villag.* aſſerentẽ, ſic declaraſſe Greg. XIII. ac tandẽ *Zecchiũ* eundẽ, iſtã appellantem tutiorem opinionem: huic opinioni accedere videntur *Miranda loco ſuprac. concluſ.3. Graſſius de 5. caſibus lib.2. cap. 5. ſub. nu.*38. *& Homob. tract.5. ſui examinis q.*6. vbi hanc opinionem dicit conſuetudine confirmatã, de qua etiã, ac de tutiori, teſtatur poſt *Filliuc. Bonac. q.4. de clauſura p.5. n.4. in fine.* de ſtilo Curiæ teſtatur *Theſaurus verbo clauſura cap.4. verſ. ita ſecundum, & verſ. aduertendũ.* Secũda opinio eſt *Suar. Zerolæ, Philiarchi, Sayri, & Rodriq.* cui accedit ipſe *Sanchez num.* 29. quòd ſcilicèt non incurratur dicta excommunicatio reſeruata, ſed tãtum non reſeruata, lata in S. Concil. Trid. vbi poſt *Rodriq.* teſtatur, iſtam fuiſſe ſententiam multorum Doctorum Salmanticorũ, & ita fuiſſe obſeruatum, & ita refert declaratũ à S. Cõgreg. *Megalius p.3. lt.4. n.15. in fine*, ſequitur *Diana, alijs allegatis, p.2. tr.1. miſcell. reſol.*32. ita deciſum refert *Beya p.1. reſponſ. Bonon. Congr.* 10. *caſu* 3. latè confirmat *Campanilis rubr.12. c.16. nu.24.* omninò videndus, quia loquitur etiam in caſu, quod per accidens, talis rẽ habuiſſet ibi cũ moniali Dixi *per accidens*, quia ſi ex cõdicto intraret ad malum finem, certũ eſſet, quòd ſit caſus reſeruatus, vt infrà *concluſ. ſeq.* Hæc opinio & ſi ſit probabilis, tamen hodie crederem, non poſſe Confeſſarium tutò illam ſequi ex ſtylo de quo ſuprà, quẽ confirmat Vrbanus VIII. nunc diuina gratia Summus Pontifex in quodam breui indulgentiarum initio ſui Pontificatus promulgato anno 1623. vbi expreſsè ſupponit ſibi reſeruarã eſſe abſolutionẽ huius caſus, q̃ ſufficit, vt reſeruatus cẽſcatur caſus, maximè in futurum, non credo tñ ideò adeſſe cenſurã, habes verba Vrbani relata *inf. cõcl. ſeq.* Quòd autẽ *Ricc.* putat in *praxi fori eccleſiaſtici reſol.* 544. eſſe reſeruatã dictã excommunicationem pro ingredientibus monaſteria S. Dominici, & S. Franciſci, non autem aliorum Ordinum, non eſt verũ hodiè, poſt conſt. Greg. & Pij V.

Ampliatur hæc concluſio, primò quòd procedat, tã ſi fæmina, quàm maſculus ſit, qui ingrediatur, vt patet *in d. textu Concilij & conſt. Greg. & Pij V. Riccius d. reſol.*544. *n.*4. & alij cõmuniter, quòd eſt certũ etiã ſi dictæ fæminæ ſint fundatrices monaſterij, *Portell. verbo clauſura monialium in addit. num.* 5. Reſtringe vbi ingrederetur femina abſque licentia, ſed cauſa iuſta, puta animo habitus Regularis aſſumẽdi, & profitẽdi, excuſatur. n. hoc caſu ex bono fine, ne. ſ. impediatur ingreſſus à parentibus, fauet *Sanch. d.c.*16.

 *num.*

Digitized by Google

*num.*74. ſequitur *Bonacina de clauſura quaſt.* 4.*p.*1.*n.*3. Ampliatur ſecundò etiam in Cardinalibus, niſi monialium Prælati Ordinis ipſi ſint; nam etiam egent licentia pro cauſis neceſſarijs, & exprimuntur in Bulla Greg. *Miranda in ſuo manuali Prælat. Regular. cum dictis monialibus q.* 2. *art.* 13. *in concluſione.* Ampliatur tertiò etiam in eo, qui habuit licentiam pro caſibus neceſſarijs, & ingrediatur abſq. neceſsitate, vt ſuprà concluſione præcedenti ampliatione quarta, accedit *Megal. p.*3. *lib.*4. *cap.*3. *n.*10. vbi refert conſtitutionem Gregorij XIII. idem dic de habēte licentiā ſubreptitiā *Sanch. d. cap.* 160. *num.*73.

Limitatur tamen primò, quando fuerit modicus ingreſſus: An autē ſit modicus ingreſſus, quando quis ingrederetur per duos pedes clauſuram, vt putauit *Graſſius*, vel quando quis haberet partem corporis intrà & partem extrà clauſuram, vel tantum eſſet in oſtio: vt docet *Sanch. d.c.* 16.*n.*70. dixi ſup. Limitatur ſecundò, vbi quis ingreditur ex cauſa iuſta, & cum licentia, finito tamen negotio, non ſtatim egrediatur, ſed ibi moram trahit, & ſi diutinam, ac etiā ſi mala intentione, vt benè *Sanch. ſup. n.*69. quidquid in hoc magis ſcrupuloſè loquatur *Miranda d. q.*2. *art.* 20. & maximè omnium *Naldus v. monialis num.*15. Limitatur tertiò, in cauſis neceſſarijs incendij, inundationis, &c. vbi moraliter non ſuppetit tempus petendi licentiam, vt communiter omnes Doctores admittunt, idem etiam erit, ſi quis inſecutus ab inimicis, ingrederetur monaſterium ad ſaluandā vitā. *Graſſius d. quinq. caſib. lib.*1. *c.*5. *n.* 49. negat autem *Sanchez* de eo, qui inſecutus eſt à Curia *d. cap.*16. *num.*57. & *ſeq.* Limitatur quartò in eo, qui ingreditur ex cauſa iuſta, & cum licentia, & ſolum progrediatur vltrà, percurrendo officinas, & alia loca monaſterij *Rodriq. tom.*3. *quaſtionum Regular. q.*6. *art.*2. fauet *Sanchez ſup. n.*69. *in principio.* Limitatur quintò, quando quis ingrederetur ex ignorantia, dummodo non ſit temeritas, *Vulpe c.*4. *praxis n.*9. quia in *dicta conſtitutione* requiritur audacia, & præſumptio. vndè *Miranda d. art.* 12. *concluſ.* 12. excuſat eum, qui putat eſſe cauſam iuſtam, habens in corde, quod ſi ſciret non eſſe iuſtā, nequaquā ingrederetur, fauet *Graſſius ſup. num* 29. vbi ponit caſum. Limitatur ſextò, in pueris, & puellis, non habentibus vſum rationis, vel in adultis amentibus, ipſi enim nō ſunt capaces peccati, nec cenſuris, *Sanchez dicto cap.* 16. *num.*6. & duobus ſequentibus, quòd eſt certū. An autem incurrāt excommunicationē moniales introducētes, & vide ſup. verbo *ingreſſum in monaſteria monialium permittentes*, quibus illic allegatis pro negatiua, adde *Megal. p.*3. *cap.*2. *num.*12. *in fine*, & alios, quos refert, & ſequitur, contrà *Naldum, & Homobonum, Bonacina ſup. nu.* 5. de communiori opinione, poſt *Dianam, Layman*, & alios, teſtatur *Theſaurus cit. ca.*4. *verſ. incurrunt autem, ad fin.* Limitatur ſeptimò, in moniali alterius Ordinis, & habitus extrà ſuū monaſterium, exiſtente *Bonac. ſup. p.*4. *n.* 3. qui ſecus dicit de moniali eiuſdē Ordinis & habitus, contrà *Sanchez infrà allegandā concluſ. ſeq. in* 3. *difficult.* vbi videas de hac re. de facto autem ſēper ſequitur licentia S. P. *Diana p.*3. *t.*2. *reſ.*99. Limitat octauò, *Portell. v. clauſura monialium in addit. n.*1. vbi quis ingrederetur monaſteriū monialium Ordinis militaris, quæ promittunt caſtitatem cōiugalē tantum, quia hæ non ſunt Religioſæ abſolutè, & ſimpliciter, quarū monaſteriorū ingreſſus non prohibetur à Concil. Trid. Pio V. & Greg. XIII. & ſi probet, ob prohibitionē Regulæ; Minoritas, illa intrando, peccare mortaliter, fauet huic limitationi, quæ dixi ſuprà de conſeruatorijs, & monaſterijs Turris ſpeculorū Romę, & Matris Vrſulę Neap. Limitaur tandē in ingredientibus cū licentia, ſed non in ſcriptis, vt poſt alios habetur per *Dianam cap.*3. *tract.*2. *reſol.*129. quem ſequitur *Theſaurus cit. cap.*4. contrà *Sanchez, Suarez*, & alios. An poſsit abſolui dicta excommunicatio ab Epiſcopo ſi ſit occulta, patet ex ſupradictis *concluſ. praecd.*

Monialium monaſteria ingredientes ad malū finē, (libidinis ſcilicèt, vt explicāt DD. infracitandi) incurrunt excommunicationem S.P. reſeruatā, patet in decreto Clementis VIII. edito anno 1602. vbi inter alios caſus, à quibus prohibentur abſoluere Confeſſarij priuilegiati: vnus eſt iſte, violationis clauſuræ Monialiū ad malum finem, per quod decretum, præſupponitur, talem excommunicationem eſſe S.P. reſeruatam, vt ſuo loco dictum eſt: in ſpecie notat *Graſſius lib.* 1. *de* 5. *caſibus cap.*5. *num.*7. *in fine* qui *n.* 17. firmat, quòd nec ab ea poſsit abſoluere Epiſcopus etiā ſi caſus ſit occultus, concordat *Bonac. q.* 4. *de clauſura p.*8. Contrarium tamen docet *Diana p.*2. *tr.*2. *miſcellaneo reſol.*35. ſequitur *Theſaurus cit. cap.*4. quòd ſit clarū ex dictis ſuprà, ſæpè quòd ipſum decretum Clem. nō deroget poteſtati Epiſcoporum, ſed tantum Confeſſariorum, ergò tantò magis id poteſt Confeſſarius virtute Cruciatæ, & tempore iubilei. Limitat verò *Zerola in ſua praxi epiſcopali*, qn̄ quis ingreditur ex cauſa iuſta, & cū legitima licētia, ſi poſtea cū moniali intrà monaſterium rem habeat, quam limitationem non impugnat *Sanchez lib.*6. *ſua ſumma cap.*16. *num.*69. *in fine*, & poſt *Nau. in quodam conſilio edito ſuper hoc caſu*, probat *Cāpanilis rubr.* 12. *c.*16. *n.*24. & *Diana p.*3. *tr.*2. *reſ.* 67. Cōtrariū tamen vt probabiliſſimū docet *Bonac. q.*4. *p.*4. *ad finem.* quòd hic talis afficiatur excommunicatione S. Pontifici reſer-

ſer-

Digitized by Google

ſeruata, & *Mirolla apud Dianam ſup.* Ego autem dicerem cum Authoribus primæ opinionis non incurrere talem cenſuram, ſed benè caſum reſeruatum Summo Pontifici, ita enim mihi probat conſtitut. Clementis VIII. 24. Decembris 1604. quam habetis apud *Quarantam verbo confraternitates*, vbi declarando, quid intelligatur pro caſu violationis clauſuræ monialium, à quo inter alios, Confeſſarij priuilegiati prohibentur abſoluere in alio decreto eiuſdem Pontificis de *abſolut. à caſib. reſer.* ſubdit hæc verba, *videlicet* (*ſinè neceſſaria, & vrgenti cauſa, ac ſinè ſuperiorũ licentia, vel etiã ſi cauſa, & licentia abutentes, prædicta monaſteria ingreſſi fuerint*) & confirmatur ex indulgentia plenaria conceſſa ab Vrbano VIII. S. P. quem diu ſeruet Deus incolumem, in principio ſui Pontificatus, data Romę die 23. Octobris 1623. vbi prohibet ne Confeſſarij abſoluant caſum violationis clauſuræ monialium, declarãdo hoc modo, vt habetur in ſummario vulgari eiuſdem indulgentiæ, *cioè quando alcuno ſenza neceſſaria, & vrgente cauſa, e ſenza licenza de ſuperiori, ouero cõ abuſo di eſſa, foſſe entrato dentro a monaſterij*: Ecce clarè, quòd mens S. Pontificis eſt, declarare, quòd hic caſus ſit S. P. reſeruatus, quòd vt dixi ſuprà *cõcluſ. præced.* ſufficit, & ſic intellige *Lazarium de blaſfemia quæſtione* 10. *num.* 31. *ad finem*, qui reprehendit *Graffium* docentem, hoc caſu excommunicationem incurri.

Sed prima difficultas eſt. An moniales ipſę introducentes homines ad malum finem, & non prætextu facultatum abrogatarum, nec licentiarum à Prælatis pro caſibus neceſſarijs, & iuſtis cauſis, conceſſarum, incurrant aliquam excommunicationem. *Graffius de* 5. *caſibus lib.* 1. *c.* 5. *num.* 50. videtur annuere, cùm aſſerat, moniales introducentes adultos furioſos, incurrere excomm. latam in *Concil. Trid.* quæ quidem non requirit prætextũ facultatum, quod etiam videtur docuiſſe *Sanchez cit. cap.* 16. *nu.* 8. ergò præſupponit, eſſe excommunicationẽ contrà moniales introducentes etiam non prætextu facultatum, vel licentiarum. Sed quidẽ contrariũ eſt verius ſcilicèt, quòd hoc caſu nulla incurratur excõmunicatio, vt dixi *ſup. v. ingreſſum.* & *Graff.* ſua pace fallitur, quia in *Concil. Trid.* non imponitur excommunicatio contra moniales admittentes, ſed tãtum contra ingredientes, vt eſt videre *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. & ita poſtea reperi ponderatum dictũ caſum, *à Diana* poſt *Barboſam, p.* 2. *tract.* 16. *aliàs* 2. *miſcellaneo reſolutione* 34. vndè in rigore non incurrit excommunicationem, licèt maiorem committat culpam, ita *Miranda q.* 2. *de monialibus, art.* 10. *concluſ.* 1. Dixi *in rigore*, quia contrarium ſeruatur in praxi, vt poſt *Scortiam*, dixi ſup. *verb. ingreſſum in monaſterijs monialium, verſ. ſed quidquid.*

Secũda difficultas, an ignorãtia talis cõſtit. & ſi non ſupina, nec craſſa, excuſet in hoc caſu ingredientem ad malum finem ab ipſa cenſura. Aliqui opinantur, non excuſare, *apud Mirandam dicta quæſt.* 2. *art.* 12. *concluſ.* 2. expreſsius *Graffius de* 5. *caſibus lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 21. Sed hi DD. forſan eius ſunt opinionis, quòd ad incurrendam cenſuram ſit ſufficiens ſcire, factum eſſe prohibitum, & ſic eſſe malum, quæ opinio & ſi ſit probabilis, tamen ex eo quia contraria opinio, quòd etiã ſit neceſſaria ſcientia prohibitionis iuris poſitiui, ac etiam cenſuræ, eſt quoq. probabilis, vt ſup. *recoll.* 1. *n.* 354. ideò poteſt talis ignorantia excuſare contrauenientem ſecundùm hanc ſententiam, in quam videtur inclinare *Miranda ſuprà.* An idem ſit de reſeruatione, vide *loco ſuprà num.* 401.

Tertia difficultas, an idẽ ſit in alia moniali alterius monaſterii, ingrediẽte ad malũ finẽ aliud monaſterium, vt in caſu, de quo ſup. *Moniales ampliatione* 2. in quo ingreſſus erat ad malum finem, & cũ fuiſſet quæſitũ an illa incurreret in iſtum caſum, ita quòd non poſſet abſolui, niſi à S. P. fuit per viros doctiſsimos reſolutũ pro affirmatiua ſẽtẽtia, quia non ſolũ maſculi, ſed etiã fœminæ violant clauſuram monialium intrando indebitè, vt ſuprà dixi, quod eſt verum, non ſolum in fœminis ſæcularibus, ſed etiam in monialibus ſaltem alterius Ordinis, & habitus, ac quoque eiuſdem Ordinis, iuxtà *Sanchez infracit.* quòd & ſi non ſubſiſteret, neq. poſſet effugere aliam cenſuram, etiam reſeruatã contra moniales, extrà caſus ſibi conceſſos, clauſurã exeũtes, de qua infrà, fauet *Sanchez lib.* 6. *ſuæ ſummæ c.* 16. *n.* 10. vbi quærit, an moniali iter agenti, aut legitimè extra monaſterium exiſtenti, interdictus ſit ingreſſus in aliud monaſterium eiuſdem, vel diuerſi Ordinis, vbi non ſolum ſemper requirit licentiam Prælati, vel ſaltẽ Abbatiſſæ, ſed etiam putat, hãc licẽtiã nõ poſſe concedi moniali, vbi ſolum gratia animi recreandi, vel aliquam amicam inuiſendi gratia, vellet ingredi, ergò à fortiori eſt ei interdictus ingreſſus ad malũ finẽ, & quando abſq. illa ex legitima cauſa ſuum monaſterium egrederetur. Quid autem hoc caſu intelligatur appellatioue monaſterii. Reſpondetur, intelligi monaſteria, vbi ſunt moniales profeſſæ quatuor votorum, nempè paupertatis, caſtitatis, obedientiæ, & clauſuræ, ita omnes communiter docent, vndè alia loca vbi mulieres etiam geſtantes habitum religioſũ, & cõmu-



Digitized by Google

niter viuunt, vt ſunt Conſeruatoria, de quibus *praxis Archiep. Neap. cap. 55. vel Turris ſpeculorum in vrbe, Nauar. conſ. 7. & 8. de ſtatu monachorum*, non includuntur, quia ipſæ non habent clauſuram, nec ad eam aſtriguntur, vt per author. allegatos & ſi ſint ſubiectę Epiſcopis, vt per *proxim Archiep. loco citato* Neq. monaſteria monialium Ordinũ militariũ, vbi promittũt paupertatẽ, obedientiã, & caſtitate coniugalẽ, vt dixi ſuprà. Secundò intelligitur hoc caſu totum monaſterium incipiẽdo à ianua incluſiuè, ſicut.n. dixi ſup. reſpectu monialis frangentis clauſurã, excũdo, ita dicendum erit de extranea frangente, ingrediendo, contrariorũ enim ead. debet eſſe diſpoſitio. *Sanchez d. cap.* 16. *num.* 11. latius *Graffius de 5. caſibus lib.* 1. *cap.* 5. vbi etiã explicat, quòd ingreſſus dici debeat ad malum finem, non ſolum ſi fuerit ad tangendum, oſculandum, habendam copulam, ſed etiam ad loquendum turpia, vel moroſam delectationem capiendam, etiam ſine relatione ad copulam carnalem, vt ibidem *n.* 9. qui *nu.* 54. docet id eſſe verum, etiam ſi non fuerit ſequuta copula, ſed tantum delectatio tactus.

Monialium monaſteria ingredientes Superiores ipſarum, etiam ſi ſint Cardinales, ſiuè Regulares abſq. cauſa neceſſaria, prima vice incurrunt interdictũ ab ingreſſu Eccleſiæ, ſecunda vice ſuſpenſionẽ à munere Põtificali, & à diuinis; tertia vice excommunicationẽ, Gregorius XIII. in ſupracitata conſtit. 26. incip *in dubijs, quæ emergunt*, refert illam *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 102. *nu.* 43. *Sayrus lib.* 3. *cap.* 31. *num.* 15. quæ excommunicatio eſt nulli reſeruata, *Nau. de Regularibus num.* 26. *not.* 4. *Filliuce. tract.* 15. *num.* 118. *Sanch. lib.* 6. *ſua ſumma cap.* 16. *n.* 98. vbi quòd ſub dicta excommunicatione non includãtur Vicarij Generales ipſorum Epiſcoporum, neque Prælati, Epiſcopis inferiores, ſi ipſi tunc curam gerunt monaſterii alicuius monialium, & proſequitur *Bonacina de clauſura quæſt.* 4. *pun.* 5. *n.* 11. licèt iſti non euaderent aliam excõmunicationem contra ingredientes abſque licentia ex cauſa non neceſſaria, ſecundùm opinionem, de qua ſup. Prælati Regulares præter excommunicationem incurrunt priuationem omnis officii, & miniſterii. Circà autẽ vtroſq. Superiores, poteſt dubitari primò, quæ nã cauſa cenſeri debeat neceſſaria ad hunc effectũ, cui ſatisfit per regulam generalem, quam in hac materia ingreſſus, vel conceſſionis licentiæ ingrediendi in dicta monaſteria monialiũ, afferunt Doctores communiter, quòd ſcilicet dicta cauſa nõ requiratur, quòd *ſit logica, & phiſica, & ſic extrema, ſed ſufficit ſi ſit moralis tantũ*, hæc ſunt verba *Hieron. Campanillis in ſuo diuerſorio iuris canonici rub.* 12. *c.* 16. *ſub num.* 25. quẽcitat *Rodriq.* proſequitur in terminis ferè huius noſtræ concluſionis, poſt *Mirandam, Barboſa ſup. num.* 48. vbi quando cauſa viſitationis, vel electionis Abbatiſſæ ſit iuſta pro dictis Superioribus ad ingrediẽdum, de quo ſecundo caſu fuit declaratum à S. Congreg. non licere ingredi cauſa recipiendi vota monialium egrotantium, refert *Naldus verb. monialis num.* 16. intellige vltra caſũ, de quo ibi *Barboſa*, in quo alias prudẽter iudicetur, nõ poſſe canonicè fieri dictam electionem ob inquietudinem monialium, & ſuſpicionẽ ſubornationis, niſi ipſis intrantibus. Et in ſpecie, quòd nec conſecratio ipſarum monialium, neque Sacramenti Confirmationis collatio, ſint cauſæ neceſſariæ prò Epiſcopis, ingrediendi dicta monaſteria. notat idem *Barboſa ſup. alleg.* 27. *n.* 56. Poteſt dubitari ſecundò, an ex eo, quòd in dicta cõſtitutione Gregorii, dicatur, quòd quando vrget caſus neceſſarius ingrediendi pro dictis Superioribus, *id faciant à paucis, iiſq. ſenioribus, ac Religioſis perſonis, comitati.* An incurrant dictas pænas, ſi ſoli ingrediantur, vel etiam ſi ducant ſecũ perſonas non religioſas, nec ſenes, cui dubio *Sanch. loco ſuprac. n.* 90. Reſpondet negatiuè, cùm dictæ pænæ duntaxat imponantur contrà ingredientes in caſibus non neceſſariis, proſequitur *Bonacina ſup. n.* 12. qui tñ non tangunt, an ipſi, qui cum dictis Prælatis ingrediuntur hoc modo, contrà formam conceſſionis, incurrant, quia præſupponunt, hunc ingredi hoc caſu cum licentia Prælati, & comitatum ipſius eſſe cauſam vrgentem, quibus duobus concurrentibus, certum eſt, euadere ingredientes, non ſolum cenſuram dictæ conſtitutionis Gregorii, ſed etiam Tridentini quòd procedere volunt aliqui, quos ſuprà retuli, etiam ſi ſequatur ex tali ingreſſu aliquis effectus malus in ſpecie luxuriæ, vt dixi ibid. Quo verò ad Regulares, eſt dubiũ primũ, vtrũ dictas pænas priuationis officii, & miniſterii, incurrant ſtatim, vel tertia tantũ vice, qñ ab eis incurritur excomm. in quo dubio, *Bonac. loc. ſuprac.* putat probabilẽ opinionẽ *Llamas* ꝙ illas non incurrat, niſi tertia vice, cũ in pænis mitior pars accipienda ſit. Secũdum dubium, vtrum iſtæ pænæ priuationis, iſta tertia vice incurrantur in foro conſciẽtiæ ante ſententiam iudicis, *Sanchez ſup. nu.* 98. *ad finem*, contra *Sorbum* reſpondet negatiuè, affirmãs requiri ſententiã iudicis, proſequitur *Theſaurus verbo clauſura cap.* 6. *verſ. nota*, vbi etiam, quòd hæc talis priuatio non ſit perpetua, neque incurratur inhabilitas ad ſimilia. Tertium dubium, à quo poſſint abſolui dicti Superiores Regulares, qui incurrerunt in dictas pænas, (de his loquor, quia de excommunicatione, certum eſt, eſſe nulli reſeruatum, ideòq. à quolibet

bet Confeſſario poſſe abſolui *Bonac. ſup.n.* 13. intellige niſi de illa fuerint denunciati excommunicati, quia tunc cenſetur reſeruata dicta excommunicatio ipſi denuncianti, vel cui ipſe illã reſeruauerit, iuxtà ea, quæ dixi ſup. *recoll.2.)* Dico igitur, quòd prò his pœnis, quia vt dixi eſt opinio, quòd non incurrantur, niſi poſt ſententiam, ſecundũ eã, antè ſentẽt. nõ opus eſſe aliqua diſpẽſatione, poſt verò ſententiam, abſolutio ſpectat ad eum, qui protulit dictam ſententiam, vel alteri, cui ipſe dictam diſpẽſationem reſeruauit, vt ſup. Quartũ eſſe poteſt dubium, quid veniat appellatione officii, & adminiſtrationis, ( & præſuppoſito pro certo, intelligi de offic. & adminiſtrat. iuriſdictione cõinnctis) Quæro an intelligatur de offic. & adminiſtrat. ergà moniales, vel etiã ergà alios Regulares, v.g. ſi talis ſit Viſitator non ſolum monialiũ, ſed Regularium ſui Ordinis, vel non ſolum ſit Ordinarius monaſterii monialium, ſed Quardianus Conuentus Fratruum, & quia hoc non explicauit Gregorius XIII. iuxtà regulam, quòd in dubiis ſit accipiendũ, quòd minus eſt, item, quòd puniri omnes debent in eo, in quo peccarunt *auth. omnes peregrini C. communia de ſucceſſionibus*, putarem, intelligi de officio, & adminiſtratione circà ipſas moniales tantum, ſicut etiam quando ibi dicitur de Epiſcopis contrauenientibus, quòd ſecunda vice incurrant ſuſpenſionem à munere Pontificali, intelligunt communiter Doctores ſupracitati, de exercitio Pontificalium, non autem de iuriſdictione. Confeſſarii autem monialium non veniunt appellatione Superiorũ, vt eſt certũ. Vndè licèt ipſi nõ incurrant hanc excõmunicationẽ. Tamen ſi ipſi intrant in caſibus non neceſſariis, ſubſunt pœnis latis, contra eos, qui obtenta licẽtia à Superiore ingrediendi, intrãt ceſſante iã cauſa ingrediẽdi, de quibus *Sanb. cit. c.16. n. 73. ad finem. & n.90. & Bonacina ſup. p.5. n.10.* in quibus caſibus Cõfeſſario, liceat ingredi, videte *Sanchez ſup. n.44. & ſeq. Barboſam cit. allegat. 102. n.49. Portell. v. clauſura monialiũ. & Gauant. eod. verbo.*

Monialibus ſuo Ordini ſubditis, litteras, ſcribentes Eremitani S. Auguſtini Congreg. Lõdiæ, vel aliquo modo contrauenientes conſtitutioni circa dictas moniales editæ, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam. Gregorius XIII. in conſt. 61. incip. *pro noſtri*, de qua faciunt mentionem *Sanch. lib.6. ſumma in cap. 16. num.117. Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. allegal. 102. n. Bonac. de clauſura q.3. p.2. nu.5.* qui omnes concludunt, ad incurrendam dictam excommunicationem requiri, quòd literæ illæ perueniant ad moniales, quòd etiam verum eſt, quando ſimilis caſus reſeruaretur in aliqua Diœceſi, vt per *Floronum de caſibus reſeruatis Fauentiæ p.1. cap.1. num.34.* iſtam excommunicationem obligarẽ dictos Fratres tantũ, nõ alios Religioſos, poſt' *Nau.* notat *Lezza. p.1. cap.25. num.37.* vbi poſt alios ſupracitatos, de pœnis Religioſorum ſinè licentia loquentiũ cum monialibus, & à quo ſit danda dicta licentia.

Monialiũ viſitatores, impediẽtes, inf. *Viſitatores*.

Montes Pietatis in concionibus, vel diſputationibus, verbis, aut ſcriptis audentes impugnaret, illiſq. detrahere, incurrunt excommun. nulli reſeruatam, Leo X. conſtitut. 11. incip. *inter multiplices t.1.* Bullarii noui fol. 483. refert *Scortia in ſelectas SS. PP. Bullas epitome 55. Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi alleg.50. num.248. Bonacina tom.3. diſp.2. q.4. p.4. n.2.* vbi contra *Filliucc.* probabilius putat, quòd dictam excommunicationẽ non ſolũ incurrãt Religioſi, aliæq. perſonæ eccleſiaſticæ, ſed etiã laici. Nota quia & ſi dicta cõſtitutio ſit edita à Leone X. in Concil. Lateran. quod Concilium vt ſup. alias dictum fuit, nõ fuit ſecundum aliquos receptum, tamen vt benè *Leſſius lib.2. de iuſtitia cap. 20. n. 141.* in dicto Concilio fuit definitum, dictos montes eſſe licitos contra aliquos, qui contrarium putabãt, vt autẽ definitio alicuius veritatis rata ſit, non eget receptione populorum, ſicut legum obligatio, clarius *Molina tom.2. diſp. 323. n.2. Megalius 2.2. lib.2. cap.15. num.41. Rebell. p.2. lib.8. q.13. n.3. Turrianus de iuſtitia diſp.61. dub.12.* qui ſub *num.3.* aſſerit, affirmãtes ex capite vſurariæ prauitatis, dictos mõtes eſſe illicitos, ſentire contrà declarationẽ S.P. & *n.6.* contrà *Sotũ* docet, præſentẽ controuerſiam pertinere ad definitionem fidei, quòd etiam dixit *Azor p.3. li.5. cap.8. verſ. ſecundò obiicies*, quia cùm ad fidem pertineat. vtrum vſura ſit licita, nec nè, poterit etiam Eccleſia ſtatuere, quòd aliquis contractus particularis ſit vſurarius, vel non, & illud, quod Eccleſia in hoc ſtatuerit, erit de fide, ſeù veritas catholica, videte *Albertinum in ſuo tractatu de agnoſcendis aſſertionibus catholicis, & hereticis q.5. num.12.* vbi quòd Apoſtolicæ Sedis iudicium in his, quæ fidei ſunt, errare nõ poteſt, & notat in terminis, *Scortia loco ſuprac. theoremate 153.* ex quibus infert nouiſsimus *Theſaur. p.2. de pœnis eccleſiaſticis verb. montes c.1.* quòd ſi quis obſtinatè cũ errore intellectus impugnaret vt ſuprà dictos montes, exiſtimans hanc definitionem non eſſe veram, ſeù tenendam, aut aliàs, externo ſigno, hunc ſuum errorem proderet, incurret vtiq. in excommunicationem latam contrà hæreticos in *can. 1. Bulla cœnæ.*

Montium Pietatis, ſtatus eccleſiaſtici Præſidentes, protectores & officiales omnes, quacunq. dignitate fulgentes etiam Cardinalatus; de pecuniis ad dictos montes quomodolibet ſpectantes, in alios, quàm in pauperum vſus diſpo-

Digitized by Google

diſponere, etiam ad breue tẽpus reſtituẽdis, præter modũ, & formam in erectione dictorum montium præſcriptum, abſque Sedis Apoſtolicæ licẽtia, præſumentes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatã. ex Paulo V. in ſua conſt. 82. quæ incipit *onerosa paſtoralis*, de anno 1615. vbi *Cherubin.* notat, intelligi de pecunia numerata tãtum, ad mutuandum pauperibus deſtinata, cùm enim pecuniæ appellatio poſsit accipi largiſsimè, largè, & ſtrictè *l. 3.* §. *creditum*, *vbi gloſa verbo pecunia*, *ff. ſi certum putatur*, *petatur*, hic accipiẽda eſt ſtrictè, quia ſumus in materia pænali, tùm etiam quia hæc ſolet in montibus eſſe pre manibus, facit de hac excomm. mentionẽ *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 50. *n.* 169. *Naldus in ſuis qq. practicis ad cap. ſi quis propter de furtis.* Hoc loco pro ſtatu eccleſiaſtico intelligi debere de ſtatu immediato, apud me, non eſt dubium, cùm Summus Pontifex vbi vult includere ſtatum mediatè ſubiectum, id explicat, vt patet ſup. *extrahentes frumentum, &c.* Extat alia excõm. generaliter pro omnibus locis, quæ etiam ante reſtitutionem, eſt S. Pontifici reſeruata, contra præſumentes in proprios vſus, quacunq. arte, vel quouis quæſito colore cõuertere, vel vſurpare bona dictorũ montiũ, lata à S. *Concil. Trid. ſeſſ. 2. de reformatione cap.* 15. de qua infra *vſurpare*, facit de ea mentionem ad propoſitum noſtrum, poſt alios, *Scortia cit. theoremate* 253. differentia inter iſtam excommunicationem, & illam deſumitur ex verbis diuerſis poſitis in iſto loco Concilii, quæ ſunt *in proprios vſus conuertere, & vſurpare*, & in illa conſtitutione, vbi adeſt verbum illud *diſponere*, vndè in facto dictum fuit, non incidere, Præſidentes dictorum montium extrà ſtatum eccleſiaſticum, ſed benè intra d. ſtatũ, mutuantes abſq. detrimento montis, vel pauperũ, aliquã pecuniæ sũmã, præter modũ cõſuetũ. Dixi, abſque detrimẽto montis, vel pauperũ, nã primo caſu eſſet vſurpare, & ſecundo caſu eſſet impedire, *ne ab ijs, ad quos de iure pertinet bona montis, percipiantur*, quòd ſub eadem excommunicatione prohibetur expreſsè in citato loco Concilii. Inciderent tñ ſi dictã pecuniam montis occupatam haberent in ſuis negotis, ſimiliter etiã abſq. damno montis, ac pauperum, quia v.g. per hoc non deſinuat petentibus mutuare, iuxtà modum erectionis, nàm & ſi aliàs hoc ſit licitũ, vt loquẽdo de theſaurariis, & negot. geſtoribus, ſeù miniſtris pecuniæ alterius, dixi ſup. *p. 1. recoll. 11. n. 74. Diana* ꝓſequitur *p. 1. tr.* 8. *reſol.* 32. *& Ricc. collect.* 2040 tñ hic prohibetur expreſsè, ne in ſuos vſus conuertant bona, &c. Alia differẽtia poteſt etiã afferri, quòd ſ. in iſta excommunicatione ſit ſermo de bonis, &c. ibi autem de pecunia, quę vt ſuprà dixi, eo loco, ſtrictò vocabulo accipitur.

Mulieres etiam, Comitiſſæ, Marchioniſſæ, Duciſſæ, &c. habentes priuilegium Sedis Apoſtolicæ ingrediendi monaſteria monialium, de conſenſu expreſſo monialium, ad hoc, vt intrantes non incurrant cenſuras, debent habere dictum conſenſum monialium, non ſeorsim, ſed capitulariter, per ſecreta ſuffragia maioris partis ipſarũ, ita Vrbanus VIII. in quodam motu proprio edito 27. Octobris 1624. incip. *Sacroſanctum*, refert *Bonac. q. 4. de clauſura* §. 5. *n.* 8. *Lezzana cap.* 25. *nu. n.* 33. adde, quòd Paulus V. in ſua Bulla incip. *facultatum*, declarauit, quòd vbi talibus mulieribus facultas ingrediendi monaſteria conceditur pro certis vicibus, v. g. *bis*, dicta particula, *bis*, vel ſimilis intelligi debeat collectiuè, de omnibus monaſteriis conceſſis, non autem diſtributiuè, ſeù de ſingulis, & dictæ mulieres aliter dictas licentias interpretantes, aut illis vtentes, ſeù abutentes, incurrant ipſo facto pænas in Concil. Trid. & conſt. Apoſtolicæ inflictas contrà intrantes ſinè licentia refert *Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſiaſticis, verbo clauſura cap. 4. ad finem, & Lezzana loco ſuprac.*

Mulieres nuptæ, vel viduæ, mortis timore à parentibus, ſibi inferendæ, ob ſuſpitionem læſionis in honore, de facto in aliquòd monaſterium monialium ſe recipientes, non excuſantur ab incurſu excommunicationis in Concilio Tridentino impoſitæ, de qua ſup. contra ingredientes ſine licentia, Si enim in dictã excomm. incidunt ingredientes ſinè licẽtia in cauſis etiã neceſſariis pro monaſterio, vt per *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 102. *nu.* 38. ergò tantò magis erit illicitum ingredi, ex cauſa neceſſaria reſpectu ingredientis, vndè vidi quaſdam matronas, curantes ſub alio colore, ſibi aperiri portas, ac ex dicto timore ingreſſas monialiũ monaſteria, abſolutas ab Epiſcopis, & ſi durante dicto timore ibi toleratæ fuerint, iuxtà declarationem, quam refert *Campanilis in ſuo diuerſorio iuris canonici rubr. 12. c. 16. ſub num.* 30. ibi, *quòd ſi mulier coniugata ſit in monaſterio monialium, & conſtitit, quòd ſi inde exierit, verſaretur in periculo mortis, in monaſterio relinqui debet, etiam ſine ancillis &c.* An autem hoc caſu poſſit dictis perſonis ob imminentem periculum, vt ſup. Epiſcopus in dicto caſu concedere licentiam, vel ſi tale monaſterium ſit exemptum ab Epiſcopo, & ſubiectum Regularibus, Superior Regularis, cum conſenſu monialium, afferuntur hinc indè variæ declarationes pro affirmatiua refert declaratum *Campanilis cit. num.* 31. ibi *Mulier, quæ venit in ſuſpicionem marito, & ob hoc timet, ne ab eo uis aliqua inferatur, debet permitti, vt poſſit monaſterium ingredi monialium, ſi modo conſtitutio-*

*nes*

Digitized by Google

*nes monaſterij non repugnant, & accedat conſenſus Abatiſſa, & monialium, & miniſtri Prouincialis, aut alterius earum ſuperioris, & ingrediatur ſine ancillis, &c.* quam etiam refert & ſi nō ita integrè *Barboſ. allegat.* 102. *ſub nu.* 66. & iterum *Campanilis ibid. num.* 31. ſubdit hæc alia verba, *Reſpectu verò mulierum coniugatarum, ſi ius commune attendimus, ab Epiſcopo procul dubio concedenda eſt, ſi eas veluti adulteras, viri reſpuerint, quòd idem poſt Concil. exiſtimat Nau. ſubnectens, ſatis eſſe etiā conceſſam à ſuperiore Regulari, quoties ageretur de monaſteriis exemptis ab Epiſcopis, & eiſdem Regularibus ſuppoſitis, conſ.* 5. *n.* 2. *de diuortiis*, vbi *additio ſubiungit, à Sacra Congregatione emanaſſe quandam formulam, ſecundū quā recipienda ſunt huiuſmodi mulieres in monaſterijs, quare ſi caſus occurrerit ad illam traditā formulam, recurrendū eſſet*, quòd etiā ex *Zerola* refert, & ſi pro alio caſu, nempè quando vxor timet viri ſeuitiam, *Sanchez lib* 6. *ſumma moralis cap.* 16. *n.* 64. *ad finem*, & tandē *Campanilis* concludit ſubdens. *Admoneo tamen prudentiſſimos Epiſcopos à prædictis cauere, niſi in caſibus vrgentibus, repentinis, & valdè periculoſis*, ex quibus patet, hunc in praxi exercitatum, & doctiſſimum authorē, in his caſibus vrgētibus, nō denegari dictam poteſtatem ipſis Epiſcopis, vel aliis ſuperioribus, & meritò, quia etiam in impedimentis dirimentibus, in quibus ſolus Papa diſpenſat de iure ordinario, ſi caſus ſit vrgēs repentinus, & periculoſus, nec ſuppetat tempus adeundi S. Pontificem, poteſt ſecundùm aliquos Epiſcopus diſpenſare *vt infra cum de matrimonio*, & fauet, quòd neceſsitatis ratione multa conceduntur, quæ aliàs non poſſunt concedi, & fortius huic caſui noſtro, declaratio, quam poſt *Azorium*, refert *Sanchez loco ſuprac.* quòd ſcilicèt mulier nupta ad monaſterium confugiens, timore viri ſuſpicantis, eam eſſe adulteram, poſsit recipi, de qua re *Lezzana p.* 1. *cap.* 25. *num.* 28. dixit, in hoc ſeruandā conſuetudinē præſcriptā, quibus hucuſque adductis, non obſtat declaratio adducta *à Portellio, apud Dianam p.* 3. *tr.* 2 *reſol.* 130. quia non loquitur in hoc caſu, ſed in alio, quando ſcilicèt mulier nupta, cauſa litium matrimonialium adulteriorum, ac diſſentionum inter viros, & vxores apud monaſteria ſequeſtraretur, cùm in his caſibus ſupponatur, adeſſe tempus petendi licentiam à Sede Apoſtolica, in quo caſu nemo eſt, qui neget, quòd ad dictā Sedem ſit recurrendū vt per *Cāpanil. & Barboſ. locis ſuprac.* in caſu autē meo, præſppono nō adeſſe tale tempus. & ſic patet, non eſſe declarationes contrarias, vt putat *Portell. loco citato a Diana*, Quòd ſi fortè matrona præfata pregnans monaſteriū vt ſup. ingreſſa fuit, & tēpore partus indigeat obſtetrice, erit cauſa iuſta ad cōcedendum dictæ obſtetrici licentiam, *Portellius v. clauſura monialium n.* 18.

Mulieres cuiuſuis dignitatis monaſteria, & domos Regularium ingredi præſumentes, tàm prætextu facultatum reuocatarum, quàm ſinè tali prætextu, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, ex Pio V. in conſtit. quæ incipit *decet Romanum Pontificem*, quam habes in Bullario nouo poſt conſtit. vigeſimam eiuſdem Pontificis, fol. 199. t. 2. *Quarant. verbo monaſteria, & conuentus*, vbi ſe declarat d. S. P. ita ſe intellexiſſe in alio motu prio, & exprimit ibi caſus, in quibus licitum ſit mulieribus ingredi clauſtrum Regularium, ita *Sanchez lib.* 6. *ſumma cap.* 16. *n.* 79. *& cap.* 17. *num.* 33. *Ioannes Cruz de ſtatu Religionis lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 1. *concluſ.* 2. *Scortia in ſelectas SS. Pontificum conſtitutiones theoremate* 235. *Bonac. q.* 5. *de clauſura p.* 3. *n.* 1. vbi poſt *Filliuec.* teſtatur *de praxi S. Pænitentiaria, Lezzana p.* 1. *c.* 10. *num.* 9. vbi de eadē praxi teſtatur, ac etiā ſubdit, *propter hanc conſtit. Pij V. Suarez to.* 4. *de Religione tr.* 8. *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 9. *retractare, quòd alibi dixerat, ſcilicèt in conſt. Pij V ſolum prohiberi ingreſſum mulierum in monaſteria virorum, prætextu facultatum obtēptarum*, teſtatur quoq; de magis communi, & praxi recepta etiā extrà curiam, nouiſsimè *Theſaurus p.* 2. *de pænis eccleſiaſticis v. clauſura cap.* 2. *ad finem.* & ſi alleget pro contraria opinione *Suarez loco ſupracitato de Religione* qui Suar. & ſi *in principio* illam opinionem ſequatur, tamen *in fine*, docet contrarium, retractando quod aliàs docuerat, vt benè *Lezzana loco ſuprac.* ita etiam *Filliuce* ab eo allegatus pro eadem opinione contraria *tr.* 15. *n.* 119. ibi *ad finē*, lòquitur pro noſtra ſentētia, & teſtatur de praxi S. Pænitentiariæ prout eū rectè allegauit *Bonac.* ſuprà relatus Et nota, quòd & ſi *Layman lib.* 4. *tr.* 5. *cap.* 11. *num.* 4. dicat, opinionem contrariam probabilem, ac non eſſe certum, talem ingreſſum prohiberi ſub peccato mortali, & excomunicatione; tamen ex ipſius verborū ſerie, patet, non habuiſſe notitiā cōſtit. Pij V. incip. *Decet, &c.* de qua ſup. & ſic ſiſtit in prima doctrina *Suarez cùm de cenſuris*, oſtendens, non legiſſe eundem *Suar.* ſe retractātē *t.* 4. *de Religione*, vt ſup. retuli, ſicut etiam ſe declarat *Rodriq. in explicatione motus proprii Pij V. confirmati à Greg. XIII. poſt explicationem Bullæ cruciatæ num.* 9. vbi probat latè hanc noſtram ſententiam, & reſpondet contrarijs, accedit *Diana p.* 4. *tr.* 4. *reſol.* 179. Ampliatur etiam ad puellas, licèt nō ſint matrimonio habiles, dummodo habeāt vſum rationis, ita contrà *Elamas*, & alios, habetur per *Bonacinam ſup. q.* 5. *p.* 3. *num.* 2. & ſic ſufficit, quòd dicta puella ſit ſex annorum,

vt poſt *Sorbum,* expreſsè docet *Campanilis cit.rub.*12.*cap.*16.*n.*34. ſed hoc caſu; & ſi certum ſit, quòd Regularis admittens dictas puellas incurrat dictã excommunicationẽ, vt dixi ſup.verb. *ingreſſum ampliat.*2. tamen non eſt certum de ipſis puellis, quia eſt opinio valdè probabilis, quòd ante nonum annum cum dimidio, fæmina, & ante decimum annum cum dimidio, maſculus, (quibus tẽporibus dicũtur proximi infantiæ, nõ incurrant cenſuram à iure, vt præter allegatos à me *ſup.recoll.*2.*n.*447. teſtatur eſſe probabilẽ ſentẽtiã *Sà* apud *Laym.li.*1.*tr.*4.*c.*10.*n.*5. ꝙ his tẽporibus ſint infantiæ proximi, & non in decennio, vt dixit *Sà* apud *Laym. loco ſuprac.* habetur *in* §.*pupillus. vbi gloſa verbo infantia proſſimus inſt.de inutilibus ſtipulationibus,* & notat idẽ *Laym.li.*3.*tr.*4.*cap.*9.*ſub num.*5. Nec eſt hoc nouum, quòd permittẽs ingreſſum incurrat cenſuram, & ingrediens ab illa ſit immunis, quia etiam ſecundum aliquos ex S. Congreg. monialis admittens pueros ſex annorũ, incurri excommunicationem, vt ſup.dixi verbo *ingreſſum in monaſterium el* 3. quibus illic allegatis addo *Lezzanam cap.*25.*n.*24.*poſt Gauantum ab eo allegatum*, & de moniali admittente amentem, eſt certum, vt dixi *ibid. verſ. ſecundò ampliatur* 2. & loquendo, in terminis de Regularibus admittentibus fæminas fatuas, dixi ſup. fateor tamen opinionem contrariam eſſe communem, cui accedit alios allegando *Theſaurus p.* 1. *de pœnis eccleſiaſticis cap.* 17. *verſ.limita.*3. Ampliatur ſecundò, & ſi iſtæ fæminæ ſint Gomitiſſæ, vel alio titulo decoratæ, ac dominium illius loci habentes, vel etiam fundatrices monaſterij, niſi id exprimatur in regula, iuxtà ea, quæ dixi ſup. *loco citato proximè, ampliat.*3. & limitatur prout dictam concluſionẽ vt ſup. declaratã, limitaui. Primò in Reginis, Imperatricibus, & earũ filiabus, quia vt inquit *Laym.loco ſuprac.n.*5. nullibi harum ingreſſus prohibetur, ſicut prohibetur ingreſſus Comitiſſarum, fundatriciũ, &c. in d.conſt. Pij V. intellige cũ eorum comitatu. Limitatur ſecundò, vbi ex ignorantia etiam craſſa, fæminæ aliẹ ingrederentur, quia tantũ vt dixi, excommunicantur, quæ audent ingredi, *Sanchez cit. cap.*16. *nu.* 81. *Rodriq. in expoſit. d. motus proprij poſt Bullã cruciatæ ſub.n.*5. & habetur etiã in Bulla Greg. *Theſaur. ſup.* §.2. Limitatur tertiò, quando neceſsitas infirmitatis ipſorum Regularium aliud poſtularet, vt etiam dixi *loco ſuprac.* poſt *Sanchez, Bonacinam, & alios.* qui exemplificant in caſu, quòd Religioſus indiget lacte mulieris, vel reuocatione oſſiũ cruris, vel bracchii confractorum, in qua re mulier ſit perita, & Religioſus nõ poſsit, cõmodè à clauſtro propter ſupradicta, extrahi. Limita quartò in caſibus permiſſis ingrediẽdi clauſtra Regulariũ, ratione ſ.proceſsionis, Miſſæ audiendæ, &c. iuxtà conceſsionem Pij V. quæ & ſi fuit facta viuæ vocis oraculo tamen de ea authẽticã atteſtationẽ exhibuit Cardinalis Alexander Cribellius apud *Quarantam verbo monaſteria, & conuentus, Sorbum in compendio priuilegiorum mendicantiũ verbo ingredi ad finem, & Bonac.q.*5.*de clauſura p.*4. *ſub num.* 6. tractat etiam de ea, præter *Rodriq tom.* 3. *qq.regularium, quàm in explicatione, illius motus proprij, Sanchez lib.*6. *ſumma cap.*17.*num.*22. *Portellius verbo clauſura monacorum nu.*5. *Campanilis cit. cap.* 16. *ſub num.*37. *Lezzana cap.*10.*num.*12. dixi *conceſsionem*, quia illa fuit declaratio generalis pro omnibus Regularium monaſterijs, vt patet ex eius verbis, & ſaltem illa fruuntur oẽs Regulares ratione generalis cõmunicat. *Lezzana cit. cap.* 10. *num.* 12. intellige ſi illi non cenſeatur derogatũ ꝑ regulã, vel ſtatutũ Religionis particularis, quibus dictus ingreſſus omninò prohibeatur, ex notatis à *Sanch. cit. cap.* 17. *num.* 32. Nota *Marcellum Vulpe in ſua praxi cap.*4. referre *ſub n.*7. Declarationem S. Cõgreg. Rituũ in qua reſpondit, *non licere mulieribus comitari proceſſiones per clauſtra Regularium ſine expreſſa licentia Sedis Apoſtolicæ.* Sed petitio facta S.Cõgreg. vt ibid. eſt videre, fundatur in conſuetudine, & non in conceſsione, de qua ſuprà, ideò non obſtat dicta declaratio, vt praxis ipſa, & auctoritas Auctorum nouiſsimorum oſtendunt. Quid intelligatur ibi pro officijs diuinis, vide Doctores ſupracitatos. Quòd faciẽdo Prælatus proceſsionẽ extraordinariã, ad finẽ vt ingrediantur fæminæ, ipſæ nõ incurrant excommunicationẽ, & ſi ita ingrediantur, poſtquam id nouerint, *Bonac. cit. q.*5.*p.*4 *num.* 14. vbi *num.*16. excuſat etiam d. fæminas, quæ licitè, & bono fine ingreſſæ sũt, ſi poſtea ad vlteriora monaſterij loca progrediantur, quòd eſt verum etiam ſi ibi cõmitterẽt peccatum aliquod inhoneſtum, ita *Cappuccinus in compendio priuileg mendicantium, verbo ingredi monaſteria ſub num.*7. & *Clarius Campanilis cit.rub.*12.*c.*16.*ſub n.*37. *Rodriq. in expoſitione motus proprij Pii V. poſt Bullam cruciatæ num.* 17. qui id docent, tàm eo caſu, quo abſq. animo vlterius progrediẽdi, vel peccatũ aliquod inhoneſtũ ibi cõmittẽdi, ingreſſẹ fuerũt, quã abſq. dicto animò, & ſi in primo caſu expreſsè contradicat *Bonac. ſup.p.*4.*ad finem*, & ſecundo caſu, opinionẽ contrariã dicat idẽ auth. eſſe probabilẽ, & immeritò quidẽ cum excommunicatio imponatur pro actu externo, non autem interno, & hic, actus externus eſt permiſſus. Dixi *fæmina*ꝗ Superiores, ac alii Regulares ad vlteria monaſterii ad malũ finẽ admittentes fẹminas iã licitè ingreſſas, incurrũt, *Cãpan. & Bonac. locis ſuprac.* qui loquitur etiam de ſu-

pra-

Digitized by Google

prædictis tantũ comitatibus dictas mulieres, iam ingreſſas in dictis locis, circà quòd, non deſinas legere *Portellium loco ſuprac. ſub n.3.* vbi videtur ſe retractare, de eo, quòd antea docuerat de monacho, ( & idem dicit de moniali reſpectu monaſterii monialiũ ) qui cũ fæmina illicitè ingreſſa, quā n ex officio, nullo modo tenebatur impedire, alloquitur, illã comitatur, vel ad cibũ, & potũ inuitat, illũ incurrere, ergo à fortiori in hoc caſu vbi licitè ingreſſa fuit fæmina, dictus monacus non incurret. Qui *Portellius loco ſuprac. n.6. verſ. ſcio, &c.* probat contrà *Rodriquez, & Sanchez.* neque Prælatum indicentem proceſsionẽ extraordinariam, vt eius occaſione prædictæ fæminæ ingrediantur monaſteria, incurrere excommunicationem, & pænas de quibus ſup. & ſi peccet abutendo ſua poteſtate, & ſequitur poſt *Coriolan. Bonacina ſuprac. p.4. num.14.* Limitatur quintò in monaſteriis, quæ sũt in fieri, & vbi Religioſi habitant, potius vt vacẽt fabricæ, q̃ pro regulari obſeruantia ſectanda, *Sanch. ſup. n.10. & 20.* & alii ſupracitati auctores, qui idem aſſerunt de domibus, ſeù infirmariis in Ciuitate poſitis, quæ nec Eccleſiã, nec Conuentũ habẽt cõiuncta, & ſic loquitur *Laym. cit. c.12 n.5.* vbi reperies quæ loca monaſterii Regularium ſint ſub clauſura, & in ſpecie de ſacriſtia, hortis, &c. Ab hac autem excommunicatione, quando illam incurrunt fæminæ ingredientes in monaſteria Religioſorum, cùm ſit S.P. reſeruata, vt omnes Doctores ſimul concordant, poteſt abſoluere nõ ſolum ipſe S.P. ſed etiam poſſunt illi, qui habent ab ipſo S.P. facultatem, vel priuilegium abſoluendi à caſibus ſibi, vel Apoſtolicæ Sedis reſeruatis, veluti ſunt Epiſcopi, quando caſus eſt occultus vi Concil. Trid. itẽ de iure, quãdo adeſt impedimentũ adeundi S. Pontificẽ vt quando mulieres ſunt pauperes. *Marcell. Vulpe c. 4. ſuæ praxis num.3.* Regulares ferè omnes ab Ordinario approbati, ex priuileg. vt dixi ſuprà *p.2. recoll.* 10. *n.*150. Et alii etiã Confeſſarii ſæculares tempore iubilei, illas tamen fæminas quę confitentur in ordine ad lucrandum iubileum, vel in locis, vbi conceditur Bulla cruciatæ, quia poſſunt abſoluere fæminas habentes dictam Bullam ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis per *Rodriq. in expoſitione motus proprij Pij V. quam impreſsit poſt explicat. Bullæ cruciatæ num.33. Sanchez lib.6. ſummæ moralis cap.17. num.41. in principio,* concordat ante hos omnes, *Cappucinus in compendio priuilegiorum Mendicantium verbo ingredi monaſteria, &c. ad finem, Bonacina, remiſsiuè cit. p.4. num.3.* & ſi generaliter loquantur de abſolutione tàm ipſarum mulierũ ingredientium, quàm Regularium introducentium, de quo ſecundo caſu egi *ſup. p.2. recoll.* 11. *n.*214. vbi de opinione *Filliucc.* quòd ab excommunicatione ( intellige poſita opinione, quòd illam incurrant dicti Regulares tã ſuperiores, quàm ſubditi, de qua ſuprà *verb. ingreſſum mulierum in monaſteria Regulariũ*) dicti Regulares non abſoluantur, niſi à Pænitentiariis S. Petri, vbi etiam de abſolutione à ſuſpenſione à diuinis, & aliis pænis, de qua re etiã *Sanch. & Bonac. locis ſupracitatis.* qui concedunt dictam facultatem ſuperioribus ſuis circà Regulares introducẽtes etiã ſi dicta ſuſpenſio ſit deducta ad forum contentioſum, & proſequitur *Diana poſt Merollam tom.3. tract.2. reſol.66.* pro ſuperioribus autem an & quãdo intelligãtur non ſolũ Prouinciales, ſed quilibet ſuperior localis abſente Prouinciali, videte ſuprà *recoll.2. n.28.* Quæ huc vſq. dicta ſunt de abſolutione excommunicationis mulierum ingredientium in monaſteria Regularium, ſunt vera etiam vbi talis ingreſſus fuiſſet ad malum finem, quia hic caſus non comprehenditur à Clemente VIII. in ſuo Decreto de abſolutione à caſibus, & cenſuris reſeruatis, cùm ibi tantum excipiatur reſpectu Confeſſariorum priuilegiatorum, caſus violationis clauſuræ monialium, & hoc agitur de violatione clauſuræ non monialium, ſed monachorum, ſeù Regularium, quæ inter ſe ſunt diuerſa, & per conſequens maximè in hac materia odioſa, nõ põt de vno ad alium caſum fieri illatio, ſupponũt *Graſſius lib.1. de caſibus reſeruatis c.5. Bonacina q.1. de clauſura p.5. n.4. ad finem.*

Munera accipientes Officiales Pænitentiariæ etiam in minima quantitate, & ſponte oblata à partibus, ſiuè pro expeditionis acceleratione, ſiuè pro alio extraordinario labore, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, & priuationem officiorũ, ac inhabilitatem ad illa, & infamiam iuris, Pius V. Bulla 83. incip. *in omnibus*, & Bulla 84. incip. *in earũ rerũ* vbi ſub ead. pæna etiã illis prohibetur, ne permittant aliquid vt ſuprà, capere à ſuis famulis, aliiſque perſonis, quarum appellatione non veniunt ſollicitatores, ſeù procuratores, vel vt vulgò vocant *ſpeditionieri*, nàm tales non prohibentur accipere à ſuis principalibus ſtipendiũ ſui laboris, vt praxis oſtenſit, quòd maximè verum eſt, qñ tales non eſſent famuli officialium ipſius pænitentiariæ, & cum dictis officialibus communicarent dictum ſtipendiũ, an autem incurrant dictæ perſonę prohibitæ, accipientes aliquid à partibus poſt expeditionem nulla antecedente conuentione, vide quæ dixi ſuprà *verbo dantes*, & in terminis poſtea reperi docere *Theſaurum de pænis eccleſiaſticis p.2.* verbo *munera cap.2.*

Munera, & largitiones, facere, vel recipere præſumentes, Communitates ſtatus eccleſia-

ſtici,ſeù earūdem Communitatum magiſtratus,officiales, aut ſingulares perſonæ de rebus, & bonis communis maſſæ, vel etiam ex pecuniis particularium per viam collectæ,in commune congeſtis,Legato, vel officiali, ſeù alteri perſonæ, etiā Cardinalatus, vel Epiſcopatus honore fulgenti, vel eorum conſanguineis,affinibus, & familiaribus,pro gratia,vel iuſtitia,pro ſe, vel aliis obtinenda, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, ex Clem. VIII. in ſua Bulla 10. pro bono regimine,&c.incip. *Supernū* §.22 de qua facit mentionem *Filliuc. tr.15.num.141.verſ.decimo quinto Bonac.t.5.diſp.2.q.3.p.21. & Theſaurus* nouiſsimè *p.2. v. munera c.* vij.& tetigi ego ipſe ſup.verbo *dantes,& promittentes.* vbi dixi,quòd extenſio facta à Clemente VIII.conſtit. Bonifacii,& Greg. *de datis, & promiſsis*, extrà Vrbem pro toto ſtatu eccleſiaſtico,intelligatur de bonis communitatis, vt hic datis, & receptis, vide ad hoc *Gratianum deſcept.forenſ. lib.2. cap.42.* Sicuti enim dixi *loco ſuprac.* licitum eſſe eo caſu, pro gratia,& iuſtitia donare,& recipere eſculenta, & poculenta, ita hoc etiā caſu id erit licitū,ita DD.ſuprac.Cenſetur autē datū pro gratia, & iuſtitia,quando datur aliquid dictis perſonis, intentione obligandi illos pro tali gratia,vel iuſtitia, vt percipitur ex ead. Bulla.

Munera accipientes præter eſculenta, & poculenta, officiales omnes, ſtatus eccleſiaſtici, quauis fulgeant dignitate, exceptis Cardinalibus, iuriſdictionem exercentes in eo loco, & ab eo,in quem illam exercent, ac illa tradentes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, ex Paulo II.in ſua cōſtit.3.quæ incipit *Munera*,de qua *Barboſa de offic.& poteſt.Epiſc.alleg.50.n.116. Filliuc. tract.15.num.206.verſ. quarta eſt, Bonacina tom.3.diſ.2.q.7.p.8.* Pro officialibus habentibus,&c.intelliguntur de habentibus iuriſdictionem temporalem in dicto ſtatu, hoc .n. ſignificant verba Bullæ ibi, *Rectorem, Gubernatorem,ſuorumq. officialium,vel Legatorum à latere ad regimen,& gubernationem Prouinciarum,Ciuitatum, ac Terrarum Romanæ Eccleſiæ,&c.* quorum appellatione veniunt Cōſultores,& aſſeſſores, vt notat *Cherubin.ibid. ſcbol.2.* Quòad iudices habentes iuriſdictionem ſpiritualem, adeſt alia prohibitio in *cap. ſtatutum §. inſuper de reſcriptis in 6.* & ſi iſta, & illa differat, primò, quia illa eſt tàm pro Ordinariis,quàm pro Delegatis, iſta tantum pro iudicibus delegatis, ſecūdò, quia illa prohibitio eſt ſub pæna excommunicationis, & reſtitutionis, iſta verò ſub pæna reſtitutionis accepti tantùm, nulla tamen eis remiſsione profutura,ꝙ intelligitur niſi facta reſtitutione eis redonetur.Scio hāc ſecundam prohibitionem, aliquos authores extendere etiam ad delegatos Ordinariorū, imò etiam ad ipſos Ordinarios eccleſiaſticos,ita *Sayrus lib.12. clauis regiæ cap. 13.n.13.* ſed textus in *cap.ab omni ex.de vita, & honeſtate Clericorū*,in quo ipſi fundātur(præterquàm loquitur de delegato etiam Apoſtolico,)ibi non eſt ſermo de muneribus, ſed de pacto circa quotā litis,& licèt ratio dicti textus,quā ſubdit S.Pontifex *ad fin.* ibi, *cum nec iuſtum iudicium iudici vendere liceat, & venales ſententiæ ab ipſis ſæcularibus legibus prohibeantur*,ſit generalis pro omnibus iudicibus,tamen ex ea duntaxat colligi poteſt,id ex natura rei prohiberi, cùm nemo pro eo, quòd ex iuſtitia exequi tenetur, pōt aliquid recipere in pretium, videte *Molinam t.1. de iuſtitia diſp.83.verſ.pro ſecundo*,qui *ibid.diſp.ſeq.verſ. Siluester.* negat iſtis iudicibus eccleſiaſticis delegatis ab Ordinariis, ac ipſis Ordinariis,exculenta, & poculenta, ex eo quòd Ordinarij habeant ſalariū publicū,vel beneficiū ſufficiēs, & dicta exculēta,& poculenta permittuntur delegatis S.Pontificis in *d.cap. ſtatutum*, qui dictum ſalarium publicum non habent, & concedit illis ſportulas, vbi adeſt talis conſuetudo,quòd etiam dixit *Sayrus loc.ſuprac.ac Molina ſuprac.diſp.84.verſ. Audio*,& in terminis notat *Theſaurus verbo Munera cap.6.* Circà exculenta,& poculenta,quæ cōceduntur dictis Delegatis Apoſtolicis, & omnibus aliis iudicibus, quando sūt liberaliter oblata, ſcilicèt nulla præcedēte petitione expreſſa, vel tacita,vt ait *gloſa in d. c.ſtatutū.* Notāt cōmuniter authores, vt videre apud *Sanchez lib.3. opuſculorum moralium cap. vnico dub.p.2. & 3.Ioachin Myſenger,centuria 2.obſeruat.65. Malderum de iuſtitia,& Religione tr.6.cap.1.dub.27.verſ.3. permittitur*,ꝙ & ſi dicatur in dicto textu, debere eſſe,quæ paucis diebus cōſumi poſſunt, tamen eius quātitas remittatur arbitrio boni viri, cōſiderata qualitate iudicis recipiētis,& perſonæ largientis, *Molina ſuprac.diſp.84. in princ.Sanch.ſup. dub.2. n. Malderus etiam loco ſuprac.* vbi quòd pro poculentis intelligitur vinum in amphoris, non in doliis. In ambobus autē caſibus ſupradictis,ex quo imponitur expreſsè reſtitutionis onus, quod eſt ſignum, reddi iudices incapaces dictorum munerum, vt dicit *Molina loco ſuprac.verſ.iudices*, quòd eſt idem quàm,vt nō transferatur in eos dominium ipſorum munerum,certum eſt hanc reſtitutionem debitam eſſe ante omnem ſententiam iudicis, vt patet ex materia de reſtitutione, & agit latè *Molina loco ſupracit. diſputat. 88.* & notat in terminis noſtris, loquēdo *Rebellius par. 2. de obligat. iuſtitiæ lib. 18. quaſt. vltima n. Laymon.lib.3.tr.4.p.3.cap.4.num.10.Bonacina ſup. p.8.n.8.* Qui *nu.ſeq.* ſubdit, dictā reſtitutionem integri dupli, faciendam eſſe pauperibus contrà *Filliuc.* docentem, partem

Digitized by Google

partē receptā, eſſe reſtituēdā danti, aliā partē verò pauperibus, quas opiniones concordare hoc modo, ſcilicèt ꝙ opinio *Bonacina*, ſit vera, qñ dans munera, dedit in caſibus, in quibus erat illi prohibitum, nempè illicitè, opinio verò *Filliuc.* ſit vera, quando dicta munera dantur licitè, ſcilicèt ad redimendam iniuſtam vexationem, &c. de qua re videte *Molinā loco ſuprac. t. 5. diſp. 88. & ſeq.* de aliquibus caſibus practicis, in quibus eſt licitū iudici accipere munera, videte *Dianam p. 3. tr. 5. reſol. 45. & 55. tr. 6. reſol. 4.* Quantum autem debeat excedere præter eſculenta, & poculenta, munus ad hoc, vt in caſu noſtro principali, quis incurrat excommunicationē. *Bonacina loco ſuprac. n. 8.* ſe remittit de hoc ad regulas generales de cauſis excuſantibus à mortali, & à ſimili ex dictis, *de datis, & promiſſis* in quibus ego non conſentio, vt lector videre poteſt ſuprà *Dantes, &c.* vbi probo, requiri ſummam excedentē tres aureos, & ſic non ſufficere materiam requiſitam pro peccato mortali furti, vt putat ipſe *Bonacina*. De viſitatoribus, quæ munera poſsint accipere, habemus *tex. in cap. 1. §. prohibitiones, & c. exigit de cenſibus in 6.* innouatum per *Concil. Trid. ſeſſ. 24. de reformat. c. 3.* vbi quòd in viſitatione nihil muneris accipere poſsit Epiſcopus, nec quiſq. ſuorum, ſub pæna maledictionis, & interdicti ingreſſus Eccleſiæ. Inferior verò Epiſcopo ſuſpenſionis ab officio, & beneficio, ac reſtituendi duplum infrà menſem, & poſt menſem, non obſtante remiſsione partium, *Barboſa de offic. & poteſt Epiſc. alleg. 73. n. 44.* Alimentari autem debet cū ſua moderata familia à Rectore illius Eccleſiæ, quam viſitat, quòd an verum ſit etiam, quando poſt viſitationē poſsit ſe recipere in domum ſuam? *Barboſa loco ſuprac. n. 46.* negat cum *Genuenſ.* contrà alios, & ſi concedat, quòd poſsit recipere procurationem (ex locis in quibus ei debetur,) & ſi in domum ſuam reuertatur, quia in Concii. Trid. liberum eſt viſitatis, redimere pecunia procurationem, ſecundùm exiſtimationem procurationis, aliàs in victualibus præſtari ſolitæ, quod intellige, vt per *Hieronymum Campanilem in ſuo diuerſorio iuris canonici Rub. 12. cap. 16. nu. 106.* qui docet, dictos viſitatos non per hoc, quòd vno anno pecunia redemerint procurationē, nō poſſe quolib. anno variare, itē id quòd dicit *Gratian. diſcept. forenſ. c. 57. n. 19.* nō licere durāte viſitatione munera recipere etiā eſculenta, & poculenta, ad propriam deferenda domū, eſſe intelligendū nō ſolum in caſu, quo alimēta recipit viſitator, ſed etiā in caſu, quo illa alimenta, pecunia fuerunt redēpta. Quòd vtiq. obſeruaretur ab omnibus, videte etiam *Molinam loco ſuprac. diſp. 83. Sanchez lib. 2. opuſculorum c. 3. dub. 18.* Conſeruatores etiam prohibentur accipere munera, ſunt. n. Delegati à ſede Apoſtolica, vndè ſubiiciuntur *d. cap. ſtatutum §. inſuper* à Bonifac. VIII. *in cap. fin. de offic. & poteſt. iudicis delegati in 6.* & confirmatur à Greg. XV. in ſua conſt. de qua latè ſup. *v. Conſeruatores.*

## N

Narrans ſollicitator, vel curialis falſum in petitione diſpenſationis pro impedimento aliquo matrimonij contra intentionem partis, incurrit excommunicationem *Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 21. num. 58.* quē videatis.

Naufragantium Chriſtianorum bona diripientes, vel in eiſdem nauibus naufragatis, vel in mari, vel in littore, excommunicationem hodiè incurrunt reſeruatam in Bulla cænæ, *can. 4.* Dixi primò *Naufragantium*, quia qui ſurripiunt ante naufragiū, vel in ipſa trepidatione naufragii d. bona, nō incurrūt, *Bonac. 3. diſp. 1. q. 5. p. 1. n. 6.* Adde naufragantium bona, non ſolum dici ex naui iactata fluctibus maris, ſed etiam ex naui, quæ ab hoſtibus bōbardis disrupta fuit, vel incendio cōbuſta, ita cōtrà *Filliuc.* docet *Bonac. loc. ſuprac. n. 8. verſ. ſecus dicendū*, ſicut etiā dicūtur bona illa, quæ gratia leuādę nauis in tempeſtate vel incendio, proiciūtur in mari, & ipſamet nauis ſi capiatur exonerata, vel eius aliquod inſtrumentū, v. g. remi, anchoræ, &c. vt per *DD. ſupracitatos.* Dixi ſecundò *Chriſtianorū* quia ſi ſunt naues infidelium, imò etiam hæreticorum, (qui in fauorabilibus non veniunt appellatione Chriſtianorum) non incurritur excommunicatio, *Duardus lib. 2. can. 4. q. 3. n. 6.* Qui idē cēſet, vbi naues ſint Piratarum Chriſtianorum, niſi ipſa bona, quæ ſurripiuntur, eſſent eadem numero, quæ iniuſtè à Chriſtianis per ipſos piratas ablata fuerunt, & ſequitur alijs allegatis *Bonacina ſup. p. 3. n. 1.* qui *nu. 4.* reiicit opinionē eorum, qui docent, quòd quando naues infidelium, vel hæreticorum eſſent aſsicuratæ à Chriſtianis, vendicaret ſibi locū hæc excōmunicatio. Dixi tertiò in *eiſdem nauibus, vel in mari, aut in littore,* quia ſurripientes illa, vel extrà lictus maris, vel in flumine, nec in currerent dictā excommunicationē, quia tūc cenſentur tanquam derelicta, quo caſu nec intrat dicta excommunicatio. *Bonacina poſt alios ſup. p. 4. n. 6. & 7.* An autē qui naufragantium in flumine bona eripuit, incidat in aliam excommunicationem latām in *cap. excommunican. de raptoribus* (nam certum eſt non incurrere iſtam Bullæ) & ſi aliqui affirment; Cōtrarium tamen eſt verius *Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſ. v. Naufragantium, verſ. aduerte etiam.* Dixi tandem, *diripientes,* quia hæc excommunicatio non extenditur ad conſulentes, ſuadentes, auxilium, vel fa-



Digitized by Google

notem præſtantes, modo concurſu phiſico, non cooperentur in rapiendo dicta bona, itē quia ad incurrendam dictam excommun. ſufficit iniuſta acceptio abſque animo reſtituendi vero domino, & ſi poſteà facti pænitens, reſtituat ſtatim, qñ verò quis retinet diutius differendo reſtitutionem, incurrit aliam excommunicationem latam in dicto *cap. excommunicationi*, quæ non eſt reſeruata ita *Suar. Filliucc. Duardus, & Alterius*, quos refert, & ſequitur *Bonac. cit. p. 2. num. 3.* addo *Sayrum*, quem ſequitur *Scortia in ſelectas SS. Pontifici, conſt. 3. theorem. 6.* Quæ autē quātitas bonorum ſubreptorum, requiratur ad incurrendam vtramque excommunnicationem, patet ex dictis *p. 1. recoll. 10. num. 97. & hac ead. recoll. verſ. extrahentes frumentū*, vbi ꝙ requiratur sūma duorū aureorū, quā opinionē in noſtris terminis, dicit probabilē *Bonac. t. 3. diſp. 1. q. 5. pun. 4. n. 3. ad finem*, qui pro hac opinione, præter *Duardum, & Quarantam*, allegat *Sayrum, & Filliucc.* quomodo id ſit verū, etiam vbi multi ad prædam dictorum bonorum concurrunt, ita vt ſinguli dictam quantitatem, vel maiorem non ſurripiant, dixi *loco cit. n.* 109.

Notarius conficiens inſtrumentum vſurariū, vel aliud inſtrumentum, in quo ledatur eccleſiaſtica libertas, incurrit excommunicationem nulli reſeruatam *Clem. 1. de vſuris c. nouerit, & cap. grauem de ſent. excomm. Nau. cap. 25. num. 4. Suarez tom. 5. diſp. 23. ſect. 3. excomm. 9. Sayrus lib. 3. de cenſuris cap. 19. num. 8. Toletus lib. 5. cap. 6. num. 7. & ſeq.* Secundo caſu, non incurritur excommunicatio Bullæ cœnæ *c. 15.* quia illa loquitur de facientibus ſtatuta ordinationes, &c. in quibus leditur deprimitur, aut aliàs quouis modo, reſtringitur libertas eccleſiaſt. vbi noſter *P. Duard. q. 22.* probabiliter, contra aliquos, probat, illā nō incurri à ſcriptoribus talium ſtatutorum, ordinationum, &c.

Notarius, ſeù ſcriba ſe interponens in cauſa criminali cōtra perſonas eccleſiaſticas, quādo incurrat excommunicationem canonis 19. Bullæ cœnæ, vide eius expoſitores.

Notarius, ſeù miniſter Epiſcopi accipiens, & tradēs illi aliquid pro litteris dimiſſoriis, vel pro ſigillo, ante conſecutionem ordinū, vel poſt, ex præuio tamen pacto, an incurrat excommunicationem latam contra ſimoniacos in ordine, nō eſt certū apud Doctores, vt eſt videre apud *Bonacinam tom. 3. diſp. 2. q. 8. pun. 24. num. 15.* vbi refert *Suarez, & Leſſium*, negantes, & *Vgolinum. Alterium, Salzedum, ac Henriq.* affirmantes, quorum opinionē, dicit ipſe probabilē, & repetit in *opuſculo de ſimonia, q. 8. n. 15.* ex quo modo loquendi, & præcipuè *d. loco di ſimonia q. 4. §. 5 ad finem.* videtur ſupponere, ꝙ opinio contraria ſit probabilior. Nota quòd ex *Concil. Trident. ſeſſ. 21. c. 1.* pro ſingulis dimiſſoriis, aut teſtimonialibus, ad ordines ſuſcipiendos, vel ſuſceptos, ſtatuitur, vt vbi non viget conſuetudo contraria laudabilis (ſcilicèt nihil accipiendi) poſſint Notarii, vel miniſtri, quibus nullum eſt conſtitutum ſalarium, accipere decimam partem tantum aurei, ex qua acceptione, nullam indè partem emolumenti, Epiſcopus habeat; de ſigillo autem dictarum dimiſſoriarum, vel teſtimonialium, decernit, vt nihil accipiatur ab Epiſcopo, vel eius miniſtris, neque ſponte oblatum, reaſſumit, *Gauantus in ſuo manuali Epiſcoporum verbo ordo in genere nu. 16. & duobus ſequentibus*, de qua re, vide omninò *Sanchez lib. 2. opuſculorum moral. cap. 3. dub. 20.* quia concludit, quòd licèt Notarii Epiſcoporum pro aliis ſcripturis ad ordines, vt pro informatione de vita, & moribus, pretium recipere poſſint, tamen pro dimiſſoriis, & ſigillo ordinū, ſi aliqd recipiāt, nō ſeruatis cōditionibus Concilii, vt ſuprà, committant ſimoniā probibitā de iure eccleſiaſtico, & per conſequens incurrant excommun. vt ſubdit *ibid. dub. 104. num. 21.* Addit etiam *cit. dub. 20. num. 4.* ſuppoſita tali conſuetudine, vt Notarii capiant ſtipendium, (vt ſup. decimæ partis vnius aurei) pro dimiſſoriis, excuſari Prælatos, etiam diuites non ſoluentes, ad hoc ſtipendium Notariis Et *n. 5.* quòd ſi poſt ſuſceptum ordinem, & traditas dictas litteras teſtimoniales, ordinatus ſpontè ſciēs nō plus debere, nec exactus à Notario, aliqd offerat, nō peccet Notarius recipiendo, &c. vndè ly *ſpontè oblatum*, Concilii decreti, de quo ſup. intelligitur .i. ante ordinationē, ſaltē conuentione, & ſi de hoc dubitent aliqui apud *Barboſam alleg. 7. num.* 28 Pro praxi nota, quòd quando idemmet Notarius etiam apponit ſigillum, non poteſt plus accipere, tàm pro dimiſſoriis, quàm ſigillo, dicta decima parte aurei, qñ autē ſigillū apponit Secretarius Epiſcopi, tūc vel d. decima pars debet diuidi inter eos, vel ſi conſuetudo eſt, ꝙ Notarius, vel magiſter actorum, ſeù vt vocāt hic Arimini cancellarius, recipiat dictam decimam partem; Secretarius non poteſt recipere aliquid, quia quando S. Concilium loquitur de Epiſcopis, & aliis ordinum collatoribus, ac eorum miniſtris, quorum nomine (vt notat *Sanchez loco ſuprac. dub. 19. num. 32.*) non venit Notarius, iubet, vt nihil ꝑ litteris dimiſſoriis, nec pro ſigillo, quouis prætextu accipiatur, Secretarius neq. aliquid pōt accipere pro cera, & ſigillatione, prout cōceditur aliis iudicibus eccleſiaſticis, & notat *Sanch. loco ſupracit. dub. 21. n. 3.* fauet declaratio S. Congregationis relata à *Proſpero de Auguſtino in add. ad Quarantā v. ſimonia, non poſſe* ſcilicèt *Cancellarii pro expeditione litterarum collationis beneficiorum, vel pro deputa-*

Digitized by Google

*ſtitutione Vicariorum in illis, accipere ſuam mercedem, niſi ſuo labori conuenientem, qui tamen ſcriptura, ſigillo, & ceris, computatis, vnum aureum non excedat, dummodo ipſis cancellariis, ſalarium vllum pro officio exercendo conſtitutum non ſit, & ex pecunia, quam acceperint, nihil prorſus emolumenti, collatores, aliquo modo directè, vel indirectè accipiant, &c.* vbi etiã refert *Conſiliũ Nau. 7. de ſimonia*, in quo probat, non potuiſſe tuta conſcientia Secretarium Cardinalis, conſuetudine non obſtante, percipere ſcuta duo, vnum ſcilicèt pro ſubſcriptione, & regiſtratura Bullæ proiſionis beneficii eccleſiaſtici, & alterum pro impreſsione, ſeù appenſione ſigilli, nullum alium laborem, in ea ſubſtinendo, ad quæ omnia, & alia, propter quę Cãcellarius põt accipere, vel nõ accipere aliquid, vide *Barboſ. in collect. ad tit. c. 1. ſeſſ. 21 Cõcil. Trid.*

Nuncius, aut Legatus Apoſtolicus, ab Imperatoribus, Regibus, Reginis, Ducibus, &c. durante nunciatura, aut legatione, ex quauis cauſa, ad quos miſſus fuit, fauores cõmendationes oretenus, ſiuè per litteras pro ſe, aut conſanguineis ſuis, dignitatis, aut gradus alicuius obtinendi cauſa, apud S. P. directè, vel indirectè procurare præſumens, incurrit excommunicationem, non reſeruatam, pręter alias pænas. Pius V. cõſt. 90. incip. *& ſi Romanum Pontificem, Barboſa de offic. & poteſt Epiſcopi alleg. 50. n. Scortia in ſelect. SS. Pontificũ conſt. epitome* 567. *Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 6. art. 3.* qui notat, quòd cũ in ea conſt. fiat mentio de Reginis tñ, nõ incidat Nuncius, vt ſupra, dictos fauores impetrans ab Imperatrice, vel Duciſſa, &c. itẽ quia loquitur de Imperatoribus, Regibus, Ducibus, &c. neq. incurrat, procurando, dictos fauores ab eorum filiis, ad regimen, non dum promotis, neque hic includi Nuncios miſſos ad Rempublicam, quæ nullum habet Ducem, aut Principem, ſed regitur per magiſtratum, item quia prohibẽtur dictos fauores pro ſe, vel cõſanguineis procurare, non incurrãt, illos procurando pro amicis, vel affinibus, ſicut ex eo, quod talis probibitio ſit pro fauoribus apud S. Pontificem, non incurrere procurantem illos apud aliquem Principem, etiam eccleſiaſticum, & tandem, quia ad incurrendam talem excommunicationem, requiritur præſumptio, quælibet ignorantia, dummodo nõ ſit coniuncta cũ ingenti temeritate, ab ea excuſet, & ꝙ tãtò magis excuſetur, qñ ſciret ſponte propria Principe ſuo per litteras, aut alio modo ſibi, aut ſuis conſanguineis procurari gradum, aut dignitatem, apud S. P. ſi non contradiceret, nàm licèt per dictã conſtitutionẽ ſibi ꝓhibeatur vti dictis fauoribus, etiã ſponte oblatis, tñ non obligatur ad illos impediendos, ſi ipſe nullo modo illos procurauerit. Hęc omnia ex *Bonac. loc. ſuprac.* qui etiam notat, quòd Nuncii miſsi à Cardinalibus, ſede vacante, hic non includantur. Quia verò in Bulla eſt ſermo de Nũciis, vel legatis miſsis, nõ extẽditur ad legatos natos, vel à latere qui, diſtinguũtur inter ſe, vt eſt videre *ſup. par. 2. recoll. 4. n. 6.* habetur etiã per *Scortiã loco ſuprac theorem.* 211. ꝙ intelligo etiam de Legatis à latere, qui mittuntur ad Imperatores, & Reges pro pace cõcilianda, qui ſolẽt eſſe Cardinales, ſi. n. iſti pręſumerẽt fauoribus Principum, ad quos mittuntur, procurare apud Summum Pontificem, dignitatem aliquam, intellige Epiſcopatum, &c. de quibus per *Scortiam loco ſuprac. theoremate* 212. non incurrent (ni fallor) hanc excommunicationem, ſecluſa opinione illa, de qua ſuprà egi, quòd Cardinales non cõprehendantur in conſtit. Pontificia, generaliter imponente cenſuras, & pænas, quia vt dixi, eſt hic ſermo de Legatis miſsis, non autem de legatis de latere, & ſi non ſufficeret ſi dicti Nuncij habeant facultatem legati à latere, quia hæc facultas nõ facit, quin non dicantur legati miſsi, & dicta facultas reſpicit iuriſdictionem, & non dignitatem ita intelligas *Layman lib. 1. tract. 4. cap. 7. num. 22.*

Nuncios, vel Legatos Apoſtolicos ad quaſcũque partes, miſſos à Sede Apoſtolica, non recipere, vel vt ſuum officiũ, ne exequantur, impedire præſumentes, incurrunt excommunicationem non reſeruatam, ex *extrau. Ioannis* 22. *ſuper gentes, ſeù vnica de conſuetudine*, vbi Regna, Terræ, & loca quælibet ſubiecta Dominis, vt ſup. impedientibus, ſubiiciuntur interdicto, donec domini in contumacia perſtiterint, *Toletus lib. 1. cap. 26. nu. 8. Alterius lib. 5. diſp. 12. cap. 8. verſ. extat quoq.* qui authores ex eo, ꝙ qui impedit, non eijcit, & ſi è contrario, qui eiicit, impediat, inferunt, Nuncios, &c impedientes tantũ, & nõ eiicientes, incurrere hanc excommunic. non autem *can.* 11. *Bullæ cœnæ* contrà eiicientes Epiſcopos, Nuncios, &c. idem dicit *Bonacina to. 3. diſp. 2. q. 12. p. 1. num. 7. & ſeq.* de non recipiente, ſeù non admittente dictos Nuncios, quòd ſcilicèt non ſit idem, non admittere, & eiicere. An autem reduci poſsit ad *can.* 16. eiuſdem Bullæ, de quo *ſup. impedientes Prælatos, &c.* non tangunt authores citati, ſed tunc, iuxtà ea, quæ dixi *loco ſuprac.* inquirendum eſſet id, in quo impediantur ipſi Nuncii, ſi enim impediuntur exequi aliquod negotium extraordinariũ, taliter impedientes non ſubiacẽt d. canoni, ſi verò impediũtur exequi iurſdict. ordinariã quàm iàm admiſsi exercent in aliqua cauſa particulari, vel in genere in cauſis ſibi de iure, vel ex delegatione S. P. cõpetentibus, & ſubiacent dicto canoni. Sic intelligas velim, *Suar. tom. 5. diſp. 23 ſect. 6. num. 4.* vbi poſt relatam



Digitized by Google

latam hanc excommunicationem, vt ſuprà ego retuli, ſubdit, quòd contineatur in Bulla, vide nouiſsimum *Theſaur. p.2.v. Legati*,

O

OBlationes Eccleſiæ factas intrà Eccleſiã, laici auferentes, incurrunt excommunicationem, nulli reſeruatam *in can. finali* 10. *q.* 1. *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 50. *ſub num.* 170. *& alij infracit.* & ſi enim *Filliuc. tr.* 14. *num.* 48. dicat, quòd à paucis iſta excommunicatio numeretur, *fortè, quia non ſit in vſu, vel quia poſsit exiſtimari, eſſe tantum ferendam, non latam*, tamen contrariam opinionem dicit probabiliorem *Bonacina t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 1. *n.* 2. ex quo modo loquendi elici poteſt, quòd opinio *Filliucc.* ſit probabilis, ſicut probabilem eſſe opinionem illã, dixi *ſup. recoll.* 1. *num.* 16. quòd quando dicitur in canone, *fit excommunicatus, vel anathema*, ſignificet ſententiam ferendam, non latam. Dixi *Oblationes*, quia de iſtis in citato canone fit mentio, vndè ſi eleemoſinas laicus auferret de Eccleſia, non eſſet excõmunicatus, conſtituunt enim Doctores differentiam inter eleemoſinam, & oblationem, eò quòd illa fiat in occulto, & iſta in publico, vndè ſubdunt ab excommunicatis poſſe recipi eleemoſinam, & decimam, non autem oblationem, & mortuaria, *Ioannes de Lignano in tract. de cenſura eccleſiaſtica* §. 27. *num.* 6. *t.* 9. *Tract. & Maluetius tr. de oblationibus p.* 2 *num.* 3. idem docens, ſubdit, quòd quamuis eleemoſina fiat in publico, per hoc non mutatur genus eleemoſinæ, eſt igitur oblatio propriè illa, quam faciunt fideles ad altare, vel manum Sacerdotis, vt per *Troilum Maluetium loco ſuprac. ſub num.* 1. non nego tamen, à Doctoribus plerumq. accipi eleemoſinam pro oblatione, maximè cùm loquuntur de oblationibus factis imagini intrà Parochiam exiſtenti, de qua per *Maluetium loco ſuprac. & per praxim Archiepiſcopalem Neapolitanam cep.* 58. *in* 2. *edit.* latius per *Bellettum in ſua diſquiſit. clericali, tit. de bonis cleric.* §. 3. *in princ.* tamen quando ſumus in materia pænali, puto accipienda eſſe verba in propria ſignificatione, vt aliàs dictũ fuit, & ſic patet, quòd accipiens pecuniam à cippo, vel capſula Eccleſiæ, non incurrit hanc excommunicationem. ſed benè incurrere illum, qui vota argentea, fruges, vel aliàs oblata altari, vel pecuniã ibid. datã Sacerdoti, nomine Eccleſiæ, ſecus ſi tantũ pro Miſsis, &c. Dixi ſecundò *intra Eccleſiã*, quia ſi d. oblationes, quis auferat extrà Eccleſiã, neque incurritur dicta excommunicatio, *Bonac. loco ſuprac.* qui *n.* 4. etiam ſubdit, non ſufficere ad hoc conatum, ſed requiri effectũm ablationis ſequutum, intellige contrectationis ipſius rei extra Eccleſiam, & docet quoq. *num. ſeq.* ꝙ ex eo, quia ſpecialiter dicta excommunicatio eſt contrà ſæculares, eccleſiaſtici ſi auferant, vt ſuprà dictas oblationes intrà Eccleſiam, illam non incurrant. Nota quòd in *Concil. Trid. ſeſſ.* 22. *cap.* 11. fertur excommunicatio reſeruata S. P. etiam poſt factam reſtitutionẽ, contra Clericos, vel laicos, quacunque dignitate, &c. qui vi, aut metu per ſe, vel per alium, ſeù quacunque arte, aut quæſito colore, bona, fructus, cenſus, emolumenta, ac quaſcunq. obuentiones in proprios vſus conuertere, illosq. vſurpare præſumpſerint. Item in *Bulla cœnæ can.* 17. fertur excommunicatio contra vſurpantes iuriſdictiones, ſeù fructus, redditus, & prouentus ad Sedem Apoſtolicam, & quaſcunque eccleſiaſticas perſonas, ratione Eccleſiarum, monaſteriorũ, vel beneficiorũ pertinẽtes. Vndè põt dubitari, an tã nomine *emolumentorũ, & quarumcunq. obuentionum*, de quibus fit mentio in decreto Concilij, quàm appellatione *prouentuũ* de quibus loquitur canon Bullæ, veniant oblationes, & per conſequens, quando illas auferens, incidat in excomm. non reſeruatam, latam in *dicto can. hanc conſuetudinẽ*, & quando in reſeruatam in *cit. decreto S. Cõcilij*, à qua poſſunt abſoluere Confeſſarij priuilegiati, & tandem quando incurrant in excommunicationem Bullæ, à qua non poſſunt abſoluere ipſi Confeſſarii priuilegiati. Circà primum dubium, videtur prima fronte dicendum, in verbis tàm Concilij, quàm Bullæ contineri oblationes, quia illæ veniunt appellatione prouentuum, vt expreſſè dixit *Filliucciucius tr.* 16. *num.* 220. & tantò magis nomine emolumentorum, ac obuentionum, quæ verba ſignificant quamlibet vtilitatem. Contrarium tamen mihi videtur verius ex eo, quòd licèt oblationes poſsint comprehendi ſub dictis verbis, tamen id erit largiſsimo ſumpto vocabulo, & quando agimus de cenſuris, accipienda eſt ſtricta interpretatio, vt ſæpè fuit dictũ, itẽ quia vbi habemus cenſuram ſpecialiter loquentẽ de oblationibus, non debemus recurrere ad generalem, vbi de illis non fit mentio, iuxtà regulam vulgatam, ſpecialitas derogat generalitati. Ad ſecundum dubium, reſpondetur, quòd dato, ac non conceſſo, ibi contineri, qui ſimpliciter aufert dictas oblationes, ſiuè intrà Eccleſiam, ſiuè extrà, vt fur, & latro, dummodo ſciat eſſe Eccleſiæ, incideret tàm Clericus, quàm laicus in dictam excomm. Concilii duntaxat, quæ & ſi ſit reſeruata, poteſt tamen abſolui à Confeſſariis priuilegiatis, *Villalob. p.* 1. *tr.* 17. *difficul.* 21. *n.* 8. *ad fin.* maximè ſi nõ eſt Prælatus, vel beneficiarius, ſed extraneus, & dixi ſup. *incidentes arbores*, quibus illic allegatis, accedit *Barboſa in collect.*

Digitized by Google

*lib. ad Concil. loco ſuprac.* nam ad incurrendam excommunicationem Bullæ, requiritur vſurpatio propriè ſumpta, ideſt authoritatiuè facta, vt habetis apud noſtrum *Duardum lib. 2. Bulla cana cap. 13. q. 2. num. 2. & ſeq.* vbi latè de conuenientiis, & differentiis inter dictam excommuuicationem Concil. Trid. & Bullæ.

Oblationes alterius Eccleſiæ accipientes, vt alteri Eccleſiæ dent, abſque conſenſu Epiſcopi, vel alterius, ad quem in hac re conſentire, ſpectat, incurrunt excommunicationem non reſeruatam ex *cap. in canonibus 16. q. 1.* refert *Megalius 3. p. lib. 4. cap. 6. num. 116.* ſi vultis ſcire, cuius Eccleſiæ ſint oblationes, videte *Praxim Archiep. Neap. & Bellettum locis ſupracitatis.*

Oblationes debitas non ſoluentes, non incurrunt excomm. ipſo iure, ſed poſſunt excõmunicari, ita *Azor. t. 1. li. 2. c. 38. q. 16. ex can. qui oblationes 13. q. 11.* vbi habetur. *Qui oblationes defunctorum aut negant Eccleſiis, aut difficulter reddunt, tamquam egentium necatores excommunicentur, & c. ſeq. qui oblationes defunctorum retinent, & Eccleſiis reddere demorantur, vt infideles ab Eccleſia ſunt abiiciendi, & ibid. can. Clerici. Clerici, vel ſaculares, qui oblationes parentum, aut donatas, aut teſtamẽto relictas, reſtituere perſtiterint, aut ipſi, quòd donauerint Eccleſiis, vel monaſteriis crediderint auferendum, ſicut Sancta Synodus conſtituit, velut necatores pauperum, quouſq; reddãt, ab Eccleſiis excluduntur.* Dixi *debitas*, quia de iſtis loquuntur iura prædicta, non autem de voluutariis ita ſubdit *Azorius loco ſuprac.* qui *ibid. quaſit.* 12. tractat articulum illum, de quo latè inter meas conſultat. morales in illa S. Laudecij, Diæc. Arimin. An vbi oblationes de more, & cõſuetudine ſoluuntur, ſint iudicandæ voluntariæ, vel neceſſariæ, concluditque prout ego ibi cum probabiliori, cẽſeri debere neceſſarias, proſequitur præter ibi allegata *Bellettus loco infrac. n. 22.* vbi ꝙ quis ad hãc cõſuetudinẽ obſeruandã poſſit cogi officio iudicis. Igitur tales nõ ſoluentes dictas oblationes debitas, iàm neceſſarias, ex quo nõ ſint ipſo facto excõmunicati, nõ põt Parrochus propria authoritate, illis denegare Sacramenta, & alia ſpiritualia, ſed recurrere debet ad ſuperiorem, nempè Ordinarium, ad hoc vt tales, ſi moniti, contumaces, extiterint, excommunicet *Bellettus p. 1. tit. de bonis Clericorum* §. 3. *nu.* 14 vbi idem dicit de Parrochiano non ſoluente decimas, vt habui in facto, de qua re agit *Campanilis in ſuo diuerſorio iuris canonici, Rub. 12. c. 13. num.* 155. vbi concedit, quòd quando notorium ſit, aliquem renuere ſolutionem decimarum, non debeat abſolui à Confeſſario.

Obſidentes vias, & adorientes Romipetas, illiſque pecuniam, veſtes, & alia ſurripientes, incurrunt excommunicationem latam in *can.* 10. Bullæ cænæ, ita communiter authores comentantes dictum canonem, teſte *Bonacina tom. 3. diſp. 1. q. 11. p. 1. num.* 8.

Occidentes, vel mutilantes, aut offendentes accedentes, vel recedentes à Romana Curia, quando incurrãt excommunicationem, vide Doctores in Bulla cænæ, *can. 9. & can. 12.*

Occupantes in totum, vel in parte Ciuitates, vel loca Eccleſiæ Romanæ, incurrunt excommunicationem latam in *Bulla cana can.* 20. vbi expoſitores, & *Scortia theor.* 72. Adeſt etiam excommunicatio S. Pontifici reſeruata contra occupantes bona, cenſus, terras, & debita Cameræ Apoſtolicæ, à Paulo IV. lata in conſt. 11. aliàs 25. incip. *incumbentia*, de qua *Scortia epitome* 68.

Occupantes bona Fratruum Mendicantium, vel eorum perſonas, loca, conuentus, & poſſeſſiones perturbantes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam. Clem. IV. & Bonifacius IX. apud *Conſettum in cõpendio priuilegiorũ Mẽdicantiũ fol. 14. & 22.*

Occupantes, & non impendentes ad vſum deſtinatum pecuniam datam à fidelibus, pro eleemoſina, & ſubſtentatione Fratribus diſcalceatis, qui mittuntur ad procurandam conuerſionem infidelium, incurrunt excõmunicationem S. Pontifici reſeruatam. Paulus V. in ſua conſtitutione edita die 15. Decembris, 1607.

Offendentes Cardinalem, *ſupra Cardinalem*, quòd habeãt dictæ pænæ locum in offendẽtibus Papã, videte *Sanchez lib. 2 ſumma, c. 28. n. 20. & Duardum lib. 2. Bulla cana can. 11. q.* 10. vbi de offendentibus familiares Cardinalium, & Papæ.

Officiales, & alii Magiſtratus ſæculares, qui ab Epiſcopis requiſiti, ei non præbent eorũ auxilium ad reſtituendam, vel conſeruandam clauſuram monialium, & ad pænis compeſcendos inobedientes, & contradicentes dictæ clauſuræ, incurrunt excommunicationem, nulli reſeruatam, *ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regularibus cap. 5. Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.* 50. *in addit. cum de excommunic. ex Concil. Trid. verſ. ſexta, Campanilis rub. 12. cap. 13. nu. 84. & ſeq. Sanch. lib. 6. ſumma cap. 15. num. 22. Bonacina de clauſura q. 1. p. 3.* vbi quòd magiſtratus appellatione, hic non veniant Principes, (& ſic dicas de aliis Dominis) & quòd ſi iſti magiſtratus eſſent eccleſiaſtici, ſæcularem iuriſdictionem exercentes, etiam ſub dicta excommunicatione comprehendantur.

Ordinem, ſeu Religionẽ nouam inſtituentes abſque S. Pontificis ſpeciali licentia, licèt peccent, & grauiter puniendi ſint, quia id prohibetur expreſsè à Concil. Lateran. & Lugduneu vt per *Layman lib. 4. tr. 5. cap. 1. n. 3.* & meritò, quia nouitates regulariter sũt ſuſpe-

Digitized by Google

ſuſpectæ *cap. enim conſuetudinis, ext. de conſuetudine* (qualе autem peccatum ſit, nouitatum inuentio, habetis apud *Tolet. de ſeptem peccatis mortalibus c.13.*) Nō tamen incurrūt excommunicationem, vt probat *Suar. diſp. 23. ſect. 4. num. 20. & ſect. 6. ad finem*, contrà *Silu. Angelum, & Nau.* ſequitur *Suar.* poſt *Filliuccium, Bonacina t.3. diſp. 2. q. 2. p. 27. n. 2* Adde, quòd neque aliquam cenſuram incurrant profitentes dictā Religionē, neq. ad illam admittentes, hæ enim actiones ſunt prohibitæ ſub excommunicatione pro Religionibus caſſatis, & prohibitis, vt Fracicellorum, Bequinarum, &c. de quibus ſuprà feci mentionem ſuis locis, poſt *Bonacinam loco ſuprac. & puncto praeced.* An pæna profitentis (ſi ita dicere fas eſt) in d. nouo ordine, ſinè approbatione, erit quòd valeat profeſsio in vim voti ſimplicis Religionis in genere, videtur reſpondere affimatiuè *Suarez to.3. de Religione lib.7. cap.2. n.3.* intellige tñ cum limitatione, de qua *per Sanchez lib.5. ſumma cap.4. num.87. & 105.* vnde benè *Leſsius lib. 2. de iuſt. cap.41. num.14.* aſſerit, talem profitentem in dicto Ordine non approbato non obligatū iri tribus votis, quia non intenderat, ſe obligare ad dicta vota, niſi in illo Ordine, & iuxtà illius Ordinis regulam. Alias autem Congregationes non ſub titulo ſtatus Religioſi, ſed cauſa pietatis, ſeù deuotionis Chriſtianæ, nihil prohibet inſtitui, etiam non requiſita Epiſcopi licentia vt poſt *Silueſtrum, Mirandam*, & alios, notat *Layman loco ſupracitato.*

P

Palatij Apoſtolici, bona diripientes, vel Illorum detentores, ſi ſunt Epiſcopi, vel alia maiore dignitate eccleſiaſtica, etiā Cardinalitia fulgentes, incurrūt interdictū ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſi intrà 14. dies nō obediunt, ſuſpenduntur à regimine Eccleſiarum, &c. Reliqui autem incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam cum aliis pænis, vt habetur ex Pio IV. in ſua *conſt.4. tom. 2. Bullarij noui fol.5.* facit de ea mentionem *Scortia in ſelectas SS. Pontificum conſtit. theoremate 175. verſ. Direptores.*

Papæ electionis formam, declaratam in conſt. Gregor. XV. incip. *Aeterni Patris*, quam perpetuò futuris temporibus ſeruandam eſſe, ſanciuit Vrbanus VIII. per ſuam conſtitut. incip. *Ad Romani Pontificis*, vt ſcilicèt celebranda ſit clauſo conclaui cum ſcrutinio per vota ſecreta, & acceſſu, ſchedularū ſuffragia, duarum ex tribus partibus Cardinaliū in conclaui præſentium, in ſcrutinio, & acceſſu, electi tamen ſuffragio non computato, vel per viam compromiſſi, ab omnibus Cardinalibus, ſimiliter in conclaui præſentibus, nemine diſcrepante inibi, ita vt nemo ſe ipſum elegerit, vel per quaſi inſpirationē, nullo præcedente de perſona ſpeciali tractatu, omnium pariter Cardinalium præſentium in conclaui, communiter, nemine diſcrepante, per verbum eligo, intelligibili voce prolatum, aut ſcripto, ſi voce non potuerit: cum aliis ibi contentis (vt habetis in dicta conſtitut. relata per *Iulium Lauorium in ſuis varijs lucubrationibus tit.4. cap.10.* reaſſumit breuiter omnes actiones ibi prohibitas, *Bonacina t.3. 3. diſp. 2. q. 7. p. 1. num. 6.*) non ſeruantes præter inualiditatem electionis, & alias pænas, tàm ipſe electus ſcienter electioni conſentiens, quàm eligentes, eiuſque fautores, incurrunt excommunicationem reſeruatam, à qua extrà articulum mortis, nec Summus Penitentiarius abſoluere poteſt, vnde infert *Bonacina loco ſuprac. n.7. & ſeq.* Epiſcopos non poſſe abſoluere ab ea, ſi delictum ſit occultum, nec Religioſos priuilegiatos, & licèt ibi ſe remittat pro abſolutione vi Bullæ Cruciatæ, tamen in loco, vbi ſe remittit, affirmat, loquendo de cenſuris contentis in Bulla cænę, quo modo loquendi ſupponit, hanc cenſuram, iudicandam eſſe vt vnam ex contentis in d. Bulla, vt patet ibi, *ſententiam excommunicationis, & anathema, aliaſque cenſuras, & pænas inuaſoribus Sedis Apoſtolicæ à ſacris canonibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis impoſitas, pariter ipſo facto incurrant.* Cū igitur ex dicta Bulla cruciatę detur Confeſſarius facultas abſoluendi à caſibus Bullæ cænæ, excepta hæreſi, ſemel in vita, & ſemel in morte, conceſſa etiam cenſetur facultas circà hunc caſum, idem dicendū à pari de Bulla iubilei, ibi. n. ſimiliter cōceditur facultas circà cenſuras Bullæ cænæ, excepta hereſi, quia igitur iſtæ conceſsiones omnes, manant à S. Pontifice, & ſunt de cōtentis in Bulla cænæ, excepta hæreſi (ac iſta excommunicatio non pertineat ad hereſim, ſed ad ſchiſma: nàm ſchiſmatici, ſunt inuaſores Sedis Apoſtolicæ, & per exceptionem caſus hereſis non cenſetur exceptus caſus ſchiſmæ, vt poſt *Sanchez*, dixi *par ſecunda de iubileo num. 47.* & me citato proſequitur *Boſsius de iubileo ſect. 1. caſu 8. num. 4.* & *Diana pun. 1. tract. 11. de Bulla cruciata reſol. 29.*) verificatur, quòd præcipitur in dicta conſtitutione, quòd *à nullo, nec etiam à maiori Pænitentiario, cuiuſcumque facultatis vigore, præterquam à Romano Pontifice, niſi in mortis articulo, abſolui poſſit.* Nec eſt mirum ſi exprimat Summum Pænitentiarium, qui maximè Sede vacante abſoluità cēſuris Bullæ cænæ iuxtà ea, quæ dixi *ſup. p. 2. recoll. 7. in principio*, quia cū ipſe ſit Cardinalis, & reperiatur in conclaui, noluit S. P. quòd haberent circà illam cenſuram authoritatem talē pro eo tempore, non tamen per hoc, concedendo deinceps facultatem circa caſus Bullæ cænæ, voluit,

Digitized by Google

luit, quòd hic caſus cẽſeatur excluſus. Quòd Legatus à latere non poſſit abſoluere à cenſuris Bullæ cęnæ, & per conſequens neque ab iſta excommunicatione, patet ex allegatis per *Bonacinam ſup. diſp. 1. q. 22. p. 2. num. 4.* Item ibidem, ead. excommunicatione mulctantur omnes, & ſinguli S.R.E. Cardinales, contrà ibid. contenta, vel eorum aliquid, ſtatuere, diſponere, vel ordinare, ſeù in aliquo còrrigere, alterare, ſeù aliquo modo facere, tractare, moliri, vel attentare præſumẽtes, cũ his tñ differentiis, quarũ prima eſt, nã quòad primũ caput, talis excommunicatio non ligat, niſi ſequuto effectu electionis inualidæ, quò verò ad ſecundũ, etiã nó ſequuto effectu, patet, quia primo caſu fertur excommunicatio contra electum, eligentes, eiuſque fautores, &c. ſecundo caſu excommunicantur molientes, & attentantes aliquid contra ibi contenta. Secunda differentia eſt, quia ad incurrendã primo caſu excõmunicationem, non requiritur præſumptio, ſed benè in ſecundo caſu, quia prima excommunicatio reſpicit formam ſubſtantialem, de qua ſuprà, iſta verò formam accidentalẽ, quæ conſiſtit in aliis expreſsis in dicto caſu; Dubitari tñ poteſt, an illa excommunicatio eodem modo cenſeatur reſeruata, ſicuti prima. Ratio dubitandi eſt, quia in iſta ſecunda parte ſimpliciter leguntur verba illa, *Sub ead. excommunicationis pæna, ipſo facto incurrenda*, & cùm ſimus in materia odioſa ly *eadem* non eſt neceſſe, quòd ſignificet idemptitatem in omnibus, & per omnia, cũ præcedenti, argumento notatorũ p *Abbatem in cap. Rodulphus de reſcriptis, & Alex. conſ. 248. num. 10. vol. 6.* Confirmatur quia primo caſu, qui contrauenit in ſubſtantialibus, ſequuta electione, poteſt dici inuaſor Sedis Apoſtolicæ, non autem ſecundo caſu, contraueniens in accidentalibus, & nõ ſequuta aliqua electione. Contrariũ tamen poſt hæc ſcripta videtur ſupponere, vt certũ *Theſaurus p. 2. de pænis eccleſiaſticis verbo Conclaue cap. 5.* Et quoniam in dicta conſtit. non ſolum irritantur pacta, & iuramenta, facta à Cardinalibus de includendis, vel excludendis circa Papatum, verum etiã prohibetur, ne frangenti fidem, eo caſu poſsit exprobari de violata fide, vel perfidia, *Sopranus* putauit, talem exprobantem, includi in eadem excommunicatione, ſed rectius, *Bonacina loco ſupracitato verſ. 19.* contrarium probat.

Papæ nomen vſurpans quis ex eo, quòd à tertia parte, vel à paucioribus, quàm à duobus Cardinaliũ partibus, ſit electus, incurrit excomm. *ex c. licet de electione*, vbi extenditur d. excommunicatio, etiam ad eos, qui illum receperint. *D. Anton. Nau. Filliuce, & alij.* quos refert, & ſequitur *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcopi alleg. 50. num. 202. in addit.* qui hanc excommunicationem numerat inter non reſeruatas, & verè non reſeruatur expreſsè in *cit. cap. licet*, tamen quia vt inquit *Suarez tom. 5. diſp. 23. ſect. 3. num. 2. hoc crimen eſt propriiſsimè, & rigoroſè ſchiſma.* certum eſt, hodiè eſſe reſeruatã dictã excommunicationẽ in Bulla cænæ. Dixi *hodiè*, quia non ſolum in iure communi non reperitur reſeruata excommunicatio contra ſchiſmaticos, vt putat *Nau. cap. 23. ſumma num. 117. verſ. octaua*, ſed nec eſt certum, vtrum omnes ſchiſmatici ſint excommunicati ipſo iure, vt per *Sanchez loco ſuprac. num. 1. ad finem, & Bonacinam tom. 3. diſp. 1. quæſt. 2. par. 5. num. 10. in principio*, ideoque circa huius caſus abſolutionem, nihil occurrit, præter ea quæ dixi concluſione proximè præcedenti,

Papatum ambientes cum tractatu viuente Papa, atque inconſulto, incurrit, præter alias pænas, excommunicationem S.P. reſeruatã, Paulus IV. ſua conſt. 16. incip. *Cum ſecundum* vbi extendit dictas pænas ad dantes auxiliũ, conſilium, operã, fauorem, quouis modo, directè, vel indirectè, &c. *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcopi alleg. 50. num. 126. Scortia in ſelectas SS. Pontificum conſt. epitome 70. theoremate 180.* latius, & clarius *Bonacina tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 1.* Dixi *Papatum ambientes cum tractatu*, quia ad incurrendam iſtam excõmunicationem, non ſufficit ſola ambitio, quæ ſolet de ſua natura exiſtere in interno. Vndè à *D. Thoma, & alijs* definitur, quòd ſit inordinata cupiditas honoris, & dignitatis, niſi exeat ad actum externum per tractatum. Qui tractatus ad incurrendam dictam excommunicationem, requiritur, vt ſit pactionalis, ſeù vt Cardinales aliqui, ſibi inuicem promittant, vel fidem dent, quòd talem eligant, vel ſi Cardinales non ſint, cõuenticulas faciant, tractantes quomodo poſſint Cardinales inducere ad hunc eligendũ, & per conſequens non ſufficeret tractatus conſtitutiuus, interrogando v. g. quis eſſet aptus, vel etiam affirmando, talem eſſe aptũ, ſicut etiã ſi dictus tractatus tantũ eſſet de excluſione alicuius Papatu, non ſubiiceretur huic excommunicationi, quæ reſpicit tractatum incluſiuum, in quo adeſt periculum captandæ mortis S. Pontificis, ad quod periculum euitandum, emanauit iſta conſtitutio, quæ innouat conſtitutionem *Symmachi in p. Synodo Romana, relatam in can. ſi quis Papa 79. diſt.* Quòad actus acceſſorios, ſcilicèt conſilium dantes, &c. tunc ex dicta conſt. huic excommunicationi ſubiiciuntur, ſi per ſe, vel per aliòs quàm primum poterunt, nõ reuelauerint, vndè nõ incurrunt dictã excõmunicationem, etiam ſequta actione principali dicti tractatus, niſi quoq. tranſegerit



Digitized by Google

tempus, intrà quòd commodè potuerunt S. Pōtifici, vel alteri eius miniſtro id reuelare, & non reuelauerunt, vt in ſimili dixi ſuprà *Dubium*, & in ſpecie notat *Bonacina loco ſuprac. num. 6.* Adde, quòd ſi in prędicto tractatu, interueniret promiſſio alicuius rei temporalis, tunc incurreretur etiam excōmunicatio lata contrà ſimoniacos in beneficijs, vndè notabis differentiam inter excōmunicationem latam contra ambientes Papatum ante mortem Papæ, & poſt mortem ipſius: Nam ad incurrendam illam, non requiritur, quòd in dicto tract. interueniat ſimonia, ſed benè ad incurrendam iſtam, ſede vacante, vt dixi *ſup. Cardinales*, quibus illic allegatis adde *Bonacinam ſup. num. 4. Theſaurum verbo ambitus cap. 3. & Barboſam alleg. 50. num.* 127. & ſic intellige *Nauarr. conſ. 17. de ſent. excomm.* qui ſua pace, fallitur, dum ſubdit, hoc caſu incurri etiam ab his excommunicationem latam contra dantes, & promittētes in curia pro gratia, &c. quia præter quam Papatus non eſt gratia, vel iuſtitia: dicta excommunicatio lata eſt contra dantes, & promittentes, pro gratia, & iuſtitia proficiſcente à Sede Apoſtolica, qualis non eſt Collegium Cardinalium, à quo proficiſcitur Papatus. Tandem in eadem conſtit. excommunicantur illi, qui auſu temerario illam, vel aliquid eius, tanquam iniuſtam, illicitam, iniquam, vllo vnquam tempore aſſeruerint, etiam ſi Cardinalitia, Regia, Imperiali excellentia fulgeāt. Circa reſeruationē huius excommnnicationis. Nota S. P. N. Vrbanum VIII. in Breui reformationis S. Pænitentiariæ anno 1634. 27. Septembris. inhibuiſſe maiori Pænitentiario, & aliis officialibus illius, nè abſoluant à prædictis, ita nouiſsimè aduertit *Theſaurus p. 2. de pænis eccleſiaſticis verbo ambitus cap. 2. verſ. denique*, Qui & ſi nō declaret. vtrum dicta prohibitio ſit pro excommunicatione lata; tàm pro ambientibus cū tractatu, & pro auxilium, conſilium, &c. illis dantibus (de quibus non dubito) quàm etiā pro excommun. contrà impugnantes dictam Bullam, tamen puto, illam cōprehendere etiā hunc ſecundum caſum, quia contra tales, in eadem conſtitutione præcipitur, inquiri tanquam contra ſchiſmaticos, & hæreticos, quod nō, dixit de aliis primis caſibus, ergò ſignum eſt, hoc ab eod. S. P. exiſtimari maius crimen, quàm tractatus, &c.

Penſiones debito tempore, Titularis non ſoluens penſionario, non incurrit excommunicationem ſtatim tranſacto termino, ſed poſtquā Pēſionarius declarauerit velle beneficiatū illā incurrere, vt dixi *ſup. vtroblb. 1. nu. 165. & 153.* vbi idem probo de excommunicatione, quæ incurritur ex qualibet obligatione camerali, quòd eſt verum, & ſi fuerit expreſsè dictum in reſeruatione ipſius, quòd Titularis, vel eius ſucceſſores, in terminis aſsignatis, vel ſaltem intrà triginta dies immediatè ſequentes, penſionem prædictam cum effectu, ſi nō perſoluerit, ipſi excommunicationem incurrant, vt poſt *Pariſ. Gonzalez Garziam, & Rotam* nouiſsimè aduertit *Ciarlin. in ſuis controuerſiis c. 35. n. 11.* itē quòd d. declaratio nō efficiat, vt præfata excommunicatio intelligatur per retrotractionem, cōtracta à titulari tempore moræ, vt contrà *Nau. & Leſſium*, probat *Bonacina t. 3. diſp. 2. q. 1. pun. vnico n. 12.* qui *Bonacina ibidem num. præcedenti, & clarius Ciarlinus n.* 16. & ante omnes *Garſ. ſup. p. 1. c. 5. n. 582.* explicant, qualis debeat eſſe dicta declaratio mentis penſionarii, ſ. per intimationē declaratoriæ, ipſius excommunicationis factæ iudice, vel affixionē cedulonum, quam declarationem poteſt facere non ſolum Auditor Cameræ, & Ordinarius, vbi ſitum eſt beneficium grauatum penſione, vel vbi titularis reperitur, ſed quilibet Canonicus cathedralis Eccleſiæ, vel alius in dignitate eccleſiaſtica conſtitutus in dictis locis, omnes enim iſti ſunt exequutores, vt p *Garſiam loco ſuprac. à num. 530.* vbi ponit practicam ſeruandam, quando exequutiuè agitur ad ſolutionem penſionis coram exequutore, vigore litterarum exequutoriarum, ſeù clauſulæ, *cæterum proceſſus fulminatus, &c.* hoc eſt quòd dicit *Franciſcus Leo in ſuo theſauro fori eccleſiaſti p. 2. cap. 7. num.* 60. ibi *Regulariter executio litterarum reſeruationis penſionum committitur locorum Ordinarijs, & alijs in dignitate eccleſiaſtica conſtitutis, & ſi penſionarius litteras reſeruationis præſentaret alteri, quàm eiſdem pro exequutoribus nominatis, cuiuſcunq. qualitatis, & conditionis, etiam ſi Legati, vel Nuncij Apoſtolici forent, defectu iuriſdictionis, eorum ſententia vitio, nullitatis ſubijacerent, quia in prima inſtantia nullam habent iuriſdictionem, nec vigore delegationis, quæ facta in vnam perſonam, in aliam ſine delegatione transferri non poteſt.* Apud quem authorē reperies aliquas exceptiones, quæ opponi poſsūt à titulari. In ſpecie, de eo, quòd facere debet pēſionarius, qñ talis titularis eſt impotens ad ſoluendā dictā penſionem, vel id, in quo ſe obligauit in forma cameræ, cū renūciatione *c. Odoard. Bonac. loco ſuprac. n. 12. verſ. obijcies ſecundò.* Adde, quòd neque ſufficit ad incurrendam dictam excommunicationem, ſi talis declaratio fiat à iudice ad inſtantiam procuratoris, non habentis ſpeciale mandatum, vel heredis penſionarij vt poſt alios habet *Caſtrus Palaus t. 2. tr. 16. diſp. 1. p. 11. §. 7.* vbi quòd hæc declaratio excommunicationis ſieri poſsit, etiam ante quàm excutiantur bona titularis, quia illa non eſt lata in ſubſidium, vt aliqui putant.

An

Digitized by Google

An autem excuſet à dicta excommunicatione, ſi litteræ reſeruationis non ſint expeditæ, licèt titularis conſenſerit ipſi penſioni, vel ſi expeditæ, nõ tñ fuerunt intimatæ ipſi titulari, vide *Marium Anton. var. reſol. lib.* 1. *reſol. vlt. caſu* 56. & 65. vbi an requiratur etiam probatio ſuprauiuentiæ ipſius penſionarij. Circa abſolutionẽ dictæ ex-excommunicationis in foro exteriori, etiam poſt ſolutionem penſionis, certum eſt, debere impartiri ab eodem exequutore, à quo fuit facta declaratio illius, vel affixi cædulones, infrà annum, iuxtà ea, quæ dixi ſupra, *excommunicatus*, & *inſordeſcentes*, vbi quòd poſt annũ à die declarationis, remanet S. Põtifici reſeruata, in foro autem interno poſſunt Confeſſarii Regulares ſemper, vt patet ex priuilegio relato *ſup. par.* 2. *recoll.* 10. *n.* 124. quòd ſcilicèt dicti Confeſſarii poſſint in foro conſcientiæ poſt ſatisfactionem abſoluere nominatim excommunicatos.

Percuſſores Clericorum infrà *recoll. ſequenti.*

Peregrinantes ad Domini noſtri ſepulcrum deuotionis cauſa, abſq. S. P. licentia expreſſa: incurrũt excõm. S. P. reſeruatam, ex libro Pænitentiariæ S. Pontificis, in quo iſtam excõmunicationem ſe vidiſſe, refert *D. Antoninus* apud *Barboſam de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 50. *num.* 192. *in addit.* idem ex *Archidiacono*, ſcilicèt ſe vidiſſe in dicto libro præfatam excommunicationem, refert *Silueſter excommunicat.* 7. *n.* 91. *Franciſcus* autẽ *de Platea cum de excommun.* 1. §. 4. *num.* 21. citat dictum librum ſub alio titulo, ſcilicèt in libro Pænitentiariæ Sũmi Pænitentiarij, & ſubdit, ꝙ tales poſſunt abſolui à Summo Pænitentiario. *Suarez diſp.* 22. *ſect.* 6. *ſub. num.* 9. & ſi non audeat dicere, talem excommunicationem eſſe derogatam per contrariam conſuetudinem, vt non obliget ſcientes dictam prohibitionem, tamen ex eo quia communiter ignoratur, ſubdit, quòd excuſentur dictam peregrinationem, abſque dicta licentia perficientes. Nõ enim ſufficere ad excommunicationem incurrendam, quòd quis inchoet dictam peregrinationem, niſi perficiat deueniendo ad Sanctũ Sepulcrũ, probat *Bonacina tom.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 39. *num.* 3. nàm dicta excommunicatio loquitur de accedente ad Sanctum Sepulcrum ſine licentia, credo tamen, ſufficere hoc caſu ſi deueniat ad Terram Sanctã, militat enim ratio finalis S. P. in huiuſmodi prohibitione .ſ. periculũ peruerſionis, cũ illa loca ſint infideliũ, fauet *Franciſcus de Platea loco cit.* qui refert, quòd ſit contrà euntes ad Terram Sanctam, & videtur etiam innuere *Suarez cit. num.* 9. ibi. *ſuppoſita ergò illa lege, ſolum eſt aduertendum, etiam ſolum loqui de his, qui Religionis cauſa Hieruſalem, ad loca ſancta viſenda incedunt, vndè qui negotiationis cauſa illuc progrederetur, & poſtea ex deuotione ad Sepulcrum accederet, non ageret contrà hanc legem,* de qua re *Bonacina loco ſupra c. ſub num.* 4. ex quibus patet, quòd vouens dictam peregrinationem, & ſi tunc putabat, illam poſſe perficere abſque licentia, non per hoc, cùm id reſcierit, remanebit ſolutus à voto, ſed tenetur petere dictam licentiã, *Suar. & Bonac. locis citatis*, talis enim error nõ eſt circa ſubſtantialẽ circunſtantiã, vt eſſet v.g. quãdo putaret Hyeroſolimã, &c. poſſe adire abſq. nauigatione, quo caſu, votũ non obligaret, vt per *Sanchez lib.* 4. *ſumma c.* 2. *num.* 11. ſed circa circunſtantiam accidentalem, qualis eſt petere dictam licentiam à Summo Pontifice. Pro peregrinis autem, *qui Apoſtolorum limina, & aliorum Sanctorũ oratoria viſitantibus, ſi quis illos offendere, ſeù rebus, quas ferũt, ſpoliare præſũpſerit. Caliſtus S. P.* iubet, quòd cõmunione careat chriſtiana, donec ſatisfecerit *in can. ſi quis Romipetas* 24. *q.* 3. circà quæ verba, duo occurrũt dubia. Primũ eſt an illa verba, *& aliorũ Sãctorũ oratoria viſitantes*, intelligantur de *oratorijs* exiſtẽtibus in vrbe Romæ, vel etiã de alibi exiſtẽtibus. Secundũ an illa verba *cõmunione careat chriſtiana*, ſignificent latã, vel ferendã ſententiam excommunicationis. Quò ad primum reſpondeo, intelligi non ſolum de viſitantibus oratoria in vrbe Romæ exiſtentia, ſed etiam in alijs locis, hoc enim mihi ſignificant veba illius canouis, *ſi quis Romipetas, & peregrinos*, pro ly *Romipetas* intelligo viſitantes oratoria vrbis, pro *peregrinis* intelligo viſitanres oratoria alibi exiſtentia, quòd magis patet ex *can. illi, qui, eadem cauſa, & quæſtione*, vbi generaliter S. P. loquitur de offendentibus quoſcunq. peregrinos. Quòad ſecundum, dico, cõmuniter Doctores explicare dicta verba, hoc loco continere non ſententiam latę, ſed ferendæ, ita *Turrecremata, Archidiaconus, & alij in d. tex. Angelus Armilla, & Silueſter verbo Peregrinus*, vndè antè quàm in Bulla cænæ contra offendentès eos, qui cauſa deuotionis Romam veniunt, ſeù Romipetas, ferretur excom municatio ipſo iure, ipſa non aderat. Dixi *contra offendentes eos, qui cauſa deuotionis Romam, &c.* quia de iſtis fit expreſſa mentio, in dicto textu, & alius tex. de alijs peregrinis loquens, ſcilicèt *can. illi, qui;* expreſsè ſtatuit, illos offendentes, ſubdendos eſſe excommunicationi. Confirmatur reſolutio vtriuſq. dubij ex ſummario ipſius *cap. ſi quis; Romipetas*, vbi legis hæc verba. *communione priuetur*, ecce quòd non fertur in eo excommunicatio latæ ſententiæ) *qui Romipetas, vel peregrinos, vel mercatores moleſtare præſumunt*, ecce quòd ibi nõ ſolũ de moleſtantibus peregrinos pro viſitandis Eccleſijs vrbis Romæ, ſed etiã de moleſtãtibus, & offendentibus omnes alios peregrinos, qui



Digitized by Google

ad alia loca ſancta, & religioſa viſitanda accedunt, vidè *Bonacina t.3.diſp.1.q.21.p.3.* agens de præfata excommunicatione contrà offendentes Romipetas *n.6.* quando docet, peregrinos ad S. Iacobum Compoſtellam, vel ad S. D.N. Sepulcrum, aut Aedem Lauretanam, offendêtes, non incurrere excomm. Bullæ cænæ, non ſubdit, eos incurrere aliã excommunicationem.

Piratæ, ſeù latrones diſcurrentes mare Pontificium à monte Argentario, vſq. ad Terracinam, & omnes eorum fautores, & receptatores, incurrunt excommunicationem reſeruatam in Bulla cænæ *can.3*, cuius excommunicationis explicationem vide apud cômentatores eiuſdem canonis.

Poculum ſterilitatis præbentes, olim incurrebant excõm. S. P. reſeruatã ex Bulla Sixti V. incip: *effrenatam*, hodie tñ nullã incurrũt excommunicationem, ex eo quòd dicta Bulla Sixti V. fuit redacta ad terminos iuris communis, quando fætus non eſt animatus, vt in caſu noſtro, per Greg. XIV. vt infra cùm de Abortu.

Præcones, & alij miniſtri inferiores, qui de mãdato, publicant ſtatutum contrà libertatem eccleſiaſticam, ſecundùm probabilem opinionem *Suarez, & Duardi*, non incurrunt excommunicationem contentam in Bulla cænæ, *Bonacina tom.3.diſp.1.quaſt.16.ſect.2. pun.1.num.8.*

Prædicens ex aſtris futuros effectus contingentes. ſup. *Aſtrologiam.*

Prælati, ideſt Epiſcopi, eiſque maiores accedêtes ad Curiam Romanam latenter, & indè recedentes abſque licentia Papæ, eoq. non viſo, incurrunt excommunicationẽ S.P. reſeruatã, *extrauag. vt Prælatorũ, & extr. & ſi deceat de maioritate, & obedientia,* vbi extenditur ad eos, qui tales ſcienter receptauerint, niſi confeſtim Romano Pontifici, illorum aduentum manifeſtent, antequam eos receperint, *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 50.num.73. Sayrus lib.3. cap.32. num.23. Bonacina tom.3.diſp.2.q.6.p.4. num.3.* vbi quòd ad incurrendam iſtam excommunicationẽ, per ipſos Epiſcopos, & Prælatos, illa duo côcurrere debent copulatiuè, ſcilicèt acceſſus latens cum receſſu abſq. licentia, & per conſequens Prælatus accedens latenter, non illam incurrit, donec recedat ab vrbe abſque dicta licentia, & ſi ſecus ſit in eo, qui dictum Prælatum receptauit, quia iſte ſtatim incurrit, illum latenter aduenientem recipiendo, antequam id S. Pontifici notificet.

Prælati eccleſiaſtici, authoritate eccleſiaſtica imponentes onera eccleſiaſticis, vel ipſorum bonis, ſine licentia S. Pontificis, iuxtà probabiliorem opinionem, incurrunt excõmunicationem Bullæ cænæ. *Bonacina to.3. diſp.1.q.19. p.2. n.8.*

Prohibentes Domini temporales, quo minus excommunicatus, vel interdictus exeat de Eccleſia eo tempore, quo ibi officia diuina celebrantur, & eis à celebrantibus denunciatum fuit, vt ab Eccleſia exeat, iuxtà ea, quæ dixi, ſuprà *Eccleſiam:* incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatã, *Clem. grauis de ſent. excommun. Raſtellius q.9 de cẽſuris art.1 num.3. excommun.11.* non autem incurrũt dictam excommunicationem, niſi id faciant tamquam domini, videte *Bonac. t. diſp.2.q.3.p.20.num.17.*

Prouiſus de beneficio, vel traſlatus, ſi prouiſionis, vel translationis nunciatori, aliquid dederit, promiſerit, vel promiſſum ſoluerit, incurrit excommunicationem S. Pontifici reſeruatam Gregor. XI. conſt.4. *Graff. p.1. deciſ. lib.4. cap.23.* vide ſuprà *Nunciantibus.*

Prouiſus Epiſcopo inferior in curia de beneficio Parochiali, vel Vicaria perpetua vacata per obitum, cum iuramento ſe traſferẽdi in ſuam reſidentiam intrà certum tempus, ſi dictũ iuramentũ nõ obſeruet, ſed illud beneficiũ reſignet in fauorem alterius, incurrit excommunicationem S. Pontifici reſeruatam. Pius IV. conſtit.83. incip. *inter multiplices*, vbi etiam excommunicatur ille, ad cuius fauorem dictum beneficium reſignatur, aut dimittitur, & qui ad id conſilium, auxilium, & fauorem directè, vel indirectè præſtiterit. *Sayrus lib. 3. de cenſuris cap. 31. num.5. Barboſa cit. alleg.50. nu.132. Filliucc. tract.15. nu.267.* Nota tamen quòd *Vgolinus in tract. de offic. & poteſt Epiſcopi cap.55. §.3. num.1. ad finem.* aſſerere videtur, iſtam conſtitutionem non eſſe receptam, ſed contrarium ſupponit *Garſias p. 11. de beneficijs c.3. num.19.* vbi quòd dictum iuramentum côprehendat ſimplicem dimiſſionem, & tantò magis permutationem ſaltem cum beneficio, cum ſimili reſidentia, & clarius *ibid. nu. 45.* poſt *Pariſ.* ait, quòd hodiè in curia non admittuntur abſolutè, & indiſtinctè reſignationes Parochialium, aut aliorum beneficiorum perſonalem reſidentiam, requirentium, præſertim cum penſione; Sed Dataria vult, quòd exprimatur per quantum tempus reſignans, illud poſſederit, & ſi tempus eſt breue, reijcit dictam reſignationem.

## R

RApiens mulierem diſſentientem, vel ſi ipſa conſentiet, reſiſtentibus parentibus, incurrit excommunicationem nulli reſeruatam, *ex Concil. Trid. ſeſſ.24. cap.6. de reformat. Bonac. tom.3 diſp.2.q.2.p.9.* vbi docet, dictam excommunicationem incurri etiam ſi fæmina, rapta fuerit cauſa libidinis, & non matrimonij contrahendi, ſed contrarium eſt magis receptum, vt eſt videre apud authores alle-

Digitized by Google

allegatos per *Barboſam in collectanea ad d.c. 6. Concilij num. 2.* Conſentiunt autem omnes ſupracitati, iſtam eſſe excommunicationem non reſeruatam. *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcopi alleg. 50. num. 243. in add.* vbi alios allegat. Dixi *contradicentibus parentibus*, quia quando voluntariè fœmina abducitur, & ſi precibus, & blanditiis, non ſufficit ad incurrēdam dictam excommunicationem, quòd parentes id ignorent, ſed opus eſt vt ſciant, & contradicant, vt per *Bonacinam loco ſuprac. num. 3. ad finem.* ſed de hac re latius infrà cũ de matrimonio, quòd autem raptor vt ſup. gaudeat immunitate Eccleſiæ, notat *Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 16. §. 5. num.* 4.

Ratam habentes ſimoniam in ordine, vel beneficio, v.g. poſt receptum ordinem, vel beneficium, approbantes, traditionem pecuniæ, factam ab alijs v.g. parentibus, vel amicis ad hunc finē, ipſis inſciis, nō incurrũt excommun. contrà ſimoniacos, vt infrà, ita poſt *Nau. Henriq. Suar. Leſſium*, & alios, *Bonacina tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 24. num.* 13. ratio eſt conuincens, nàm excommunicatio fertur contra committentes ſimoniam in ordine, vel beneficio, qui autem ratam habet ſimoniam, non poteſt dici illam committere, cùm ratihabitio ſit poſterior facto. Nec obſtat, quòd ratihabitio equiparetur mandato, quia id eſt verum in caſibus expreſsis, non autem in caſibus non expreſsis, vt dixi *ſup. recoll. 1. num. 289.* vbi habes, quando etiā in caſibus expreſsis ratum habens crimen, nō incurrat cenſurā. Qui *Bonac. n. ſeq.* hoc dicit verũ, non ſolũ vbi ſimpliciter quis ratā habet dictam ſimoniam approbando, ſed etiam vbi ratam habet facto ſcilicèt ſoluendo pecuniam illi tertiò, quàm ipſe, licèt eo inſcio, ſoluerat, cōtrà *Nau.* de qua re iterum *Bonacina tr. de ſimonia q. 7. §. 2.* vbi quando, talis non teneatur, & quomodo dictum beneficium reſignare.

Rebaptizare præſumentes iam baptizatum, incurrunt excommunicationem non reſeruatam, ita *Lancellottus in ſuis inſt. canonicis lib. 2. tit. de Baptiſmo, & eius effectu, § illi quoque* per textum *in cap. finali eod. tit. extra.* & proſequitur, aliis allegatis *Campanilis in ſuo diuerſorio iuris canonici Rubr. 1. num. 30.* hanc autem excommunicationem apud alios authores non reperio, imò cùm tractent de culpa, & pænis, quas incurrit rebaptizans, de hac pæna excommunicationis non faciunt mentionem, vt eſt videre apud *Filliucc. tr. 2. nu. 981. & tr. 20. n. 163*, & alios DD. qui tantum concludunt, talē euadere irregularem, maximè quando non fit talis rebaptizatio ſub cōditione, vt per *Conink diſp. 18. n. 38. & ſeq.* & fortè quia in d. tex. *in cap. finali*, fertur dicta excommunicatio contra Grecos rebaptizantes Latinos, & ſic non eſt generalis, vel quia illa verba textus præfati, ibi *excommunicationis mucrone percuſſus, &c.* intelligunt de excōmunicatione ferendæ, non autem latæ ſententiæ.

Receptatores eorum, qui commiſerunt crimen aliquod, propter quod impoſita eſt excommunicatio, non incurrunt ex ſe excommunicationem, niſi eam ipſi, inter cauſas ſecundarias reperiantur in dicta excommunicatione comprehenſi, & tunc illam non incurrunt, niſi eos recipiant, tanquam taliter criminoſos, non autem ſi tanquam amicos, conſanguineos, &c. vide ſuprà *Heretici cuiuſuis ſecta.* Dixi *inter cauſas ſecundarias*, quia aliquãdo ſolent comprehendi vt cauſæ principales, quo caſu incurrũt, etiā nō ſequuto effectu, vt ſuis quibuſq. locis, fuit dictũ ſup.

Recurrens à iudicibus eccleſiaſticis ad iudices laicos, quomodo, & quando ſit excommunicatus, præter dicta à me in *tr. de officio Capellani q. 4. praxi 4. num.* 43. vide *Bonac. tom. 3. diſp. 1. q. 17. p. 1. num. 17. & ſequentibus.*

Religioſi abſque ſpeciali licentia Parochi præſumentes adminiſtrare Sacramentum extremę vnctionis, vel Euchariſtiæ laicis, vel clericis, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, *Clement Religioſi. ſeu 1. de priuilegijs*, de qua per *Barboſam de offic. & poteſt. Epiſc. allegat. 50. num. 96. & ſeq. Megalium p. 3. lib. 4. cap. num. 62. Bonac. tom. 3. diſp. 2. q. 9. p. 5.* Pro *Religioſis* intelliguntur Religionis approbatæ, qui non ſunt Parochi, *Facund. lib. 3. in precept. 3. c. 2. n. 14.* quo caſu ſufficit, ſecundùm *P. Duard. li. 3. in Bulla cena §. 3. q. 1. nu. 7.* (loquendo in terminis *dictæ Clem.* & ſi pro alio caſu abſolutionis, de quo infrà) ſi ſint nouitij, ex eo quia cùm fruātur priuilegiis, debeāt etiā ſubſtinere onera; iuxtà vulgatum proloquium, qui ſentit commodum, debet ſentire & incommodũ. Sed contrarium puto etiam probabile, nàm Nouitij licèt quòad fauores, veniunt appellatione Religioſorũ, nō tamen quòad odia, vt eſt cōmunis opinio, de qua teſtatur *Bartolom. de Vecchis in ſua praxi pro Nouitijs diſp. 9. dub. 26.* quia non eſt verè, & perfectus Religioſus vt pluribus *idem author* probat, *ibid. diſp. 11. dub.* 10. Quòd contrà Sacerdotes ſæculares dicta Sacram. miniſtrantes, vt ſup. tantum ſit impoſita à iure irregularitatis pæna. notat *Laym. li. 5. tr. 4. c. 7. n. 3.* Pro *licētia ſpeciali*, intelligitur nō ſolũ licētia ꝑ his duobus Sacrā. generaliter conceſſa ipſis Religioſis, vel illis quibus dicta Sacramenta ſunt miniſtranda, (nàm cuilibet ex ipſis concedatur dicta licētia, nō poteſt dici, Religioſum adminiſtrare dicta Sacramenta abſque licentia, quòd illis prohibetur ſub excōmunicatione,) ſed etiā licētia cōceſſa ad exercendũ animarũ curā, vel ad omnia Sacramenta miniſtranda, ſecundùm opinionem probabilem *Caietani*; vt te-

vt teſtatur *Bonacina ſup. num. 6. ad finem.* contrà *Suarez*. adde 5. quòd ſufficiat, ſi is, cui ſunt adminiſtranda dicta Sacramenta, dicat Religioſo, habere talem licentiam à Parocho, vt habet *gloſa ibid. verbo aut habita*, & proſequitur *Franciſcus de Platea de excommunic. 2. §. 19. num. 1.* Pro Parocho, qui debeat dare dictã licentiam, intelligitur Parochus, & ſi non ſit Sacerdos, ac Vicarius gerens curam pro Parocho, vel etiam Diæceſanus, vt habetur per *gloſam in dicta Clem. verbo præsbiteri*, nempè Epiſcopus, qui eſt *Parochus Parochorum*, & proſequuntur *Franciſcus de Platea, & Bonacina locis ſupra citatis.* De Vicario Generali, fauet poſt *Sanchez, Barboſa ſuprac. n. 99. ad finem Fagundez cit. c. 10. n. 14. ad finem.* Dũ prohibetur Religioſis tantũ ſub pœna excõmunicationis miniſtrare hæc duo Sacramenta, ſi alia miniſtrarent, quæ ſpectent ad Parochũ & ſi malè facerent, & peccarent: non tamen incurrerent excommunicationem. *Bonacina ſuprac. num. 11.* & de Sacramento Baptiſmi habet *Franciſcus de Platea ſup. num. 8. Lezzana p. 2. cap. 4. num. 31.* vbi quòd neque poſſint eſſe patrini, ſeu leuare aliquẽ de Fonte, iuxtà tex in *can. non liceat de conſecrat. diſt. 4.* intellige abſq. licẽtia ſuperioris. De matrim. quod poſt Concil. Trid. nõ incurrãt excõm. iſtã, illi aſsiſtẽdo abſq. d. licẽtia, ſed ꝙ tã ipſi Religioſi, quàm etiã Clerici, ſeù Sacerdotes ſæculares incurrãt tantũ ſuſpenſionẽ, eſt plurimorum authorum, apud *Barboſam ſup. allegat. 32. num. 192.* cui accedit *Lezzana loco ſuprac. &* licèt *Portellius n. 15.* contrariam ſectetur opinionem, tamen pro noſtra ſententia, reſpondiſſe S. Congreg. teſtatur nouiſsimè poſt *Bonac. Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſiaſticis verbo matrimonium 2. verſ. Aduerte quòd, ad finem.* Dicitur tandem *Clericis, & laicis*, quia ſecus eſt ſi miniſtrarẽt d. Sacramẽta aliis Religioſis, nõ ſolũ eiuſdẽ, ſed etiã alterius Ordinis ſine licentia ſui Prælati, ita poſt *Caietanũ, & alios Bonacina loco ſuprac. Sanchez, & Miranda*, quos ſequitur *Barboſa citata allegat. 50. ſub num. 98. Portellius verbo Sacramentorum adminiſtratio, & Fagundez cit. cap. 2. num. 14.* Conueniunt autem Doctores, ob verba ipſius Clem. ibi *præſumant*, excuſari Religioſos miniſtrãtes Euchariſtiam, ſeù Viaticũ, vel extremã vntionẽ, nõ ſolũ ex ignorantia huius excommunicationis, vel ex bona fide, credentes, Parochum id ratum habiturum, ſed etiam quando neceſsitas talis immineret, quòd infirmus aliàs abſque talibus Sacramentis decedere poſſe timeretur, expectãdo Parochũ, quod eſt verũ, nõ tãtũ ſicut dixi, qñ Religioſus præſumat Parochũ eſſe id ratum habiturum, ſed etiam ſi dictus Parochus eſſet inuitus irrationabiliter, ita intelligo *Bonacinam loco ſuprac. nu. 3. & 4. Barboſam cit. alleg. 50. p. 96. Reginaldum lib. 18. praxis num. 407.* clarius *Layman lib. 5. tract. 4. cap. 7. ſub num. 2.* quẽ videas. Aliquas conceſsiones particulares factas Regularibus à variis SS. Pontificibus pro omnibus, &c. à Legatis pro Hiſpania circà hanc materiã ponunt *Barboſa loco ſuprac. Lezzana p. 1. c. 2. num. 1. Fagundez prec. 3. eccleſ. lib. 3. c. 2. n. 20. Ioannes Cruz lib. 2. de ſtatu Religionis c. 5. dub. 3. ad finem* iunctis his, quæ ſubdit *ibid. c. 6. dub. 5. ad finem.* qui refert conceſsiones, vt ſcilicèt poſsint Religioſi tàm in ſuis Eccleſijs, quam extrà, & in ſuis Eccleſijs tàm per ſe ipſos, quàm per Sacerdotes ſæculares quoties opus eſt, miniſtrare Euchariſtiam *Portell. v. ſacram. adminiſtratio, & Peregrinus p. 1. compendij priuilegiorum noſtræ Congregationis verbo communicare §. 3.* vbi refert priuilegium conceſſum noſtræ Congregationi à Pio IV. *Miniſtrandi Sacramentum Euchariſtiæ etiam pro Viatico conſtitutis in articulo mortis, & Sacramentum extremæ vnctionis mercennariis, famulis, operariis, & ſeruis noſtræ Congregationis, ac quibuſuis hoſpitibus, etiam ſæcularibus, & extraneis, quos in locis, vel habitationibus Congregationis noſtræ tunc reperiri, contingent, & in mortis articulo, & quoties de illo dubitare contigerit, licentia Diœceſanorum locorum, & Parochorum, etiam minimè obtempta, nec petita,* & pro aliis, infirmis extra noſtras domos in dicto articulo conſtitutis, in caſu quòd nõ daretur ſpatium petendi licentiam, quòd etiã poſsint miniſtrare dicta Sacramemta, nulla quoq. petita, nec conceſſa licentia, & *Portellius loco ſuprac. in addit.* refert conceſsionem noſtri Pauli IV. factam Minimis, miniſtrãdi Euchariſtiam omni tempore, tàm infirmis, quàm ſanis, præterquã in die Paſchæ, ex qua infert, poſſe Religioſos illã miniſtrare in articulo mortis, etiã per modum viatici. Quòad familiares infirmatos in noſtris domibus Religionis, quòd eis poſsint miniſtrari Sacramenta, ac etiã ibid. ſepeliri, vide *Lezzanã p. 1. cap. 21. ſub num. 9.* præter *Portellium ſup. n. 1.* qui id affirmat etiam ſi dicti familiares fuerint coniugati, & per conſequens nocte ſolebant ſe in domum vxoris recipere, & licèt ſup. *p. 2. recoll. 10. n. 50.* dubitauerim an dicta priuilegia ſint reuocata, & proſequitur *Diana*, me citato, *par. 3. num. 2. recoll. 12. ad fin.* Tamen nunc pro certo habeo, illa priuilegia non fuiſſe reuocata, nam in conſtit. de qua ibi, tantũ eſt ſermo de ſæcularibus, qui nõ ſunt exempti à iuriſdictione Parochorũ, quales nõ ſunt iſti, de quibus ſup. quando manent in domibus Regularium, fauent DD. de quibus ſup. *recoll. 2.* qui docent, ludentes in domibus Regularium ludis prohibitis ab Epiſcopo ſub pœna excommunicationis, non incurrere excõm. vnde id vidi etiam

Digitized by Google

etiam poſt dictã conſtitutionẽ id practicatũ.

Religioſi vt ſup. nõ *Parochi* miniſtrantes Euchariſtiam in die *Paſchę* abſque licentia *Parochi*, incurrunt excommunicationem latam in *cit. Clem.* 1. quia id eis ibid. prohibetur ſimpliciter, & per conceſsiones, de quibus ſup. illi eſt derogatũ prò Sacramento Euchariſtiæ, excepto die *Paſchatis*, ergò pro hoc caſu viget excommunicatio lata in illa, exceptio .n. ſicut declarat regulam, in quibus terminis debeat intelligi *l. nam quòd §. fin. ff. de peculio legato*: ita declarat priuilegiũ, in quibus caſibus deroget iuri cõmuni. *Scortia theor.* 101. Hãc cõcluſionẽ, & ſi clarè nõ indicent alij DD. ſupracitati, tñ illã ſupponunt, qui ſubdunt, illa die eſse licitum miniſtrare dictũ Sacramentũ, non ſolũ ex expreſſa, ſed etiã ex tacita, ſeù præſũpta licentia *Parochi*. ſ. qa Religioſus credit *Parochũ* amicũ hoc velle (intellige amicũ, vel Religioſo miniſtranti, vel ſumenti ab eo dictum Sacramentum, ita poſt *Suarez* notat *Portelius loco ſuprac. num.* 7. *Laym. lib.* 4. *ſua Theologia moralis tr.* 4. *cap.* 4. *verſ. quòad praxim*, vbi id verum exiſtimat, etiam pro his, qui ſæpè in anno communicantes, extrà ſuſpicionem eſſe ſolent, quòd non adimpleant præceptũ communionis annualis, quia vt ſubdit hic author, ſi circa hos exiſtimaretur quoq. cõtrãriam eſſe voluntatem Parochi, & ſic cõtentum illum non eſſe, Religioſi debent illos ad Parochiam mittere communicaturos. Vndè quando *Fagundez cit. cap.* 2. *n.* 21. docet, hoc caſu non eſſe licitum Religioſis miniſtrare Euchariſtiam, ex eo quia Parochus eſt abſens, vel iniuſtè inuitus, ſicut illis, id eſt licitum in articulo mortis, (pro quo adeſt ad tollendos ſcrupulos, priuilegium Sixti IV. apud *Lezzanam p.* 1. *c.* 21. *ſub n.* 10. vide etiam *Megalium p.* 3. *lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 62. *&* 64.) intellige quòad primum caſum abſentiæ, vbi non poſſit præſumi, vt ſuprà eius conſenſus interpetratiuus. Diſcordant tamen DD. in duobus. Primò an concluſio principalis ſit vera, etiã vbi ſcit Religioſus, ꝙ qui communicat dicta die Paſcatis, in ſuis Eccleſiis, iam ſatisfecerit præcepto in hebdomada ſancta, iuxta declarationem Eugenij IV. apud *Gauantum in ſuo manuali Epiſc. Eucharistia n.* 22. vel poſtea ſit ſatisfacturus. iuxtà conſtitutiones ſynodales illius Diæceſis, vt per *Scortiã loco ſuprac. theoremate* 101. Et ſecundò an hoc ſit verum non ſolum de Parochianis, ideſt de illis, qui verè ſunt ſubditi Parocho, ratione habitationis, ſed etiam de vagis, & paregrinis, vt eſt videre per ſupracitatos, quorum magis communis opinio in ambobus caſibus, eſt in fauorem Religioſorum, tamen pro primo caſu, refert contrarium declaratum à S. Congregatione, *Gauantus ſup. num.* 23. vndè, vt ſubdit *Lezzana loc. ſuprac. ſub num.* 8. cautè in hoc procedẽdum à Religioſis, qui *ibid. num.* 10. *ad finem eiuſd. Gauant.* refert idem declaratum pro famulis ſæcularibus ipſorum Religioſorũ, & ſi in monaſterio degentibus, pro communione ſcilicèt in die Paſcatis mittendos eſſe ad Parrochiam, de qua re iterum. *p* 2. *c.* 16. & de Tertiariis duntaxat, feminis idem refert declaratũ *c.* 14. vbi de illorũ ſepultura. & ſi contrarium poſt *Bonneinam de Sacramentis diſp.* 4. *quæſt.* 4. *pun.* 2. *verſ. item.* putet *Mancinus*, *loco infracitando verſiculo* 1. *in dicta Sacra Congregatione*. An autem incurrat Religioſus dicta die. vel in articulo mortis, quando adeſt tempus pro acceſſu Parochi, fictè conferendo Euchariſtiam, ideſt Hoſtiam non conſecratam? *Suarez* reſpondet negatiuè cum aliis aurhoribus, & ſi contrarium putet probabilius *Bonacina loco ſuprac. n.* 26. idẽ docẽs de extrema vnctione. Tãdẽ *Mancin. in ſua pract. viſitandi infirmos pract.* 8. *dub.* 9. *verſ. fuit etiam* refert interrogatam S. Congregationem, an communicatus in Eccleſia Regularium infra tempus *Paſchale* (excepto die *Paſchæ*, vt ſup.) animo ſatisfaciendi Eccleſiæ præcepto, verè ſatisfecerit præcepto, ita vt talis non teneatur amplius communicare in propria parochia. Reſpondiſſe, *non ſatisfacere præcepto, quia in c. omnis vtriuſque ſexus*, præcipitur à *Parrocho* Euchariſtiã ſumi. Quia autẽ dictis Religioſiis prohibitum eſt miniſtrare Euchariſtiam in eorum Eccleſiis tantum in die *Paſcatis*, abſque licentia expreſſa, & tacita parochi. (in qua re tenentur credere, cõmunicaturo, qui dicit ſe habere dictã licẽtiã) nõ tñ per hoc tenẽtur ipſi interrogare cõmunicantes ibi infra d. tẽpus paſcale, vtrũ ſatisfecerint præcepto in parrochia, vt per *Mancinum loco ſuprac. verſ. & nota.*

Religioſi, qui abſoluere præſumunt ab excommun. à iure, vel cõſtitutionibus ſynodalibus, Prouincialibus, à quibus non poſſunt extrà articulum mortis, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam ex ead. *Clem. Religioſi, ſeù primo de priuilegijs.* Pro *Religioſis* intelligit *Duardus loco cit. ſup. concluſ. præced.* non ſolum habentes curam, ſed etiã Nouitios, quẽ & ſi ſequor quòad primũ (licèt ſecus ſit quando agitur de prohibitione facta in eod. textu, Religioſis, miniſtrandi Sacramentum Euchariſtiæ, & Extremæ vnctionis, vt dixi ſup. *concluſ. præced.* Nec mirum, cùm conceſſa cura animarum, concedatur iuriſdictio miniſtrandi Sacramenta, & abſoluendi à non reſeruatis, non autem à reſeruatis, vt infrà *c.* 12. *de caſibus reſeruatis*, circà quas excommunicationes eſt iſta prohibitio, vt mox dicetur.) Tamen contrarium exiſtimo probabile, quòad ſecundum caſũ

de

de Nouitio, vt ibi dixi. Addo comprehendi Clericos ordinum militarium, nam iſti ſub communibus legibus aliorum Regularium comprehenduntur, vt poſt *Rodriquez* dixit *Lezana p.2.cap.5.num.19.ad finem.* Pro *abſolutione* intelligitur, ſiuè impendatur in Sacramento Confeſsionis ſiuè extrà Sacramẽtum, iuxtà ea, quę dixi *ſup.p.2.recolleƈt.10.n.* imò *Bonac. loco ſuprac.* idẽ aſſerit de abſolutione ficte data. Per ly *excommunicatos à iure, vel conſtitutionibus ſynodalibus, aut prouincialibus,* ſicut intelligitur de excommun. maiori, ita excluduntur primò, excommunicationes ab homine, vt per *gloſam ibi*, intellige per ſententiam generalem, vt *Bonac. tom.3.diſp.2.q.9.p.5.num.17. verſ. ſecus, Lezanã cap. 19.num.43.* Secundò etiam obſoluentes à ſuſpenſione, & interdicto, similiter reſeruatis, vt contrà *gloſam*, teſtando de ferè communi, probat *Bonac. ſup.n.17.* item & tertiò abſoluentes ab excommunicationibus, vt dixi, non reſeruatis, cùm ab eis non ſolum Religioſi, ſed quilibet Confeſſarius ſæcularis approbatus poteſt abſoluere, vt dixi *ſup. recoll.1.num.* & ſupponunt DD. ſupracitati, in ſpecie *Bonacina ſup.n.12.* debet igitur abſoluere ab illis reſeruatis à iure, in quibus vi ſpecialis conceſsionis, vel priuilegiorũ ſuo Ordini cõceſſorũ, nequeũt d. Religioſi abſoluere, vt incurrat, qui caſus quales ſint, patet ex dictis ſup. verbo *abſoluentes*, ſicut è contrariò, excommunicationes, in quibus vi priuilegiorum poſſunt abſoluere Religioſi, habetis *ſup.2.p.recoll.10 à num.* Et tandem excluditur, vbi dicta abſolutio daretur à Religioſis dictis excommunicatis, non ab excõmunicationibus, ſed à peccatis, propter quę excõmunicati fuerũt, licèt peccarẽt, id faciẽdo, & abſolutio ſic data ſcienter eſſet inualida, vt dixi ſuprà *recoll.1. n.* ſequitur *Duard. ſuprac. li.3. in Bulla cana num.7.* Nota quòd Religioſi, vt ſup. *abſoluentes à cenſuris à iure*, à quibus fortè ſecundũ eorum priuilegia nõ poſſunt, incurrunt excommunicationem, ſi abſoluant tàm ſæculares, quàm Religioſos eiuſdem, vel alterius Ordinis, vt habetur per gloſam in dicta *Clementina verbo quemquã*, & proſequitur *Frãciſcus de platea excomm.2.§.20. nu.6.* An autem dicti Religioſi hodie abſoluentes ab excommunicationibus contentis in Bulla cęnæ, vel in decreto Clementis VIII. quæ ſint etiam à iure, non ſolum incurrant excõm. de qua ſupra *abſoluentes*, ſed etiam iſtam excommunicationem, patet ex dictis ſuprà ſuo loco, quibus illic allegatis, addo *Theſau. v. cenſura c.14. verſ. Aduerte ad finem.*

Religioſi concedere præſumentes indulgentiam plenariam ſuis pænitentibus, incurrunt excõm. S. Pontifici reſeruatam, *ex cad. Clem. 1. de priuilegijs.* Hoc enim ſignificat prohibitio illis facta *abſoluendi à pæna, & à culpa*, ita *Silueſter excommunicatio 7.num.41. Suar. diſp 2.ſect.4 num.19. Alterius lib.5. diſp.21.c.3. verſ.5. notan. Filliuct. tr.15. num. 189.* quos ſequitur *Bonacina ſuprac.p.5.num.23.* qui bene *n. ſeq. verſ. tertium*, poſt *Suar* ex eo, quòd in conceſsione indulgentiæ plenariæ, duntaxat SS. Pontifices ſoleant vti dictis verbis à culpa & pæna vt dixi *cũ de iubileo p.1. nu. 11. & ſequentibus*, infert, Religioſũ falsò conferentem indulgentiam non plenariam, ſed partialem certorum annorum, non incurrere excommunicationẽ, itẽ ex eo, quia dicta forma loquendi non importat aliquid præter indulgentiam plenariã, vt putauit *Caiet.* (qui vult, importare etiam abſolutionem ſacramentalem, ſeù vt explicat *Valentia* à me relatus *loco ſuprac.* facultatem eligendi confeſſarium, à quo abſoluatur à culpa, nam indulgentia ſupponit remiſsionem culpæ obtẽptã per Sacramentũ pęnitentię, vt ibi latè explicaui,) infert, ad incurrendam hanc excommunicationem, non requiri, quòd Religioſus prius audiat confeſsionem, & abſoluat à culpa, & poſtea concedat pænitenti indulgentiam plenariam, & concordat *Duard. lib.3. in Bulla cana §.3. q.1. num.7. ad finem.* proſequitur *Bonacina loco citato num.24.* qui *n. ſeq.* concluſionem principalem extendit, etiã ſi Religioſus ficte, ſeù non animo dictã indulgentiam conferendi, illam cõcederet, quia cùm nunquam talis conceſsio facta ab iſto Religioſo huius indulgentiæ poſsit aliquem effectum habere ex defectu poteſtatis, hic intendit prohibere S. P. illum actũ externum vſurpatiuum iuriſdictionis Papalis, ad quem ſolum ſpectat concedere indulgentiã plenariam. Sed hic inſurgit difficultas, quã nouiſsimè tangit *Theſaurus verbo indulgentia cap.1.* An talis Religioſus non ſolum incurrat dictam excomm. in caſibus ſupradictis, ſed etiam excommunicationem latam in Bulla cęnæ can.17. contra vſurpantes iuriſdictonem Sedis Apoſtolicæ, quę vendicat ſibi locum etiam in vſurpante iuriſdictionẽ ſpiritualem, ſed meritò ipſe auctor concludit pro negatiua, quia in Bulla cęnæ prohibetur vſurpatio iuriſdictionis Sedis Apoſtolicæ ordinarię, non autem delegatę, qualis eſt iſta, qua videtur vti Religioſus in ſupradictis caſibus. Nota quòd in dictã Clementina præcipitur, vt contrauenientes Religioſi in dictis caſibus, publicè debeãt denunciari excommunicati ab Ordinariis, quouſque eis conſtet de abſolutione illis collata à ſuis ſuperioribus, ex quo confirmantur quę dixi *ſup. recoll.2. n.491.*

Religioſi, qui ad partes traſmarinas infidelium tranſire præſumunt, abſque ſuperioris ſui expreſſa licentia, ſibi per ipſius litteras patentes conceſſa, incurrunt excommunicatio-

tionem S. Pontifici reſeruatam, *extrauag. ad noſtrum de regularibus, & tranſeuntibus, &c. Scortia in ſelectas SS. Pontificum conſtitut. epitome 22. cum theoremate ſeq. 64.* qui benè ſic intelligit dictam extrauag. loquentem de partibus tranſmarinis, vbi pauci ſunt fideles & in ſpecie, quòd non incurrant dictam excommunicationem Religioſi tranſeuntes ad partes traſmarinas, vbi ſit multitudo, ſeù maior pars fideliũ: notat *Bonacina in opuſculo de clauſura q. 2. p. 4. n. 4.* proſequitur *Lezzana p. 1. ſumma qq. regular. cap. 9. num. 32.* Eadem excommunicatio ibid. fertur contra Superiores concedentes dictam licentiam Religioſo ſui Ordinis, quẽ ſcit eſſe ineſpertum, & illiteratum, ſeù non aptum ad ipſis infidelibus reſiſtendum, & fidelibus auxilium præbendum. *Bonacina loco ſuprac. n. 5. Lezzana ſup. cap. 18. num. 99.* Quia verò hæc prohibitio cantat de Religioſis tranſeuntibus ad partes tranſmarinas infidelium, ſequitur, quòd ſi ſe transferrent ad partes infidelium, non autem traſmarinas, vel ad partes tranſmarinas, vbi ſint heretici duntaxat, non haberet locum dicta excommunicatio, cùm dicta extrauag. loquatur de partibus tranſmarinis, & infidelium, quales non ſunt propriè, & ſtricto vocabulo, (vt fieri debet interpretatio in materia cenſurarum) heretici, ad notata per noſtrum *Duardum lib. 2. in Bulla cœnæ can. 1. q. 21. n. 5.* An autem ſe traſferentes ad partes hereticorum, incurrant aliam excommunicationem, patet ex dictis ſup. *Apoſtata à Religione*, ſi enim eſt verè apoſtata, ideſt diſceſſit animo non redeundi amplius ad ſuã Religionem, quomodo hoc caſu ſæpius ſolet accidere, erit excõmunicatus, ſin autẽ tantũ eſt fugitiuus, ideſt diſceſſit animo redeundi, non erit excommunicatus, vt per *Sanchez*, ibi à me citatum, & proſequũtur *Bonac. de clauſura q. 9. pun. 11. p. 6.* & Lezzana *p. 1. c. 16. n. 7.* Praxis autem Religionum eſt abſoluere ab excommunicatione, oẽs diſcedẽtes abſq. licentia, ſiuè dimiſerint, vel nõ dimiſerint habitũ, nõ ſolũ ex Cõſtitutionibus, ꝓ vt loquitur *Lezzan ſup. Sorbus ad Caſarub v. apoſtata*, ſed etiam quia in foro externo præſumitur diſceſsiſſe abſq. intentione redeundi. Prò *ſuperiore Ordinis* qui debet dare dictam licentiam, intelligas ſuperiorem generalem, qui in ipſo Ordine, nullum aliũ recognoſcat ſuperiorem, vndè talis tranſeundo ad dictas partes, non indiget dicta licentia. *Bonacina loco ſuprac. num. 8.* In ead. *extrauag. ad finem.* præcipit Summus Pontifex in virtute ſanctæ obedientiæ Prælatis, ne Religioſos, vt ſuprà, accedentes ad præfatas partes abſque licentia requiſita, in ſuis Diœceſibus admittant ad prædicationẽ vel diuinorum celebrationem, (& tantò magis addo ego, ad audiendas confeſſiones) imò vt ab eis tales tãquã apoſtatæ puniãtur. Vndè Prælati contrauenire præſumentes, tantum peccarent mortaliter, non autem incurrerent excommunicationem. Pro ſuperioribus autem regularibus, recipientibus Religioſos incognitos itinerantes abſque licentia, ſeù obedientia, aut litteris commendatitiis ſuperioris monaſterii, in quo degũt, adeſt conſtitutio Sixti V. incip. *in omnibus* §. 7. & alia incip. *Ad Romanum* §. 19. in qua illis imponitur pæna priuationis vocis actiuæ, ac paſſiuæ, officiorum, graduum, & dignitatum, ac perpetuam inhabilitatem ad illa, & contrà Religioſos, huiuſmodi commendatitiis carentes, vt ſupra incognitos, præcipitur Ordinariis locorũ, vt procedant contrà eos tãquã contra ſuſpectos delictorũ, detinendo eos in carcere, donec certa de eis notitia habeatur, de qua re *Rodriq. t. 1. qq. regular. q. 30 art. 7.* qui *ibid. q. 6. art. 10. ad finẽ* aſſerit, quòd *ſi talis conſtitutio non ſeruatur à maiori parte ſuperiorum alicuius Religionis, non eſt cur alij ſuperiores faciant conſcientiam de ipſius tranſgreſſione.*

Religioſi ad Indos oriẽtales, vel occidentales miſſi pro fidei ꝓpagatione, ſe nõ rectà ad ea loca traſferẽtes ad quæ à ſuis ſuperioribus mittũtur, vel quouis prætextu abſq. ſuperiorũ licentia, (ceſſante legitimo impedimẽto) in itinere morantes, vel ad alia loca, eis non deſtinata declinantes, incurrunt excomm. nulli reſeruatam, Paulus V. ſua conſtit. 56. incip. *Accepimus* de qua per *Scortiam in ſelectas SS. Pontificum conſt. epitome 65.* cũ. n. dicta cõſtitutio loquatur de miſſis ad Indos non extenditur ad miſſos ad alias partes infideliũ vel ſchiſmaticorum, licèt ob eundem finem, fidem propagandi. De alia excomm. contrà eoſdem, qui ex inſulis philippinis, ad alias Indiarũ partes traſeunt, vide *Barboſ ſup. n. 165.*

Religioſi non habentes beneficium, vel adminiſtrationem, qui decimas, vel noualia aliis Eccleſiis debitas, ſibi appropriare, aut quouis colore vſurpare præſumunt, vel prohibent, aut non permittunt, illa ſolui dictis Eccleſiis ex animalibus ſuorum familiarium, vel paſtorum, vel ex aliis animalibus, quæ ſuis permiſcentur, vel ex illis, quæ in dictarũ Eccleſiarum fraudem emerunt, aut de terris, quas aliis tradunt excolendas, ſi intra menſem poſtquam ab eis, quorum intereſt, fuerunt requiſiti, non deſtiterint, aut poſt duos menſes poſt dictam requiſitionem Eccleſiis damnificatis nõ ſatisfecerint, inſpecta *Clem. Religioſi de decimis*, incurrunt excommunicationem, quæ poſt ſatisfactionem præſtitam, nulli eſt reſeruata, ita *Nau. cap. 27. n. 198. Bonacina tom. 3. diſp. 2. quæſt. 8. par. 12. Toletus lib. 1. cap. 40. n. 5. Barboſa*, qui alios citat *alleg. 50. n. 222. in addit. Lezzana c. 9. nu. 33.* hanc excõm. incurrere non ſolum Religioſos maſculos, ſed etiam fœminas, patet ex vulga-



Digitized by Google

vulgato prologiſmo, maſculinum concipere fœmininum, & in terminis notat *Nauarrus, & Sayrus ſuprà*, & ante eos *Franciſcus de Platea excommun.2.§.14.n.2.* qui benè ſubdunt, quòd ex eo quia tex. loquitur de decimis, & nouàlibus debitis Eccleſijs, non incurrent dicti Religioſi, ſi dictas actiones facerent circà decimas debitas priuatis perſonis ratione feudi, antiqui, vel priuilegii (quando, & quomodo procedat, habetur per Rotam apud *Seraph. pluribus in locis, & præcipuè deciſ.* 1102. *Manticam deciſ.* 189. item ob id, quòd fertur contrà Religioſos, *præſumentes illas ſibi appropriare, vel vſurpare*; illà non incurrant ex non ſolutione abſq. dolo poſt dictam requiſitionem, qui dolus accidit, quando ſcirent, illas debere ſoluere, & ſic à dicta ſolutione non excuſari ratione priuilegii, vel antiquæ conſuetudinis, & tamen dicerẽt, non eſſe debitas, vt ea ratione eas retineant, & quia quòad alias duas actiones, .ſ. prohibitionem, aut non permiſſionem ſoluendi, non requiritur ibi præſumptio, ſufficit prohibitio, & non permiſſio ad incurrendam excommun. præfatam, ita *Suarez to.5. diſp.3. ſect.6. ſub num.9. & Altertus de ſuſpẽſ. diſp.17. cap.2. verſ.5.* Qui extendit diſpoſitionem huius Clementinæ, etiam ad Religioſos militares, qui verè ſunt Religioſi, quales autẽ ſint, tales, qui verè ſunt Religioſi, dixi ſup.) ſequitur *Bonacina cit. p.12. ſub n.8.* & ſic intelligendus idẽ *Bonac. to.3. diſp.3. q.8. verſ. limita tertiò vſque ad finem.* Dixi, *familiariũ, &c.* quia ſecus eſt de animalibus Donatorũ, ſeù Oblatorum, qui verè Religioni ſe, & ſua obtulerunt, vt habetur in *ead. Clem.* qui gaudent priuilegiis Religioſorum, vt per *Lezzanam poſt alios p.2. c.8.* qualiter autem Religioſi ſint exempti per priuilegia à decimis, videte *Ioannem Cruz lib.2. de Statu Religionis cap.9. dub.7.* vbi quod per Greg. XIII. ſit expreſsè derogatum *cap. nuper de decimis.* de qua re *Fagundez lib.2. in 5. prae. eccleſ. c.4. n.3.* vbi quòd d. priuil. p Paulũ V. fuit ablatũ pro Regno Luſitaniæ, quod nõ fuit ponderatum in Rota apud *Coccinum deciſ.* 279. vbi refertur ſolum priuilegium conceſſum ab aliis SS. PP. Fratribus de Guadalupe. Emptores fructuum collectorum in prædiis excultis per Religioſos, quòd teneantur ſoluere decimam, *Seraphinus deciſ.* 827. Dixi *non habentes beneficium, vel adminiſtrationem,* quia Religioſi habentes beneficium, vel adminiſtrationem, appropriando, vel vſurpando, vel non permittendo, aut prohibendo perſonis ibi expreſſis, ſolutionem decimarum, ſi requiſiti, vt ſup. non deſtiterint intrà menſem, vel non ſatisfecerint Eccleſiis damnificatis intra duos menſes, non incurrent excomm. ſed tantũ ſunt ſuſpenſi ab officiis, beneficiis, & adminiſtrationibus ſuis, vt habetur *in dicta Clem.* Nota quod *Toletus loco ſuprac.* defendit, dicta ſuſpenſionẽ contrahere Religioſum, non ſolum quando habet beneficium regulare, vel adminiſtrationem bonorum Religioſis, ſed etiam quando habet beneficium ſæculare, ſed contrarium docet *Suarez, Nau. & alii*, quos probat *Bonac. loco prae. num.2.* ſcilicet illam incurrere tantum Religioſum habentem beneficium regulare, vel adminiſtrationem bonorum Religionis, non autem tranſlatum ad Eccleſiam ſæcularem. Quærit *gloſa in dicta Clementina*, quomodo intelligatur iſta ſuſpenſio ab officiis, an .ſ. de officiis diuinis, vel aliis, & licèt ipſa non determinet, tñ *Franciſcus de Platea ſuprac. num.4. ad finem.* poſt alios, concludit intelligi de ſuſpenſione ab officiis temporalibus, quæ habent aliquando Religioſi, vt ſunt procuratoris, & caſtaldionatus, &c. nõ autem de diuinis, & quòd ſi talis Religioſus non habet officia temporalia, ſed tantum diuina, quia eſſet v.g. ſacerdos, &c. ſubdit idẽ author, quod ab illis eſſet ſuſpenſus, vt vitetur maior pœna excommunicationis, ſequitur *Alter. ſuprac. verſ. ſed primò quæritur.* Quòd autem à tale ſuſpenſione non intelligatur quis abſolutus ſtatim præſtita ſatisfactione, ſed requiratur declaratio iudicis, notãt *Sayr. & Altertus locis ſuprac.* & proſequitur *Bonacina cit. p.12. n.11.* Qui etiam ibid. *num.5.* contra *Suar. Alterium*, & alios, admonet poſt *Sayrum*, id quod ſuprà dixi, de requiſitione præuia ad incurrendam excommunicationem, vel ſuſpenſionem, intelligi debere, pro illis duabus actionibus, ſcilicet prohibitione, (intellige verbis facta, ſcilicèt dicendo, decimas non deberi) vel non permiſſione facto aliquo, nempè metu, vel alia ratione, tunc enim ſi poſt menſem non deſtiterint à prohibitione, vel nõ permiſſione; incurrerẽt, non autem pro aliis duabus actionibus ſcilicèt appropriatione, vel vſurpatione, quia tunc ad incurrendas dictas cenſuras, ſufficit ſi poſt duos menſes non ſatisfecerint. *Theſaurus p.2. de pœnis eccleſiaſticis, verbo Decima cap.1. ad finem.* putat hodie excomm. de qua ſuprà, eſſe reſeruatam, tùm ex *Concil. Trid. ſeſſ.22. cap.11.* tùm etiam *ex Bulla cœnæ can.17.* ſed contrarium mihi verius videtur, iuxta ea, quæ à ſimili dixi ſup. *verbo oblationes Eccleſiis debitas*, quæ veritas ſatis patet ex eo quod ſuprac. Doctores agentes de hac excomunicatione, nõ faciunt alquã mentionẽ de hac reſeruatione. An autem alii vſurpantes decimas incurrant excommunicationẽ Bullæ cœnæ, quæ loquitur de vſurpantibus *fructus, iuriſdictiones, prouentus, ac redditus. Et Concilij Trid.* quod loquitur de *quibuſcunque obuentionibus*; nullus ex Doctoribus qui commentantur canonem citatum Bullæ, qui etiam agunt de præfato decreto Con-

cilii

Digitized by Google

cilij, determinat expreſsè, noſter *Duardus* duntaxat, *ibid. q. 4. num. 7.* ait quòd *prouentus aliquando dicuntur ſpiritualium redditus, vt quarta decimarum, oblationum, & ſimilium, & Filliuc. tract. 16. n. 12.* dicit quòd *nomen prouentus, generale eſt ad omnes obuentiones, & emolumenta, decimas, oblationes, & eleemoſinas fidelium*, ex quibus forſan motus *Theſaurus loco ſupra c. cap. 2.* aſſerit, quoſcunque vſurpantes decimas eccleſiaſticas; ad quaſcunque eccleſiaſticas perſonas, pertinentes, ratione Eccleſiarum, & beneficiorum, incurrere excommunicationem S. Pontifici reſeruatam in Bulla cænæ, & quoſcunque, qui decimas Eccleſiæ alicuius, aut beneficii, aut loci pij, in proprios vſus conuertere, illaſque vſurpare præſumpſerit, ſeù impedire, ne alij, ad quos de iure pertinent, percipiātur, incurrere excommunicationem S. Pontifici reſeruatam in *Sacro Concil. Trid. loco citato.* Cæterum mihi videtur, decimas non comprehendi in canone Bullæ, in quo agitur de prouentibus debitis ratione Eccleſiæ, beneficii (prout non comprehendūtur vſurpantes alia iura, ibi non expreſſa, vt rectè aduertit *Filliuc. tr. 16 n. 316.* Sed benè forſan in citato decreto Concili, in quo fit mentio de emolumentis, & quibuſcunque obuentionibus, quæ in miniſtrorum, ac pauperum neceſſitates conuerti debent, quales ſunt decimæ, quæ in noua lege dantur Clericis, non ſolum propter ſui ſubſtentationem, ſed etiā vt ex eis *ſubueniant pauperibus*, vt habet *D. Thom. 2. 2. q. 87. ar. 3. ad primū*, & declarat *Malder. de iuſt. & relig. tr. 10. cap. 4. dubio 3. princ.* At contrarium eſt verius, fauet *Moneta in ſuo tr. de decimis c. 8. quæſt. 5.* vbi probat, nullibi reperiri latā excōm. ipſo facto contra nō ſoluentes decimas, ſed tū debere excommunicari, poteſt tamen illi denegari ſepultura eccleſiaſtica, vt per *Monetam loco ſupra c.* nō tū alia Sacramenta, vt dixi ſup. *oblationes.*

Religioſi, qui aliqua verba, vt audientes à decimarum, Eccleſiis debitarum ſolutione, detrahant, in ſermonibus ſuis, vel alibi, proferre præſumunt, incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam. *Clem. cupientes de pœnis. Barboſa poſt Silu. Couarr. & Lauorium de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 50. num. 231. in addit.* ex cuius textus verbis, patet, non incurri excommunicationem, retrahendo à dicta decimarum ſolutione ſcriptis, aut etiā quādo id fiat verbis, non tū corā pluribus, ſed cū aliquo particulari, neque quando verba, etiā in concionibus, vel coram pluribus proferuntur, ſed non animo retrahendi illos à dicta ſolutione, quo caſu ceſſat præſumptio requiſita. Prò decimis autē Eccleſiis debitis, & ſi excludantur decimæ debitæ priuatis perſonis, vt in ſimili dixi *concluſ. præcedenti*, tū intelliguntur illæ, quæ debentur miniſtris ex iuſtitia, ita poſt alios *Bonacina t. 3. diſp. 2. q. 8. p. 13. n. 1. & ſeq.* qui num 8. poſt Suarez. contrà *Filliuc.* probat, hanc excommun. incurri etiam effectu retractionis non ſequuto.

Religioſi, qui admoniti à Rectoribus Eccleſiarum, ſuis pænitentibus non faciunt conſcientiam in confeſsionibus de decimis ipſis Rectoribus ſoluendis, ſi ſcienter neglexerint id facere; incurrunt ſuſpenſionem ab officio prædicationis, quòd ſi non purgata ipſa negligentia, ideſt ſi iterum non facta conſciētia dictis pænitentibus, quando commodè potuerunt, iudicio prudentis viri, (qua durāte, durat ſuſpenſio) prædicare præſumpſerint, incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam, *cit. Clem. cupientes de pœn.* & habetur per Doctores citatos Ex eo autem, q; tali caſu Religioſi ſuſpenduntur ab officio prædicationis, non ſequitur, quòd dicta ſuſpenſio, & excommunicatio feratur contrà concionatores omittentes, ſimiliter à Rectoribus requiſiti, certis diebus auditores monere de decimis ſoluendis, quia in d. Clem. hoc caſu ſolum præcipitur Prælatis dictorū Religioſorū concionatorū, vt eos puniāt, ita contrà aliquos, *Alterius cit. c. 2. verſ. deindè* vbi reddit bonam rationem, quare tales Confeſſarii non à confeſsionibus audiendis, ſed ab officio prædicationis, ibi ſuſpendātur, & ſic intelligatis *Bonac. cit. p. 13. n. 12. ad fin.*

Religioſi violantes interdictum locale generale, impoſitum authoritate Sedis Apoſtolicæ, vel ab Ordinariis locorum, vel ceſſationē à diuinis generalem impoſitam à Concilio prouinciali, quæ ſeruantur ab Eccleſia cathedrali, vel vbi illa nō eſt, à Matrice Eccleſia, aut Parochiali, etiam ſi illud interdictum fortè ſit inualidum, incurrunt excommunicationē nulli reſeruatam, *Clem. prima de ſent. excōmun. Toletus lib. 1. ſumma c. 40. n. 14.* qui benè ſubdit, quòd vbi non eſt Cathedralis, neq. Eccleſia matrix, ſed ſunt plures Parochiales æquales, ad hoc vt Religioſi incurrant dictam excommunicationem, neceſsè ſit, quòd omnes illæ Eccleſiæ Parochiales ſeruent dictū interdictū, vel ceſsationē à diuinis, & proſequūtur *Sayr. li. 3. c. 33. n. 4.* & alii Doctores ſupracitati. Quia verò violatio interdicti localis hodiè poſt *cap. Alma mater*, verſatur circà duos effectus illius, principales, qui ſunt, quòd in eo loco diuina officia, & miſſæ poſsint tū celebrari ſecretò ianuis clauſis, & ſubmiſſa voce, & ad illa nullus laicus admittatur, niſi priuilegium habeat, quærit *Bonacina t. 3. de cenſuris diſp. 2. q. 8. p. 14. num. 11.* cū priuilegia plura reperiantur conceſſa ipſis Regularibus, poſt dictam *Clement.* tā pro interdicto, quàm pro ceſſatione à diuinis, de quibus per *Ioannem Cruz lib. 2. cap. 7. de ſtatu Religionis dub. 2.* vbi illis conceditur, dicto tempore, ſollemniter, aliqui-



Digitized by Google

bus diebus celebrare diuina, ianuis apertis, campanis pulſatis, excommunicatis tantum excluſis, vt infra *cum de interdicto.* an dicta priuilegia ſint in ſuo robore, non obſtante *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 12. *de regularibus*, vbi iubet, publicari, & ſeruari à Regularibus interdicta poſita à Sede Apoſtolica, vel ab Ordinariis? Et reſpondet, ſibi probabiliorē ſententiā videri, illa reuocata nō eſſe, quæ reſpōſio cōfirmatur *à Lezz. poſt alios p.* 1. *c.* 21. *n.* 19. *&* 20. quā ratione vis, vel metus excuſari poſſint d. Religioſi, patet ex *vecell.* 1. *n.* 413. *& ſeq.*

Religioſi accedentes ad curias Principum ſæcularium, etiā licentia obtenta à ſuo Prælato, vt damnum aliquod alicui Prælato ſuæ Religionis, aut monaſterio inferant, incurrunt excōm. nulli reſeruatā. *Clement. ne in agro de ſtatu Monacorum, Barboſa alleg.* 50. *de poteſt. Epiſc. n.* 222. *excōm.* 4. *ex Clement. in addit.* vbi benè aduertit, hanc excommunicationē incurrere tantum Monachos, & Canonicos Regulares, non autem alios Religioſos (intellige Mendicantes, vel Mendicantibus adiunctos, & Clericos Regulares) proſequitur latè explicando iſtam materiam, *Bonacina de clauſura q.* 2. *p.* 5. qui contra *Suarez.* putat probabilius, primò quòd nomine Monachorum intelligantur non ſolum nigri, ſed etiā albi, ſecundò dictos Monachos, vel Canonicos Regulares accedentes bono animo ad præfatas curias, non incurrere dictam excommunicationem, ſi ibi exiſtentes concipiant animum nocendi ſuis Prælatis, vel monaſteriis, & proſequitur *Lezzana p.* 1. *cap.* 9. *n.* 33. Dixi *ibi exiſtentes*, quia ſufficit ad incurſum illius, vt ingrediatur curiam cum dicto animo, tunc enim dicitur ſequutus hoc caſu effectus, licèt non ſit ſequutum damnum, vt per *Sayrum lib.* 3. *cap.* 33. *ſub num.* 57. *Bonacinam ſup. n.* 5. Vide *Salas de legibus diſp.* 9. *ſect.* 1. *num.* 10. *& ſeq.* vbi contra *Vaſq.* defendit ſententiā communē, nō requiri, ſ. vt dicta intentio mala exeat in aliquem actum externum *Theſaurus* concordat *verb. curia cap.* 10. *ad ſinē* qui omnes ſubdunt, Monaſterii nomine non venire priuatum Religioſum, cùm damnum vnius non ſit damnum monaſterii, nec etiam incurrere dictam excommunicationem, accedentes animo nocendi Prælatis alterius Religionis, vel alteri monaſterio, etiam eiuſdem Religionis. Nota quòd aliqui intelligunt hanc excomm. ferri etiam pro illis Monachis, & Canonicis Regularibus, qui habent adminiſtrationem, ita *n. Lezzana, & Bonac. loco ſuprà.* Sed contrariū docet *Barboſa, & Sayrus ſuprà n.* 27. qui pro habente adminiſtratione intelligit illum, qui habet adminiſtrationem fructuum temporalium, non ſpiritualium, quidquid contrarium poſt *Suarez* velit *Bonac ſup. n.* 11.

Religioſi, vel Religioſæ, qui, vel quæ recipiunt aliquid à Nouitiis, dum ſunt in probatione, vel à parentibus, aut à propinquis, & curatoribus ſuis, excepto victu, & veſtitu incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam. *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *de regul. cap.* 16. *Barboſa alleg.* 50. *nu.* 246. de qua re præter *Mirandam citatū à Barboſa*, vide *Sanchez lib.* 7. *ſumma cap.* 5. *num.* 21. *Bartolomeum de Vecchis in ſua praxi pro Nouitijs diſp.* 8. *dub.* 7. *à num.* 11. *& Lezzanam p.* 1. *cap.* 24. *à num.* 35. qui communiter concludunt, per hoc non prohiberi, Religioſos accipere, & Nouitios, at parentes, vel alios de bonis Nouitii (pro ambobus enim fertur dicta excommunicatio) dare monaſterio eleemoſinas, vel facere illi donationes, quæ attentis facultatibus Nouitii, ſint modicæ, nec illa, quæ de more dantur in ingreſſu, vel pro monaſterio, vel pro ſingulis Religioſis, aut in ſuſceptione habitus, & ſic ſubdit *Vecchis ſup.* debent intelligi *Azor. & Garſias* ſimpliciter loquētes de eleemoſinis, nec etiā, vt probat *Lezzana ibid. ad finē.* inde prohibetur Religioſis quin poſſint accipere mutuò pecuniā firma cautione à Nouitio, vel eius parentibus (intellige de pecunia Nouitii, qa tales ſi de ſuis bonis donarent quālibet magnam quantitatem, licèt intuitu nouitij, nec ipſi incurrerent dictā excommunic. nec Religoſi, vt declarauit Sacra Congreg. *apud Vecchis loco ſuprà n.* 14.) quòd dicitur *excepto victu, & veſtitu*, intelligitur ſi iam Nouitius illa iā præſtiterit monaſterio, quia ſi non dedit aliquid hoc intuitu, nec promiſerat, vt per *Lezzanam infra c. num.* 3. quando exit à Religione, non tenentur ad illa ſoluenda, etiam ſi miniſteria ipſius non fuerint equiualentia dictis alimentis, vt poſt alios habet *Lezzana cit. cap.* 24. *num. n.* 3. qui ſubdit ex *Sanchez*. non per hoc in conſcientia excuſari à reſtitutione illorum, Nouitium, qui praua intentione, & animo decipiendi Religionem, in illam ingreſſus fuit animo ſ. recedendi, cùm ex fraude, & ſua malitia, nemo debeat reportare commodum. Nota ſecundò loqui Concil. de donatione inter viuos, nō autē cauſa mortis, puta ſi tempore nouitiatus moreretur, *Portellius loco infra citato n.* 41. item nec de donatione facta à Nouitio ante ingreſſū, quæ valeret, ita *Portellius*, qui poſt *Quarantam* refert, ita declaratum à Sacra Congregatione, *verbo Nouitij donationes num.* 41. *Vecchis ſup. dub.* 8. *ad finem*, de qua re latius *inter meas conſultationes morales.*

Religioſi Mendicantes tranſeuntes ad non mendicantes, vide infra *Tranſeuntes*. Sunt aliæ excommunicationes contra Religioſos, quorum aliquæ vel tactæ ſunt ſuprà, vel parum deſeruiunt pro Confeſſariis, qui vult illas percurrere, adeat *Mirandā p.* 2. *ſui man. Prælat. Regul. q.* 35. *art.* 18. *Barboſ. alleg.* 50. *in addit. Filliuc. Bonac. & alios authores ſuprà.*

Reli-

Reliquias per ſe, vel per alios, etiã in minima particula extrahentes ex Cœmeterijs Griptis, vel Catacumbis intrà, vel extrà Vrbẽ, aut ad id fauorem, vel auxilium præſtantes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, quæ extenditur etiam ad recipiẽtes ſcienter d. reliquias illicitè vt ſup. extractas, & intrare præſumentes dictas Griptas cæmeteria, ac catacumbas, quapropter reuocantur licentiæ in ſcriptis conceſſæ, & concedendæ, ac irritæ declarantur, & præter dictã pænam excommunicationis, pro ſæcularibus additur pæna triremium, cum alijs arbitrio Vicarij Vrbis, & pro Regularibus vltrà dictas pænas, priuatio vocis actiuæ, & paſſiuæ, & inhabilitas ad dignitates, & gubernationes ſuæ Religionis, à quibus non poſſint diſpenſari, neq; rehabilitari, niſi à Sũmo Pontifice; ita habetur in *edicto ab Eminentiſſimo quondam Cardinali Millino Vicario Vrbis, de mandato Summi Pontificis Pauli Quinti, edito die 24. Auguſti.* 1613. cuius verba habetis apud *Bonac. tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 13.* qui benè probat, tale edictum fuiſſe promulgatum per modum legis, & per conſequens ob mortem S. Pontificis Pauli V. & Cardinalis Millini, non amiſiſſe vires obligandi, & quòd illud liget non ſolum commorantes Romæ, ſed etiam exteros Romã venientes, licèt breui receſſuros, qui extraherent, vel reciperent ibi dictas reliquias, cũ delinquant erga rem exiſtentem in loco legiſlatoris, iuxtà ea, quæ dixi *ſup. recoll. 1. num.* vndè infertur, quòd recipientes dictas reliquias extrà Vrbem, & eius ſuburbia, ſeù loca ſubiecta in ſpiritualibus Vicario Papæ, ſcientes fuiſſe illicitè, vt ſup. extractas, non incurrere dictas pænas. An autem Cardinales hoc edicto comprehendantur, quærit idem *Bonacina*, ſed non reſoluit, mihi autẽ videtur ex eo, quòd præter excommunicationem ibi latam, violatores dicti edicti ſubiiciantur pænis triremium, & alijs arbitrio Vicarij Vrbis, non comprehendi, vna enim pars legis aliã declarat. fauet *Bonac. ibid. q. 3. p. 1. num. 16. ad finem*, vbi quòd probabiliter ſuſtineri poteſt, Cardinales nõ ligari legibus humanis pænalibus, niſi exprimantur. Supradicta excommunicatio extenſa fuit in alio edicto ab eodem Cardinali Vicario de mãdato eiuſdem S. Pontificis de anno 1614. 16. Maij, ad Rectores, vel alios, qui curam habent dictarum Griptarum, Eccleſiarum, &c. permittentes dictam extractionem, vel illi conſentientes, ac etiam ibi prohibetur Notariis, & aliis quibuſcunque etiam Regularibus (intelligo in Vrbe) fidem publicam, vel priuatam facere abſque licentia Vicarii, eiuſdem Vrbis circà approbationem dictarum reliquiarum, vt ſup. extractarum, ſed in hoc caſu non imponitur excommunicatio, ſed imponitur priuatio officii, & aliæ pænæ, vt *ibid. per Bonac.* & proſequitur poſt hæc ſcripta nouiſſimè *Theſaurus p. 2. de pænis eccleſ. verbo Reliquiae c. 1.* Qui poſt *Sanchez, & Bonacinam in decalogo*, ſubdit, contrà furantes reliquias de locis ſacris, ſinè effractione (vt ſup. *Eccleſiarum effractores*,) extrà Vrbẽ Romam, & ſuburbia, vt ſup. nullam reperiri latam cenſuram, aut aliam pænam latæ ſententiæ, quibus ab eo citatis, addo *Caſtrum Palaum tom. 2. tract. 8. de adoratione. & ſacrificio diſp. 1. p. 6. n.* 21 contrà *Azor.* putantem his furibus impoſitam eſſe excommunicationem minorem. Hoc tamen furtum factũ fidelibus illas retinentibus, contineret ſpeciem ſacrilegii, *Sanchez lib. 2. ſummæ moralis. cap. 43. num. 23.* vbi quòd paruitas materiæ ad excuſandũ ab hoc ſacrilegio mortali, non ſit metienda ex quantitate earum ablata, ſed ex earũ dignitate, & exiſtimatione. Contingit enim, vt benè ſubdit *Caſtrus Palaus loco ſuprac. num.* 19. aliquando minimam quantitatẽ, apud dominum, magni exiſtimari, tùm propter Sancti dignitatem, tùm propter raritatem, proſequitur *Dian. p. 5. tr. 5. reſol.* 35. qui indè de more, reſoluit, furantem minimam partem ligni S. Crucis committere ſacrilegium mortale. Quòd etiam ab hoc furto non excuſet conceſſio facta ab ipſarum reliquiarum cuſtode, niſi etiam illi ſit commiſſa illarum adminiſtratio, poſt *Azor. & Sanchez* notat *Caſtrus Palaus loco ſuprac.* imò *Praxis Archiep. Neap. cap. 57. in 2. edit.* quem ſequitur *Theſaur. loco ſuprac. §. 1. ad finem.* & latius habetur per *Riccium p. 1. praxis deciſ. 63.* Reliquiarum alienatio ſubijcitur hodie excommunicationi, & pænis *extrauag. ambitioſæ*, quæ ſignificat, pro Epiſcopũ, vel alium Prælatum, habentem illarum reliquiarum adminiſtrationem, non poſſe alienari abſque Sedis Apoſtolicæ aſſenſu, cuius alienationis vocabulo, venit donatio, permutatio, &c. Nã ipſæ reliquiæ vendi nõ poſſunt abſq; ſimonia, vt præſuppono ex d. materia, videte *Marcell. Vulpe c. 6. ſuæ praxis n. 5.* vbi idẽ dicit de manna fluẽte ex corporibus Sanctorũ. Sed nota quòd contrà dictã *Prax.* eſt opinio probabilis, d. dictam extrauagantẽ nõ comprehendere alienationẽ reliquiarum, cùm in ea S. Pontifex videatur prouidiſſe ſolum circà bona temporalia, quæ ſunt prætio æſtimabilia, &c. vt teſtatur *Bonacina opuſculo de alienat. bonorum eccleſ. q. vnica §. 2. n. 31. ad fin.* De ſimonia, quæ in ipſarũ oſtenſione poteſt accidere, vide *Caſtrum Palaum ſuprac. p. 6. num. 17. & ſeq.* Nota quòd *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſc. alleg. 50. n. 158. & Caſtrus Palaus loco ſuprac. n. 21.* referunt excõm. latam à Greg. XIII in ſua cõſt. incip. *Pontificiæ ſollicitudinis*, contrà eos, qui ſinè expreſſa licentia S. Pontificis,

in

Digitized by Google

in Prouinciam Mediolani ſacras reliquias aſportant, qui item ab vna Eccleſia ad aliam tranſtulerint, & qui aliquam earũ particulã cõceſſerint, vel donauerint, & qui itẽ acceperint. Tamen *Theſaur. loco ſupra ad finẽ* ait, ſe in nullo Bullario reperiſſe dictam Bullã, ideòq. putare, fuiſſe aliquod edictum temporale, tamen *Gauantus in manuali Epiſcoporum verbo Reliquia num.* 36. alio modo refert dictam excommunicationem, ſcilicèt quòd in Prouintia Mediolanenſi extractio reliquiarum ſit prohibita à Greg. XIII. & moderata poſtea à Sixto V. vt ſufficiat licentia Epiſcopi, & non Papæ, allegans S. Cõgreg. Epiſcoporum 16. Febr. 1588. & videtur magis veriſimile, quod S. Pontifex prohibuerit extractionẽ illarum à d. Prouincia, in alia loca, quàm de aliis locis in eam Prouinciã, & quod dicitur de tranſlatione ab vno loco in alium, idem *Gauantus ibid. num. ſeq.* tribuit Concil. Prouinciali Mediolanenſi 4, nõ Bullæ, ſcilicèt ne fiat abſq. Epiſcopi licentia.

Remigantes Chriſtiani in triremibus Turcarum, quando incurrant excommunicationẽ latã in c. Bullæ cænæ. Dixi ſup. *recoll* 1. *n.* 429

Repreſalias, vel pignorationes concedere, aut extendere præſumentes, Superiores habentes temporalem iuriſdictionem contrà perſonas eccleſiaſticas, aut ipſorum bona, niſi intrà menſem à die conceſsionis, vel extenſionis; dictam præſumptionem reuocauerint, incurrunt excommunicationẽ nulli reſeruatam, ſicut perſonæ inferiores, & communitates, incurrunt interdictum, ſimiliter non reſeruatum, *cap. vnico de iniurijs in* 6. de qua per *Bonacinam poſt alios t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 22. & proſequitur aliis allegatis *Theſaur. loco infracitando*, vbi probabiliorem opinionem exiſtimant, docentem, talem excommunicationem, vt dixi, ſemper incurri poſt menſem à die conceſsionis, ſiue res ſit integra, ſeù non ſit adhuc deuentum ad exequutionem, nempè capturam perſonæ, vel bonorum, ſiuè non integra, ideſt iam ſit facta captura, vt ſuprà. Repreſaliæ propriè dicuntur, quando quis pro alio grauatur, v. g. fuit illatum dãnũ ab vna perſona, & quis retinet equiualentem ſummam ab alia perſona, vel alia perſona fuit carcerata, & ob eam cauſam alia perſona etiam carceratur, quòd etiã incurratur excõm. quando damnũ, ob quod repreſaliç cõcedũtur, fuit datũ quoq. à perſona eccleſ. *Theſaur. p.* 2. *de pænis eccleſiaſt. poſt alios v. repraſalia c.* 1. *verſ. Amplia*, & ſi contrariũ dicat deciſum, *Guido Papa quæſt.* 34. vbi addentes præſupponunt pro certo, quòd cõmittentes illas cõtrà Clericos pro debitis Vniuerſitatis incurrãt dictas pęnas. Quòd etiã procedit, q̃n id fieret ob denegatã iuſtitiã, quo caſu cõcedebãtur antiquitus repreſaliæ de iure cõmuni, vide *Andreã Gaill. tr. de pignorationibus obſeruat.* 1. *n.* 5. vbi habes, quõ differant pignorationes, & repræſaliæ, ac in *tr. de Arreſtis poſt ſuas obſeruationes cap.* 9. *n.* 13. & *Myſingerium cent.* 6. *obſeruat. prima*, vbi reperies, quibus caſibus concedi poſsint repreſaliæ in bonis ſingulorũ ciuium ſæculariũ pro debito vniuerſitatis. Vnde rectè dixi, hanc excomm. incurriſſe Theſaurarium Calabriæ citrà, qui ſcienter exequi mandauit in quibuſdam animalibus Clericorum pro fiſcalibus vniuerſitatis Biſiniani, ob quam cauſam fuit ab eodem Epiſcopo declaratus excommunicatus per cædulones, & non incurriſſe excommu. aliquam contentam in Bulla cænæ *can.* 18. contrà exigentes collectas, decimas, de qua ſup. *Gabellas*, vel aliam *can.* 19. con vſurpantes, vel ſequeſtrantes iuriſdictiones, fructus, &c. de qua infrà *vſurpantes*, vt aliqui prætendebant, quia neq. tale onus impoſitũ eſt Clericis, & eccleſiaſticis perſonis, vt requiritur primo caſu, iuxtà ea, quæ dixi *loco citato*, neque iſta animalia ſpectabãt ad dictos Clericos ratione Eccleſiæ, vel beneficij, ſed erant patrimonialia, ergo ſumus in repreſaliis prohibitis in *tit. c. vnic.* quę vt dixi propriè ſunt, vbi perſona eccleſiaſtica grauatur pro alia perſona tàm eccleſiaſtica, quàm ſæculari eſt tamen verum, quòd quando dicitur eſſe dictam excommunicationem non reſeruatam etiam poſt menſem, vt ſup. ego intelligo, ſi facta fuit reſtitutio ipſis perſonis eccleſiaſticis, & illis fuit ſatisfactum, aliàs non poſſe abſolui à quolibet Confeſſario; à ſimili de abſolutione excommunicationis *cap. quamquam de cenſibus.*, vbi ſimiliter fertur excommunicatio contra exigentes, & extorquentes pedagia, & alia tributa ab eccleſiaſticis. Dixi *ſcienter*, quia cùm ad incurrendã iſtam excommunicationem requiratur præſumptio, ignorantia excuſat ab illius incurſu. Dixi, *mandauit exequi, &c.* quia ſi hòc ipſe non mandauit, ſed tantum commiſſarius id fecit, ſciẽs dicta animalia eſſe Clericorũ, ipſe tantum incurrerat dictam excommunicationem. In dicto facto tamen, quia Theſaurarius fuit monitus pro reſtitutione animaliũ, producendo probationes, q̃ dicta animalia eſſent Clericorũ, & non paruit reſtituendo, ideò ritè fuit declaratus excommunicatus, & à me poſt reſtitutionem ex commiſsione ipſius Epiſcopi abſolutus, quidquid ſit de foro interno, ob id, quòd ſimiles fraudes, (ſcilicèt bona eſſe laicorũ, & tamen poſſideri nomine Clericorum) ſint in Regno frequẽtes.

Reſignantes beneficium ſub confidentia ſimoniaca, non incurrunt excommunicationem latam contra committentes ſimoniam confidentialem, ſed tantum recipientes dicta beneficia ſub dicta confidentia, ita poſt *Nau. Azor. Suar. & Filliuc. Bonac. t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 8. *num.* 25. & *de ſimonia q.* 7. *par.* 5. *num.* 3.

latius

*latius.* Quòd talis reſignatio ſit inualida, & per conſequens, per illam non vacet beneficium, poſt alios notat *Sanchez opuſc. moral. lib. 2. cap. 3. dub. 118. num. 5.*

Reſignationem beneficiorum, aut officiorum admittentes, aut illa conferentes Epiſcopi, aliiq. collatores, contrà formam conſtitutionis Pij V. 58. quæ incipit *Quanta Eccleſiæ Dei*, incurrunt ſuſpenſionem à collatione beneficiorum, & officiorum, electione, præſentatione, confirmatione, & inſtitutione, ac ſi violare præſumpſerint dictã ſuſpenſionẽ, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, dumodo ſint perſonæ particulares: nam Capitula, & Cõuentus incurrunt ſuſpenſionem à diuinis ſimiliter reſeruatã, vt habetur in ead. conſtit. de qua conſtitutione, ſeù conditionibus ab ea requiſitis pro admittendis reſignantiones, & conferendis beneficia reſignata ab Ordinariis, videte poſt *Pariſium, per Proſperũ de Auguſtino ad Quarãtã v. beneficiorũ reſignationes*, breuiter reaſſumit *Genuens in ſua praxi Archiep. Neapot. cap. 54. in ſecunda editione à num. 1.* qui benè *num. 4.* ſubdit, quòd non ſeruans omnes dictas conditiones Epiſcopus, vel alius collator, ſeù extrà caſus ibi enumeratos, admittens reſignationẽ, aut conferens beneficium reſignatum, non ſemper incurrat dictã ſuſpenſionẽ, (& per conſequens addo ego, quia nõ põt tranſgredi ſuſpenſionẽ, neque incurrit excommunicationem, de qua ſuprà.) & ſi reſignatio ſit nulla, ſed tantum quando beneficium reſignatum ex dictis cauſis, ab eis confertur conſanguineis, affinibus, aut familiaribus ipſius collatoris, vel reſignãtis, & ſi per fallacem circuitum multiplicatarum in extraneum collationẽ, proſequitur *Bonac. tom. 3. diſp. 2. q. 7. p. 4. n. 1. & 4. Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. alleg. 69. n. 49.* hanc eſſe non ſolum magis communem, ſed etiam veriorẽ ſententiam, teſtatur *Theſaurus verbo Reſignatio cap. 2. verſiculo limitat 3.* & ſi non deſint Doctores affirmantes, quòad hanc partem, ſcilicèt quòd conferendo Epiſcopus, vel alius collator dicta beneficia reſignata ſuis, aut reſignantium conſanguineis, &c. incurrat dictas pænas, non ſit dicta conſtitutio recepta. ita ſuſpicatur *Sanchez lib. 2. opuſculorum cap. 3. dub. 36. num. 19.* præſupponit *Caſtrus Palaus tom. 2. tr. 13. diſp. 6. p. 3. §. 1. nu. 7. ad finem.* qui forſitan intelligit de Hiſpania, vt loquitur *Barboſa loco ſuprac. ad finem.* ab eo allegatus, ſed ambo fundantur in *Garzia p. 11. de beneficijs cap. 3. num. 270.* qui *nu. ſeq.* refert, contrarium fuiſſe tentum in Rota Romana, quòd ſcilicèt præſumatur etiam pro Ciuitatibus Hiſpaniæ, eſſe in vſu dictam conſtit. donec non fuerit probatum contrarium, nec ſufficere ſupplicationem à lege, & conſtitutione generali, donec ſuperueniat iuſsio, ad ſuſpendendam exequutionem dictæ legis, vel cõnſtitutionis. An autẽ Cardinales incurrant dictas pænas, quærit *Bonac. loco ſuprac. n. 6.* qui vtramq. opinionẽ putat probabilẽ. vide tñ ſup. *Reliquias* Hoc autẽ eſt certũ nõ habere dictas cẽſuras locũ in beneficiis de iure patronatus laicorum, quia ſi renunciarentur nõ interueniente aliqua ex dictis cauſis, poſſent conferri cõſanguineis &c. vt declarauit Greg. XIII. & poſt *Quarant.* notat *Vulpe c. 48. ſua praxis n. 37.* Nota, quòd *Sanchez loco ſuprac. n. 18. ad fin.* ſupponit (præſuppoſita, quòd dicta conſtit. ſit in vſu) etiam recipientes dicta beneficia, ſeù illi, quibus beneficia reſignata conferuntur (ſi ſunt conſanguinei, &c. collatoris, vel reſignantis) incurrere ſuſpenſionem, & per conſequens violando illam, incurrere excõmunicationem. hanc opinionem ſequi videtur *Theſaurus ſup. verſ. limitant aliqui.* Nota quoq. quòd licèt ignorantia huius conſtitutionis excuſet ab incurrenda excommunicatione, vbi tractatur de violatione ipſius ſuſpenſionis, ex quo requiritur præſũptio, tamen non excuſat à ſuſpenſione incurrenda, ex quo non requiritur ab eodem Pio V. eo caſu præſumptio, vndè illã incurrit collator ignorãs, ita *Proſper. ex Auguſt. in add. ad Quarantam verbo Beneficiorum reſignationes ad finem. verſic. & ſi ingnorantes*, & alij quos ſequitur *Barboſa ſuprac. num. 49. ad finem*, quòd intellige pro foro externo: nàm quòad forum internum, quando ignorantia eſſet abſq. culpa, vtique excuſaret, iuxtà ea, dixi ſup. *recoll. 1. n. 363.* & in terminis notat *Nau. conſ. 9. de denunciatione*, vbi idem docet de prouiſo ignoranter, ac de eod. collatore, ſubdit etiã, ꝙ collator nõ vitet dictã pænã, ſi malè prouiſus poſt acceptam poſſeſſionẽ beneficii, nõ collati rectè, reſignet. Præſupponit autẽ, ꝙ nulla ignorantia excuſet à nullitate ipſius collationis, & meritò, quia adeſt in dicto motu clauſula irritans, *Pariſius de reſignatione lib. 1. q. 6. num. 230. Azor. p. 2. lib. 7. cap. 19. quæſit. 5. verſ. quæret. Barboſa loco ſuprac. Theſaur. ſup. verſ. limita 3.* Qui ſubdit quòd dicta ignorantia poſsit iuuare etiam quòad forum externum, quando ſcilicèt Epiſcopus conferret beneficium conſanguineo reſignantis, ignorans, eſſe conſanguineum, allegans *Burattum deciſ. 162. nu. 6.* ex eo autem quòd ſit nulla collatio, ſequitur, quòd etiam reſignatio ſit nulla per conſequens, ipſe reſignas non perdit beneficiũ. niſi reſignatio fuerit etiam ſimoniaca, fauet *Rota in nouiſsimis p. 3. lib. 2. deciſ. 140.* vbi præſupponitur, fuiſſe datum mandatum ad reſignandum in manibus Vicarij, in fauorem certæ perſonæ in mandato nominatæ (quod prohibetur per Bullã Pij V. vt patet ex ſup.) & tamen dictum fuit, quòd talis reſignatio

& ſi

Digitized by Google

& ſi non valeret, tamen nō eſſet ſimoniaca, ideòq. ius remãſiſſe penes reſignantem, cùm poſſet Ordinarius cuicunq; illud conferre, ad hoc autē vt ſit ſimoniaca dicta reſignatio neceſſe eſt, vt interueniat pactū, ſeù cōuentio tacita, vel expreſſa inter reſignantē collatorē de conferendo tali perſonæ, vt poſt plures authores, habet *Garſias ſuprac. num.* 166. *& ſeq.* vide *Sanchez lib.* 2. *cap.* 3. *opuſculorum moral. c.* 3. *dub.* n. 23. vbi firmat, non eſſe illicitum poſt reſignationem, ſi reſignans nominet collatori ſucceſſorem, non deducendo in pactū, vt ipſi detur, ſed tantū ſignificando collatori, ſi velit, vt det ipſi, de quibus vide *Bonacinam de ſimonia q.* 4 *§.* 14. *à nu.* 5. *& noviſſimum Theſaurum loco ſuprac.* Quòd ex eo quia facta reſignatione in manibus inferioris S. Pontificis habentis facultatem acceptandi reſignationem, ſtatim fuit facta collatio vni ex familiaribus reſignantis, non dicatur reſignatio ſimoniaca, *Rota in nouiſſimis p.* 3. *lib* 2. *deciſ.* 247. *& lib.* 3. *deciſ.* 293. Quòd dictæ cenſuræ, & aliæ penæ nō habeant locu in permutatione beneficii, probat *Caſtrus Palaus tom.* 2. *tr.* 13. *diſp.* 6. *p.* 2. §. 1. *ad finem.* qui tractat de materia dictæ conſtit. Pii V. De excom. cōtra ficte reſignãtes, vel pmanentes beneficia, vide *Filliucc. tr.* 14. *nu.* 118. *& ſeq.*

Reuocationem excommunicationis ſuſpenſionis, & interdicti vi, ac metu graui extorquentes: præter illam cenſuram, à qua, vt præſuppono, per talem reuocationem, vel abſolutionem vi, & metu extortam non liberatur, incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam, *cap. unico de his, quæ vi, metuſuè cauſa fiunt,* circà quam idem prorſus dicendum eſt, quod dixi ſuprà, *verbo abſolutionem* (& *recoll.* 1. *num.* 507. *& ſeq.* vbi habes, quando metus ſit grauis) ſcilicèt illam non incurri, niſi ſequuto effectu reuocationis cenſuræ, quæ ſit valida, licèt iniuſta, ſecus ſi ſit iniuſta ſimul, & inualida, ſiuè illa, quæ reuocatur ſit ſententia cenſuræ à iudice de nouo lata, ſiuè tantum declaratoria cenſuræ latæ iam à iure, nec ſecundum probabiliorem opinionem, ſub ea comprehendi conſulentes, & ratam habentes dictam extorſionem, de quibus omnibus, habetur per *Bonacinam ibi à me citatū t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 15. *per totum.* vbi etiam licèt illius ſit opinionis, quòd nomine excommunicationis in dicto textu comprehendatur excommunicatio minor, tamen contraria opinio, quæ id negat *Silu. Filliucc. & Reginald.* ab eodēmet allegatorū, eſt valdè probabilis. Nihil autem refert ſi is, qui vim, vel metum, vt ſup. intulit iudici ad reuocandum, vel Confeſſario ad dandam abſolutionem vt ſuprà, ſit ille, contrà quē fuit lata cenſura, ſeù cenſuratus, vel alius, vt per *Villalobos p.* 1. *ſua ſumma tr.* 17. *difficul.* 29. *num.* 7. *ad finem.* Quis iudex poſſit reuocare ſententiam cenſuræ patet ex dictis à me ſup. *recoll.* 2. *num* 667. *& ſeq.* quibus illic allegatis adde *Rotam Romanam apud Puteum deciſ.* 388. *lib.* 2. vbi habetis, quando ſententia excommunicationis ſit diffinitiua, vel interlocutoria, & quòd tunc ab eodem poteſt reuocari, quando illa fuit interloquutoria, quãdo verò fuit diffinitiua, quòd non poſſit reuocari, niſi in gradu appellationis, *Rota* item *dec.* 16. *ſub num.* 3. *de re iudicata in nouis.* dixit, quòd iudex ſiuè ordinarius, ſiuè delegatus poteſt reuocare ſententiam interloquutoriam, quod maximè verū eſt in delegato ad vniuerſitatem cauſarum, *Ricc. p.* 1. *praxis dec.* 620. *in paruis.* Quòd iudex, qui fuit interloquutus, poſſit etiam ex nouis actis ſententiã reuocare, habetur per *Addētes ad deciſ.* 2. *ſub num.* 5. *de appellationibus in nouis.* Item quòd licèt à Vicario Generali ad Epiſcopū non appelletur, poſſit tamen Epiſcopus cognoſcere de nullitate ſententiæ interloquutoriæ Vicarii, ac etiam illam reuocare, ſicut poteſt ipſe Vicarius, notat *Sbozzius de officio Vicarij lib* 3. *q.* 10. *& ſeq.* quòd etiam à Vicario ad Epiſcopum appelletur ab interloquutoria, tenuit *Rota apud addentes ad deciſ.* 3. *de officio Vicarij in nouis.*

Romanam Eccleſiam, non eſſe caput omniū Eccleſiarum contumaciter aſſerentes, incurrunt excommunicationem nulli reſeruatã, *cap. nullitas diſt.* 19. refert poſt alios *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. allegat.* 50. *n.* 299. *in addit.* qui benè ſubdit, quòd ſi tales etiam haberent de hac re errorem in intellectu, id firmiter, & veraciter credendo, eſſent heretici, & per conſequens incurrerent excōmunicationem primi canonis Bullę cęnæ De primatu Eccleſiæ, præter eos qui peculiarē tractatum de eo inſtituerunt, tractant *Azor. p.* 2. *li.* 4. *c.* 51. & *Suar. ad Reg. Anglicū li.* 3. *c.* 8.

Ritus in ſollemni Sacramentorum adminiſtratione adhiberi ſolitos, ſiquis dixerit, aut cōtemni, aut ſinè peccato omitti prò libito, aut in alios, per quemcunq. paſtorem mutari poſſe. An excommun. nulli reſeruatam ipſo facto incurrat, vel poſſit excommunicari, pendet ab illa difficultate, de qua ſuprà *Recoll.* 1. *num.* 161. nām *Concil. Trid ſeſſ.* 7. *c.* 3. *de Sacram. in communi*, de quo feci mentionem *ſup. par.* 1. *recoll.* 5. *in princ.* hoc prohibet, illis verbis *Anathema ſit.* Hoc eſt certum, quòd ſupradicta aduertenter, & pertinaciter contrà hanc Eccleſiæ definitionem proferēs, incurrat excommunicationem latam *in can.* 1. *Bulla cœnæ*, contrà hereticos, quia in profeſſionè fidei inter alia, tenemur profiteri dictos ritus S. Romanæ Eccleſiæ, vt eſt videre apud *Quarantam verbo fidei profeſſio*, quòd ſit de fide, eſſe præceptum de ſeruandis ritibus non ſolum eſſentialibus, inſtitutis à Chriſto, ſed etiam accidentalibus inductis ab Eccleſia, poſt *Filliucc.* dixi ſuprà *recoll.*

Digitized by Google

*recoll. 5. num. 6.* fauet nouiſſimè *Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſ. verbo Ritus cap.* 1.

Romanæ Eccleſiæ terras, loca, & iura immediatè, vel mediatè ſubiecta, ſub quocunque titulo, vel colore, per ſe, ſeu p alios, directè, vel indirectè inuadentes, occupantes, vel detinentes, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam in Bulla cœnæ *can. 20.* vbi illa extẽditur ad adherẽtes, fautores, ſeu defenſores, ac contrauenientibus auxilium, & fauorem quomodolibet præſtantes; vt ibi eſt videre per expoſitores, & præcipuè per *Duardum*, qui *ibid. q. 10.* concludit, hanc cenſuram incurrere perturbantes, & vſurpantes iuriſdictionem Eccleſiæ temporalẽ, non autem ſpiritualem, ſequitur, teſtando de communi. *Bonac. t. 3. diſp. 1. q. 21. p. 1. n. 15.* Ex quo patet, quomodo ſit verum id, quod aſſerit *Cokier, apud Theſaurum ſup. verbo Romana Eccleſia, ad finem.* Comprehendi ſcilicet hac excommunicatione Ordinarium, & alium iudicem eccleſiaſticum vſurpantem iuriſdictionem in exemptos; itemq. contineri etiam ipſos exemptos conſentientes tali vſurpationi.

Romæ offendentes aliquem vindictæ ſtudio, & ibi arma ad hoc, aut armatos congregantes, incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam Pius V. in ſua conſt. quæ incip. *infelicis*, ita illã refert *Graſſius p. 1. deciſ. lib. 4. cap. 23. num. 22.* proſequitur *Barboſa de officio, & poteſt. Epiſc. alleg. 50 num. 257 in addit.* allegans etiam *Filliuc. tr. 14. nu. 97. verſ. ſeptima*, qui tamen eam omnino negat, dum ſubdit, quòd Pius V. tantum in dicta conſt. reuocat pœnas contra offendentes Cardinales, fauent pro hac ſententia dicta à nobis ſup. *Armatos.*

Romipetas, qui offendunt, vide ſup. *Obſidentes, & Peregrinos.*

S

SAcerdotes, recipientes præfecturas ſæculares, ſeu officia habentia adnexam iuriſdictionem temporalem Principis ſæcularis, incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam. *c. Clericis, txt. ne Clerici, vel Monachi*, intellige ſi poſtquam canonicè moniti fuerunt nõ deſtiterint, latè *Filliuc. tr. 14. n. 105. & ſeq.* licèt alij hãc excommunicationẽ contrà Clericos tãtũ referant, vt *Barboſa ſup. prae. alleg. 50. num. 206. in addit.* habet locum etiam in Religioſis, vide *Praxim Archiepiſcopalẽ Neap. c. 3. in 2. edit. n. 20.* vbi quòd nõ poſſunt Clerici exercere officium maioris domus alicuis Principis. Sed hæc omnia intelliguntur abſq. licentia Ordinarii, quoad hæc officia adminiſtrationis, vt dictum fuit per *Rotam Romanam in illa Ariminenſi adminiſtrationis hæreditatis de Gambalunga.*

Sacramentum confeſſionis, vel communiois, annuæ omittentes, non incurrunt excomm. vt putauit *Caietanus*, quem ſequitur *Menochius de præſumptionibus lib. 6. præſumpt. 6.* ſed tãtũ interdictum ab ingreſſu Eccleſię, & priuationẽ eccleſiaſticę ſepulturæ non latæ ſent. ſed ferẽdę tantũ, vt latè probat *Fagund. li. 1. in ſecundum præceptum Eccleſiæ c. 4. n. 2* proſequitur *Layman lib. 5. ſuæ theologiæ moralis tr. 5. cap. 12.* accedit nouiſſimè *Theſaur. verbo Sacramentum cap. 2. per totum.* Quo tẽpore debeat quis confiteri, vel communionem ſumere, vt ſatisfaciat dicto præcepto, & per quam confeſſionem, vel communionẽ quis dicto præcepto ſatisfaciat, dixi latè ſup. *p. 1. recoll. 18. à num. 20.* Dixi de iure, nam dictę pænę sũt illæ, quæ reperiuntur in *c. omnis vtriuſq. ſexus de pænit. & remiſſ.* At in pluribus Diæceſibus contra tranſgreſſores imponitur pæna excommun. vt *loco ſuprà.* dixi.

Sacramentum confeſſionis à conſcio peccati mortalis, nõ præmittendũ eſſe ante ſũptionẽ Euchariſtiæ, dum adeſt copia Confeſſarii, docentes, vel pertinaciter aſſerentes, ſeu etiam publicè diſputando, defendere præſumentes, incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam ex *Concil. Trident. ſeſſ. 13. can. 11.* de qua re latè per *Filliuc. tr. 4. à num. 210. & tr. 14. num. 84.* quia tamen plures DD. docent, quòd hæc ſententia, ſcilicèt præmittendam eſſe confeſſionem, data copia Cõfeſſarii à conſcio peccati mortalis, ante ſumptionẽ Euchariſtiæ, ſit de fide, vt eſt videre per *Fagundez lib. 3 in 3. præceptum cap. 8. nu. 2, ad finem*, aliquis poſſit inferre, quòd docẽtes contrariũ, vt ſup. incurrent excõmunicationem primi canonis Bullæ cœnæ, contra hereticos. Sed nota, quòd præſuppoſitum non eſt certum, vndè *Filliuc. ſuprà c. num. 84.* expreſsè ait, quòd qui hodiè defenderet opinionem *Caietani*, dicentis, præceptum de ſumenda Euchariſtia poſt confeſſionem nõ eſſe diuinum, & ſi temerarius eſſet, non tamen eſſet erroneus in fide, vt aliqui voluerunt, ſcilicèt *Canus Catherinus, & Sixtus Senenſis*, & tamen *Caiet.* non ſolum negat, de hac re non extare præceptum diuinum, ſed neque poſitiuum, vt eſt videre in eius *ſumma verbo communio in principio*, & ſic eum refert *Laym. lib. 5. tr. 4. cap. 6. num. 5. verſ. ſecundum*, qui *Laym. cum Coninck & alijs* docet, non eſſe hoc præceptum diuinum, ſed Apoſtolicum, fauet quia cum *Concil. loco ſup. in ſuperioribus canonibus* dicat *Anathema*, ꝙ explicat *Nau. cap. 22. num. 10. hereticum*, hoc *can 11.* dicit excommunicatus. ſit Vndè meritò *Bonacina to. 3. diſp. 2. q. 2. p. 14.* tractans de hac excommunicatione, non tangit hãc difficultatem, præſupponens, hanc excommunicationem, non eſſe reſeruatam, qui non ſolum concludit, accedentes poſt pecc. mortale ad Euchariſtiã abſq. confeſſione, & ſi id faciat, credens, ſolam contritionẽ ſuffi-



Digitized by Google

cere, non incurrere hanc excomm. ſed quòd nec etiã incurrat priuatim tantùm, diſputantes, niſi id taliter diſputando, etiam pertinaciter dictam falſam doctrinam aſſerant.

Sacrilegium quodcunque committentes, non incurrunt excommunicationem ipſo facto, niſi in caſibus de iure expreſsis, vt ſuprà *Ecclesiarum effractores*; *Extrahentes*, *Incendiarij*, *Oblationes*, *&c.* ita aduertit *Moneta in ſuo tract. de decimis cap. 8. quæſt. 5. concl. 1. ad fin.*

Sal exterum, in ciuitates, oppida, & loca, Sedi Apoſtolicæ, mediatè, vel immediatè ad mercandum importantes, incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam, Greg. XIII. conſt. 82. incip. *ex incumbentis*, ita cantat dicta conſt. licèt *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 50. *nu.* 152. illam referat ſimpliciter cõtrà aſportantes, & ſubdat, excludi ab ea in foro conſcientiæ, non autem in foro externo, viatores, qui aut munditiæ gratia, aut guſtus cauſa, ad vſum itineris modicum ſal, & in parua quantitate aſportant, quæ difficultas ceſſat pro vtroq; foro, dũ in dicta conſtitutione continetur prohibitio tãtũ mercãdi ſal, vt ſup. *Theſaurus verbo ſal, cap.* 1. aſſerit, quòd dicta conſtitutio fuit reuocata per Clem. VIII. quoad pænam excommunicationis, ſua conſt. 49. incip. *frumenti*. Et nota, quòd licèt per Paulum V. Gregor. XV. & Vrbanũ VIII. d. conſt. Greg. XIII. fuerit cõfirmata, etiam quoad cenſuras, tamen dicti SS. Pontifices reſtrinxerũt dictas cenſuras ad extrahentes frumenta, blada, &c. de quibus ſupra *Extrahentes frumentum*. & in eis nunquam eſt facta mentio, nec ſalis, nec importantium alia pertinentia ad graſciam, in dictum ſtatum eccleſiaſticum, & ſemper loquuntur de extrahentibus; Vndè cùm Clemens VIII. *vbi ſup.* expreſsè quò ad importantes ſal mercimonii cauſa, confirmauit omnes alias pænas impoſitas, excepta excommunicationis ſententia ad medelam inuenta, concludendum eſt, illam non fuiſſe per dictos SS. Pontifices ſucceſſores in dictis conſtitutionibus, dictã pænam excommunicationis innouatam, & per conſequens hodiè non incurri illam, ſed benè alias pænas vt ibi ab ipſis importantibus ſal in dictum ſtatum.

Sancti Petri fabricę Collegium, ſeù deputatos moleſtare præſumentes occaſione officii dictæ fabricæ, incurrunt excõmunicationẽ, & ſuſpenſionẽ à diuinis. Pius V. in ſua extrau. incip. *exigit*, edita anno 1570. & refertur in in nouo Bullario poſt Bullam 98. Eſt verũ quòd *Pillinccius tr.* 14 *n.* 97. *verſ. quinta*, eius opinionis eſt, quòd d. excommunicatio lata fuerit ad tempus, & per conſequens hodiè non habeat vim, hanc opinionem licèt exiſtimet probabilem, *Bonac. tom.* 3. *diſp.* 2. *q.* 2. *ẜ.* 25. tamen contrariam putat probabiliorẽ, qui refert verba dictæ *extrau.* ex quibus patet, ſubiectum ipſius excommunicationis eſſe quoſcunque locorum ordinarios etiã S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, & alias perſonas quauis authoritate fungentes. in quibus caſibus ſe poſsint intromittere officiales d. Fabricæ, vide in *tr. de offic. Cappellani q.* 5. *n.* 185.

Sanguinem Chriſti in triduo ſuę Paſsionis à Diuinitate diuiſum, vel non diuiſum prædicantes, vel diſputantes, aut ſuadentes eſſe hereticum, vel peccatum aliàs credere, incurrunt excommunicationem S. P. reſeruatam, Pius II. conſtit. ſua 11. t. 1. Bullarij noui fol. 326. de qua excomm. videtur dubitare *Silu. in ſua Roſa aurea tr.* 3. *de qq. ſuper Euangelia q.* 31. *verſ. eſt tamen hic notandum*, non ſolum quia, vt ibi ſubdit, nullus eorũ, qui numerat excommunicationes latas poſt Sextum, & Clementinas, facit mentionem de iſta, ſed etiam quia illi, qui ipſam referunt, dicunt, Pium II. tuliſſe hanc excommunicationem, donec articulus per ipſum eſſet definitus, & tñ iam definitus erat per ſuum prædeceſſorem Clem. VI. Sed *Vaſquez tom.* 1. *in* 3. *p. diſp.* 36. *cap.* 4. *& duobus ſequentibus*, probat, non fuiſſe definitum dictũ articulum per Clem. VI. videte eum.

Schiſmatici, ideſt qui nolunt obedire vero S. Pontifici, vel volunt aliam ſibi conſtituere Eccleſiam ſub diuerſis ritibus, ſunt excommunicati in Bulla cænæ *can.* 1. *ad finem*. De horum materia præter comentãtes dictum can. Bullæ, vide doctiſsimum *Ricciullum li.* 9. *de iure perſonarum per totum*, & per me ſup. *Papa nomen*.

Scholas pias erigere, aut inſcribere, præter Clericos Regulares huius inſtituti, vel eorum habitum geſtare præſumentes, incurrunt excomm. ipſo facto, Vrbanus VIII. in conſt. incip. *ad vberiores* 7. Auguſti 1630. apud *Glianes in ſua ſumma cenſurarum, hoc verbo*, qui non explicat an ſit reſeruata, vel non, vndè legenda ſunt verba d. conſtit. quam non reperio inter Bullas recentiores.

Scripturas, vel libros Cameræ Apoſtolicæ detinentes, & non reuelantes, incurrunt excõmunicationem S. Pontifici reſeruatam, præter ea, quæ circà hanc excomm. dixi ſup. *Camera prædicta libros*. videte *Bonac. t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 11. vbi iſtam excommun. tribuit Pio V. & Sixto V. & probabilius cenſet, illam fuiſſe tẽporalẽ, & per cõſequens hodie non ligare.

Secreta in perniciem Chriſtianæ Reipublicę infidelibus reuelare, vide ſup. *Certiorantes*.

Secreta Conciſtorij reuelantes ſup. *Cardinales*.

Sepelientes in loco ſacro publicè interdictos, aut nominatim excommunicatos, aut manifeſtos vſurarios incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam. *Clem. p. de ſepulturis Barboſa de offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 50. *num.* 230. *in addit. Pillincc. tr.* 14. *num.* 71. reaſſumendo

mendo

Digitized by Google

mendo breuiter materiam iſtam. Dico, quòd ad incurrendam hanc excommunicationem requiratur primò præſumptio temeraria (hoc enim ſignificant illa verba, *ſcienter præſumpſerint*) vndè ignorantia facti, vel iuris, quæ non ſit affectata excuſat ab ea. Secundò vt talis interdictus, vel excommunicatus, cuius cadauer ſepelitur, ſit euitandus, ideſt denunciatus, vel publicus Clerici percuſſor, ita in ſpecie *Filliuc. ſupra.* Tertiò vt ſepultura ei detur in loco ſacro, ideſt in Eccleſia, vel Cæmeterio, hęc enim ſunt loca eccleſiaſtica ratione ſepulturæ, *cap. ſacris de ſepulturis*, *Layman lib. 3. tract. 5. cap.* 12. neque oportet, quòd Eccleſia, vel cæmeterium ſint conſecrata, ſed ſufficit, ſi ſit ſolū locus deſtinatus ſepulturę fideliū, vel in quo conſuetū ſit ibi miſsā celebrari, ita poſt *Suarez, Hurtado ſuprà num.* 8. & latius habetur per *Ricciullum lib.* 4. *de iure perſonarum cap.* 60. Qui benè ſubdit. *num.* 24. ſufficere, hos ſepeliri in loco prophano, & ſi contiguo Eccleſiæ, vel cæmeterio, vt etiam dixi ſuprà *recoll.* 1. *num.* 206. contrà aliquos, qui dicunt, incurrere eos, qui excommunicatum nō toleratū cū pompa ſepeliunt etiā in loco omnino prophano, quos habetis apud DD. infracitandos. Quartò requiritur vt proprijs manibus excommunicatus ſepeliatur, quia ſic ſolum propriè dicitur ſepeliri, & verba pænam importantia, in ſenſu rigoroſo accipienda ſunt, *Caiet. v. excommunicatio cap.* 46. *Henriq. lib.* 13. *c.* 4[?]. *n.* 3. *Auila 2. p. cap.* 6. *diſp.* 10. *dub.* 6. *Bonacina diſp.* 2. *de cenſuris q.* 2. *p.* 3. *num.* 8. contra quoſdam citatos à *Silu. excommun.* 11. *num.* 70. volentes, quotquot funus comitantur, vel ſepeliri permittunt, cùm impedire teneātur, incurrere, ſed hi verè nō ſepeliunt, ſicut neq. qui foſsā aperiunt, nec qui cadauer ferunt vſque ad cæmeterium, item contrà *Suarez, & Conink* quos ſequitur *Theſaurus hic*. Nec qui ſepulturā procurant, ſeù illā mandantes, vt poſt *Auilam, & Hurtado ſup.* probant, idē *Bonac. tom.* 3. *diſp.* 2. *q.* 2. *p.* 3.1. *Hurtado de excommun. diſp.* 5. *num.* 11. *& ſeq. Duardus lib.* 2. *in Bullam cœnæ c.* 1. *q.* 54. *ſub n.* 7. vbi expreſsè ait, quòd neque fodientes, neque fabricantes, vel aperientes ſepulturam, neque Clerici, aut alij miniſtri Eccleſiarum, in quarum cæmeterijs ſepeliuntur, qui non prohibent, ſed patiuntur, dictam ſepulturā fieri, itē nec deferentes cereos, crucem, &c. incurrant. An autem hi tales incurrant excommunicationem minorem, quia participant cum excommunicato, vide ſup. *recoll. præced.* vbi reſpondeo negatiuè, quia minor excōmunicatio in d. noſtro tex. videtur cōmutata in excommunicationem maiorem, & pænæ ſunt reſtringendæ, *Suar. diſp.* 12. *de cenſuris ſect.* 4. *num.* 15. contrà *Auilam ſuprà c. diſp.* 4. *dub.* 8. tantò magis non incurrunt aliquam irregularitatem, vt contra *Maiolum lib.* 2. *de irregular. num.* 5. qui id aſſerit, ſinè ratione, & textu, probat *Sayrus lib.* 2. *de cenſuris cap.* 3. *nu.* 21. Quòd autem dixi ſuprà, procedere hanc excommunicationem, quoties quis ſepeliret excommunicatum, vel interdictum denunciatum, ſeù vitandum, intellige quando non fuit abſolutus in articulo mortis iuxtà tex. in *c. Parochiano ex. de ſepulturis*, vbi habetis, hoc caſu non ſolū tali debere concedi ſepulturam cum pompa in loco ſacro, ſed etiā Viaticum, ac extremā vnctionem, atq. ipsū fieri participem Eccleſiæ ſuffragijs, vt ibi per *gloſam, & DD.* & dixi ſup. *recoll.* 1. *num.* 504. vel non fuit abſolutus ad hunc effectum poſt mortem, iuxtà *tex. in cap. à nobis el* 2. *de ſent. excōm.* ſ. conſtito Ordinario, ꝙ talis in articulo mortis oſtēderit ſignū contritionis, ſecundum communem praxim, vel etiā quòd non ſit mortuus in ſtatu peccati mortalis, vt per *Antonium Fernandez apud Dianam p.* 5. *tr.* 9. *reſol.* 24. de qua re egi ſup. *recoll.* 3. *num.* 200. vbi de declaratione S. Congreg. in illa Nolana, quæ vt poſtea vidi illam manuſcriptam, erat de quodam excommunicato, qui dum interficiebatur ab inimicis, dixit, *confeſſione, confeſſione, Madonna ſantiſſima*, qui fuerat ſepultus extrà ſacrum, nàm eius conſanguinei cùm recurriſſent ad Sacram Congregationem, ac ead. S. Congregatio, ſuper pænitentię huiuſmodi ſignis, per Epiſcopū informari voluiſſet. Et Epiſcopus retuliſſet, quòd præfatus excōmunicatus in mortis articulo dixit dicta verba, &c. Hancq. depoſitionem per inhoneſtas mulieres, cum quibus idē excommunicatus, &c. factā fuiſſe. S. Gongreg. præfatum cadauer eccleſiaſticæ ſepulturæ tradi mādauit, & quia illa ſimpliciter loquebatur de excōmunicato, dixi forſan illū fuiſſe excōmunicatū notoriū, nō autē denunciatū, prout in alia declaratione de anno 1592. apud *Gauantū infra in addit.* ideòq. nō fieri ibi mētionē de præuia abſolutione antequā ſepeliretur, & à quo d. abſolutio erat dāda, ſed quia reperio apud *Gauant. in man. Epiſcoporū v. ſepultura, n.* 16. eandē S. Congreg. antea de anno 1583. declaraſſe, *excōmunicatum etiā denunciatum, qui dedit ſigna pænitentię in articulo mortis, eſſe ſepeliendum in Eccleſia*, nec etiam ſit ibi mentio de abſolutione aliqua, vt verū fatear, non poſsum mihi perſuadere S. Congregationem ſequi opinionem *Paludani* docentis, quòd excommunicatio tollatur morte illius, qui moritur in charitate, vel aliorum, quòd abſolutio data poſt mortem non ſit propriè abſolutio, ſed declaratio, quòd talis in gratia deceſsit, & per conſequens potius reſpiciat viuentes, quibus datur licentia, vt eum poſsint abſque incurſu cenſuræ, illum ſepelire in loco ſacro.

ero, vt per *Rodriq. p.1. in Bullam cruciatæ in addit. ad* §.1 *ſub.n.* 11. & latius ꝑ Epiſcopum *Ricciullum lib.4. de iure perſonarum c.65 nu.* 13. qui ſubdit, has opiniones eſſe contrarias cõmuni praxi Eccleſiæ, quæ eſt vt non ſepeliatur huiuſmodi, qui mortuus abſoluitur, antequam abſoluatur ab excommunicatione ab eo, qui eum poterat viuum abſoluere, etiam ſi cum ſignis contritionis mortuus fuerat, vt habetur in *d. cap. à nobis*, & notat ibi *Ricciullus*, & ante eũ dixit *Toletus lib.1.c. 16.n.12.* vndè debet S. Cong. præſupponere, ꝙ precederat abſolutio data ab Ordinario loci, quæ hoc caſu ſufficeret, cuicũq. foret illa reſeruata. Quòd publicus vſurarius ad effectũ de quo ſup. dicatur is, qui nõ occultè vſuras exercet, nec vertatur in dubium, an talis ſit nec nè; ſed cõmuniter habeatur pro vſurario, etiam quòd non ſit pro tali denunciatus, cum Concil. Conſtantienſe, tñ loquatur de cẽſuratis, dixit *Filliucc. loc ſuprac.* & ante eũ *Nau. c.27. n.137.* ſed cõtrariũ .ſ. debere eſſe denunciatũ, poſt *Suar. & Leſſiũ*, probat *Laym. lib.3. tr.4. cap.16. ad finem*, & ſequitur *Theſaurus ſuprac. verbo ſepultura cap.5.* Circà reſeruationem talis excommunicationis, nota, illam eſſe reſeruatam, prius quàm ad arbitrium Diæceſani Epiſcopi, eis, quibus iniuria eſt irrogata, non fuerit ſatisfactũ, vt habetur in eod. noſtro textu, vndè abſolutio aliàs data, eſt nulla, vt patet ibi, *nullatenus, &c. Nau. c.27 ſumma nu.137. ad finem. Suarez diſp.12. ſect.4. num.8.* Tandem nota, quòd atteſtanti, ſe abſoluiſſe publicum excommunicatum, vel inerdictum in articulo mortis, credendum eſſe. *Campanilis in ſuo diuerſorio iuris canonici Rub.* 11. *cap.32. nu.14.* vbi loquitur de eodem Sacerdote, qui eum ſepeliuit, ad finẽ, vt excuſaretur à pœna noſtræ Clementinæ, & hoc caſu puto eſſe verum, quòd dicit, ſuo credendum eſſe iuramento.

Sepelire præſumentes in loco ſacro hereticos, aut eorum fautores, receptatores, &c. publica ſententia denunciatos, incurrunt excommunicationem, à qua nequeunt abſolui, niſi proprijs manibus publicè exumulent hereticum, & inde illum eijciant *cap.2. de hereticis in 6. Toletus lib.1. cap.39. num.16.* Hæc excommunicatio (præter hoc vltimum de exumulatione, ac etiam quòd pars illa loci, in qua ſepultus fuit hereticus, inhabilitatur, vt in ea amplius nequeant ſepeliri fideles, & per conſequens nequeat reconciliari.) eod. modo amplianda, & reſtringenda eſt, ſicut præcedens, ita *Hurtado ſuprac. diſp.5. de excommunicat. ad finem.* in ſpecie quòd ad hunc effectum hereticus, vel eius fautor, &c. ſepultus debeat eſſe denunciatus, *Bonac. t.1. diſp.2 q.2. p.21.* & nõ abſolutus in articulo mortis, vt ſuprà, ita *Toletus cit. cap.16. ad finem.* Adde, quòd hoc caſu, quando excommunicatus, interdictus, vel hereticus non fuit denunciatus, & moritur abſq. ſignis pænitentiæ, ſi defacto fuit ſepultus in Eccleſia, non per hoc Eccleſia debet iudicari polluta, & per conſequens, quòd indigeat reconciliatione, ſed ſat ſit, ſi exhumetur, quãdo eius oſſa ab alijs cæterorũ fideliũ diſcerni poſſũt, vt notat *Layman lib.3. tr.5. c.12. verſ. porro.* Ex cuius doctrina. *Ciarlinus in ſuis controuerſijs c.26. ad finem* benè reſoluit, Eccleſiam, in qua fuit ſepultus mortuus in duello, abſq. dictis ſignis, nõ fuiſſe pollutã. Dixi *abſq. ſignis pænitentiæ*, qa hæc ſat erunt, vt valeat ſepeliri in loco ſacro, vt dixi ſup. fauet *Laym. loco ſuprac.* paulò ante *d. verſ. porrò* vbi de eo, qui orauit anteq̃ moreretur, ſubditq. hæc ſigna pœnitẽtiæ requiri certiora in criminibus ſpecialiter exceptis, qñ .ſ. expreſsè à iure eſt impoſita hæc pæna priuationis ſepulturę eccleſiaſticę.

Sepelire præſumentes in loco ſacro tempore interdicti (in caſibus non conceſsis) defunctorum corpora: incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam *Clem.1. de ſepulturis*, de qua ſup *concluſ. antepræcedẽti.* Nota ꝙ pro interdicto, hic nõ ſolũ intelligitur locale, ſiuè generale, ſiuè ſpeciale, ſed etiã perſonale generale: de qua re vide *ConinK diſp. 17. de interdicto n.56.* vbi ex hac *Clem.* docet vt certũ, ꝑſonas nominatim interdictas, & ſi Clerici ſint, non poſſe ſepeliri in loco ſacro & quærit, vtrum perſona generaliter ſolum interdicta, quæ interdicto cauſam non dedit, poſſit ſepeliri in loco ſacro, non interdicto, & poſt *Suarez* concludit, ſaltem poſt Concil. Conſtantienſe, licere tales ſepelire, modo illa communitas, cuius eſt pars, non ſit denunciata, ſecus ſi ſit denunciata, vide tamen *Cornejo apud Dianam p.5. tr.10. reſol. 66.* qui videtur docere, non ſufficere denunciationem generalem totius populi, cùm ſit remota reſpectu cuiuſuis in particulari, & refert *Fabrum, & alios* cõtrà *Suarez* docẽtes, licitam eſſe ſepulturã eccleſiaſticã in interdicto perſonali generali, quando non eſt denunciata tota communitas, ſecus ſi denunciata: Et quòd ſufficiat denunciatio generalis, docet *Layman lib.5. tr.5. p.1. cap.2.* Dixi *generale*, quia de interdicto ſpeciali, v.g. quãdo quis interdicitur ab ingreſſu Eccleſiæ, eſt certũ, ꝙ ſi moriatur impœnitens, non poſsit in loco ſacro ſepeliri, *cap. is, cui de ſent. excõmunicat. in 6.* Dicitur *in caſibus non conceſsis*, nàm Clerici, & alij priuilegiati, qui non sũt ſpecialiter interdicti, & interdictum ſeruauerunt, non ſolùm ſecundùm ius antiquum poſſunt in cæmiterio ſacro, quamuis in interdicto, ſepeliri (quòd non pauci extendunt ad cæmeterium, etiam exterius templi) ſinè campanarum pulſatione, & cum ſilentio; ſed poſt ius nouum, *c. Alma mater*, quamuis ſit interdictum locale generale; poſ-

Digitized by Google

poſſunt etiam ſepeliri, cum ſollemnitate, & intra templum cum moderationibus, ibi præſcriptis, & in feſtiuitatibus quibuſdam, etiam abſque dictis moderationibus, vt per *Pelliʒar. tract. 14. num. 71. verſ. notanda 2. & per Hurtadum diſſ. 9. de interdicto*, *Laymann ſup. num. 3. ad finem*, & latius per *ConinK diſp. 37. num. 52.* vbi quòd hic non veniant appellatione Clericorũ, Clerici coniugati, & ſi ſecundum probabilem opinionem, iſti veniant quòad alia conceſſa in *d. cap. Alma mater*, ſi habeant conditiones *S. Concil. Trid.* ſed non mirum, quia ipſe, eius opinionis eſt, quòd conceſſio diuinorum officiorum non extendatur ad eccleſiaſticam ſepulturam, cuius contrarium eſt probabile, vt infrà proximè dicam. Quòd dixi *de priuilegiatis*, intelligo quoq; de his laicis, qui habẽt priuilegiũ aſſiſtendi diuinis officijs, nulla facta mentione ſepulturæ ſacræ, ac etiam de quibuslibet aliis, qui ſepeliendi ſunt illis diebus feſtiuis, in quibus per *cit. cap. Alma mater* ſuſpenditur interdictum quòad officia diuina celebranda apertis Eccleſijs, vt ſup. cùm ſepultura habeat connexum officium diuinum, & cõnexorũ debet eſſe ead. diſpoſitio, ac idem iudicium *c. tranſlato, vbi gloſa verbo quòd de vno ex. de conſt. cum alijs allegatis per Gaill. lib. 1. de pace publica cap. 6. num. 5.* maximè quia hoc caſu, officium diuinum eſt principale negotium, quando ſepultura fit in loco eccleſiaſtico, cùm in loco ſacro illa nõ fiat ſinè diuino officio proprio, ergò cõceſſo principali, ſcilicèt intereſſe diuinis officiis in Eccleſia, cẽſetur etiã cõceſſũ, vt ibidẽ diuinis officijs ſepeliri poſſit, quæ ſunt connexum dictis diuinis officijs, ita poſt *Gutierrez, Angelum, & Nau. c. 27. n. 231. ad fin.* qui hãc opinionem tamquam fauorabiliorem, ſeruandam eſſe, teſtatur, & poſt *Sotum Henriq. & alios*, ſequitur *Auila p. 5. diſp. 4. ſect. 7. dub. & Megalius 3. p. lib. 6. cap. 2. num. 4.* cum alijs, quos nouiſſimè refert, & ſequitur noſter *Diana p. 5. tr. 10. reſol. 87.* qui teſtatur poſt *Tamburinum* de probabili, quibus ab eo citatis adde *Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 2. p. 31. n. 3.* qui teſtatur de cõmuni cõtra *Suar. ConinK, Hurtado, Aluiriz, & alios apud ipſum Dianam*, quibus accedit *Villalobos p. 1. ſumma tr. 19. diff. 8. n. 42* ex eo quia priuatio officiorum diuinorum & ſepulturæ ſint effectus diſtincti ipſius interdicti, quod concedo, & nego, quòd ex hoc ſequatur, conceſſionem diuinorum officiorum, non cõprehẽdere etiam conceſſionem ſepulturæ eccleſiaſticæ, requirentis diuinum officium. Religioſi, aliique exempti contrauenientes dictæ Clem. ſubiacent eius pœnis, vide *Lezzanam p. 1. cap. 9. num. 24.*

Sepultura Sanctorũ, vide ſup. *Reliquias*, quòd verò corpora Sanctorum perpetuæ ſepulturæ tradita, & ſic non ratione depoſiti, abſque rationabili cauſa de vno loco in alium locũ transferre abſque licentia, nullus præſumat, præcipit ſimpliciter abſque alicuius pœnæ, aut cenſuræ latæ ſententiæ impoſitione, præter culpã mortalem, Concil. Moguntinenſe relatum *in can. Corpora Sanctorum de conſecratione diſt. 1. vbi gloſa*, & proſequitur materiam *Genuen in ſua praxi Archiep. Neap. c. 37. in 2. editione*, vbi ſubdit, idem obſeruandũ de corporibus aliorũ defunctorũ, quæ fuerũt tradita perpetuæ ſepulturæ, quòd. ſ. non ſint transferenda de loco ad locum ſine licentia Superioris, & ex iuſta cauſa ruinę, vel alia, imò in *Rituali Rom. de exequijs*, expreſſè habetur, nullũ cadauer perpetuę ſepulturæ traditũ, ex alia cuiuſuis Ordinis Eccleſia, aſportari licere, niſi de licentia Ordinarii; refert *Gauantus in manuali Epiſcoporm verbo ſepultura n. 26.* Circà quã materiã Regulares pro ſepultis in eorũ Eccleſijs habent aliqua priuilegia, de quibus per *Dianã p. 3. tr. 2. reſol. 120.*

Sepulturam eligere, vel vt electam in eorum Eccleſijs, non mutare, iuramento, voto, vel promiſsione inducentes, ſiuè Clerici ſæculares, ſiuè Religioſi, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, *Clem. cupientes § ſanè de pænis Tolet. li. 1. ſũmæ c. 37. verſ. quarta, Nau. c. 27. n. 103. Barboſa de off. & poteſt. Epiſc. alleg. 50. nu. 100.* Qui ſubdunt cõmuniter, illã nõ incurrere Religioſos, vel Clericos vnius Eccleſiæ inducentes, vt ſup. aliquem eligere ſepulturam in alia Eccleſia. Nota ex *Franciſco de platea excomm. 1. §. 2.* poſt *Petrum de Ancharano*, quòd ad hoc, vt quis incurrat dictam excommunicationem requiratur, vt inductus, ita ligetur voto, iuramento, aut promiſsione, vt ei non liceat variare, & pœnitere, & hoc eſt, quod vult dicere *Toletus ſup. ſimpliciter enim inducere vt eligat non ſatis eſt.* Nec obſtat, quòd talis ſic inductus, (ſecus ſi ex ſe iurauit, vouit, &c. vide *Hoſtienſem in ſumma de ſepulturis, §. an liceat*) ſẽper põt variare, & pœnitere, nõ ſolum quia tale votũ, iuram. & pmiſſio quodamodo eſt cõtra bonos mores, & per cõſequẽs nõ obligat, ſed etiã quia irritatur S. P. in *c. 1. et animarũ de ſepulturis in 6.* vbi reperietis alias pœnas inflictas cõtra dictos Clericos, vel Religioſos ſic inducentes. Nã reſpõdetur, ſufficere, quòd actus ex ſe ſit inuariabilis, licet per accidens poſsit variari, lex n. reſpicit actum ex ſe, non autem per accidens. Vnde ſequitur primò, quòd tunc dicentur ad finem contrahendi dictam excommunicationem, effectus ſequutus, quando ſequitur votum, iuramentum, & promiſsio, & ſi poſtea non ſuccedat ſepultura illius in loco, vbi fuit inductus, ita *Nau.* & alij, quorum opinionem probabilem eſſe fatetur *Suarez tom. 5. diſp. 22. ſect. 5. num. 25.* Sequitur ſecundò, quòd inducens aliquem ad eligendã ſepulturam, in teſtam. codicillis, & ſimili ſcriptura, quæ poteſt mutari, non incur-

cur-

currat dictam excommunicationem. Quòd autem non ſolùm bona fides, ſed etiã huius prohibitionis ignorantia etiã culpabilis, dũmodo affectata non ſit, excuſet à dicta excomm. patet ex verbis Clem. ibi *temerarij violatores*, & notat cõtrà *Nau. Suar. ſup. n. 26.*

Sequeſtrantes iudices temporales, iuriſdictiones, fructus, redditus, vel prouentus ad Papã, Sedem Apoſtolicam, vel quaſcunque eccleſiaſticas perſonas pertinentes ratione Eccleſiarum, monaſteriorum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum: incurrunt excõm. latã in *can. 17. Bullæ cœnæ*, vt ibi per authores illam comentantes, explicatur.

Sequeſtrum factum ab Ordinario circà beneficium poſt latam ſententiam in Curia Romana contrà poſſeſſorem beneficij, qui per triennium beneficium non poſſedit, impedire præſumentes, & fructus d. beneficii ſic ſequeſtrati occupare ſimiliter præſumẽtes: incurrunt excomm. quæ nulli eſt reſeruata, poſt præſtitam ſatisfactionem, ideſt poſt remotum impedimentum, vel reſtitutionem fructuum occupatorum. *Clem. vnica de ſequeſtratione poſſeſſionum, & fructuum*, huius excommunicationis vſus (inquit poſt *Caiet. Nau. Sayrum, & Suarez, Filliucc. tr. 14. n. 60.*) hodie eſt rarus, quia hodie ſimilis ſequeſtratio non fit per Ordinarium, ſed per Auditorem Rotæ, Papæ authoritate, vndè contrauenies incurrit hoc caſu excommunicationem latam ab Auditore, quæ eſt ab homine, & non iſtã à iure, quæ loquitur de ſequeſtratione facta ab Ordinario, ſequitur *Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 2. p. 20. in principio*, vide tamen *Gonzalez ſuper regulam Cancell. §. 7. probem. à num. 50.* qui ait, quòd *ſtylus, & praxis curiæ habet, vt mandatum detur ab Auditore Rotæ, qui ſententiam tulit, diœceſano, quatenus ſequeſtret beneficium huiuſmodi, iuxtà determinationem dictæ Clem.* & infrà *num. 52.* poſt *Vitalinum* aſſerit, quòd dictus ſtylus non ſit cõtrà dictam Clementinam, quæ cùm dicat *per loci Ordinarium*, intelligi debet, recepto prius mandato de ſequeſtrando; vndè ſupponit etiam incurri hoc caſu excommunicationẽ latã à iure *in d. Clem.* fauet Rota apud *Caſſadorum deciſ. 7. n. 9. cum de regula Cancell. quòd commiſſiones cauſarum, &c.* ibi *coram me dubitatum fuit vtrum deberet concedi ſequeſtrum, cum Clem. vnica de ſequeſtr. poſſeſſ. & fructuũ vel negari*, & clarius *d. 5. ſub tit. de ſequeſtrat. & fructuũ, &c. ad finem*, vbi præſupponit, violantem tale ſequeſtrum, contrauenire dictæ Clementinæ, & ab ead. puniri, & non ab Auditore Rotæ, ibi *non debet quis propria temeritate violare, ex quo violat poſſeſſionem, quæ eſt facti, & factum, ac præſumptum, & contemptũ punit Clem. ſicut factum ipſum.*

Seruituti ſubiiciens Chriſtianũ repertũ in terris Turcarũ quoquo modo captũ, vel eius bona decipiens, aut eũ ad remigandum etiam data mercede compellens, vel his taleam imponens, incurrit excommunicationem S. P. reſeruatã. Pius V. cõſt. 14. incip. *licèt omnibus Barboſa cit. alleg. 50. nu. 141. Scortia epitome. 21. Filliucc. tr. 15. num. 121.* qui contrà aliquos aſſerit, dictam excommunicationem hodiè etiã vim obtinere. Sed opinio cõtraria, quòd ſcilicèt dicta Bulla fuerit edita occaſione fœderis inter Chriſtianos, cõtrà Turcas, opera ipſius Sanctiſsimi Pontificis, initi; quo fœdere vt fine ceſſante, ceſſauit eius diſpoſitio eſt probabilis, vt fatetur *Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 3. pun. 46.* cui accedit poſt *Cherubin. Theſaur. hoc verbo c. 1. De iure ciuili*, talis incurrit crimen plagij, *ff. ad legẽ Fabiã de plagijs.*

Simoniam in ordine, beneficio, vel Religionis ingreſſu committentes, incurrunt excõmunicationem S. Pontifici reſeruatam, vt aliàs probaui *in tr. de officio Cappellani q. 6. ſect. 8.* contrà *Sotum* docentem, ſimoniacũ in omni materia, incurrere excommunicationem ipſo facto, & contrà alios defendentes, ſimoniacos in beneficio incurrere excommunicationem, ſimoniacos verò in ordine non incurrere excommunic. ſed ſuſpenſionem, quibus illic allegatis, addo *Bonac. de ſimonia q. 7. §. 2. n. 5.* qui teſtatur de ꝓbabiliori, & *Scortiã in ſelectas SS. Pontificum conſt. theor. 84.* qui teſtatur de communi, vbi benè ſubdit, dictã excomm. cum alijs pœnis contrà dictos ſimoniacos, latis, locũ habere, quando ſimonia vtrinq. cõpleta eſt, ideſt cũ aliquid tẽporale, ac ſpirituale datũ, & receptum ſit, & ſic eſt ſimonia realis, non autem quando tantum vel eſt mentalis, vel etiam conuentionalis, proſequitur *Campanilis in ſuo diuerſorio iuris canonici rub. 11. c. 27. num. 61. & ſeq.* vbi *n. 68. poſt Vgolinum*, probat, quòd etiã ſi caſus iſte eſſet occultus, non poſſit abſolui ab Epiſcopo vi facultatis ſibi tributæ à Conc. Trid. quã opinionẽ ſequitur *Bonac. de ſimonia, ſup. §. 7.* ſed cõtrariũ docet *Barboſa ſup. alleg. 39. n. 44.* ſupponit pro certo *Theſaur. p. 2. de pœnis eccleſiaſticis verb. ſimonia c. 2. §. 8. verſ. quintò* qui ſubdit, quòd Religioſi priuilegiati habeant poteſtatem etiam ab ea abſoluendi in Vrbe Romæ, & extrà Italiam, non autem in Italia extrà Vrbem, ex decreto Clem. VIII. & quòd S. Pœnitent. hodie ab illa poſſit abſoluere, qñ eſt caſus publicus, etiam poſt breue reformationis d. Pœnitent. Supracitati DD. loquuntur de ſimonia in ordine, vel beneficio, inſpectis cõſtitutionibus Pauli II. & Pij, & Sixti V. nõ autem de ſimonia in ingreſſu Religionis, de qua in *extrau. 1. ex de ſimonia*, & dixi ſup. *Dãtes*, vbi ꝙ Prælatus poſſit abſoluere ſuos ſubditos ab illa, ſi nõ ſit particeps in illa ſimonia qñ caſus eſt occultus, quibus illic allegatis addo *Theſaur. loco ſuprac. c. 10. §. 1. ad fin.* Quia d. Prælati à Pio V. habẽt eãdẽ authoritatem circà caſus occultos, ergà ſuos ſubdi-

Digitized by Google

ſubditos Regulares, quã habet Epiſcopus vigore Concil. Trid. circà eoſdẽ caſus occultos ergà ſuos ſubditos ſæculares, imò dico, quòd hoc caſu poteſt quilibet Confeſſarius deputatus in ipſo Conuentu, ex quo decretum Clem. VIII. loquatur de Confeſſariis priuilegiaris, reſpectu pænitentium ſæcularium, non autem regularium, vt dixi *ſup. p. 2 recoll. 11. nu. 185.* Circa ſcientes ſimoniacos, vel mediatores & non reuelantes, vide infrà *concluſ. ſeq. ad finem.* An ab hac excomm. excuſet paruitas materiæ, patet ex dictis *ſuprà p. 1. recoll. 7. num. 33.*

**Simonia** confidentiali, beneficia recipere præſumentes particulares perſonæ, incurrunt excomm. S.P. reſeruatam, ſicut Cardinales, Epiſcopi, & Prælati incurrunt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, ſimiliter S. Pontifici reſeruatum, ex Pio IV. ſua conſt. 85. incip. *ad Romanum decet,* & Pio V. conſt. 8. incip. *intolerabilis.* à qua Religioſi in Italia extrà Vrbẽ non poſſunt abſoluere ex decreto Clem. VIII. de abſolut. à caſibus reſeruatis. Dixi *recipere præſumẽtes,* quia nõ incidunt in illã cõplices, neque ipſe conferens, vel reſignans beneficium in confidentia, neque is, cui deindè ob pactum confidentiale ceditur beneficium, vel eius fructus, iſti .n. incurrunt excommunicationẽ, *extrauag. 1. de ſimonia,* quæ vt dixi ſup. *concluſ. præced.* incurritur qñ eſt completa ex vtraque parte, præter *Sanchez cit.* ſuprà *Reſignantes beneficium,* proſequuntur *Filliuccius tract. 41. num. 16. Layman lib. 4. tr. vlt. c. 10. num. 78. Bonacina de ſimonia q. 7. §. 1. num. 11.* contrà *Quarantam, & Nau.* Ex quo ſequitur, quòd recipiens beneficium in confidentia, duplicem excommunicationẽ contraheret, nẽpè iſtã latã à dictis SS. Pontificibus, ſtatim accepto beneficio in confidentia, non ſequuto adhuc effectu prætenſo, ſcilicèt tranſlatione beneficii, vel fructuum, imò ſecundum *Bonacinam loco ſuprac. num. 9.* ſtatim poſt receptionẽ beneficij, ante captam illius pacificam poſſeſſionem, ac aliã latã in dicta extrauag. quãdo fit tranſlatio beneficij, vel fructuum, nã tunc effectus ex vtraque parte completur, vt benè indicat *Bonacina cit. §. 1. num. 8. verſ. ex quo patet, & §. 2. num. 7. Layman ſup. verſ. limita, & Theſaurus cap. 8.* Dixi *Beneficium,* quia eius ſum opinionis, quòd excomm. iſta cum aliis pænis non habeat locum in recipiente per confidentiam penſionem: aliud eſt enim, ꝙ confidentia committatur ineundo pactum de penſione, & fructibus ſuper beneficiũ receptũ, retrocedendis, vel traſferendis, de qua pẽſione loquũtur dictæ conſt. & aliud quòd quis cõmittat confidentiã in pẽſione, recipiendo illã à penſionario, cum pacto, illam retrocedendi, vel transferendi, &c. vt benè *Garzias p. 1. de beneficijs cap. 5. n. 57. & 63. & alijs allegatis,* ſequitur *Theſaurus ſup. ad fin.* quidquid contrariũ doceat *Bonac. cit. §. 1. num. 10.* Preceptum reuelandi omnes ſimoniacos, ꝙ imponitur in dicta Bulla Pij V. non obligat extrà Curiã, ita poſt *Nau. Suarez, & alios, Scortia vbi ſup. theorem. 87.* dixi *præceptum,* quia non adeſt pæna excommunicationis, ſed culpa peccati mortalis, a quo quis tamquam indiſpoſitus non poteſt abſolui, niſi reuelet. Sed quòd nec ſit vſu recepta d. Bulla, etiam quoad Curiales, eſt valdè probabile, vide *Bonacinam de ſimonia q. 7. §. 2. nu. 16. ad finem, Sanchez lib. 2. opuſc. moral. cap. 7. dub. 14. num. 4.* concordat *Theſaurus v. ſimonia cap. 2. §. 10.*

Simoniæ mediatores incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, *extrauag. 2. de ſimonia, Sanchez li. 2. opuſculorũ moraliũ cap. 3. dub. 104. num. 6.* qui ſubdit, quòd ſi prædicta *extrauagans* non excommunicaret expreſsè illos, non comprehenderentur, ex regula communi, in materia de cenſuris, ꝙ latæ in aliquid facientes, non comprehendant mediatores, conſulendo, &c. ideòq. cõcludit, dictos mediatores incurrere excõmunicationem, & nõ alias pænas contrà ſimoniacos latas, & cõtrà *Quarantam* probat *Theſaurus cit. c. 3. verſ. limita ſecundò,* intellige de mediatoribus in ſimonia reali, non autẽ confidentiali, quia in extrauag. Pij IV. & Pij V. non exprimuntur, vt dixi ſup. & ſubdit *loco ſuprac. idem Sanchez.* Tenẽtur tamen mediatores, quidquid hac occaſione receperũt reſtituere ante omnẽ iudicis ſententiã, vt latius dicã infrà cum *de ſimonia,* videre pro nũc *Bonac. ſuprac. q. 7. p. 3. difficult. 2.* vbi quòd tales etiã in ſubſidium teneãtur reſtituere fructus beneficii perceptos à beneficiario, de qua re *Sanch. cit. li. 2. opuſc. moral. c. 3. dub. 117.* ex quo *ibid. dub. 113.* percipere etiam lector poteſt, cui debeat dictus mediator facere dictam reſtitutionem.

Sollicitantes in confeſſione, vel propè actum confeſſionis, aut eius prætextu, vel in loco cõfeſſionis deſtinato, ſimulando cõfeſſionẽ iux. conſt. Geg. XV. nõ reuelãtes, licèt nullã incurrãt cẽſurã, tñ non poſſunt abſolui, niſi prius illos reuelent *Filliuc. tr. 15. n. 196. ad fin. Bonac. opuſculo de onere, & obligatione denũciãdi, &c. pun. 3. n. 10.* limitationes, & ampliationes habetis *ſup. p. 1. recoll. 22. n. 26.* de quibus etiã agit poſt alios *Boſſius in appen. de ſollicitantibus poſt tr. de iubileo dub. 22. & 29.* Certũ eſt, dictam concluſionẽ quoad primã partem de cenſura, non habere locum in locis, vbi inquiſitores faciunt edicta, vbi obligant ſub pæna excommunicationis reſeruatæ reuelationem huius, & aliorum ſimiliũ caſuum, vt *loco cit.* dixi, itẽ nec in Superiore Religioſorum, vt dixi quoque ſup. *Hæreſis cauſam, &c.* Quò verò ad ſecundam partem, de

Digitized by Google

&c nõ concedenda abſolutione, &c. neque habet locum, vbi redditur ex aliqua rationabili, impoſsibilis dicta denunciatio ante abſolutionem, & urget neceſsitas abſoluendi quia v.g. aliàs ſi non communicaret eũ aliis, ſequeretur ſcandalum, vt dixi *loco ſuprac.n.* 27. quo caſu ſufficeret id, quod poſt alios nõ tat *Diana p.1. tr.4. de denunciationibus reſol.* 27. ſcilicèt propoſitum pænitentis, ſeù promiſsio denunciandi, quòd militat etiã, quãdo non poteſt tunc committere Confeſſario dictam denunciationem, vt ex litteris S. Congreg. de quibus *loco ſuprac.* feci mentionem, & referunt *Azegna in initio tractatus de hac materia, & Bariola in ſuis floribus ad fin.* Quoad id, quod poſt editam dictam noſtram primam partem, *Lezzana Romæ Typis impreſſus p.* 1 *ſua ſumma qq. regul.c.*19. *num.*34. *Fagundez in* 2. *prae. eccleſ. lib.*6. *c.*4. *num.*16. vbi de nõ infamato, *& Portell. v. ſollicitare, n.*18. *&* 20. dixerũt .ſ. vt antequã fiat d. denũciatio, debeat præcedere correptio fraterna, vide *Dianam p.*4. *tr.*5, *reſol.*24. Vbi *reſol.*51. de eo, qui iam punitus fuit, & abiurauit de ſollicitatione alterius, quòd non debeat denunciari de alia ſollicitatione ante dictam punitionem, & abiurationem ſed benè, ſi poſtea ſollicitauit, & ſequitur *Boſsius cit. appendice dub.*27. Quæ perſonæ teneantur ad talẽ denunciationem faciendam, vide ſup. *reeoll.* 2.*q.*8. quibus illic allegatis pro caſu de his, qui id audierunt à perſona ſollicitata, adde *Boſsium ſupra dub.* 25. Quòd dicta denunciatio ſit facienda tàm in caſu vbi fæmina eſt ſollicitata ad actus venereos, quàm vbi maſculus ſimiliter fuit ſollicitatus *Boſsius loc. ſuprac. dub.*4. *Caſtrus Palaus t.*1. *tr.*4. *de Confeſſario ſollic. diſp.*9. *p.*2. vbi ait, ꝓ certo tenẽdũ eſſe, inquiſitores Hiſpanos ex vi Breuis Pij VI. & Clem. VIII. (nã de cõſt. Greg. XV. eſt certũ vt dixi ſup. *Hereſis cauſã*) cognoſcere poſſe de ſollicitãtibus fęminas, & viros ad turpes actus, teneriq. ſic ſollicitatos denunciare ſollicitãtes. An Confeſſarius ſollicitans fęminã, vel maſculũ ad actus ſolũ venialiter inhoneſtos, ſit etiam denunciandus ſub peccapeccato mortali, affirmat poſt *Boſsium, & Trimarchum, noſter Diana p.*5. *tract.*5. *reſol.* 9. quia dato, quòd detur paruitas materiæ in materia luxuriæ, quòd non eſt verum, vt dixi ſup. *p.*1. *recoll.*7. *n.*31. Tamen adhuc ratione irreuerentiæ Sacramẽti pænitentiæ, quæ dictam culpã venialẽ informat, efficeretur materia grauis, & mortalis contra Religionẽ ſed videtur *Caſtrũ Palaũ loc. ſuprac.* qui cõtrà *Io. Sanchez, & Stortiam* concludit, non videri improbabile, ſi Sacerdos, pænitentẽ actibus aliàs honeſtis tangat, qui ex circumſtantiis ſolum peccata venialia ſint, & ipſe pænitens intelligat, Sacerdotem nullo modo habere animum vlterius progrediendi, neque ipſe expertus fuit periculum conſentiendi in graue crimen; nõ cõmitti peccatũ graue cõtrà religionẽ, ſicut neque cõtra caſtitatẽ, neque fore denunciandum ſub graui culpa, ſecus ſi ex circumſtantiis colligeretur animus Sacerdotis vlterius progrediendi, cùm tunc non ſit amplius peccatum veniale, reſpectu Confeſſarii, ſed mortale in ratione finis venerei. Ex quo in facto dixi (ſaluo meliori iudicio) non eodem modo iudicari debere blanditias, ſeù tactus faciei, ſeù manuum, ſollicitationem ad turpia, ad finem de quo ſuprà, quando habetur cum maſculo, maximè puero pænitente (& ſi ſemper id fieri in actu, vel propè actum confeſsionis, ſit magna imprudentia) vel cum fæmina, quia primo caſu, illi actus non arguunt animum Confeſſarii vlterius progrediendi, ſed potius affectũ erga illius ætatẽ, ſecundũ cõſuetudinẽ, ſicut arguunt, qñ habentur cum fæminis adultis. Sortilegium committentes, non incurrunt excommunicationem, niſi habeant adiunctũ errorem in intellectu, quia tunc incurrunt excommunicationem primi canonis, Bullæ cænæ, vt dixi ſup. *Diuinatores.* vbi iam dixi, ob nullum ſuperſtitionis actum, de iure impoſitam eſſe excommunicationẽ latæ ſententiæ, vnde rectè *Fillinccius tr.*14. *num.*97. excommunicationes, contra ſortilegia, & incantationes cum inuocatione dæmonis, ac contra incantatores, adoratores dæmonis, & facientes rem magicam, refert ex *Viualdo* inter illas, quæ nulli reſeruantur, & non sũt ita certæ, & per cõſeqẽs etiã ita intelligendus eſt *Barboſa de officio, & poteſt. Epiſcopi alleg.* 50.*n.* illas referens ſimpliciter ex *Fillinccio.* Sortilegi autẽ qui ſint, patet ex *can. ſortileg.* 26 *q.*1. latè *Campanilis in ſuo diuerſorio Rub.* 11. *cap.*26. *à num.*95. vbi benè declarat, quòd poteſt dari ſortilegium (idem dicas de aliis ſuperſtitionis ſpeciebus, de quibus infrà cùm *de officio, & poteſtate Confeſſarij circa ſuperſtitioſos pænitentes*) ſapiens manifeſtam hæreſim, & tamen illam exercens, non ſit hæreticus, & hoc ſenſu benè ab Ordinariis reſeruari ſortilegium, quòd ſapit manifeſtam hæreſim, Ex hoc autem vt ipſe ſubdit, non ſequitur, verum non eſſe, quòd dixi ſup. *Hæreſis cauſas*, dicti ſortilegij, quod ſapit manifeſtam hereſim cognitionẽ .ſ. ſpectare ad Sanctum Officium, quia factum ſuaptè natura malum, præſumitur mala intentione factum, *l.*1. *C. ad l. Corneliam de ſicarijs. c.*1. *vbi gloſa finalis extrà de præſumptionibus*, nihil mirum igitur, ſi quando iſta ſapiunt manifeſtam hæreſim, præſumatur in foro externo qs hæreticus, & per conſequens ſubiiciatur iudicio S. Officij, vide eundem *Campanilem ibid. Rub.*12. *cap.*13. *ſub num.*147. qui probat *Zecchium* docentem, quòd quiſque debeat reuelare quemcumque ſortilegum, quam-

Digitized by Google

quamuis eius ſortilegia non videantur continere hæreſim, quia *Martinus de Rio*, etiam dixit, vix contingere poſſe, vt ſacrilegi ipſi, & malefici, hæreſim non habeant adiunctam, quæ contradicunt de brocca ijs, quæ *alio loco ſuprac.* dixit idem *Campanilis*, & docent communiter alii Doctores, ſcilicèt ſortilegium, & alias ſuperſtitionis ſpecies, tunc pertinere ad S. Officium, & per conſequens conſcium eſſe obligatum ad reuelandum, quando ſapiunt manifeſtam hæreſim. quòd ſupponit, dari ſortilegium non ſapiens manifeſtā hereſim, neq. pertinēs priuatiuè ad S. Officiū, ſed etiā ad Ordinariū, &c. vt infra. Sortilegia, & maleficia quando ſapiant manifeſtam hereſim, vide *Grillandum de ſortilegijs q.* 10. *& Riccium p.* 1. *praxis deciſ.* 672. *ſub num.* 11. vbi quòd illa ſint, quando miſcentur Sacramēta, vel ſacramentalia, nā tunc interrogādus talis eſt ab inquiſitoribus, quid ſētiat de his, vel inuocetur demon per verba deprecatiua, vt precor, oro, obſecro, intellige etiā in his, quę poteſt facere Demon, vt tentare ad peccata, ſcire præterita &c. de quibus per per eundē *Riccium in collect. deciſ.* 1378. ita *Marcellus Vulpe c.* 37. *ſua praxis n* 9. vbi etiā benè declarat id, ꝙ dicitur de mixtione ſacramentaliū, nempè olei ſancti, candelæ benedictæ, &c. intelligi debere vbi inuocatur Demon in his, quæ facere non poteſt, ſecus ſi inuocetur in his, quæ facere pōt, quo caſu tantū eſſet hereticale, qñ miſceretur Euchariſtia, & loquendo *n. ſeq.* de ſortilegijs cū orationibus, nominibus incognitis, vel characteribus, &c. ſubdit, eſſe punibilia, nempè ꝑ Ordinariū, vel Inquiſitorē, vel ꝑ ſæcularē, à quibus accumulatiuè ex Pio V. ſortilegiū puniri pōt, qñ nō eſt hereticale, vt per *Manriq. in ſuis qq. mor. p.* 1. *q.* 38. *n.* 1. vbi *q.* 45. agit de d. delicti ꝓbatione, & pæna, ac quādo ſit adhibēda tortura, de qua etiā agit *Ricc. p.* 1. *praxis dec.* 673. ex his poteſt Cōfeſſarius addiſcere, quādo debeat pænitentē, quæ procurauit d. ſortilegia, cogere ad denunciandū, vel nō. ſ. qñ iuxta ſuprad. ſortileg. eſt hereticale.

Sorte nè fiat electio circà officia, vel beneficia eccleſiaſtica prohibetur *in c. vlt. de ſortilegijs*, nō tñ ſub alicuius cēſurę pena, ſed tantū illa irrita declaratur, de qua re vide *Duard. li.* 2. *in Bulla cænæ c.* 1. *q.* 22. *& Add. littera E.*

Spolians pecuniis proficiſcentem Romam cū victualibus, non incurrit excommunicationem Bullæ cænæ *can.* 8. modò non expolietur victualibus *Bonacina tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 9. *p.* 2. *num.* 10. ſicut ſpolians Romipetam ab aliis occiſum, non incurrit excommunicationem latam in eadem Bulla cænæ *can.* 10. contra offendentes Romipetas, vide eundem *Bonacinam ibid. q.* 11. *p.* 1. *num.* 11.

Spolium, quod Cameræ Apoſtolicæ competit, Eccleſiæ vacantis, vel beneficiati mortui, defraudantes, ſi hoc faciant prætextu priuilegii, vel conſuetudinis, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam in *Concil. Trid. ſeſſ.* 22. *cap.* 11 *de reformatione*, ſi per vſurpationem authoritatiuè, tamquam quòd bona illa ad ſe pertineant, incurrunt excōm. S. P. reſeruatam in Bulla cænæ *can.* 17. *vt per Duardum* ibi *q.* 12. ſi autē furtiuè quis aliquid ad illud pertinens occuparet, & ſi inueniatur contra Clericos id exequentes lata ſuſpenſio, tamen non reperitur aliqua excōmnnicatio latæ ſententiæ, *Alterius diſp.* 12. *de ſuſpenſione cap.* 3. *ad finem*. ſolet tamen à Commiſſariis ſpolii promulgari excommunicatio latæ ſententiæ contrà tales non reſtituentes, vel non reuelanres, quæ excommunicaio regulatur iuxtà alias excōmunicationes latas contrà non reſtituentes furtum, ac non reuelantes, de quibus egi *ſup. p.* 1. *recoll.* 10. *a num.* 97. poſt *Lazarium in ſuo tract. de monitorijs*, qui ibid. *ſect.* 4. *q.* 13. *&* 14. tractat de his, ad quos pertinet abſolutio contrauenientium dictis monitoriis, tàm Papalibus, quàm Epiſcopalibus, de qua re agit etiam *Filliuccius tr.* 14. *cap.* 2. *& Marcellus Vulpe cap.* 2. *ſua praxis num.* 21. vbi quòd talis excommunicatio contenta in monitorio Papali, nō ſit reſeruata, ac dato quòd eſſet S. P. reſeruata, facta reſtitutione, vel reuelatione, poterit talis abſolui etiā à Regularibus Confeſſariis, cōcordat idē *Lazarius ſuprac. q.* 14. *n.* 17. & in terminis edicti Inquiſitorū, loquitur *Fortell. v. ſollicitare n.* 24. poſt alios notat *Boſsius in append. de ſollicitantibus n.* 106. nàm Confeſſarii Regulares poſſunt abſoluere ab omnibus caſibus, & cenſuris etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, exceptis reſeruatis in Bulla cænæ, & in Italia extrà vrbem, exceptis caſibus cōtentis in Decreto Clem. VIII. Nō facta autem reſtitutione, vel reuelatione pertinet excōmunicationis pro ſpolio abſolutio, ad eū, qui illā tulit, ſeù Nunciū Apoſtolicū, cuius nomine fertur dicta excomm.

Sponſalia abſque cauſa legitima explere recuſans, poteſt cogi à iudice eccleſiaſtico per cenſuras, poſtquam fuit monitus ad implendam fidem, niſi attentis circunſtantiis, prudenter arbitretur iudex, ex talibus nuptiis inuitis, poſſe timeri ſcandala, diſſentiones, & infelices exitus, *Filliuccius poſt alios tr.* 10. *n.* 262. vide etiam *Sanchez lib.* 1. *de matrimonio diſp.* 29. Nec per hoc dictus iudex incurrit excommunicationem, de qua ſuprà *Cogentes quouis modo*, quæ non habet locum hoc caſu, vt communiter docent Authores.

Sponſiones, ſeù excommiſſas facientes ſuper vita vel morte Papæ, vel promotione Cardinalium, ac proxenetę mediatores, & qui ex hoc aliquid perceperint, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſerautam à Greg. XIV. in ſua Bulla 4. incip. *cogit nos*



Digitized by Google

præter irritationē omniū promiſſionū, etiā iuramento vallatarum, ac inhabilitatem ad acquirendum dominium pecuniarum, ex tali cauſa ſolutarum, vel remiſſarum, &c. & perſonæ eccleſiaſticæ, priuationem beneficiorum in vtroque foro, vt latius patet in dicta Bulla, de qua latè *Sfortia in ſelectas SS. Pontificum conſt. theorem.* 484. qui aſſerit, dictā conſtitutionem differre à conſt. Pij IV. incip. *in eligendis.* ratione nō ſolū cenſuræ hic appoſitæ, ſed etiam quia illa prohibitio erat tantum pro vrbe, hæc autem pro quibuſuis Chriſtiani orbis terris, & locis, & ꝙ etiam excommunicationi huic, ſubiiciantur quicunque etiam Regali, & imperiali authoritate fulgentes, qui in ſuis terris, id fieri tacitè, vel expreſsè permiſerint, item conſiliarii, magiſtratus, &c. qui aſſenſum, cōſilium, auxilium, & fauorem præſtiterint. An autem hæc Bulla ſit vſu recepta cum tanto rigore, noluit definire, *Bonacina t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 2. in princ.* ſed ſubdit, ꝙ in hoc quiſque poteſt praxim conſulere, & quòd *Azorius* quando negat, illam eſſe vſu receptam, non loquatur de hac Bulla, ſed de Bulla Pij IV. quia de iſta Gregorii non habuit notitiam vt dixit *Sortia loco suprac. ad finem.* Quando autem ſponſiones circà aliā materiam ſint licitæ, vel non, vide *Sanch. in opuſculis moralibus li. 1. c. 8. dub. 13. 16. & 32.*

Sudij iuris ciuilis, vel medicinæ, operam dantes Religioſi in locis vbi non eſt eorum Cōuentus, & ſic neceſse eſt pernoctare extrà clauſtra, niſi intra duorum menſium ſpatiū, à die, quoad hunc effectum, exierūt ex clauſtris, illuc non redierint, incurrunt excōmunicationem nulli reſeruatam, *cap. ſuper ſpecula ne Clerici, vel Monachi,* ita illam refert nouiſsimè poſt alios *Lezzana p. 1. cap. 9. n. 3.* quidquid *Filliuccius tr. 14. num. 128.* putet, eſſe locum dictæ excommunicationi, quando vacarent dictis ſtudiis extra clauſtra, etiā ſi habitēt in clauſtris, *Bonacina* latè *in opuſc. de clauſura q. 2. p. 7.* Qui tñ omnes concordāt in hoc, quod non incurrat hanc excommunicationem Religioſus vacans ſtudiis legū, quatenus conducunt ad ſtudia canonum, & Theologiæ, etiā ſi extrà clauſtra degeret de licentia ſuperiorū, quā tñ licentiā dare ſuperiores nō poſsūt prò ſtudiis medicinæ, nā ex quo in *Clem. 2. ne Clerici, vel Monachi in 6.* excommunicantur ipſo facto Religioſi accedentes ad quæuis ſtudia litterarum, etiā licita ipſis Religioſis extrà clauſtra, abſq. ſuperiorum licentia, cenſetur conceſſa illis, facultas tribuendi hanc licentiam pro ſtudiis licitis, qualia ſunt etiam ſtudia iuris ciuilis, quatenus illa verè cōducūt ad plenioreē canonū, & Theologiæ moralis intelligētiā ſaltē in foro cōſcientię, nō autē ꝓ ſtudiis medicinę, quæ ſūt omnino illicita Religioſis propter periculum irregularitatis, vt præſuppono ex dicta materia, infrà ſuo loco, concordat cum his omnibus *Theſaurus p. 2. de pœn. eccleſiaſticis verbo ſtudia cap. 1. & 2.* quid de Doctoribus legentibus dictas ſcientias Religioſis. ſup. *Doctores.*

Studijs iuris ciuilis, aut medicinæ operam dantes Presbyteri, vel etiam Clerici habentes dignitates, vel etiam perſonatus extrà eorum domos, in publicis ſcholis non habentibus priuilegium in contrarium & ſi in eorum patria, vel domicilio, niſi à prædictis ſtudijs infrà ſpatium duorum menſium à die, quo ſupradictis ſtudijs operam dare cęperunt, non deſtiterint: incurrunt excommunicationem nulli reſeruatam ex *eod. cap. ſuper ſpecula, ex. ne Clerici, vel Monachi,* vbi haberis alias pœnas, cōtrà ꝑfatos. Ex quibus patet, ꝙ ſi d. Clerici tantū ſint beneficiati, non autē habēt dignitatē, vel perſonatū, vel ſi iſta habēt, aut priuatim illis vacāt, vel in ſcholis publicis illarū vniuerſitatū, quæ habēt priuilegia in cōtrariū, aut nō per duos mēſes cōtinuos in ſcholis publicis dictis ſcientijs operā nauerint, aut tādē doceant alios dictas ſcientias, vel in ipſis doctorentur, nō incurrerēt dictā excōmunicationē, vt latè poſt alios per *Barboſam in collectanea ad cit. cap. ſuper ſpecula à num. 3.* vnde tantò magis non eſt prohibitū neq. d. Clericis, aut Sacerdotibus, ac Religioſis aliquoties adire ſtudia publica d. ſciētiarū, honorandi cauſa amicum lectorē.

Studiorum Rectores, vel alij, &c. perturbantes Fratres Mendicantes in curſu ſtudiorum ſibi licitorum, & ꝑuia licentia ſuperiorum, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, Alexander IV. relatus in *Cronica S. Dominici p. 1. lib. 2. c. 2.*

Succeſſores in officio eorū, qui indebitas impoſuerūt gabellas, intra menſē nō ſatisfaciētes damnificatis, incurrunt excommunicationem non reſeruatam *cap. aduerſus de immunitate Eccleſia,* vide poſt alios *Bonacinam tom. 3. diſp. 1. q. 19. p. 4.* vbi de ſatisfactione iſta præſtanda, & an dicta excommunicatio hodie ſit innouata in Bulla cenæ.

Superſtitioſi vide ſupra *Diuinatores, & Sortilegium.*

Suſpenſus etiam Epiſcopus à collatione, vel etiam patronus tàm eccleſiaſticus, quàm laicus à præſentatione, beneficium conferens vel ad illud aliquem inſtituens, aut præſentans: incurrit excommunicationem S. Pontifici reſeruatam. Pius V. conſt. 58. *incip. quanta Eccleſia Dei,* ita *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 50. num. 146.* Sed iſta eſt eadem cum ea, de qua ſuprà *Reſignationem.* & ſic non eſt lata propter quamlibet ſuſpenſionē à collatione, vel præſentatione, ſed ob particularem ſuſpenſionem latam in ea conſtitutione, ob non ſeruatam formam reſignationis ibidem præceptam, vt

Fil.

Digitized by Google

*Filliuccius tract. 15. num. 198. & 201.*

T

TAbellarios impedientes, ne litteras Romã deferant, non incurrunt excommunicationem *can. 8.* Bullæ cænæ contrà eos, qui impediunt aduehentes victualia, & alia neceſſaria ad Romanam Curiam, ita *Bonacina t. 3. diſp. 1. q. 9. p. 1. n. 10.* vbi limitat, niſi inter præfatas litteras, ſint etiã chirographa, quibus pecunia ad Curiã cambitur, nã ſicut impediens pecuniã, adſtrigitur dicta excomm. ita etiã, & impediens dicta chirographa, q̃bus pecunia Romã trãsfertur, ſed hoc intelligerem, quando dictæ litteræ impedirentur hac intentione intercipiendi dicta chirographa pecuniæ, quæ verè ſit curialium, ſecus ſi alia intentione.

Taleas, vide ſuprà *Gabellas.* Hic adde, quòd ibi fuit prætermiſſum de his, qui & ſi non negent verbis franchitiam perſonis eccleſiaſticis, denegant tamen facto, requirendo ab eis quaſdam circunſtantias, & conditiones, vel inconſuetas, vel valdè ipſis perſonis eccleſiaſticis onerosas, an incurrant excommunicationem, *cap. quamquam de cenſibus in 6.* quę vt *loco cit.* dixi, & ſi loquatur de pedagijs, extenditur tñ ad omnes ſingulares perſonas, (ſicut ad cõmunitates, ac vniuerſitates extenditur interdictũ) quaſuis, exigentes ab illis gabellas, etiam à ſponte ſoluentibus, ſi illas exigant tãquã debitas, vt ibi explicaui, nõ impoſitas etiã pro perſonis eccleſiaſticis, quæ poſt ſatisfactionem non eſt reſeruata, & præter ibi citatos, habetur per *Bonacinam t. 3 diſp. 2. q. 2 p. 21.* vbi nõ ſolum excõmunicãtur exigẽtes, ſed etiã extorquẽtes dictas gabellas. circa iſtos habemus *gloſam notabilẽ in Clem. præſenti, verbo non negotiandi eod. tit.* in qua Clemẽs V. in confirmationẽ, & exequutionem cenſurarum latarum in *d. cap quamquam,* præcipit vt Diœceſani locorum, poſtquam ſciuerint, aliquos in excommunicationem, & interdictum incidiſſe ob tranſgreſsionem *dicti capituli quamquam.* omninò publicent, vel publicari faciant cenſuras contra prędictos, latas. Hæc ſunt verba, *gloſa. Si autem inter leuatorem pedagij, & delatorem ſit quæſtio, vt quia ille negat, eum Clericum, vel dicit, res deferri negotiationis cauſa, vel res illius non eſſe, graue eſſet ſemper iudicem adire pro fide huius rei recipienda, vndè videtur committendum iuramento deferentiũ, vel ſuorũ nũtiorũ, ſi perſonarũ qualitas nõ diſſuadeat, vel niſi de contrario fides haberetur in promptu, quoad perſonam videtur ſufficere ſi ſit in habitu, & tonſura clericali, &c.* proſequitur aliis citatis *Bonacina tom. 3. diſp. 31. q. 19. p. 3. §. 3. num. 10.* qui *num. ſeq.* ſubdit, pro deciſione dubij, debere adiri iudicem eccleſiaſticum. Si autem perſonæ eccleſiaſticæ ad euitandas moras, & contentiones, eligerent, ſoluere gabellas, vel pecuniam dare contra exemptionem, ſibi debitam, nõ per hoc, qui recipit dictam pecuniam, ſciens illum eſſe Clericum exemptum, non incurreret dictam excommuuicationem, ex quo inuitus, & non ſponte cenſeatur ſoluiſſe, vt dixi *loco citato,* & in puncto poſt *Suarez Quarantã, & Bonacinam.* notat *Squillantes cap. 8. de priuilegijs Clericorum n. 5. ad fin.* Nota, quòd reperitur differentia inter excommunicationẽ latam in *cap. quamquam,* & in Bulla cænę *can. 18.* nam ibi non excommunicantur expreſsè exigentes etiam à ſpontè dantibus, ſicut in canone Bullæ, vndè quando ſumus in terminis *c. quamquam,* ſcilicet vbi gabella nõ eſt impoſita, etiam pro Clericis, Cõfeſſarius exquirere debet ab exactore, an perſona eccleſiaſtica, inuita, vel ſponte ſoluerit, nàm primò caſu incurrit excõm. *d. c. quãquã,* non aut ſecundo caſu, & quando eſſet impoſita gabella etiã ꝓ perſonis eccleſiaſt. & ſic eſſemus in terminis d. can. 18. Bullæ cænæ, eſt neceſſaria inquiſitio, vtrum ſ. exactor receperit datũ tãquã debitũ, vel nõ ideòq. obſeruãda regula à me tradita *loco ſuprac.* nẽpè q̃ſi integra gabella vel paulominus ſoluitur, tunc cenſeatur ab inuito, & tamquam debitum ſolutum, ſecus quando aliquid parum, quo caſu cenſetur ſolutum ſpontè, & non tanquam debitum, ſed vt vulgò dicitur *permangia.* Nota, ignorantiam, vel prohibitionis, vel pænæ in foro conſcientiæ excuſare ab incurſu iſtius excommunicationis, patet ex dictis ſuprà *Recollectione* 1. loquendo generaliter de ignorantia excuſante à cenſuris, & in terminis notat *Bonacina diſp. 1. q. 19. p. 4. ad finem,* qui *ibid. p. 4. num. 12.* docet exigentem paruam quantitatem, neque incurrere dictam excommunicationem, niſi deuenerit ad notabilẽ quantitatẽ requiſitam ad peccatũ mortale, & ſi à principio recipiẽdo hanc paruã quantitatẽ, habuiſſet intẽtionẽ recipiendi ab alijs maiorẽ quantitatẽ, cui doctrinæ libenter me ſubſcribo, præter eam partem, in qua ſupponit, incurri excommunicationem, ſtatim quòd talis deueniet ad peccatum mortale furti, iuxtà ea, quæ dixi ſuprà *Extrahentes. Naufragantium bona,* & alibi ſæpius. Nota tertiò, *Filliuccium tract. 61. num. 113. & ſeq.* aſſerere, non eſſe certũ, quòd exactores ſi plus exigant, quàm important gabellæ, & ſi iuſtæ, vel de facto exigant gabellas nunquam aliàs impoſitas, an incurrant excommunicationẽ *canonis* 5. Bullę cænæ contra eos, *qui noua pedagia ſeu gabellas in terris ſuis, præterquam in caſibus ſibi à iure, ſeu ex ſpeciali Sedis Apoſtolicæ permiſſu, imponũt, vel augent, vel imponi, aut augeri prohibita, exigunt,* & clarius *Bonacina t. 3. diſp. 1.*



Digitized by Google

*q.6.num.*14.*&* 15.vtrumq.negat,nempè primum vt certum, & ſecundum probabiliter, cùm vtroque caſu tales potius dicantur cōmittere furtum, & rapinam, quam gabellā exigere, ex qua ratione ſequitur, quòd nec dicto modo exigentes à perſonis eccleſiaſticis incurrant excommunicationem eiuſdem Bullæ in *can*, 18. vbi eſt ſermo de oneribus impoſitis, ac nec etiam excommunicationem *cap.quamquam*,cum neque ibi feratur pro furto, vel rapina facta eccleſiaſticis, ſed pro exactione impoſitionum. Nota quartò differētiā inter dictū *can.*5.*&* 18.quia ibi prohibetur impoſitio, & exactio pedagiorū, ſeù gabellarū,hic verò ꝓhibetur exactio etiam talearū,& collectarū, vndè poteſt dari caſus,quòd iuſtè imponatur,& exigātur abſque licentia Summi Pontificis reſpectu ſæcularium collectæ,taxæ,& taleæ,non autem reſpectu eccleſiaſticorū, ꝙ an etiam ſit verū qñ iſta imponūtur prò neceſſitatibus cōmunibus,tā ſæculariū, ꝗ eccleſiaſt. vide *Sancb. li.*2. *opuſc. moral. c.*4. *dub.*55. vbi *dub. ſeq.* ꝙ obligatio,de qua ſup. Epiſcoporū,*denunciādi excommunicatos,vel interdictos contrauenientes d.c.quāquā*, ſit ſub mortali, ac ꝙ teneātur illos denūciare,etiā nō cōquerētibus d.perſonis eccleſiaſticis, partibus tñ auditis, ideſt præuia citatione illarū, etiā ſi factū ſit notoriū. Circa id, quod dixi *loco ſuprac. ad fin.*de Clericis coniugatis,non gaudere priuilegio immunitatis à gabellis,collectis, & alijs obſequijs,& muneribus vniuerſitatis, & latius probaui *ſup.hac ead.*3.*p.recoll.* *num.* Nota *Manriquez in ſuis quæſtionibus moralibus p.*2.*q.*68. impingere noſtro *Diana p.* 1. *ſuarum reſol.moral. tract.*2.*reſol.*35. opinionem contrariam, quem contra ſuum inſtitutum, in hoc ſequitur contrà *Guttierez*. Sed inaduertenter quidem, & abſq. aliquo fundamento; Inaduertenter, quia *Diana* nunquam hoc dixit,& in eo loco tractat de Clericis in minoribus,à quibus non licet arguere ad Clericos coniugatos, cùm ipſi Clerici in minoribus, etiam prima tonſura, obſeruantes diſpoſitionem Concil. Trid. integrè,& plenè gaudent priuilegio clericali, ſicuti Clerici in ſacris conſtituti *cap. cum non ab homine de iudicijs, & concordantibus*, de quibus per *Dianam p.*4.*tr.*1.*reſol.* 10.& latius *reſol.* 10.& Clerici coniugati, exceptis duobus priuilegiis nempè canonis, & fori, (quoad cauſas criminales ſecundū cōmunē opinionem,de qua *ſup.p.*2. *recoll.* 1. *nu.* 111. quibus illic allegatis accedit *Riccius p.*2.*praxis recoll.*.224. cui opinioni fauet *Rota Rom. in illa ferrar. penſionis* 20. *Martij* 1627. *corā Virili apud Viuianum de iure patron.deciſ.*96. vel etiam in ciuilibus ſecūdū alios Doctores quos refert, & ſequitur *Diana p.*1. *tract.*2. *reſol.*50.&repetit *p.*4.*tr.*1.*reſol.*78. de qua re maximè pro hoc noſtro Regno,videatis *Borrellū ad Bellugā in ſpeculo Principum rub.*11. *Barboſam in collect.bullarum, & decretorum, verbo Clericus, & in collect.ad Concil. Trid. ſeſſ.*23. *c.*6. *de reformat. n.*49.in qua re apud *Nouariū in ſuis ſingularibus concluſ.*93.(reperies errorē, forſan Typographi)reputatur vt laicus, vt dixi *loco primo citato*, quibus illic allegatis accedit *Riccius p.*1.*praxis deciſ.*198 qui teſtatur de cōmuni. Qui *p.*4.*eiuſdē prax. reſol.*224. idem à fortiori docet de Clericis ſaluaticis,ex qua ratione patet defectus fundamenti ipſius *Manriquez*, quòd tales, & ſi non ſint merè perſonæ eccleſiaſticę, ſunt tamen ſufficienter perſonæ eccleſiaſticæ, quia ſunt ſufficienter perſonæ eccleſiaſticæ, quò ad duo priuilegia tantū, nō autē quòad alia priuilegia. *Sanch. li.*7.*de matr. diſp.*46. *n.*12.

Taleas imponentes Clericis,alijsq. perſonis eccleſiaſticis (in alio ſenſu)nēpè vel capiendo dictas perſonas,petendo aliquam ſummā pecuniæ pro illarū redēptione, vel cōminādo illis incendium, aut aliam ſtragem in bonis vel perſonis illarum, vel ſuorum conſanguineorum vt ſæpè accidit, non incurrunt excommunic. Bullæ cænæ *can.* 18. contra imponentes dictis perſonis *collectas, decimas,taleas,præſtantias, &c.* verbum enim in medio poſitum, debet ab extremis recipere interpretationem *l.*3.§.*filius ff.de liberis, & poſthumis l.ſi ſeruus plurium* §.*finali ff.de legatis* 1.*Seraph.dec.*840. *num.*9.cùm igitur *decima, & collecta, ac præſtantia*, ibi ſignificent onera, quæ tamquam debita exiguntur ob publicam vtilitatem, vel neceſſitatem, ergò etiam *talea* eodem modo debent hic interpretari, ita poſt *Vgolinum,Duardus lib.* 2. *in Bulla cœna can.* 18. *quæſt. vlt. num.* 15. proſequitur *Bonacina ſuprac. diſp.* 1. *de cenſuris in particulari quæſt.* 19. *pun.* 1. *num.*12.

Tranſeuntes Mendicantes ad ordines monaſticos (exceptis Chartuſianis) abſque ſpeciali licentia Summi Pontificis, incurrunt excōmunicationem S. Pontifici reſeruatā. Martinus V. *in extrauag. viam ambitioſa de Regularibus,& tranſeuntibus*, vbi quòd eadem excommunicatione feriantur Superiores Ordinum monaſteriorum, tales mendicantes in ſua Religione recipientes. Non deſunt tamen Doctores,qui velint,hanc excōmunicationem, non eſſe vſu receptam, quò ad licentiam S. Pontificis, vel ſaltem intelligi de tranſitu ad laxiorem,abſque iuſta cauſa,quòd eſt probabile, vt dixi *ſup.p.*2. *recoll.* 11.*nu,*182. nec negat *Bonacina tom.*3. *diſp.*2. *q.*9.*p.*1. cōcludēs,quòd hodie Generalis,vel Prouincialis concedat dictā licentiā etiā ad equalē, vel etiā laxiorē iuſta de cauſa;nō ſolū ex priuilegio, ꝙ retuli *loc.ſuprac.* ſed etiā de iure, & præter Doctores citatos, habet *Lezzana p.*1,*c.*22. *n.*11. ac proſequitur *Theſaurus*

Digitized by Google

*ſaurus p. 2. de pœnis eccleſiaſticis v. religio cap.* 4. §. 3. vbi etiam allegat *Layman*, quidquid *Portellius verbo Religionis tranſitus n.* 14. aſſerat, nullum Prælatum Papa inferiorem, poſſe, etiam ex iuſta cauſa licentiam concedere pro laxiori, fauent allegati p *Nouar. in lucerna v. trāſeuntes n.* 5. & ſecundū primam opinionē vidi practicari, etiam poſt decretū Congreg. Vrbani VIII. quod retuli *cit. reſol.* 11 *num.* 288. & ſupponit *Lezzana loco ſuprac. num.* 15. vbi refert ead. verba dicti decreti, & poſtea ſubdit, illa vendicare ſibi locum in caſu quoque vbi Religioſus tranſiret ad æquè ſtrictam, vel laxiorem Quòd pro tranſitu ad ſtrictiorem ſufficiat licentia Prælati localis, dixit probabile *Lezzana ſup. num.* 10. & ſi alleget *Rodriquez*, qui contrarium concludit *loco ab eo cit.* & ante *Lezzanā* id etiā docuit *Azorius apud Portell. loco suprac. n.* 4. qui dicit, in hoc ſtandū eſſe cōſuetudini Religionis, ſicut dico ego, illi quoq. ſtandū eſſe pro tranſitu ad æqualem, vel ſtrictiorem, an ſpectet ad Generalem, vel Prouincialem, aut alium Prælatum. Quòd hodie vigore priuilegiorum non liceat ad arctiorem tranſire ſolum petita licentia, & ſi non obtenta; dixi *loco ſuprac. nu.* 280. *ad finem*, quibus illic allegatis, addo *Lezzanam ſup. n.* 4. *Portellium ſup. num* 10. *& ſeq. Bonac. ſup. p.* 2. *ſub num.* 4. Certum autem eſt, peccare mortaliter Prælatū iniuſtè denegantē licentiam ad arctiorem, quia *in c. licet de Regularibus*, dicitur, quòd ad illam concedendam, tenetur Prælatus. Quando autem eſt dubium, vtrum Religio, ad quam petitur tranſitus ſit ſtrictior, tunc neq. eſt ſtandum dicto petentis, neque Prælati, ſed alterius, ita poſt *Azorium, Portellius ſup. n.* 13. nota, quòd & ſi in d. *extrau.* expreſsè dicatur, Summum Pænitentiarium nō poſse concedere licentiam Mendicantibus, &c. tranſeundi, tamen poſtea per nouas conceſsiones, id poteſt, & ita vidi pluribus fuiſſe etiā ad laxiorē cōceſſas licentias per Illuſtriſſimū Coccinum Regentem S. Pænitētiariæ, & poſtea reperi teſtatū apud *Theſaurum loco ſuprac.* Limita ſupradicta in Monialibus, quæ etiā ſi tranſeant ad artiorem; indigent S. Pontificis licentia *Por. ſup. num.* 8. *Nouar. ſup.* Ex ſupradictis patet, ad euadendam excōmunicationē, de qua ſuprà quòd tranſiens Religioſus ex Mendicantibus (quales autē iſti ſint videte *Azor. p.* 1. *li.* 24 *cap.* 12. *quæſit.* 22. *& Lezzanam par.* 2. *cap.* 1.) ad Religionem æqualem, vel laxiorem ſufficere pro foro externo, ac etiam interno ſolā licētiā Superioris Generalis, vel Prouincialis, iuxtà cōſuetudinē Religionis, dixi *pro foro externo, ac etiā interno*, qa ſi iuſta cauſa in rei veritate deeſſet, peccaret ſolū mortaliter, & ſic intelligitur *tex. in c. licet de Regular.* & ſūmat *Portell. ſup. n.* 6. qn vero ſinè aliqua licentia tranſiret, licèt aliqui exiſtiment, talē incurrere excommunicationem, de qua ſup. *Apoſtata*, contrarium tamen; quòd non ſit talis verus Apoſtata. poſt *Leſsium*, notat *Lezzana ſup. num.* 22. *Theſaurus cit. cap.* 4. §. 3. An eiecti à Religione Mendicantium etiā egeat dicta licentia? Concordare videtur duas opiniones contrarias circa hanc rem. *Bonacina ſuprac. p.* 1. *c.* 22. *n.* 9. diſtinguēdo de eiecto in perpetuum, vel ad tempus, quæ diſtinctio diſplicet: nā eiectio regulariter fit in perpetuum, & in praxi vidi hos, ex quo hodie poſt conſtit. Vrbani VIII. de Apoſtatis, & eiectis, ſint ſuſpēſi, recipi cum ſola licentia Regentis Pęnitentiariæ. De Apoſtatis, maximè exiſtentibus in partibus longinquis, ita vt nō cōcedatur illis acceſſus ad loca ſuæ Religionis, ſic ad Superiores concedit *Rodriq. t.* 3. *q.* 5 *num.* 14. tranſitū abſq. licētia & ſequitur *Portellius ſup. n.* 17. Alias excomm. pro particularibus Religionibus circa hanc materiā vide apud *Bonacinam loco ſuprac. p.* 2. & *Nouar. in ſua lucerna Regular. v. Tranſeuntes*, vbi etiā de eorū ſucceſsione, & profeſsione.

Tractans de bonis Sedi Apoſtolicæ infeudādis, vide ſuprà *Feudum*.

## V

**V**Acantis Eccleſiæ fructus, vide ſuprà *Spolium*, & infrà *Vſurpantes*.

Vacantium Eccleſiarum (ex priuilegio, vel cōſuetudine) aliquid ex fructibus primi, vel vlterius anni, accipientes, ſingulares perſonæ, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam, Epiſcopi verò contrauenientes, incurrunt ſuſpenſionem Pontificalis officij, eod. modo S. P. reſeruatā, etiā poſt ſatisfactionē, & Cōmunitates incurrūt interdictū ſimiliter reſeruatum. Pius V. conſt. 104. incip. *Durum. Nau. cap.* 27. *num.* 150. *&* 44. *Sayrus lib.* 3. *de cenſuris cap.* 31. *num.* 14. Qui poſt *Philiarchum* notat, per hanc conſtitutionē non præiudicari Fabricæ, Sacriſtię, & aliis piis locis, & operibus, nec etiam capitulis, menſis, aut perſonis, quibus fructus beneficiorum vacantium, ante collationem, ſeù poſſeſsionis apprehenſionem, ex ſtatuto, conſuetudine, vel priuilegio ſunt applicati, ſicut quòd per illā ex parte non derogetur *extrauag. vnice. ne Sede vacante*, maximè quia hodię Epiſcopi non incurrunt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, ſed ſuſpēdūtur tm̄ à Pontificalibus, innuit *Theſaurus v. vacantia. c.* 5.

Violantes immunitatem eccleſiaſticam, vide ſuprà *Extrahentes*, & quia viarum graſſatores, inter alios expreſſos in Bulla Greg. XIV. non gaudent immunitate Eccleſiæ. Nota, quòd non ſufficiebat S. Pontifici exprimere publicos latrones, ſed etiam ſubiecit de viarum graſſatoribus, de quibus antea reperiebatur quoq. facta mētio in *c. inter alia de immunit. Eccleſia*, nā vt benè poſt alios ſubdit

Fari.

*Farinaccius in appendice de immunitate nu.* 162.& clarius *Bonacina tom.3. diſp.2. quaſt.3. p.16.§.6.num.3.* Graſſatores viarum à latronibus in hoc differunt, quòd latro dicitur, qui vias extrà vrbem obſidet, vulgo iſtos vocamus *Foraſciti, latri di campagna*, graſſator verò, qui vias in vrbe obſidet, & ſæpius hoc crimen committũt, vulgo vocantur *Cappiatori.* Proſequitur *Caſtrus Palaus tom.2.tr. 11. de reuerentia debita locis ſacris diſp. vnica p.9.n.2.& 6.* qui indicat communẽ opin. eſſe quòd talis dicatur, qui furatur in viis publicis, & frequentatis, & quòd vt talis priuetur dicta immunitate, prius cõſtare debeat iudici de iſta frequentatione, & poſtea talem declarare ipsũ parte citata, *&c.* poſt *Decian.& Farinac.* notat *Caſtrus Palaus cit.n.2.ad fin.* Fuit nuper dubitatũ, an iſti tales ex alia cauſa priuentur dicta immunitate, quia v.g. dum in Eccleſia pro aliis delictis refugiati exiſtebant, quibuſdam vicibus, aliquando propè Eccleſiam, aliquando longè ab illa, in viis publicis ciuitatis, tranſeuntes expoliabant, & non definiendo pro nunc quæſtionem illam, an delinquentes propè Eccleſiam ſpe immunitatis, recipiendo ſe poſtea in Eccleſia cum armis, & rebus furatis, priuentur dicta immunitate, de qua per *Bonac. ſup.§. 7.n 12. Dianã p.1.tr.1. reſol.3. Manriq.p.2. ſuarũ qq.mor.q.121.* Pro caſu iſto vide *Farinaciũ loco ſuprac.n.*245. qui pro immunitate reſpondere videtur, cuius tamen contrariũ clarius loquendo in terminis noſtris, docet *Cardinalis Tuſcus littera E concluſ.*11.*n.* 15.vbi habet hæc verba. *Ex præmiſſis crederẽ, quòd ſi quis ſub iſto clypeo committit delicta, vt confugiat ad Eccleſiam, & poſſet conſtare, non deberet gaudere priuilegio immunitatis, quia aliàs præberet immunitas incentiuum ad delinquendum, prout faciunt aliqui, qui in Eccleſia ſe retrahunt, & indè exeunt certis horis ad delinquendum, nam ſi poſtquam ſunt in Eccleſia tuti, exeuntes delinquunt, debent expelli, ſicuti habens ſaluum conductum, perdit illum ſi delinquat ſub ſaluo conductu, ſed tamen ſpectat hæc cognitio ad iudicem eccleſiaſticum, & fortè Bulla Greg.XIV. patitur hanc interpretationẽ à iure communi, remitto tamen me ad deciſionẽ S.D.N. Papæ, & S. Matris Eccleſiæ ſemper.* Hucuſque doctiſsimus Cardinalis.

Violantes clauſuram Monialium, vide ſuprà *Moniales, & Monialium monaſteria.* Nota quòd nuper interrogatus fui, an quia in decreto Clementis VIII. de abſolutione à caſibus reſeruatis, inter alios caſus, quorum abſolutio interdicitur Confeſſariis priuilegiatis, inſeritur caſus violationis clauſuræ Monialiũ ad malũ finẽ, dicta violatio inducatur per quemlibet ingreſſum, etiam abſque vi, & violentia, prout videtur ſupponere ipſummet verbum *violatio, argumento tex. in l.ſepulcri 8.ff. de ſepulcro violato.* item ex eo quòd ibid. excipitur etiam caſus violationis immunitatis eccleſiaſt. quæ vt dixi ſup. *extrahentes* requirit vim, ac violentiã. Cui quæſito reſpõdi, ꝙ & ſi prima ſignificatione ly *violare* propriè dicatur de virgine, cui vi pudicitia eripitur, tñ ſæpius vſurpatur pro nõ obſeruãtia, ſeu fractione, quæ fit abſque vi, vndè nõ obſeruantes, & frangentes canones, violatores canonum dicuntur, *cap.violatores 25.q.*1. ſic etiã dicimus violare ſecretũ, violare inter dictũ, violare pacem, & ſic accipitur in caſu noſtro, vbi idem ſignificat violatio clauſuræ Monialiũ, quã illã non obſeruare ſcienter, & doloſè ingrediẽdo, fauet *Graſſius de quinque caſibus cap.5.num.1.ad finem.* Adde quòd violantes clauſuram cum effractione Eccleſiæ, vel alterius loci ſacri eiuſdem monaſterij, non incurrerent aliã excommunicationem, de qua ſuprà *Eccleſiarum effractores*, quia illa habet locum tantum eo caſu, quo fit effractio ad finem furandi, vel deſtruendi bona Eccleſiæ, &c. vt ibi explicaui.

Viſitatores Monialium impedientes in eorum officio, ſi poſtquã ab eiſdẽ viſitatoribus poſt impedimẽtum huiuſmodi fuerint canonicè moniti, nõ deſtiterint, incurrunt excomm. nulli reſeruatã. *Clem.attẽdẽtes de ſtatu monachorum.* vbi extenditur ad impedientes etiã viſitationẽ vt ſup. *Canonicarum ſæcularium*, quæ viuũt vt Canonici ſæculares, quas hodiè nõ video eſſe in vſu, ita poſt alios per *Bonac. t.3. diſp.2. q.2. pun.4.* ſed contraria opinio .ſ. ſufficere vnam monitionem, eſt magis communis, vt teſtatur *Theſaurus hoc verbo, verſ. nota 2.* Quærit etiam *gloſa ibid.* an ſufficiat monitio generalis, ſcilicèt quòd nullus impediat noſtram viſitationem, &c. vel potius requiratur particularis, ſcilicèt monemus te N. ne impedias officium noſtrum, ſed non determinat. *Franciſcus* autem *de Platea excommunic.2.§.43.n.2.* & poſt *Nau.& Filliuc.* ꝓbãt *Bonac.loco ſuprac.n.*5. requiri ſpecialem. Quia verò viſitare põt quis Moniales tãquã Ordinarius, & etiam tamquam Delegatus. Primo enim caſu eſt Epiſcopus reſpectu Monialiũ ſibi ſubditarũ, ſecũdo caſu eſt idẽ Epiſcopus reſpectu exẽptarũ, vt poſt alios declarat *Bonac.loco ſuprac.nu.*1. hic infert *Theſaurus loco ſuprac.verſ.nota.* quòd quãdo impeditur is, qui viſitat poteſtate ordinaria, tunc incurratur excommunicatio Bullæ cœnæ *can.*16. de qua ſuprà *impedientes Prælatos*, ſed vt ibid. dixi poſt eundem *Theſaurum* teſtantẽ de magis cõmuni, illa excõm. habet locũ qñ impedimẽtũ, interponitur authoritate publica, vbi etiã dixi, quòd requiratur actus impedimẽti ſequutus. Certum eſt autẽ incurri dictam excommunic. Bullæ ab impediente tàm Ordinarios, quàm Delegatos in dicta viſitatione, in terminis, de quibus ſuprà *recurrens*, præterquam vt etiam

dixi

Digitized by Google

dixi *cit. concluſ. Impedientes Prælatos.* Epiſcopi procedentes vi Concil. Trid. ſicut procedunt in viſitatione exemptarũ ratione clauſuræ, potius iudicandi ſunt Ordinarij, quàm delegati. Nota tamen, quòd prædicta viſitatio ſi non fiat per Epiſcopos, ſed per alios ab ipſis Epiſcopis deputatos, ſi tales ſunt electi cum generalitate cauſarum reputantur quaſi Ordinarij, ſin verò ſecus, iudicandi ſunt Delegati. *cap. cum cauſam verb. Delegatus in fine de appellat. Menoch. de arbitr. q. 57. nu. 31. Vantius de nullitate tit. coram quo nullitates, &c. num. 7.* quos refert, & ſequitur nouiſsimè *Manriq. p. 1. ſuarum qq. moral q. 1. num. 9.* qui ſupponit, ꝙ Vicarius Generalis viſitando, dicatur viſitare poteſtate ordinaria. Quomodo & quãdo d. Viſitatores debeãt ingredi dicta monaſteria, vide ſup. *Monialium monaſteria Superiores*, quibus illic allegatis addo *Theſaurum loco ſuprac. verſ. nota 4.* qui *ad finem dicti cap.* ſubdit, quòd licèt Epiſcopi ex Concil. Trid. poſsint ingredi monaſteria exempta pro viſitãda clauſura, tamen id eſt verũ qñ ſcirẽt illã fuiſſe violatã, & prius monito Prælato ordinario ipſarũ exemptarũ, & hoc eſt, ꝙ poſt *CoKier* dicit *Lezzana c. 25. n. 49* ꝙ Epiſcopus poteſt ab ipſis Monialibus exemptis diſquirere ea, quæ ipſam clauſuram concernunt in colloquutorio, ad crates, vel ad feneſtram, quia prius debet ei conſtare de violatione, & poſtea ingredi, fauet etiã *Barboſa* apud *Gauantũ in ſuo manuali Epiſcoporũ verbo Monialium n. 59.* aliàs .n. ingrederetur abſque cauſa neceſſaria, & ſine licentia, prout requiritur ad euitãdas cẽſuras, de qbus *cit. concluſ. monaſteria Monialium*, & poſt eun dẽ *Barboſ.* indicat idẽ *Gauãt. ſup. n. 4.* vbi reperietis alias declarationes circà hanc materiã.

Vltimas volũtates pias exequi differentes abſq. rationabili cauſa, de iure, & ſi non incurrant excommunicationem latæ ſententiæ, ſunt tamen excommunicandi, *can. qui oblationes defunctorum el 2.* vbi *gloſa p. 13. q. 2. Sanchez lib. 4. opuſculorum moralium cap. 1. dub. 53. n. 6. ad finem, Ioannes Baptiſta de Thoro in ſumma priuilegiorum piæ cauſæ, priuileg. 148.* qui ſubdit, *hac praxi communiter vti Tribunal Reuerendæ Fabricæ contra ſimiles heredes differentes oblationes, & legata pia ſoluere, & adimplere, ſub pœna excommunicationis, imò contrà omnes impedientes exactionem legatorũ piorum d. pœna tenentur, ex Bulla Pij V. in Catechiſmo lib. 3. c. 3. n. 153.* hactenus *Thorus*, & forſan iſta Bulla Pij V. quàm refert ex Catechiſmo (quem librum ad manus non habeo) eſt ead. de qua ſuprà feci mentionem, *Fabrica S. Petri.* Quando autem heres dicatur differre exequi legata pia, patet ex dictis *de officio Cappellani q. 3. ſect. 6.* vbi quòd quãdo à teſtatore nõ eſt appoſitũ tempus pro dicta ſolutione, (quò caſu tranſacto dicto tempore, ſemper dicitur negligens) talis erit cenſendus heres poſt ſex menſes, iuxtà *tex. in §. ſin autem Auth. de eccleſiaſt. titulis* Et ſi quoad alia legata, detur annus, iuxtà *tex. in §. illud Auth. de heredibus, & falcidia, Valenzuola conſ. 35. n. 19. Thorus loc. infracitando.* ꝙ declarat *Graſſius de quinq. caſibus lib. 2. c. 26. n. 48.* à die mortis, aditæ hereditatis, & ſciẽtiæ, ſed an etiã nõ adita hereditate, vide in eodẽ *tract. de officio Cappellani q. 5. ſect. 25.* quòd exequutio relictorum ad pias cauſas differri non debeat durante tempore inuentarij cõficiẽdi ab herede, poſt *Balb. deciſ. 402.* & alios habetur per *Thorum ſupra priuilegio 18. poſt medium.* Dixi *heres*, quia exequutor habet aliud ſemeſtre, poſtquã fit ei facultas, ſuum exequendi officium, vt per *Thorum loco ſuprac. priuil. 18. ad mediũ*, qui ſubdit, nunquã heredẽ poſſe dici negligentem, ſi non fuerit requiſitus, ad quod allegat *Stephanum Gratianum c. 22. ſuarum diſceptationum forenſiũ, n. 45. & ſeq.* quod hodiè ceſſat in praxi, quò ad Tribunal Reuerendæ Fabricæ, quæ poſt annũ procedit ex officio circà exequutionẽ horũ legatorum, etiam ſi nunquam legatarij inſteterunt, vt per noſtrum *Molfeſium p. 2. ſummæ tr. 13. c. 5. n. 24.* ꝙ eſt verum etiã quòad Epiſcopum, vbi præuenit dictam Fabricam, maximè quò ad futuram ſolutionem legati, quia quòad præterita, de illis poſt annum habet quintum, & poſt trienniũ habet medietatem dicta Fabrica à die mortis, iuxtà declarationes relatas per *Quarantam verbo Fabrica S. Petri.* Et forſan ita procedit dubiũ de iuriſdictione priuatiua dictæ Fabricæ quò ad Epiſcopos, quam tangit, & non decidit *Molfeſius ſupracitato num. 203.* vbi de concordia inter inuictiſſimum noſtrum Regem & S. Pontificem pro Regno Neapolitano circà hanc materiam. Dixi *de iure*, quia in pluribus Diæceſibus reperitur Synodalis excommunicatio ipſo iure lata contrà non ſoluentes legata pia, vt per *Graſſium loco ſuprac. n. 17.* quo caſu vt poſt *Nau. c. 25. ſumma Hiſpana num. 65.* aſſerit *Sanchez cit. dub. 53. num. 7. qui illam excommunicationem incurrerat, ſi abſoluatur* (intellige, quia & ſi antea potuit adimplere, tñ nunc nõ poteſt antequã abſoluatur) *& iterum cum poſſit non impleat, reincidit.* An valeat conditio poſita in legato pio, quòd nec Epiſcopus, nec Fabrica poſsit ſe intromittere, vide *Molfeſ. loco ſuprac. num. 205.* vbi quòd & ſi teſtator poſſit dicere, quòd ſi Epiſcopus, vel Fabrica manus apponeret, non ſit legatum pium, & habeatur ac ſi non non eſſet relictum, tamen non poſsit iubere, quòd ſit legatum pium, & habeatur tamquã relictum, & tamen non poſſet ſe in illo intromittere Epiſcopus, vel Fabrica, ſequitur *Thorus ſup. priuilegio 139.* vide tñ dicta à me in eod. *tr. de officio Cappellani*

Digitized by Google

*pellani q.5. num.* 209. vide *Barboſam apud Alzedum in praxi p.2. cap.2. nu.53.* Quod ſi Epiſcopus ſit negligens in dicta exequutione, Metropolitanus poſsit ipſe exequi voluntates ſubditorum ſui ſuffraganei, probat *Sanchez lib.4. opuſcul. cap.1. dub.54. num.23.* vide circa alias pœnas heredum, vel exequutorũ, qui negligũt exequi dicta legata *Theſaur. p.2. de pœnis eccleſiaſticis v. teſtamenta cap. 1.*

Vota reſeruata commutantes. ſuprà *Confeſſarij prætextu, &c.*

Vſuras quicunque domini, aut officiales, qualibet poteſtate præditi, fouentes: incurrũt excommunicationem nulli reſeruatam *Clem. 1. de vſuris,* ſubiectum huius excõm. iã patet eſſe Dominos, & Officiales. Actiones, quibus quis dicatur fouere vſuras, etiã exprimũtur in tex. Prima eſt facere ſtatuta de ſoluendis vſuris, vel illis nõ reſtituendis, cũ repetũtur; Secunda, ſcribere præfata ſtatuta; Tertia huiuſmodi ſtatuta dictare; Quarta iudicare, ſeu ſententiam ferre, vt ſoluantur vſuræ, vel vt non reſtituantur plenè, & liberè, cum iam ſolutæ repetuntur (de qua egi, ſuprà *Iudex*) Quinta ſeruare huiuſmodi ſtatuta, & conſuetudines vim ſtatuti habentes, etiam ſi dicta ſtatuta fuerint edita, vel conſuetudines introductæ poſt dictam Clementinam, intellige officiales, poteſtates, iudices, qui, vt dixi, ſunt ſubiectum iſtius excommunicationis. Enumerari etiam ſolet ſexta actio, quæ conſiſtit in omiſsione, ſcilicet non delere dicta ſtatuta de libris communitatum intra tres menſes, quoad eos qui poteſtatem habent delendi. Sed ex quo in dicto textu non præcipitur dicta deletio dictorum ſtatutorum ſimpliciter, ſed tantum ſtatutorum *hactenus* editorũ probabilis eorũ ſentẽtia videtur, qui dictã actionẽ aſſerũt, hodie nõ habere locũ, quoad ſtatuta edita poſt dictam Clemẽtinã: ita contrà *Suarez, & Filliuccium, Bonacina tom 3. diſp.2. q.10. p.15. nu.7.* Qui benè firmat ibid. *n.*10. quãlibet ſupradictarũ quinq. actionũ cũ præſũptione, ſufficere ex ſe ad incurrẽdam excomm. ſicut aliæ actiones, & ſi tendentes quoque ad fomentum vſurarum, tamen ibi non expreſsæ, non ſufficiunt. Ex quo ſequitur, quòd iudex ferens ſententiam in fauorem vſurarij, incurrat hanc excommunicationem, vt dixi ſuprà *iudex cogens ſoluere,* etiam ſi hoc faciat ex propria voluntate, nullo exiſtente ſtatuto, vel conſuetudine, vt poſt *Suarez* notat *Filliuccius tr.14. nu.* 171. an iſta procedant vbi ſtatutum foret de ſoluendis vſuris, non à Chriſtianis, ſed à Iudeis, vel ab eis illas non repetendis, tetigi *loco ſupracitato.*

Vſurpare præſumentes per ſe, vel per alios quocunque modo alicuius eccleſiaſtici beneficij, monaſterij, alteriusq. loci pij iuriſdictionem, bona, cenſus, aut iura, fructus, emolumẽta, aut obuentiones, quæ in pauperũ neceſsitates conuerti debent, incurrunt excommunicationem S. Pontifici reſeruatam etiam poſt reſtitutionem factam Eccleſiæ, aut adminiſtratori, ſeu beneficiato. *S Concil. Trid. ſeſſ.22. cap.11. de reformatione,* de iſta excommunicatione feci mentionem ſuprà *incidentes, & oblationes,* vbi etiã de alia ſimili excommunicatione lata in Bulla cænæ *can.* 15. contrà vſurpantes iuriſdictiones, ſeu fructus, redditus, & prouentus ad Sedem Apoſtolicam, & quaſcunq. eccleſiaſticas perſonas, ratione Eccleſiarum, monaſteriorum, ac beneficiorum, pertinentes, quo in loco remiſsiuè reperietis quomodo, & differant & cõueniãt dictæ duę excommunicationes, quibus illic allegatis, addo nunc *Bonacinam t.3. diſp.1. q.18. p.4.* Qui pſupponit pro certo, in terminis Tridentini, non requiri vſurpationem propriè dictam, ſed ſufficere quamlibet iniuſtam occupationem dictorum bonorum, cum ſcientia, quòd ſint Eccleſiæ, monaſterij, &c. ſicut requiritur in terminis canonis Bullæ cænæ, vt ibi dixi, & contrà aliquos proſequitur *Theſaurus verbo vſurpatio cap.1.* Extenditur in dicto loco S. Concil. eadem excommunicatio ad Clericos conſentientes dictæ vſurpationi, quòd intellige quoad cenſurã, ſi id fiat etiã per actionẽ negatiuã, qñ ſcilicet nõ impedirẽt, cùm impedire poſſent, quòd & ſi aliqui explicent *generaliter* de omnibus, tàm qui ex *iuſtitia,* quàm qui ex charitate ſub pæna impedire tenentur, tamen contraria opinio, quòd ſolum procedat vbi quis ex officio, & ſic ex iuſtitia tenebatur quis impedire, eſt probabilior, ex infradicendis cum de non impediẽtibus percuſsionem Clericorum, & in terminis notat *Theſaurus ſuprac. verſ. nota tertiò,* extenditur etiam ad impedientes, ne præfata bona percipiantur ab iis, ad quos pertinẽt vt per *Bonacinam ſuprac. p.4. num.8.* qui ex hoc infert, ſequeſtrantem dicta bona, incurrere dictam excommunic. ex eo, quòd qui ſequeſtrat, impediat, & *Genuenſis in ſuis practicabilibus q.* 156. *num.3.* docet, in hanc excommunicationem incurrere beneficiatũ, vel Prælatum, ſinè cauſa legitima, repudiãtem legatum, vel hereditatem, Eccleſiæ ſuæ delatam, & ſequitur *Theſaurus ſup verſ. item procedit.* Quando autem in dicta excommunicatione Concilij comprehendantur vſurpantes diſtributiones quotidianas, patrimonialia bona Clerici, vel ad eum pertinentia ratione capellaniæ non collatiuæ, vide *Duardum in d. can. 17. q.4. num.2. & q.5. n.5. & q.6. nu.7. & Bonacinam cit. q.18. p.2. per totum.* Licet accipientes, vt ſupradicta bona, &c. ratione iuſtæ compenſationis, non incurrant neque excommunicationem Bullæ, de qua loquitur *Bonacina ſup. p.3. num.6.*

neque

Digitized by Google

neque Concilii (addo ego) cùm vtrobique prohibeatur occupatio dictorũ bonorũ iniuſta,nõ tamen per hoc quis poterit id facere authoritate publica,iuxtà ea,quæ dixi ſuprà *Repreſalias,Duardus loco ſuprac.q.5. num.* & proſequitur alios citans, prò,& cõtrà *Diana p.4.tract.1.reſol.77.*

Vſurpantes cuſtodiam, ſiuè guardiam,vel titulũ aduocationis,ſeù defenſionis Eccleſiæ, alteriuſq.loci eccleſiaſtici vacãtis,illiuſq.bona ſimul præſumentes occupare, incurrunt excommun. nulli reſeruatam, *cap. generali de electione in* 6. Nota quia hæc duo requiruntur copulatiuè ad excommunicationem præfatam incurrendam, ſcilicèt vſurpatio vnius ex titulis ſupradictis,& quòd occaſione illius occupẽtur bona Eccleſiæ, vel loci pij,ac eccleſiaſtici, eſt cõmunis opinio, vt teſtatur *Toletus lib.1.c.39.n.4.ad finem.* vbi benè exemplificat caſum huius excommunicationis,(licèt in textu citato exprimatur per tot verba, tamen quia omnia ſignificant idem quàm cuſtodiam) nempè illam incurrere eos, qui abſque licentia S. Pontificis, vel ratione conſuetudinis antiquæ à quadraginta annis vltrà.( adde tertiũ caſũ, ſcilicèt quando fundans, & dotans Eccleſiã de Diæceſani conſenſu,ſtatuit,vt fructus ipſius Eccleſiæ cùm vacabit,poſſit facere ſuos vt per *Franciſcum de Platea loco ſupracitando num.*5.qui ad hoc citat *cap. eleuterius* 18.*q.*3 *cap.præterea, & cap.à nobis de iure patr.*) dicũt ad ipſos pertinere Eccleſiam vacantem cuſtodire, donec in ea ſit prouiſum de Prælato,& de facto ipſam cuſtodiam ſuſcipiunt percipiendo fructus illius, tamquam ad ſe pertinentes de iure,latè *Sayrus lib.3.cap.*34. *num.*10.*Suarez diſp.*23.*ſect.*4.*num.*6.*Pilliucc. tract.*14.*num.*56.vndè benè fuit dictum ſup. *Spolium.*contrà ſimpliciter occupantes fructus Eccleſiæ vacantis, qui hodiè ſpectant ad Cameram, in iure nõn reperiri excommunicationem latæ ſententiæ. Extenditur hæc excomm.in d. textu etiã ad Clericos,& Monachos, ac perſonas earũdẽ Eccleſiarũ, ſeù locorum, hæc fieri procurantes, ideoq. quærit pòſt *gloſam Franciſcus de Platea excomm.*2.§.21.*n.*4.qñ dicatur,d.perſonas hoc procuraſſe,& reſpondet,fortè occaſione diſcordiæ inter ipſos ſuſcitatæ,& dicuntur procurare opere, conſilio, perſuaſione, & cooperatione. Imò tenentur etiam Clerici impedire ſe opponendo, dùm poterunt,quando vident,bona Eccleſiæ vſurpari,implorando bracchium ſæculare,vt poſt eandem *gloſam.* proſequitur idem *Franciſcus de Platea loco ſuprac.*non autem impediendo,minimè incurrunt hanc excommunicationem, ſed priuationem, ſeù inhibitionem à fructuum perceptione, ſeù prouentuum earundem Eccleſiarum,ſeù locorum, de qua re,præter *Franciſcum de Platea loco ſuprac.* vide *Suarez ſuprac.ſect.*4. *num.*7. *in fine.* vbi non ſolum docet,talẽ prohibitionẽ,&c. non eſſe ſuſpẽſionem,ſed etiam quòd Clerici nõ teneantur per ſe exequi dictam pænam,ſed requiri declaratoriã iudicis, quãuis *Bonac.t.*3.*diſp.*2. *q.*2.*p.*23.exiſtimet cũ *gloſa*, illos ad hoc teneri ſub pecc. mortali,ratione præcepti iniũcti per illa verba, *diſtrictius inhibemus abſtinere à d.perceptione fructuũ*,& anteà innuerat *Franciſcus de Platea loco ſuprac. num.*5. vbi poſt *Archidiac.*ſubdit, quòd neque poſſint dicti Clerici ex dictis fructibus percipere victum, & veſtitum.Tandem quæro, an iſta excommunicatio, non ſolum quòad occupantes, ſed etiam quòad non impedientes, hodiè ſit reſeruata in Bulla cænæ *c.*17. vel ſaltem in *Concil.Trid. ſeſſ.*22.*c.*11.de quibus ſup.*concluſ. preced.* Reſpõdet *Theſaur. p.*2.*de pænis eccleſiaſt. v.vacantium c.*1. ſupponẽs imprimis pro certo, talẽ incurrere excõmunicationem Concilij,& poſtea ſequendo opinionem, quam teſtatur eſſe communem,eorũ, qui docent, dictum canonem Bullæ cænæ habere locum etiam in vſurpantibus Eccleſias ipſas vacantes,vel bona Eccleſiarum vacantium (quam opinionẽ præter ab eo citatos, probat *Bonac.t.*3.*diſp.*1.*q.*18.*p.*2.*n.*18.*&* 31.*cũ ſequent.& Sfortia theor.*426.)ſubdit *ad fin. verſ. Itẽ occupãtes,quòd quòad fructus, & bona,quæ vacãte beneficio capit Camera Apoſt. nõ poteſt eſſe dubium,quin ſit locus d.c.*17.*Bullæ cænæ*, & demum *cap.*6. *ad finem*, aſſerit, quòd *occupans bona Eccleſiæ vacantis,vel defuncti beneficiati ad Cameram pertinentia,cõtrà ius ſpolij,ſi prætextu priuilegij,aut alterius facultatis,iniuſtè id faciat,incurrat excommunicationem latam in Trid. & Bulla cænæ, ſin autem furtiuè occupet,nullam incurrat,&c.* vt etiam dixi ſup.*Spolium.* Clarius autem procedendo, & loquendo conſequenter, ac diſtinctè.Dicerẽ,ſaluo meliori iudicio, quòd aut ſumus in caſu,quo quis vſurpat tàm cuſtodiam, quàm fructus ipſius Eccleſiæ vacantis, quibus duobus ſimul concurrentibus,vt dixi ſuprà, vendicat ſibi locũ. *ſuprac. cap. generali*, & hoc caſu non cẽſerẽ illam complecti neque Concil. Trident. neque Bullã cænæ,quia vtrobiq. de ipſis Eccleſijs, ſeù beneficiis dũtaxat, nõ autẽ de fructibus Eccleſiarũ vacantium,legitur facta expreſſa mentio,& ſic militat ratio de qua ſuprà *oblationes*, quòd ſcilicèt vbi ſumus in cenſuris, facienda ſit ſtricta interpretatio, nec illæ extendendæ de caſu ad caſum,& maximè vbi illa expreſsè lata eſt in vno loco pro vno caſu abſque reſeruatione, non debemus illam extendere ad alium caſum, qui tacitè poteſt contineri in alio loco cum reſeruatione. Vel ſumus in vſurpatione,huius tituli cuſtodiæ Eccleſiæ,vel beneficii, abſque per-



Digitized by Google

ceptione fructuum illius, vel è contrà in vſurpatione fructuum Eccleſiæ, vel beneficii abſque titulo (iſta enim poſſe ſeparari inter ſe, patet ex *gloſa d. cap. generali*, vbi quærit de illo, qui iuſto titulo, vel antiqua conſuetudine debet habere cuſtodiam vacantis Eccleſiæ, monaſterii, hoſpitalis, vel alterius loci pii, an vacante Eccleſia, ſibi lucrifaciat fructus? Et reſpondet, quòd non, ſed tantum ſubdit, quòd habebit moderata cibaria, ſequitur *Franciſcus de Platea loco ſuprac. n.6.*) & hoc caſu intrant opiniones contrariæ, de quibus ſup. an in illis locis *Concilij*, vel *Bulla* comprehendantur ipſæ Eccleſiæ, & beneficia, vel eorum fructus Sede vacante, quę cùm ambo habeant bonos authores, (opinionem namque negatiuam docet *Caiet. & Tolet.* apud præcitatos) etiam vtraque opinio eſt probabilis, & data opinione affirmatiua, quæ eſt magis recepta, ad incurrendam excommunicationem Bullæ cænæ requireretur ſecundum omnes, quòd dicta vſurpatio authoritatiuè fiat, occupando illa, vti ad ſe de iure pertinentia, quòd etiam aliqui authores affirmant quoq. probabiliter, quando tractatur de incurſu excommunicationis latę in Concil. Trid. vt dixi ſuprà, fauet *Sforcia in ſelectis S. S. Pontificum conſt. theor.* 426. qui eodem modo loquitur hoc caſu de excommun: Bullę, & Concilii, (& ſi erret, aſſerendo, excommunicationem Concilii, nõ eſſe reſeruatam) & forſan hoc idẽ voluit dicere *Theſaur. loco vltimo citato*, ibi *ſi prætextu priuilegij, aut alterius facultatis, iniuſtè id faciat, incurrit excomm. latam à Trid. & in Bulla cana.* corrigens id, quòd antea dixit *loco primo citato* indiſtinctè loquendo, *quòd quo ad bona, quæ vacante beneficio, capit Camera Apoſtolica ratione ſpolij, non poteſt eſſe dubium, quin ſit locus excommunicationi d. c. 17. Bullæ, &c.* Licèt autem fructus, vacante Eccleſia inferior, percipiat Camera, tñ cuſtodia ipſius Eccleſiæ vacantis, ille habebit, qui habet ius inſtituendi, qui eſt Epiſcopus, vt per *Barboſam de officio, & poteſtate Epiſcopi allegatione 72, à num. 16.* ſicut cuſtodiam cathedralis habet capitulum. *Abbas in cap. Bona memoria de appellat.*

# RECOLLECTIO QVINTA.

## De officio, & poteſtate Confeſſarij circa pęnitentes, qui in excommunicationem *Canonis ſi quis ſuadente Diabolo 17. q. 4.* incurrerunt.

*Eſt tam ampla materia iſtius excommunicationis, vt egeat particulari loco, diſtincto ab alijs cenſuris, ita enim Doctores de ea tractantes obſeruant, vt eſt videre apud omnes, qui agunt de cenſuris, & quia quæ ordinatim tractantur facilius capiuntur, ac tenacius memoria retinentur, ex quo hic excommunicantur percutientes Clericum, vel Monachũ. Quęro in primis.*

***Clerici, & Monaci nomine, qui veniant in hoc textu.***

1 QVòad primã partem, ſit. Prima Concluſio: Clerici nomine hic non ſolum comprehenditur qui ſacris eſt inſignitus ordinibus, itẽ etiam minoribus, ſed quoque qui tantum prima tonſura eſt initiatus. *Gloſa in c. cum contingat de ætate, & qualitate ordinandorum cum concordantibus, Auila poſt alios p. 2. c. 5. diſp. 3. dub. 11. verſ. ſecũda concluſio, Marius Antonius lib. 3. variar. reſol. 2. nu. 3.* teſtatur de communi *Molina t. 4. diſp.* 50. *n.* 3. ante quẽ *Sayrus lib. 3. de cenſuris cap.* 26. *num. 4.* Qui *ibid. num.* 5. benè limitat, quando vel talis ordinatus non erat baptizatus, quia tunc non recipit characterem, vel fuit ordinatus
2 coactione abſoluta, vel etiam conditionali, niſi poſtea expreſsè, vel tacitè ratificet ſuſceptionem ordinis, & proſequitur, aliis authoribus allegatis *Bonacina tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect. 3. num. 5. ad finem, & Squillantes c. 6. de priuilegijs Clericorum à num. 6.* Ampliat tñ *Sayrus ibid. ſub n.* 5. in ordinato per ſaltũ,
3 & idem dico ego de ordinato, vel ab alieno Epiſcopo abſq. dimiſſorijs, vel cum dimiſſorijs falſis, nam tales verè recipiunt ordinem, & ſi maneant ſuſpenſi ab illius executione, vt præſupponunt pro certo *Barboſa*

Digitized by Google

boſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 5. num. 18. Duardus lib. 2. in Bullam cænæ can. 15. q. 3. Squillantes remiſſiuè cap. 6. de priuilegijs Clericorum num. 9. & tantum diſputant de priuilegio fori, de quo magis apud Doctores erat difficultas, antequã emanaſſet declaratio à S. P. D. N. Vrbano VIII. pro negatiua, quam refert idem Squillantes ſup. cap. 7. ſub num. 29. Expreſsè quòd tales gaudeant priuilegio canonis, dixit Marchinus de ordine tr. 2. p. 1. diffic. 11. c. 15. & ſi alleget Mart. & Duardum, qui Duard. in ſummario dicti numeri facit mentionẽ priuilegii canonis, non autẽ in corpore. Tamẽ rationes, quibus ipſe probat, competere dictum priuilegium fori, tanto magis fauent pro priuilegio canonis, maximè quòd Clerici non ſolum ſuſpenſi, ſed etiam excommunicati, interdicti, & degradati verbaliter gaudẽt hoc priuilegio, vt infrà. Vndè miror, quomodo Bonacina t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. p. 3. ſub. num. 7. neget hoc priuilegium ordinato ab alieno Epiſcopo, vt ſup. dum ipſemet ibid. diſp. 1. q. 16. p. 3. ſub num. 5. concedat eidẽ, ac etiã ordinato ab Epiſcopo excõmunicato, ſuſpenſo, vel depoſito, (idem dic de ordinato ante legitimã ætatẽ) priuilegiũ fori. ꝙ difficulter amittitur, vt infrà. Secus autẽ dicit Megal. de ſeruo ordinato abſq. licẽtia domini p. 3. lib. 4. c. 1. n. 38. Ampliant ſecundò, communiter Doctores, in Clerico coniugato, nàm talis fruitur priuilegio fori, & canonis, vt aliàs ſæpè dictum fuit, & ſi inter

4 ipſos tantum controuertatur, vtrum ad hoc ſufficiat, quòd obſeruet illas duas conditiones cap. vnic. de Cleric. coniug. in 6. ſcilicèt vnicam, & virginem ſuſceperit, & habitum, & tonſuram geſtet, vel etiam ſit neceſſaria tertia conditio addita à S. Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 6. de reformatione, vt nempè ſit quoque de mandato Epiſcopi adſcriptus ſeruitio alicuius Eccleſiæ? Nam Toletus lib. 1. cap. 32. num. 8. Sayrus ſup. nu. 4. Sanch. lib. 7. de matr. diſp. 46. n. 2. poſt Farinacc. & alios Gratianus t. 1. ſuarum diſcept. forenſ. cap. 190. Duardus lib. 2. cap. 15. q. 3. num. 5. Conink diſp. 14. num. 158. Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. cap. 5. n. 3. verſ. ſecunda. Squillantes cit. cap. 6. de priuilegijs Clericorum num. 16. Bellettus p. 1. ſua diſquiſit. clericalis titulo de diſciplina clericali §. 1. num. 37. affirmant. Et alij nempè Molina t. 4. diſp. 54. num. 9. Leſſius lib. 2. cap. 33. dub. 5. in principio. Bonacina cit. ſect. 3. nu. 14. & clarius Auila loco ſuprac. Negant, docentes dictam conditionem eſſe additam à Trident. ratione priuilegii fori, de quo ibi eſt ſermo, & proinde, ꝙ illius diſpoſitio minimè extendenda ſit ad hoc priuilegium canonis, quæ eſt ratio valdè probabilis, fauet huic opinioni Marius Antoninus lib. 3. var. reſol. 48. num.

5 44. vbi negat dictum ſeruitium eſſe neceſſariũ, quã adſunt reliquæ cõditiones, etiã quò ad priuilegiũ fori. Addę dummodo nõ exerceat artem vilem, vel officium clericali ſta-

6 tui nõ correſpondentem, veluti tabernarii, macellarii, &c. Clem. 1. de vita, & honeſt. Clericorum, Sayrus, & alij ſup. intellige ſi ter admonitus nõ deſtiterit Molina ſuprac. diſp. 54. n. 3. Bonac. ſup. ſect. 4. n. 12. ſecus autẽ eſt ſi tan

7 tũ negotiationẽ illicitã exerceat, quę nõ dedecere videtur ita Clerico coniugato, ſicut nõ coniugato, Duard. loco ſuprac. n. 4. Laym. lib. 4. tom. 9. cap. 7. num. 4. Quòd in coniugato hæc requiſita debeant cõcurrere copulatiuè, probãt, poſt alios Ciarlinus c. 53. nu. 11. &

8 Gratianus loco ſuprac. & ſupponit Marchinus de ordine tr. 2. par. 1. cap. 15. difficult. 10. & ſi contrarium doceat ibid. difficult 4. & partim etiam diffic. 6. de Clerico non coniugato, & & ante eum Marius Antoninus lib. 3. reſol. 48. num. 10. An verò ad euadendam dictã ex-

9 communicationẽ, ſufficiat ſi tempore, quo percutitur talis Clericus coniugatus non deferat tonſuram, vel habeat veſtes clericales (ideſt ſecundũ conſuetudinẽ loci Sanch. ſup. diſp. 46. & Auila loco ſuprac. poſt concluſ. 2. Layman ſup. & Ciarl. num. 17.) non reperio tactum à Doctoribus, & ſi ex ijs, quæ docent in terminis priuilegii fori, poſſimus id faciliter decidere, quòd ſcilicèt non excuſet, vbi talis antea ſolebat illum geſtare, nec putet ipſe percutiens, illum dimiſiſſe, dictum Clericum coniugatum animo ipſum non amplius reſumendi Ciarlinus ſuprà num. 16. Nota differentiam inter Clericos coniugatos, & non coniugatos circà hoc particulare, nàm de Clerico non coniugato non ita de facili præſumi debet, quòd dimiſerit habitum ſicut de Clerico cõiugato, imò cùm in dicto loco S. Concilij, (quo inſpecto non eſt amplius neceſſaria monitio) ſit ſermo de priuilegio fori, & non canonis, quòad priuationem huius priuilegij canonis, propter dimiſſionem habitus, & tonſuræ, in Clericis non coniugatis poſſet dici, quòd ſit neceſſaria

10 montio iuxta ius commune ſaltem generalis in ſynodo, quòd ſecus eſt in Clericis cõiugatis, pro quibus non eſt neceſſaria aliqua Marius Antoninus cit. lib. 3. reſol. 48. à num. 6. & Marchinus ſup. diffic. 5. & diffic. 8. & ſequitur Auila ſuprac. diſp. 3. dub. 11. concluſ. 3. Vnde quod ait Sanchez ſup. nu. 8. Pium IV. in quadam Bulla ad euitandas fraudes, declaraſſe pro priuatione fori, neceſſe ſit, quòd per ſex menſes ante delictum, quis non detulerit habitum, & tonſuram, procedit in Clericis non coniugatis, non autem in Clericis coniugatis. Præterquam datur caſus, in quo Clericus non coniugatus gaudeat priuilegio canonis, & fori, non incedendo in habitu, & tonſura, neque inſeruiẽdo Eccleſiæ, ſi ſit beneficiatus, cuius bene-



Digitized by Google

ficij non eſt capax ipſe Clericus coniugatus,
abſque diſpenſatione S. Pontificis, quo caſu
ſi haberet dictam diſpenſationem, crederē,
quòd eo modo gauderet, ſecus autem ſi
11 haberet cum dicta diſpenſatione S. Pontifi-
cis, tantum penſionem, quia ſi non incede-
ret in habitu, & tonſura, non gauderet di-
ctis priuilegijs, vt habui in facto, quia nec
penſionarius non coniugatus gaudet dictis
priuilegiis, ſi non incedat in habitu, & ton-
ſura, vt contrà aliquos clarè habetur per
*Bonac. cit. tom. 3. diſp. 1. q. 16. p. 6. num. 23.* vbi
refert, ita declaraſſe S. Congreg. fauet deciſio
*Rota Romana in illa ferrarien. penſionis corā*
*virili, quæ eſt 96. apud Viuiani praxim de iure*
*patron.* vbi quòd ſimilis diſpenſatio proſit
tantum quòad retentionē penſionis, & *Lay-*
*man lib. 1. tract. 5. cap. 3. n. 1. ad finem*, videte
*Riccium p. 1. praxis deciſ.* 302. *num.* 4. vbi re-
fert *deciſ. S. Congreg.* per hæc verba. *Cui re-*
*ſeruata eſt penſio, vt Clerico, ſi non incedat in*
*habitu, & tonſura, non gaudet priuilegio fori,*
de qua re etiā agit *p. 2. praxis reſol.* 151. Dicta
12 penſio hoc caſu deſeruiet pro ſeruitio Ec-
cleſiæ, ſuppoſita opinione, quòd illud re-
quiratur, ita declarauit Sacra Congrega-
tio apud *Barboſam alleg.* 57. *num.* 151. refert
*Marchinus ſup. diffic. 2. ad finem.* Ex dictis ſe-
quitur, contra *Ambroſinum cap. 22. de immu-*
*nitate Eccleſiaſtica num.* 6. *& Decianum tr.*
*crimin. lib. 4. cap. 8. num.* 17. Eum, qui adhuc
13 non eſt initiatus prima tonſura, & ſi habitu
clericali incedat inſeruiendo Eccleſiæ ani-
mo aſcendendi ad ſtatum clericalem, non
gaudere dictis priuilegiis fori, & canonis,
vt poſt *Panorm.* docet *Reginaldus li. 1. ſua pra*
*xis num.* 213. *ad fin. iuncto lib. 3. num.* 354. *&*
*ſeq.* & poſt *Bonacinam* proſequuntur *Adden*
14 *tes ad Duardum cit. q. 3. lit. A*, & de Clericis
ſaluaticis, quòd non gaudeant priuilegio
canonis, declarauit S. Congreg. deſuper iſtos
edita 10. Kalendas Iunii 1623. apud *Riccium*
*4. p. praxis*, vbi agit de hac materia latè, à *re-*
*ſol.* 480. *& Barboſam in collect. ad Concil.*
*Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de reformatione num.* 45.

Secunda concluſio, Monachi appellatio-
ne non ſolùm venit quiuis Regularis ap-
probatæ Religionis, vbi emittitur profeſsio
ſollēnis, & ſi nullo initiatus ordine, vel prima
tōſura, ſed etiā Religionis approbatæ, in qua
tantū viuant Religioſi ſub obedientia Præ-
15 lati licèt nō emittāt d. profeſsionē, *Molina*
*cit. diſp. 50. n. 4. verſ. Hoc eod. priuilegio.* Item
nō ſolū maſculus Religioſus, ſed etiā fæmi-
na monialis, eodē modo Religionis appro-
batæ, vbi emittatur, vel nō emittatur profeſ-
ſio, dūmodo ibi collegialiter viuant ſub obe-
dientia, vt infrà. Item non ſolum Ordinis
clauſtralis, ſed etiam militaris, etiam ſi non
16 ſint Clerici, quòd eſt certum de Equitibus
S. Ioannis Hyeroſolomitani, quos vocant
Melitenſes, vt poſt *Bellettum*, dixi ſuprà *p. 2.*
*recoll. 1. n.* 103. Addo nunc *Molinam suprac.*
*diſp.* 50. qui ait, de hoc non eſſe dubitandū,
præterquàm enim, quòd iſti profitentur tria
vota ſubſtantialia Religionis, & præcipuè
votum caſtitatis ſimpliciter, prout alii Reli-
gioſi clauſtrales, habemus de his tex. apertū
in *cap. canonica de ſent. excomm.* vbi S. Pon-
tifex concedit facultatem, vt Prior, qui toti
Conuentui præeſt poſſit abſoluere, ſi ſit ſa-
cerdos, Fratres ſibi ſubiectos ab excommun.
huius canonis, qn̄ percuſsio non eſt enor-
mis, vbi *Gloſa verbo Fratribus* ſubdit, idem
*de Abbate*, & de iure communi Abbas, ſeu
Superior Regularis non abſoluit ſuos ſubdi-
17 tos, niſi quando inter ſe ſibi inuicem per-
cuſſerunt, non autem quando Clericum,
*cap. cum illorum eod. illo tit.* vbi talis percuſ-
ſio reſeruatur Papæ, & in *c. Religioſo eod. tit. in*
6. vbi ad euitandā euagationē conceditur ab
ſolutio Epiſcopis, & ſecundum priuilegia
conceditur Prælatis, vt dixi ſup. *recoll.* 11.
*n.* 196. ergò præſupponitur, percuſsionem
ipſorum Equitū ſubiacere huic excommu-
nicationi (nec enim præſumendum eſt, hāc
facultatē dicto Priori conceſſā, tantū fuiſſe
quando ipſi Equites percuſsiſſent Clericos
eiuſdem Ordinis militaris, cùm lex adapta-
tur ad ea, quæ frequenter, & non ad quæ
raro accidere ſolent. *l. nō ad ea ff. de legibus,*)
*Toletus, & Garſias*, quos ſequitur *Squillantes*
*c. 6. de priuilegijs Clericorum n.* 37. *Villalobos*
*tr. 17. diffic. 22. num.* 15. *par.* 1. Et *Duardus*
*lib. 2. in Bulla cana, can. 15. q. 5. ad finem*, vbi
poſt *Franciſcum de Ponte conſ.* 14. probat, qd
ſint verè Religioſi, & gaudeant omnibus
priuilegijs Clericorum, & Religioſorum, &
poſt alios nouiſsimè proſequitur *Nouarius*
*in ſua lucerna Regularium verb. Milites in*
*principio.* Quòd ita ſint veri Religioſi, vt ha-
18 bentes vota Religionis, ſatisfaciāt ſumendo
habitum dictæ militiæ, probat contra aliquos
*Diana p. 2. tract. 16. reſol.* 38. & ſi ſecus ſit in
clauſtrali, qui habet licentiam ad ingrediē-
dam quamcunq; Religionem, quia non cē-
ſetur licentiatus, etiam quòad iſtam, vt de-
clarauit S. Congreg. apud *Quarantam verbo*
*Monaſteriū, & Cōuent.* itē etiā quia per ipſius
19 militiæ vota certè dirimitur matrimonium
poſtea contractū, idē *Diana p. 3. tr. 2. reſol.* 30.
*verſ. quinto notandum.* Difficultas eſt de aliis
Equitibus aliorum Ordinum militarium,
nempè D. Iacobi Alcantaræ, Calatrauæ, &c.
cùm plures Doctores velint, hos non eſſe
verè Religioſos, quia non emittunt om-
nia tria vota ſubſtantialia ſimpliciter. Vn-
20 dè ſunt capaces beneficiorum ſæculariū
ſimplicium, & curatorum, *Garſias de be-*
*nef. p. 1. tom. 4. num.* 24. *in addit. Barboſa de*
*offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 57. *num.* 174. *& in*
*collect. ad Concil. Trid. ſeſſ. 13. cap. 10. num. 4.*
*de re-*

Digitized by Google

*de reformat.* itē etiā penſionum, ſic fuiſſe deciſum, refert idem *Barboſa ad Concil. Trid. cit. ſeſſ.* 15. *de reformat. cap.* 11. *n.* 9. non autem
21 milites Hyroſolimitani, ideo per ꝓfeſsionē in alijs militiis non vacant beneficia, & penſiones ſæculares, ſicut per profeſsionem in militia S. Ioannis, vt dixi *in tract. de officio Capellani q.* 4. *praxi* 1. *nu.* 69. quidquid iſtos illis equales in hoc, arbitretur *Lezzana p.* 2. *cap.* 5. *num.* 42. & pro noſtra ſententia vidi
22 quandā deciſ. Rotæ in vna Capuana. Itē votū Religionis Hyeroſolimitani non diſpenſatur ab Epiſcopo, & Regularibus, & alijs tēpore iubilei, ſicut diſpenſari ab eis pōt votū alterius Ordinis militaris, vt dixi cum *de iubileo p.* 2. *n.* & me citato, ſequitur *Boſſius de iubileo ſect.* 2. *caſu* 19. *n.* 10. ideoq. illos nō gaudere hoc priuilegio canoni, præter alios, ꝓ cer
23 to ſupponit *Villalob. loco ſuprac.* His nō obſtantibus, ꝙ iſti milites gaudeant poſt innumeros, probat *Garſias p.* 1. *c.* 4. *de benefic.* ex eo, quòd dato, & non conceſſo, non ſint tales verè Religioſi, tamen ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, quòd ſufficit vt poſsint gaudere dicto priuilegio, poſt *Nau. & Vgolinum* loquēdo etiam de militibus Chriſti, de Auijs Monteſæ, & alijs, probat *Duardus loco ſuprac. n.* 9. & de Equitibus S. Lazari in Sabaudia, & S. Stephani, Florētiæ loquendo, poſt *Bonacinā, & Nau.* probat *Squillantes cit. cap.* 6. *num.* 38. & 40. quibus addo *Marium Antoninum lib.* 1. *var. reſol.* 112. *caſu* 63. diffusè id probās de militibus S. Stephani, & generaliter loquendo probat alijs allegatis *Diana p.* 1. *tr.* 2. *reſol.* 72. *& iterum p.* 5. *tract.* 13. *reſol.* 44. vbi non ſolū teſtatur de cōmuni, ſed etiā quòd contraria opinio ſit prorſus refellēda, latè *Portellius v. manus violenta n.* 7. *Lezzana par.* 2. *ſua ſumma cap.* 5. *num.* 38. *Bonacina tom.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 3. *pun.* 6. nec negare videtur *Manriq. p.* 2. *q.* 108. *ſub n.* 8. in hoc ſequendo *Dianā* vt eum impugnet in eo, ꝙ dixit alias *p.* 3. *tract.* 2 *reſol.* 64. vbi exiſtimat opinionem
24 *Azorij*, quòd ſit peccatum ſimoniæ dare aliquid Titio, vt aliquem faciat ſuſcipere habitum Equitum D. Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. procedere quando Titius daret dictam pecuniam tamquam pretium dicti habitus, ſecus ſi daret gratis in remunerationem laborum, etiam ſi dicta pecunia excederet menſuram illorum, de qua re infra Deo dante, cùm de ſimonia. Prò huius diffi-
25 cultatis reſolutione placet ſentētia *Molina tom.* 4. *de iuſtitia diſp.* 50. *n.* 5. *ad finem.* qui & ſi fateatur, hos alios ordines militares in principio ipſorum, habuiſſe hoc canonis priuilegium, quia communiter viuebant (& ſi quidam eorum, ſolum caſtitatem coniugalem profitebantur) ac etiā ob priuilegiorū cōmunicationē Religionum, quarum regulas profitentur. *Cæterum hodie cùm à multis annis, huiuſmodi commendatarij in Congregatione non viuant, diſpenſataque habeant maximā ex parte vota caſtitatis, ac paupertatis, neq. viuant, niſi vt merè ſæculares, nullum ferè exercitium obedientiæ habentes, intuendum arbitror, quò ad priuilegia clericalia, ſeù eccleſiaſtica, attinet, ad conſuetudinem, illique erit ſtandum*, vbi ſubdit in Luſitaniæ, & Caſtellæ Regnis, vigere conſuetudinem in contrariū nēpè ꝙ non gaudeant iſti Equites d. priuilegio canonis. Nota quòd *Molina* loquitur de *commendatarijs*, in quibus maior poteſt eſſe difficultas, ex quo cùm commendæ ſint beneficia eccleſiaſtica, illi videātur magis perſonæ eccleſiaſticæ iuxtà notata per *Duard. ſupra. q.* 5. *ad fin.* attingit hoc idē *Bonac. ſuprac. n.* 9. ibi. *niſi fortè ibi contraria conſuetudo fuerit abrogatū. in aliquibus. n. Regnis vſu receptum eſt, vt Equites nonullarū Religionū non fruantur priuilegio canonis* (quidquid ſit de conſuetudine in cōtrarium circa priuilegiū fori, de qua teſtatur *Megal. p.* 3. *li.* 5. *c.* 10. *n.* 27.) Qui *Bonac.* & ſi ſubdat illa verba, *an autē illa conſuetudo contra libertatē huiuſmod perſonarū legitima ſit, patet ex his, quæ dixi in Bulla cænæ.* Tñ quia eo in loco tractat de cōſuetudine cōtra libertatē eccleſiaſticā, quæ
26 eſt de iure diuino, non poteſt illa doctrina applicari caſui noſtro, cùm nulla cenſura ſit de iure diuino, vt ſæpius dictum fuit, nec etiam contra hæreticos, neque dicta priuilegia iſtis cōpetūt de iure diuino, cū nō ſint verè Religioſi, vt declarauit *Rota Romana apud Seraph. deciſ.* 587. imò neque ſimpliciter perſonæ eccleſiaſticæ, ſed tantum ſecudū quid, vt per *Molin. locis ſuprac.* cū igitur tantum illis hoc competat ex declaratione S. P. quæ habet vim legis, potius recurrendū ad aliā doctrinā, de qua ſup. *recoll.* 2. *à n.* 716. vbi de conſuetudine excuſante à pæna excōmunicationis, vel alterius cenſuræ, vbi in ſpecie, quòd ad hoc ſit ſufficiens præſciptio decennalis, & non requiratur quadragenalis, vt putat *Molina loco ſuprac.* & ꝙ in dubio negatiuo, probabiliter poſſit quis iudicare d. cēſuras cōſuetudine fuiſſe abrogatas.
27 Veniunt tertiò Nouilij, ac Nouitiæ Religionum, vt ſup. expreſsè probatur *cap. Religioſo de ſent. excomm. in* 6. ita *Suarez, Sayrus*, & alij communiter, teſtatur de communi *Portell. in ſuis dubijs regularibus v. manus violenta num.* 5. *Lezzana p.* 1. *cap.* 24. *num.* 4. *Bartolomeus de Vecchis in praxi nouitiorum diſp.* 10. *dub.* 10. & poſt *Sanch. lib.* 5. *ſumma c.* 5. 4. *num.* 24. ampliat *Bonacina t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 6. *ſect.* 3. *ſub num.* 7. etiam ſi admiſſus fuerit
28 Nouitius ad Religionē ante annos pubertatis (ſequitur *Peregr. ad noſtras conſt. p.* 2. *c.* 5. *§.* 6.) & limitat quotieſcunq. ingreſſus dicti Nouitij non ſolum ob ætatem infantilem, & ſic quando ingreſſus eſt irritus de iure

turali

Digitized by Google

turali, ſed etiã qñ ob quãcumq. aliã cauſam, de iure poſitiuo eſſet d. ingreſſus inualidus, quę limitatio confirmari poteſt ex eo, ꝙ poſt alios notat *Bartolomeus de Vecchis loco ſuprac. diſp. 14. dub. 2. num.* 10. quòd ſcilicèt in-
24 ualidè profeſſus nõ gaudeat priuilegijs Religionis, hanc limitationem quoad ſecundã partem de inualiditate ingreſſus de iure poſitiuo, non approbarem, nam ex eo quia ingreſſus eorum fuit inualidus, non per hoc non viuit intra clauſtra, ſub obediẽtia Prælati, & habitu non ſæculari, in ordine ad vitã Religioſã, quod ſufficit, vt valeat quis gaudere priuilegio canonis, & ſi non ſit neque nouitius, neque conuerſus, ſed tantum perſona Deo dicata, ita notabiliter *Portellius ſuprac. verb. manus violenta num.* 6. Ex quo inferri poteſt, quid dicendum de Religione, vbi ante annum probationis, experiuntur, ingreſſi per aliquod tempus, habitum induti, & ſi aliqualiter diſtincto ab habitu nouitiorum, vt eſt in noſtra Religione, reſpectu Clericorum, ac etiam laicorum, quo tem-
25 pore vocantur hoſpites, ipſi enim etiã gaudent dicto priuilegio, ſicut nouitij, & ſi non ſint tales, & ſic non ſolum veniunt appellatione nouitiorum ad effectum, vt poſſint ordinari prima tonſura ſicut nouitij, vt adnotauit *Peregrinus ad dictas conſtitutiones p. 1. cap. 4. litt. A* §. 4. de qua materia ordinationis nouitiorum, vide *Vecchis ſuprac. diſp. 1. dub. 8. & Lezzanam p. 1. cap. 24. nu.* 6. ſed in omnibus alijs, ratione, de qua ſuprà. Hoc eſſe verum etiam in nouitijs ordinum militariũ, poſt alios notauit *Diana loco ſuprac. p.* & repetit *p. 5. tr. 13. reſol.* 44. ac ſequitur *Lezzana q. 2. c. 5. n. 38. ad fin.* quòd intellige maxi-
26 mè de nouitijs militiæ Hieroſolymitanæ, nõ ſolũ ex eo, quia de profeſſis in ea, eſt certũ, gaudere d. priuilegio, ſed etiã quia d. militia hodie cõprehenditur ſub decreto Concil. Trid. de anno probationis, vt declarauit S. Congregatio 3. Iunij 1599. relata per *Bartolomeum de Vecchis in ſua praxi pro nouitijs diſp. 11. dub. 2. n. 4. ad finem.* ꝙ non eſt de alijs militibus, ſeù ordinibus militaribus, vbi eodem tempore, quo conceditur habitus, poteſt dari profeſſio, & ſic hodie procedit *deciſ. Rota apud Seraph.* 121. vbi tractatur de militia S. Stephani Florentiæ, fauet eadem *Rota apud eundem Seraph. deciſ. 549. ad finem.* vbi
27 præſupponit, nouitios militiæ Calatrauæ, nõ eſſe exẽptos, & ſi fundetur in eo, quod dicti nouitij non teneantur obſeruare regulam, quæ ratio militat in nouitijs etiam Religioſorum clauſtralium, de quibus loquitur *Silueſter ab ead. Rota* ibi allegatus, & tamen iſti gaudent priuilegijs Religioſorum, etiam in materia exemptionis, vt latè poſt alios *Squillantes cap. 8. de priuilegijs Clericorum n. 14.* & de nouitijs Calatrauæ, aliorũq. ordinũ militarium, inſpecie loquitur *Diana parte 1. tract. 2. reſol. 49. ad finem.* Nota *Megalium cit. p. 3. lib. 3. cap. 10. num. 27.* poſt *Martam, & Bobadillam.* generaliter docere, nouitios ordinum militarium gaudere exemptione, & hoc priuilegio, vt explicat *cap. ſeq. n. 40.* ſi actu ſeruiant, vel viuãt in Conuẽtu. Quartò veniunt Conuerſi, & Cõuerſæ ſeù vt vulgò vocant laici Religioſorum, de quibus ſup. communiter viuentium, quòd
28 eſt verum non ſolum vbi tales profeſſionẽ emiſerunt in ea Religione, vbi emittitur profeſſio, de quibus eſt certum, quòd ſint verè Religioſi, *can. vt lex 27. q. 1.* ac etiam ſi nouitij ſint, vel hoſpites, vt ſuprà, cùm ſint perſonæ eccleſiaſticæ, ſicut nouitij Clerici. Sed etiam conuerſi, qui vulgò in quibuſdã Religionibus vocari ſolent pænitentes, donati, ſeù oblati, commiſſi, & tertiarij, iſti .n. omnes quando viuunt cum Religioſis, habitu mutato, & ſi non emittant aliquo tempore profeſſionem ſolemnem, gaudent dicto priuilegio, nam etiam ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, vide commiſſis S. Benedicti loquendo, docet *Graffiius conſ. 3. de ſent. excommun.* latè *Silueſter v. Eccleſia 1. ſub num. 6. Lym. lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. & Lezzana p. 2. c. 8. num.* 6. quòd vltimum intellige, tàm eo caſu, quod iſti ſe obtulerunt, vel ſeruiant mutato habitu, manentes ibi, Regularibus, qui profeſſionẽ emittunt, quã alijs, qui nõ emittunt profeſſionem, vt ſunt laici, donati, &c. Præſbiterorum communiter viuentiũ, v. g. Oratij S. Philippi Nerei, Piorũ operariorum, &c. in eis .n. verificatur doctrina *Molina t. 4. diſp. 50. num. 4. verſ. de illis ad finem*, de quibus videte *gloſſam in cap. non dubium de ſent. excomm.* ibi *ſiuè in Eccleſia ſæculari, ſiuè regulari, & Riccium in praxi variar. reſol.* 419. in editione veneta. Dixi *viuunt cũ Religioſis habitu mutato*, quia ſi tantum eſſet donatus, & oblatus vi donationis factæ tàm ſuæ perſonæ, quàm ſuorum bonorum monaſterio, abſque habitus mutatione, ideſt manendo cum habitu ſæculari in monaſterio, vel ſi talis eſſet habitu mutato, & non viueret cum Religioſis, ſed in ſua domo, non gauderet dicto priuilegio, cùm iſtæ duæ cõ-
29 ditiones tàm mutationis habitus, quàm habitationis cũ ipſis Religioſis, copulatiuè ad hoc cõcurrere debeãt, *Duard. ſup. q. 8.* quod ſit de priuilegio fori, & immunitatis à gabellis, reſpectu cuius an ſufficiat, ſi q's ſe, & oĩa bona obtulerit cũ habitus mutatione, vide declarationes S. Congreg. de quibus feci mẽtionem *ſuprà recoll. 2. ſub num.* 480. & præter ibi citatos, habentur etiã dictæ declarationes per *Nouar. in ſua lucerna Regularium v. oblati*, & ſic intellige *Mirandam tom. 1. ſui manualis Prælatorum Regularium q. 29. art. 4. & alios* non ita clarè loquentes.

dent

Digitized by Google

Quinto loco quædã aliæ perſonæ appella
tione Monachorum numerantur, qui gau-
dent etiam dicto priuilegio canonis, nempè
Fratres Tertij Ordinis (quos aliqui confun-
dunt cum Tertiarijs, qui viuunt cum clau-
ſtralibus, qui & ſi non emittant vota ſollem-
nia, neq; profeſsionem, tñ iudicãtur vt Reli-
gioſi, de quibus debent intelligi *Duardus
lib. 2. Bulla cana cap. 15. q. 3. nu. 3. & Conink
diſp. 14. n. 164.* & alij ſimpliciter illis tribuen
tes hoc priuilegium.) Secundò Sorores etiã
Tertij Ordinis. Tertiò Eremitæ. Quartò Ho-
ſpitalarij. Qui oẽs non gaudent d. priuilegio
ſimpliciter, ſed cum aliquibus cõditionibus
Fratres n. Tertij Ordinis ſi collegialiter vi-
uant, gaudent etiam hoc priuilegio, nõ autẽ
ſi in domibus proprijs ſegregatim habitẽt, vt
dixi ſup. *recoll. 2. n. 481.* quibus illic allegatis
addo *Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect. 3. n. 14.
Lezzanam p. 2. c. 14. n. 36. Megalium 3. p. lib. 4.
cap. 1. nu. 4. ad finem, Addentes ad Duardum,
loco ſuprac. Riccium in ſua praxi deciſ. 567.
Ciarlinum in ſuis controuerſ. cap. 18. n 6. Lay
man lib. 1. tr. 5. p. 2. cap. 5. n. 4.* poſt alios cõmu
31 niter. Sorores Tertij Ordinis gaudent, etiã
ſi habitent in eorum, vel parentũ domibus,
quando habeant conditiones, de quibus
bus ſup. *recoll. 2. num. 482. quidquid addentes
ad Duardum*, & alij, eodem modo iudicent
de Fratribus, quàm de Sororibus Tertij Or-
dinis, ita præter Doctores, quos ibi citaui, ha
betur per *Thorum in compendio deciſ. v. Mo
niales tertiaria, Tamburrinũ de iure Abbatiſ
ſarum diſp. 17. dub. 6.* & hoc eſt, quod voluit
dicere *Molin. t. 4. diſp. 50. n. 4. ibi ita idem eſt
dicendũ de quocũq; alio, vel alia*, & poſtea ſub-
dit *quales aliquæ fœminæ ſunt in hoc regno ſub
habitu D. Franiſci, clarè Lezzana loco cit. n. 39.
Diana p. 1. tr. 2. reſol. 84. Squillan. n. 33.* Ere-
32 mitæ nõ ſolũ gaudent hoc priuilegio quã-
do viuunt in communi ſub aliquo Prælato
eccleſiaſtico ex tacita, vel expreſſa Pontifi-
cis authoritate, de quibus non eſt difficultas
apud DD. quibus accedit *Boſſius de iubileo
ſect. 2. caſu 22. n. 60.* ſed etiã qñ non viuunt in
communi, ſed ſeorſim cum habitu religio-
ſo, alicui ſacro loco ſeruientes ſub obedien-
tia Epiſcopi, vel alterius Prælati, ita poſt
*Alterium, Bonacina ſuprac. ſect. 3. nu. 10. verſ.
ex quo vlterius*, clarius *Squillantes cit. cap. 6.
de priuilegijs Clericorum num. 34. Lezzana
poſt Nau. Suar. & Layman. p. 2. ſua ſumma qq.
regul. num. 6.* quidquid *Lauretus de Franchis
in ſuis controuerſiis inter Epiſcopos, & Regu-
lares q. 41. fol. mihi* 355. putet, contra commu-
nem opinionem, non eſſe neceſſariũ, quòd
Eremita ſit ſub obedientia alicuius ſuperio-
ris, vt gaudeat priuilegiis Eccleſiæ. Tandem
Hoſpitalarij etiam non Regulares, qui pro
feſsionẽ nõ emittunt (de quibus vide *Lezza
33 nam p. 2. cap. 6.*) ſeù qui hoſpitalis curam ge
ſut, tunc gaudent hoc priuilegio, quando
vel mutato habitu, vel portando aliquod
ſignum, promiſerunt caſtitatem in mani-
bus Epiſcopi, ſaltẽ vt mortua vxore, quam
habẽt, aliã nõ ducẽt, renũciãdo bonis ſuis, ita
*Auila loco ſuprac.* ſequitur *Squillantes cit. c. 6.
n. 35. Duard lib. 2. in Bulla cana can 15. q. 7. n.*
9. vbi requirit, quòd tale hoſpitale ſit con-
ſtructum authoritate Epiſcopi, ac etiam ꝙ
bona ſua, talis obtulerit dicto hoſpitali in
perpetuũ, & ſic habeatur tamquã oblatus,
quia vt ſupra dixi, oblati hoc modo ſui, &
bonorum ſuorum tàm Eccleſiarũ Regula-
riũ, quã etiã Eccleſiarũ ſæculariũ, ſi ibi ma-
neant mutato habitu, gaudent hoc priuile-
gio, & ſic intelligo, quòd docet *Bonacina
loco ſuprac.* illos ſcilicet, qui aſſumpto mo-
nachali habitu abhibentur ad obſequia, &
ſeruitia monialium (vel vt ego addo, etiam
34 Regularium) ad petendam pro ipſis elee-
moſinam, gaudere hoc priuilegio, & ſequi-
tur *Squillantes ſup. n. 29.* vndè benè *Graſſius
p. 1. de deciſ. lib. 2. cap. 49. nu. 32.* hoc priuile-
gium extendit ad omnes, qui modo ſu-
pra explicato, ad quemlibet alium vſum
piũ ſũt deputati, idẽ dic de mulieribus, quæ
35 aſſumpto habitu regulari viuunt in cõmu-
ni ſub aliqua Superioriſſa, cui promittunt
ſaltẽ obedientiam, ex licentia tacita, vel ex-
preſſa Epiſcopi, vt Piſis ſunt moniales S. Cla
ræ, Mediolani S. Catherinæ, & S. Sophiæ, de
quibus per *Boſsium de iubileo ſect. 4. caſ. 21.
22. num, & ſeq.* Romæ Turris ſpeculorum,
Neapoli Sororis Vrſulæ, & aliæ ſimiles,
*Squillantes ſup. nu. 27.*

Tertia concluſio: Religioſi profeſſi gau-
dent dicto priuilegio, etiã quòd maneãt ex-
tra clauſtra ſine Superioris licẽtia, vel quo-
36 que ſi ſint apoſtatæ, notant *Silueſter v. Eccle-
ſia 1. n. 6. verſ tertium, ad finem, & Reginaldus
lib. 1. ſua praxis fori pœnitentialis num. 214.
ad finem.* ſicut ſi ſint nouitij, & iam egrediã-
tur ante profeſsionem, non gauderent, vt
per *Reginald. loco ſuprac. in principio*, ſecus au
37 tẽ dicas, ſi nouitij manerẽt extra conuentũ
cum habitu, & licentia ſuperioris, quia cùm
ex hoc nõ interrumpatur nouitiatus, adhuc
eſſent nouitius, vt latè poſt alios habetur per
*Bartolomeum de Vecchis ſup. diſp. 11. dub. 3. n.*
10. vbi id extendit etiam ſi illicitè, & abſque
iuſta cauſa, fuit dicto nouitio à ſuperiore cõ-
ceſſa præfata licentia. Quando autem dixi
quod apoſtata à Religione, cum iam ſit pro-
feſſus, ſemper retineat priuilegium canonis,
intelligitur non ſolum ſi retineat habitum
vel ſuæ Religionis, vel ſaltem clericalem,
38 ſed etiam ſi dimiſerit habitum ſuæ Religio-
nis, & eccleſiaſticũ, & percutiẽs ſciat eſſe apo
ſtatam, ponit caſum *Rodriq. p. 1. ſumma c. 80.
num. 16. ad finem.* ibi *verdad es, que los capita-
nes, que traben en ſu eſercito vn Religioſo apo-
ſtata cebo ſoldado, azotandole, quedan exco-*

*mulgados, porque aun gozan del priuilegio del ſuero, por lo qual tienen obligacion de le entregar à ſu Prelado, porque le corrija.* Sed ex quo Clerici, & ſi dimittant habitum, & tonſu-
39 ram, & fiant milites, non per hoc perdunt priuilegium, niſi poſt trinam monitionem, arma militaria non depoſuerunt, *c. audientia 25. de ſent. excom. & ſic nõ ſufficeret ſi eſſet tantũ adſcriptus militiæ. Squillant. n. 32.* Quæro, an hoc ſit verum de Clericis, tàm ordinũ
40 minorum, quàm maiorũ? *Rodriq. enim loco ſuprac.* ſimpliciter aſſerit, Clericos effectos milites, ſtatim amittere hoc priuilegium: Sed rectius *Suarez*, quem ſequitur *Reginaldus lib. 1. num. 235.* generaliter loquendo de amiſsione huius priuilegij ob non delationem habitus, & tonſuræ ab eo, qui non habet beneficium, diſtinguit inter Clericos prima tonſura, vel ordinibus minoribus initiatos, & in ſacris conſtitutos. *Quòd ſcilicet illi omninò deſerentes habitum, & tonſuram clericalem, ita vt non ſemel, aut iterum, ſed continuata conſuetudine, illis non vtantur, amittant iſtud priuilegium, quandiu perſeuerant in tali ſtatu; hi verò non amittant, idem facientes, donec per ſuum Prælatum admoniti ſe incorrigibiles oſtendant, iuxta ante dicta.* intellige poſt trinam monitionem, ita *Reginaldus*, quidquid ſit de priuilegio fori, quo ſtatim priuantur Clerici in minoribus effecti milites, ſicut amittunt penſionẽ, & tantò magis beneficium. *Theſaurus verbo apoſtata cap. 4. n. 5. Ciarlinus in ſuis controuerſijs cap. 36.* vbi *n. 49.* quòd poſt Concil. tales relinquendo habitum, etiam ſinè trina monitione priuentur priuilegio fori. & ſic intellige de alijs caſibus, vbi à iure exigitur, quòd pro amiſſione huius priuilegii, præcedat trina monitio. Nam adeſt caſus, vbi ſinè trina admonitione amittũt etiã Clerici in ſacris apoſtatæ, dictũ priuilegium canonis (quidquid ſit de priuilegio fori, de qua re vide cõgerentẽ authores ad ſaturitatem, *Dianam p. 1. tr. 4. reſol.*
41 129. nempè qñ ſe immiſcẽt enormitatibus, *c. cum non ab homine cap. perpendimus de ſent. excommunicationis*, non allego textum in *c. 1. de apoſtatis*, quia ibi ſolũ dicitur quòd nõ debeat talis, per Epiſcopum, cenſuris eccleſiaſticis adiuuari, eius remiſſionem procurando, non autem, quòd priuetur priuilegio canonis, ita *Layman lib. 1. tr. 5. p. 1. c. 5. num. 3. verſ. quarto Clerici Squillantes cap. 6. de priuil. Clericorum. n. 12.* & ſic fallitur *Bonacina tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect. 4. num. 11.* vbi equiperat caſum de Clerico milite, & ſe immiſcẽte in enormitatibus, nàm primo caſu, eſt neceſſaria monitio, non autem ſecundo caſu, *Graſſius p. 1. lib. 2. c. 49. nu. 38.* vbi quòd omnes concedant hoc de priuilegio cano-
42 nis. Certũ autem eſt ꝙ quis dicatur ſe enormibus immiſcere, quando nõ ſolũ armis acceptis, ſeditionẽ in populo, & iniuſtũ bellũ gerit, iuxtà casũ tex. in *dicto c. perpendimus.* Sed etiã vbi atrociter quis publicè delinquit prout faciunt publici latrones armati, aſſaſſini, & alii, qui crimina cum ſæuitia, & graui proximi iniuria contra iuſtitiam, ac Reipublicæ pacem committunt, vt per *Reginald. ſup. num. 234 ad finem.* vnde quando *Bonacina ſup. nu. 11.* exemplificat in graſſatoribus, videtur id intelligere iuxtà ea, quæ dixi *ſup. Violantes immunit.* & ſic ꝙ non eoipſo, quis arma geſtet in campanea, etiã ſinè habitu, & tonſura, amittat dictum priuilegiũ (nam hoc caſu requiritur trina monitio, vt dixi ſuprà.) Sed qñ in viis publicis armatus incedẽs, maximè extrà vrbẽ, cõmittit ſæpius latrocinia, vel homicidia ſpoliando viatores, & alia ſimilia vt eſt caſus *deciſ. de Frach. 463.* & refert *Cartarius in deciſ. Curia Archiep. Mediolan. 1. nu. 225.* Nota, quòd *Sayrus lib. 3. de cenſuris c. 27. ſub num. 8.* putat, talem amittere dictum priuilegium canonis, ſiuè dictis enormitati-
43 bus ſe immiſceat cũ habitu, ſiuè ſinè habitu. Contrarium tamen, quòd iſta duo ſimul requirantur, .ſ. ſe immiſcere in enormitatibus, & habitũ dimittere, ſupponunt oẽs ſuprac. DD. & probat *Megal. 3. p. li. 4. c. 2. n. 30.* ac videtur magis conforme *textui in cit. c. cũ nõ ab homine.* Quæres an hoc ꝙ dicitur de iſta cõditione ad hoc requiſita, ſcilicèt habitus ſit verum non ſolum in Clericis in minoribus, ſed etiã quãdo eſſent in ſacris, qui ſe immiſceat in enormibus, vt ſup. Dicerem ſaluo meliori iudicio, intelligi de Clericis in minoribus tantum, & patet, quia in *cap. d. perpendimus*, vbi eſt ſermo de Sacerdote punito à iudice ſeculari, non fit mentio de dimiſſione habitus, & *in c. cũ ab homine*, vbi loquitur textus de Clericorũ, & Presbyterorũ occiſoribus, licèt fiat mẽtio, *de dimiſſo habitu*, tñ id poteſt referri ad occiſorẽ Clericorũ, cõfirmatur ex eo, ꝙ dixi de Religioſo profeſſo apoſtata, qui pari paſsu ambulat cum Clericis, qui ſunt in ſacris, vt per *Layman lib. 4. tr. 9. cap. 7. num. 5.* An autẽ poſsit dari caſus, in quo etiã Clericus in ſacris, qui cũ habitu, & tonſura vt ſup. ſe immiſceat in enormitatibus aliquando amittãt hoc priuilegiũ cano-
44 nis? Saluo iudicio meliori, crederẽ dari casũ qñ .ſ. fuit monitus à deſiſtendo ab exercitio enormitatum, & non paruit, ex quo tunc reddatur incorrigibilis, quòd ſufficit ad hũc effectũ, vt infra. *quæſit. ſeq.* Ex quibus patet quomodo intelligendi ſunt authores, qui dicũt, ꝙ diffidati, & banniti, qui poſſunt occidi impunè, nõ gaudeant priuilegio huius canonis, pro qua re allegatur *à Graſſ. loc. ſuprac. Franchus in c. 1. nu. 5. de homicidio in 6.* videte *Cartarium in ſuprac. deciſ. 1. Curia Archiep. Mediolan. num. 38. & 126. cum ſequentibus*, qui tractat articulũ in terminis huius priuilegii,
45 an ſit licitũ occidere Clericum bannitum.

Quarta

Digitized by Google

Quarta concluſio: Supracitatæ perſonæ, &
45 ſi excommunicati, ſuſpenſi, interdicti, irregulares, vel etiam depoſiti verbaliter, gaudet hoc priuilegio, ita *Graſſius cit. p. 1. lib. 2. c. 49. num 30. Bonacina* qui alios allegat *t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect. 3. n. 4. & 5.* teſtatur de communi. *Squillantes cap. 6. de priuilegijs Clericorũ num. 13.* Hæc concluſio, quoad primam partem de cenſuratis, extenditur etiam ad denunciatos, & vitandos, vt præter citatos ſup. *p. 2. recoll. 1. num. 25.* accedit *Bonacina loc. cit. pro concluſione.* Et quo ad aliam partem de
46 depoſito, vel degradato, vt alij vocant, verbaliter, reſtringitur, dummodo non ſit incorrigibilis. *Auila cit. diſp. 3. dub. 13. caſu 9. Sayrus lib. 3. cap. 27. num. 30. ad finem,* ante hos omnes *Nau. cap. 27. num. 81. verſ. decima,* quidquid cum alleget *Megalius 3. p. lib. 4. c. 1. nu. 36.* pro opinione, quod depoſitus verbaliter non amittat hoc priuilegium, quæ opinio non eſt *Nau.* ſed *gloſſa in can. dictum verbo ſingulariter 81. diſt.* præterquã ꝙ, talis depoſitio, licet priuet in perpetuum beneficio, & officio eccleſiaſtico, non tamen priuat priuilegio fori, & canonis, vt apparet ex eius forma, tradita in *cap. veritatis ad finem de dolo, & contumacia,* & poſt alios habetur per *Laym. lib. 1. t. 5. p. 3. c. 6. n. 5.* vbi quomodo
47 talis depoſitio differat à ſuſpenſione. Incorrigibilis autem, talis depoſitus cenſeri debet ad hunc effectum, ſecundum *Reginaldum lib. 1. ſuæ praxis n. 237. & alios,* qui poſtea fuit excommunicatus, & anathematizatus iuxtà textum in *cap. cum non ab homine de iudicijs.* Addit *Toletus lib. 1. cap. 33. num. 10.* quod depoſiti gaudent dicto priuilegio, etiam ſi ſint incorrigibiles ex iteratione delicti, niſi
48 ter moniti non deſiſtant; imò opus eſſe ſententia declaratoria huius incorrigibilitatis, probant aliqui Doctores, quos retuli *ſup p. 2. recoll. 1. num. 206.* quibus accedũt *Villalobos p. 1. tr. 17. diffic. 22. ſub. num. 14. Laym. lib. 1. tr. 5. p. 3. q. 6. num.* Sed ibi contrariam ſententiam probaui, quam ſententiam, *Layman loco ſuprac.* non videtur omninò improbare, videte *Cartariũ deciſ. 66. num. 63. & 107. & infrà num. 84.*

Quinta concluſio; Ex eo, quod Clerici in
49 ſacris, vel Religioſi profeſſi contrahant matrimonium, non per hoc amittunt hoc priuilegium, patet, quia per dictum ordinem ſacrum, vel profeſſionem irritatur matrimonium, & non è contrà matrimonium irritat dictum ordinem, vel profeſſionem, ſi ergò nullum eſt matrimonium, nullum poteſt producere effectum, ita poſt alios, *Bonacina cit. ſect. 3. n. 6.* qui *ibid. ſect. 4. n. 24.* hoc dicit verum, & ſi per contractũ matrimonij efficiãtur bigami, intellige etiã bigamia verà. Sed
50 quid ſi tales contrahant ex diſpenſatione S. Pontificis, an tunc poſt contractũ matrimonium, gaudeant dicto priuilegio? *Sanchez lib. 7. de matrim. diſp. 8. num. 11.* loquendo generaliter de amiſſione priuilegiorum clericalium, non ſolum docet, quod poſt contractum matrimonium, tales non gaudeant dictis priuilegijs, ſed etiam quod neque antea, ſcilicet vbi poſt obtentam diſpenſationem, antequam contrahant, mutarent habitum de clericali, vel Religioſo in ſæcularem, ad finem vtendi dicta diſpenſatione, & contrahendi matrimonium, in qua ſecunda parte, meritò diſcrepat, loquendo in terminis noſtris, & priuilegio fori. *Squillantes cap. 6. de priuilegijs Clericorum num. 20. & cap. 7. num. 39.* & nota, quod licet iſti authores ſupponant, in iſtis diſpenſatis, habitus mutationem, vt ſuprà, non per hoc, velim inferas, quod tales ſi vnicam, & virginẽ ducerent, ac habitũ, ac tonſuram clericalem geſtarent, non amitterent dictum priuilegium, ſaltem canonis, & fori, prout dixi ſupra de Clericis coniugatis: Nàm eſt val-
51 dè diuerſa ratio de illis, & iſtis, in illis enim, cùm ordinibus ſacris ſint inſigniti, vel profeſſi in Religione approbata, non eſt neceſſarius habitus, nec tõſura, ad hoc vt priuilegijs clericalibus, ſicut in initiatis minoribus ordinibus, habitus, & tonſura ſunt neceſſaria, ad hoc vt poſſint frui priuilegio canonis, & fori, ergo iſtis, & non illis proficit geſtatio habitus, & tonſuræ.

Sexta concluſio: Perſonæ de quibus ſup.
52 gaudent hoc priuilegio, licet conſentiant iniurioſæ percuſſioni ſibi factæ, ita habetur in *c. contingit el primo de ſent. excomm.* vbi eſt ſermo de cõſenſu, rõne ſatisfactionis iniuriæ ab eo priuſ illatæ. Cõfirmatur ratione, iſtud enim priuilegium non eſt priuilegium perſonæ, ſed ordinis clericalis, vt habetur in dicto textu, & nemo poteſt facto ſuo, alteri præiudicare, ita *Toletus,* qui teſtatur de cõmuni *lib. 1. ſumma cap. 35 num. 1. Caiet. Sayrus Suarez, Auila, Conink, & Filliucius,* quos refert, & ſequitur *Bonacina ſuprac. ſect. 3. nu. 5. Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. num. 5. ad finem.* quibus addo *Graſſium p. 1 deciſ. lib. 2. cap. 49. num 6.* vbi quod & ſi dictæ perſonæ poſſint, poſtquam fuerunt percuſſi remittere priua-
53 tã iniuriam, tamen ex ratione, de qua ſup. nõ poſſint renunciare huic priuilegio, ſicut nec alteri priuilegio conceſſo in fauorem ipſius ordinis. Dixi *iniurioſæ,* quia ſecus eſt ſi pcuſſio fuit iocoſa, vt infra, & in terminis notat *Toletus ſup. cap. 32 ſub n 4.* idem dicas, ſi faciat ſe ab alio flagellari ob pænitentiã, *Conink, & alij ſup.* Quod autẽ Clericus cõ-
54 ſentiẽs dictæ percuſſioni, nõ ſit excõmunicatus, ſed tantum poſſit excõmunicari, probant Doctores ſupracitati communiter, ex verbis ipſiusmet *tex. in d. c. contingit.*

Septima cõcl. Perſonæ, de quibus ſup. gau-
55 dẽt hoc priuilegio, nõ ſolũ viui, ſed etiã mor-

Fff tui,

Digitized by Google

tui. Ratio eſt, quia mortuo adhuc infertur iniuria, ſed in canone habetur ratio iniuſtitiæ factæ Clerico, vel Monacho, &c. ergò ita poſt *Felinum, & Decianum, Balardus ad Clarum* §. *fin. q.* 10. *n.* 16. *Toletus lib.* 1. *c.* 32. *n.* 15. *Villalobos p.* 1. *ſumma tr.* 17. *diffic.* 22. *ad fin. Bellett. de fauore cler. can.* §. 1. *n.* 12. *Carol. de Graſſis de effectibus clericatus, effectu* 9. *n.* 140. *Squillantes cap.* 6. *de priuilegijs Clericorum num.* 36. *Naldus verbo ſepultura ſub nu.* 5. *Theſaurus p.* 2. *de pœnis eccleſiaſticis verbo iniuria cap.* 2. *verſ. ampliatur* 2. Contrariam autē ſententiā, præter *Decium, apud Naldum ſup. & Henriq.* apud *Theſaurum, etiā ſup.* Probat *Graſſ. conſ.* 7. *de ſententia excommunicationis num.* 9. *vol* 1. non ea ratione, quia Clericus mortuus non habeat ordines, nam etiā nouitius, & conuerſus non habent ordinē, & tamen gaudent dicto priuilegio canonis, ſed quia cadauer non eſt homo, quaſi dicat, qui non habet ordinem, ex eo poteſt gaudere hoc priuilegio, quia eſt perſona eccleſiaſtica, ſed homo, & non cadauer, poteſt eſſe
56 perſona eccleſiaſtica, quia viuus, & non mortuus, eſt de iuriſdictione Eccleſiæ, vt patet ex his quæ dixi ſupra de abſolutione excommunicati mortui, & notat *Graſſius loc. cit. n.* 4. ergò. Ex qua ratione hęc opinio redditur valdè probabilis, nam quando dicitur ab aduerſarijs, ꝙ mortuo etiā fiat iniuria, conceditur totum, negatur autem, quòd dicta iniuria fiat perſonæ eccleſiaſticæ, prout requiritur ad incurrendam hanc excommunicationem. Adde, quòd ex eo, quia talis iniuria nō fit perſonæ eccleſiaſticæ, nec habēti ordinē, quia character imprimitur in anima, ex tali percuſſione nō infertur iniuria ſtatui eccleſiaſtico, quòd etiā requiritur ad effectū incidendi, in hanc excommunicationem.

### *Clerici, & Monachi quando hoc priuilegium amittant, ita vt illos percutientes, ex hoc capite, non incurrant excommunicationem.*

QVæro hic tantum de *Clericis, & Monachis*, quia de his eſt maior difficultas, cùm aliæ perſonæ, quæ ſtrictè (vt ita dixerim) tales nō ſint, ſed largè tantū perſonæ eccleſiaſticæ, vt nouitij, conuerſi profeſſionē
57 non emittentes, ac oblati, & ſimiles, ob deſertionem nouitiatus, Religionis, vel habitus, ſtatim amittunt dictum priuilegium, ſicut etiam ſup. dixi de Clericis coniugatis. Hoc poſito. Aliqui in primis inter eos, qui amittunt hoc priuilegium, enumerant eum, qui recepit ordinem antequam baptizatus fuiſſet, cùm enim talis non recipiat characterem, non gaudet hoc priuilegio, quæ ratio probat, quòd ille nunquam dictū
58 priuilegium adeptus fuit, vndè cùm priuatio non ſit, vbi non eſt habitus *l. decem, ff. de verborum obligationibus*, impropriè dicitur, quòd talis amittat dictum priuilegium, idē
59 dicerem de ordinato, vi abſoluta, nam etiā inualidè ordinatur, *Conink diſp.* 64. *art.* 8. *nu.* 98. *& duobus ſequentibus*, ſecus tamen eſt de ordinatis ante vſum rationis, vel in dementia, aut vi conditionali ſeù per metū, quia hi accipiunt characterem, & ſi volunt, poſſunt ratificare dictum ordinem receptum, perſeuerando in ſtatu eccleſiaſtico, ideòq. eligēdo tranſitum ad ſæcularem ſtatum, poteſt dici, quòd amittant hoc priuilegium. Alij enu-
60 merant etiam caſum de bigamo, qui eſt ſuperfluus, quia ad hoc, vt Clericus in minoribus (in quo procedit doctrina) coniugatus gaudeat hoc priuilegio, præter habitum, & tōſurā, requiritur ꝙ duxerit vnicā, & virginē. Primò igitur amittunt iſtud priuilegiū, degradati realiter, vel vt aliqui dicūt actuali
61 ter, aut ſollemniter, ideſt adhibitis ceremonijs, quæ habentur in *cap. degradatio in fin. de pœnis in* 6. cū moderatione *decreti Conc. Trid. ſeſſ.* 13. *de reform. cap.* 4. de qua re egi *ſup. p.* 2. *recoll.* 1. *nu.* 191. ideſt quando induti veſtibus, ſicut in officio eſſēt, illis exuuntur vt habet ibi *gloſa, v. priuilegio clericali, Sayrus libro* 3. *cap.* 27. *num.* 30. *Reginaldus lib.* 1. *num.* 237. *Molina diſp.* 54. *num.* 10. *Graffius p.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 31. *Bellettus tit. de fauore perſonali* §. 10. & ſic quando traditur curiæ ſæculari, de qua degradatione eſt ſermo in dicto *cap. degradatio*, ita *Silueſter ex communicatio* 5. *num.* 4. *ad finem.* & ſic intelligendi ſunt Doctores, loquentes ſimpliciter de degradato, vt *Auila p.* 2. *cap.* 5. *diſp.* 3. *dub.* 11. *in* 9. *caſu. ConinK diſp.* 64. *num.* 162. *ad fin. Squillantes cap.* 6 *de priuilegijs Clericorum. & Villalobos p.* 1. *ſumma tr.* 17. *diffic.* 22. *ſub n.* 14. Eſt contra aliquos, vt per *gloſā, Molin. & Squill. locis ſuprac.* quos ex modernis videtur ſequi *Rodriq. t.* 1. *ſumma cap.* 80 *num.* 16. ſed vt rectè *gloſa ſup.* Aduerſarii explicandi
62 ſunt de degradatis verbaliter, de quibus in principio loquitur textus in *d. cap. degradatio*, quam degradationē, vocat *Layman lib.* 1 *tr.* 5. *p.* 3. *c.* 5. *n* 4. ſententionalē, & alii preparatoriā, quia eſt ſententia preparatoria ad degradationem, qua declaratur, ꝙ talis debeat priuari omni priuilegio clericali, ſed hoc intellige qn̄ dicta ſententia fertur contra præſentem carceratum, ſecus ſi contra abſentē
63 qui cùm non comprehendi poteſt à iudice eccleſiaſtico, ſine degradatione, per ſententiam priuatur omni priuilegio, tradendo illum curiæ ſeculari, vt per *Molinam ſuprac. n.* 10. *ad finem. Laym. lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *cap.* 5. *n.* 3. *verſ. ſed quid* ibi *per ſententiam degradationis realem, vel fictam, quæ in abſentem ferri ſolet, &c.* Quo caſu non ſolum amitteret talis pri-
64 uilegium canonis, vt poſſit à miniſtris iuſtitiæ capi, incarcerari, ac pœna corporali multari.

Digitized by Google

tari, & ſic iuſtè percuti, ſed etiam quòd alij iniuſtè illũ percutientes, nõ incurrant excõmunicationem, ſecundùm me, non habet difficultatem, aliàs enim talis diceretur priuatus priuilegio fori, & non priuilegio clericali, quòd complectitur tàm priuilegium fori, quàm canonis, & per conſeqnens illo amiſſo, amittitur, & illud, quod continetur ſub priuilegio fori, vt ait *Coninck cit. diſp. 64. n. 163. ad fin.* de qua re infra *n. 87.* latius, fauet *Layman loco proximè citando n. 3. ad fin.* loquens de degradato, vbi teſtatur de communi, vndè poteſt inferri, quid dicendum de

65 de occidēte Clericũ bannitũ a iudice eccleſiaſtico, vt infrà *n. ſeq.* quia etiã qui illum iniuſtè, ex odio occideret, euaderet hanc excommunicationem, quidquid ſit de quæſtione illa, an occidens talem Clericum bannitum à iudice eccleſiaſtico, includatur in ſtatuto Principis ſæcularis, permittente, quòd banniti poſſint occidi impunè, quam tangit *Iulius Cartarius in deciſ. Curiæ Archiepiſcopalis Mediolan. dec. 1. num. 225. ad finem.* quæ iudicio meo, eſſet vtilior, ſi ageretur de

66 ſtatuto à dicto Principe edito, quo promitteretur præmiũ occidenti bannitum, vtrum illud lucraretur occidens Clericũ bannitum à iudice eccleſiaſtico (ꝙ nõ põt practicari directè, cũ iudex eccleſiaſticus non imponat pænã ſanguinis, ſed indirectè, qñ non poteſt Clericũ cõprehendere, priuando eũ priuilegiis clericalibus, & tradendo illũ curiæ ſæculari, vt ſup. *n. 63.*) quia hoc ſufficit, nec opus eſt vt includatur, niſi forſan intelligant DD.

67 citati ab ipſo *Cartario* de bãnito impropriè, de Clerico ſcilicèt, qui armatus, cum ſocijs incedit per vias publicas committendo furta, rapinas, & homicidia, de quo ipſe poſt *Vincentium de Franchis deciſ. 463.* ibi fecerat mentionem, qui ex alio capite hoc priuilegium canonis amittit, ex quo dicitur hoc caſu ſe immiſcere in enormibus, in quo ſenſu *Graff. p. 1. deciſ. lib. 2. c. 49. n. 38.* dixit poſt *Franchum in cap. 1. n. 5. de homicidio in 6.* publicũ latronem diffidatum, ſeù foriudicatũ non gaudere hoc priuilegio canonis.

Secunda concluſio. Amittunt iſtud priui-

68 legium, heretici, ita *Innocentius in c. ſi verò de ſent. excommunicationis,* quem ſequitur *Felinus ibid* (& ſi ob errorem typographi nõ clarè) & poſt *Emanuelem Sa, & Carolum de Graſſis.* Probat, loquendo de heretico, & ſchiſmatico *Squillantes cit. c. 6. de priuilegijs Clericorum num. 15.* idem addo ego de apoſtata à fide, quia vt inquit *Auila p. 3. diſp.*

69 *4. dub. 2. concluſ. 2.* quoad mores attinet, idẽ iudicium eſt de apoſtata, quàm de heretico, ſupponitur enim, tàm apoſtaſiam, quàm ſchiſma, in tali perſona, habere coniunctam hereſim, quia hereticus, vt rectè probat *Ricciullus lib. 5. de iure perſonarum cap. 20. n. 33.*

70 priuatur omnibus, & quibuſcunque priuilegiis, ſiuè illa competebant ſibi intuitu Religionis, vel Reipublicæ, ſiuè contemplatione perſonæ. Eſt hæc concluſio expreſsè contrà *Rodriq. cit. p. 1. ſumma cap. 80. num. 16.* vbi affirmat, non ſolum degradatum, ſed etiam hæreticum, & apoſtatam à Religione, retinere hoc priuilegium canonis, forſan ex eo, quòd non videatur aliqua ratio differentiæ

71 inter hæreticum, ac excommunicatum, & tamen excommunicatus, vt dixi ſuprà, non amittit hoc priuilegium, ꝙ vt credo fuit in cauſa, vt Præceptor *Felini*, referente cod. *Felino, quoties legebat hoc dictum Innocentij, reputabat illud pro ſingulari.* Sed vel *Rodriq.* præſupponit, noſtrã concluſionẽ procedere in heretico declarato per ſententiam, & ratio diuerſitatis, ſatis eſt manifeſta, quia cum per ſententiã declaretur hæreticus ſimul etiã declaratur priuatus omnibus priuilegijs eccleſiaſticis, vt n. reus criminis maieſtatis humanæ declaratur priuatus priuilegiis ſibi cõceſſis à Principe, nempè feudis, &c. ita hereticus, qui eſt reus læſæ maieſtatis Diuinæ, declaratur quoq. priuatus priuilegijs eccleſiaſticis, *argumẽto tex. in c. ſicut vl primo, & c. ſeq. ad fin. extra de hereticis.* Vel præſupponit, non præceſſiſſe ſententiam, ſed percutienti conſtare, talem eſſe hæreticum, vt ſi quis occideret Sacerdotem inimicum, quem inſequitur vſque ad partes Turcarum, vbi talis apoſtatauit à fide, vel vſque ad partes hereticorum, vbi profitetur aliquam hereſim, & tũc etiam ratio diuerſitatis inter excommunicatum, & hereticum eſt clara, quòd ſcilicèt excommunicatus, licèt ſit extrà Eccleſiam, ſicut hereticus, *vt per Ricciullum locis ſuprac.* tamen cùm excommunicatus adhuc retineat fidem, quam iàm amiſit hereticus; excommunicatus non deſinit per excommunicationem eſſe perſonam eccleſiaſticã (quod ſufficit vt quis fruatur hoc priuilegio) ſicut deſinit eſſe talem, hæreticus, qui fidem non habet, fauet quod poſt alios dixi ſup. *recoll. 4. v. Naufragiũ*, ſcilicèt hæreticos

72 in fauorabilibus (prout eſt in caſu noſtro) nõ venire appellatioue Chriſtianorum, quibus illic allegatis, accedit *nouiſſimè Theſaurus de pœnis eccleſiaſticis p. 2. verb. Naufragiũ verſ. limita quòd.* Si non venit appellatione Chriſtianorum, ergò tanto magis non poteſt venire appellatione Eccleſiaſticorum. Confirmatur, nam vt etiã ibidẽ *v. extrahentes,* dixi, communis opinio, ſe habet, quòd hæretici, etiam excepta cauſa hæreſis, non gaudeant immunitate Eccleſiæ, & data opinione contraria, quam dicit probabiliorem *Bonacina tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. §. 10. num. 2.* neque obſtaret huic noſtræ ſententiæ, cùm ibi tractetur de fauore non ſolum hæretici, ſed ipſiuſmet Eccleſiæ.

Tertia concluſio: Amittũt hoc priuilegiũ exer-



Digitized by Google

73 centes vitium nephandum, ex conſt. Pij V. vbi inter alias pœnas, quæ ibi talibus infliguntur, vna eſt priuatio priuilegij clericalis, apud *Sayrum lib. 5. de cenſuris c. 22. n. 21.* intellige de agentibus, non autem patientibus, qui cùm potius dicantur molles, quàm ſodomitæ, nō cōprehenduntur in caſu reſeruato, & pœnis d. conſt. vt dixi ſuprà *p. 1. recoll. v. n. 216. ad fin.* ſequitur *Diana*, & ſi trepidātèr *p. tr. 3. miſcell. reſol. 64.* & *Marchin.* intrepidè *de ordine tr. 1. p. 8. c. 4. n. 29.* quæ omnia sūt vera, etiam quoad forum conſcientiæ, poſt ſentētiā declaratoriā criminis, vt habetur ꝑ *Dianā ſup. reſol. 67. & Marchinū ibid. n. 22.* Extende, & ſi eſſet notoriè talis, argumento eorū, quæ allegat *Diana p. 1. tr. 2. reſ. 11. ad fin.*

Quarta Concluſio: Amittunt hoc priui-
74 legium, committentes crimen aſſaſsinij, ita *Molina t. 4. diſp. 14. num. 10. ad finem.* Ratio eſt, quia ex *cap. vnico de homicidio in 6.* poſſunt hi tales abſque actuali, & ſollemni degradatione, per iudicem laicum puniri, *Sayrus ſup. cap. 5. num. 3. verſ. ſed quid ſi Clericus*, ergo amittunt hoc priuilegium, clarius *Graſſius ſupra cit. n. 38. verſus finem.* & ſi ſubdat, quòd ad hoc, vt non requiratur degradatio actualis, neceſſe ſit, quòd aſſaſsinium committatur miniſterio infideliū, prout loquitur *tex. in d. c. primo*, quòd non eſt certū, cùm hodiè dictus textus, communi obſeruantia, habeat locum, etiam vbi dictum aſſaſsiniū
75 non committitur opera infidelium, vt dixi ſuprà *recoll. 4. v. aſſaſsinium*, quibus illic allegatis, addo *Theſaurum de pœnis eccleſiaſticis p. 2. v. aſſaſsiniū c. 1. verſ. vnde*, qui teſtatur de communi, poſt *Farinaccium.* Benè verū eſt, quòd ex eo quia in dicto textu eſt ſermo de mandante homicidiū, & recipientibus mādatarios, non autē de mandatario, ideò ſicut mādatarius non incurrit excommunicationē ipſo iure, de qua ibi. *vt loco ſuprac.* dixi ſed debet excōmunicari, ita etiā alias pœnas nō incurrit ipſo facto. Adde quòd etiam iſtæ aliæ pœnæ in dicto textu latæ, contra ipſum mandantē, & recipientes mandatarios, inter quas vna eſt depoſitio ab ordine, & ſic priuatio omnis priuilegij clericalis, indigeat de
76 claratione ipſius criminis, tàm in foro fori, (quo inſpecto loquitur *Gramaticus conſ. 1. in materia foriudicationis n. 55. & 60. poſt deciſ. eiuſdem auctoris*, vbi loquitur de caſu, cuiuſdam Clerici citati à iudice ſeculari, ad allegandam cauſā, quare nō debeat procedi ad ſententiā foriudicationis contra ipſum, ex cauſa contumaciæ, ſuper inquiſitione homicidij, & aſſaſsinij, &c.) quā in foro conſcientię, latè poſt alios *Theſaurus loco ſuprac.* ergò tanto magis, quando agitur de mandatario, qui propriè dicitur aſſaſsinus, ad quem, vt dixi, extenduntur dictæ pœnæ à Doctoribus, & per conſequens debent reſpectu ipſius, regulari dictæ pœnæ, iuxtà modum, quo illas incurrit mandans, de quo agitur directè *in d. textu.* Extende vt ſit vera, etiam ſi talis eſſet notoriè, vt dixi ſupra de ſodomita, & probat *Diana loco ibi citato*, qui & ſi loquatur in caſu priuilegij fori, tamen idem dicendum de priuilegio canonis, iuxtà regulam, quam poſt *Suarez* probat *Layman lib. 4. tr. 9. cap. 7. ſub num. 1.* quòd gaudens priuilegio canonis gaudeat priuilegio fori, & vice verſa, de qua infra. A quo autem iudice fieri debeat dicta declaratoria, videte *Squillant. c. 7. n. 112. de priuilegijs Clericorū.* Nota ꝙ *Reginaldus cit. lib. 1. n. 234. verſ. Aduerte* relatus *ſup.* videtur reducere hūc caſū ad caſū, ſe immiſcētis in enormibus, cùm ſit valde diuerſus, quia pro caſu
77 iſto aſſaſsinij, nec Doctores, neq. tex. *cit. c. 1.* requirunt ad effectum amiſſionis huius priuilegij canonis, frequētatio ſimilis criminis, ſicut requirūt in eo, qui ſe immiſcuit in enormibus, vt dixi ſupra. Item pro crimine aſſaſsinij requirunt declaratoriam, qua non opus eſt in immiſcente ſe in enormibus.

Quinta cōcluſio: amittitur hoc priuilegiū ꝑ exercitiū artis ignominioſæ, vel indecētis ſtatui clericali. Ars ignominioſa eſt officiū ioculatorū, iſtrionū, & mimorū. Ars indecēs eſt tabernarij, macellarij, ac carnificis. Exer-
78 cens Clericus per annū artē ignominioſam ſinè trina monitione Epiſcopi, & ante annū poſt trinam monitionē Epiſcopi, non reſipiſcens, remanet priuatus priuilegio clericali *c. vnico de vita, & honeſtate Cleric. Sanchez lib. 1. opuſcul. moral. cap. 8. dub. 33. num. 5.* vbi *n. 6.* quòd talis annus debeat eſſe continuus, & non ſufficiant menſes interpolati diuerſorū annorū, qui ſimul iuncti faciant annū. Et *nu. 7.* quòd ſecundum probabilem opinionē aliquorū, id procedat nō ſolū in Clericis ordinum minorū, ſed etiā maiorū, quā ſententiā probāt, poſt *gloſam in d. c. vnico Reginaldus lib. 1. n. 223. Laym. lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 5. n. 4. verſ. ſexto, &c. & Theſaur. v. Ars n. 3.* Cle-
79 ricus autē exercens artē indecentē, vt ſuprà, etiā amittit hoc priuilegiū. *Clem. vnica eod. illo tit. de vita, & honeſtate Clericorum*, vbi S. P. facit differentiam inter Clericos coniugatos, & cælibes. Quòd primi .ſ. amittant priuilegiū iſtud, & ſi habitum retineant, vbi ter moniti non deſtiterint. Secundi verò, ſi habitum retineant, non amittant hoc, vel ſimile priuilegium circa perſonas, ſed tantum circa res, pro quibus debent ſoluere tributa, & vectigalia: ita *Layman loco ſuprac. verſ. quinto Clerici, latius, Reginaldus lib. 1. n. 236.* vbi benè poſt *gloſā.* aduert[illegible] ꝑ vterq. debet dictum officium exercere *publicè, & perſonaliter*, & ſic non ſufficiat vnum ſinè alio, eſt autē verū, quòd d. pœna nō extenditur ad alia officia, & ſi ſordida, præter expreſſa

expreſſa

Digitized by Google

preſſa, vt notat *gloſa ibid.* & poſt *Decianum* dixit *Squillantes ſup. cap. 7. num. 32. verſ. de Clerico.* Nota quòd ex quo de ſecundo artis genere, tex. *in d. Clem. vnica,* faciat differentiam inter Clericum coniugatum, & non coniugatum, & inter non coniugatos geſtãtes, vel non geſtantes habitum, quæ differentia non inuenitur inducta *in cit. cap. vnico.* pro primo genere artis Mimicæ, ſignum eſt, primam partem huius concluſionis procedere indiſtinctè, fauet *Bonacina ſupra c. p. 6. ſect. 4. num. 13.* vbi poſt *Sayrum, Nau. & Molinam,* ait, percutientẽ Clericum, qui poſt trinam monitionem non deſiſtit ab arte mimica publicè exercenda, vel à ferendis armis, non incurrere excommunicationẽ, & ſi dictus Clericus geſtet habitum clericalem, aut percutiens ſciat, illum eſſe Clericum, imò addo ego, ſicut illa prima pars procedit etiam in Clericis in ſacris, ita etiam hæc ſecunda pars, vndè non ſolum Clericus in ſacris, vel beneficiatus, aut Religioſus exercentes officium, quod ſtatui eſt indecens, tamquam illicita negotia exercentes, ſunt ſuſpendendi, & excõmunicandi, vt dixi ſup. *p. 1 recoll. 11. n. 746.* quibus illic allegatis accedit *Bellettus p. 2. de pœnis clericorum* §. 10. *num. 2.* ſed etiam ſi ter moniti non deſiſtant, priuãtur priuilegio exemptionis in bonis, non autem canonis, & fori: ita *Silueſter verbo Clericus quæſt. 3. ad finem.* Ex quo patet, non eſſe certum id, quod dixerunt *Toletus lib. 1. c. 34. verſ. ſeptimus, & c. Sayrus lib. 3. cap. 27. n. 9. Layman lib. 1. tr. 5. verſ. quarto, & c. & alij,* ꝙ

80 Clerici etiam in ſacris, exercentes negotia ſæcularia, nempè mercaturam, procurationem, & adminiſtrationem perſonarum ſæcularium, ſi poſt trinam monitionem non deſiſtant, priuentur hoc priuilegio, quod dicit verum *Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſ. p. 2. v. Negotium num. 3.* ſiuè incedant in habitu, & tonſura, ſiuè non: Nam vt dixi, verius eſt, hoc caſu, tantum amitti priuilegium quòad bona, non autem quòad perſonam, ita poſt *Suarez, Filliuccius tract. 15. num. 12. Conink diſp. 64. nu. 161. ad fin.* Qui habet hæc verba *Quidam putant, cap. vltimo de vita, & honeſtate Clericorum, idem ſtatui de Clericis immiſcentibus ſe negotijs ſæcularibus, ſed falluntur, nam hic tantum agitur de amiſſione priuilegij, quòad res Clericorum, non autem quòad perſonas,* ſequitur *Megal p. 3. lib. 4. c. 2. n. 34. ad finẽ.* vbi etiam ſubdit, *in hoc falli Toletum,* hanc opinionem dicit probabiliorem *Bonacina t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect. 4. num. 14.* Et quia in *dicta Clementin. 1.* adſunt illa verba *Quandiù præmiſſis inſiſterit,* infert *gloſa ibid.* quòd Clericus non coniugatus dicta officia exercens ſine habitu, & tonſura, à tali officio deſiſtẽs,

81 ſi habitum, & tonſuram, quæ deſeruit, reaſſumat, gaudeat priuilegio clericali canonis, & fori. *Reginald. ſup. n. 236. ad fin.* prout etiã de Clerico milite habetur, per *Iulium Cartarum deciſ. 17. num. 13.* item à fortiori de omni alio Clerico in minoribus, qui dimiſit habitum, & tonſuram, ſi iterum illum reaſſumat, quòd procedit etiam ſi per Conſtitut. ſynodales prohibitum ſit Clericis, qui aliàs di-

82 miſerunt habitum clericalem amplius illũ reaſſumere abſq. licentia Ordinarij, quia ſi de facto quis illũ reaſſumeret abſq. dicta licentia, gauderet quoq. hoc priuilegio, vt deciſũ refert poſt *Ricc. Squill. cit. c. 6. n. 19. Diana p. 4. tr. 1. reſol. 18. ad fin. & Vulpe c. 41. n. 11.* Secus putarẽ in caſu *c. vnico de vita, & honeſtate Clericorum,* quia qui illas artes ignominioſas exercent, etiam cum habitu, priuantur dicto priuilegio clericali, vt ſuprà dixi, & notat poſt alios *Bonacina cit. ſect. 4. num. 13.*

83 eſt autem verum, quòd iſti poſt vitæ emendationem, poſſunt per Epiſcopi diſpenſationem recuperare iſtud priuilegium clericale. *Sanchez lib. 1. opuſculorum moralium c. 8. dub. 33. num. 7. Diaz in praxi cap. 68. n. 3.* quos nouiſsimè ſequitur *Theſaurus verbo Artem ludricam, ad finem.*

Ex quo autem ſuprà enumeraui aliquos caſus, in quibus à iure Clerici, & Monachi priuantur priuilegio clericali, vbi poſt trinã monitionem ab actibus prohibitis non deſtiterint. Quæro in primis, an in dictis caſibus, ſtatim poſt dictã trinam monitionem intelligantur tales priuati dicto priuilegio, vel

84 opus ſit ſentẽtia declaratoria, videtur enim quòd ſtatim remaneant priuati, quia ſi poſt trinã monitionẽ tales nõ ſe emendauerunt, ſtatim euadunt incorrigibiles. Contrariũ autem eſt probabile, quòd ſcilicèt ſit neceſſaria ſententia declaratoria iudicis, talis incorrigibilitatis, quia cũ priuatio priuilegij clericalis, ſit pæna, quæ non incurritur ipſo facto, niſi in iure clarè exprimatur, in dubio potius ferendæ, quàm latæ ſententiæ, præſumatur, ita poſt *Suarez, Squillantes cap. 6. de priuilegijs Clericorum num. 11.* & ſic incorrigibilis hic non accipitur eodem modo, quo ſupra dixi de depoſito verbaliter, qui non amittit hoc priuilegium, niſi etiam ſit poſteà incorrigibilis, licèt eo caſu, ſi quis poſtquam fuit depoſitus eſt incorrigibilis ob reiterationem delicti, vel fugæ, aut ſe occultando, vt pænitentiam non exequatur, poſſit etiam abſque ordine tradidito *in cap. cum non ab homine de ſententia excommunic.* declarari per ſententiamiam priuatus omni priuilegio clericali, vt cõtrà authores alllegatos *cluſ. 1. ſup. n. 47. Auila p. 4. diſp. vnic. dub. 1. con. verſ. & quidem,* quòd contingere poteſt, quando vel crimem non eſt degradatione actuali, ſeù traditione curiæ ſæculari dignũ. vel quando delinquẽs Clericus eſt abſens, & non poteſt comprehendi à iudice ec-

cle-

Digitized by Google

cleſiaſtico, vt dixi *ſuprà n.* Ex quibus patet quomodo ſit verum id quòd aliqui DD. dicēt nūquā .ſ. remanere priuatos Clericos, &c. hoc priuilegio, niſi poſt degradationem actualē, vt per *ConinK diſp. 14. n. 160.* Quando
86 autem quis dicatur incorrigibilis ad finē degradationis actualis. vide *Cartarium deciſ. curia Archiep. Mediolan. 66. num. 6. &* 10.

Quæro ſecundò, ex eo quia in aliquibus caſibus, de quibus ſuprà, iura allegata loquantur de punitione talis incorrigibilis, & ſic de priuatione priuilegii fori. An priuatus
87 priuilegio fori, intelligatur etiam priuatus priuilegio canonis? *Panormitanus in cap. 1. de apoſtatis*, quem ſequitur *Silueſter excomm. 6. num. 4.* cum aliis, quos probat *Bellettus p. 1. ſuæ diſquiſitionis clericalis tit. de fauore clericorum canonis* §. 2. *ad fin.* quibus accedit etiā *Diana p. 3. tr. 1. reſol. 82. ad finem.* affirmare videtur, quia docet, quòd difficilius amittatur priuilegiū fori, quàm canonis, & affert optimam rationem, quia nempè priuilegium canonis eſt de iure poſitiuo, priuilegium autem fori eſt de iure diuino, ſi autem difficilius tollitur priuilegium fori, quàm canonis, igitur qn̄ ius priuat Clericum priuilegio fori, cenſetur etiā priuare illum priuilegio ca-
88 nonis, ſicut in eo, ꝙ maius eſt, ſemper ineſt ꝙ eſt minus: ita qui amittit priuilegiū fori, quod maius, cenſetur etiam amittere priuilegium canonis, quod eſt minus. *Auila* verò *p. 2. c. 5. diſp. 3. dub. 11. concluſ. 3. ad finem.* negat, hanc eſſe regulam generalem vt .ſ. amiſſo priuilegio fori amittatur priuilegium canonis, ſed habere locum in caſibus tm̄ à iure expreſſis, quia & ſi priuilegium fori difficilius amittatur, tamen non per hoc non ſunt inter ſe diuerſa, & ſeparabilia, fauet declaratio Sacræ Congreg. de qua teſtatur *Antonius Cardinalis Carrafa, eiuſdem S. Congreg. tunc Præſes* apud *Comitolum li. 6. reſponſorum moralium q. 20.* quòd ſcilicèt ex eo, quod *S. Concil. Trident. ſeſſ. 21. de reform. cap. 6.* Clericos in minoribus non beneficiatos, non incedentes in habitu, & tonſura, nec deſeruiētes Eccleſiæ, priuat priuilegio fori, non per hoc intelligatur, priuare eos priuilegio etiam canonis; ſeu
89 vt alii dicunt, Clerici in minoribus non obſeruantes conditiones Concilii, & ſi amittant priuilegium fori, non amittunt priuilegium canonis, hanc opinionem latè probant *Auila ſup. Molina t. 4. diſp. 54. n. 9. Barboſa de off. & poteſt. Epiſc. allegat. 12. n. 32. Marchinus de ordine tr. 2. p. 1. c. 15. difficult. 8. Squillantes cap. 6. num. 11. ad finem.* & ſequitur *Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. cap. 5. nu. 3. verſ. tertio probabiliter* ibi nihilominus contrarium (quidquid *Diana infra c. reſol. 82.* referat illum pro contraria ſententia) *Riccius p. 1. praxis deciſ. 607. in paruis*, vbi pro hac opinione non ſolum refert *Gratian. Gonzalez, & Rodriquez*, ſed etiam Sacræ Congregationis declarationem, imò ſubdit quoque, *Alexandrum de Neuo, & Triuiſanum*, docere, facilius amitti priuilegium fori, quàm priuilegiū canonis, teſtatur de veriori *Theſaurus v. Apoſtata*, vbi idem dicit de priuilegio exemptionis bonorum, ibid. *verſ. contraria tamen ſententia*, poſt *Dianam p. 1. tr. 2. reſol. 36.* accedit *Bonacina tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect. 4. num. 9. ad fin.* Contra *Bannes, Suarez, Fillinccium, & ConinK* docentes, quòd ſicut hoc caſu priuatur quis priuilegio fori, ita etiā priuetur priuilegio canonis, inter quos, *Conink* teſtatur de veriori, ex eo, quòd *Concil. citet cap. vnic. de Cleric. coniug. in 6.* vbi eſt ſermo etiam de priuilegio canonis, ac etiam quia difficilius amittitur priuilegium fori, quàm canonis, & proindè ex amiſsione illius inferri amiſsionem iſtius, quòd reputatur vt pars reſpectu totius, quos ſequitur *Diana ſupra c. reſolut.* 82. ex eodem principio, quòd difficilius amittatur priuilegium fori, quàm canonis, qui tamen *p. 1. tr. 2. reſol. 34. ad finem*, ſimpliciter docuit contrarium, poſt *Gonzalez, & Bellettum*, & ſubdit, cautè legendos eſſe *Auendagnum, & Menochium*, docentes, eum qui percuſsit Clericum repertum in habitu laicali, non incurrere in excommunicationem, ex quibus patet, vtraq. ſententiā eſſe probabilem, non ſolum ſcilicèt in hoc caſu particulari Clericorum non obſeruantiū conditiones Concilij, ſed etiā in aliis caſibus, in quibus priuatur Clericus priuilegio fori, & dubitatur an etiā priuatus cenſeatur priuilegio canonis, & ſi negatiua ſit magis communis, generaliter loquendo, vtrū .ſ. eo ipſo, quo quis ſit priuatus priuilegio fori, ſit etiā priuatus priuilegio canonis. An autē
90 è contrà qui amittit aliqua ex cauſa priuilegium canonis cenſeatur etiam amittere priuilegiū fori? tangit *Squillantes c. 7. n.* 25. & reſpōdet negatiuè, & ſi Doctores, quos allegat, loquantur in caſu contrario, de quo ſupra, ſed pro eius opinione facit, quòd dixi ſuprà de immiſcente ſe in enormitatibus, in quo omnes Doctores concordant, amitti priuilegium canonis, & dubitant an etiam amittatur priuilegium fori. Nota, ſuprà relatam quæſtionem, de Clerico non obſeruante conditiones Cōcilii, aliquos Doctores confundere cum alia de Clerico, qui habitum, & tonſuram dimiſit, de qua ſuprà *n. 39.*
91 cùm meo iudicio, ſit ab illa ſatis diuerſa, nā hoc caſu prò nō obſeruāte conditiones, &c. præſupponatur, deferre Clericum habitum, & tantum carere tonſura, vel ſi iſtam etiam deferat, non eſſe adſcriptum Eccleſiæ, aut non habere beneficium, vel penſionem, in illa verò præſupponitur, quòd non habeat beneficium, & incedat vt laicus, & ideò in

illo

Digitized by Google

iſto caſu, quæritur, an amittat priuilegium
canonis, ſicut amittit fori priuilegiũ, in hoc
verò caſu, an vt amittat hoc priuilegium ca-
nonis, quando non conſtat de eius mente
deſerendi ſtatũ clericalem, requiratur trina
monitio, vt loquuntur Doctores, ibi à me
citati, ex quibus ſequitur etiã quid dicendũ
in caſu decreti *Concil. Trid. ſeſſ.* 4. *de refor.*
*cap.*10. vbi diſponitur, quòd Clerici non ar-
ctati occaſione beneficij recepti, vel reci-
92 piendi ordinati cum dimiſſorijs Capituli ſe
de vacante, *nullo priuilegio clericali, præſer-*
*tim in criminalibus gaudeant*, ꝙ.ſ. cenſeantur
priuati hoc priuilegio canonis, ita vt illos
percutientes, non incurrant excommunica-
tionem, cùm enim ibi ly *præſertim*, ſubſequa
93 tur *nullo*, quę eſt vniuerſalis negatiua *l. ſi ſer*
*uitus, ff. de ſeruitutibus Vrban. prædiorum*, quẽ
ad hoc allegat *Iſernia in cap.*1. *§. præterea in*
*princip. de capitulis Corradi in vſibus feudo-*
*rum. Rota apud Serap. deciſ.*843. *num.*4. & po-
ſtea exprimatur priuatio priuilegij in crimi-
nalibus, præſupponitur priuatio huius pri-
uilegij, tamquam caſus magis dubitabilis
94 quòd ſignificat ex ſe dictio *præſertim*, ſicut
de ſimili dictione *maximè*, notat *Decius in l.*
*qui ſe patris num.*10. *C. vndè liberi, & Gut-*
*tierez canonic. qq. quæſt.*2. *ad fin.* Et ſic caſus
eſt magis clarus. Adde, quòd ly *gaudeat* eſt
verbum futuri temporis, & per conſequens
denotat, quòd hoc caſu tales non ſint priua-
ti dictis priuilegiis ipſo iure, ſed requiratur
ſententia declaratoria, ita poſt *Nau. & San-*
*chez, Barboſa in collectan. ad Concil. Trid. cit.*
*cap.*10. *num.*25. confirmat *Marchinus de or-*
*dine tr.*1. *par.*6. *cap.*3. *num.*13. ex conſt. D.N.
Vrbani VIII. S. Pontificis *aduerſus malè pro-*
*motos*, quòd ſatis cõprobat doctrinã ſup. *n.*3.
traditã, ordinatũ.ſ. ab alieno Epiſcopo abſq.
dimiſſoriis proprii ordinarii, vel cùm falſis,
vel ab Epiſcopo excommunicato, &c. aut
95 etiam per ſimoniam non priuari hoc priui-
legio, quibus illic allegatis addo *Riccium p.*
1. *praxis deciſ.*297. *in editione Neap.* quia vbi
hoc voluit S. Pontifex, vel Concilium, id ex-
preſſit. Ex ſupradictis collige, quòd aliquan
do in iure, vel in Concilio Tridentino, aut
Summorum Pontificum conſtitutionibus
priuantur eccleſiaſtici priuilegio clericali,
vt eſt in caſu *c. vnici de vita, & honeſtate Cle-*
*ricorum in* 6. itẽ in *c. degradatio, de pœnis in* 6.
vel priuantur expreſsè priuilegio canonis,
vt in terminis *cap. perpendimus de ſent. excõ-*
*municat.* item de Clerico in minoribus, relin
quente habitum, & tonſuram, ac incedente
vt laico, & in his caſibus, percutiẽtes eos ſiuè
96 iuſtè, ideſt tamquam miniſtri iuſtitiæ, iuxtà
menſuram delicti, ſiuè iniuſtè ex odio par-
ticulari, ſunt immunes ab hac excommuni-
catione, vel tantum cõceditur vt poſſint pu
97 niri à iudice ſæculari, & ſic priuantur priui-
legio fori, vt in caſu incorrigibilis, vel
Clerici in minoribus non obſeruantis copu
latiuè conditiones S. Concil. Trid. & tunc
illi DD qui defendũt, illos amittere priuile-
giũ etiã canonis, per conſequens volũt, quẽ-
libet ſiuè iuſtè, ſiuè iniuſtè illum percutien-
tẽ, euadere hanc excommunicationem, alii
è contrà, qui docent non amittere priuile-
giũ canonis, volunt etiã percutiẽtes illũ in-
iuſtè, incurrere, vt in ſpecie de incorrigibili,
in terminis *cap. cùm non ab homine de iudicijs.*
probat *Suarez t.*5. *diſp.*22. *ſect.*1. *num.*10. & al
legato etiam *Riccio*, ſequitur *Squillantes c.*6.
*de priuilegiis Clericorum nu.*11. *verſ. imò.* Sed
contrarium ſupponit *Auila p.*4. *diſp. vnica*
*dub. p. concluſ.*1. dum quærit, vtrum omnes
percutientes Clericum, vel Religioſum dã-
98 natum ad triremes, ſint immunes ab hac ex
communicatione, (circa quem articulum
*Graffius cit. c.*49. *num.*38. *ad finem*, ſimpliciter
aſſerit, illos non incurrere, & *Rodriquez* è
contrà *in ſumma cap* 80. *num.*16. affirmat,
niſi id faciant ratione correctionis, ſeù
officii) & reſpondet, quòd miniſtri trire-
mium v.g. *comite, ſottocomite, capitanio*, ſi illũ
percutiant, ſicut alios remigantes propter
pertinentia ad ſuum officium, non incur-
rant, *ſi verò riſſando cum illo, percutiant eum*
*qui neque eſt degradatus realiter, neque incor*
*rigibilis, incurrant in excommunicationem ca-*
*nonis*, ex quibus verbis patet, eius eſſe opi-
nionis, quòd incorrigibilis amittat omninò
priuilegium canonis, contrà id, quòd docet
*Suarez ſup.* & quidem vnuſquiſq. eorum cõ-
trà propria principia, nàm *Auila*, vt ſup. retu
li, probat, quòd amittentes priuilegium fori,
(generaliter loquendo) non amittãt priui-
legium canonis, & *Suarez loco ſupra c. nu.*13.
*ad finem.* affirmat, facilius amitti priuilegiũ
canonis, tamquam inferioris rationis, priui-
legio fori, & alibi quoq. vt dixi etiã ſup. ꝙ
cui competit priuilegium canonis, compe-
tat priuilegium fori, & vice verſa.

*Quæ perſonæ percutientes Clericum, vel Mo*
*nachum, comprehendantur ſub illo re-*
*latiuo, ſi quis, poſito in* canone.

PRima Concluſio: Quæcunque perſona
99 baptizata, ſiuè vir, ſiuè femina, dummo
do habeat iudicium rationis ad peccandum
mortaliter, percutiendo Clericum, vel Mo-
nachum, incurrit excommunicationem nõ
ſtri canonis. ita Doctores ſupracitati, & infra
citãdi communiter, & probatur in *cap. Mu-*
*lieres de ſent. excommunic.* & patet ex cõmuni
proloquio, quòd maſculinum concipit fœ-
mininũ. *Bellett. tit. de fauore cleric. can. n.*23.
100 Ampliatur concluſio, primò in pueris
ante pubertatẽ, quia & ſi hac ætate percu-
tient mediocriter, vel grauiter Clericos non
obli-

Digitized by Google

obligentur adire Summũ Pontificẽ pro abſolutione, incurrant tamen excommunicationem ſicut alij *c.pueris de ſent. excommunis Sanchez lib.1. ſummæ moralis cap.12. n.8. Suarez tom.5.diſp.22.ſect.1. num.5. ad finem. Auila p.2.cap.5.diſp.3.dub.10.concluſ.1.* Dixi *& ſi hac ætate percutiant.* quia ſufficit ſi eo tempore percuſſerint, vt excuſetur vt ſupra, adire S.Pontificem pro abſolutione,etiam ſi
101 poſt pubertatẽ petant abſolutionem.*Molina,Suar.Filliucc.Reginaldus,& Sayrus* apud *Bonacinam t.3.diſp.2.q.3.p.6.ſect.5.n.12.* addo *Ioannem de Lignano tr. de cenſura eccleſiaſtica §.26.num.10. vol.9.tract.* Quòd aliquando excuſentur etiam ab excommuni-
102 catione duo Clerici pueri,percutiẽtes ſibi inuicẽ,& ſanguinem è naribus elicientes ex defectu rationis iniuriæ moralis,ſeu quod dicta percuſſio nõ ſit iniurioſa, probabiliter docet *Molina cit.diſp.51.n.8.Auila,Filliucc.& Conink*,quos ſequtur *Bonac.ſup.ſect.1.§.1.n.14.*

Ampliatur ſecundò, etiam ſi ipſe percu-
103 tiens, ſit ipſe quoq.Clericus, vel Monachus:ita ſupponitur in *c.cùm illorum* (vbi de Clericis) *& in cap. Monachi*(vbi de Religioſo) *cum concordantibus ex.de ſent.excommunicationis.* vndè idem dicendum de Moniali-
104 bus ſe inuicem,vel Clericũ,aut Monachũ percutientibus,*cap.de monialibus eod.tit.Bellettus p.1.ſuæ diſquiſit. Clericalis tit. de fauore Cleric.canonis §.1.num.30.& ſeqq.* quia in d.iuribus agitur tantũ de his, à quibus tales poſſint abſolui, vt *infra ſuo loco.*Quãdo duo Clerici(idem dic de Regularibus,& Monialibus) ſe inuicem percutiunt, ille eſt decla-
105 randus excõmunicatus, qui fuit prouocator,nãm prouocatus, præſumitur repercuſſiſſe cauſa defenſionis *Genuenſis in praxi Archiepiſcopali Neapolit. cap.2. in 2. impreſſione num.9.* vbi benè limitat, niſi prouocatus exceſſerit modum in ſe defendendo; ſequitur *Vulpe cap.1. praxis n.40.* & *Iulius Cartarius deciſ.Curiæ Archiep.Mediolan.76.num.3.* vbi ſubdit.Primò,quòd ex coniecturis,probatur quis ſit aggreſſor, & prouocator, & ſecundò, quando non conſtat,quis fuerit prouocator, quòd tunc ambo excommunicationem incurrant, non autem explicat, an ambo debeant declarari excommunicati, ideò in praxi vidi obſeruatam doctrinam *gloſæ in l.1. §.cùm arietes ff.ſi quadrupes pauperem feciſſe dicatur*, ſcilicèt hoc caſu, dictos non decla-
106 rari excommunicatos, ſed tantũm puniri, & abſolui (& ſi ſecus ſit, vbi tale dubium accidat in percuſſione inter laicum, & Clericum,de qua re *Cartarius loco cit. in princ.*) Quando talis percuſſio duorum Clericorũ iudicanda ſit grauis, vel leuis infrà *ſuo loco.*

Ampliatur tertiò, quòd ſit vera concluſio, cuiuſuis ſtatus,& conditionis ſint dictæ perſonæ *Auila loco ſuprac.* intellige etiam ſi in dignitate eccleſiaſtica ſint conſtituti,& ſi ſint ſuperiores eorum,quos percutiunt, ſi id non faciant ex officio, & cauſa correctionis, *Bonacina ſuprà*, & infrà latius dicetur, vndè Epiſcopi, Archiepiſcopi,&c.includuntur in hac excommun.vt per præcitatos.
107 Limitatur tantum in Papa; nãm præter dicta *ſup.recoll.1. num.281.* vbi quòd Papa non poſſit ligari cenſuris, facit quia vt ſuprà dixi, hæc excommunicatio eſt de iure poſitiuo, & Papa eſt ſuprà ius poſitiuum *Bonacina loco ſuprac.*

Secunda concluſio, licèt regulariter excommunicatio lata contra aliquid facientes,non extendatur ad cooperantes ad id fa-
108 ciendũ,tamen cooperãtes circà percuſſionem Clericorum,incurrunt excommunicationem. Prima pars concluſionis patet ex dictis *ſup.recoll.1. num.326.* Secunda pars probatur in *cap.quantæ de ſent.excommun.* ibi *nè autem ſolos violentiæ huiuſmodi authores, aliquorum præſumptio exiſtimet puniendos: facientes, & conſentientes pari pœna plectendos, catholica condemnat authoritas*, vbi ſubdit *gloſa verbo conſentientes* hæc verba. *Hoc intellige per cooperationem, &c.* Iſti enim ſunt non ſolum mandantes talem percuſſionem, de quibus habetur in *cap. mulieres §. illi verò eod.illo tit.* ſed etiam conſulentes, auxiliantes,iuuantes, quouis modo incitãtes, ac nõ impedientes, de quibus etiam habetur expreſsè in *eod.tit.c.quantæ ad finem.* & ratam iſtam percuſſionem habentes, quos in ſpecie includit Summus Pontifex *in cap. cùm quis de ſententia excommunicationis, in 6.* hi.n. omnes conſentire,& cooperari dicuntur, vt docent communiter poſt alios antiquiores *Toletus lib.1. cap.32. à num. 16. Sayrus lib.3. cap.26.à num.22.Suarez diſp.22.ſect.1.à num.15.Reginaldus lib.1.d. num.215. Conink diſp.14.à num.171. Filliucc. tr.15. à num.28. Megalius par.3.lib.4.cap.1.num.7.Molina tom.4. diſp.51.Laym.lib.1.tr.5.p.2. cap.5.à nu.6.* qui teſtatur non ſolum de communi, ſed etiam de Eccleſiæ conſuetudine *Bonacina tom.3. diſp.2.q.3.pun.6.ſect.1.§.2.Bellett.p.1.tit.de fauore cleric.can.à num.6. Squillantes cap.6. de priuilegiis Clericorum à num. 56. Marcellus Vulpe cap.1.ſuæ praxis iudicialis fori eccleſiaſtici num.43.& alii*, vndè quia tales incurrũt hanc excomm. tamquam cooperantes. Sequitur, generaliter loquendo, tantùm eos
109 incurrere tale excõmunicationẽ quãdo efficaciter influũt in dictũ effectũ,ita vt alias ſinè dicto mãdato, conſilio, auxilio,& fauore,nõ erat ſequutura ipſa percuſſio,vt declaraui *ſup.recoll.1.d.num.329.ita Molina ſup.n.10.Conink num.175. Bonacina ſup.num.3. & Reginald.cit.num.315.* qui benè ſubdit, *ex hoc ſumi rationem,cur tale ſiue mandatum, ſiue auxilium, ſiue fauor, non dicatur hic, principaliter,*

ſed

Digitized by Google

ſed acceſſoria actio, propter quam excommunica
tio, de qua agitur incurratur , & per conſe-
quens mandans , auxilians , conſulens , exci
tans, fauens, &c. non incurrit , niſi ſequuto
effectu ipſius percuſſionis, vt notant com-
muniter ſupracitati authores, & de mãdãte
loquendo. Ampliant etiã in eo, qui licèt nõ
110 mandauit expreſsè, mãdauit tamen tacitè
Molina ſup. diſp. 52. n. 2. v.g. dicens ſuis, ſe vel-
le vlciſci, vel deſiderare vindictam de in-
iuria ſibi illata à tali Clerico, animo, eos ad
id prouocandi, & præuidens, vel præuide-
re debens, ſequuturũ effectum, Graff. cit. cap.
49. num. 19. Suarez ſup. n. 15. ad finem Auila de
cenſuris p. 2. cap. 5. diſp. 3. ad finem. Squillantes
ſup. n. 62. Conink qui teſtatur de communi ſup.
111 ſub num. 172. qui caſus differt à caſu rati-
habitionis, de quo infrà. Vniuerſitas, vel col-
legium mandans dictam percuſſionem quo
modo poſsit in dictã excommunicationem
incurrere, patet ex ſupradictis recoll. 2. n. 452.
& notat in terminis Bonacina ſupra c. p. 6.
ſect. 2. nu. 4. Circà iſtam materiam horum
cooperatorum. Prima difficultas poteſt oc-
currere de mandante, & conſulente, qui effi-
112 caciter reuocauerunt mandatũ, vel conſi-
lium ante ſequutum effectum , an dicta re-
uocatio ſufficiat ad eos immunes redden-
dos ab hac excommunicatione, vt ſuprà, nõ
obſtante, ꝙ ſequatur effectus, de qua iã egi
ſuprà recoll p à nu. 336. & 338. vbi cum pro-
babili opinione, dixi, etiã quòd quando inno
tuit reuocatio, non ſolum hoc caſu eua-
dat hanc excommunicationem mandans
quòd eſt certum, ſed etiam conſulens, quòd
eſt dubium, vt eſt videre præcipuè apud Co-
nink cit. diſp. 14. à num. 176. qui circà id refert
quatuor opiniones, quibus illic allegatis prò
mea opinione, accedit confirmando, ꝙ alias
docuit. Diana p. 5. tr. 9. reſol. 58. vbi idem dicit
de irregularitate, & reſtituendi obligatione,
de qua re ex profeſſo agit p. 4. tr. 2. recoll. 14.
& 15. Secunda difficultas etiã eſſe poteſt de
eo, qui licèt actu non reuocauerit manda-
tum, vel conſilium, tamen tempore, quo ſe-
113 quitur effectus, reperitur cõtritus, vel mor-
tuus. An his non obſtantibus, etiam incurrat
dictam excommunicationem, de qua etiam
egi ſup. recoll. 1. à num. 136. vſq. ad n. 148. in-
cluſiuè. vbi loquendo non ſolum de contri-
to, ſed etiam confeſſo , probaui, in neutro
caſu incurri cenſuram. Cuius tamen contra-
rium quoad primam partem (nàm in ſecun
da parte omnes concordant) docet Molina
cit. diſp. 52. n. 3. & poſt Leſſium, Reginaldum, &
alios probat Bonacina t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect.
1. §. 2. nu. 5. ea ratione, quòd ad incurrendas
cenſuras, ſufficiat peccatum mortale ſub
cenſura prohibitũ, fuiſſe comiſſum, licèt nõ
cõmittatur, quando incurritur cenſura, quæ
ratio iàm remanet reſoluta ex dictis loco ſu-
114 præ. Nec miraberis, quòd mandatarius, &
conſultus incurrat, non autem mandans, &
conſulens, quia etiam quando quis tantum
mandat iniuriam verbalem, ſi ipſe manda-
tarius excedat percutiendo, non incurrit
mandans, ſed mandatarius Squillantes cit. c.
6. n. 64. ſicut è contrario, ſi mandans ſciat per
cutiendũ eſſe Clericum, quod ignorat man-
datarius, ipſe mandans incurrit, non autem
mandatarius, Bonacina cit. §. 2. n. 6. Tertia dif-
ficultas eſt, an ad hoc, vt non impediens di-
ctam percuſsionem cùm poſsit impedire, in-
currat dictam excommunicationẽ, neceſſe
ſit nõ ſolũ, ꝙ teneatur ad id ex officio, quòd
eſt certum apud omnes Doctores infracitã-
dos, ſed etiam quando ſolum tenebatur ex
115 charitate, ſi nõ ex timore, vel negligentia,
(in quo etiam omnes concordant, vt teſta-
tur Silueſter excommunicat. 6. num. 5. verſ.
quinto.) Sed ex dolo, non impedierit, in-
currat? In qua difficultate, & ſi communis
opinio ſit affirmatiua, vt per Suarez diſp.
22. ſect. 1. nu. 56. ac tutior Reginaldus lib. 1.
num. 22. Sayrus lib. 3. cap. 26. n. 24. Toletus
lib. 1. cap. ad finem Megalius p. 3. lib. 4. cap. 1. n.
7. Bellettus, & alii, quos ſequitur Squillantes,
cit. cap. 6. n. 67. Tamen contraria opinio ne-
gatiua, quòd ſcilicèt quando quis non tene-
tur ex officio: ſed tãtũ ex charitate impedire,
licèt peccauerit in omiſsione d. impedimẽ-
ti, vel quia cũ cõmodè id facere potuit non
fecit, vel quia doloſè, aut etiã propter odiũ,
& prauũ effectum deſinerat impedire per-
cuſsionem, non incurrat excommunicatio-
nem, probant Nau. Philiarchus, ConinK, Re-
ginald. Henriquez, Molina, & Auila, quos ſe-
quitur Bonacina cit. §. 2. num. 7. quibus addo
Graffium p. 1 deciſ. 2. cap. 41. num. 20. & Lay-
man lib. 1. tr. 5. p. 2. cap. 50. ſub n. 6. qui teſta-
tur de probabiliori, atque hæc fuit opinio
gloſa in d. cap. quanta, v. interpretans, quæ ni
fallor, tangit rationem conuincentem, ibi,
non credo, quòd ſim excõmunicatus, ſi non pro-
hibeo illum, licèt aliàs fortè peccem, quia ipſũ,
non defendo cùm poſsim, pœna enim non debet
amplius egredi, quàm delictum reperiatur; &
poſtea magis declarando illa verba poſita in
dicto textu. qui cùm poſsint, inquit, debere
intelligi de his, qui ratione poteſtatis, quam
habent in illos, ad hoc tenentur, & vlterius
procedendo, ſubdit, aliàs conſentire viden-
tur, & præſtare authoritatem, ſi vident illum,
& non prohibent. quaſi dicat, hìc excommu-
nicantur qui non impediendo ſunt cauſa
(vt ita dixerim) moralis dictæ percuſsionis,
ſed cauſa autem moralis ſunt, qui ex officio
tenebantur impedire, ſi non impediant, non
autẽ qui tantũ ex charitate, ergò. Confirma-
tur ex illis alijs verbis, quibus concludit gloſa
dictã interpretationẽ, ibi, Nullus eſt excõmu
nicatus ex facto alterius, niſi participãdo, vel

Ggg niſi

Digitized by Google

*niſi mandatum, vel authoritatem præſtiterit, &c.* Reſtringerē tamen hanc opinionem in in vno caſu, quando ſcilicèt talis, qui non tenetur ex officio, ſciret nomine ſuo talem fieri percuſsionem, iuxtà ea, quæ dixi *ſup. recoll.1.num.291.* eo enim caſu non impediendo, incurreret excommunicationem, ex eo quòd etiam illi conſentire cenſeretur, & ſic ad illam concurrere vt cauſa moralis, ſicut qui tenetur ex officio, qdquid ſit de irregularitate, prò qua re, vide *Dianā p 4.tr.2,reſol. 7.8.& 9.* Quarta difficultas, eſt de ratā habentibus dictam percuſsionē, ad hoc enim, vt ex
117 hac cauſa, quis incidat in excōmunicationem, tria requiruntur, primò vt percuſsio fuerit facta, nomine ipſius, ſecundò vt iſta ratihabitio fiat per aliquem actum externū vt latè declaraui *ſup.recoll.1. num.288. & ſequentibus*, tertiò quòd tempore, quo ſequitur percuſsio, ille cuius nomine fit, potuerit eam mandare, quia ſi eo tempore non haberet vſum rationis non incurreret. Aliqui pu
118 tant, hoc eſſe verū, etiam ſi talis tunc dormiebat, quòd non placet, quia talis expergefactus à ſomno poterat mādare, vt benè poſt *Molinam, habetur per Bonacinam t.3. diſp.2. q.3.p.6.ſect.1.§.2.n.11. latè Reginaldus lib.1. nu.218. Megalius cit.cap.1.n.7.& Toletus lib. 1.cap.32.num.18.* Ex quibus apparet, non eſſe verum id, quod poſt aliquos Canoniſtas, dixit *Bellettus p.1.tit. de fauore Clericorum canonis §.1.num.7. ad finem.* vt ſcilicèt quando
119 nō per exteriora ſigna, ſed tantum in corde quis ratā habuerit dictam percuſsionem, maneat ligatus quòad Deum, non tamen quòad Eccleſiam militantem, nàm iuxtà ſupradicta, nullo modo talis manet excommunicatus, cùm actus merè internus, nō ſubiaceat poteſtati Eccleſiæ. *Auila q.2.c. 5.diſp.6.dub.9.verſ.3.requiritur.* Adde quòd iſto caſu ſemper agitur de ligamine, quòad Deum, quia in foro exteriori difficiliter poterit talis declarari excommunicatus, cùm
120 etiā in foro fori, ratihabitio nō inducitur, niſi neceſſariò inferatur, *Bartolus in l. Paulus reſpondit,ff.rem ratam haberi*, cum alijs allegatis per *Chartariū deciſ. curiæ Archiepiſc. Mediolan.32.num.29.*& factum, ex quo neceſſariò infertur ipſa ratihabitio, in caſu noſtro, nullo modo interuenire præſumitur, & ſic differt hic caſus à caſu mādati, conſilij, cōſenſus, &c. eſtq. id, quòd poſt alios docet *Marius Antoninus lib.2.var.reſol. reſol.60. caſu 2.*
121 *ad fint.* quòd ad hoc, vt dicatur inducta ratificatio, debet allegans probare quòd ratificans ſciret factum, de cuius ratificatione agebatur, & notat etiam *Chartarius ſup.num. 34.* fauet *Suarez tom.5.diſp.44.ſect.3.n.30.* vbi poſtquàm probauit, ob ratihabitionem mu-
122 tilationis, vel homicidij, nunquam incurri irregularitatem ( quòd docent magis communiter Doctores vt latè per *Dianam p.4.tr. 2.reſol.13.*) ſubdit, ſupradicta intelligēda pro foro interiori, quia in foro exteriori, qui hęc ageret, præſumeretur mādaſſe delictum. Nota ex *Toleto loco ſupracitato.* quòd ſi quis
123 diceret, doleo quòd percuſsio ſit facta nomine meo, ſed gaudeo, quòd ſit facta, talis nō cenſebitur ratam habere dictam percuſsionem, & per conſequens non incurret excommunic. Rectè dixit, *ſed gaudeo*, quia ſecus eſt ſi ratam haberet, vt loco ſuprà cit. explicatū fuit, dictam percuſsionem, cùm nihil referat, an primò doleat de facto, & deinde illud ratum habeat, ſed ſufficit, quòd ratam habeat percuſsionem, vt incurrat hanc excommunicationem, iuxtà textum in *d.c. cum quis de ſent.excomm.in 6.* Vndè excom-
124 municatio iſta contrahitur non à puncto, quo ab exequutore fuit commiſſum id delictum, ſed ex puncto, quo illam exequutionē ratā quis habuit, cùm tunc ipſe cōmittat culpam requiſitam ad contrahendam iſtam pænam. *Molina cit. diſp.52.ſub num.4. verſ. obſerua tamen.*& ſic licèt retrotrahatur ratihabitio, non tamen retrotrahitur excommunicatio *Auila ſuprac.dub.9. ad finem.* An in caſu, vbi quis percuſſit Clericum, inuincibi-
125 liter ignorās eſſe talē, ſi poſtea re cognita, illam percuſsionem ratam haberet, incurrat hanc excommunicationem. infrà ſuo loco, pro nunc videte *Suarez t.5.diſp.44.ſect.3.n. 29.ad finem.* qui negatiuè reſpondet in caſu ſimili.

Tertia cōcluſio: Clericus, vel Monachus
126 ex ira iniurioſè, & grauiter ſe ipſum percutiēs, incurrit, ſecundū communē opinionē, hanc excommunicationem. *Nauarr.& alij*, quos ſequitur *Auila p.2.cap.5.diſp.3.dub.12. concluſ.2.verſ.ſecundò ſequitur, Sayrus lib.3. c.26.n.20. Suarez diſp.22.ſect.1.n.58.* teſtatur de communi *Megalius p.3. lib.4. ad finem. Theſaurus v.iniuria c.2. ampl.3. Squillantes cit.cap.6.n.71. Graffius lib.1. de caſibus reſeruatis cap.8.n.46.*& ſi putet, talem non includi in decreto Clem. VIII. *de abſolut. à caſ. reſeru.&c. Bellettus tit. de fauore clericorum canonis §.1.num.14. Marcellus Vulpe cap.1 ſuæ praxis num. 34. Reginaldus, & ConinK*, quos refert, & ſequitur *Bonacina t.3.diſp. 2.q.3.p.6.ſect.2. num.7.* Dixi primò *ex ira, iniurioſè*, quia ſupracitati authores concedunt, non incurri excōmunicationē, quādo dicta percuſsio ſui ipſius, non eſſet ex deſperatione, vel tedio vitæ, & ſic vt inquit *ConinK diſp.14. num.170.* ob vindictam humanam, ſed tantum, vel ob mortem parentum, vel aliū vehementē dolorem, aut ob peccatorū pœnitentiam, vel ſuæ carnis mortificationem, quis ſe percuteret. Dixi ſecundò, *& grauiter*, nàm preſupponunt etiam ijdem Doctores, dictam percuſsionem attingere grau-

Digitized by Google

grauitatem peccati mortalis, iuxtà dicenda
infra ſuo loco. Dixi tertiò *ſecundum commu-
nem opinionem* quia in contrarium, eſt proba
bilis opinio, quam ſequitur *Toletus lib.5.cap.
8.n.9.* mutando opinionē, quam ante docue-
rat *lib.1.cap.35.num.9.* latè probat poſt *Bal-
dum, Imolam, Archidiaconum, & Probum, Nal
dus v. Clericus nu.* 19. proſequuntur *Ioannes
Faber in §. iuris præcepta inſt. de iuſt. & iure,
apud Manriquez loco infrac. nu.* 5. qui hac
occaſione, non veretur carpere *Guttierez*,
cui ſecundum eſſe in ſcribēdo, in *præfatione
1. partis*; ſe iactat, & *Mantua dialogo 25. apud
Theſaurum loco ſuprac. Barboſa, & Turria-
nus*, quos refert, & ſequitur *Diana p.3. tract.
5. reſol.81. & p.5. tr.1. reſol.84. ad fin.* illā eſſe
probabilē, fatetur *Theſaur. loco ſuprac. ad fin.*
& ſi ad hoc alleget *Suarez loco ſuprac.* qui in
meo codice, loquitur de opinione cōtraria,
ſed forſan voluit allegare *Turrian.* qui te-
ſtatur, hanc opinionem, multos putare pro
babilem, quam ipſemet *Turrianus* vocat
probabiliorem, & non *Diana*, prout ſua ſo-
lita animoſitate ergà hunc famigeratiſsimū
authorem; eiuſdem forſan famigerationis
emulator, falsò illi tribuit. *Michaelferro,
Manriquez p.2. ſuarum quæſtionum moraliū
q.47.* qui & ſi *n.6.* dicat, quòd iſta opinio ex di
ctis per eundē, remaneat exanita, & *ad fin.
quæſtionis*, quòd non ſit vera, nec practica-
bilis, tamen fundamenta, quæ adducit pro
prima opinione, ead. omninò ſunt cum ad-
ductis communiter à Doctoribus, pro ea cita
tis (nempè quòd hoc caſu, & ſi non inue-
niatur perſona diſtincta, ſcilicèt percutiens,
& percuſſus, adſit tñ agens, & patiens, itē ꝙ
licèt ipſimet patienti, tamquam volenti, nō
inferatur iniuria, tamen illam patiatur ordo
clericalis, quæ omnia fuerunt benè conſi-
derata ab authoribus, quos ſequitur *Diana*,
ac ab eis reſoluta, & exinanita, vndè tātū, ar
gumentū illud, ipſe *Manriquez* addere vide
tur, & eſt *Dianam* frequentius approbare
infirmiores opiniones, quòd argumentum
generaliter loquēdo, nihil afficere illū pōt,
quia illud non ſolū nō negat ipſe *Diana*, ſed
in frōte ſuorū voluminū, glorianter profi-
tetur, ſe vt plurimū benignè reſoluere caſus
conſcientiæ, quòd in ſingulis ſuis reſolutio-
nibus, non ex ſua, ſed aliorum ſelectorum
auctorum, cum communi plauſu, exequi-
tur. Nec etiam ſpecialiter loquendo de hac
reſolutione, nā vt dixi, ſup. *p.1. recoll.2.* in mo
127 ralibus ſufficit ꝙ opinio ſit probabilis, vt
quis tutò illā ſequi poſsit, & ſi alia ſit proba-
bilior, ac etiam cōmunior, & quòd talis ſit
opinio, quando ita appellatur ab authore ali
quo, maximè qui rationes hinc indè expen-
dit, cùm igitur *à Turriano* authore doctiſ-
ſimo, expenſis rationibus pro vtraque parte,
non ſolum dicatur, multos putare hanc opi
nionē probabilem, & ipſe appellet probab
liorem, ac etiam *Barboſa* reſoluendo ratio
nes in contrarium adductas, illam probet, &
*Alter. apud Dianā, loco vlt. cit.* dicat eā proba-
bilē, neſcio quomodo *Manriq.* poſſit aſſere-
re, carpendo *Dianā*, quòd iſta opinio ſit infir
mior. Ex quibus patet, eſſe quoque valdè pro
babilia corollaria, quæ exindè infert *Diana*,
128 nempè non ſolum Monialem abortum po
tione ſibi procurantem, non incurrere hanc
excommunicationem, vt ante docuerat *Aui
la p.2. cap.5. diſp.3. dub. 12. §. quintò ſequitur.*
quòd non negat *Manriquez*, ſed etiam quā-
do illā procuraret venæ abſciſsione, ꝙ etiā
antea dixit, præter *Auilā, Molina* apud eundē
*Dianā*, & ante *Auilā, & Molinā*, de vtroq. ca-
ſu loquendo, docuit *Sayrus lib.3. cap.26. nu.*
17. poſt *Caiet.* & *Angel.* ex eo, quòd talis vio-
lentia non ſit iniurioſa, neque ſtatui eccle-
ſiaſtico, neque ſibi, ſed fetui duntaxat, ſe-
quitur *Bonac. ſup. ſect.1. §.1. n.6. ad finem. Ro-
driq. p.1. ſumma cap.8. nu.13. in fine.* quidquid
de more, abſq. particulari alia ratione, cōtra-
129 dicat *Manriquez*. Item quòd Cardinalis ſe
ipſum percutiens, non incurrat excommu-
nicationem latam in Bulla cænæ contra per
cutiētes Cardinales, quòd antea dixit *Duar
dus in eod. can. Bullæ*, & ſi contradicat *Bonaci-
na ibid.* quem ſequitur *Manriq.* cum quo
tantum conſentio in eo, quòd cōtrà *Gram.
& Rebuffum loco ſuprac. nu.4.* ſubdit, ſcilicèt
in *cap. ſi non licet 23. q.3.* nullā excommuni-
cationem ferri contrà eum, qui ſe ipſum
percutit, vel mortem infert. An autem dicta
monialis potionem ſumens ad abortiendū
incurrat excommunicationē latam à Sixto
V. in ſua conſtitut. moderata quòad reſerua
tionem à Greg. infra *rūm de officio confeſſarij
circa pænitentens, quæ abortum procurauerūt.*

*Manuum violentarum appellatione, quæ
actiones circà propoſitum noſtrum, con-
tineantur.*

LIcèt enim vulgò dicitur, ſubijci excom
municationi huius canonis percuſsio-
nem factam Clerico, vel Monacho, tamen
præter percuſſionem, aliæ etiam actiones
continentur ſub illis verbis canonis. *Manus
violentas iniecerint*, quæ hoc in loco expli-
candæ ſunt, pro qua re, ſit.

Prima concluſio: Non ſolum percutiens
manibus Clericum, incidit in hanc excom-
130 mun. ſed etiā pedibus, bracchijs, vel alia par
te corporis, eſt communis DD. opinio, vt al-
legatis antiquis, teſtatur *Sayr. lib.3. de cēſuris
c.26. n.11. Reginald lib.1. n.205. & Molina t.4.
diſp.51. ſub nu.1.* ac allegatis recentioribus
*Bonac. ſuprac. §.1. n.3.* cùm .n. violentia, ac
iniuria poteſt etiā inferri his alijs membris,
ſequitur, ꝙ ibi facta ſit mentio *manuū*, quia
ſūt mēbra aptiora, & frequētiora ad percutiē



Digitized by Google

dũ, non autem, vt excludantur aliæ partes corporis, ſi per eas fiat violentia, vel iniuria.

Ampliatur, vt procedat & ſi pcuſſio nõ fiat immediatè per manus, vel alias partes corporis, ſed mediatè, ſcilicèt gladio, fuſte, lapide, &c. *Suar. diſp. 22. ſect. 1. n. 28. Conink diſp. 14. n. 165. Molina* & alij. *locis suprac.* Ex qua ampliatione ſequitur quid dicendũ ad caſũ, quem habui de facto, cuiuſdam, qui vt Clericum ſuum aduerſarium in quadam lite tranſeuntem, paruipenderet, alium laicum, qui inter ipſum, & dictum Clericũ in loco
131 anguſto reperiebatur, ita irruit in Clericũ, vt Clericũ, & ſi leuiter, cõprimeret ad pariẽtẽ, quo caſu vt dixi, & ſi nõ incurrerat ille laicus, qui proximè Clericũ cõpreſſerat, tamen incurrerat ille alius, qui ipſum laicum irruerat in Clericũ. Quæ ampliatio extenditur ad quodcũq. inſtrumentũ, quo violentia infertur corpori ipſius Clerici, quo fit vt ſubdit *Molina cit. num. 1. vt non ſolum ii, qui baculo, enſe, aut lapide percuſſit gaudentem eo priuilegio, eam excommunicationem incurrat, ſed*
132 *etiam ii, qui venenũ illi propinat, vel ad eũ mittit, vt illi interficiat, eo ipſo, quod re ipſa noceat, aut ille illud ſumat.* & proſequuntur *Bega, Capraeoll. Suar. Filliuc. & Megal.* quos refert, & ſequitur *Bellett. de ſtatione Clericorum canonis* §. 1. *vt ſent. Homobon. de caſibus reſeruatis p. 2. c. 11. & 3. caſu comprehenſione 4.* & alij communiter, contra *Auilã* apud *Bonac. loco ſuprac.* qui putat poſt *Emanuelẽ Sa, & DD. ac magiſtros Salmanticẽ, quòd nõ incurrat qui occidit Clericum in cibo, & potu, quia non infert vim perſonæ, ſed naturæ, ſed tantum, quando per vim facit ei ſumere venenum*, citatur etiam, à *Megalio, & Homobono* pro hac opinione *Rodriq. p. 1. ſummæ cap.* 80. qui tamen nouiter impreſſis, nihil de hoc dicit. Ex verbis *Molinæ*, quẽ ſequuntur *Suar. & Filliuc.* patet ꝙ hoc caſu
133 incurrat propinãs, non ſolum quando re ipſa noceat, venenum, ſi ſit datũ ad tempus, ſed etiam quando illud ſumit Clericus, ſed meritò contrarium docet *Bonacina loco ſuprac.* hanc ſcilicèt excommunicationem nõ incurri antequam operari incipiat venenum propinatum, licèt non ſit expectanda ad hoc mors, ſicut expectãda erit reſpectu irregularitatis, & ſic intellige *Homob. loco ſuprac.* Vndè hoc habere locũ arbitror, etiã in maleficio
134 facto ipſi Clerico, ſiuè ſit amatorium, ſiuè veneficum, ex quo & ſi non moriatur ipſe Clericus, tñ debilitatur, & annihilatur quotidie, nam etiam tales applicãtos maleficiũ, cõprehendũtur ſub caſu reſeruato homicidij, vt per *Graſſium lib. 1. de caſibus reſeruatis cap. 14. num. 34.* ex cuius doctrina, & aliorum circa hunc caſum reſeruatum de homicidio, ſequitur quid dicendum de excommunicatione lata *can.* 11. Bullæ cœnæ contrà interficientes, mutilantes, vulnerãtes, &c. Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Legatos, Nuncios, &c. An quibus caſibus pro-
135 pinans venenum, vel maleficiũ applicans perſonæ eccleſiaſticæ, incurrit excommunicationem S. P. reſeruatam extra Bullam, ſi idem faciat cum Cardinali, Archiepiſcopo, &c. incurrat quoque excomm. reſeruatam in dicta Bulla, vt videtur ſupponere *Bonac. t. 3. diſp. 1. q. 12. p. 3. num. 3.* Qui vult ſcire differentias, & conuenientias inter excommunicationem huius *can. ſi quis ſuadente, & canonis* 11. Bullæ, legat *Duardum lib. 2. in Bulla cœnæ cap.* 1. *q.* 1.

Secunda concluſio: violentæ manuum iniectionis appellatione, in hoc canone, nõ ſolũ cõprehẽditur actio facta cũ aliqua parte corporis, vt ſup. in Clerici perſonã, quæ in
136 rigore ſit violẽta, ſed etiã quę illius perſonę eſt tantũ iniurioſa: ita *Auila cit. diſp. 3. dub. 12. concl. 2.* & ſic vt notat *Caiet. excommun. c. 10. not. 3. Violentia hoc in loco plus denotat, quã ſignificat, nã licèt ſignificet, quòd ſit in inuitũ, intelligimus tñ in hoc etiã iniurioſã manũ.* Exempla communia ſunt, de iniurioſè ſpuẽte in eũ, vel in illũ aquã turbidã infundẽte, vel puluerẽ, aut aliquo alio modo illũ deturpante, vt per ſupracitatos Doctores cõmuniter. Vndè à ſimili idẽ dici põt de auferẽte à Clerico, vel Monacho biretũ, vel veſtẽ, vt cogatur cum irriſione, vel in domo ſe cõtinere, vel ſinè ipſis exire, argumento no-
137 tatorũ per *Suarez cit. ſect. 1. ſub n. 32.* itẽ de appendente aliquid retrò in ſuis veſtibus, cauſa illudendi, vel vt ab alijs illuderetur, hæc. n. omnia ſunt iniurioſa perſonæ, & ſtatui clericali. Amplia primò etiam ſi d. actio
138 nõ ſit circà perſonã, ſed tãtũ circa res adhærentes perſonæ ipſius, qã vt inquit poſt alios, *Sayrus ſup. cap. 26. ſub n. 14.* fit iniuria perſonæ etiam mediantibus rebus adhærentibus perſonæ. *Graſſius conſ. 1. difficult. 1. ſub n. 9. de ſent. excomm. tom. 2.* vbi poſt alios, ait, quòd *ad incurrendam hanc excommunicationem, nihil referat, an quis tangat perſonam Clerici, vel rem adhærentem, ſi hoc facit violenter, vel iniurioſè, vel temerariè.* Exempla cõmunia, præter ſuprà à me relata, quæ etiam ſpectãt ad materiam huius ampliationis, ſunt qñ offenderetur Clericus vigil. in veſtibus, quibus eſt veſtitus, vt in pallio, vel pileo, cingulo, & ſimilibus, item etiam in equo, cui inſidet Clericus, vel in rebus alijs, quæ manibus tenet ipſe Clericus, vt latè per DD. ſupracit. communiter, quibus accedit *Chartarius deciſ. crimin. Curiæ Archiep. Mediolan. deciſ. 24.*
139 vbi de eripiente per vim ex manibus Parochi claues Eccleſiæ, *& deciſ.* 55. vbi occaſio-
140 ne, caſus ibi propoſiti de laico, qui veſte, Clericum equo inſidentem apprehendit, & ex equo deijcere nixus fuit, an inciderit in hãc excommunicationem, firmando regulam, quòd

Digitized by Google

quòd excommunicationem huius canonis,
incurrerat, violentiã inferẽdo rebus, Clerico
adhærentibus, etiam abſq. leſione perſonæ
illius, infert poſt alios, quòd incurrat. Primò
detinens Clericũ per veſtẽ, ſeù trahens illũ
141 per partẽ mantelli, vel detinens per capu-
tium, vel corrigiã, aut trahens per veſtem ap-
prehenſam. Secundò, ſcindens, aut lacerans
veſtes, vel illis aliam violentiã inferẽs, quòd
ſubdit eſſe verũ, vt dixi ſup. dũmodo Cleri-
cus, id ſentiat, ſecus autẽ ſi dormiat dũ ſcin
duntur, & lacerantur veſtes. Tertiò appre-
hendens per iniuriam habenas, & frenum
equi, cui Clericus inſidet. Quartò, frangens
cingulum ephipij, equo impoſiti, in quo
Clericus inſidebat, aut extrahẽs frenũ equi,
vt Clericus ſuper eo incedens, cadat. Quintò
eripiens violenter equũ de Clerici manibus,
vel quãcumq. aliã rem, quòd ampliant Do-
ctores apud *Sayrum loco ſuprac. num.* 4. etiam
ſi talis ſit dominus dictæ rei, ſed Clerico illã
commodauerat ad certum tempus, quòd
adhuc non ſit completum. Sextò, occidens
equum, aut iumentum, vel aliam violentiã
ergà eum inferens, dum in eo inſidet perſo-
na eccleſiaſtica, videte eum. De eo, qui fuit
cauſa, vt Clericus ab equo ſe præcipitaret,
fugiendi cauſa ab hoſte, eſt *textus in cap. ſi
Clericus de ſent. excõm. in* 6. & agit *Graff. p.* 1.
*deciſ. lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 12. quòd eſt verum,
vt benè aduertit *Molina diſp.* 51. *n.* 1. *ad finẽ.*
quando inſequutio hoſtis verè fuit cauſa il-
lius præcipitationis, vel caſus, ſecus ſi prudẽ-
tis arbitrio, non potuit eſſe talis, vndè ſi tan-
tum fugiendo caderet, & vlneraretur, non
incurreret inſequens, vt poſt alios, cõtrà *An-
gelum*, probat *Auila ſupra cit. concluſione* 2.
*ad finem.* Dixi *actio in perſonam Clerici*, quia
142 iniuria eſt duplex, perſonalis & verbalis,
vt per *Clarum* §. *iniuria num.* 1. ad hoc au-
tem vt ſubiaceat huic excommunicatio-
ni, non ſolũ non ſufficit verbalis, *Felinus in
cap. nuper num.* 13. *de ſent. excomm.* Doctores
communiter, in *c. ſi quis Pulſatus de panit.
diſt.* 1. *Graff. cit. c.* 49. *n.* 16. ſed neq. perſonalis
143 per actũ proximũ dũtaxat ipſę percuſſioni,
vt v.g. eleuando manũ, vel baculum, lapidẽ,
vel enſem, minando percuſſionẽ, licèt etiã
his caſibus in foro fori detur actio iniuriarũ,
*Guido Papa dec,* 12. *Viuius deciſ.* 161. *in princ.
Baiardus ad Clarum ſup. num.* 1. iſto enim
modo infertur potius metus, quàm uis. *Feli-
nus cit. cap. nuper n.* 7. vbi *nu.* 12. quòd inſul-
tans Clericum, & non percutiens, non incur
rat hanc excommunicationem, & de explo-
dente ſcoplum, vel ſagittam in ipſum ani-
mo illum occidendi, ſi non tangit perſonã,
vel res ſibi adherentes, *Graffius cit. cap.* 49. *n.*
16. neceſſe eſt igitur, vt attingat phyſicè,
aliquo modo ipſam perſonam, limitat poſt
144 alios *Bonacina cit. ſect,* 1. §. 1. *num.* 12. quã-
ex terrore talis moreretur. Aliud exemplũ
de eo, qui fecit foueam, vel eo modo viam,
per quã Clericus debet tranſire, diſpoſuit,
vt laberetur, & damnũ patiatur, ꝙ incurrat
excõm. *Filliucc. tr.* 15. *nu.* 20. De ruſtico, qui
baculo minatus fuit Sacerdotem Religioſũ,
145 ergà eius oculos illũ inuehens, & tangens,
nõ tñ percutiens, animo exaſperato, dicens,
niſi eſſes Religioſus, oculũ ſibi eruerẽ. *Graff.
conſ.* 1. *de ſent. excomm. p.* 2. probat, in hanc
excõmunicationem illũ incidiſſe in vtroq.
foro, ſi habuit animum iniuriandi, vel ſal-
tem in foro externo, ſi non habuit hunc ani-
mum illum iniuriandi, quam limitationem
videtur ipſemet reiicere *p.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.*
49. *num.* 17. vbi docet, quòd *capiens Clericum*
146 *per capillos, aut veſtes*, dicẽdo, niſi eſſes Re-
ligioſus cæderem te, incidat in hunc cano-
nem, & poſtea ſubdit hæc verba; quamuis
*Aſtenſis cit. q.* 25. dicat, quòd ſi animo iniu-
riandi, vel per contemptum hoc faciat ira-
tus, incidat, &c. Ex illis verbis *capiens per ca-
pillos, aut veſtes* fuit dictum, quòd is, qui ma-
147 nũ admouens circà pectus Religioſi, & tu-
nicã eius cõprimendo, dixerat; niſi eſſet Re-
ligioſus, &c. incidiſſet in dictam excommu-
nicationẽ, fauet *Reginald cit. lib.* 1. *n.* 111. *ad
fin.* Nota, quòd debet inferri non ſolũ vis, ſed
iniuria rebus adherentibus ipſius Clerici, ad
hoc vt incurratur iſta excõm. vndè qui clã
148 pecuniã ex Clerici etiã expergefacti marſu
pio furatur, aut palliũ, quo ille eſt amictus,
qui præſcindit illi marſupium, aut cingu-
lum, quo eſt præcintus, non incidit in excõ-
municationem, nàm vt benè *Molina ſuprac.
diſp.* 11. *num.* 2. *excommunicatio impoſita eſt
pro manuum iniectione ſuadente diabolo, hoc
eſt quæ fit culpa lethali non quidem quatenus
eſt contra ſeptimum decalogi præceptum; non
furaberis, ſed contra quintum, non occides, ſal-
tem ratione contumeliæ, ac ignominiæ, Auila
cit. diſp.* 3. *dub.* 12. *concluſ.* 2. *verſ. ſextò ſequitur*
& alij communiter. Item neceſſe eſt, quòd
dictæ res adhereant ipſi Clerico, quia ſecus
eſt ſi ab eo ſunt ſeparatæ, vndè qui manus
violentas inijcit in equum, aut in mulum
149 eius, qñ eis non inſideret, neq. illos manu
teneret Clericus eſto id fieret animo iniuria
afficiẽdi perſonã gaudẽtẽ hoc priuilegio, aut
in pileũ, vel pallium eiuſdem, quæ ab eo eſ-
ſent ſeparata, eſto crederet illi adherere, ſeù
percutere eum, qui eis eſſet indutus, vt per
*Molinam ſup. ſub n.* 1. idem de furante veſtes
in lecto iacẽtis Clerici, ſinè directa, intẽtione
eũ ibi cõcludendi, vel vt aliàs cedat in eius
ignominiam, & contumeliam, vt dixi *ſup.
n.* 136. notat poſt *Auilam Suar. & alios. Lay-
man lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *cap.* 5. *ſub n.* 5.

Amplia ſecundò, vt ſit vera concluſio,
etiam ſi tantum Clericus, vel alia perſona
eccleſiaſtica à laico, vel alio etiam eccleſia-
ſtico

Digitized by Google

150 ſtico iniuſtè detineretur in vinculis, vel in
cuſtodia, ſinè aliqua corporali leſione, ha-
betur expreſsè *in cap. nuper ex. de ſent. excom.*
vbi expreſsè S.P. loquitur tã de cuſtodia pu-
blica, quàm priuata. Addit *Abbas antiquus*
*ibid.* ſiuè cuſtodia ſit muro, ſiuè carceribus,
ſiuè magna turba, ſiuè alio quouis modo, vt
151 ire non poſſit. Dixi *iniuſtè*, quia etiã reſpe
ctu iudicis ſæcularis, adſunt aliquæ cauſæ
iuſtæ, ex quibus poteſt detinere dictum Cle-
ricũ, & ſi ad modicũ tempus, vel quia videt
eum paratum ad iniuriam alterius, & non
adeſt tempus adeundi ſuũ Prælatũ, vel quia
reperitur in fragãti crimine, vel etiã pro de-
bitis ciuilibus, ſi eſt ſuſpectus de fuga, vt poſt
alios, latè per *Bellett. tit. de fauore Cleric. ca-*
*nonis* §. 2. *à n.* 24. *Graff. lib.* 4. *deciſ.* 1. *p.* *c.* 18. *n.*
150. *& ſeq. Dianã p* 4. *tr.* 1. *reſol.* 85. *& p.* 5 *tr.*
5. *reſol.* 22. Ad hoc caput reducitur, quando
152 quis obſideret Clericũ in aliqua domo, vel
alio loco, ad finẽ illũ capiẽdi, vel impediẽdi
eggreſsũ ipſius à dicto loco, vel impellendi
ad egrediendũ cum dedecore. *Sayrus in d. c.*
26. *n.* 13. *ad finem.* vbi declarat, quòd talis ob-
ſeſſio debet eſſe principaliter reſpectu ipſius
Clerici. Sed hæc fuit opinio *D. Antonini*, quę
non ita ſimpliciter recipitur *à Suarez diſp.*
22. *ſect.* 1. *num.* 30. ſed tantum in caſu, quòd di
cta obſeſſio eſſet iniuſta reſpectu ipſius perſo
næ eccleſiaſticæ. Quoniã autem iniuria etiã
153 infertur facto, v.g. qñ apponuntur cornua,
vel fit deturpatio, vulgò *magriata*, vel aliud
infamatiuum in domo alterius, vt per *Ba-*
*iardum ad Clarum loco suprac.* fuit dubita-
tũ, an ſi hæc fierent in domo Clerici, vel alio
loco, vbi ille manet, animo illum infamandi,
incurratur hæc excommunicatio? Et reſpon-
ſum fuit pro negatiua, quia hæc infamato-
ria quando fiunt circà immediatè adherẽtia
perſonæ ipſius Clerici ſubiacerent huic ex-
communicationi, non autem quando circà
domum eius, quo caſu tantum incurri poteſt
excommunicatio ex capite carcerationis, &
cuſtodiæ, vt in dicto *cap. nuper*, non autem
ex cap. iniuriæ circà rem ſuæ perſonæ adhe-
rentem vt dixi ſuprà. fauet *Innocentius in c.*
*nuper de ſent. excomm.* vbi quòd ſi quis obſi-
154 det Clericum domi, vel in caſtro, vt non
poſſit abire, incurrat hanc excommunica-
tionem; ſecus ſi id faciat, vt Clericus ignomi
nia, & dedecore afficiatur, non alia ratione,
quàm ex eò, quia tunc non infertur violen-
tia perſonæ, nec rebus inhærentibus ipſi, re-
fert, & ſequitur *Duard. lib.* 2. *in Bulla cana*
*can.* 10. *q.* 1. vbi idem probat contrà *Alterium*
155 de obſidente Cardinalem, duntaxat hoc fi-
ne, vt verecundiam illi inferat, quòd ſcilicèt
non incurrat excommunicationem latam
in dicto *can. Bulla* contrà capientes, carcerã-
tes, detinentes, vel hoſtiliter inſequentes
Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Nun
cios, & Legatos Sedis Apoſtolicæ, cuius
*Duardi.* opinioni, accedunt *Bonacina, & Fil-*
*liuccius locis citatis ibi ab eius Addentibus q.*
4. Qui caſus eſt diuerſus à caſu, de quo *Sil-*
*ueſter excomm* 6. *n.* 5. eius, qui Clericũ in do-
mo mulieris exiſtentẽ, obſidẽt, vel claudũt,
vt exire non poſſit, ſinè magno pudore, vt
eſt videre apud *Suarez cit. ſect.* 1. *num.* 29 *&*
30. vbi agit de vtroque caſu, & ſi non ap-
probet ſimpliciter opinionem *Innocentij.*
Quæ opinio & ſi non eſſet vera, adhuc nihil
retragaretur caſui noſtro, in quo non agitur
de ignominia redundante proximè circà
perſonam, ſed valdè remotè, prout eſt illa
conſpurcatio domus, vel appoſitio cornuo-
156 rum in ea, vndè nec vis illata domui, com
prehenditur in noſtro canone, vt in ſpecie
notat *Suarez ſup. n.* 23. & clarius *Nau. conſ.* 31
*de ſent. excomm.* vbi de inſultu, & vi illatis do
mui Epiſcopi, vel Cardinalis, quòd non ſub-
iaceat excommunicationi. Confirmatur,
quia vt ſuprà dixi, iniuria perſonalis, & rea-
lis ſcilicèt rei adherẽtis perſonę eccleſiaſticæ
ſubijcitur huic excommunic. non autẽ, quæ
eſt aliquo facto illata domui, vndè ſicut af-
figens aliquem libellum infamatorium
domui Clerici, non incurret hanc excomm.
*Graff. ſup. n.* 12. ita nec apponens cornua ipſi,
vel domum conſpurcans, incidet. videte *Bo-*
*nac. t.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 6. *ſect.* 1. §. 1. *n.* 10.

Sed quid ſi non carceretur, vel obſidea-
157 tur, ſed tantũ præcipiatur Clerico ſub ali-
qua pæna pecuniaria, ne diſcedat à Palatio,
vel alio loco, ipſi præſcripto? *Graff. cit. c.* 49.
*ſub n.* 13. *& ante eũ Silueſt. ſup. n.* 12. *Nau. conſ.*
32. *de ſent. excomm.* docere videntur, talẽ prę-
cipientem vt ſuprà incurrere, quia ille locus
præſcriptus habetur loco carceris. Con-
trarium autem eſt verius, quòd poſt *Caiet.*
probat *Sayrus cit. cap.* 26. *num.* 6. *ad finem.* vbi
etiam de præcipiente exilium. Ea ratione, ꝙ
hic nulla vis exterioris manus (quæ eſt ne-
ceſſaria ad incurrendam excommunicatio-
nem iſtam) ſed ſola vis præcepti, interuenit,
quæ nullo modo manuum iniectionis ap-
pellatione continetur, & proſequuntur *Re-*
*ginaldus lib.* 1. *num.* 207. *Molina cit. diſp.* 51. *n.*
1. *ad medium*, *Suarez cit. ſect.* 1. *num.* 31. *ad fin.*
*& Bonacina ſuprac.* §. 1. *n.* 11. Qui omnes idẽ
docent à contrario ſenſu de eo, qui per me-
158 tum verbalem duntaxat, abſque aliqua vio
lenta extractione, cogeret perſonam eccle-
ſiaſticam exire de aliquo loco, quibus acce-
dit etiam *Sayrus loco ſuprac. num.* 20. Ex qui-
bus ſequitur, quid dicendum de latronibus,
& bannitis, qui detinent perſonam eccleſia-
ſticam ad finem, vt ſe redimat, ſoluendo eis
certam ſummam pecuniæ, àliàs minando
eis mortem. *Sayrus cit. cap.* 26. *ſub num.* 5. hos
tales excuſat ab iſta excommunicatione, vbi
159 nõ interueniret detentio dicti Clerici, vel

tam;

Digitized by Google

tantum obſeſſio domus Clerici,aut alterius conſanguinei ipſius Clerici,vbi non eſt Clericus , ergò ſecus putare cenſetur, vbi adeſſet detentio Clerici, ad finem, de quo ſup. clarius tamen loquitur *Suarez cit. ſect. 1. n. 30. ad finem.* ibi *ſicut qui violenter detinet Clericum, ſolum vt veſtibus, aut pecunia eum ſpoliet abſque aliquo nocumento corporis, hanc cenſuram incurret*, fauet *Reginaldus cit. n. 207. ad finem.* vbi quòd is, qui dicit Clerico *ſequere me, alioquin ego te interficio*, incurrat hanc excommun. Quòd detinentes Clericum , vel vt malũ, ꝙ volebat exequi, non exequatur, vel alio bono fine, non incurrãt eſt certum, *Sayrus lib. 3. c. 27. num. 37. Squillantes cit. c. 6. n. 93.* Quãdo autem ob carcerationem perſonæ eccleſiaſticæ ordinatam ad
160 pænam illi inferendam, vel actũ iudicialẽ ergà eum exercendum, incurratur excommunicatio lata in Bulla cænæ, videte ſuprà *recoll. 4. v. impedientes authoritate publica, & priuata, ad finem, & Nauarr. ſup. conſ. 32. de ſent. excomm.* vbi de iudice carcerante Clericum ad finem illum examinandi, vt principalem quò ad ſe, & teſtem, quòad alios. Quomodo etiam differat excommunicatio
161 lata in *can. ſiquis ſuadente*, ab ea, quæ eſt *in d. c. 10. Bulla cænæ.* cõtrà vulnerãtes, percutientes, &c. Cardinales, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Nuncios, & Legatos Sedis Apoſt. videte ibi authores, & præſertim *Duard. & Bonac.* qui authores, ex eo, ꝙ latius pateat *manus violentas inijcere*, quã *vulnerare, percutere. &c.* inferunt, lacerantem veſtes Cardinalis, &c. vel illas vi ab ipſis auferentem, vel in eorum faciem conſpuentem, aut eos puluere aſpergentem, vel aquam in illos infundentem, iniuriandi eos cauſa, non incurrere excommunicationem Bullæ, ſed huius noſtri canonis; vndè idem dixi à pari de eripiente cum violentia aliquid de manibus eorum, vel frenum, aut habenas equi, cui inſident, detinentibus, & alijs ſimilibus, quæ non veniunt nomine verberationis, aut percuſsionis.

***Qualis eſſe debeat violenta manuum iniectio in Clericum, vel in Monachum, ad hoc, vt ſubiaceat huic excommunicationi.***

PRima concluſio: Actiones ſuprà enumeratæ (quæ manuum violentarum iniectionis appellatione continentur) tunc ſubijciuntur huic excommunicationi, quã
162 do ſunt culpabiles mortaliter, non ſolum ratione actus interni, ſed etiã ratione actus externi. Hæc concluſio quòad primam partem eſt certa ex ſupradictis de cenſuris in genere *recoll. 1. nu. 236.* quòd ſcilicèt cùm excommunicatio ſit pæna grauis, requiratur etiam culpa grauis ad illam incurrendã, ideſt mortalis, & in terminis poſt *Caiet. Nau. & Couarr.* notat *Rodriq. p. 1. ſumma cap. 80. num. 7.* ibi *Si el poner las manos en el Clerigo fuere tan leue, que ſolamente llegue a peccado venial, non ay deſcomunion, porque ella preſuppone mortal peccado*, ac idem vbi deſinit eſſe peccatum mortale ob inaduertentiam perfectam, aſſerit *Villalobos p. 1. tr. 17. diffic. 22. num. 3.* Secunda pars, quòd non ſufficiat ſi dicta culpa ſit mortalis ratione actus
163 interni, ſcilicèt animi, graue nocumentũ inferendi, vt infrà, ſed requiratur, quòd tale vulnus, vel nocumentum ſit graue, etiam quòad actum externum; non eſt ita certa, ex verbis noſtri textus, ibi *ſuadente diabolo*, quæ videntur referri ad actum internum potius, quàm ad actum externum; Vndè *Molina t. 4. diſp. 51. ſub n. 6.* dixit hæc uerba, *quando actus interior, quo manus violenta inijcitur, eſt culpa lethalis, incurri hanc excommunicationem, & ſi exteriori actu, modica, ac leuis violentia inferatur*, & ſi paulò poſt, fateatur, contrarium non carere probabilitate. His tamen non obſtantibus, noſtra concluſio, etiam quòad hanc partem eſt verior: nã vt dixi *ſupra e. recoll. 1. num. 323.* excommunicatio & ſi liget quòad forum etiam internum; tamen eſt pæna pertinens ad poteſtatẽ eccleſiaſticam quòad forum externum, & per conſequens cùm eccleſiaſtica poteſtas non iudicet de merè internis, non poteſt quis ea ligari quoque quòad forum internum, niſi per actum, qui etiam quoad forum externum, & ſic quatenus poteſt Eccleſiæ conſtare; ſit mortalis, ita præter *Rodriquez ſup. n. 8. Henriquez, Sanchez, Suarez, Reginaldũ, ConinK, & Portellium*, quos *loco cit. n. 324.* allegaui. probant *Guttierez lib. 1. can. 99. c. 5. nu. 15. Bonacina tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect. 1. §. 1. n. 4. & ſeq. Diana tom. 5. tr. 5. reſol. 65. & tr. 9. reſol. 41. & Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. 2 cap. 5. n. 5. poſt principium*, qui benè declarat, per illa verba *ſuadente diabolo, manus vio-*
164 *lentas, &c.* poſita in noſtro textu, *vtrumq. requiri ad excommunicationem huius canonis contrahendam, & vt animi affectus, ſeù internum lędendi, mortale peccatum ſit, & externa iniuſta violentia grauis ſit, vel in corporis, vel ſaltem honoris leſione: ſin verò intentio lędendi, mortalis quidem ſit, ſed leſio exigua, non cõtrahitur excommunicatio, quia verba legis pœnalis intelligenda ſunt cum effectu.* Nota illa verba *vel in corporis, vel ſaltem honoris leſione*, quæ ſignificant id, quod pluribus verbis, explicat *Suarez cit. diſp. 22. ſect. 1. num. 24. & ſequentibus, vſq. ad num. 28. excluſiuè.* nempè actionem violentam externam imperatam ex animo mortali, vt ſuprà attingentem perſonam eccleſiaſticam, vel res ſibi adherentes, iudicari mortalẽ, vel venialẽ, non ſolũ ex

gra-

Digitized by Google

grauitate,vel leuitate leſionis corporalis, ſeu
nocumenti corporis,quia v.g. vuulnus infli
xiſti,vel & ſi animo eruendi oculum,vel oc
cidendi,vix eccleſiaſticum attigiſti, ſed etiã
165 ex grauitate, vel leuitate leſionis honoris,
ſeu inhonorationis ſecundùm moralẽ exiſti
mationẽ, vt dixi ſuprà,de ſpuente in faciem
Clerici honorati,percutiẽte uirga, vel pulue
re eum aſpergente, vel aquã in eum infun-
dente,& ſimilibus, ac proſequũtur *Filliuc.*
*tract.*15.*num.*17.*ad finem. Reginaldus lib.*1.*n.*
211. *Squillantes cap.*6. *de priuilegijs Clerico-*
*rum num.*54. Et hoc eſt quòd dixit *ConinK*
*diſp.*14.*num.*168.quòd *hac percuſsio debet eſ-*
*ſe peccatum mortale ratione iniuria exterius*
*illata.* qui non poteſt excludere caſum de
leſione corporis,quo caſu, vt inquit *Suarez*
*loco suprac. ſub num.*24. *propriiſſimè commit-*
*titur grauis iniuria hic prohibita, & ideò nul-*
*la ratio dubitandi ſit, quin incurratur hæc cẽ-*
*ſura*,ſic dicas de leſione, quæ tantum eſt cir
cà immunitatẽ perſonæ ipſius Clerici, quia
detinetur,obſidetur,carceratur cõtrà, ius vt
ſup.*n.*157.& notant ſupracitati authores cõ-
muniter. Et tandẽ idẽ dici põt de eo,ꝙ dicit
*Caiet.cit.cap.*10.*notab.*4. & proſequitur latè
*Molina d.diſp.*55.*n.*5.*& ſequẽtibus*,ad hoc,vt
incurratur hæc excommun.requiri, ꝙ ma-
nus iniectio ſit lethalis, vel ex ſe, ſeu natura
ſua,vel ex diſpoſitione iuris,ut infrà.Quomo
do autẽ intelligatur ly *ſecundũ moralẽ exiſti*
*mationem*, non conueniunt Doctores, nàm
*Caiet.excommunicatio cap.*10.*not.*6.*ad mediũ*,
quem præter *Auilam, & Emanuelẽ Sá*.apud
*Bonacinam loco infrà proximè cit.* ſequitur
*Villalobos p.*1.*ſumma tr.*17.*difficult.*22.*nu.*3.
expreſsè docet,quòd *quando manus violenta,*
166 *ſi eſſet in laicum, non conſtitueret peccatum*
*mortale,propter hoc,quod eſt in Clericum, non*
*ſubiacet huic excommunicationi*, hæc ſunt ver
ba *Caietani*. Cuius regulã, negat *Suarez cit.*
*ſect.*1.*num.*27. eſſe ſimpliciter veram, nàm
propter circunſtantiam perſonæ Clerici,fie-
ri põt,vt actio circà ipsũ ſit peccatũ mortale,
quæ circà laicũ nõ eſt,& è contrà,vndè con
cludit,dictam regulam intelligendã eſſe cũ
proportione, ſcilicèt quòd quandiu manet
intrà latitudinẽ leuis iniuriæ,quæ prudentũ
arbitrio, nõ ſufficiat ad hanc cenſurã,nõ in-
curratur excõm. Eſtq. idẽ,ni fallor,cũ eo, ꝙ
poſt *ConinK, & Molin.* aſſerit *Bonac. ſuprac.*
*p.*6.*ſect.*1.§.1.*nu.*14. illam nempè iniectionẽ
manus violentæ, quæ ſecluſa excõmunica-
tione, arbitrio boni viri, eſſet ſufficiens ad
peccatum mortale, eandem eſſe ſufficientẽ
ad incurrendam iſtam excommunicationẽ,
quod etiam dixit *Rodriquez p.*1.*ſumma cap.*
80.*n.*8.vbi poſtquam poſuit concluſionẽ,de
qua ſup. ſubdit, *y qual ſea la percuſſion leue,*
*ſe dexa al arbitrio de prudente baron*,& ſi(ma
lè,ſua pace,de hoc genere leuitatis, quæ ex-
cuſat à peccato mortali,& ſic etiã ab excom
municatione,tranſeat ad aliud genus leuita-
tis,de qua infrà ſuo loco, quæ non excuſat
neque à peccato mortali, neque ab excom-
municatione,ſed præſuppoſito,quòd incur-
ſa ſit excommunicatio,quæritur,an ſit S.Põ
tifici reſeruata,vel non) ſubdat, hunc pru-
dentem virum eſſe Epiſcopum, vel Confeſ-
ſarium, habentẽ facultatẽ, &c. quia quòad
167 genus huius leuitatis,quæ excuſat à morta
li,ſufficit arbitrium Confeſſarij in foro con-
ſcientiæ, qui poteſt abſoluere à mortali, ad
quem pertinet iudicare,vtrum peccatum ſi-
bi confeſſum ſit mortale, vel veniale, iuxtà
ea,quæ dixi *p.*1.*recoll.*1. ita intelligo *Moli-*
*nam,ad finem.diſp.*53. qui aſſerit, *quòd in du-*
168 *bio an violenta aliqua manus in eccleſiaſtico,*
*ſit culpa lethalis,perindè ſe debeat quis habere,*
*qui ita in eum manus iniecit, ac ſi eſſet excom-*
*municatus,tametſi tunc neceſſe non ſit in pani-*
*tentiæ foro abſoluere illum peculiari forma ex-*
*communicatorum à iure ſtatuta, vt ea excom-*
*municati,maiori excommunicatione abſoluan-*
*tur,ſed ſatis ſit eum abſoluere, generali abſo-*
*lutione à peccatis, & excommunicatione*, di-
xi in foro conſcientiæ, quia ſecus eſt in fo-
ro externo,vt per *Sayrum lib.*28.*num.*29.Ex
quibus patet,quòd ſi percuſsio leuis ſit in ta
169 bella reſeruata Ordinario hæc reſeruatio,
non extendatur ad hunc caſum, vbi quis du
bitat,vtrum in illa peccauerit mortaliter,ſi-
cut à ſimili de voto dubio, probat poſt alios
*Diana p.*4.*tr.*2.*reſolut.*11.11. *ad finem.* item
170 quòd neque ſtante hoc dubio, tales poſ-
ſint dici notorij percuſſores Clericorum,
& per conſequens vitandi, dixit *Auila p.*2.
*cap.*5.*diſp.*3. *dub.*13. *caſu* 3.

Ex hac concluſione ſit declarata. Sequi-
tur primò, quòd percutiens Clericum ſinè
171 animo grauiter iniuriandi ipſum Clericũ
& ſic abſq. odio mortali,non incurrit excõ-
municationem,ita *Rodriq.p.*1.*ſumma cap* 80
*n.*7.*ad finem.* quòd intelligitur etiam ſi iniu-
ria externa ſit grauis, *Molina cit.diſp.*51.*n.*6.
*ad finem.* qui adducit exemplum *Nauarri*,
de illo, qui bono zelo, vt auerteret Epiſco-
pum, arroganter alloquentem cum magno
Magiſtro Melitenſi, apprehendit à tergò ex
poſteriore parte Almucii, &c. & proſequi-
tur eiſdem ferè verbis *Layman cit. cap.*5.*ſub*
*num.*6. ibi *& vice verſa licèt exterior læſio*
*grauis ſit, ſi tamen intentio lædendi à peccato*
*mortali excuſari poſsit, excommunicatio non*
*incurritur, ratio eſt, &c.* Secũdò ſequitur, ꝙ
172 hic animus iniuriãdi debet etiã aliquo ſi-
gno exteriori cõſtare,adhoc,vt actio externa
grauis, ſubiaceat excõmunicationi, *Conink*
*diſp.*54.*num.*168.quia ſi ioco ſequuta eſt vir-
ga,v.g. percuſsio,&c.nõ ſubiacet huic excõ-
municationi.*cap.*1.*vbi gloſa v.Clerici de ſen-*
*tentia excommunicationis.* qui textus & ſi lo-
qua-

quatur de Clericis, etiam plenæ ætatis, ſe in uicem ita percutientibus. DD. tamen intelligunt etiã ſi laicus ſimili modo eccleſiaſticũ percutiat. Itẽ, *eſtò aliquid iræ, appetituſq. alicuius vindictæ interueniat, modo attenta qualitate percuſſionis, attentiſq. alijs circunſtantijs concurrentibus, non interueniat culpa lethalis, ita Molina ſuprac. diſp.* 51. *n.* 7. & hoc eſt, quod vult dicere *Vllalobos ſuprac. diff.* 21. *n.* 3. ibi *el primiero es, quando ſe eſtaua burlando aunque aya ſido algo demaſiado, & Bonacina cit. p.* 6. *ſect.* 4. *num.* 3. *verſ. Addo*, vbi ſubdit, ſecus eſſe, qñ actio per iocũ inchoatur, & mutatur in ſacrilegiũ mortale per indignationem, & per aduertentiam, ꝙ intelligi debet quando etiam indignatio mortalis, ex circũſtantiis etiam in exteriori appareat. Vndè in caſu de percutiente Clericum, animo quidẽ
173 malo, & vindictæ, tñ in externo, ſe habẽte, vt ludens, & iocosè, & vt vlgò dicitur, *per burla*, fuit dictum, illum non incurriſſe excommunicationem, quia illa iniectio manus, & ſic actus exterior, vt ſubiiciatur excõmunicationi, debet eſſe malus, & mortalis, non ſolum per relationem ad actum internum, ſed etiam ſecundum ipſius actus externi quantitatem, vt in ſimili de actu externo requiſito ad incurrendam excommunicationem latam contrà hæreticos, dixit *Sanchez lib.* 2. *ſummæ moralis cap.* 8. *num.* 7. vndè inter alios caſus, in quibus proferens hereſim internam, non incurrit excommunicationem præfatam, vnus eſt ſi quis iocosè tãtum, & nõ aſſertiuè eam proferret, ſi alioqui eſſet homo, de quo, hereſis præſumi non poſſit, vt poſt *Vittoriam, & Simancas, notat Diana p.* 4. *tr.* 4. *reſol.* 240. *verſ. tertius caſus, &c.* & ratio eſt euidẽs, quia actio iſta externa vt facta eſt ioco, in exteriori non poteſt iudicari moralis, fauent infràdicẽda de excedentibus in correctione, vel defenſione, & ſi admixto mortali odio, nàm ſufficit quod correctio, & defenſio illa externa de iure ſit licita, vt excuſetur ab excomm. quidquid ſit de odio, quod latet in corde.

Secunda concluſio: Actiones violentæ, factæ in perſonam Eccleſiaſticam, ad hoc, vt ſubijciantur excommunicationi huius canonis, non ſufficit, ſi ſint voluntariæ, & mortales, tã ratione actus interni, quã externi, vt in *concluſ. præced.* Sed quoq. requiritur,
174 quòd ſint tales, etiam in ratione ſacrilegij. Hæc concluſio præſupponitur ab omnibus authoribus ſupracitatis, & habetur in textu eiuſdem canonis ibi, *ſi quis ſuadente diabolo huius ſacrilegij, reatum incurrerit, quòd in Clericum, &c.* vndè Doctores ibi communiter aſſerunt, materiam dicti canonis eſſe ſacrilegium, quo manus violenta in Clericum, vel Monachũ inijcitur, ita *Caiet. excommunicat. c.* 10. ponitur in ſpecie hæc concluſio à *Layman cit. n.* 5. *in principio*, eſt tñ verum, quòd ſupracitati Doctores non explicant clarè, in quo conſiſtat hæc ratio ſacrilegij, in iſta manus iniectione, vndè aliqui cẽſent, quòd tũc non ſit ſacrilega dicta manus iniectio, quando excuſatur ab incurſu excommunicationis, quòd non eſt verum, quia poteſt eſſe tũc aliquando dicta manus iniectio ſacrilega mortalis, non autem ſubiici excommunicationi huic, licèt enim talis iniuria Clerici, nõ foret ſacrilegiũ, niſi ſpecialiter eſſet prohibita in *noſtro canone* intuitu Religionis, ſecundũ communem opinionem, de qua teſtatur *Suar. t.* 1. *de Relig. lib.* 3 *de ſacrileg. c.* 2. *n.* 4. nõ tamen per hoc, hæc malitia ſacrilegij oritur ab excommunicatione lata in *eod. can.* ſed ex prohibitione, quæ ibi prior eſt, quàm excommunicatio, vt benè ſubdit *Suarez ibid. n.* 5.. Alij putant, tunc non eſſe ſacrilegium, quando in ea quis peccauit tantum venialiter, quaſi non detur paruitas materiæ, etiam in peccato ſacrilegij, contrà id, quod dixi *ſup. p.* 1. *recoll.* 9. *n.* 205. vbi loquor in fortioribus terminis, ſcilicèt ſacrilegij in materia venerea, & generaliter loquendo de ſacrilegij culpa in omnibus ſuis ſpeciebus, ait *Suarez ſuprac. lib.* 3. *de ſacril. c.* 7. *n.* 2. vndè ſit.

Tertia concluſio: actiones ſupradictæ fa-
175 ctæ in perſonam eccleſiaſticam cum ignorantia, quòd illa ſit talis, non ſunt ſacrilegæ, & per conſequens ex defectu huius malitię, non ſubijciuntur excommunicationi huius canonis. Hæc concluſio probatur: nàm malitia ſacrilegij oritur ex obiecto, intuitu Religionis, prohibito, ſed qualitas perſonæ eccleſiaſticæ, circà quam verſatur ipſa actio ſacrilega, ſe habet vt obiectum proximum huius ſpeciei ſacrilegij, ergò ſi aliquis ignorans dictam qualitatem, infert iniuriam perſonę eccleſiaſticæ, non dicitur ſacrilegus & per conſequens iuxtà ea, quę dixi *concluſ. præced.* non incurrit hanc excommunicationem. Nota quòd ponitur iſta concluſio, per negationem, quia & ſi dentur aliqui caſus, in quibus dicta manus iniectio ſit ſacrilega, non tamen ſubijciatur huic excommunicationi, vt dixi *concluſ. præced.* tamen non datur caſus, in quo non ſit ſacrilega dicta manus iniectio, & ſubiaceat eidem excommunicationi. Hæc concluſió ſic declarata, eſt certa, & communis apud omnes DD. ſupracitatos, qui docent, percutientem Clericum, quem ignorauit, talem eſſe, non innodari hac excommunicatione, quia illa non eſt impoſita pro quauis mortali culpa, ſed pro ea, quæ admixtum habet voluntarium ſacrilegium in perſonam Clerici, quòd non contingit in eo, qui probabiliter ignorat, Clericum eſſet illum, quem percutit, ita *Suarez cit. ſect.* 1. *n.* 51. *Reginaldus lib.* 1. *nu.* 23. cum alijs, quos refert, & ſequitur *Squillantes cit. cap.* 6. *n.* 76. Qui explicant, quòd duobus



Digitized by Google

7 modis poteſt contingere dicta ignorantia,
vel quia dicta perſona, cui manus violenta
inijcitur, ita incedat abſq. habitu, & tonſura,
vt appareat laicus, alias de qualitate eius om-
nino ignarus ipſe, qui Clericum percuſſit,
aut injuriam intulit, de quo eſt caſus in *cap.
ſi verò 2. de ſent. excomm.* vel licèt habeat ve-
ſtem, & tonſuram, tamen inuenit eum no-
ctū, vel in loco tenebroſo, & obſcuro, ibiq.
eum percutiat, non aduertens eſſe Clericū,
&c. *Sayrus lib. 3. cap. 27. num. 2. & 3. Auila p.
2. cap. 5. diſp. 3. dub. 13. verſ. quartus caſus*, cū
alijs allegatis per *Chartarium decis. 56. n. 24.
& ſeq. Curia Archiep. Mediolan.* vbi latè pro
bat hanc noſtram concluſionem. *Bonacina
cit. p. 6. ſect. 4. n. 2.* & alij communiter. Quod
extenditur quoque ad caſum, vbi percutiens
179 dabat operam rei illicitæ, vt etiam dixi
*ſuprac. recoll. 1. num. 362.* quibus illic allega-
tis accedunt *Reginaldus ſup. & Chartarius n.
19.* qui benè ſubdit rationem, quòd ſcilicèt
ad incurrendam hanc excommunicationē
non ſufficiat lata culpa, quæ poteſt interue-
nire in eo, qui dabat operam rei illicitæ, ſed
requiratur dolus. Dixi *cum ignorantia* abſo-
lutè, quia ſecundum aliquos non ſufficit
180 ignorantia vincibilis, ſeù culpabilis mor-
taliter, veluti ſi vidit tonſuram, & tamen non
putabat eſſe Clericum, vt explicat *Sayrus
cit. cap. 27. num. 3.* ita *Reginaldus ſuprac. nu.
223. ad finem.* præter alios allegatos *ſup. re-
coll. 1. n. 369. & ſeq.* vbi contrariam opinionē
ſubſtinui vt probabilē, ac etiā ſubdidi *n. 371.*
id eſſe verū, & ſi d. ignorātia eſſet craſſa, vel
ſupina, quibus illic allegatis, prò opinione
negatiua, accedit *Villalobos par. 1. ſum. tr. 17.
diffic. 22. n. 3.* ibi *Mas baſtaria para eſtos ſi lo
hizieſſe per culpa lata, ò ignorantia craſſa co-
mo tienen. Gouarr. y Thomas Sanchez con
otros, porque a quella palabra ſuadente diabo-
lo, ſola excuſa la percuſſion licita; Aunq. Abad,
Alexandro de Neuo, y Silueſtro dizen, que no
ſe eſcuſa el que ignora, que es Clerigo con igno
rantia craſſa, y culpa lata,* idem eſſe de igno-
182 rātia affectata, patet ex dictis *ſup. recoll. 1. n.
375.* quidquid in hoc impugnet *Dianā ibi à
nobis allegatū*, ſuo more abſq. alio nouo fun
damento, *Manriquez p. 2. ſuarū qq. moral. q.
80.* quàm ꝙ affectata ignorantia equipara-
retur ſcientiæ, quę ratio iā reſoluta, remanet
ex dictis *loco ſuprac.* vbi inuenietis aliam am
pliationem de ignorantia concomitante, nē-
pè quādo, & ſi quis ignoret, percutiēdū eſſe
Clericum, tamen ad huc percuteret, ſi ſciret
eſſe Clericum, de qua etiā *Squillantes cit. c. 6.
de priuilegiis Clericorum num. 75. Molina t. 4.
diſp. 53. n. 2.* Subdidi quoque illa alia uerba,
*quòd illa ſit talis*, quia ſi ignorantia foret cir
cà hunc canonem, ſeù pœnam excommuni-
cationis, excuſaretur ex alio capite ab illius
incurſu, de quo *ſuprac. recoll. 1. num. 350.* qui-
bus illic allegatis, addo *Chartarium decis. 70.
Curia Archiep. Mediolan. num. 15. & 90.* qui
loquitur in caſu, de excommunicatione per
ſpeciale alicuius Diœceſis ſtatutum, uel con-
ſtitutionem, inflictam ob crimen, alioquin
de iure diuino, uel humano ꝓhibito, & poſt
alios teſtatur, eſſe opinionē nō ſolū cōmunē
& magis communem, ſed etiam quòd ab ea
non ſit recedendum, dictam excommuni-
cationem non ligare eos, qui pœnalem illam
conſtitut. ignorauerunt.

Ex his infertur primò, quid dicendum de
eo, qui uolens percutere Franciſcum Cle-
ricum, percutit Petrum, quem etiam ſciebat
184 eſſe Clericum, quia ut dixi ſup. *recoll. 1. n.
34.* quando hæc percuſsio non accidit ex er-
rore, ſubiacet huic excommunicationi, ex
quo n. tunc ignorantia non ſit circà circun-
ſtantiam clericatus, ſicut non excuſat à ſa-
crilegio, ita neque excuſat etiam ab hac
excommunicatione, ut ait *Molina ibi à me
citatus.* Dixi, *quem etiam ſciebat eſſe Cleri-
cum*, nàm ſi ignorabat inuincibiliter Petrū
eſſe Clericum, quia u.g. erat in habitu laica-
li, in quo, & Franciſcus eo tempore, uel loco
ſolebat incedere, non incurreret, cùm hoc
caſu ignorantia ſit cirà circumſtantiam cle-
ricatus, ut ſubdit *Molina ſuprac. n. 3.*

Infertur ſecundò, quid dicendum de eo,
qui uolens percutere Franciſcum Clericū,
185 percutit Petrū laicum, ꝙ .ſ. non incurrat
hanc excommunicationem, ex quo licèt ani
mus fuerit ſacrilegus, tamen actus externus,
qui iudicatur ab eccleſia, non eſt talis, ita
*Suarez ſuprac. diſp. 22. ſect. 1. num. 43. Filliuc.
tract. 15. num. 27. Molina loco ſuprac. ſub. n. 3.*
qui teſtatur de communi *Squillantes cap. 6.
de priuilegijs Clericorum num. 76. Bellettus
tit. de diſciplina clericali* §. 2. *num.* 15. contrà
*Sayrum lib. 3. cap. 27. num. 5. & ſeq.*

Infertur tertiò, quid dicendum de eo, qui
186 uoluit percutere Petrū laicum, & percuſsit
Franciſcum Clericum, quia neq. incidit in
excommunicationem: nàm ut dixi, requiri-
tur ſimul, ut tàm animus internus, quā actus
externus ſint ſacrilegi, ut per *Suar. Filliuc.
Squill. locis ſuprac.* qui poſt *Couarr.* teſtatur
de cōmuni. De eo etiā, qui percuſsit aliquē
quem credebat Clricū, vel Monachū, quia
v.g. habebat tonſuram, vel geſtabat habitū,
ſi reuera ille talis non erat, non incurratur
excommunicatio, patet ex his, quæ dixi ſup.
187 quòd ſcilicèt cōſcientia erronea poteſt eſſe
cauſa peccati, non autē cenſuræ, & notat *Me
gal. p. 3. lib. 4. c. 1. n. 29. Auila c. 5. diſp. 3. ad finē.*

Infertur quartò, nec incurrere eū, qui per
incōſiderationē, incogitātiā, vel inaduerten-
188 tiam naturalē, Clericum percuſſerit, nàm
iſta æquiparantur ignorantiæ, vt per *Portel-
lium v. excommunicare n. 9.* & dixi *ſuprac. re-
coll. 1. num. 407. & ſeq.* loquendo generaliter
de cenſuris, vbi quòd ſufficiat, ſi dicta inad-

uer-

Digitized by Google

uertentia excuſet à mortali, vt excuſet etiã à cenſuris, & præcipuè ab excommunicatione, ſicut etiam dicitur de ignorantia, & ſic loquuntur *Villalobos ſuprac. n.3. ConinK ſupracit. diſp.14. n.190. Filliuc. d. tract. 15. num. 26. Layman cit. lib. 1. tract. 5. p.2. cap.5. num. 8. verſ. altera excuſatio, & Bonacina ſuprac. ſect.4. num.3. verſ. Addo.* Exemplificans in eo,
189 qui ob conuitiũ ioco, vel ſeriò ſibi à Clerico illatum, ex ſubito motu, abſque plena aduertentia, Clericum percutit, vel impellit, ſaltẽ vt dixi, non plenè aduertendo ad pœnam excommunicationis, quę ex tali percuſsione poteſt contrahi, & ſic non ſolũ id accidere põt in pueris Clericis rixãtibus elicientibus è naribus vel à capite ſanguinẽ, vt poſt *Sotũ* exẽplificant *Conink, Filliuc. & Laym. locis ſupracit.* & dixi *ſup. recoll.1. n.446. &*
190 *hac ead. recoll. n.*102. ſed etiã in adultis, vt poſt alios dixit *Auila p.2. c.5. diſp.3. dub.13. caſu* 3. qui refert ex *Nau.* caſũ de canonico, qui iratus ob quædam contenta in ſchedula, quam legebat, alium Canonicum petentem, vt ſibi faceret copiam, eam legendi, repulit à à ſe, qui caſus, ni fallor, potius pertinent ad aliam cauſam excuſantem à mortali, & per cõſequens ab excõmunicatione, ſcilicèt leuitatis materię, de qua ſup. nàm hæc iniuria inter pueros, vel etiã adultos familiares non reputatur grauis, attingens peccatũ mortale, vt dixi ſup. *n.162.* vel ſaltẽ quia eſt dubiũ, vtrũ, peccauerint mortaliter necnè, vt dixi *ſup. recoll.2. num.446.* fauet *Suarez tom.1. de Relig. lib.3. de ſacrilegio cap 7. n.2.* vbi quòd ſacrile-
191 giũ poteſt eſſe veniale, tùm ex leuitate materiæ, tùm etiam ex inaduertentia, que licèt non ſit omninò voluntaria ratione negligẽtiæ, reddit tamen actum non plenè deliberatum. An autem etiam id poſsit euenire ratione neceſsitatis infrà ſuo loco. Quòd poſt *Aſtenſem*, dicit *Graffius p.1. deciſ. lib.2. c.* 49. *nu.36.* de illo, qui à Clerico ludente ſecum, grauiter percuſſus, & propter hoc motus, ſi-
192 nè deliberatione, iratus incontinẽti repercutit eum grauiter, animo vindicandi ſe, hoc non facturus, ſi plenè deliberaſſet, quòd ſcilicet incidat in hanc excommunicationem, (præter quàm ſibimet contradicit cum his, quæ ſuprà proximè dixit, de repercutiente, vel percutiente, quamuis animo turbato tàm extrà, quàm intrà ludum, & infrà de Sacerdote, qui puerum Clericum importunè cum eo ludentem percuſsit iratus.) dum præſupponit indeliberationem, & quòd aliàs talis non ita percuſsiſſet, ſi plenè deliberaſſet, interuenit inaduertentia,
193 vel circà cenſuram, vel circà iniuriã, quæ inaduertẽtia excuſat, vt dixi, vel quia tantũ adeſt peccatũ veniale, ſecundũ cõmunẽ ſententiã, vel quia nullũ cõmittatur peccatũ ex imperfectione deliberationis, & aduertentię, ſecundum *Sanctum In ſelectis diſp.*18. *& ſeq.*

Infertur quintò, neque incurrere excom-
194 municationem iſtã, percutientẽ caſu fortuito, ita *Villalobos cit. diffic. 22. num.3. verſ. De lo qual, ad finem, Chartarius cit. deciſ.*56. *n. 3. Megalius p.3. lib.4. c.1. num.14. verſ. ſecundo.* fauet regula, quòd caſus fortuitos, nemo præſtare cogatur, cùm illos, nullum hominum conſilium præuidere poſsit, vt inquit textus in *l. 2. §. ſi eo tempore ff. de adminiſtr. rerum ad ciuit pertinentium, & in c. fin. extra de homicidio,* vbi *gloſa finalis* dicit, quòd caſus fortuiti non imputantur alicui, niſi culpa ſua quis in eos incidat, de qua re videte *Andreã Gaill. l.2. pract. obſeruat. obſeruat. 22. n.7.* quo probetur, *Alexãder conſ.*50. *lib.1.*

De ignorantia, vel inaduertentia, in foro conſcientiæ, ſtare debet Confeſſarius dicto
195 pænitentis, vt eſt clarũ, in foro autẽ fori, & externo, debet illa probari iuramẽto ipſius *c. ſi verò 2. de ſent. excomm.* ibi *vel ſi hoc dubium fuerit,* intellige, apud forum externum, *propria manu duntaxat præſtiterit iuramentum, quòd eum eſſe Clericum ignoraſſet,* vbi *gloſa v. propria manu* ſubdit *ſoli ſacramento creditur, quando de conſcientia alicuius dubitatur, vel quæritur,* ſi autẽ iurare recuſabit, debet haberi pro excommunicato, vt ibi in eod. tex. ſubdit S. Pontifex, vbi *gloſa verbo noluerit,* ſubdit. *Hoc ipſo quòd iurare non vult, præſumptio eſt contrà eum, in tantum, quòd tamquam excommunicatus vitabitur. Sayrus cit. cap. 27. ſub. num.2. Bellettus p.1. diſquiſitionis clericalis tit. de diſciplina clericali* §.2. *ſub num.* 14. Hi DD. licèt loquantur in ignorantia; idem tamen debet dici de inaduertentia, vt lo-
196 quendo de delicto cõmiſſo calore iracundiæ incontinenti, quando non adeſt præſumptio contra ipſum reum, notat *Baiardus ad Clarum §. fin. q.60. ſub num.36.* Quando autẽ talis percuſsio facta in ebrietate, ſomno, &c. ſubiaceat huic excommunicationi patet ex dictis *ſup. p.1. recoll.7. num.*103. quibus illic allegatis addo *Auilam p.1. dub.11. concluſ.1.*
197 Quarta concluſio: vna actione ſimul, percutiens duos, tres, vel plures perſonas gaudentes hoc priuilegio, ſecundum ſatis probabilem opinionem, vnam tantum excommunicationem incurrit, ita poſt *Megalium* dixi *ſup. p.1. recoll.15. ſub. n.79. &* poſtea allegato *Suarez, & Corneyo* confirmat *Diana p 5. tract. 9. reſol.* 59. quibus addo *Bonacinam diſp.1. de cenſuris in genere q.1. p.5. n.7.* qui id probat ea ratione, quia hoc caſu vna tãtũ eſt tranſgreſsio contrà idem præceptum *Non occides,* & per conſequens talis committit vnum peccatum, ergò vnam tantum etiam incurrit cenſuram, ac reſpondet contrarijs.

Dixi *vna actione ſimul,* quia ſecus eſt in percutiẽte plures Clericos non vna actione, ſed
198 ſucceſsiuè, nàm licèt quando actio eſt vna & ſi circà plures perſonas, vt in caſu concluſionis



Digitized by Google

ſionis, vnitas deſumatur ex unitate tranſgreſsionis, tamen quando actio ſit ſucceſsiuè, vnitas, & multiplicitas peccatorum deſumitur ex vnitate, & multiplicitate ſubiectorum, & perſonarum, & ſic nihil refert continuatio tēporis, ita *Bonacina loco ſuprac. q.2. Alter. Corneyo*, & alij communiter, vt per *Dianam loco ſuprà citato reſol.* 60. Ex qua ratione patet, quare S. Pontifex in *cap. cum pro cauſa de ſent. excomm.* reſpondit, quòd N. ob verberationem Clerici factam in dor
199 mitorio, & continuatā per clauſtrum, vnicam tantū contraxerit excommunicationē, ratione percuſsionis, quia cùm fuit vna perſona percuſſa, omnes etiam illæ verberationes continuatæ, reputantur vna, ex quo tm̄ efficiunt vnū peccatū magis graue, vt de eo, qui alterū ter lancea, vno iracundiæ impetu vulnerauit, docet *Vaſquez t.4. de pænit. q.91. art.1. dub.4.* apud *Sancium in ſelectis diſp.6. n.1. ad finem. & Caſtrum Palaum tom.1. tract.2. diſp.3 p.3. n.5.* vbi etiā refert alios authores, inter quos *Ioannem Andream*, quem antea retulit *Silueſter excom.6. ſub n.8.* affirmantē,
200 eum, qui ter pugione Clericum percuſſit continuatis vulneribus, vnam tantum excōmunicationem contraxiſſe, quæ eſt communis opinio, vt teſtatur. *Bellett. p.1. diſquiſitionis clericalis tit. de fauore Cleric. can.* §.1. *num.*47. vbi benè ſubdit, ſecus eſſe ſi pluri-
201 bus vicibus, ex interuallo eundē percuteret Clericū, nā eo caſu propter interruptionē, nō eſt amplius vna traſgreſsio, ſed ſūt plures trāſgreſsiones. *Bonac. loco ſuprac. n.3. & 5.*

Dixi, *ſecundum ſatis probabilem opinionē*, quia contraria opinio in eo caſu, vbi vno
202 ictu, quis percutit plures Clericos, quòd incurrat tot excommunicationes, quot fuerūt Clerici percuſſi, eſt non ſolum ſecurior, & in praxi ſequenda, vt aſſerit *Suarez t.5. diſp.5. ſect.3. n.12.* ac fatetur etiam *Bonacina loco ſuprac. num.7. verſ. dixi probabiliter*, & præter ab eo citatos, accedit *Squillantes cap.6. de priuilegijs Clericorum n.2. ad finem.* ſed etiam probabilior, quia probabilior quoque vocatur à *Filliuccio tr.21. n.331. ad finem.* (Ad quem locum ſe remittit loquendo de cenſuris in genere *tr.11. n.144. ad fin.*) opinio, ꝙ tot
203 ſint peccata, quot perſonæ, quibus iniuria infertur, de qua re præter à me citatos *ſupra allegato num.* 79. accedit *Caſtrus Palaus to.1. tr.2. diſp.3. p.3. n.8.* Nota tamen, quòd ad hoc vt multiplicentur peccata ex multiplicatione perſonarum, quibus infertur iniuria, ipſe *Filliuccius* requirit, quòd talis intendat, habeatque intentionem occidendi dicto ictu tres, v.g. vndè videtur concedere, quòd ſi id caſu accidat, v.g. vbi volens quis vno ictu ſclopi occidere dūtaxat Titium, ex diuerſis pilis ignitis, ſi duo, vel tres eſſent occiſi, quòd ipſe non intenderat, neque in ſe, neque in cauſa, tunc eſſe vnum peccatū. In omni tamen opinione, qui vno ictu ſimul
204 percuſſit plures, non ſatisfacit, dicendo in confeſsione, ſe commiſiſſe vnum homicidium, vel ſemel percuſsiſſe, quia hæc non eſt circunſtantia tantummodo aggrauans, ſed aliquid ſe tenens ex parte obiecti, & conſtituens actum in ſuo eſſe indiuiduali, & per conſequens, exprimendus eſt numerus perſonarum percuſſarum, vt cognoſcatur ſubſtantia actus, iuxtà ea, quæ dixi *ſup. p.1. recoll.* 79. & in terminis notat *Bonac. ſuprac. p.5. n.7 verſ. obijcies* 5. imò ſi percuſsi fuerūt eod. ictu
205 ſimul Clerici, & ſæculares, id quoq. ſit exprimendū, dixit *Fagundez lib.3. in ſecundū præceptum c.5. n.9.* Quòd ſi talis, numerum perſonarū vt ſup. nō expreſſerit, adhuc rema-
206 neat abſolutus ab omnibus dictis excōmunicationibus ex dictis *ſup. recoll.* 1. *n.*270. & DD. in *c. cum pro cauſa de ſent. excomm. vbi gloſa fin.* ſufficit .n. ꝙ expreſſerit cauſā, & ſi non expreſſerit numerum perſonarum. Qui *Bonac. ibid. n.*8. *& ſequenti*, & ſi concedat, poſt *Suarez, Sayrus*, & alios, percutientē Clericū, qui ſimul
207 eſt Subdiaconus, Diaconus, & Sacerdos, cōtrahere vnā tātū cenſurā, ex eo, ꝙ cōmittat vnum peccatū formaliter contrà reuerentiā debitā ſtatui clericali, quæ reuerentia eſſentialiter ſpectat ad traſgreſſionem huius canonis, non autem reuerentia ordinis, quo aliquis eſt initiatus, quæ accidentaliter ſe habent ad tranſgreſsionem huius canonis, & non eſt circumſtantia, quæ mutat ſpeciem.
208 Subdit tamen, quòd percutiens Monachū, qui ſit etiam ordine aliquo initiatus, contrahat duas cenſuras, ex quo in eo concurrūt duæ circumſtantiæ mutantes ſpeciem, cùm alia reuerentia debeatur illi, vt Religioſo, alia vt Clerico, ergò licèt hic ſit vnicus actus materialiter phyſicè, & entitatiuè, ſunt tamē duæ trāſgreſsiones, & peccata, & per conſequēs etiā duæ cōtrahuntur cēſuræ, proſequitur *Diana p.5. tr.9. reſol.*60. *verſ. ſecundò plures.* allegato quoque *Corneyo.* Vndè ſecundū hos authores, qui Sacerdotem ſæcularē percuſsit, ſufficit, ſi dicat in confeſsione, etiā in opinione, quòd circumſtantiæ aggrauantes ſint neceſſariò confitendæ, vt per *Fagund. ſup. nu.* 3. quòd percuſsit Clericū; qui autem percuſsit Monachum aliquo ordine, etiam prima tonſura, initiatum, requiritur, vt exprimat ſe percuſsiſſe Religioſum habētem ordinem. Quæ ſecunda pars videtur habere difficultatem, ni fallor, nàm plures Doctores, quos ſequutus fui *ſup. p.1. recoll.9. nu.*157. & teſtatur de probabili *Diana p.1. tract.7. de circumſtantijs reſolut.*3. docent, mulie-
209 rem, (vel etiam maſculum) committentē peccatum ſacrilegij contrà ſextum præceptum cum Religioſo Sacerdote, ſatisfaciat exprimēdo in confeſſione alterum ex ipſis, nempè

nempè quòd peccauerit cum conſtituto in ſacris, vel cum Religioſo profeſſo, ea ratione, quòd vtrumque votum ſcilicèt Religionis, & ordinis ſacri, ad eandem Religionis virtutem pertineat, & per conſequens non differre vnum ab altero ſpecie ſubſtantiali, ſed accidentali tantum, vt per *Sanchez, & alios*, quos refert, & ſequitur *Marchinus de ordine tract. 2. p. 6. difficult. 7. ad finem.* ita dico ego, licèt percutiens Monachum ordinatũ, vnum peccatum committat contrà reuerentiam debitam contrà ſtatum Religioſi, & aliud contrà reuerentiam debitã ſtatui Clericali, tñ iſtę duæ reuerentiæ pertinent ad eãdẽ virtutem Religionis, ergò vna reuerentia nõ differt ab alia ſpecie, ſed ad ſummũ eſt circũſtantia aggrauãs notabiliter, vt videtur aſſerere *Fagundez lib. 4. in ſecundum præceptum Eccleſiæ cap. 3. num. 5. ad finem.* ibi *quàmuis votum ſacrorum ordinum non addat etiam diſtinctam ſpeciæ malitiam ſuprà votum profeſſionis. addit tamen circumſtantiam notabiliter agrauantem ratione conſecrationis ad officia, & miniſteria diuina, ad quæ Clerici per ſacros ordines deputantur.* quòd eſt idem quam quòd conſecratio Clerici differat à conſecratione Monachi, non ſpecie, vt præſupponunt Doctores allegati à *Bonacina, &*
210 *Diana*, ſed tantum ſit circunſtantia notabiliter aggrauans intrà eandem ſpeciem, & per conſequens, ſecundum opinionem eorum, qui docent, has circunſtantias non eſſe neceſſariò confitendas, iſta circunſtantia, non erit neceſſariò exprimenda. Quòd percuſ-
211 ſio Clerici, aut Religioſi ſit ſacrilegium cõtrà virtutem Religionis, contrà *Vaſquez*, probat *Suarez tom. 1. de Religione lib. 3. de ſacrilegio cap. 6. à num. 4.* Nota hac occaſione, quòd *Nugnus in addit. ad 3. p. D. Thomæ q. 9. art. 2. par. 1. dub. 3. concluſ. 5.* docet, initiatum ſacris, ſi occidat, vel aſcindat membrum alterius, vel notabiliter percutiat vſque ad effuſionem ſanguiuis, teneri explicare, ſe
212 eſſe initiatum ſacris, quia hoc maximè repugnat proprio ſtatui, propter irregularitatem annexam, & ſubdit, ſe credere probabiliter, quòd Sacerdos teneatur explicare, ſe eſſe Sacerdotem, quia effuſio ſanguinis maximè repugnat ſacerdotio, quę omnia ſecundum me, ſunt potius ſcrupuloſa, quàm probabilia, ſi enim talis ſciret, ex tali homicidio, vel mutilatione oriri irregularitatem, nec de hoc dubitet, neſcio quomodo poſsit obligari ex ſe, ſecluſo ſcandalo, vel ratione aſſaſsinij, aut alterius ſimilis adiuncti etiam ſecundũ opinionem de circunſtantijs notabiliter aggrauantibus neceſſariò cõfitendis, ad dictã circunſtantiã explicandã in
213 cõfeſsione, cũ neq. omnia peccata Sacerdotis, vel Clerici in ſacris, ſint ſacrilegia ex circunſtantia perſonæ, præter peccata contrà ſextum præceptum, vt communiter negatur ab authoribus, videte *Suarez citato lib. 3. de ſacrilegio cap. 3. num. 9. ad finem, & num. 11.*

*De cauſis, ex quibus liceat abſque incurſu huius excommunicationis, manus violentas injcire in gaudentes hoc priuilegio.*

214 PLures cauſas in mediũ afferunt Doctores, in quibus percutiens Clericũ non incurrit excommunicationem. *Abbas Antiquus in cap. cum voluntate 54. de ſent. excommunicat.* decem caſus, ſub illis verſibus comprehendit.

*Bis quinque accipiunt cauſa de canone lata.*
*Aetas, officium, ſcala, ludus, pellare vim vi;*
*Ordinis ignarus, ſoror, vxor, filia, mater.*

Item etiam *Paludanus in 4. diſt. 18. q. 5. art. 1.* quos complectitur his alijs verſibus.

*Officium, ſcelusq. doctorq. propinquus,*
*Affectus, dominus, ius & correptio, ludus.*
*Quiſquis ſit exẽptus, ſi ſit moderamine rectus.*

*Silueſter excom. 6. num. 6. & Sayrus lib. 3. cap. 27. referunt 14. cauſas. Auila p. 2. cap. 5. diſp. 3. dub. 13. vſq. ad fin.* ponit 18. caſus, & *Nau. c. 27. à n. 80.* refert 28. cauſas, & ſic de alijs. Qui
215 caſus omnes, ſi rectè cõſiderentur, vel excuſant ab incurrenda hanc excommunicationem, ex eo, quia Clerici, aliæq. perſonæ percuſſæ amiſerunt priuilegium huius canonis, vel quia in tali percuſsione non interuenit peccatum mortale ſacrilegij, vel quòd hoc ſit licitum aliquibus perſonis, cùm igitur ex hucuſq. dictis remaneat explicatum, qñ quis actiones, vt ſuprà explicatas, exercẽs, non incurrat excõmunicationẽ ex eo, quia percuſſus amiſit priuilegium huius canonis, vel quia percutiens non peccauit mortaliter, reſtat, vt in præſenti declarẽtur aliæ cauſæ, quæ ſe tenent ex parte perſonarum, quibus abſque metu huius excommunicationis, licet dictas actiones exercere ergà ꝑſonas eccleſiaſticas. Præſuppoſito igitur, ꝙ perſonis, id poſſit licitum eſſe tribus ex cauſis. Primò ratione officii propriè ſumpti, ſecundò ratione correctionis; tertiò ratione defenſionis, vel neceſſitatis. Quæro primò.

*Quando, & quomodo ratione officij propriè ſumpti, liceat manus violentas iniicere in perſonas eccleſiaſticas.*

PRò declaratione tituli quæſiti, eſt notãdum, quòd in *c. cum voluntate 54. §. fin. extrà de ſent. excommun.* vbi expreſsè S. Pontifex ait, quòd ratione officii, quis percutiẽs Clericum, non incurrat excommunicationem, ibi *qui verò ratione officii, quod in Eccle-*
216 *ſia habent, &c.* ly *Officiũ* accipitur prout accipi

Digitized by Google

cipi ſolet, apud Canoniſtas pro adminiſtratione rerum eccleſiaſticarum, ſine prærogatiua in choro. *Felinus in Rubrica ex. de officio iudicis delegati ſub num.* 3. quo ſenſu equiparatur officium dignitati, & perſonatui *cap.* 1. *de conſuetudine in* 6. *Tuſcus lit.* O, *concluſ.* 92. imò prælatiæ, ſiuè prælaturæ, vt habetur in cit. §. *qui verò, & in c. ex tenore* 10. *eod. tit.* & in varijs illis titulis iuris canonici, *de officio Archidiaconi, Archipręsbiteri, Primicerij, Sacriſtæ, &c.* At quia hæc acceptio pertinet ad materiam quæſiti ſequentis, vbi de perſonis, quibus licita eſt talis percuſsio ratione correctionis, ideò hic quæro quando, & quo modo ratione *officij propriè ſumpti, &c.* ideſt prout ly *officiũ* ſignificat exercitiũ iuriſdictionis ordinariæ, vel delegatæ, quòad forũ externum, vt etiã accipitur in *Rubrica de officio iudicis delegati, & in tit. de officio iudicis ordinarii.* Declarato ſic titulo quæſiti; quòad eius primam partem, ſit.

217 Prima cõcluſio: iudex eccleſiaſticus, iuxtà menſuram delicti commiſſi, poteſt abſque metu huius excommunicationis aliquas actiones, quæ manuum iniectionis appellatione continentur, exercere in perſonam eccleſiaſticam ſibi ſubditam. Hæc concluſio probatur primò, quia ex eo, quod quis eſt iudex, poteſt de crimine inquirere, & punire ſuos ſubditos, *cap. primò de officio iudicis delegati.* Secundò magis in ſpecie probatur ex *c. Vniuerſitatis* 24. *de ſentent. excõmunicationis,* vbi S.P. ſupponit, quòd Abbas poſſit Monachum delinquentem per ſe, vel per alium verberare, & in *cap. vt fama eod. illo tit.* vbi etiam ſupponitur, quòd Prælatus poſsit carceribus mancipare Clericos delinquentes nõ ſolum ad cuſtodiam, ſed etiã ad pænam. Ponit hanc cõcluſionẽ, magis clarè *Nau. c.* 27. *n.* 85. *ad finem verſ.* 24. proſequũtur *Auila p.* 2. *c.* 5. *diſp.* 3. *dub.* 12. *concluſ.* 2. *verſ.* 3. *Filliuc. n* 23. *Reginal. n.* 126. & alij cõmuniter.

Dixi primò, *iuxtà menſurã delicti,* quia iu-
218 dex excedẽdo, ſi exceſſus eſt notabilis, ideſt attingens culpam mortalem, non euaderet excommunicationem iſtam, vt infrà, *quæſito ſeq.* hoc enim eſt commune axioma in materia correctionis, & ſupponunt in terminis noſtris loquẽdo *Nau. Auila,* & alij *locis cit.*
219 qui *Nau.* declarat, quòd tunc nõ interuenit exceſſus, quãdo iudex imponit pænã, probabili ſuo iudicio iuſtã, ſeu vt ſubdit *Auila,* quando non puniret contrà ius, quòd eſt verum, etiam quando à iure non eſſet impoſita certa pæna pro illo delicto, ſed arbitrio
220 iudicis illa fuerit remiſſa, quia ſẽper pæna non debet eſſe maior quàm culpa, *c. quæſiuit de his, quæ fiunt à maiore parte capituli, l. ſancimus C. de pænis,* ꝙ hoc caſu non ſolũ poſſit reus appellare, & à iudice appellationis reduci dictus exceſſus, vt per *Chartarium deciſ. Curiæ Archiep. Mediolan.* 23. *num.* 29. ſed etiã
221 veniat dictus iudex excedẽs, puniẽdus, dixit in ſimili *Silueſter excomm.* 6. *n.* 6. *verſ. vndecima,* ſed non ſeruatur in praxi. Dixi *in perſonam ſibi ſubditam,* quia licèt adeſſet iuſta cau-
222 ſa, ſcilicèt delictum, ſi non eſſet quis ſubditus, iudex illi imponendo aliquam pænam corporalem, quæ manus iniectionis appellatione cõtinetur, vt infrà, neq. euaderet dictam excommunicationem, vt infrà etiã cũ de correctione dicã, & ſupponunt *Nau. Auila,* & alij *locis ſupracit.* Quãdo autẽ & ſi Clericus mereatur pænam, de qua ſuprà, iuſtè impoſitã à ſuo iudice, ex eo tñ, quia fuit
223 impoſita ex ira, & odio mortali, ipſe iudex incurrat hanc excommunicationem, infrà *quæſito ſequenti.* hæc omnia. n. ſunt cõmunia cũ materia correctionis. Id autẽ quòd in ſpecie ſpectat ad materiã huius quæſiti eſt, explicatio illarũ actionũ, quæ veniũt appellatione manuũ iniectionis, & poſſunt exerceri à iudice ratione officij ergà perſonam eccle-
224 ſiaſticã, ſeu quæ ſint pænæ corporales, ſiuè corporis afflictiuæ, vt ita dixerim, quæ iſtis perſonis eccleſiaſticis, à iudice etiam eccleſiaſtico poſſunt imponi abſq. metu huius excomm. de quibus Doctores, quãdo enumerant pænas canonicas, vt latè per *Felinum in cap. qualiter el* 2. *num.* 6. *de appellat. & Alciatum in ſua practica ſub tit. de accuſationibus,* vbi enumerat octo genera pęnarum canonicarũ, ex quibus duæ tãtũ faciũt ad propoſitum noſtrum, ſcilicèt *intruſio, & carceratio* quæ duę pænæ cõparantur carceri, ſeu vinculis, eſtque idẽ cùm eo, quòd habetur *tit. c. quamuis de pænis in* 6. quòd ſcilicèt de iure canonico, (quidquid ſit de iure ciuili, de qua re videte *Farinacc.* poſt alios *p.* 1. *praxis tit. de delictis, & pænis q.* 19. *n.* 31.) carcer nõ ſo-
225 lũ eſt ad cuſtodiam, ſed etiã ad pænã, vndè põt, ipſo iure canonico attento, abſq. aliqua difficultate imponi pæna perpetui carceris, quæ non ſolum eſt corporalis, ſed capitalis, vt per *Farinacc. loco ſuprac. ad fin.* vbi quòd hanc pænam non poſſit iudex eccleſiaſtiſticus imponere laico pro delicto eccleſiaco, & antea dixit *Clarus lib.* 5. §. *fin. q.* 70. *n.* 4. *ad fin.* & proſequitur ibi *Baiardus num.* 11. Quatenus verò dicit *Alciatus intruſio, & carceratio.* prò intruſione, intelligit pænã intruſionis, ſeu detruſionis in monaſterium, de qua fit mentio in *cit. cap. vt fama,* & ſæpè in
226 alijs in iuribus canonicis, quæ pæna hodiè nõ eſt in vſu, vt poſt *Diaz* teſtatur *Clarus ſupracit. q.* 70. *n.* 6. proſequitur *Chartarius ſup. deciſ.* 86. *nu.* 123. vbi idem dicit de pæna perpetui carceris, in ſpecie, quòd Epiſcopus iniuſtè carcerans Clericum, ſit excommunica-
227 tus, & tantò magis illũ carcerantes ſi excedãt, puta qñ Clericus quietè ſe duci permittit, & hoc non obſtante, ducentes eum non

reſi-

Digitized by Google

reſiſtentem, calce, pugno, vel alio modo per-
cutiunt, habetur in *cap. ſi Clericos* 15. *de ſent.*
*excomm. in* 6. *vbi gloſa v. excedatur*, ſubdit, ꝙ
& ſi per laicum non debeat verberari per-
ſona eccleſiaſtica, tamen poſſit per eum capi
de mandato iudicis eccleſiaſtici. Iudex autẽ
eccleſiaſticus non debet eſſe promptus ad
228 carcerandũ perſonas eccleſiaſticas, *Genuẽ-*
*ſis in praxi cap.* 28. *in principio*, vbi ponit pra-
xim *Curiæ Archiep. Neap.* in procedendo cir-
cà carcerationem dictarum perſonarum,
ac etiã declarat, quomodo intelligatur id,
quòd dicitur in dicto *cap. ſi Clericos*, quòd ſi
Clericus carceratus præſtat cautionem de
ſtando iuri, debeat à carceribus relaxari, ni-
ſi exceſſus enormitas, aut alia cauſa rationa-
bitis, ſuaſerit detinendũ eſſe, de quibus latè
ex noſtris *Molina t.* 4. *diſp.* 56 *quæſt.* 1. poſt *Sil*
229 *veſtr. ſup.* In dubio autẽ carceratio præſu-
mitur iuſta *M. Antonin. lib.* 1. *var. reſol.* 102.
*ſub num.* 10. *Chartarius deciſ. Cur. Archiep.*
*Mediol* 66. *num.* 21, Quòd iudices eccleſiaſti-
ci, reos in illos carceres detrudentes, in qui-
230 bus ob aeris defectum moriantur, ſint irre-
gulares, poſt alios notat *Farinaccius cit. num.*
31. *ad medium*. Ad eruendam veritatem, vel
etiam in ſubſidium poteſt etiam iudex ec-
231 cleſiaſticus, torquere, ſeù torturam infer-
re perſonæ eccleſiaſticæ abſq. pæna excom-
municationis, vt ex vſu, & praxi cõmuni tra-
322 dunt Doctores infracitandi, intellige etiã
per miniſtrum laicum, quando per Cleri-
cum idoneè id fieri non poſſit latè, per DD.
in *c. vniuerſitatis de ſent. excom. in* 6. *Silueſt.*
*suprac. verſ. vndecimo ad mediũ*. imò ex cõſue
tudine id hodiè eſſe introductũ, poſt *Clarũ,*
*& Nau.* teſtatur *Molina ſup. diſp.* 51. *n.* 51. *ad*
*mediũ*, intellige eod. modo, niſi excedatur in
ea, vt per *Marcellũ vulpe in ſua praxi c.* 46. *n.*
10. *& ſeq.* vbi quòd ad iuſtitiam, vt ſup, talis
233 torturę, debent cõcurrere indicia grauiora
illis, quæ ſufficerent ad torquendum laicũ,
propter præſumptionem bonitatis, in ipſis
perſonis, quòd etiam dixit *Chartarius deciſ.*
88. *num.* 52. & ante hos omnes noſter *Ge-*
*nuenſis in ſua praxi cap.* 56. *num.* 13. qui di-
ſcordat cum *Vulpe* in eo, quod dicit, præter
234 indicia grauiora requiri etiam diffamatio-
nem perſonæ eccleſiaſticæ, quòd teſtatur *Ge*
*nuenſis loco ſuprac.* nõ eſſe in vſu. Cõueniunt
autẽ omnes, ꝙ dicta tortura non debeat eſſe
ita ſeuera in perſonis eccleſiaſticis, ſicut in
laicis, & *Genuenſis* ſubdit, quod Curia Ar-
chiepiſcopalis Neap. Clericis infert tormen-
tum funis abſque paruis funiculis, & quãdo
235 delictũ eſt atrox, ſolet mandare, quaſſari
funem, vel affici aliquibus tractibus chordę,
aut appendi aliquod onus in pedibus, abhor
rendo noua genera tormentorum. Nota, ꝙ
ob illa verba, *& quando delictum eſt atrox*,
nollem inferas, quòd etiam in leuibus deli-
ctis, adhibenda ſit tortura Clericis, quia
in contrarium eſt magis communis opinio,
à qua non eſt recedendum vt teſtatur *Char-*
*tarius ſup. deciſ.* 94. *n.* 55. *&* 56. vbi *n. ſeq.* benè
236 ſubdit, ꝙ grauitas, & leuitas delicti deſu-
mitur à grauitate, & leuitate pænæ à iure
impoſitæ, que autem pęnæ ſint impoſitæ de
iure ſingulis delictis, latè *Bellettus in.* 2. *parte*
*ſua diſquiſitionis clericalis, vbi agit de pœnis*
*Clericorum*, & latius *Theſaurus de pœnis eccle-*
*ſiaſticis p.* 2. *Portell. verſ. pœna.* Adde quòd
pænæ ferè omnes de iure canonico ſunt
arbitrariæ *Chartarius ſup. deciſ.* 28. *num.* 32.

Sunt etiam aliæ pænæ corporales, quæ
poſſunt imponi Clerico, vel alteri perſonę
eccleſiaſticæ. Prima eſt exilium, ita ex verio
237 ri opinione, poſt innumeros, oſtendit *Char-*
*tarius ſup. deciſ.* 20. *num.* 166. *& deciſ.* 89. *num.*
21. vbi tractat an d. pæna poſsit imponi etiã
laicis prò delictis ſpectantibus ad forum ec-
238 cleſiaſticum, idẽ dicas de pæna relegatio-
nis, vt ſupponit *Marcellus Vulpe cap.* 46. *ſuæ*
*praxis num.* 9. & vbi quòd licèt de iure non
poſsit fieri relegatio, niſi in loca ſubdita ipſi
releganti, nihilhominus contrarium ſerue-
tur de generali conſuetudine. Quando rele-
gatio, & quomodo ſit grauior pæna exilio,
explicat *Chartarius deciſ. Curiæ Archiep. Me-*
*diolan.* 30. *à num.* 24.

239 Secunda pæna, eſt triremium, quæ etiam
in Clericis eſt in vſu, præſertim in Italia *Cla-*
*rus cit. q.* 70. *n.* 5. Vbi quòd & ſi in Sacerdoti-
bus diſpliceat *Diaz*, tamen eius opinio ſibi
placeret, ſi non ita creuiſſent crimina Cleri-
corum, debet tamen imponi, vt ipſemet ad-
uertit *in fine dicti numeri*, vbi nulla videtur
alia ſpes correctionis, proſequitur *Farinacc.*
*ſuprac. q.* 19. *n.* 14. vbi ampliat, vt non ſolum
poſsit imponi dicta pæna ad tempus, ſed etiã
240 in perpetuũ, ſequitur *Marcell. vulpe cit. c.*
46. *ſuæ praxis n.* 6 *ad finem*, debet tamen præ-
241 cedere depoſitio verbalis, vt per *Flaminiũ*
*Chartarium in conſilio deciſiuo* apud *deciſ.* 66.
*Curiæ Archiep. Mediolan. Iulii Chartarij nu.*
124. quę fit per expoliationẽ habitus, vt ibid.
*Chartar. n.* 53. & ſic intelligas quod ait poſt
*Nau. Farinacc. ſuprac. n.* 14. & poſt *Peniã in*
*direct. inquiſitorũ. Lezana p.* 1. *ſum. qq. regular.*
*c.* 16. *nu.* 32. quod tales ſint degradandi, & pa-
tet quia ſubdit dictus *Lezana*, quòd mini-
ſtri triremium verberantes Religioſos, ad
eas damnatos, ſi modum non excedant, vel
non verberent ex odio, & malignitate, aut
tempus condendationis non ſit completũ
(quòd intellige vt ſup. explicaui *n.* 98.) non
incurrant excommunicationem, quòd pro-
cedit in depoſitis verbaliter, qui non amit-
tunt priuilegium iſtud, niſi ſint incorrigi-
biles, vt *ſuprac. loco*, explicaui, non autem
in degradatis actualiter, qui amittunt dictũ
priuilegiũ omninò, vt etiam ſuo loco dixi,

Qui

Digitized by Google

Qui *Chartar.* ſubdit *n.*38. ꝙ pæna carceris,
vel detruſionis in monaſterium hodie ceſſet
ex eo, quòd vſus inualuit, vt Clerici com-
242 mittentes homicidiũ ex dolo, tranſmittã-
tur ad triremes, vel ad tempus, vel in perpe-
tuum, ſecundum qualitatem delicti, & idem
ſupponit de Regularibus, cùm in, ea *deciſ.*
agat de homicidio commiſſo à Regulari in
perſonam ſui ſuperioris, & concludit, fuiſſe
deciſum per Congregationem dictæ Curię,
talem non eſſe tradendum Curiæ ſæculari,
ſed ad remigandum in perpetuum, & decla-
randum excommunicatum, & irregularem.
243 Quòd pro ſacrilegio poſsit imponi pæna
triremium maximè ſi fuit iteratũ, idẽ *Flami
nius Chartarius* probat *loco ſuprac. n.* 124. qui
idem videtur ſupponere *ibid. n.* 60. de crimi-
244 ne ſodomiæ, ſicut de crimine falſi, etiã ite
rato, dixit *deciſ.* 11. *num.* 13. quòd quando pæ
na eſt iudici arbitraria, poſſit iudex impone-
re pænã triremiũ, habet idẽ *deciſ.* 23 *ſub. n.* 12.
poſt *Cordubam*, & alios, & tandẽ *Lezzana
ibid.* ſubdit notanter, ꝙ dicti dãnati ad trire
245 mes redeũtes ad Religiones, & ſi ſecundũ
*Rodriquez, & Toletum*, non poſſint admitti
ad altare ſine diſpenſatione, quia ſunt infa-
mes infamia iuris, tamẽ ſibi probabile eſſe,
quòd Prælati Regulares poſsint circà dictũ
impedimentum diſpenſare; monet autem,
vt dicti Superiores cautè in tali diſpenſatio-
ne, quòad forum exterius procedant, maxi-
246 mè quando obſtaret in contrariũ ſcãdalũ,
de qua re egi ſup. *p.* 2. *recoll.* 11. *n.* 245. *& ſeq.*
quibus illic allegatis accedit *Sigiſmundus à
Bononia in tract. de elect. & poteſt. Prælatorũ
Regularium dub.* 87. vbi quòd per Superiores,
intelligũtur Generales, & Prouinciales. Ho
diè eſtat conſtitutio D.N. Vrbani VIII. per
quam Regulares, & Clerici ſæculares non
247 damnantur ad triremes, ſed in ergaſtulo
eiuſdem S.P. iuſſu extructi, includi debent,
ita allegatur *à Iulio Chartario cit. deciſ.* 66. *ſub
num.* 38. quàm cõſt. non potui hucuſq. illam
ad manus habere, tamen nõ credo, quòd lo
quatur de Clericis ſæcularibus ſimpliciter
ſed de conſtitutis in ſacris.

Tertia pæna eſt, de qua fit mentio in *cap.*
248 *vniuerſitatis ex. de ſent. excom.* nẽpè verbe
rũ, ſeù verberationis, quæ nõ imponitur prò
leuibus delictis. *can. cũ beatus* 45. *diſt.* vbi dici
tur ꝙ Præbiteri, Abbates, & Leuitę, nullis de
bent verberibus ſubiacere, exceptis grauiori
bus culpis, itẽ intelligi debet de verberatione
priuata intrà carcerem, vel intrà Eccleſiam,
non autem publica, vt latè per *praxim Ar-
chiep. Neap. cap.* 74. *in* 2. *editione.* vndè licèt pę
249 na fuſtigationis etiam in Clericorum per-
ſonis, ſit à ſacris canonibus recepta, vt ait
*Diaz in practica criminali canon. cap.* 125.
tamen non eſt in vſu apud iudices, vt per
*Clarum ſuprac. q.* 70. *nu.* 2. *Marcellum Vulpe
loco cit. n.* 7. nã vt ait *Genuenſis loco etiã ſuprac.
& c.* 30. *n.* 7. cedit in dedecus totius ordinis
clericalis, vbi *ad finẽ dicti cap.* 74. quòd neq.
250 Clerico imponi debeat pænitẽtia publica
cum ignominia, ead. ratione, tantò magis
neque debet imponi pæna mitræ, gabiæ, ber
linæ, &c. vt per *Clarum loco ſuprac. num.* 7. *&
Farinacc. cit. q.* 19. *num.* 31. *ad finem.* Adde, ꝙ
quando indicitur pæna verberationis pri-
uatæ, quæ ſolet hodiè ſeruari apud Regu-
lares, vt infrà, non debet eſſe dicta verbera-
251 tio crudelis, ſed moderata, quia in *c. prætę-
reà ex. de Clerico percuſſore*, Epiſcopus, qui
fecit quandam fæminam crudeliter verbe-
rare, ſuſpenditur per duos menſes à celebra-
tione miſſarum, ergò tantò magis ſi ita fece-
rit verberare Clericum, vel Religioſum, non
ſolũ peccabit mortaliter, ſed debet puniri,
& ſic intellige *Clarũ, & Vulpe* allegantes di-
ctum textũ pro fuſtigatione publica; quòd
dixi de fuſtigatione, & verberatione publica,
252 habet locum etiã in pæna funis, ſeù ictuũ,
quæ vulgò dicitur tratti di corda publica, de
qua per *Clarum ſup. nu.* 3. *& Farinacc. n.* 30.
nàm & ſi quando pro delicto commiſſo in
carceribus imponitur, infertur Clericis pri-
uatim, *Genuenſis ſup. cap.* 30. *n.* 8.
253 Pænam mortis non imponit iudex eccle-
ſiaſticus, ſed quando delictũ, illam meretur,
tunc degradatus actualiter, traditur curiæ ſæ
culari, vt ſuprà dixi, delicta autem, pro qui-
bus debet quis tradi curię ſęculari *ſunt hę-*
reſis, falſitas litterarum Apoſtolicarum, &
conſpiratio in proprium Epiſcopum item
alia crimina grauiſsima, quando etiam acce-
dit incorrigibilitas, vt per Flaminium *Car-
tarium loco ſuprac. n.* 56. *&* 57. ſed circà falſam
tẽ, &c. hodiè non eſt in vſu *Portell. pæna n.* 9.

Hac occaſione quæres, an Epiſcopus poſ-
254 ſit facere gratiã de pęnis impoſitis à Vica-
rio in ſententia à ſe lata. *Genuenſis in praxi
c.* 49. non ſolum videtur hoc concedere in
omnibus delictis, vbi Vicarius in ſententia
apponit clauſulam illam, *ſalua moderatio-
ne, ac commutatione Illuſtriſſ.* ſed etiam vbi
non fuit appoſita in ſententia dicta clauſula
vt patet in fine additionis, & clarius *Marcell.
Vulpe ſuprac. cap.* 46. *ſuæ praxis ad finem, &*
latius *cap.* 44. *num.* 26. vbi hoc dicit, verum
eſſe, non ſolum de conſuetudine, ſed etiam
de iure, & extendit etiam ad Capitulum ſe-
255 de vacante pro pænis impoſitis à Vicario
Epiſcopi defuncti. An & quomodo poſſit fa
256 cere gratiã, etiã non habita pace offenſi de
poteſtate abſoluta; vt Princeps, videte *Fari-
nacc. de inquiſitione q.* 6. *à num.* 15. *Guazzinũ
de tregua, & pace p.* 1. *q.* 38. *num.* 31. & licèt
Vicarius non poſsit commutare pænas cor-
257 porales in pecuniarias, *Barboſa de off. & po
teſt. Epiſcopi alleg.* 54. *num.* 120. id tamen nõ
negatur Epiſcopis, qui poſſunt imponere
pęnas pecuniarias, illas autem debent appli-
care

Digitized by Google

rare alicui loco pio, vt per *Barboſam ſup. allegat. 107. num. 19. Vulpe cit. cap. 46. n. 1. & 2.* Quoad ſecundam partem quæſiti, ſit.

Secunda concluſio: Iudex eccleſiaſticus habens poteſtatem ad pœnam corporalem, exequutioni mandandam in eccleſiaſticũ ſibi ſubditum, qui deliquit, vt ſuprà, ſi non ſit Epiſcopus, debet per ſe ipſum illam exe-
258 qui, vel ſi neceſſitas poſtulat, per aliã perſonam eccleſiaſticam, non autem per laicũ, aliàs tàm ipſe, quàm exequutor incidunt in hanc excommunicationem. Ita ponit hanc concluſionem *Molina tom. 4. diſp. 51. ſub. nu. 5.* qui teſtatur de communi, allegat tamen textum *in cap. vniuerſitatis de ſent. excomm.* in quo eſt ſermo de verberatione, ſeù percuſſione tantum, vndè rectius *Layman lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. 5. num. 9. verſ. porrò* hanc concluſionem refert loquendo tantum de percuſſione, & patet ex dictis ſup. ſcilicèt *num. 227.* vbi quòd poſſit carceratio fieri ad inſtantiam iudicis eccleſiaſtici per laicum (ſicut
259 poteſt idem iudex eccleſiaſticus arreſtare in carceribus ſæcularibus carceratum pro cauſa pendente in ſuo foro. *Genuenſis poſt Cardinalem Tuſcum, & alios in praxi cap. 28. num. 14.*) item *num. 232.* quòd poſſit inferre etiãm per laicum torturam, & tandem, *nu. 241.* quòd poſſint condendare ad triremes, puniendos ibi per miniſtros ſæculares. Vndè difficultas, vt dixi, reducitur ad verberationem. Hoc præſuppoſito, declaratur cõcluſio. Dixi enim primò, *niſi ſit Epiſcopus* Primò, quia hic non loquor de Prælatis Regularibus, de quibus infrà. Secundò, quia Epiſcopus ob præminentiam ſuæ dignitatis non debet aliquem verberare ſuis manibus, niſi quando non adeſſet alius Clericus, per quẽ id exequi poſſet. *can. nõ liceat diſt. 86. vbi gloſa.* & proſequuntur ibi Doctores, ac *Sayrus lib. 27. num. 12.* & ſic habetis differentiã inter Epiſcopum, & alios Prælatos, nàm Prælati alij, debent per ſe ipſos verberare ſuos ſubditos, & ſi neceſsitas poſtulet, poſſunt per alium Clericum, aliàs ambo incidunt in excomm. vt dixi *in concluſ.* Epiſcopi verò non debent per ſe verberare Clericos niſi quando non eſſet alius Clericus, &c. ſi
260 tamen percuteret Epiſcopus proprijs manibus, vbi adeſſet alius Clericus, non incideret in excommunicationem. *Pilliuct. tr. 15. num. 23. ad finem. Megalius p. 3. lib. 4. c. 1. num. 16.* & alij communiter. idẽ dico de aliis Prælatis, quando per alios verberant, cùm poſſint id facere per ſe ipſos, vt infrà. id ergò tantum continget, vt notat *gloſa in d. can. nõ licet,* quãdo verberarent per laicum, in quo caſu conueniunt Epiſcopi cum alijs Prælatis, proſequitur *Molina loco ſuprac.* vbi teſtatur de communi, qui ſubdit, hoc, quod dicitur non poſſe tàm Epiſcopos, quàm alios Prælatos verberare perſonas eccleſiaſticas
261 per laicum, intelligi debere de percuſſione priuata intra clauſtra Eccleſiæ, vbi antiquitus Clerici olim more Religioſorum viuere ſolebant, vndè nos Clerici Regulares originem traximus, & per conſequens ſi ob qualitatem delicti percuti publicè deberet Clericus, v.g. quia deberet fuſtigari (quod vt dixi ſuprà, non eſt in vſu) ſubdit *Molina,* per laicum miniſtrum debere fieri dictam percuſſionem. *Quoniam exequutio illius omninò dedeceret perſonam eccleſiaſticam.* Et ſi id, quod poſtea immediatè ſubiicit, quòd ſcilicèt *bodiè conſuetudo habere videtur, vt per laicum fiat, quando S. Pontifex aliquem eccleſiaſticum morte plecti iubet, aut flagellari publicè,* non faciat ad rem, ex quo valdè diuerſa ratio ſit de S. Pontifice, qui non ſubiacet huic excommunicationi; & alijs Prælatis, qui huic excõmunicationi ſubijciuntur. vndè Doctores, & præcipuè *Reginaldus lib. 1. num. 220.* limitat concluſionem noſtram, vbi in contrariũ extaret priuilegium S. Pontificis, ſicut ampliat etiam in caſu, quòd ipſe percuſſus per laicum, conſentiret tali percuſſioni, quia non tractatur, vt aliàs dixi, de priuilegio particulari ſuæ perſonæ, ſed generali totius ordinis clericalis. Pro completa huius concluſionis declaratione reſtat, vt inquiratur. Primò vtrum illa procedat in
262 omnibus Prælatis, & iudicibus eccleſiaſticis inferioribus Epiſcopo, vt ſcilicèt niſi neceſſitas aliud poſtulet, teneantur per ſe percutere, ſaltem ſub culpa mortali perſonam eccleſiaſticam, quando talis percuſſio erit neceſſaria pro punitione delicti ab eod. eccleſiaſtico commiſſo? *Villalobos p. 1. ſumma tr. 17. diff. 22. num. 9.* tangit hanc difficultatẽ, & reſpõdet poſt *Suar.* non procedere in omnibus, quia nullibi hoc eſt in vſu, & illã formã poſitã fuiſſe prò Prælatis Regularibus, *Paraque no bauiẽdo neceſsidad d'otra coſa, azoten por ſe miſmo a los ſubditos,* concordat *Pilliuctius tr. 15 num. 23. ad finem.* ibi *ſi ſit inferior idem dicendum, quòd de ſuperiore Religioſo, quamuis ex conſuetudine etiam ſoleant per alios, & probabile eſt, non eſſe contrà vllum canonem, vt aduertit Suarez,* eſtque idem cum eo, ꝙ ſubdit *Villalobos* eiuſdem *Suarez* doctrinam proſequendo, iuxtà ea, quæ dixi ſup. *y añade mas, que los Pralados de las Religiones no eſtan obligados a eſſo con tanto rigor, que pequen mortalmente, y queden deſcomulgados ſi hazen lo contrario, porque a quel defetto no es ſubſtancial, ſino accidental, y no es la materia graue, &c.* Secundo inquiro, an circà hanc
263 materiam, Regulares habeant aliquod priuilegium? & reſpondeo adeſſe conceſſionem Leonis X. & Alexandri VI. factam Fratribus Minoribus, & per communicationem, omnibus Regularibus communicantibus dictorum Fratruum priuilegia, (quales



Digitized by Google

hodiè ſunt ferè omnes, vt dixi ſup. *parte ſecunda pecoll.* 10. *n.* 1. *&* 2. & in terminis notat *Molina t.4. diſp.51. num.5. verſus finem.*) vt poſsint id exequi per alios Religioſos ſuos ſubditos, ſiuè Clericos, ſiuè Conuerſos, vt per *Filliucc. ſupra c. num.* 23. & ita refert dictũ priuilegium *Layman loco ſupra c.* & ſic ceſſat difficultas, quam mouet *Silu. excomm.* 6. *nu.* 6. *verſ. vndecima ad medium*, vtrum Monachus poſsit verberari per Conuerſum, qui tñ cõcedit, per dictum tex. *in c. vniuerſitatis*, nõ eſſe licitũ verberare conuerſũ per laicum. Si autẽ quæres, an Epiſcopus poſsit verbera-
264 re per conuerſum Regularem, ſuũ ſubditum Clericum ſæcularem in ſacris; Reſpondeo, quòd ſecundum *Silueſt.* ſuprà, videtur, quòd hoc non poſsit, ſed contrariũ communiter ſupponunt alij Doctores, qui tantũ requirunt, quòd non percutiat per laicum, ſed per perſonam eccleſiaſticam, & ſic illud priuilegium Regularium, ſicut aliqua alia priuilegia, potius fuit conceſsũ ad tollendos ſcrupulos, & licèt *Molina* nõ explicet an talis cõuerſus debeat eſſe profeſſus, tñ quia præſupponit, ꝙ ſit Religioſus ſubditus, qualis eſt quoq. non profeſſus, puto ad eũ extendi dictum priuilegium, cùm etiam nouitius ſit perſona Religioſa, & eccleſiaſtica. Tertiò inquiro, an etiam detur caſus, in quo licitũ ſit Prælatis, ac iudicibus eccleſiaſticis, & ſi Regularibus percutere ſuos ſubditos ratione punitionis, & correctionis priuatæ per laicũ (nàm de publica eſt certũ ex ſupradictis, quæ habent locum etiam in Prælatis Regularibus, quod non negare videtur *Molina loco ſupra c.* & clarius explicat *diſp.* 56. *nu.* 8.) Reſpondetur, omnes conuenire in hoc, licere ſcilicèt quando adeſt conſuetudo, & ſi diſcordent in alio, nempè an hoc caſu tantum Prælati, & iudices vt ſupra, ſtante dicta conſuetudine, excuſentur ab excommunicatione ſolũ, vel etiã excuſentur à peccato,
265 quia *Nau.* quẽ ſequitur *Reginaldus lib.* 1. *num.* 120. *& Villalobos ſup. num. num.* 8, *ad fin.* licèt excuſent illos hoc caſu à cenſura, non excuſant à peccato. Sed contrarium, & meritò docent *Suarez, Auila, & ConinK*, quos ſequitur *Layman loco ſupra c.* vbi teſtatur adeſſe talẽ conſuetudinem in Gallijs, alijsq. locis, & clarius *Bonacina to.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 6. *ſect.* 4. *num.* 5. ibi *dixi de rigore iuris, quia ſi reſpicimus conſuetudinem videtur permiſſum ſuperioribus, quòd percutiant per alios Clericos, aut etiam laicos, potuit enim hæc introduci, eo, quòd conſentaneum ſit honeſtati, ne Clerici, vel Monachi tale vile munus per ſe ipſis exerceant*, allegans præter ſupracitatos *P. Nau. & Filliucc.* quæ ratio militat etiã in Regularibus, vndè benè *Nau. conſ.* 42. *aliàs* 28. *de*
266 *ſent. excomm.* dictam conſuetudinem pro Clericis ſæcularibus, extendit ad Regula-

res, quidquid *Molina loco ſupra c.* dicta extẽſio diſpliceat, ex eo quia cum dicta correctio fiat intrà clauſtra, ideoq. non ſit credẽdum, introductã ibi eſſe: talem cõſuetudinẽ nàm cùm ipſe *Nau.* præſupponat, in dicto *conſilio*, verberationem factam fuiſſe per quendam familiarem, & domeſticum monaſterij, (vt fatetur idem *Molina*, qui concordat cum *Nau.* in eo, quòd dictus Prælatus, qui per talem laicum verberauit ſuum ſub-
267 ditum bona fide, credendo id ſibi licere, non incurrerit excommunicationem) nihil repugnat etiam pro verberatione facienda intra ſepta monaſterij, fuiſſe introductã talẽ cõſuetudinẽ pro laico familiari. Nota *Villalobos cit. n.* 9. *ad finem.* aſſerere, quòd in ſua Religione Minorum obſeruantium, *de ordinario los Pralados mandan a los vicarios, ò otros ſacerdotes, hazer eſto*, & ſic non ſolum teſtatur in ſua Religione nõ eſſe conſuetudinem percutiendi per laicum, vt ſup. ſed neq. per conuerſos, vel nouitios, quæ cõſuetudo an poſſit operari contrà priuilegiũ, patet ex materia de priuilegijs, hoc tantum ſcio, quòd *Portellius eiuſdem Religionis, in ſuis dubijs regularibus verbo correctio nu.* 47.
268 docet, Regulares poſſe torqueri per laicũ, vbi deſunt Religioſi, qui id benè poſsint, ac velint, neque facit aliquam mentionem de conſuetudine ſui Ordinis in contrarium, & verum eſt, hanc materiam percuſsionis pari paſſu ambulare cum tortura, ita loquuntur Doctores ſupracitati, & fatetur idem *Villalobos ibid. num.* 8. Accedat quòd *Auila p.* 2. *c.* 5. *diſp.* 3. *dub.* 12. *ad finem primi caſus.* clarè do-
269 cet, Prælatum alicuius Religionis per ſe, vel per alium Religioſum verberantẽ ſubditum, delinquentẽ contrà conſuetudinem, vel conſtitutionem Religionis, prohibentẽ ne illum percutiat, non incurrere hanc excommunicat. quia non agit contrà ius cõmune. Quando & quomodo torquendi ſunt Regulares, explicat latè *Portellius ſup. verb. tortura*, & reaſſumit *Lezzana p.* 1. *cap.* 18. *nu.* 17. *& cap.* 27. *num.* 16. *& ſeq.* Quòd Religioſus nobilis poſsit torqueri vt ignobilis, & ſi vbi traditur curiæ ſæculari ſit puniendus, vt nobilis, notat idem *Portellius ſup. verbo Religioſus n.* 11. qui *v. Prælatus n.* 10. aſſerit, quòd Prælati Regulares poſſunt prò culpis eijcere, dare exilium, & mittere ad triremes,
270 non autẽ tradere bracchio ſæculari abſq. licẽtia Papæ. Tandẽ quæritur, an id quod dixi ſuprà, Prælatum percutientem per laicũ Clericum, vel Regularem, ſecluſa conſuetudine, incurrere hanc excommunicationẽ, habeat locum etiam ſi dictus Clericus, vel
271 Regularis, non ſit in ſacris conſtitutus. Et reſpondeo negatiuè: ita ex *Molina, Layman loco ſupra c. ad finem.* vbi non ſolum aſſerit, poſſe Prelatum Regularem per laicũ percu-

tere

Digitized by Google

rere nouitios, ſed etiam generaliter loquendo, ſubdit hæc verba. *Sicuti hoc ipſum ead. ra-* 272 *tione de Clericis minoribus, quòd per laicū corrigi poſſunt, tradit Molina, &c.*

*Quibus, & quando liceat ratione correctionis percutere perſonas eccleſiaſticas.*

Sex perſonas, quibus ratione correctionis licet perſonas eccleſiaſticas percutere, enumerat *gloſa in cap. cum voluntate §. fin. verbo de familia de ſent. excomm.* quarū primæ ſunt, qui habent officium in Eccleſia, ideſt vt explicat *Toletus lib. 1. cap. 34. n. 2.* qui curā in Eccleſia habent eiiciendi turbantia officiū diuinū. Secundę ſeniores alij Clerici reſpectu iuniorū. Tertiæ Prælati reſpectu ſuorū ſubditorū. Quartæ magiſtri reſpectu diſcipulorum. Quintæ domini reſpectu illorum Clericorum, qui ſunt de eorū familia. Sextæ propinqui, vt parentes, vel alij, ſub quorum cura ſunt ipſi Clerici. Circà has perſonas, notāda primò ſunt aliqua ſpecialia prò ſingulis, & deindè alia generalia prò oībus.

Speciale eſt quòad primum genus perſonarum, quòd titulo officij, ſeù habentium officium in Eccleſia expellendi ab Eccleſia 273 turbantes officium diuinum, vt explicant omnes, veniunt non ſolum Præfecti, Sacriſtæ, Oſtiarij, & ſimiles, ſed etiam omnes alij, & ſi non habeant officium, vel prælationem ſuper eum, quem eiciunt, *cap. veniēs,* vbi *Panormitanus de ſent. excomm. Reginald. cit. lib. 1. praxis num. 232.* quòd eſt verum nō ſolum, quando talis Clericus, qui eijcitur, 274 eſt excōmunicatus vitandus, qui eo ipſo ſua pręſentia turbat officia, de qua re ſup. dixi *recoll. 2. n. 220.* ſed qñ quolibet alio modo turbat officia diuina, itē quatenus dixi hoc licere alijs Clericis, videntur includi etiam non Sacerdotes, licèt in d. tex. fiat mentio de 275 Sacerdote. Imò includūtur etiā Sęculares, quibus ad hunc finem, nè turbentur officia, etiā ſi non ſint vel magiſter, vel propinquus, licebit abſque excommunicationis incurſu, Clericum percutere, ſicut enim laici quoque ratione officij arcendi turbam, vt ſunt littores, oſtiarij, vulgò *alabardieri* ſiuè in Eccleſia, ſiuè extrà Eccleſiā nō ex propoſito, ſed ſi caſualiter ad illū finē accidat dicta percuſsio, nō incidūt, vt infrà cū de abſolutione ab hac excommunicat. dicetur, (videte pro nunc *Sayrum cap. 27. num. 16. Auila cit. diſp. 3. dub. 13. caſu 3.* qui communiter, reducunt hunc caſum ad caſum fortuitū) ac etiā ſi laicus eſſet ſacriſta, &c. vt in Oratorijs, & Confraternitatibus, ita & alij ſæculares percutientes ad finē vt ſup. nō incurrunt, quia talis percuſsio nō eſt ſuadente diabolo, ita *Molina t. 4. diſp. 56. n. 7. Bonac. cit. ſect. 4. n. 4. verſ. hinc colligi, &c. ad. fin.* Quòad ſecūdū genus perſonarū, ſcilicet ſeniorum reſpectu aliorum inferiorū Clericorū, poteſt quæri quando iſtis fas ſit percutere Clericos inferiores, nàm aliqui cenſere videntur, illis hoc permitti etiam in caſu, quo tales perturbant officia diuina, qđ ſi eſſet verum, *gloſa* malè enumeraſſet caſū iſtū vt diuerſū à primo. Dico igitur, ſenioribus Clericis, id fieri licitū 276 ſimpliciter ratione correctionis, vel quia ipſi inferiores deficiunt in ſeruitiò Eccleſiæ, vel chori, vel quia ipſis ſenioribus non obtemperent in his, quæ ſibi ratione ſeruitij Eccleſię mandantur, vel etiā quia illis honorē, ac reſpectum debitum denegent, hoc enim ſignificant Doctores cùm dicunt, hos ſeniores Clericos poſſe zelo deuotionis percutere Clericum inferiorem, vt per *Silu. excomm. 6. n. 6. verſ. 12. & Reginaldum cit. lib. 1. num. 229. ad finem.* quando aſſerit, quòd finis talis percuſsionis debet eſſe emendatio, & *Molina loc. ſuprac.* vbi hoc tribuit etiā laicis ſenioribus. Titulo aūt *prælationis* includūtur Prælati habentes iuriſdictionē quòad forū externum, non ſolum quando procedunt vt iudices, iuxtà ea, quæ dixi *queſit. praced.* ſed 277 etiam quando procedunt corrigendo, vt patres, vt ſuppono ex materia de correctione fraterna. Propinquorū appellatione hic venit non ſolum pater, vel auus percutiens filium, aut nepotem in ſua poteſtate exiſtentem, ac etiam mater, aut auia, ſed etiam frater, patruus, &c. nàm etiā iſti quādo percutiunt eorum fratrem, vel nepotem corre- 278 ctionis cauſa, nō incurrunt. Eod. modo prò domino intelligitur quilibet pater familias, reſpectu eorū, qui ſunt de ſua familia, & ſic non eſt opus, quòd talis ſit ſeruus; Et tandē prò magiſtro intelligitur, tàm eo caſu, quòd ſit Clericus, quàm quòd ſit laicus. *Bonacina tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect. 4. num. 4. verſ. Hinc colligi poteſt ad finem.* & tàm per ſe ipſum, quàm per alium etiam laicum. *Filliuccius tract. 15. num. 6.* Adde ex *Silueſtro excomm. 6. num. 6. verſ. octauo,* quem ſequuntur alij omnes communiter, idem dicendum de ſubmagiſtro, licèt percuſſerit, contrà prohibitionem magiſtri principalis, quia per hanc prohibitionem non poteſt illi auferre ius corrigendi, quos docet. Hæc ſpectant ad ſpecialia circà hanc materiam. Nunc deueniēdo ad generalia. Eſt primum dubium, vtrū perſonis ſuprà enumeratis, concedatur percutere cauſa correctionis, non ſolum Clericos conſtitutos in minoribus, ſed etiam in 279 maioribus, & ſic ſacris ordinibus. Et ſecernendo certa ab incertis. Conueniunt imprimis Doctores, id concedi Prælatis ſecundū omnium ſententiam, ac etiam magiſtris, ſecundum magis communem opinionem, ita *Silueſter loco ſuprac. Nau. Suarez,* & alii cōmuniter, vt teſtatur *Layman lib. 1. tr. 5. par. 2. cap. 5.*



Digitized by Google

*cap.5. num.9. verſ. Quinta Prælatus, Megalius p.3. lib.4. cap.1. num.15. in principio, Filliuc. loco infracit.* Conueniunt ſecundò è contrariò, id negari illis, quibus ratione officii, ꝙ habent in Eccleſia prò turbantibus officia diuina, (excipio niſi talis turbatio accideret ratione excõmunicationis, quia aliquis & ſi in ſacris, excommunicatus tñ vitandus, vbi monitus nollet recedere ab Eccleſia tempore, quo ibi celebrantur diuina, poterit vi expelli, prout ſup. *recoll.* 2. explicaui, & ſi hic caſus, ni fallor, nullatenus pertineat ad hoc caput correctionis, ſed potius ad caput defẽſionis, & ſi Doctores ſupracitati illum inſerant, valdè tñ impropriè hoc in loco.) Item illis, quibus id conceditur ratione quòd sũt ſeniores Clerici, aut domini, vel propinqui, eſt videre apud *Toletum lib.1. cap.34. num.3.*
280 *& 4. præter alios ſupracit.* & tantũ diſcordant in eo. An patri concedatur necne, ſicut magiſtro, aut Prælato, quibus pater equiparatur, etiã ratione correctionis percutere filiũ in ſacris conſtitutũ abſq. metu excõmunicationis, de qua re poſt alios antiquiores, ex profeſſo agit *Laym. loco ſuprac.* qui cõcludit, quòd & ſi opinio, quæ affirmat, id concedi patri, ſit probabilis, tamen opinionem contrariam, quæ id negat patri, ſibi magis placere, quam poſt *Molinam* vocat communiorem. cui opinioni negatiuæ accedit *Villalobos p.1. ſumma tr.17. difficult. 22. n.5.* ſicut opinioni affirmatiuæ benigniori, poſt alios, ſe ſubſcribit *Bonacina loco ſupracit.* quã *Auila p.2. cap.5. diſp.3. dub.13. in principio.* vocat probabiliorem. Dixi, *pater,* quia ſicut arbitror, id habere locum etiam in auo, ſi talis filius eſt in eius poteſtate, vt præſuppono eſſe in poteſtate patris, nec ab ea liberari ob ſacrum ordinem, vt notat, præter ſupracitatos *Graſſius cit. c.49. num.41.*
281 Ita certum eſt, id non concedi, non ſolũ aliis propinquis, ſed nec matri, cùm non habeat illos in poteſtate, & in eis maior indecentiæ ratio cernitur, quàm in patre, & auo. Aduertit autem *ConinK diſp.14. n.192. verſ. Addunt Suarez.* poſtquam probauit opinionem benigniorem. *in hac re, rationẽ ſuadere, vt hæ caſtigationes,* ſcilicèt Clericorum in ſacris, ratione correctionis à patre, &c. *cum maxima circumſpectione fiant, vt quantum fieri poteſt, dignitati perſonæ conſulatur.* Nota *Megalium ſup. num.15.* eius eſſe opinionis, quòd licèt ex conceſſione *tex. in c. cum voluntate §. fin. de ſent. excommun.* non concedatur dictis ſex generibus perſonarum, cauſa correctionis percutere in ſacris conſtitutos, non tamen per hoc illũ, ad quẽ hæc correctio pertinet, ſi percutiat cauſa
282 correctionis, incurrere hãc excõmunicationẽ, cùm in noſtro canone ad contrahendam dictam excommunicationem requiratur, quòd percuſſio fiat ſuadente diabolo, & ſic cum dolo, qui non interuenit, quando percuſſio ſimpliciter fit cauſa correctionis, & hanc ſententiam ſubdit tenere *Ioannem de Lignano in d. cap. cum voluntate,* quæ ratio an poſſit ſubſtineri, patebit ex infra dicendis. *num.294.*

Secundum dubium, qualis debeat eſſe dicta percuſſio, ſeù an ex eo, quia huic cauſæ correctionis reperiatur in percutiente, vt ſup. admixta ira, vel odium mortale internum, incurrat quis hanc excõmunicationẽ. Aliqui enim Doctores videntur ſimpliciter affirmare; ita *Caiet. excommun. c.* 10. *not. 6.* qui ait, quòd ſacrilega efficeretur horum actio, ſi ex odio, & iniquitate dictæ perſonæ, Clericos eoſdem verberarẽt, idem aſſerit *Sayrus lib.3. cap.27. num* 11. *ad finem.* Et clarius *Tabiena excommunic. 5. ſub num.7.* docens, incidere corrigentem non ſolum ſi principaliter moueatur ex odio, & vindicta ſed etiam ſi ſecundariò, inter eos annumero etiam *Toletum lib.1. ſumma cap. 34. num.4. in 3. dubio.* dum ſubdit, dictas perſonas percutientes, etiamprætextu correctionis, ſed non ob correctionem, ſed ex odio, vel vindicta, aut alia mala intentione, contrahere hanc excommunicationem, & hanc teſtatur eſſe communem ſententiam, quã eiſdem ferè verbis, proſequitur *Megal. p.3. lib.4. cap.1. num.14. verſus finem.* quia idẽ eſt dicere, quòd prætextu correctionis, ſed non ob correctionẽ percutiant, quàm quòd nõ principaliter ex odio moueantur. Sed cõtrarium eſt verius, vndè ſit.

Prima cõcluſio: ſup. enumeratæ perſonæ ꝑcutientes cauſa diſciplinę, vel correctionis
283 principaliter, & ſecundariò ex ira, & odio, non incurrunt excomm. ita *Nau. cap.27. nu. 82. Silu. excomm. 6. nu. 6. verſ. octauò, Auila p. 2. cap.5. diſp.3. dub.13. caſu 1. in principio. Reginaldus lib.1. num.220. Bonacina loco infrac.* Dixi *ex ira, & odio,* quia certum eſt, quòd qñ tantũ percutiunt aliquantulũ ira commoti, non incurrant, *cap. veniens vbi Archar. not.1. de ſent. excomm.* vndè concluſio noſtra habet locum etiam in caſu, quòd ſit ira vehemens. Hæc concluſio ſic declarata, probatur ex regula illa, quòd non attenditur id, quòd venit acceſſoriè, ſed quòd fit principaliter. *l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi certum petatur cum concordantibus.* Adde ꝙ *Molina tom.4. diſp.56. num.6.* videtur excuſare dictas
284 perſonas, etiam ſi principaliter percutiãt ex odio, iſta enim ſunt eius verba, I*n punitione enim licita alioquin, ac iuſta, quæ eis ex officio incumbit. eam infligere, qui illa punit, eſto peccatũ mortale odij immiſceatur malitia eius, qui iuſtè, ac licitè ex officio illam alioquin infligit, non video interuenire culpam ſacrilegij, ob quam ſolam, ea excommunicatio eſt ſtatuta,*

Digitized by Google

*inta*,& hæc eſſe ſuã opinionẽ patet,quia iſtã ſuam ſententiam ſtatuit contrà *Silueſtrum, & Nau.* quorũ opinionem vocat duram,& falſam,qui *Nau. & Silueſt.* expreſsè docent noſtram concluſionem,vndè patet, malè allegari hunc auctorem cum alijs ſuprà allegatis,à *Bonacina tom.3. diſp.2. q.3.p.6.ſect.4. n.4.verſ. Dixi modo,&c.* pro doctrina noſtrę concluſionis. Sed quidquid ſit de hoc, certum eſt, quòd ad hoc vt dicta percuſsio ex-
285 cuſetur, debeat fieri tempore,quo percuſſus merebatur correctionem, veluti ſi eſt magiſter tempore quo illum docebat, vel monebat, aut ſi eſt pater, vel ſenior tẽpore, quo ei proteruè reſpondebat, vel renuebat monitionẽ, hoc .n. ſufficeret, vt quis excuſetur ab incurſu huius excommunicationis,cùm potius cauſa facti, quàm factũ ipſũ conſiderare debeamus. *c. cum dilecti de accuſat.l.verum ff.de furtis.* iuxtà caſum notabilem,in quo conſulit *Graff.conſ.11. de ſent. excomm.tom.2.* vbi loquitur de pręceptore, qui etiã erat Parochus, pugnis, & virga pluries percutiente ſubdiaconum ſcholarem, non deſiſtentem à reſponſionibus,vt ſup.ac continuante percuſſiones etiam in Eccleſia,ad quẽ locũ fugerat,omninò videndus, quæ cõſonãt cũ *Silu.loco ſuprac.verſ.vndecimo in principio.* ibi *Dicit tamen Monaldus, quòd non oportet Prælatum de correctione cogitare,ſed ſufficit habere cauſam, vndè percutere ex correctione, eſt percutere culpa digna correctione,* & ſi poſtea ſubdat illa alia verba *quæ ſententia,& ſi ſit benigna,tamen tutius eſt ſecundum eundem , vt ſaltem habitu cogitet de correctione , ideſt eam intendat habitu, quia inquit,& ſi moueatur ex ira non incidet, ſed longè melius eſt, vt differat donec ira quieſcat.* non .n. tenemur ſequi,quòd tutius,vel quod melius eſt, ſed ſufficit ſi ſequamur id, quod eſt tutum, vel bonum, cùm nemo teneatur ad id, quòd perfectius,ſed tantum ad perfectum,vt latè dixi ſup.*p.1. recoll.2. nu.91.*
286 quod autem in dubio non cenſeatur dicta percuſsio facta principaliter ex odio, & ira, probat *Graffius ſuprac.conſ.11.num.6.*

Tertium dubium eſt, quanta debeat eſſe dicta percuſsio, ſeu an ex eo, quòd perſonæ ſuprà enumeratæ excederent in modo percuſsionis, incidant in hanc excommunicationem? Ratio dubitandi pro affirmatiua, quòd incurrerent, ſumitur ex *gloſa in cap. vniuerſitatis verbo fieri debeat,de ſent.excõm.* quæ docet, quòd tantum leuis, & moderata caſtigatio eſt permiſſa dictis perſonis,& habetur expreſsè in *cap.cum voluntate §.fin. eod.tit.* ibi *ſubditos , vel ſcholares leuiter percuſſerint, excommunicationis ſententiam non incurrunt.* ergò à cõtrario ſẽſu,ſi exceſſerint percuſsio erit grauis , & per conſequens incurrerent dictæ perſonæ excommunicationem ,fauet regula illa, quòd limitata cauſa, limitatũ debeat producere effectum, ſed in dicto textu limitatur qualis debeat eſſe dicta correctio, ergò quando adeſt exceſſus, incurritur hęc excommunicatio,ita *Ioannes de Lignano*, quem ſequitur *D. Antoninus apud Tabienam excomm.5.num.6. ad fin.* quẽ ſequi videtur *Villalobos p.1.ſumma tract.17. diff.22.num.5. ad finem.* Hac tamen ratione non obſtante, contrariũ eſt verius. Vndè ſit

Secunda concluſio: non ex quolibet ex-
287 ceſſu in modo percuſsionis , ratione correctionis, ſed tantum ex notabili exceſſu attingente culpam mortalem , incurritur excommunicatio , ita *Silueſt. excomm. 6. verſ. octauo ad fin.* qui ſic concordat opinionem *gloſæ* , de qua ſup. cum opinione alterius *gloſæ in cap. cum voluntate eod.tit.* verba *Silueſtri* ſunt iſta. *Sed cõcordo, quia per exceſſum,non incidunt, cùm non ſemper poſſunt*(intellige, dictæ perſonæ corrigẽtes ) *verbera ſuſpendere in ſtatera*, ſed per *magnum* (ſic.n. debet legi id,ꝙ errore typographi dicitur ibi p *manum*) *arbitrio boni viri,* ita etiã loquitur *Tabiena loco ſuprà citato,* clarius *Molina tom.4.diſp.56.n.9. & Bonacina ſup.ſect.4.num.4.in principio.* Ratio huius concluſionis patet,nã & ſi concedatur leuis, moderata caſtigatio, non per hoc eſt limitata, itaut etiã exceſſus leuitas, ſicut alterius materiæ pręceptæ, non excuſet à mortali,&
288 ſic nota,quòd nõ ſolũ iſte exceſſus põt excuſari à peccato mortali ratione indeliberationis, in quibus terminis loquitur *Silu. ſup.* ibi *cum non ſemper poſſunt ſuſpendere verbera in ſtatera,* & ante eum *d.gloſa finalis in cap.cum voluntate,* ibi *licèt fortuito caſu excedant.* ſed etiam ratione leuitatis in ratione dãni externi ( non .n. hic põt cõſiderari ratio iniuriæ ) vnde benè *Tabiena loco etiam ſuprac. num.7. ad finem.* disiunctiuè requirit prò excuſatione ab hac excommunicatione,quòd dictus exceſſus *ſit paruus, vel indeliberatus,* ex quo faciliter colligitur,quando etiam dictus exceſſus non excuſet, quando ſcilicèt eſt grauis in ratione dãni corporalis vt ſup. ac etiam deliberatus, ideſt adſit dolus, ſinè quo non incurritur hęc excomm. cùm requiratur vt percuſsio fiat ſuadente diabolo,vt omnes Doctores notant, *Marius Antoninus lib.3.variar.reſolut.11.n.3.* & pręcipuè *Silueſt.ſup.verſ.12.* vbi ſubdit ſicut di-
289 xi *ſuprà nu.179.* quòd non ſufficiat lata culpa , exemplificans in eo , qui *ſtantem in gradu,leui impulſu grauiter præcipitaret,& ſi ſtultum ſit hoc non prævidiſſe,* & ſic non ſufficit vnum ſinè alio ,iuxtà ea,quæ dixi *dub. præced.*

Quæres pro praxi , quando talis exceſſus
290 iudicandus erit grauis attingens ad culpam lethalem, vt loquuntur ſuprà citati Doctores.

Digitized by Google

ctores. Reſpondet *Tabiena loco ſuprac. n.7. ad finem.* & clarius *Layman lib.1.tr.5.p.2.c.5. num.8. ad finem.* id iudicare debere Confeſſarium ex qualitate culpæ, & perſonæ tùm percutientis, tū percuſſæ; & benè: nā etiā ex iſtis circunſtantiis deſumitur, quando malū, quòd infertur per caſtigationem, principaliter proceſſerit ex odio, vel ex cauſa diſciplinæ, & correctionis, ſeù vt loquitùr *gloſa fin. in d.cap.cum voluntate,* & proſequuntur *Toletus ſuprac. dub.2. & Megalius num. 14. ad finem,* quando adſit dolus necne. Adderem, quòd aliquando etiam præter iſta, conſiderandum ſit tempus, quo talis perſona ſubdita percutitur, item modus percutiendi, exēplum optimum habemus in caſu, de quo cōſuluit *Graff. loco ſupra. conſ.6.* de quodā præceptore, qui Clericū ſuū ſcholarē percuſſit, quem incurriſſe hanc excommunic. oſtendit. Primò, quia illum non verberauit animo docendi, ſed ex odio, vindicta, vel alia cauſa non iuſta, cùm nec eo tempore illum docebat, neq. monebat, quo caſu, vt in *præced. dub.* dixi, non cenſetur dicta percuſsio facta intuitu diſciplinæ, ſecundò ex genere inſtrumēti, quo vſus fuit dictus præceptor in illum caſtigando, quia non ferula, vel molli cingulo, ſed baculo verberauit, & tandē ex parte corporis percuſſa, non enim percuſſit manum dando palmatam, vel ſpatulas, aut aliam partem, in qua ſolent præceptores percutere, ſed caput, & faciem. Qui etiam ſubdit circà id, quòd dixi de perſona percuſſa, aliquando leuē percuſsionem eſſe iudi-
291 cādā grauē ex qualitate perſonę percuſſæ, ſcilicèt quando eſſet facta in perſonam pueri, qui non eſſet robuſtus, ſed tener, vel infirmus. Ita addo ego, quando ſumus in caſibus, in quibus permiſſa eſt dicta percuſsio, etiam reſpectu conſtitutorum in ſacris, nā etiam leuis percuſsio reſpectu conſtitutorū in minoribus, cenſeri poteſt grauis reſpectu conſtitutorum in ſacris, hoc enim mihi ſignificant illa verba *Layman loco ſuprac. alioquin ſi percuſsio valde indecens ſit, aut exceſſus, &c.* & clarius *Molina ſuprac. diſp. 56. nu. 7. ad finem.* qui poſt *Sotum* concedit magiſtro, tantum ferula percutere diſcipulum in ſacris conſtitutū, & ſi velit ꝙ talis magiſter non ſolum non ſit laicus, ſed etiam quòd ſit ſuperior in ordine, & per conſequens ſi v.g. eſſet Subdiaconus nō poſsit verberare Diaconum, ſi Diaconus nequeat percutere Sacerdotem ſcholarem, quem ſequi videtur *Layman loco ſuprac. num.9. verſ. ad fundamentum.* Cuius tñ contrariū probaui ſup. nec mirum ſi iſti autores hoc doceant, cùm hoc negēt, conſequenter loquendo, de patre, cuius etiam contrarium ſubſtiaui ſuprà.

Quartum dubium eſt, an dictæ perſonæ
292 poſsint per alios percutere ſibi ſubditos correctionis cauſa, v.g. magiſtri, patres, &c. Negat *Toletus cit. c.34. dub.4.* nō ſolū quādo id fieret per alios laicos, ſed etiā ſi per Clericos. Sed cōtrariū probat latè *Molina cit. diſp. 56. n.8.* vbi docet, non ſolū hoc poſſe exequi dictas perſonas per Clericos, ſed etiam per laicos, quod quidem limitauerim quando perſonæ corrigēdæ eſſent in ſacris, quia hoc prohibetur ipſis Prælatis, ac iudicibus eccleſiaſticis, vt *quæſito præced.* dictū eſt, & fauet idē *Molina loco ſuprac. litt. C.* ſit amen de facto etiam ipſos cōſtitutos in ſacris per alios correctionis cauſa verberauerint, non incurrent ex comm. verberātes neq. principales, vt ſubdit *Molina.* Qui nō ſolū hoc dicit de ma-
293 giſtro, patre, & dño, ſed etiā, ꝙ Clerici *Seniores poſsint dicere alicui laico, vt percutiat puerū, aut adoleſcentem in minoribus conſtitutum, qui diuinū officium perturbēt* (vel vt cōſequēter loquar, iuxtà ſupradicta, ſibi reſiſtāt, aut nō obediat in rebus cōcernentibus ſeruitiū Eccleſię, vel proteruè reſpōdeat) *& neq. præcipientes, neque exequentes excommunicationē incurrant,* non ea ratione, quam affert *Megalius,* & retuli *ſuprà num. 280. ad finem.* Quia iura, quæ exprimunt, ac declarant licitum eſſe magiſtris, & alijs ſimilibus, punire gratia diſciplinæ eiuſmodi eccleſiaſticos,
294 non id explicant quaſi nouum ius condendo, nouamq. ad id efficiendo conceſsionem, & quaſi id antea fuiſſet comprehenſū *canone ſi quis ſuadente diabolo,* ſed per epicheiam explicant, ac declarant, id nunquam fuiſſe prohibitum, neque comprehenſum eo canone, in quo intentio non fuit decentē, ac neceſſariā manuū iniectionē, diſciplinę ac bonorū morū cauſa cōprehendere. Hæc ſunt verba *Molinæ.* Sed quia vt ait *Layman lib.1. tract.5. par.2.c.5.n.9. verſ. ad fundamētum, ſi pater filiū, vel magiſter laicus diſcipulū in ſacris conſtitutum correctionis cauſa percutiat, facilius à peccato mortali, & conſequenter à cenſura excommunicationis excuſatur, præterea, quòd ius aliquod correctionis ille habens, difficile interdum ſe cohibet, quin grauiter, aut ſæpius delinquentem, etiam verbere caſtiget, ipſaque circumſtantia ſuperioritatis, deformitatem non parum imminuit.*

*Defenſionis, ac neceſsitatis ratione quando, & quomodo excuſetur quis ab excommunicatione, manus violentas in Clericum iniiciendo.*

Concluſio; manus violentas iniiciens in Clericum, vel alium gaudentem hoc priuilegio canonis, ob iuſtam defenſionem ſiuè perſonæ, ſiuè honoris, ſiuè bonorum ſuorum, non incurrit hanc excommunicationem, habetur expreſsè in *c. ſi verò el 1. & cap. ex tenore de ſent. excomm.* Eſt communis, vt te-

vt teſtatur *Chartarius deciſ.3. Curia Archiep.*
*Mediolan. num.7.* Ratio eſt manifeſta, quia
non ex ſola manuum violentarum inie-
ctione in Clericum, &c. incurritur hæc ex-
communic. niſi etiã fuerit facta ſuadente dia
bolo, & cum dolo, qualis non eſt, quæ fit ſe
defendendo, ſeù vim repellendo, cùm id
295 ſit cuiq. licitũ de iure diuino naturali, ciui
li, & canonico, vt dixi ſup. *recoll.2.n.314.* &
in terminis, antiquioribus allegatis *Sayr. lib.*
*cap.27. num.17.* & allegatis recentioribus *Bo*
*nacina tom.3. diſp.2. q.3. p.6. ſect.4. nu.1.* Am-
pliatur hæc concluſio, vt procedat non ſo-
lum quando percuſſio fit in defenſionem
ſuæ perſonæ, vel ſui honoris, ac ſuorum bo-
norum, ſed etiam alterius proximi, ita loqui
tur *Molina tom.4. diſp.15. in princ. Laym. lib.1*
*tr.5. p.2. c.5. n.8 verſ tertia. &c.* & ſic nõ ſolũ
alterius, qui ſit propinquus, vel ſeruus, per
quos fit alicui, iniuria, ita ait *Butr. in d. c. ſi ve-*
296 *rò* latè *Sayr. loco cit. & Chartar. ſup. deciſ.45.*
ſed etiã extraneus modo d. pcuſſio fiat ad pu
rã innocẽtis defenſionẽ, ita *Auila, & Bonac.*
*ſup.* ḡa vt ait *Conink diſp.14. n.193. ad fin.* quili
bet licitè repellit vim innocenti illatam. Am
pliatur ſecundo, vt quòd dixi de defenſione
erga iniuriam illatam ſuæ perſonæ, vel re-
bus ſuis, procedat etiam ſi potuit fugere, &
ſic euitare percuſſionem Clerici, &c. dum-
297 modo fuga fuiſſet illi ignominioſa, poſt
alios *Sayrus ſup. num.21.* qui cum *Caiet.* ſub-
dit, non per hoc licere alicui acceptare duel
lum oblatum à Clerico. quia hoc caſu de-
fenſio non eſt neceſſaria, ſicut eſt neceſſaria
primo caſu, in quo periclitatur eius honor,
& fama, quorum defenſio etiam licita. *Fil-*
*liucc. tract.15. num.22. Reginald. lib.1. n.224.*
*Auila ſuprà caſu 11. Laym. lib.3. tr.3. p.3. c.3.*
qui teſtatur de cõmuni, quidqd ſit de irre-
gularitate quæ hoc caſu cõtrahitur, vt p *Aui*
*lam ſup.* Ampliatur tertiò, etiã eo caſu, quòd
quis non eſt inuaſus in perſona, vel rebus à
298 Clerico, ſed ab alio, à quo nõ poteſt ſe libe-
rare, niſi vim inferendo Clerico, exemplum
commune eſt, de fugiente perſequentem,
qui Clerico obuiam ſibi facto, vi auferat en-
ſem, vel eum ab equo deſcendere facit, vt ſe
defẽdere, vel euadere poſſit itẽ occidẽte me
diatorẽ. *Diana p.5. tr.4. reſ.34.* præter *ſuprac.*
Limitatur tamen concluſio, qñ alio modo
poſſet quis defendere ius ſuum, vel bona
ſua, exemplum ponit circà primam partem
poſt *Nau. Molina cit. diſp.55. num.3. ad finem.*
299 de illo Regulari, qui cũ poſſet à ſuperiore
præſente obtinere, vt ſibi ab alijs detur ſibi
locus ſuus ſedendi, vi illos de illo loco de-
turbauit. Exemplum circà ſecundã partẽ bo
norum, ponunt communiter Doctores, qui
docent, nõ licere Clericũ percutere, vel illi
300 vim inferre ob defenſionẽ rerum ſuarum,
quando Clericus rem ab alio iniuſtè ablatã,
in locum deſtinatum detulit, ac in pacifica
eius poſſeſſione exiſtit, modo per viã iudicij
illam recuperare poſſit. *Sayrus nu.18. ad fin.*
*Auila loco ſuprac. verſ. duodecimus caſus*, qui
301 ad hoc caput reducit alium caſum, de cre-
ditore detinente Clericũ debitorẽ fugientẽ,
vel fugã parantem, vt illũ Prælato ſuo præ-
ſentet, de quo *Graffius p.1. deciſ. lib.2. c.49. n.*
*48. Molina, & Layman ſup. Filliucc. ſup. num.*
22. vbi benè ſubdit, ꝙ ad hoc vt poſſit quis
manus violẽtas in Clericũ iniicere ob bona,
quæ abſtulit, d. bona debẽt eſſe alicuius valo
302 ris, & propter quæ meritò poſſit percuſſio-
nẽ aliquã inferre, quæ ſufficiat ad illũ ſiſtẽ-
dũ, ne fugiat, videte *Dian. cit. tr.4. reſol.18.*

Limitatur ſecundò, quando illa defenſio
eſſet ſinè moderamine inculpatæ tutelæ, vt
303 autẽ adſit d. moderamen, tria debent con-
currere, vt per *gloſam magiſtralẽ in l.1. verb.*
*moderatione C. vnde vi,* primò vt fiat in con-
tinenti, ſecundò paribus armis, tertiò ani-
mo defendendi, non autẽ offendendi, quòd
tertium requiſitum coincidit cum primo,
quia eo ipſo, quòd ſequitur percuſſio in
continenti, poſtquam quis fuit aggreſſus, in
foro fori ſemper percuſſio præſumitur fa-
cta ad ſui defenſionem, & non ad vindictã,
per latè allegata *ab Andrea Gaill. lib.2. pract.*
304 *obſeruat. obſer.110. num.11. & lib.1. de pa-*
*ce publica cap.16.* vbi de Sacerdote celebran-
te Miſſam, quòd poſſit aggreſſorem occi-
dere, & poſtea Miſſam perficere, & quòd
autem dicenti ſe percuſſiſſe ad defenſionẽ,
incumbat onus id probandi. Itẽ quæ debeat
quis potiſſimum articulare, & probare
pro homicidio commiſſo ad defenſionẽ, ac
demũ quis ad hunc effectũ dicatur aggreſſor
vel aggreſſus, quę etiã explicat *Chartar. deciſ.*
*3. ſupracit.* vbi refert congregationẽ conſul-
tationis cauſarũ Archiepiſcopatus Mediol.
declaraſſe maritũ, qui poſtquã Clericũ in do
mo exiſtẽtẽ aſpexiſſet cũ ꝓbabili ſuſpicione
mali cũ eius vxore, obuiã dicto Clerico iuit
gladio euaginato, & dictum Clericum fu-
gientẽ, & ſi cum piſtoleſio in manibus portã-
tem, inſequendo, vulnerauerit; incurriſſe
excõm. nã vt etiã *n.27.* ipſe ſubdit, ſi aggreſ-
305 ſor illato vulnere aufugiat, & percuſſus
aggreſſus, illum fugientem occidat, ad ne-
neceſſariam ſui defenſionem occidiſſe non
præſumitur, ſed ad vindictam, quando time
re non poterat à fugiente vlterius percuti,
& magis in ſpecie *num.28.* quòd ſi Clericus
percutit laicum, amplius nõ percuſſurus, &
hoc laico conſtet, vt eſt quando iàm fugerat
Clericus; laicum, repercutiendo dictum Cle-
ricum; incidere in hanc excommunicatio-
nem fauent dicta à me *ſuprac. recoll.7. n.228.*
hoc enim ſignificat, quòd poſt *Silveſt.* ait
*Reginaldus dub.1. num.224. verſ. ex quo eod.*
*Silu. eam percuſſionẽ* (defenſiuam) *debere fieri,*
*cũ inſtat aduerſarij violẽtia,* ſiuè vt loquitur

*S.P. in*

Digitized by Google

306 *S.P. in d.c. ſi verò, in continenti, non autem cùm ea ceſſauit*, clarius habetur per *Sayrum ſuprac. cap. 27. ſub nu.* 18. Quando non conſtat, quis fuit aggreſſor, quid faciendum videte *ſup. n.* 105. Dixi *quādo iam fugerat*, quia ſuppono, aliquod interuallum interceſſiſſe poſt fugã, & ſic quòd ex maturo conſilio, & deliberatè nõ ſe defendẽdo, ſed ad vindictã d. fugientẽ vulnerauerit; cũ ſecus ſit, ſi qñ fugã caperet, iræ impetu commotus abſque deliberatione illum vulneraſſet, honorem ſuũ defendendo, quòd eſt idem cum limitatione, quàm ad ſupradictam doctrinam, tradit *Nau. cap.* 15. *num.* 3. *ad finem.* quando ſcilicèt affectus iniuria magnam ſui honoris iacturã
307 faceret, ſi fugientem non perſequeretur, & eum tantum percuteret, quantum ad ſui honoris defenſionem opus eſſet, ex quo talis percuſsio, & ſi non eſſet pro defenſione perſonæ, eſſet pro defenſione honoris, quo caſu latius accipitur ly *incontinenti*, prout loquendo de defenſione bonorum, dicit *Gaill. loco ſupracit.* quibus bonis ſatis præſtat honor, & nota, quòd *Nau.* non ſolum loquitur de eo, qui poſt fuſtem, vel alapã impactam aufugit, in quo caſu loquitur *Leſſius, & alij apud Dianam p.* 1. *tr.* 15. *reſol.* 15. *& p.* 5. *tr.* 4. *reſol.* 4. ſed etiã de eo, qui poſt vulnus, vt loquitur *Philippus Fabrus* relatus à *Diana cit. tr.* 4. *reſol.* 11. *ad finem. & Layman lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 3. *c.* 3. *n.* 3. *ad fin.* fauet axioma commune in hac materia, ſicut etiam in materia correctionis, de qua ſuprà, quòd percuſsiones correctiuæ, & defen-
308 ſiuæ, & ſi modicum exceſsiuæ ſint, non tamen ſubiaceant huic excommunicationi. *Coiet. excommun. c.* 10. *not.* 6. *Sayrus cit. c.* 27 *n.* 34. & in terminis noſtris loquendo, præter *Sayrum ſup. num.* 20. quòd modicus exceſſus inculpatæ tutelæ excuſet ab hac excommunicatione, poſt alios, notat *Chartarius ſup deciſ.* 3. *num.* 8. ideſt cum culpa ſolum veniali, vt explicat *Molina cit. diſp.* 55. *nu.* 2. Certũ eſt .n. moderamen inculpatæ tutelæ, nõ verſari tantum circà modum, & cauſam, ſed etiam circà tẽpus, vt per *DD ſuprac. & Gaill. lib.* 1. *de pace publica cap.* 16. *num.* 17. ac per conſequens modicitas tẽporis etiã excuſat, & ſi dictus exceſſus modicus ſit ex propoſito, & deliberatione, quidquid dicat *Chartarius loco ſuprac.* quia dictum propoſitum, vel deliberatio, ſeù animus non defendendi, ſed vindicandi, & ſic actus internus, licèt ſit mortalis, nõ per hoc exceſſus externus, ſi eſt tãtũ venialis, incurritur excommun. ad quam incurrendam, etiam in foro conſcientiæ, (nàm quòad forum externum, certum eſt hoc caſu non incurri excommunicationem, cùm dolus, qui eſt neceſſarius ad illam incurren-
309 dã, præſumatur in foro externo in faciẽte rem prohibitam, non autem in faciente rẽ licitam, ſicut eſt iſte modicus exceſſus. *Marius Antoninus lib.* 1. *variarum reſol.* 73. *n.* 8.) requiritur ſimul peccatũ mortale internũ, & externum, vt dixi ſup. *n.* 273. vndè quando alii DD. requirunt ad hoc notabilem exceſſum, ideſt attingentem ad culpam mortalem, vt dixi ſup. *quæſit. præced.* loquendo de percuſsione, ratione correctionis, & in terminis noſtris aſſerit *Layman cit. n.* 9. intelligũt de exceſſu externo, fauet *Anton. de Souſa in bulla cænæ diſp.* 64. *n.* 4. docens, interficientẽ
310 Cardinalẽ ad ſui defenſionem cum moderamine inculpatæ tutelæ (quòd etiam interuenit, quando adeſt modicus exceſſus, vt dixi, cùm ictus non dentur ad menſuram, & parum pro nihilo reputetur) & ſi ex cõcepto odio occidat, non incurrere excommunicationem *can.* 11. *Bullæ cænæ*, & per conſequẽs neque huius canonis, cùm eiſdem cauſis, in quibus canones excuſant ab excommunicatione percutientes Clericos, excuſentur percutientes Cardinales, & vt latè per *Duardũ lib.* 2. *can.* 11. *q.* 11. non alia ratione, quàm ꝙ defenſio illa externa eſt licita, odium autem quod eſt peccatum mortale, latet in corde. Et quia quòad defenſionem perſonæ, ly *incontinenti* intelligitur tẽpus, in quo impẽdit prouocato diſcrimen vitæ, vt notat præter *Reginald. ſup. Andrea Gaill. lib.* 1. *de pace publica c.* 16. *ſub n.* 17. vbi quòd quòad defenſionẽ rerũ, ly *incõtinenti* dicatur poſt cõuocationẽ
311 amicorũ. Sequitur ꝙ timẽs probabiliter à Clerico interfici, vel mutilari, excuſetur ab excommunicatione, ſi ipſum prius mutilauerit, vel occiderit *Duardus loco ſuprac. n.* 5. ſed hoc intellige qñ nõ pouerit alia via euadere mortem. *Layman cit. cap.* 3. *num.* 1. *Molina t.* 4. *diſp.* 12. *num.* 3. ſequitur *Diana p.* 5. *tr.* 4. *reſol.* 5. vbi de marito paratũ habente venenũ, aut gladiũ, ad occidendam vxorẽ, & è cõuerſo, de mandante ſicario, vel ſeruo, vt me occidat, ac de eo, qui vadit, vt ſoluat, & irritet canẽ contra me & *reſol.* 7. vbi de euntibus ad teſtificandũ, vel accuſandũ, & de accedẽte, vt ſcoplum diſplodat ad me occidendum, aut me cõcluſũ, & obſeſſũ habẽte ad me interficiendũ. Quòad ſecundã circumſtantiã *de paribus armis*. Communiter docent Doctores, ꝙ qui inuaditur ſinè armis, regulariter non de-
312 beat armis reſiſtere. *Sayrus cit. cap.* 27. *ſub num.* 18. & habetur *in l.* 1. *vbi gloſa, & Doctores C. vnde vi*, rectè *Sayrus* dixit *regulariter*, quia limitatur vbi quis iacturã honoris, vel famæ pateretur, niſi iniuriã verbis ſibi irrogatã, facto nõ propulſaret, vt per *Nau. cit. cap.* 15. *nu.* 3. *verſus finem.* qui benè hoc probat ex eo, quòd quis poſſit occidere inuadentem ſua bona, quando aliter non poteſt illa recuperare, vt ſup. ergò tãto magis inuadẽtem honorem, qui præſtat bonis fortunæ, quòd intellige, niſi fuerit exceſſus notabilis, vt ſuprà, fauet caſus, de quo *Marius Antoninus lib.* 3. *variarum reſol.* 11. vbi probat, incur-

Digitized by Google

curriſſe excommunicationem quendam nobilem Papienſem, qui cuidam Sacerdoti ſecum altercanti, & dicenti, ſe eſſe nobiliorem
313 ipſo, dictum Sacerdotem percuſsit pugno cum aliqua effuſione ſanguinis ex ipſius Sacerdotis ore, ea potiſsimum ratione, quòd abſque eo, quod veniſſet ad dictam percuſſionem, poterat hanc iniuriam repellere cũ mentita, & ſic verbis, eodem modo procedit *Nau.c.27. n.85.* idẽ affirmans, de nobili
314 quadam moniali ex eo, quia cuidam eccleſiaſtico, ſibi laſciuum verbum dicenti, alapam impegit, nàm etiam *Molina diſp.55. num.41. Auila, Suarez, ConinK*, quos ſequitur *Laym.cit.verſ.tertia,&c.* qui teſtatur de communi, docẽt quòd licèt mulier, vel maſculus excõmunicatiõnẽ non incurrat, ſi Clericum
315 pudicitiam ipſo facto tentantem, percutiat, ſecus tñ eſſe. ſi eam Clericus ſolis verbis aggrediatur, quia tunc ſufficit illũ verbis repellere, niſi ita valdè moleſtus ſit, vt mulier, vel puer aliter ſe ab eo liberare non poſsit, quã fuſte, aut verbere. Nõ deſunt etiã Doctores, qui docent, licere armis ſe defendere cõ
316 tra inermem contumelioſum, quando aliter contumelia tolli non poteſt, niſi vulnerando, vel etiam interficiendo, vt innui *ſup. p.1.recoll.7.n.*230. tamen vt ibi dixi poſt *Leſſium, Molfeſ. & Azor.* qui loquitur in ſpecie de cõtumelia, quę aliter refelli nõ poſsit verbis, & ſignis, quibus authoribus à me ibi allegatis accedunt *Hurtado de Mendozza, Petrus Binſfeldius, & Filliuc.* quos ſequitur *Diana ſuprac. tract.4 reſol. 12. & 13.* contra *Ioan. de Eſcobar, Henric. Breuerſdorf. Baldellum, & P. Nau.* Quæres autem an hoc ſit verum nõ ſolum quando ab inermi infertur iniuria ver
317 bis, ſed etiam quando infertur facto, nempè fuſte, vel alapa. reſpondeo quòd ex eo, quia *Nau.loco ſuprac.* & alij, quos refert, & ſequitur *Leſſius lib.2.de iuſt.cap.9 n.77.* & alijs pluribus ſuo more citatis, probat *Diana ſuprac tract.4.reſolut.4.* docent, fas eſſe occidere inuaſorem, qui fuſtem, & alapam nititur impingere, vbi quis aliter talẽ ignominiã vitare nequit, colligi, hoc eſſe verum, etiam ſi inuaſor ſit inermis, quia ſi cum armis poſſum defendere me ab inermi auferente bona, quando aliter, &c. quantò magis eodem modo poſſum defendere honorem, ſecus dicas vbi non adeſt talis ignominia, vndè *Chartarius loco ſuprac. deciſ.45.* refert declaratum, incurriſſe excõmunicationem quẽ
318 dam Canonicum, qui vt patrem vidit à quodam Præpoſito pugnis, & alapis cædi, dictum Præpoſitum, grandi peſſulo lingneo grauiter percuſsit in capite. Alium caſum circa hanc materiam, notat *Nau. loco cit. poſt gloſſam in d.l.1.* quando ſcilicèt pugio, ſeu vt habet *gloſa* pugnus, inuadentis eſſet ita paruum, vel minus fortis, quã enſis, ſeu gladius inuaſi, ꝙ tũc poſsit quis enſe ſe defẽdere contrà pugnũ, vel pugionem, fauet *Salicetus in d.l.1.* vbi quod nõ eſt neceſſariũ vt defenſio fiat cum paritate armorum, quòd in caſu noſtro eſt verum, quãdo etiã cum diſparitate armorum interuenit moderamen inculpatæ tutelæ, fauet *Abbas*, quem ſequitur *Laym.*
319 *lib.3.tract.3.p.3.cap.5. nu.1. verſ.porrò.* docens, quòd prudentis viri arbitrio relinquatur, in quo conſiſtat dictum moderamen, ſeù quando in eo cenſeatur factus exceſſus grauis ad finem incurrendi hanc excommunicationem, & poſtea ſubdit hæc verba, *Si videlicet aliquis conſideratis circunſtantijs loci, temporis, perſonarum, &c. contra aggreſſorẽ, vel inſidiatorem modo faciliore, benigniore defendere, ſe non poſſe rationabiliter exiſtimat, quã ita ipſi reſiſtendo, præueniendo, &c.* vnde patet, quando inſultas baculo, poſsit ſe enſe defendere, & ſimiliter, vel etiam ſi contra eũ, qui volebat mihi dare vnã maxillatã manu vacua, vulgò dicitur *ſchiaffo*, an poſsim me gladio defendere etiã occidendo, itẽ qd dicendum, quãdo pugno percuſſus, haberet arma ad latus, de quibus latè per *Carrer. in ſua practica criminali tit. de homicidio verſ. Circa quartum in principio*, vbi etiam de debili inſultato à robuſto, ſene inſultato à iuuene, &c de quibus etiam per *Clarum* §. *homicidium num.34. ad finem vbi addentes, præcipuè Bsiardus num.* 110. & *ſeq.* apud quem *Carrerium verſ. circa tertiũ* inuenies aliquas limitationes, & præſertim *num.* 7. de ſe de
320 fendente contrà officialem ſuum officium exequentem, de qua re habetis in terminis huius noſtræ excommunicat. conſilium *Graſſij 3. ſub tit. de ſent. excommunicationis vol.2.* vbi probat, incurriſſe excommunicationem quendam filium, qui cùm vidiſſet patrem maletractari à Nuncio Curiæ Archiepiſcopalis pro exactione cuiuſdam pænæ, & ad ſui petitonem, noluiſſet illum dimittere, manu Nũciũ repulit, & poſtea cũ dictus Nuncius gladio euaginato tres ictus cõtrà filium emiſiſſet, ipſe filius in illum manũ iniecit propè guttur, illumq. fecit parum retrocedere. Dixi *Clericum*, quia ſi non haberet talis Nuncius ſaltem primã tonſurã, licèt deferret habitum, non incurreret, illum percutiens excommunicationem. *M. Antoninus lib.3.variar.reſol.16.num.23.* & in ſpecie
321 de nuncijs, ſeù curſoribus, fauet quòd dixi ſup.*n.14.* de Diaconis ſaluaticis, qui deſeruire ſolẽt pro dicto officio curſorũ, vt per *Nouarium in ſumma Bullar. cùm de Diaconis ſaluaticis n.5.* in Curia autẽ Archiep. Neap. curſores ſunt Clerici, vt teſtatur *Genuenſis in praxi cap.40. in 2. edit.* Qui *c.11. & Chart. deciſ.96.* tractant de laicis offendẽtibus curſores, nàm ipſi ſi non ſint initiati ſaltem prima tonſura, non gaudent priuilegio huius canonis, vt



Digitized by Google

per eundem *Nou. ibid. num.* 13. ex eo, quod priuilegium canonis datur ratione ordinis clericalis, vel ſtatus regularis, & non alia ex cauſa, vt per *M. Ant. loco cit.* & dixi ſup. *n.* 13.

322 Secunda concluſio: Percutiens perſonam Eccleſiaſticam incontinenti inuentam turpiter cum matre, filia, ſorore, aut vxore, non incidit in excommunicationem. Probatur expreſſè in *cap. ſi verò el primo, de ſent. excõmunic.* quem ita explicant *Auila p.* 2. *c.* 5. *diſp.* 3. *dub.* 13 *caſu* 16. *Villalobos p.* 1. *ſumma tr.* 17. *diffic.* 22. *num.* 6. *Squillantes de priuil. Cleric.* alios citans *num.* 81. & communiter Doctores proſequuntur, vt teſtantur *Molina tom.* 4. *diſp.* 55. *num.* 5. clarius *ibid. diſp.* 7. *num.* 2. *Bonacina tom.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p* 6. *ſect.* 4. *nu.* 6. & *Chartar. deciſ.* 3. *Curia Archiep. Mediolan.* Circa primã particulã, *percutiens*. Dubitatur primò à Doctoribus, an concluſio ſit vera, etiã in caſu, quo nõ ſolũ maritus, pater, filius aut

323 frater tantum percuſſerit, ſed etiam occiderit, vel mutilauerit d. perſonã turpiter vt ſup. inuentã cũ vxore, matre, filia, vel vxore. Nàm *Fortunius* apud *Nau. loco infra citando* abſolutè aſſerit, dictas perſonas interficiẽtes, vel mutilantes incurrere, quam opinionem partim ſequitur *Couarr*, & probat *Graffius par.* 1. *deciſ. lib.* 2. *cap.* 49. *num.* 45. *ad finem*, qui cẽſet, percutientem tantum ex deliberatione non incurrere, ſed benè occidentem, vel mutilantem ex deliberatione, ea ratione, quòd Eccleſia hoc caſu, non præſumit, percuſſionem factam eſſe ſuadente diabolo, ſed ex vehementi paſſione, & dolore, quem difficile exiſtimat, poſſe hominẽ tũc tẽperare. *Silueſter* autem *verbo communicatio, num.* 6. *&. Angelus ibid, Nau, c.* 27. *n.* 84. *verſic. vigeſimi, & Reginaldus lib.* 1. *n.* 205 quos ſequitur *Villalobos loco cit.* teſtans de communi, diſtingunt vtrũ non ſolũ incontinenti, ſed etiã animo deliberato, vel non animo deliberato, ſeu ſubita paſſione occidant, vel mutilẽt, primo caſu affirmãt, incurrere dictos interficientes, vel mutilantes excommunicationem, non autẽ ſecundò caſu. Et tandẽ *Molina ſuprac. diſp.* 55. *ad finem.* & clarius *diſp.* 7. *num.* 2. *verſ. ad primum, ad finem.* ſimpliciter docet, contrà ſupradictos auctores, modo dicta mutilatio fiat incontinenti, vt infrà explicabitur, illam non ſubiacere excommunicationi, etiam ſi illa ſequatur ex maturo iudicio, & non ex ſubita paſſione, ac perturbatione, ex regula illa, quod lex generaliter loquẽs, generaliter debet intelligi, & vbi lex nõ diſtinguit, nec nos debemus diſtinguere, ſed *tex. in d. cap. ſi verò*, generaliter loquitur de manuum violentarum iniectione, cuius appellatione venit etiam interfectio, & mutilatio, & excludit tantũ caſũ, vbi dicta percuſſio fiat ex interuallo, ac præſupponit iuſtum dolorem, excludere dolum, ſeù diaboli ſuaſionem, igitur generaliter debemus id intelligere abſque vlla diſtinctione inter percuſſionem, & mutilationem, ac interfectionem, & vtrum iſta interfectio acciderit ex deliberatione, vel non, ſequitur *Molinam, Bonac. loco ſuprac.* & confirmatur ex his, quæ docent communiter Doctores, nempè maritũ, idẽ dicas de patre, fratre, & c. qui de indu-

324 ſtria abſcondit ſe domi (modo id doloſe non faciat ita cõueniendo cũ vxore vt dolo, vocet Clericum ad adulterium) expectans Clericum, vt eum in flagranti occidat, non incurrere in excommunicationem, quia adhuc dicitur occidere incontinenti Clericũ turpiter agentem cum ſua vxore, ita *Nau. Molina. Auila, & Conink*, quos vt refert, & ſequuntur *Bonacina ſuprac. num.* 6. *verſ. hinc ſequitur*, *Graffius ſup. num.* 45. & alij, quos probat *Chartarius deciſ. Curia Archiep. Mediolan.* 3. *num.* 5. *Layman lib.* 1. *tract.* 5. *p* 2. *c.*

325 5. *n.* 8. *verſ. quarta* cũ alleget *Nau. conſ.* 25. *de ſentent. excomm.* pro eius doctrina, & ſi ex eius modo loquendi videatur contrarium docere, iuxtà commune proloquiũ, author debet intelligi ſecundum authoritates, quas allegat, *Bart. in l. non ſolum liber ff. de liber. legata.* cũ concordantibus ſed hoc caſu probio interuenit conſilium maturum, & delicul duberatio, ergò, &c.

Per ſecundam particulam *incontinenti*,

326 ſignificatur, quòd talis percuſſio, interfectio, vel mutilatio debeat fieri ſtatim, & quaſi in ipſa repertione vt ait *ConinK diſp.* 14. *ſub n.* 55. ſeù vt clarius *Molina ſuprac. diſp.* 55. *ſub num.* 6. *quando eccleſiaſticus illo modo inuenitur cum illa fæmina, vel quando illum eo modo inuentum inſequitur, quouſq. ab inſequutione deſiſtat.* fauet etiã *Carrer. in ſua pract. criminali tit. de homicidio in excuſat num.* 18. hoc enim caſu militat ratio de difficultate cõpeſcendi dolorem, & paſſionem, quæ facilius ex interuallo temperari poſſunt. Quandò autem auctores dicunt, hic ly *incontinenti* ſignificare quòd non intercedat interuallũ, debet intelligi de interuallo à tempore, quo Clericus turpiter inuenitur cũ vxore, filia, ſorore, vndè ſufficeret ſi quis reperiret Cleri

327 cũ turpiter agentẽ, & nõ ſtatim, ſed cõuocatis amicis pro eius maiori tuitione, vel armis acceptis, quibus carebat, redeat, & inueniẽdo etiã d. Clericũ eodem in loco, vt ſupradictũ eſt, incontinenti percuteret, & occideret, cũ vt dixi ly *incontinenti* hic ſignificet prò repertione in actu turpi, vt infrà declarabitur, ac etiã patet ex his, quę dixi ſup. de viro, vel alio vt ſup. ſe abſcondẽte, Circa id, quod dixi cõuocatis amicis, vide *infrà n.* 347. vbi etiã vtrũ dictæ perſonæ poſſint alteri mandare talem percuſſionem abſq. eo, quod ambo incidãt in excommunicationem.

Cir-

Digitized by Google

Circà tertiam particulam *turpiter agentem*, conueniunt *Doctores ſupra, & infra-citandi*, quòd ad excuſationem incurſus huius excommunicationis, non requiratur,
328 vt Clericus reperiatur in actu copulæ, ſed ſufficiat, ſi inueniatur in quolibet actu turpi, veluti oſculis, amplexibus, vel alijs ſignis propinquis opus nepharij, explendi vel expleti, ita *Reginaldus cit. n.* 225. nec cõtradicit *Chartarius cit. deciſ.* 3. *n.* 22. vbi pro actu propinquo exẽplificat, poſt *Marianũ Soccinũ* de eo, qui ſibi extraxerat femoralia, idẽ à fortiori dicerẽ ſi inueniat ambo nudos, vel in lecto
329 iacẽtes, imò etiã ſatis eſt, vt ſolus cũ ſola reperiatur in loco ſuſpecto, accedẽtibus etiam alijs circũſtantijs, ſuſpicionẽ mouentibus: ita *citatis Silu. Nau. Suarez. & Conik* notat *Layman citato verſ. quarta*, ſequitur *Bonacina ſup. n.* 8. *Molina cit. diſp.* 55. *num.* 6. *teſtatur de cõmuni Villalobos eod. num.* 6. quidquid *Chartarius ſup. ſub num.* 18. neget, ſufficere ſi talis Clericus reperiatur ſolus cum ſola fœmina in loco ſuſpecto, ſubditque opinionem iſtã *Nau.* non eſſe tutam, quia dum illam docẽt tot viri doctiſsimi, non poteſt eſſe non tuta, vt patet ex dictis *ſup. p.* 1. *recoll.* 2. Diſcordãt autẽ vbi tñ inueniatur Clericus domi cũ fi-
330 lia, ſorore, matre, vel vxore fabulando, & nec aliquid turpiter agendo, nec in loco ſuſpecto. *Silueſter* putat nõ incurrere maritũ, &c. ſi Clericum ibi inueniat poſtquam ter fuit ab eo monitus, ne in domum ſuam accedat, & ne loquatur cũ ſua vxore, & quòd etiã hoc caſu poteſt eum impunè occidere, de iure, vt per *Carrerium ſup. & Molinam diſp.* 99. *n.* 5. Cui opinioni contradicit *Nau. cit. c.* 27. *n.* 84. quem ſequitur *Auila ſup. n.* 17. dicens, hũc tãtũ poſſe detinere maritũ per 24. horas, vt præſentet Prælato ſuo, non autẽ interficere, vel percutere, *ConinK autem ſup. n.* 196. *ad finem.* ſe ſubſcribit opinioni Silueſtri, quia inquit, in *d. cap. ſi verò*, non magis conceditur detentio, quàm verberatio, & teſtatur poſt *Silueſt.* hanc opinionem non eſſe improbabilem, ſequitur ambos *Bonac. ſup. verſ. Addit Silueſter.* Ex quibus patet fundamẽtum quoque *Chartarij*, de quo ſuprà, ruere.

Per quartam particulã *cum matre, filia, ſorore, & vxore*, excluduntur reliqui conſan-
331 guinei, vel affines, extra hunc primum gradum, ita habetur expreſsè in *d. c. ſi verò*, ac per Doctores ſupracitatos communiter, & ſi per filiam, & ſororem, intelligatur etiam filia, & ſoror, & mater naturalis, non autem adoptata, vt poſt *Silueſtr. & Nau.* notat *Reginald. cit. num.* 225. *ad finem.* quidquid ſit de iure ciuili, de quo vide apud *Molinam eod. tom.* 4. *diſp.* 99. *num.* 7. & 8. vbi quòd dicto iure, tantũ patri, & marito cõcedatur ius interficiendi adulterũ, vnde hic caſus de fratre, & filio, eſt additus à iure canonico, ſicut per vxorẽ, ſponſa de præſenti intelligitur, nõ autẽ de futuro, vt poſt alios DD. habet *ConinK ſupra c. n.* 196. & de omnibus notant *Molina, & Bonac. locis ſupra c.* in ſpecie, quòd pro vxore non intelligatur concubina, habetur per *Squillantes cap.* 6. *de priuilegijs Clericorũ num.* 36. Dixi tandem, *non incidit in excommunicationem*, quia certum eſt, talem pec-
332 care mortaliter, vt per ſupracitatos authores communiter, & præter ipſos videndus eſt *Diana p.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 127. vbi opinionẽ contrariam, ſcilicèt non peccare maritũ occidentem vxorem in adulterio deprehensã, teſtatur poſt alios, eſſe improbabilem, & falsã. Adde *Laym. lib.* 3. *tr.* 3. *p.* 3. *c.* 5. *n.* 6. §. colligẽ, qui *poſt Molin.* docet, maritũ vt ſuprà nõ
333 teneri reſtituere damnum ſequutum ex morte occiſi adulteri, vel adulteræ ante ſententiam iudicis, ſed vide eundem *Dianam p.* 5. *tract.* 4. *reſol.* 44. vbi latè tractat an excedendo quis moderamen iuſtæ defenſionis, teneatur ad reſtitutionẽ, & *ibid. reſ.* 47. an adulter, qui occidit maritũ, repertũ cũ vxore cũ moderamine, &c. teneatur ad reſtitutionẽ. Quãdo etiã d. maritus hoc caſu lucretur dotẽ, vel ei ſuccedat *Carrer. loc. ſupra c. n.* 25. & *ſeq.* quæ oĩa poſsũt adaptari ad alios, de quibus ſup.

Sed hac occaſione, quæro de caſu non tacto adhuc ab authoribus, pone quòd aliquis
334 extraneus, vel propinquus conſulat patri, fratri, vel marito occiſionem Clerici, vt ſup. in flagranti reperiẽdi, an ſequuto homicidio in perſonam ipſius Clerici, talis conſulens iuxtà ea, quę dixi *ſup. à num.* 108. incidat in excõm. & reſpõdeo negatiuè, quia iſte conſulit, id eſt dicto patri, fratri, filio, vel marito permiſſum eſt reſpectu pœnæ excõmunicat. ſed conſulens vt dixi ſuprà, *loco cit.* incurrit hanc excõmunicationẽ non vt cauſa principalis, ſed vt acceſſoria, ergò. Conſequentia probatur ex regula illa trita, acceſſorium ſequitur naturã principalis, *c. cum principalis, ff. de regulis iuris cap. acceſſorium eod. tit. in* 6. *vbi DD.* huic opinioni fauet *Molina tom.* 4. *diſp.* 99. *num.* 17. *ad finem.* vbi tales perſuadentes marito, vel patri interfectionẽ adulteri, &c. excuſat à pęnis, ſicut ipſos patrẽ, & maritũ. An autẽ euaderent irregulares, tàm ipſi, q̃ prĩcipales ſi occiderẽt, vel mutilarẽt, infrà ſuo loco. Iã quòd hic incidit ſermo de cõcauſis percuſsionis Clericorum, non deſinã inſerere aliqua ſpectãtia ad iſtã materiã, quæ ſuo loco ex errore typographi fuerũt pretermiſſa. Quæro igitur primò de reſolutione difficultatis, nuper à quodam viro ingenioſo, mihi prępoſitæ, an ſcilicèt poſito, quòd aliquis no-
335 toriè conſuluit, vel mandauit, aut ratam habuit, vel non impediuit percuſsionẽ Clerici, iuxtà ea, quæ ſuo loco dixi, erit euitandus, ſicut ipſe notorius percuſſor? Cui reſpõdi negatiuè, non ſolum, quia ſicut conſulens



Digitized by Google

ſulens,mandans, &c. non incurriſſent hanc excommunicationem, ex diſpoſitione *canonis ſi quis ſuadente.* niſi SS.Pontifices per iura ſpecialia id expreſſiſſent, vt dixi ſuprà, ita etiam, dùm Concil. Conſt. duntaxat iubet, euitare nos debere, notorios percuſſores, in eius diſpoſitione, non includuntur conſulens,mandans,&c.eadem ratione,quòd in odioſis verba ſunt, & ſtrictè ad litterã intelligenda,per allegata à *Mario Antonino lib.1. varar.reſol.69.nu.2.* Sed etiã quia iſtæ cauſæ, tunc incurrunt, quando efficaciter influunt in effectum, & ideo licèt poſſit eſſe notorium conſilium, mandatũ, ratihabitio, &c.nõ poteſt tamen eſſe notorius ipſe influxus efficax, qui eſt cauſa immediata incurſus in ipſam excommunicationẽ, & per conſequens, niſi præcedentibus legitima probatione. & alijs de quibus *ſup. recoll.3.* denuncientur dictæ concauſæ nominatim, non ſunt euitãdi,& ſic nõ ſufficit vt denũcientur mandantes, vel conſulentes, vel ratum habentes in confuſo,& per conſequens, ſi ita fuiſſent denuciati,nõ ſunt incluſi in clauſula
336 illa apponi ſolita in iubileis vniuerſalibus, ibi *Neq.etiam ijs,qui à nobis,& Apoſtolica Sede,vel ab aliquo Prælato,ſeù iudice Eccleſiaſtico,excommunicati,ſuſpenſi,interdicti,ſeù alias in ſententias,& cenſuras, incidiſſe, declarati, vel publicè denunciati fuerint, niſi infra tempùs celebrationis huiuſmodi iubilei ſatisfecerint,aut cum partibus concordauerint,vllo mo
337 do ſuffragari poſſe, aut debere.* nàm declaratio, & denunciatio propriè intelligitur quando fit nominatim, vt dixi ſuprà *recoll. 3.n.101.* quòd eſt idem, quã quòd perſona nominetur per nomen, & per cognomen, patriam, vel alia ſigna, per quę illa reddatur certa, vt patet ex praxi, quòd autẽ intelligatur dicta *clauſulæ iubilei.* pro denũciatis
338 per cædulones: eſt verior,& cõmunior opinio,teſte *Sayro lib.2. de cenſuris cap.20. num. 29. & alijs citatis*, proſequitur *Boſsius de iubileo ſect.1. caſu 5.* Quæro ſecundò an patri, filio, fratri, vel marito iã volenti interficere Clericum, vt ſup. inflagranti reperiendũ, liceat alicui abſque incurſu excommunic. quando alia via non poteſt illum auuertere, ab hac intentione interficiendi dictum Clericum,conſulere percuſsionem tantum, vel mutilationem? & reſpondeo affimatiuè, quia ex communi opinione Doctorum, licet abſque aliqua culpa, conſulerę minus
339 malum, quòd ſit pars formaliter, vel virtualiter contenta in malo maiori, quòd quis iàm paratus erat perpetrari; nec alia via ab ipſo,vt dixi,abduci potuit,ſed vulnus,percuſsio,ac mutilatio eſt pars contenta in homicidio,ergo.ita *Layman lib.2.ſuæ theolog.moralis tr.3.cap.13.num.7.Caſtro Palaus t.1.tr. 6.de charitate p.6.*qui alios citant.Dixi, *quòd ſit pars, &c.*quia in hoc concordant omnes authores,& ſi diſcordent in eo caſu, quando malum minus non ſit pars dicti mali maioris v.g. conſulere fornicationem volenti cõmittere peccatum cõtra naturam; conſulere adulterium volenti occidere vxorem, vt alteri nubat,& affirmatiuã opinionẽ ſequutus ſui *ſup.p.1.recoll.9.ad ſin.* cui fauent DD. docentes, ſimpliciter ꝙ liceat conſulere minus malum, &c. de qua per *Dianam p.3.tr.5.reſol.37.* in terminis quòd conſulens vt ſuprà, percuſsionem Clerici ei, qui illum volebat occidere, non incidat in excommunicatio-
340 nem neque irregularitatem, notat *Sayrus lib.7.de cenſuris cap.3.num.13.* qui poſt relatos pro hac doctrina plures auctores, ſubdit, de hac re, nullam eſſe apud authores difficultatem,accedit pro prima parte.ſ. excommunicationis *Diana p.5.tract.9.reſol.17.* & pro ſecunda parte de irregularitate, idem *Diana p.5.tract.9.reſol.18.ad finem.* teſtatur de communi *Hurtado diſp.1.de irregularitate n.21.ad fin.* de qua latè *Suarez tom.5. diſp.45.ſect.3.n.2.* Quæro tertiò, an ſuppoſito ꝙ hæ perſonæ.ſ. pater, frater, filius, vel maritus non poſsint per alios percutere, vel interficere Clericum inflagranti repertum cũ filia, ſorore, matre, vel vxore, vt contra *Carrerium relatum ſup.n.* docet *Molina t.4.diſp.99 n.17.* vbi poſt *Couar.* teſtatur de cõmuni, qui allegat etiã *Clarum, & Antonium Gomeſium,* Vnde tali caſu tàm mandans, quàm mandatarius incideret in excomm. vt probat ratio, quàm attingit *Molina* ibi *quoniam ius illud vindictam ſumendi impunè de aliquo per ſe ipſum,& nõ publica authoritate eſt, exorbitãs, valdèq. exoraordinariè conceſſum, cenſenduq. proindè eſſe perſonæ, quòd alteri mandari, ac delegari non poſsit, vt illuc venire, ac loco mandatarij exequatur.*& alia ratio, quã in mediũ affert peracutè *Auguſtinus noſter Ariminẽſis*
341 *ad Angelum in tract. de maleficijs, titulo che hai adulterato, la mia donna, verſ. An patri num.24.* quòd ſcilicèt Eccleſia præſupponat, dictum dolorem,& paſsionem, d. perſonas non poſſe temperare, & ideò percutiant, quæ omnia ceſſant, quando interuenit tempus mandandi, & exequendi, & ceſſante cauſa, vt eſt regula vulgata, ceſſat effectus, verba *Auguſtini* loquẽtis de punitionis talis delicti aduerſus *Angelum*, qui docet contrariũ, hæc ſunt. *Pro nunc conſidero, quòd cùm in l. quòd ait lex ff. de adulteriis, lex ipſa ponderat, quòd ſi pater durante eadem ira interficiat adulterum, & adulteram, non incidit in aliquam pænam, mihi videtur, quòd ſi pater alteri mandaret, quaſi impoſsibile eſſe, quòd diſpoſitio illius legis verificari poſſet, quia pater credens fore, quòd ille mandatarius adimpleuiſſet voluntatem ſuam, interficiendo filiam ſuam, ira ceſſaſſet, & ſic pater incideret in l. certi,*

Digitized by Google

certi, de ſicariis. Quæ ambo rationes benè quadrant textui *in d.cap.ſi verò*, qui loquitur de excommun. vt patet ex ſupradictis. Quæro quartò an adiuuantes, ſeu aſſociantes dictum patrem, filium, fratrem, vel maritum in tali percuſsione incidant in excommunicationem. Ratio dubitandi eſt, quia tales aſſociantes dicuntur auxiliatores percuſſionis Clericorum, qui incurrunt eandem excommunicationem, quam incurrit percuſſor, vt dixi *ſup.num.*108. & adeſt deciſio Curiæ *Archiep. Mediolan.* in terminis apud *Char-*
342 *tarium* 83. vbi cum, qui armatus aſſociauit doloſè, & conſultò illum, qui Clericum percuſsit, aſſiſtendo cum armis, dum ille dictum Clericum vulnerabat, & ſi ipſe nihil egerit, nec arma appoſuerit, probat, incurriſſe excommunicationem tamquam quòd opem, & auxilium pręſtauerit dicto percuſſori, dixi *doloſè, & conſultò*, quia præſupponebatur ibi, quòd aſſocians erat conſcius de iſta percuſsione facienda à ſuo ſocio, & ſic præceſſerit tractatus inter ipſos, quo caſu ex dicta aſſociatione, aggreſſor Clerici factus eſt audacior, & aggreſſus timidior, vt per eũdem authorem *ibid.num.*9. vndè ſecus dicẽdum, ſi non erat talis aſſocians conſcius dictæ percuſsionis faciendæ in perſonã Clerici, vt habui in facto cuiusdam, qui rogatus ab amico, vt acciperet baculum, & ſecum pergeret, qui pergit ad percutiendum quẽdam Clericum: tunc enim cùm dictus ſocius ipſe, nihil aliud egerit, niſi quòd aſſociauit percuſſorem, quem credebat procedere ex
343 intentione percutiendi alium ſæcularem, vel adulterandi, &c. vtique nec illa aſſociatio, & per conſequens nec percuſſio facta per principalem, reſpectu iſtius, fuit ſacrilega, prout debet eſſe ad hoc incurratur hæc excommunicatio, vt patet ex his, quæ docet *Suarez tom.*4.*diſp.*44.*ſect.*3.*ad finem, & diſp.* 55.*ſect.*3.*in principio.* loquendo de irregularitate, orta ex homicidio ſequuto, vt ſuprà, per ſimilẽ aſſociationem, qui docet, dictum aſſociantem hoc caſu incurrere irregularitatem non ex homicidio voluntario, quia illi non fuit voluntarium dictum homicidium, ſed tantum ex homicidio caſuali, modo arguo ſic, ſi tali nõ fuit voluntariũ homicidiũ, quia aſſociauit illũ principalẽ credendo, nolle occidere, etiam huic neque fuit voluntarium ſacrilegium, quia ignorabat velle percutere Clericum. Nec poteſt obijci quòd qñ talis cognouerat, ſuum principalem velle percutere Clericum, tenebatur illum deſerere. Quia reſpondetur, negando, hoc ſufficere ad incurrendam dictam excommunicationem, niſi etiam ex officio teneatur fugiẽdo, vel alio modo impedire dictam percuſſionem, & per conſequens non impediendo incurrere poſſe excommunicationẽ. Itẽ ꝙ fallat doctrina adducta in princ. huius quęſiti in caſu, de quo quærimus, clarè docere videtur *Molina cit. diſp.* 99. *n.*17. per hæc verba *Conſentiunt tres DD. citati cũ communi Doctorum ſententia, quam referunt, quando maritus, aut pater impunè interficiunt adulteros, impunè quoque ipſos adiuuantes ad exequutio-*
344 *nem eius interfectionis cooperari ad eandem interfectionem, modò præciſè cooperatores ſint ad eam patris, aut mariti vindictam, & non ſuum proprium odium aliundè conceptum, ea interfectione, & cooperatione expleant.* Qui licèt non loquatur iuxtà terminos, *d.c.ſi verò*, & ſic incurſus excommunicationis, de quo loquutus fuit *ſup.d.ſp.*56. tamen ratio, quam ſubdit, benè id probat etiam prò pęna excõmunicationis. ibi, *quoniam eo ipſo, quòd iura patri, & marito* (*ſupple filio, & fratri*) *concedunt interficere adulteros aliquos, illis cenſentur concedere aliorum cooperationem, ad eam exequutionem*, quam doctrinam ampliat, ſiuè dicti cooperatores accedant iuſſi, vel rogati, aut mercede conducti, ſiuè etiam quòd ipſimet ad id ſe obtulerunt gratis. Fauet, quòd communiter docent Doctores, loquendo de eo, qui habet ius defenſionis contrà aggreſſorẽ, vel raptorem mutilandi, vel occidẽdi, prout habere dictum ius, perſonas ſuprà enumeratas aggreſſas in honore, ſuperius probatũ eſt, quod ſcilicèt alijs quoq. licitũ
345 ſit vim paſſo aſsiſtere, & auxilium ferre, vt per *Layman lib.*3.*tr.*3.*p.*3.*cap.*3.*nu.*5. Nota tandem, quòd de iure ciuili, vt maritus, vel pater occidens adulterum, non veniat puniendus, requiruntur aliquæ circumſtantiæ de quibus per *Carrerium loco ſuprac.* & ex noſtratibus, reaſſumit *Molina ſuprac.diſp.*99. quæ non ſunt neceſſariæ ad vitandam hanc excommunicationem, cùm in *d.cap.ſi vero*, ſolũ requiratur quòd in continenti quando reperitur Clericus turpiter agens cum ſorore, matre, filia, vel vxore, percutiatur. Adde quòd *Graſſius de quinque caſibus lib.* 1. *cap.*8. *n.*32. docet, patrem percutientẽ Clericũ, quẽ
346 reperit cõtra naturam agentem cum filio, item etiam mutilantem, vel occidentem, nõ incurrere excomm. extendendo diſpoſitionẽ *d.c.ſi verò* ad iſtũ etiã ad caſum, quæ opinio ex rationis identitate ſumpta nõ placet, cũ illa nõ habeat locũ in iſta materia pænali, maximè ꝙ ratio nõ eſt expreſſa in *d.c.ſi verò.* itẽ qa nõ eſt per oĩa in vtraq. par ratio, vnde erit tantũ vera in eo caſu, quo illa percuſsio, ſequitur ratione correctionis, vel aliàs ex ſubita paſſione, & ſic nõ ſuadẽte diabolo. An
347 autẽ incidant dictæ perſonæ caſũ reſeruatũ homicidij? nõ conueniunt DD. nã *Graſſius ſup.* negat, affirmat verò *Floron. de caſibus reſeruatis. Fauentia p.*2.*caſu* 4.§.3.*num.*6. *verſ. excuſat tamen.* cui cõſentire videtur *Homob. de caſibus reſeru. Bonon. p.*2.*caſu* 3. *comprehenſione* 7. *in magnis.* vtraq. opinio eſt probabilis.

*Quis*

Digitized by Google

### *Quis abſoluat ab excommunicatione huius canonis.*

ET ſi inſpecta diſpoſitione huius *canonis*
à qualibet percuſsione Clerici, vel Mo-
nachi, ſuadente diabolo facta, ſolumodo S.
Pontifex abſoluere poſsit, & non alius, ipſo
inferior, vt patet ex verbis pſiusmet canonis
ibi. *& nullus Epiſcoporum illum præſumat ab-
ſoluere, niſi mortis vrgente periculo, donec Apo-
ſtolico conſpectui præſentetur, & eius manda-
tum ſuſcipiat.* Tamen iàm conceſſum fuit
fuit per Clementem III. S. Pontificem in *c.
peruenit* 17. *extrà de ſent. excomm.* Epiſcopo
348 poſſe abſoluere in caſu, quo dicta percuſ-
ſio non eſſet neque enormis, neque medio-
cris, ſed tantum leuis, item quòd arbitrari
poſsit ipſe Epiſcopus, quando percuſsio ſit
leuis, itaut ab eo poſsit abſolui, vel enormis,
pro qua regulariter debeat percuſſorem re-
mittere ad S. Pontificem, vbi latè *gloſa* con-
tra *Alanum*. probat, hanc decretalem non
continere ſpecialem indulgenriam factam
Epiſcopo illi, ad quē dirigitur dicta decreta-
lis, ſed generalem conceſsionem pro omni-
bus Epiſcopis. Vndè meritò *Clem. VIII. ſan-
ctiſsimæ memoriæ, in ſuo decreto de abſolut. à
caſibus reſeruatis ſub die* 26. *Nouembris* 1602
quando loquitur de iſto caſu, prohibendo,
quòd poſsit abſolui à Confeſſarijs priuile-
giatis ſub pæna excommunicationis S.P. re-
ſeruatæ, de qua ſup. *recoll.* 4. *verbo abſolutio à*
349 *caſibus*, dixit. *inijcientem manus violentas in
Clericos, iuxtá can. ſi quis ſuadente, ac iuris di-
ſpoſitionem*, vt ſignificet reſeruationem illius
caſus, nō ſolū reſpectu exequutoris d. per-
cuſsionis, ac etiam aliorum cooperantiū, ſeù
qui illius percuſsionis concauſæ extiterunt,
vt videtur, d. vltima verba, *iuxtà iuris diſpoſi-
tionē*, interpretari *Graff. lib.* 1. *de* 5. *caſibus c.* 8.
*n.* 14. ſed etiā vt ſignificet meo iudicio, reſer-
uationem tàm quòad S. Pontificem, quàm
quòad Epiſcopum, quia vt ſubdit *Graff. ibid.
num.* 44. per dictum decretum non deroga-
tur authoritati Epiſcoporum in caſibus, in
quibus antea poterant ab iſta excommuni-
catione abſoluere. Vndè vt benè aduerti
*ſup. par* 2. *recoll.* 10. *num.* 125. licèt Regulares
350 virtute ſuorum priuilegiorum, de abſol-
uendis ab omnibus cenſuris, etiam Papæ, ex-
trà tamen Bullam cænæ, reſeruatis, poterant
olim abſoluere percuſſores Clericorum, nō
ſolū qn̄ percuſsio eſſet leuis, vt Epiſcopus, &
loquitur *Rodriq. p.* 1. *qq. regular. q.* 61. *art.* 8.
ibi à me allegatus, ſed etiam quando erat
grauis, vel mediocris, vt loquitur *Ioannes
Cruz lib.* 2. *de ſtatu Religionis, & priuilegijs,
ipſius cap.* 7. *dub.* 1. *per totum.* Hodiè tamen ob
præfatum *Decretum Clem. VIII.* non poſ-
ſūt abſoluere, non ſolum quando dicta per-
cuſsio eſt grauis, vel enormis, ſed neq. quādo
eſt leuis, niſi habeant facultatem circa caſus
Epiſcopo reſeruatos, aliàs incurrunt excom-
mun. de qua ſup. de qua re *Lazar. q.* 10. *de blaſ
phemia nu.* 36. *& Graff. conſ.* 1. *diffic.* 2. *de ſent.
excōm. p.* 2. Ad cōpletā igitur materiā abſolu-
tionis ab hac excōmunicatione, habendam;
Primo inquirendum, an extrauagans illa,
351 quæ incipit *Perlectis* relata *à Quaranta v.
abſolutio, Megal. p.* 3. *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 10. *Mo-
lina t.* 4. *diſp.* 57. circà declarationē, quæ per-
cuſsio ſit enormis, mediocris, vel leuis, ſit in
hoc adamuſsim atendēda. Secundò inqui-
rēdū eſt, quæ percuſsio in praxi ſit iudicanda
enormis, quæ mediocris, & quę leuis. Tertiò
quibus in caſib. & vbi eſt percuſsio enormis,
vel mediocris, poſsit Epiſcopus abſoluere, vt
à leui, & qui veniant appellatione Epiſcopi.

Quòad primum dubium, reſpondeo cum
*Suarez t.* 5. *diſp.* 22. *ſect.* 1. *n.* quem ſummat
352 *Filliucc. tract.* 15. *nu.* 45. dictam extrauagā-
tem, authoritatem non habere, quia incerti
authoris eſt. (*Couarr.* enim tribuit illam *Io-
anni* 22. *Nau. cap.* 27. *n.* 92. Pio II. quod neque
poteſt eſſe verū vt oſtendit *Molina cit. diſp.*
57. *n.* 1. *verſ. præmittenda.*) nec in iure contine-
tur, vndè colligūt, nihil certius inferri poſſe
ex dicta extrauag. eò quòd in fine illius cō-
353 cluditur, quòd. ſ. arbitrio prudentis relin-
quatur iudicare, quæ nā ſit enormis, & quæ
mediocris, & quæ leuis, qui prudens vir, quò
ad forum exterius eſt Epiſcopus, vel iudex,
pro foro verò interiori Confeſſarius. & qui-
libet doctus in hac materia, nàm hoc magis
pendet ex ſcientia, & doctrina, quàm ex iu-
riſdictione, ita *Suarez, & Filliucc. ſup.* præter
alios, quos refert, & ſequitur Ma*rius Antoni-
nus lib.* 3. *var. reſol.* 11. *n.* 14. & ſi iſte loquatur
de Confeſſario habente facultatem abſol-
uendi? vt etiam loquuntur *Silu. abſol.* 4. *n.* 2.
*& Rodriquez par.* 1. *ſumma cap.* 80. *num.* 2.
*& Layman lib.* 1. *tract.* 5. *p.* 2. *cap.* 59. *num.* 9.
*ad fin.* Vndè quādo *Bellettus in p.* 1. *ſuæ diſqui
ſitionis clericalis. tit. de fauore cleric. canonis,
poſt alios num.* 25. quem ſequitur *Barboſa de
offic. & poteſt. Epiſc. alleg.* 41. *n.* 2. & dixit *Rota
Romana deciſ.* 280. *apud ſecundum volumen
Conſil. Farinacc.* dicit, ꝙ iudicio, & arbitrio
Epiſcopi relinquitur, &c. loquuntur de de-
claratione quòad forū fori authenticè faciē-
da, ſicut quando agitur de percuſsione facta
in perſonam Religioſi, vel à Religioſo per-
354 tinet ad Abbatem, ſeù Superiorem Regu
larem. *Graſſius conſ.* 8. *num.* 3. *de ſent. excomm.
tom.* 2. Caueant autem ne contra canones iu-
dicent mediocrem, vel leuem, quæ eſt enor-
mis, vt habetur per *Abb. in c. cū illorum n.* 9. *de
ſent. excōm.* nā præter pecc. mort. poterit ab
355 eo arbitrio appellari per eū, cuius intereſt
poſt *Marianum Soccinum* notat *Graſſius cit.
conſ.* 8. *n.* 5. & per conſequens abſolutio etiā
erit nulla, & abſoluēs incurret excōmunica

tionem

Digitized by Google

tionem in decreto Clem VIII. ſuprà relato
356 contentā, vndè in dubio probabili, *vtrū*
*percuſſio ſit leuis, vel grauis* eſt iudicanda gra
uis, ne præbeatur occaſio faciliter ledendi
eccleſiaſticos, & ad tollendum periculum,
*Marius Antoninus cit. reſoll.* 11. *nu,* 15. *Graſſ.*
*ſup. conſ.* 3. *diffic.* 2. *num.* 9. & alij ſupracitati.
357 Adde quòd quando declaratur percuſſio
grauis, vel leuis reſpectu ipſius percuſſoris,
intelligitur, ita etiam declaratum reſpectu
mandantis, & conſulentis, &c. nàm iſtæ ſunt
cauſæ acceſſoriæ, quæ ſeqūūtur naturā prin-
cipalis. *Chartarius deciſ.* 17. *n.* 42.

*Regula generalis pro arbitrando, quando percuſsio Clerici ſit iudicanda enormis, mediocris, vel leuis.*

Præſuppoſito pro certo, quòd percuſ-
358 ſio enormis ſit homicidiū, mēbri cu-
iuslibet mulilatio, vel debilitatio, itē vuulnus
non ſolum letale, ſed etiam graue ex graui
ictu gladij, vel fuſtis, vel alterius rei, quæ ar-
morum nomine comprehendatur, *l.* 2. §. *ar-*
*mis ff de vi, & vi armata.* ſiuè ratione ipſius,
quia indiget opera boni chirurgi, ſiuè ratio-
ne partis corporis, quando v.g. in facie, vel
oculo fuit Clericus vulneratus, ex quo relicta
cicatrix, vt omnes DD. concedunt, & eſt
videre apud *Paſcetum p.* 2. *ſua praxis cap.* 2.
*verſ cōceditur, Graſſium infrac. conſ.* 8. *n.* 13. *&*
*Filliuc. tr.* 15. *n.* 44.
359 Sequitur, quòd indigemus regula aliqua
pro alijs percuſsionibus præter ſupradictas,
qua vti poſsit ille, qui debet arbitrari, an per-
cuſsio hic, & nunc illata Clerico &c. ſit enor
mis. In primis aliqui dant iſtam regulam, vt
360 ſcilicèt ad conſtituendā percuſsionē enor-
mem duo requirantur. Primò grauis ictus
ſecundò magna effuſio ſanguinis, non ta-
men proueniens ex loco, vbi de facili exire
ſolet, nēpè ex naribus, ita illam refert *Graff. t.*
2. *conſ.* 8. *n.* 12. *de ſent. exc.* quę regula nō placet
361 quia etiam grauis ictus abſq. effuſione ma-
gna ſanguinis, ſufficit, vt percuſsio dicatur
enormis, v.g. quando fuit peruentum ad ma
gnum liuorem, vel fracturam oſsium ſine
ſanguinis effuſione, vt fatetur idem *Graſſius*
*loco suprac. num,* 13. & clarius *Bonac. t.* 3. *diſp.*
2. *q.* 3. *p.* 6. *ſect.* 5. *n.* 8. *verſ. grauis percuſsio,* itē
362 poteſt eſſe ictus leuis abſque effuſione ſan
guinis, & tamen irrogans magnam iniuriā,
vt per alapam, virgā, &c. quæ tamen iudicari
debet percuſsio enormis, vt infrà.

Secundā regulā ponit *gloſa in d. c. illorum*
*v. mutilationē.* vbi *Panor.* & ſequitur *Barboſa*
*suprac. alleg.* 41. *n.* 5. fatetur, illam eſſe com-
muniorem, & ſecuriorem in conſcientia,
*Sayrus loco ſuprac.* & clarius *Marius Antoni-*
*nus reſol,* 11. *& Graſſius cit. conſ.* 3. *difficult.* 2. *n,*
11. quòd ſcilicèt ſatis ſit ad iudicandam per-
363 cuſsionem enormem ſi ſit ſcandaloſa, ſeù
facta notoriè in loco publico, nempè platea,
Eccleſia. &c.

Tertiam regulam videtur in medium af-
ferre poſt *Lupum, Nau. cap.* 27. *ſumma num.*
92. qui directè contra gloſam *loco ſuprac.* aſ-
364 ſerit, non ſufficere notorietatē, niſi etiam
percuſsio in ſe ſit notabilis, & pariat ma-
gnum ſcandalum, hanc regulam videtur
approbare *Riccius in praxi p.* 1. *deciſ,* 461. *in*
*paruis, & reſol.* 436. *in magnis,* dicit ſatis pro-
babilem *Sayrus c.* 28. *n.* 8. ſequitur *Genuenſis*
*in praxi c.* 81. *ad fin.* 2. *edit.* Quæ etiā diſplicet
quia vt ait *Mar. Antoninus loco ſuprac. num.*
365 11. quādo eſt percuſsio notabilis, hoc ſuffi-
cit ad hoc vt dicatur enormis, abſq. eo ꝙ fue-
rit in loco publico, & eo ipſo eſt notoria, eſt
ſcādaloſa, Saluo igitur meliori iudicio, dice-
rē, ꝙ p̄ciſa grauitate vulneris, vt dixi in præ-
ſuppoſito, ex qua licèt etiā inferatur iniuria,
tamen non datur pro ea actio iniuriarum,
ſed actio peculiaris, vt benè *Molina tom.* 4.
366 *diſp.* 40. *nu.* 2. *ad finem.* Regulam ſumendā
eſſe à grauitate, vel mediocritate, aut leuita-
te iniuriæ, quæ infertur per talem percuſsio-
nem, ſi enim infertur iniuria grauis erit exi-
ſtimanda enormis, ſi mediocris, iudicanda
etiā percuſsio mediocris, ſi leuis iniuria, le-
uis etiā arbitrari debet ipſa percuſsio, hanc
regulam fundo in ſupradictis *num,* 136. vbi
quòd ad incurrendam hanc excommunica
tionem non ſufficit actio violenta facta in
perſonam Clerici, niſi dicta actio ſimul ſit
iniurioſa, quòd eſt idem, quàm quòd violen
ta manus, tunc non ſubijciatur excommu-
nicationi, quando non etiam eſt iniurioſa,
367 ſed ſic eſt quòd exceptio firmat regulā in
contrarium, §. *vt autem in auth. de non alie-*
*nandis &c.* ergò hæc erit regula ad digno-
ſcendum, quando manus violenta in Cleri-
cum erit enormis, &c. grauitas, vel leuitas,
aut mediocritas ipſius iniuriæ Accedat,
quòod ex hac regula conciliantur omnes
aliæ regulę ſuprà relatę, præcipua ſecunda,
& tertia, quæ magis ſpectant ad materiam, &
vbi poteſt eſſe dubium de grauitate, nàm
ex norietate, & ſcandalo, reſultat maior in-
iuria, item ad hoc deſeruiūt alię circūſtantię,
quæ afferūtur à DD. *non ſolū ex percuſsione,*
*leſioneue,* vt ait *Layman lib,* 1. *tr.* 5. *p.* 2. *c.* 5. *n.* 9.
*ad finem. ſed perſonarum percutientis, ac per-*
*cuſſi, loci, temporis, ac ſequuti ſcādali.* Nota illa
verba *non ſolū ex percuſsione, leſioneue,* quia
indicant, quòd quando percuſsio, vel leſio,
ſeù nocumentū illatū per percuſsionē ſunt
grauia abſque dubio interuenit percuſsio e-
normis, & quia dubiū eſt dūtaxàt, quādo illa
368 nō sūt grauia, ꝙ tūc cōſideratis iſtis circūſtā
tijs, debeat qs iudicare an accreſcat iiuria, ita
ut cēſeatur grauis, vel mediocris, ita poſt *Nau*
obſeruat *Molin. cit. diſp.* 53 *n,* 3. nā circūſtātię
iſtæ ſunt cōiecturæ, quibus nō indigemus in
claris, ſed indubijs, & ideo quales eſſe debeāt
illæ, hoc eſt ꝙ remittitur arbitrio prudentis,

ſin

Digitized by Google

ſm *Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt.* 122. Qui ſẽper vtitur hoc vocabulo iniuriæ, quia ſecundum iuriſtas ex eiſdem circunſtantijs, iniuria redditur grauis, ſicut ex paruo defectu illarum, mediocris, & ex magno defectu, redditur leuis. *cap. Prætor §. atrocem. vbi DD. ff. de iniurijs §. atrox inſtit. eod. tit. cum concordantibus*, quę non ſolum habent locum reſpectu iniuriæ perſonalis, ob quam incurritur pœna excommunicationis, quando facta
369 eſt in Clericũ, ſed etiam reſpectu iniuriæ verbalis, ad pœnam iniuriarum infligendam arbitrio iudicis, vt per *Chartarium poſt alios deciſ. 37. & 63. Curiæ Archiep. Mediolan.* Vnũ tantum adderem, & eſt quòd dictum arbitrium de iſtis circunſtantijs debet fieri iuxta
370 cõmunẽ exiſtimationem, qua ſimilis percuſsio facta à tali perſona, vel tali perſonæ, in tali parte corporis, tali loco, vel tali tempore ſit magis, vel minus iniurioſa, ideo *Graſſius cit. conſ. 3. diff. 2. num.* 11. dixit opinionem communiorem, & tutiorem in conſcientia eſſe contrà *Nau.* quòd ſatis ſit, vt percuſsio ſit ſcandaloſa. Hoc etiã ſignificat *Molina diſp. 58. ſub n. 2. ibi, item quando ex ſe eſſet valde ignominioſa, &c.* ignominia enim habet reſpectum ad communem exiſtimationem *l. 2. vbi DD. ff. de his, qui notantur infamia.* Et nota, quòd in foro fori quando agitur ciuiliter, exſtimatio iniuriæ fit per ipsũ
371 iniuriatum, dicendo illam exiſtimo centũ aureos, ſalua legitima iudicis taxatione, de qua re *Iulius Clarus* §. *iniuria n.* 6. & latius *Molina cit. diſp.* 40. *n.* 8. in foro autẽ eccleſiaſt. & conſcientiæ, vbi agitur de abſolutione ab excommunicatione, quia nõ agitur ciuiliter, ſed potius vt aliàs dixi, criminaliter, attenditur exiſtimatio communis, & in terminis no-
372 ſtris, à quo iudice debet extimari iniuria facta Clerico, habetis per *Genuenſem in praxi cap. 24. num. 5 & Chartarium deciſ. Curiæ Archiep. Mediolan.* 60. & 72.

***Expenduntur verba extrauag. Perlectis, circa deſcriptionem percuſsionis leuis.***

CErtum eſt, vt *ſup. num.* 166. & *ſeq.* innui, & notant cõmuniter Doctores ſup. & infracitandi, quòd leuis percuſsio, hoc in loco non accipitur, pro ea quæ non peruenit ad pecc. mortale, & ſic quæ ex hoc capite excuſetur ab excommunicatione, ſed pro
373 ea, quæ licèt perueniat ad peccatũ mortale, tàm reſpectu actus interni, & externi ſimul, vt explicaui *ſup. num.* 165. & in terminis notat *Rodriquez p. 1. ſumma c. 80. num. 8.* tamen reſpectu aliarum percuſsionum grauiorum, quæ etiam ſunt peccata mortalia, & ſubijciuntur excommunicationi, illa nec enormis, nec mediocris ſit. Huiuſmodi autem leuis percuſsio facta vt ſuprà malo
374 animo deſcribitur in extrau. *Perlectis*, de qua ſuprà feci mentionẽ *n.* 352. vbi de eius valore, per hæc formalia verba. *Reſpondemus, percuſsionem leuem eſſe pugni, palmæ manus, pedis, digiti, aut baculi, aut lapidis, quæ nullam maculam, neque ſugillationem carnium relinquit neque abſcindit membrum, ſine effractione dentium, ſine euulſione multorum capillorum, ſine effuſione multi ſanguinis.* ac ne ex hoc, quia dixit *ſine effuſione multi ſanguinis*, quis putaret, quòd ſemper quãdo
375 adeſt d. effuſio multi ſanguinis, deſinat eſſe percuſsio illa leuis, ſubdit declarando, quod non deſinat eſſe talis, vbi dicta multi ſanguinis effuſio proueniret ex percuſsione facta pugno, vel vngue, ibi *Nolumus autem dicere, quòd huiuſmodi leuis percuſsio, vel pugni, vel vnguis fiat atrox ob multi ſanguinis effuſionem*, & rectè quidem: nàm per pugnum, & vnguem, ſi effunditur multitudo ſanguinis, non eſt ratione percuſsionis, quòd ſcilicet per ſe, ipſa inferat nocumentũ graue vel grauem iniuriam, quæ requiruntur, vt ſuprà dixi, ad efficiendam percuſsionẽ enormem, ſed per accidens, quia fit in loco, vbi facilè fluit ſanguis, hoc eſt in naſo, vel in venula aliqua, & vt aliàs dixi, lex non reſpicit id, quod fit per accidens, ſed ꝙ per ſe. nõ facit mẽtionẽ de ꝑcuſsione facta cũ lapide, quia illa, cõiũcta cũ multa effuſione ſanguinis, eſt enormis. *Nau. conſ. 43. de ſent. excõm.*

Ex primis verbis, ſequitur à fortiori, leuẽ vt ſuprà eſſe exiſtimandam percuſsionem, quãdo quis animo mortali iniuriandi, Clericũ
376 vel Monachũ accipiat per veſtes, vel habenas equi, auferat illi biretum à capite, aut ſpuat, aquam in eum infundat, vi à manu eius, aliquid eripiat, & alia, de quibus ſuprà à *num.* 136. ita *Hoſtienſis in ſumma tit. de ſent. excõmunicationis*, § *ſed & dicunt aliqui col. 3.* vbi habet hæc verba. *Leuiſſima verò poteſt dici, ſi quis ponat leuiter manus ſuper Clericum malo animo, vel accipiat eum per veſtes, vel per habenas, vel etiam per biretum, vel manum, vel brachium, & ipſum leuiter trahat, dicendo, quòd ſi non eſſet ob reuerentiam clericalem, & metum canon. ſi quis ſuadente, vſque ad fauces Theutonicorum verberaret eum, vel faceret verberare* (& ſi poſtea ſubdat, *quid ergo ſi laicus erat is, qui hoc fecit?* & reſpondet, *non eſt iudicanda leuiſſima, ſed leuis, quantumcunque modica fuerit in hoc caſu, etiam citrà manuum iniectionem, Clericum inuitum detineat, quantumcunque nobilis ſit, & delicatus.* intelligẽdo pro leui percuſsione illã, quam vocant alii omnes, *mediocrem*, & pro leuiſsima, quam appellant leuem) ꝙ nõ eſt verũ, vt ex infradicendis, cũ explicabitur circũſtãtia perſonę patebit, pro nunc allego *Sayr. lib. 3. de cenſuris cap. 28. num* 5. vbi poſt *Hoſtienſem, & Silueſtrum* ſimpliciter docet, eſſe *leuem percuſsionem, quando quis leuiter, & ma-*

*lo ani-*

Digitized by Google

*io animo manum ponat ſuper Clerico, vel accipiat eum per veſtes, vel per habenas, aut eum trahat.* nec facit differentiam, an percutiens fuerit perſona eccleſiaſtica, vel non, ſed tãtũ ſubdit, hoc intelligi debere, *ſi is qui talia infert, ſit ſuperior, aut par, aut quaſi par in mundana reputatione,* ſequitur *Riccius p.1. praxis deciſ.461. alias reſol.436. in magnis.*

Sed circà eadem verba, occurrit difficultas, quomodo intelligendum ſit id, quòd dicitur, *Palma manus* percuſsionem eſſe leuem, cùm enim paulò antea expreſſerit pugnum, neceſſe eſt, quòd hic intelligat pro percuſsione facta manu aperta, quæro igi-
377 an sẽper percuſsio facta manu aperta, ſit leuis? *Genuenſis in ſua praxi cap.* 81. *ad fin.* aſſerit, quòd licèt percuſsio cum alapa, de iure ſit grauiſſima, & atrociſsima, tamen in dicta extrauag. ideò iudicatur leuis, quia ab illa excõm. ex cõſuetudine abſoluũt Epiſcopi, ſubijciens, hanc conſuetudinem, præſumendum eſt, introductam fuiſſe accedente etiam ſcientia S. Pontificis, & approbatione, propter dictam extrauag. vbi percuſsio non dicitur atrox ſine ſanguinis effuſione, vel liuore, niſi perſonæ dignitas, aliud ſuaderet. hæc *Genuenſis.* fauet huic opinioni *Lapus alleg.*76. quem præter *Nau. cap.27. n.92. & Genuenſ. ſup. ſub n.*1 ſequũtur *Felinus, Decius,* & alij, quos refert, & probat *Graffius conſ.*8. *n.*16. *ſub tit. de ſent. excomm. t.*2. qui teſtatur, conclusionem *Lapi,* ſcilicèt percuſsionem manu vacua ſine effuſione ſanguinis, dici leuẽ, eſſe ab omnibus receptam, & approbatam, ideòque capellanum, qui colaphum dedit in Eccleſia cuidã Canonico, potuiſſe abſolui ab Epiſcopo, idẽ ſcilicèt quòd colaphus ſit leuis percuſsio, etiã docere videtur *Gutierez lib.*1. *canonic. qq. cap. num.*

Sed contrariũ, quòd quando in d. extrau. percuſsio facta palma manus inter leues iniurias computatur, non intelligi debeat, ſi percuſsio extenſa palma manus, ſit facta
378 in facie, itaut alapæ rationem habeat, docet *Molina tom.*4. *diſp.*57. *ſub. num.*2. ad medium, clarius *Rodriq. p.* 1. *ſumma cap.*80. *n.*8. vbi ſcripſit hæc verba. *y noteſe que aunque Nauarro affirme, que dar vn boffeton publicamente à vn canonico de vna Igleſia catedral es leſion leue, y que el Obiſpo puede abſoluer de eſſa deſcomunion, cõforme lo dicho, à mi ſiempre me hà parecido lo cõtrario, por la graue injuria, queſe haze cõ eſto a la perſona eccleſiaſtica, ne ayuda Nauarro la extrauagãte de Iuan 22. que dize ſer leſion leue el golpe, que ſe da cõ la palma de la mano, porque eſto ſe entiende, que proceda quando ſe da el golpe, no en la cara, ſino en otra parte del cuerpo, principalmente en el caſo que pone Nau. que es hauiendo dado el capellano, al canonigo el bofeton publicamẽte en la Igleſia, en qual, las circunſtãcias de las perſonas y lugar hazen la leſion enorme.* Vt autẽ conſequẽter loquar, iuxta regulã ſupra traditã, φ conſideranda ſit iniuria, quæ communi exiſtimatione oritur ex percuſsione, an ſit grauis, vel leuis. Dico, percuſſionem etiã factam manu vacua, poſſe iudicari leuem, & grauem, iuxtà minorem, vel maiorem iniuriam, quę per eam infertur, & quia etiam
379 quando taliter quis in facie percutitur, nõ ſolet eſſe tã iniurioſa, vbi illa ſit facta ſecreto, quã vbi ante aliquas perſonas, vel in loco publico, itẽ ſi ſit puer, vel valdè inferior percuſſus ipſo percutiente, vt infrà dicetur. ideò etiã hoc caſu intrat arbitriũ Epiſcopi, vel alterius prudentis, vt ſuprà dictũ fuit, imò addo, quòd etiam quando euenit dicta percuſſio inter duos Clericos, vt eſt caſus *Lapi,* tũc etiam minuitur grauitas iniuriæ, reſpectu percuſsionis laici, & Clerici, eò maximè, quia erant eiuſdem Eccleſiæ, & ſic aderat inter eos familiaritas, quæ parit cõtemptũ, & ſæpè eſt cauſa rixæ, vt benè *Graff. ſup.*

Secunda difficultas eſt, an etiã percuſsio
380 facta baculo, ſine ſugillatione, ſit leuis, vt præſupponitur in dicta extrauaganti, & videntur admittere authores ſequentes ipſam? Reſpondeo, quòd *Hoſtienſis loco ſupracitato,* ſimpliciter aſſerit, percuſsionem factam fuſtibus eſſe grauem. ibi *Sed quam dices grauem, vel enormem iniuriam? Reſpondeo ſi oculis percutiatur, ſi quis vulneretur, ſi fuſtibus cædatur.* idem habet *Filliuccius tract.*15. *num.* 43. *ad finem.* ibi *nam flagellare Clericum, fuſte percutere, &c. percuſsio eſt enormis, &c.* concordat cum *Hoſtienſi, & Filliuccio, Genuenſis in ſua praxi c.* 24. *n.*7. vbi teſtatur, quòd in Curia Archiep. Neap. fuit iudicata grauis percuſsio facta cũ baculo quinque, vel ſex vicibus, licèt non adfuerit ſugillatio carnis, vel vulnus, & ſequitur *Riccius p.* 1. *praxis deciſ.* 461. *ſub num.* 3. *in paruis, &* 436. *in magnis.* Concordarem tamen (iuxtà meam regulam ſuprà poſitam & ſiñ ea, quæ dixi proximè ſup. de percuſſione facta manu vacua) has opiniones, vt ſcilicèt extrauagans loquatur de percuſsione facta baculo, quę potius ſit doloroſa, quã iniurioſa, opinio autẽ *Hoſtienſis, & Genuen.* ſit vera vbi non fuit tã doloroſa, quã iniurioſa. fauet *textus in l. lex cornelia, vbi notant DD. de iniuriis,* vbi fit differentia inter verberationem, & pulſationem, quòd verberatio ſit cum dolore, pulſatio ſine dolore, ſed cum ignominia, quòd forſitan ſignificare voluit *Molina ſupra c. diſp.*57. *ſub num.* 2. ibi itẽ *quãdo percuſſio ex ſe eſſet valdè ignominioſa, iniuria ( niſi ex qualitate perſonæ percuſſæ valdè extenuaretur, vt ſi eſſet puer nullius nobilitatis, ac dignitatis) eſſet admodũ grauis, ac atrox, eſto ſanguis non effunderetur, & eſto corporis læſio eſſet modica,* dat exempla ad propoſitum



Digitized by Google

ſitum noſtrum, ſubdens, *vt ſi adoleſcens exiſtimationis, aut homo maioris ætatis fuſtibus, aut alapa percuteretur: itaut grauiter, aut admodum conſeretur iniuria affectus*, & proſequens quod ſuprà retuli *verſ. ſed cõtrarium*, ſcilicèt quòd quãdo in dicta extrau. percuſſio palmæ inter leues iniurias computatur, non intelligitur ſi percuſsio extenſa palma ſit facta in facie: ita vt alapæ rationem habeat; ſubiicit immediatè iſta alia verba. *idẽ dic. de percuſſione baculo, quod in ead. extrau. inter leues iniurias computatur ſi rationem habeat*, de dar de palos, *quod Hiſpanicè appellamus*. Nota quæſo illa verba. *itaut alapa rationem habeat*, quibus correſpondeat illa alia, *ſi rationem habeat de dar de palos, quod*
381 *Hiſpanicè, &c.* quia mihi clarè ſignificant, poſſe eſſe dictas percuſsiones magis, & minus iniurioſas reſpectu finis ipſius percutiẽtis, nempè vel tantũ percutiendi, vt quando fit in occulto, vel illũ iniuriandi, vt qñ ex cõdicto fit in publico, in quo ſenſu procedit opino cõtrà *Nauarr.* ꝙ ex notorietate loci percuſsio reputatur grauis, ſcilicèt quando dicta leuis percuſsio eſt talis, quæ ſit magis iniurioſa facta in platea, vel in alio loco publico, quã facta in ſecreto, vt eſt iſta facta per alapam, baculũ, vel virgã, imò ita dicendũ eſſet de pcuſſione facta etiã pugnis, & calcibus, nõ obſtãte quòd poſt *Cardinalẽ, Genuẽſ. cit c. 81. Ricc. cit. deciſ. 461. Graffius cit. conſ. 8. & Cartarius deciſ. 63.* referunt, leuẽ ſcilicèt fuiſſe percuſsionẽ factã pugnis, & calcibus inter duos Clericos in platea publica, nã talis percuſsio nõ exiſtimatur grauis nõ ſolũ qa inter Clericos, ſed etiã quia inter inuicẽ pcutiẽtes, quę ratio ceſſat, qñ d. percuſsio in platea pugnis, & calcibus eſſet facta à laico in Clericũ, etiã quatuor ordinũ, vt benè concludit *Comitolus lib. 6. ſuorum reſponſ. moral. q. 20.* & ſi hoc caſu cõtraria opinio ſit quoq. probabilis, cũ ut ſup. dixi ſatis quoq. probabilis ſit opinio illa *Nauarri*, iniuriam. I. factã in loco publico, tunc eſſe grauem, & enormẽ, qñ etiã cõcurrũt notabilitas percuſsionis in ſe ipſa, & magnum ſcandalũ, vndè in terminis huius caſus, illã ſequitur tãquã benigniorem *Diana p. 2. tr. 2. miſcellaneo reſol. 23.*

383 Sed quid ſi laicus prouocatus à Clerico cum mentita, vel aliis uerbis iniurioſis, ipſe Clericũ incontinenti colapho, vel fuſte, aut calcibus in loco publico percutiat? Suppoſito. n. ꝙ exceſſerit in ſe defendẽdo, quia & ſi etiã in foro conſcientiæ liceat verbalẽ iniuriã verbis retũdere, nõ tñ licet facto, vt poſt *Sotũ* ait *Baiard. ad Clarum §. fin. v. iniuria à n. 69.* vbi benè explicat, quõ hoc procedat, clarius *Myſingerius cent. 5. obſeruat. 17.* Reſpondeo quòd hoc caſu, & ſi prouocatio nõ excuſet ab excommunicatione ob dictum exceſſum, tamen excuſat à grauitate percuſſionis, & quòd non reputetur dicta percuſsio grauis, ſi fuit facta incontinenti poſt prouocationem, quia etiam licèt in delictis prouocatio nõ excuſet, tñ ſẽper prouocatus mitius punitur, *Boſsius tit. de iniurijs num. 6. Clarus lib. 5. §. iniuria num.* 14. vbi *Baiardus n. 64.* ſubdit, ꝙ prouocatus verbis iniurioſis, põt dare alapã, nã ſi licet hominem prò defenſione honoris ſui interficere, multò magis, &c. & in terminis noſtris hoc videtur docere *Genuenſis cit. cap* 81. *praxis ſub num.* 3. ibi *pariter ſi aliquis à præsbitero prouocatus illum leuiter repercutiat, nullum, aut modicũ ſcandalum oriri ſolet, &c.* Confirmatur, quia ratio quare mitius punitur, eſt, nã pręſumitur quòd talis percutiat potius animo ſe defendẽdi ab iniuria, quàm iniuriandi, & per conſequens hæc opinio procedit etiam ſecundũ opinionem *Nau.* quam ipſe *Genuenſ.* ſequitur, qui requirit in percuſsione notoria, notabilem percuſsionem in ſe ipſa cum magno ſcandalo. Quòd etiam ad percuſſionem conſtituendam grauem, vel mediocrem nõ ſit neceſſaria multa effuſio ſanguinis, patet nõ ſolũ ex ead. extrau. ſed etiã ex eo, ꝙ poteſt interuenire homicidium abſque aliqua effuſione ſanguinis nẽpè per venenum, vel ſtrangulationem, *Regin. lib. 1. num. 240.*

Tertia difficultas. Quomodo ex dictis uerbis extrau. inferatur, quæ ſit grauis, uel mediocris percuſsio? Reſpondet *Graffius de quinque caſibus lib. 1. cap. 8. n. 12. quòd ex dictis verbis, poteſt etiam dignoſci, quando ſit enormis, vt quãdo maculam, vel ſugillationem*
384 *carnis, aut ſi cicatricem relinquit (quod ſaluo ſemper meliori iudicio, intelligerem, vt non faciat leſionem enormem, ſugillatio facta tempore percuſſionis, quia ſic ex pugno, & alapa, poſſet fieri ſed quando Clerico ſanato, ſugillatio illa remaneat, niſi ex percuſſione fuerit magnus liuor) vel quando percuſſio fieret cum effractione multorum dentium, ſiuè auulſione multorum capillorum, ſiuè effuſione multi ſanguinis, ſed non ex nare*, quibus fauet *Lazarius de blaſfemia q. 10. num. 36.* vbi iudicat percuſsionẽ grauem, & enormẽ, quę publicè fuit facta cũ crepida in facie, non mediocri relicta ſugillatione, & liuore, qui per menſem euidenter apparuit, ſecus autem erit de ſcorticatura, ſeu leuiſsima ſciſſura, quę non dicitur vulnus, ſed vulnuſculũ, de qua per *Genuenſem cit. cap. 81. num. 2.* adde niſi ſit in facie, vt infrà ſuo loco. Vndè cũ mediocris ſit illa, quę eſt media inter leuẽ, & enormẽ, rectè *Molina ſuprac. diſp. 57. n. 3.* quem ferè eiſdem verbis, ſequitur *Bonac. tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect. 5. nu. 8. verſ. mediocris*, aſſerit, quòd mediocris diceretur illa, qua dens extrahitur, vel capillorum copia eſſet auulſa, vel ſugillatio ex percuſsione eſſet relicta, aut ex vulnere, copia ſanguinis eſſet effuſa, non cũ

ad

Digitized by Google

ad modum graui leſione, aut cum admodũ graui iniuria, debet tamen hęc omnia conſiderare Epiſcopus, vel ſuperior Religioſorũ, aut Confeſſarius, quia eorũ arbitriũ habet locum in dubijs, non autem in claris, & ſic in his, quæ diſponit *dicta extrauagans*, vt aſſerit *Graſſius de quinque caſibus lib.1. cap.8. nu. 13. & Molina ſuprac. diſp.57. num.2. ad finem.* qui ſubdit, quòd *ſi ex aliquo textu conſtaret, iniuriam aliquam eſſe grauem, ſeù atrocem, aut id abſq. aliquo dubio ex ipſa rei natura eſ-*
385 *ſet perſpicuum, tunc ſtandum non eſſet iudicio Epiſcopi, vel alterius ſimilis, qui contrariũ iudicaret, neque eſſet valida abſolutio facta ab eo de ea excommunicatione, ſi ſolum habebat facultatem abſoluendi ab excommunicatione in curſa, ob leuem manus iniectionis iniuriam.* Ex
486 iſtis patet qñ etiã carceratio, & detentio iniuſta Clerici habeat rationẽ ꝑcuſsionis enormis, vt benè *Filliuccius tr.15.num.43. ad fin.* ibi *cum magno dolore, & contumacia includere in deterrimo carcere, & longo tempore, percuſſio eſſet enormis,* quod eſt verum quando iſta non ſolum eſſet iniuſta, reſpectu iuriſdictionis in perſonam Eccleſiaſticam, ſed etiam quando, reſpectu cauſæ eſſet iniuſta, & ſi ab eo, qui habet iuriſdictionem in eũ, vt infrà.

*De circumſtantijs in particulari, ex quibus percuſsio leuis, euadere poteſt grauis.*

POſtquam in *ſuprac. extrau. Perlectis* declaratur, quæ percuſsio ſit leuis ex ſe, & per conſequens, vt ſup. dixi, quę è contrario ſit mediocris, & enormis, nẽpè ꝙ leuis ſit *facta pugno &c. quæ nullã maculã, vel ſugillationẽ carniũ relinquit,* &c. vt retuli *n.*374. ſubijcitur. *Ad iudicãdũ tñ, qua leſio ſit leuis, mediocris, & enormis, volumus non ſolum perpendi factũ, ſed etiam qualitatem eius, & modum percutiendi, & ledendi, cum omnibus circumſtantijs, loci, perſonæ, & alijs.* quòd eſt idem, quàm ſi dixiſſet, non per hoc, quia dictum eſt, *percuſſionem factam pugno, &c. ſine ſugillatione, &c.* eſſe leuem per ſe (& ſic ſpectato ipſo facto, quæ eſt prima, & principalis circumſtantia, quæ debet exiſtimari in aliqua iniuria, vt habetur expreſsè *in §. atrox, & alijs iuribus* ſu-
387 prà allegatis) ſemper eadem percuſsio *facta pugno &c. ſine ſugillatione, &c.* erit leuis, ſed poteſt eſſe etiã mediocris, ac enormis ex alijs circumſtantijs, factum ipſum aggrauantibus, ſcilicèt *loci, perſonæ, &c.* ſicut è contrariò, *facta pugno, &c. cum ſugillatione, &c.* quæ eſt mediocris, vel enormis ſecundùm quantitatem, & qualitatem ſugillationis, &c. non ſemper erit talis, ſed ex eiſdem circumſtantijs minuentibus *loci, perſonæ, &c.* poteſt euadere leuis, vt benè attingit, & ſi non ità clarè *Reginaldus lib.1. num.241. verſ. Aduerte autem.* Et quia Epiſcopus, & Superior Regularium, non ſolũ ex dicta extrauagante, vt dixi ſup. ſed etiã de iure cõmuni omnes iudices cõſtituuntur in hoc arbitri, in *cit. l. prætor §. atrocẽ ff. de iniurijs, & §. atrox inſtit. eod. tit.* latè *Menoch. de arbitrijs centuria 3. caſu 263.* vbi,
388 iſtis circumſtantijs inſpectis, iudicis arbitrio remittitur extimatio iniuriæ, & pro ea imponere pęnam arbitrariam. *Chartarius deciſ.63. num.17. Curiæ Archiep. Mediolan.* ꝙ arbitriũ, quia uerſatur circà illarũ circumſtãtiarũ iudiciũ, quando ſcilicèt aggrauent, vel minuant dictam percuſsionem, ideò hic de illis ad ſaturitatem agere, decreui.

Prima circumſtantia, quæ in *dicta extrau.* mentionatur, eſt *loci.* quòd etiam fit in *cit. §. atrox,* vbi exemplificatur in iniuria alicui irrogata in theatro, foro, vel in conſpectu Pretoris, ſicut communiter, poſt *Panorm. & Siluestrum,* exemplificant Theologi loquendo in terminis noſtris, in percuſsione facta in
389 platea, vel in Eccleſia, vel in cæmeterio, vel in clauſtro, vel corã Prelato, ac iudice, vt per *Reginaldum loco ſuprac. verſ. quòd verò,* vel etiã vt addunt alij, corã Sanctiſſ. Sacram. tamquam coram ipſo Rege Regum, & Domino dominantium, intellige tamen *Theatrum, forum, plateam, Eccleſiam, aut clauſtrum.* hìc non acccipi, vt talia loca publica ſunt, ſed quatenus ibi accidit dicta percuſsio coram multis perſonis, quę ibi adeſſe ſolent & ex quibus actiones factæ in dictis locis efficiuntur notorię, ſicut enim non loca ſantificant homines, ſed homines loca. *can non loca diſt.*40. ita non loca ipſa faciunt rem publicam, ſed multitudo hominum, quę ſolet adeſſe in dictis locis. *Chartar. cit. deciſ.63. nu.*
390 25. idẽ dic de percuſsione facta corã Prætore, vt dicitur in *d. §. atrox, vel corã Prælato, &c.* quia ibi etiã ſemper adſunt multi. *Graſſ. conſ.*8. *n.*8. *de ſent. excomm. t.*2. vbi idẽ aſſerit ſub *n.*17. de percuſsione facta ante Sanctiſſ. Sacram. ideoq. hac ratione non eſt ſemper enormis, vt in caſu *Genuen. in praxi c.24. n.7.* vbi fuit declarata enormis percuſsio facta pugnis abſque ſugillatione, & ſanguinis effu-
391 ſione, non ſolum quia coram Sanctiſſ. ſed etiam, quia illud tunc deferebat Cardinalis Geſuſaldus Archiepiſcopus, in publica proceſſione repoſitionis eiuſdem Sanctiſſ. in Eccleſia cathedrali, in qua fuit habita oratio quadraginta horarum, & ſic adereat multitudo hominum, & mulierum. Vndè meritò ab authoribus coniungitur hæc circumſtãtia loci cum circumſtantia temporis, quia
392 etiã hæc circumſtantia tũc aggrauat, quãdo adeſt tunc temporis multitudo gentium, vt eſt in die fæſto Corporis Chriſti, de quo facit mentionem *Graſſius loco ſuprac. conſ.3. diſſicult.2. num.8. & conſ.8. num.11.* in die Veneris ſancti, vel die Dominico, de quibus idẽ *Graſſ. loc. ſuprac. vbi etiã n.*24. de tẽpore ſollẽnis ſupplicationis, vel alio ſollemniori fæ-



Digitized by Google

ſto, vt exemplificat *Reginaldus loco ſuprac. verſ. ex circumſtantia*, hoc totum voluit ſignificare *Molina cit. diſp. 57. ſub num. 2.* ibi *interdum ex parte loci, & temporis cenſetur iniuria grauis, & enormis, vt ſi in platea, theatro, aut alio loco ad modum publico, percuſſio fiat, vel tempore, quo conueniunt in loco vbi percuſſio fit.* Ex quibus patet, notorietatem ratione loci, vel temporis, vt ſup. declaratum fuit, eſſe circumſtantiam, ob quam percuſſio leuis poſſit iudicari grauis, non eodem
393 modo, ſicut iudicari ſolet notorietas ad effectū, vt quis dicatur notorius Clerici percuſſor, & debeat euitari, ꝙ accidit quando fuit facta percuſſio coram ſex, vel decem, quorum teſtimonio fuit apud maiorem partem oppidi, &c. diuulgata, iuxtà ea, quæ dixi ſup. *recoll. 3. à n. 114.* quia aliàs non daretur percuſſio notoria in hoc ſenſu leuis, & per conſequens Epiſcopus non poſſet abſoluere ab aliqua percuſſione, quæ ſunt falſa, vt patet, ſed diuerſo modo, nempè quando percuſſio fuit facta coram multitudine hominum in dicto loco, vel tempore conuenientium, ita quòd ſtatim dicta percuſſio ipſi multitudini, ſit dicta percuſſio notoria, non ex auditu, ſed ex viſu. Sed quorſum hæc? ſi
394 ſecundū opinionem *Nau.* & ſequacium, de qua ſuprà *n. 364.* ex ſola notorietate, non poteſt leuis percuſſio iudicari, quòd ſit grauis? *M. Megalius p. 3. ſuarum inſtit. peregrina lib. 4 cap. 1. num. 11. verſ. ſimiliter, ad finem.* Reſpondet, *Nauarri* ſententiā procedere, non quādo leuis Clerici percuſſio fuit notoria ex circumſtantia loci, vt declaratū eſt, ſed quādo fuit notoria in ſe, quomodo quis dicitur notorius Clerici percuſſor, ſcilicèt quādo accidit coram ſex, vel decem perſonis reſpectiuè, vt *loco ſuprac.* & poſtea ex horum teſtimonio effecta notoria apud reliquos de oppido, vicinia, &c. Huic intellectui fauet *Marius Antoninus lib. 3. variarum reſol. 11. num. 17.* vbi probat, percuſſionem Clerici, de qua ibi agit, non fuiſſe notoriam, quia non ſolum non fuit facta in platea, ſed in porticu plateæ, ſed etiam quia coram duobus (ſubdens ad noſtrum propoſitum) *quòd ad iudicandum notorium requiruntur ad minus teſtes ſeptem,* quòd non eſt verum reſpectu notorij, de quo querimus ob circumſtantiam loci, vt patet ex ſupradictis, ſed de alio notorio. Addo pace horū auctorum, hūc intellectū cōtradicere verbis ipſius *Nau.* ibi *& idem aſſerit Silueſter verbo abſol. 4. in princ. de ea, qua infertur in foro, vel audientia publica coram iudice, aut in Eccleſia, aut in dormitorio; non id credimus eſſe verum, niſi quando percuſſio eſt in ſe notabilis, & gignit magnū ſcandalū* hæc *Nau.* ſcandalū .n. magnū, præſupponit magnā publicitatē. Reſpōderē igitur primò,
395 dictā opinionē *Nau.* implicare contradictionem, quia vt *ſuprà num. 165.* dixi, quando eſt notabilis percuſſio in ſe, hoc ſufficit ad iudicandum illam grauem. *vulneris magnitudo atrocitatem facit*, ait *Paulus iureconſultus in l. vulneris ff. de iniurijs.* & idem eſt quòd gignat magnum ſcandalum, quàm
396 ꝙ ſit facta corā multitudine, nā peccatū publicū habet malitiā generalem ſcandali, vt poſt alios notat *Caſtrus Palaus t. 1. tract. 6. de charitate diſp. 6. p. 4.* idòq. *gloſa in d. cap. cum illorum v. mutilationem*, quā impugnat *Nauarr.* hanc rationem reddit, quare Abbas non poſſit abſoluere, quando exceſſus eſt notorius, nempè *propter ſcandalum, & Graffius conſ. 8. num. 9. ad finem.* dicit quòd *iniuria ſi notoria ergò ſcandaloſa, cùm ſcandalum oriatur ex notitia populi.* Secundò reſpōderē, opinionē *Nau.* plures negare, & licèt ijdē fateātur illam eſſe probabilem, contrariam tamen vocant communiorem, & ſecuriorem in conſcientia, vt dixi ſup. *n. 363.* & præter ibi à me allegatos, accedit *Reginaldus lib. 1. num. 240. ad finem, & Rodriquez par. 1. ſumma cap. 80. n. 8.* vbi in ſpecie reprobat deciſionē *Nau.* circà caſum de cappellano, qui dedit alapā Canonico in Eccleſia corā multitudine perſonarū, ex eo quia vt ibi ſubdit *las circunſtātias de la perſonas, y lugar hazen la liſion enorme.* Tertiò & tandem, quòd forſan *Nau.* voluit dicere, quòd ex ſola notorietate percuſ-
397 ſionis, quia facta in loco publico, nō debeat iudicari enormis ipſa percuſſio, ſed benè cū illa, coniunctam eſſe debere, etiam proportionatam iniuriam (vt loquar ſecundum regulam generalem à me ſuprà traditam) quæ poſſit reddere enormem ipſam percuſſionē, nàm etiam certum eſt, quòd percuſſio facta in publico loco, poteſt eſſe magis, & minus iniurioſa, eſt .n. magis iniurioſa, quādo fit alapa, virga, calcibus, quàm vbi fit pugno: quando fit ex condicto, quàm vbi in rixa: quando à non prouocato, quàm à prouocato: quando inter Clericos, quàm inter laicum, & Clericū, & alijs ſimilibus iniuriā minuētibus, vel augentibus, vt dixi ſup. *n* quorū iudiciū relictū eſt arbitrio prudentis, qui vt dixi debet iudicare, an dicta percuſſio tali modo ſequuta, ſecundum communē exiſtimationem, ſit magis iniurioſa, vel minus iniurioſa, & per conſequens enormis, mediocris, vel
398 leuis, quæ cōmunis exiſtimatio, ſi eſt notoria, non eget probatione, ſicut à ſimili de communi vſu loquendi, poſt *Decium, habetur per Manticam deciſ. 59. nu. 9.* Confirmari poſſunt ſupradicta ex eo, quod ait *Genuenſis Nau.* opinionis aſſecla, reddendo rationem quare alapa à cappellano inflicta Canonico in Eccleſia, non fuerit iudicata enormis, ſed leuis, ratione inquit ipſe, minoris ſcandali, nunc peto ab hoc authore doctiſſimo, & alijs, qui eum in hoc ſequuntur, quid intelligant

ligant

Digitized by Google

ligant pro minori ſcandalo? Et quidē nō poſ-
ſunt intelligere minorē publicationē, quæ vt
dixi habet malitiam generalem ſcandali, er-
gò debent intelligere prò minori ſcandalo,
minorem iniuriam illatam Cononico ex
399 alia ratione, nàm etiam ſcandalū mixtum
eſt, quādo datur ſcandalizato, occaſio pec-
candi per infamationem, detractionem, &c.
vt dixi ſuprà *p. 1. recoll. 14. num. 73.* ſi igitur
ratione minoris iniuriæ factę in loco pu-
blico, ſecundùm hos auctores, dicitur per-
cuſsio leuis, & contrariorum eadem eſt ra-
tio, ergò etiā ratione maioris iniuriæ, per-
cuſsio leuis facta in loco publico debet iu-
dicari grauis. DD. aliqui hic quoq. tractāt de
400 circūſtātia loci vulneris, veluti ſi in oculo
percuſsio facta fuerit, quo caſu dicitur atrox
iniuria à Iurecōſulto in dicta *l. vulneris ff. de
iniurijs.* & idem etiā dicunt Doctores, quan-
do eſſet in facie, ita *Nau. cit. num. 92. Sayrus
lib. 3. cap. 28. num. 6. Squillantes cap. 6. de pri-
uilegijs Clericorum n. 101.* quòd eſt verum (ſe-
cluſo caſu, vbi alicui perſonę graui impin-
gitur alapa in facie, vt dicam ſuo loco)
vbi remanet in facie, vel oculo per aliquos
dies liuor, aut ſugillatio, nàm tunc ſecundū
qualitatem ſugillationis, & liuoris extiman-
da erit mediocris, nunquam tamen meo iu-
dicio, enormis, niſi loquamur de vulnere in
dictis locis, vt loquitur *tex. in d. l. vulneris.*

Secunda circumſtantia, de qua fit mentio
in dicta extrau. ſequendo ordinē *cit. §. atrox
eſt perſona, ſi eſt magiſter, iudex, pater, patro-
nus, aut dignitas, percuſſus iniuſtè à ſubdito, aut
ſe viliori, quia ex hoc interdū cenſentur graues
iniuria, quæ ſunt leues, aut mediocres.* huc vſq.
extrauagans, licèt *in cap. cum illorū de ſent.
excomm.* ſit tantū ſermo de percutiente Epi-
ſcopum, vel alium ſuum Prælatum, vt ibi
exponit *gloſa in verbo Abbatem.* Aduertunt
tamen poſt *Suarez, Reginaldus ſuprac. num.
240. verſ. porro, Bonac. ſuprac. ſect. 5. verſ. gra
uis ad finem.* & alij, vt etiam ſuprà proximè
401 dixi de notorietate; non per hoc ex ſola di-
gnitate perſonæ, debere iudicari ſemper
enormem iniuriam, quod mihi ſignificat il-
la dictio *interdum*, quia tàm parua poteſt
eſſe dicta percuſsio facta in dictos ſuperio-
res, quæ & ſi habita ratione actus interni ſi-
mul & externi, (vt ſuprà dixi *n. 171.* vbi de
illo, qui bono zelo apprehendit Epiſcopum
à tergò ex poſteriori parte almucij,) attingat
culpam mortalem, & per conſequens ſubia-
ceat excommunicationi, tamen etiā ſit leuis
exempli gratia, ſi manu tantum repelleret,
vel traheret per veſtes, ſecluſa .n. alia circū
ſtantia aggrauante, in his, & ſimilibus caſi-
bus, vt patet, ſemper percuſsio ex ſe eſt leuis.
Adderem ego etiam alium caſum, quando
ſcilicèt hæc percuſsio ſequeretur ad de-
fenſionem iuſtam ſui, maximè vbi dictus
magiſter, iudex, pater, vel Prælatus excede-
deret, in exequutione ſuæ ſuperioritatis, &
402 officij, quia hoc caſu licet officiali reſiſte-
re, vt in caſu, in quo cōſuluit *Graffius ſu-
prac. conſ. 3. de ſent. excomm. vol. 2.* vbi excuſat,
vt aliàs dixi, ab enormi, & mediocri percuſ-
ſione filiū, qui ob defenſionē patris, quē vide
bat malè tractari à curſore Curiæ Archiep.
excedente in exequutione ſui officij, ipſum
curſorē nō ſolum manu repulit, ſed etiā illi
manū in platea publica iniecit propè guttur
ꝙ, ſignificat extrau. ibi *percuſſus iniuſtè.* No-
ta quòd criminaliſtæ faciunt differētiā inter
403 caſū vbi officialis percuſſus eſt intuitu of-
ficij, vel ob inimicitiā, vel ob causā particula
rē extrà rationē officij, vt per *Graff. cit. conſ.
3. diff. 2. num. 7. & p. 1. deciſ. lib. 2. cap. 49. n. 55.*
qui refert vtrobique doctrinam *Andreæ de
Iſernia in tit. quæ ſint regalia in verbo, & bona
committentiū,* vbi docet, quòd qn̄ quis offen-
dit conſiliarium Regis propter particulares
inimicitias non ſit crimen læſæ maieſtatis;
circà quod particulare, ni fallor, memini me
legiſſe apud *Afflictum eodem in loco*, ꝙ con-
trarium fuit obſeruatum in cauſa ipſius
*Andreæ de Yſernia*, qui cùm fuiſſet interfe-
ctus ob particulares inimicitias, fuit contrà
eius opinionem deciſum, quòd etiam eſſet
crimen læſæ maieſtatis, ſed non habet locū
in caſu noſtro. Cū autē textus, vt ꝑ *Graff. ſup.
in d. capillorum*, loquatur de Epiſcopo, vel
Prælato proprio, vt ibi exponit *gloſa, & ex-
trauag.* de ſubdito percutiente, &c. non ſem
404 per tamen vbi adeſt aliqua ſuperioritas in
dignitate, qn̄ percuſsio eſt inter Clericos,
percuſsio leuis iudicari debet grauis, & ſi in
loco publico, vt patet ſecundum *Nauarrum*,
& alios, in exemplo de cappellano, qui manu
vacua percuſsit canonicum collegiatæ in Ec
405 cleſia, nàm quidquid ſit vtrū canonici etiā
collegiatæ habeant dignitatem ſaltem ſe-
cundum latam interpretationem, ſicut ca-
nonici cathedralis, de qua re videte *Barboſ.
de offic. & pot. Epiſc. alleg. 106. n. 12. poſt Ricc.
p. 1. praxis deciſ. 637.* negari tn̄ nō poteſt, quin
habeant maiorē dignitatē, quòd cappellani
eiuſdem Eccleſiæ, vt per *Seraph. deciſ. 1223.*
Quādo pcuſsio facta eidē perſonę alia rōne
ſit grauis poſt *Caiet.* exēplū affert *Molina cit.
diſp. 57. n. 2. poſt medium, & latius Chartarius*
406 *cit. deciſ. 63. nu. 33.* de percutiente Sacerdo-
tem veſtibus ſacris indutum, (idem dic de
Diacono, vel ſubdiacono) ad diuina cele-
branda, vel dum illa celebrat, quo caſu ha-
bet locum doctrina *Reginaldi cit. num 240.
verſ. aduerte.* in hac re, non eſſe neceſſarium
ad grauem iniuriam, vt leſio exterior Cleri-
ci, ſit grauis in ordine ad ipſum percuſſum,
407 ſi ſit grauis in ordine ad ſtatū clericalē, quę
doctrina ab ipſis adaptatur huic caſui, & nō
de quo ibi *Reginal.* nēpè de iniuria, quę ſit
ſpuēdo in Clericū, quæ ſecluſa alia circūſtā-
tia,

Digitized by Google

tiā perſonæ, nō eſt grauis, vt dixi ſup. Nota ly *à ſubdito, vel viliori* quia mihi ſignificat, ꝙ quando percuſſor non eſt ſubditus, neceſſe ſit, vt ſit multò vilior ipſo percuſſo, ad efficiendam percuſsionem grauem, quæ aliàs
408 eſſet leuis, nā ratione etiā qualitatis pſonæ ex ſe, ſecluſa aliqua ſuperioritate efficitur grauis ipſa iniuria, & percuſsio, vt patet ex his, quæ ſuprà dixi, de alapa, vel verbere, quæ reſpectu pueri nullius nobilitatis, vel dignitatis eſt leuis percuſsio, reſpectu verò adoleſcētis alicuius æſtimationis, vel hominis maioris ætatis (ſeu vt ait *Bonac. cit. ſect. 5. n. 8. ad finem.* quando perſonæ graui impingitur alapa in facie) exiſtimatur grauis, quia tunc eſt magis iniurioſa, & ignominioſa offenſa, quàm alio modo irrogatam.

Non ſolum ex his cauſis, ratione perſonæ percutientis efficitur percuſsio grauis, ſed etiam ſecundū *Molinam loco ſuprac.* qñ Re-
409 ligioſus, Clericum ſæcularem percutiet in publico, vel etiam vnus Religioſus extrà clauſtrum, aut in clauſtro in conſpectu ſæcularium, percuteret alium Religioſum, modò in vtroque euentu, percuſsio ſi alicuius momenti, & ſi ſecus ſit, ſi intrà clauſtrū inter ſolos Religioſos, unus Religioſus percuteret alterum, leui percuſsione, (quis autē poſsit abſoluere Religioſū, infrà ſuo loco.) quæ doctrina fundatur in maiori, vel minori ſcandalo, quòd ut dixi, dependet à maiori, uel minori publicitate, ac maiori, uel minori iniuria, ideòq. nō pōt dari certa regula, ſed totum remittitur arbitrio boni uiri, reſpectu qualitatis perſonę percuſsę, & percutientis, vndè etiam ut ſuprà tetigi, contra *Hoſtien-*
410 *ſē*, & ſi facilius excuſari poſsit percuſsio inter Clericos ab enormitate, quando aliàs percuſsio eſt leuis, vt ſup. non tamen ſemper quando eſt facta à laico in Clericum, ſimilis percuſsio leuis, ſecluſis alijs circumſtantijs, erit reputanda grauis, vt ipſa praxis oſtendit, maximè quando non cedit in iniuriam ordinis, & ſtatus clericalis, vt eſt in alio caſu, in quo ratione perſonæ pcutientis, percuſsio leuis, euadit grauis, ſecundū DD. cōmuniter,
411 ſcilicèt quādo laicus miniſter publicus, authoritatiuè eccleſiaſticum percutiat, vel per quodcūq. tempus in carcere detineat, in illis caſibus, in quibus ergà eum non habet iuriſdictionem, ita *Squillantes* poſt *Sayrum c. 6. de priuilegijs Clericorum num. 101. Molina ſuprac. diſp. 57. num. 2. ad medium, & alij,* quos ſequitur *Bonacina cit. num. 8. ad finem.* Tandem aduertendum, quòd & ſi vnaquæq. ex dictis circumſtantijs, ſufficiat ad hoc, vt enormem reddat percuſsionē aliàs leuem, tantò magis habebit hunc effectum, quando plures ex ipſis concurrerent, ſic non ſolum loci, & temporis, ſed perſonæ, &c. *Chartarius ſupracitata deciſ. 63. ad finem.*

*Epiſcopi, in quibus caſibus abſoluere poſſunt à percuſsione Clericorum enormi, vel mediocri.*

IN hac materia certum eſt primò, quòd Epiſcopus poteſt abſoluere ab excōmunicatione, incurſa ob percuſsionē enormē, vel mediocrem, & ſic S. Pontifici reſeruata, quando dicta abſolutio delegatur ipſi Epi-
412 ſcopo, quo caſu ipſe Epiſcopus poteſt dictā abſolutionem ſubdelegare, vt ſæpius in praxi vidi obſeruatum, & ita fuiſſe concluſum in facto per Curiam Archiepiſcopalem Neapol. teſtatur *Riccius p. 3. deciſ. 319. per textum in cap. quoniam §. cæterum de offic. delegati,* & probat *Squillantes cap. 2. de priuilegijs Clericorum num. 49. ad finem.*

Secundò eſt certum, quòd Epiſcopus poſſit etiam abſoluere, quando caſus erit occultus, vigore facultatis, ſibi tributæ à *Concil. Trid. Triā. ſeſſ. 14. c. 6.* vt tetigi poſt *Floron. ſup. p. 2. recoll. 8. n. 65.* cui accedunt *Graffius de caſibus reſeruatis lib. 1. c. 8. nu. 44. Molina, Reginaldus, ConinK. Suarez, & Barboſa,* quos refert, & ſequitur *Bonacina cit. ſect. 5. num. 19.* vbi ꝙ hoc poſsit Epiſcopus non ſolū per ſe, ſed etiam per alium, nam vt etiam dixi ſup. poſt eundem *Graffium,* & alios, Decretum Clem. VIII. non derogat authoritati Epiſco-
413 porū, eſtq. autem percuſsio occulta, cùm nō fuerit deducta ad forum contentioſum, ideſt vbi perſona, quæ petit abſolutionē nō fuerit accuſata, nec contra eā proceſsū non ſolum ad citationē, ſed neq. etiā ad exminationem teſtium, &c. vt dixi *ſup. p. 2. recoll. 8. num. 43. & ſeq.* quibus illic allegatis, addo *Floronum de caſibus reſeruatis Fauentiæ p. 1. cas. 4. §. 21.* vbi in ſpecie *num. 2. verſ. quare in occulto,* dicit, quod quandiù delictum, vt ſup. nō fuit deductum ad forum contentioſum, & ſaltem vnico teſte probetur, ſi aliàs non ſit factum famoſum, poteſt Epiſcopus abſoluere, allegans *Finellium.* Addo *Molinam ſup. diſp. 64. num. 8.* ibi *neque ſit deductum in in forum contentioſum, neque periculum ſit, quòd deducetur ob defectum probationis,* & confirmatur, quia inter caſus, in quibus cōceditur Epiſcopo abſoluere etiā ab enormi, & comprehenduntur in illis verſibus, *Regula, mors, &c.* vnus eſt, quando tantū de aliquo eſt fama, ꝙ Clericū verberauerit cōprehēſus, ſub ly *dubius.* Idem à fortiori dicendū eſſe de mandante, conſulente, ratā habente, &c. qui vt dixi ſup. *n. 335.* ſolent eſſe magis occulti, notat *Molina ſuprac. tom. 4. diſp. 64. n. 9.*

Tertiò eſt certum, non ſolum Epiſcopū, ſed etiā quemlibet Sacerdotē poſse abſoluere à percuſsione enormi, vel mediocri,
414 etiā publica, in articulo, vel periculo mortis, nō ſolū ex conceſsione *Concil. Trid. ſeſſ. 14. cap. 7.* ſed etiam ex ſpeciali, eiuſdem noſtri

Digitized by Google

ſtri *can. ſi quis ſuadente*, ita Doctores omnes præcitati,& in ſpecie *Molina ſup. diſp.*63. vbi quòd hoc caſu ſi non poſsit haberi copia S. Pontificis, vel Legati, aut alterius, qui ab ipſo habeat facultatem abſoluendi, extrà illud periculum, neceſſe nõ *eſſe recurrere pro abſolutione, aut facultate ad abſoluendum ab eo caſu ad Epiſcopum, eſto praſto eſſet, ſed poſſe tunc abſoluere ita conſtitutum in eo mortis articulo, quemcumque alium, extrà mortis articulum legitimum confeſſarium.* Cuius tamen contrarium, non ſolum valdè probabile, prout aſſerit *Layman lib.*1.*tract.*5.*p.*2.*cap.*6. *num.*5. ſed longè probabilius mihi videtur, ex ead. ratione *Molina*, quòd ſcilicèt extrà mortis articulum, huius caſus ſpecialis cõmiſſio facta eſt Epiſcopis in caſu impedimẽti adeũdi Papã, quia etiã impeditus dicitur exiſtẽs in articulo mortis, itẽ *Molina* ſi vult fundare ſuã ſententiã in facultate omnibus Sacerdotibus pro hoc tẽpore à S.Concil.Trid.cõceſſa, fateri debet, poſſe hũc abſolui non ſolũ, vt ipſe ait, *per quẽcumq. Confeſſariũ legitimũ extrà dictum articulum mortis*, ſed etiam per quẽlibet Sacerdotem, vt innui *ſup. p.*2. *recoll.*8. *ſub n.*42. fauent verba *Layman*, contrà doctrinã *Molina* poſtquã ſtatuit regulam, *Quòd caſus Papalis ſuperueniẽte impedimento adeũdi Papã fit Epiſcopalis* quæ ſunt iſta. *Sed excipiunt aliqui valdè probabiliter articulum mortis in quo omnes Sacerdotes expoſiti, nullo obſeruato ordine à caſibus Papalibus, abſoluendi ius habent, præterquam ſi in iure, ſpecialis commiſſio Epiſcopis facta reperiatur, puta in caſu percuſsionis Clerici, modo eo caſu ad Epiſcopũ*
415 *acceſſus ſit*,& ſi etiã remaneat obligatus adire Papam, ſi conualuerit (prout obligatus remanet ab eo abſolutus ratione impedimẽti tẽporanei, vt infrà, ꝙ nõ eſt in alijs duobus caſibus ſuprà relatis, in quibus Epiſcopus abſoluit iure proprio.) quòd eſt verum etiam ſi ex obliuione abſoluentis, vel angonia moribundi, fuit prætermiſſa cautio iuratoria, fauet *Palat. in* 4. *diſt.* 27. *diſp.*7. *apud Dianã p.*5 *tr.*3. *reſ.*67. *Duard. in B. cana li.*3.§.2.*q.*10.*n.*15

Quartò certum eſt, quòd ſecluſa delegatione, vel quòd caſus ſit occultus, vel quòd pænitens reperiatur in articulo, aut periculo mortis, poſsit Epiſcopus abſoluere ab enormi, quando publicus percuſſor Clerici, (vel conſulẽs, aut mandans, vel aliàs cooperator dictæ percuſsionis, vt notat *Molina*
416 *tom.*4.*diſp.*64.*nu.*9.) eſt legitimè impeditus, ne adire poſsit Papam, vel abſolutè ſi impedimentum eſt perpetuum, vel ſi impedimentum eſt temporale, cum promiſsione, impedimento ceſſante, Papam adeundi, vel ab eo,& alio ab ipſo S. Pontifice habente facultatem, petendi abſolutionẽ, *c. ea noſcitur, c. quamuis, cum alijs concordantibus, de ſent. ex comm.* ita cõmuniter DD. omnes. Quòd autem dixi de abſolutione abſoluta pro habẽte impedimentum perpetuum, eſt adeò verum, vt ſi talis percuſſor Clerici fuerit abſo-
417 lutus ratione infirmitatis, ſinè ſpe recuperãdi ſanitatem, & poſtea miraculosè conualeſcat, neque teneretur adire Papam, vel &c. vt dixi *ſup. p.*2. *recoll.*8. *num.*56. *& hac par.*3. *recoll.*2. *num.*908. Ex quo patet, malè ſua pace *Molinam cit. diſp.*64. *num.*7. redarguere *Siluestrum abſolutio* 4. *ſub finem. num.*3. dicẽ-
418 tem, hoc caſu, dictum iuramentum eſſe ſuperfluum, quia inquit ipſe, *poteſt caſu aliquo euenire, vt S. Pontifex, vel Legatus eò accederet, & proinde iuramentum illud non eſt ſuperfluum.* cum *Siluestro* expreſsè conſentit *Bonacina tom.*3. *diſp.*2. *q.*3. *p.*6. *ſect.*5 *num.*16. & tacitè alij DD. qui recẽſendo impeditos perpetuo .ſ. *mulieres, ſenes, valetudinarios, ſiũ*
419 *eos, qui impediti ſũt mẽbrorũ deſtitutionibus* ſubdunt, hos poſſe abſolui ab Epiſcopo ſatisfacta parte, abſq. vlla reſtrictione, & obligatione comparendi, ita *Filliucc. tr.*15.*n.*63. & alij, qui dicunt, quòd quando impedimentum, eſt temporaneum, excepto impedimento pueriliſ ætatis, abſoluens debet reo iniungere, &c. ita *Contnk diſp.*14.*n.*141. quòd dicitur de impedimento puerilis ætatis, ſignificat, idẽ quàm impubertatis,& habet locum, etiam ſi poſt pubertatem petat abſolutionẽ vt dixi ſup.& notant DD. cõmuniter, quòd etiã tales, ſint potentes, & delicati, qui non poſsunt ſuſcipere laborẽ veniẽdi Romã,& ſi hoc caſu non ſtatim ſint abſoluendi, ſed cõſulendus eſt Papa, excepto ſi periculũ ſit in mora, quo caſu abſoluuntur ſub iuramenti cautione ad reincidentiam. *Reginald. n.* 24. *Filliucc. num.*41. *& Duardus ſup. à n.*6.

420 Dixi primò *legitimè impeditus*, quia falsò exiſtente impedimento, abſolutio eſſet nulla *Sayrus lib.* 3. *de cenſuris cap.*28. *n.*40. quid autem ſi impedimentum ſit verum, ſed fuit procuratum ab excommunicato? Dixi in facto, non eſſe nullam abſolutionem, ſicut dicitur de eo, qui ponit impedimentum circà ieiunium, quod non peccet non ieiunan-
421 do, itẽ quia ſua culpa incidens in aliquod impedimentũ legitimum, eſt excuſatus, & poteſt abſolui ab Epiſcopo, vt expreſsè docet *Nau. cap.*27. *poſt medium num.*88 quando impedimentum affectatum non excuſet à contumacia, vide optimam deciſionem Curiæ Archiep. Mediol. 72. *apud Chartar.* Eſt verũ quòd DD. & ſi enumerẽt aliqua impedimẽta, ſeu caſus, in quibus ad hunc effectũ cenſetur quis legitimè impeditus, de quibus infrà,
422 tñ omnes, quando exponendo illos verſus incipientes, *Regula, mors, &c.* veniunt ad ly *cauſa*, ſubdunt, relinqui arbitrio prudentis, & docti uiri, quodnam ſit illud impedimentum legitimum, præter expreſſa à iure, qui doctus, & prudens vir, certum



Digitized by Google

tum eſt, quòd hic ſit iudex, & ipſemet Epiſcopus, qui debet abſolutionem impendere, cùm hic agamus de abſolutione, quòad forum externum, vt dixi ſup. *recoll.2.nu.*905. ſicut etiā arbitrio ipſius relinquitur determinare tempus adeundi S. Pontificem, vel petendi ab eo abſolutionē, vt per *Sayrū loc. suprac.* quis nā ſit talis Epiſcopus *infr. ſuo loco.*

Dixi ſecundò, *adire poſsit Papam*, quia, vt *ex Laym.* dixi ſup. *recoll.2.n.*902. eſt probabilis
423 opinio, quòd tali caſu, & ſi poſſit percuſſor Clerici adire Legatum, aliūq. habentem à S. Pontifice ſpeciale priuilegium abſoluendi ab hac excommunic. ad hoc tamen non teneatur, ſed poſsit immediatè Epiſcopum pro abſolutione adire. Quæ omnia & ſi vera ſint in theorica, tamen in praxi contrarium
424 eſt verius cū .n. tali caſu ſuppetat tēpus, ab Epiſcopo tales non abſoluuntur, ſed reſcribitur S. Pænitentiariæ pro abſolutione, vt dixi *loco ſuprac, num.*900. *ad finem*, & poſtea reperi teſtantem de praxi iſta, *Theſaurum in ſuo tractatu de pœnis eccleſiaſticis p.1. cap.24. Ampliatione* 3. & ſi pro hac opinione præter *Bonacinam ſupracitato loco allegatum*, citet *Barboſam allegat.*41 *.num.*7. vbi contrarium docet, dùm expreſsè ibi aſſerit, *quòd iuſtum impedimentum habet is, qui ire non poteſt, licèt mittere valeat pro abſolutione*, & tantum *n.*31. contrà id dixi ſuprà, cùm alijs, docet, ꝙ ſi poteſt talis excōmunicatus adire Legatū, vel aliū habētē, poteſtatē, nō poſsit abſolui ab Epiſcopo, fauet praxi, de qua ſup. *Genuēſi in ſua praxi Archiepiſcopali Neap. cap.24.n.*10. *in 2 editione.* vbi quòd quando *quis eſt abſoluendus à Papa, & petit humiliter remoueri cædulones, ſolet ei concedi terminus vnius, vel duorum menſium ad procurandam abſolutionem, & interim remouentur cædulones, dummodo domi ſe contineat, & præſtita cautione, quo termino elapſo, ſi non præſentet abſolutionē de nouo affiguntur.* Sed hoc, vt in praxi obſeruaui, procedit in perſona priuata, quan-
425 do autē eſt perſona publica, ac in loco, qui longè abeſt ab Vrbe Roma, exercens munus publicum, quòd ſinè detrimento proprio, vel aliorum omittere non poteſt, qui eſt vnus ex caſibus, in quibus dicitur quis habere impedimentum canonicum, vt per *Filliuccium tract.* 15. *ſub n.*18. *Duard. ſup. q.*8. *num.*2. *Molina diſp.*65. *n.* 6. ſolet etiā abſolui cùm cautione per dictum tempus, ad reincidentiam, & hòc modo poſſunt conciliari opiniones contrariæ, de quibus ſuprà. fauet quod dixi ſuprà in caſu de impeditis ratione perſonę, ſcilicèt quia potentes, vel delicati, tunc.n. & ſi conſulendus ſit S. Pontifex, tamen quando periculū eſt in mora, poſsūt præſtita cautione abſolui, donec S. Pontifex reſpondeat.

Quintò eſt certum, poſſe Epiſcopum abſoluere certum genus perſonarum ab excommunicatione incurſa ob percuſsionem in mediocrem, iſta facultas conceditur Epiſcopo abſolute, & per conſequens à dictis perſonis non debet Epiſcopus exigere iuramentum, vel promiſſionē aliquā ſe præſentandi, quia ad hoc non tenentur, & ſic iſta abſolutio non datur ratione impedimenti alicuius, ſed ratione indulgentiæ, ita *Sayrus lib.3. de cenſuris cap.28. num.25. ad finem.* & alij communiter.

Primū genus perſonarum, quod poteſt abſolui ab Epiſcopo, etiā pro mediocri per-
426 cuſsione, eſt Clericorū ſimul in aliquo collegio viuentium, ita habetur in *cap. quoniam de vita, & honeſtate Clericorum.* vbi expreſsè S. Pontifex indulget, vt Epiſcopus poſsit abſoluere Clericos cōmuniter viuētes pro manuū iniectione in ſocium, niſi fuerit atrox, & licèt ibi *gloſa finalis* velit, S. Pontificem talem indulgentiā tantum concedere Regularibus, quia ipſi ſimul viuunt, & dormiunt. Contrariū autē ſupponunt cōmuniter DD. omnes, qui tractant de hac materia, & in ſpecie notant *Butrius num.* 12. *& Acharanus num.*9. *in eod cap. quoniam*, qui ſubdunt, hoc priuilegium eſſe etiam Clericorū communiter viuentium, quia communio facile ſolet excitare diſcordiam, & ideò citius ſuccurrendum, *l. cum pater §. dulciſſimus, ff. de legatis* 2. & confirmant etiā ex eo, quòd illa decretalis ſit directa Epiſcopo, qui eſt ſuperior Clericorum, & non Regularium. Vn-
427 de pro Clericis cōmuniter viuentibus, intelligi debent Clerici quicunque, qui collegialiter de redditibus communibus viuunt, & ſic benè *Molina tom.4. diſp.*62. exēplificat non ſolum *in commorantibus in ſeminarijs, & in collegialibus collegiorum vniuerſitatum*, ſed etiā *in pueris miniſtrantibus in Eccleſia Cathedrali* (vel alia Eccleſia, addo ego, vt eſt Neap. Eccleſia D. Mariæ Annunciatę, Incurabilium, &c.) *qui ibi communiter viuunt, & ſubſtentantur de redditibus ab ea ea Eccleſia, ad id deputatis, imò etiam in Clericis, qui in domo cōmuni viuunt, ſub aliquo moderatore eorum, eſto ipſi ad ſuam ſubſtentationem contribuant, vt ſunt conuictoria ſcolaſticorū*, vulgò dozzene, nā in omnibus iſtis militat ratio, de qua ſup. .ſ. quòd maiorē multò occaſionē habeant, ſę inuicem percutiendi, quam habeant alij, durumque eſſe illos remittere ad Sedem Apoſtolicam prò percuſſione, quæ non ſit atrox, & enormis, ſed tātū mediocris, intellige quādo dicti pueri, qui percutiunt, iàm ſunt puberes, quia ſi impuberes, poſſunt ab Epiſcopo abſolui, etiam quando in tali ætate grauiter percuſſerant, & ſic à percuſſione enormi, item etiam quādo pueri, qui percutiuntur non ſolum geſtent habitum, & tonſuram clericalem, ſed etiam ſaltem prima tonſura ſint initiati,

quia

Digitized by Google

quia aliàs illos percutientes, nullam incurrunt excommunicationem, vt patet ex dictis ſupra,ſuis locis. Et nota,quòd quando in
428 tex.eſt ſermo de ſocio, reſpectu percuſſoris,non opus eſt,quòd etiam ille ſit initiatus ſaltem prima tonſura,cùm ſufficiat,quòd ſimul viuant, tamquam eiuſdem collegij, ſeminarij,vel conuictorij ſocius, vndè ſi aliqui laici conducti ibi eſſent ad ſeruitium dictorum locorũ (vt dixi in facto) & mediocriter ſe inuicem, vel aliquem de collegio, aut ſeminario, percuterent, non gauderent hoc priuilegio; niſi mutato etiam habitu ipſi deſeruirent, quia ſic haberentur, vt conuerſi Eccleſiarum ſæcularium, qui vt dixi etiam ſuprà,gaudent priuilegio canonis,& per cõſequens percuſſio facta in perſonam Rectoris ipſius collegij,iuxtà ea,quæ dixi ſuprà de circunſtantia perſonæ, hic non includitur, quia quando percuſsio excedit limites percuſſionis leuis, ratione perſonæ, nunquam eſt mediocris, ſed ſemper iudicanda grauis.

Secundum genus perſonarum, quod poteſt abſolui ab Epiſcopo à percuſſione me-
429 diocri, eſt ianitorum, ſeù oſtiariorum alicuius poteſtatis,ſiuè eccleſiaſticæ,ſiuè ſæcularis,(vt explicant cõmuniter DD.argum. *c. ſolitæ de maioritate, & obedientia*, & in ſpecie *Antharanus in infrac.cap.ſi vero,& Alex. de Neuo in add.ad Panorm.eod.in loco lit.H,*)
430 qui prætextu ſui officij cuſtodiendi ianuã, vel alium locum, vel rem ſibi commiſſam Clericum percutiunt,vt habetur in *cap.ſi verò el primo de ſententia excommunicationis, in principio. Silueſter abſolut.4. num.3. caſu 12.* & alij Doctores omnes, qui tractant de hac materia.

Tertium genus perſonarum, quòd eodẽ modo poteſt abſolui ab Epiſcopo à medio-
431 cri percuſsione, eſt officialium laicorum, qui turbam irruentem arcendo, Clericum percutiunt, vt habetur in ſuprà proximè citato *cap. ſi verò poſt principium, de ſent. excomm.* vbi *gloſa verbo officialis*,exponit *iudex, vel apparitor alicuius poteſtatis,vel Principis.* ideſt vt ſubdit *Silueſter abſolutio 4.num.8. is qui reos ad iudicium cogit*, qui alio vocabulo ſatelles,vel littor, (ſeù vt Hiſpanè dicitur *Alguazil*, vt per *Molinam loco infr.cit.* Italicè *Agozino, Barricello*) appellatur. Et quia Summus Pontifex in prima parte *dicti cap.ſi verò*, quando loquitur de ianitore, dicit,quòd ſi *prætextu ſui officij malignatus Clericum læſerit, ab Epiſcopo ſuo poteſt abſolui,* quòd verbum *malignatus exponit gloſa ibid.*
432 *verbo abſolui*, de eo, qui animo iniuriandi hoc fecit,ſeù vt explicant alij Doctores, qui ex intento,animo iniuriandi percuſsit: ita *Silueſter loco ſuprac.verſ.12.caſus, Sayrus lib.3. cap.29.num.27.& Reginaldus lib.1.ſub num. 151.* ſeù vt egregiè poſt *Suarez*,declarat *Filliuc.tract.15.de cenſuris num.39.* quòd percutiens,non ex mala intentione,ex odio, vel malitia (vt aliqui Canoniſtæ dixerant) *ſed ſi etiam dicta officia exercendo ad iram prouocati modum excederent, & voluntariè agnoſcentes,Clericum percuterent.* In ſecunda autem parte de officiali loquens,proteſtatur, illi nõ concedere hoc priuilegium, *niſi fortè turbã arcendo irruentem, non ex deliberatione, ſed fortuito caſu Clericum lædat*, quòd vt explicat *gloſa* ibi *verbo fortuito*, quia debuit præuidere an ex facto ſuo potuit iniuriam irrogare, ſeù vt ſubdit *Reginaldus ſup. num.248.* quòd peccauerit dictus officialis tantum *propter non adhibitam, quam debuit, & quam potuit diligentiam, in cauendo ſibi ab iniuria inferenda*,eſtque idem cum eo dixit *Molina*
433 *t.4.diſp.62.ad finem.* manus inaduertenter inijceret in eccleſiaſticum, cæterum non ſinè culpa, quia aduertere debebat percutere eccleſiaſticum. Colligitur differentia inter ianitorem,& officialem ad hoc, vt illos poſſit Epiſcopus abſoluere à mediocri percuſ-
434 ſione, huius differentiæ rationem nititur in medium afferre ex authoribus, quos huc uſque legi,ſolus *Butrius in d.cap.ſi verò n.10.* quòd ſcilicèt ad hoc faciendum primo caſu neceſsitabatur ex qualitate officij,in ſecundo autem fortè ad hoc non neceſsitabatur, ſed iudicio meo ratio differentiæ eſt, periculũ,quòd in laico poteſt eſſe vſurpandi iuriſdictionem in perſonam eccleſiaſticam, & quia in oſtiario nulla eſt iuriſdictio, in officiali verò ſupponitur, quòd ſit iuriſdictio, qua vt dixi præſupponitur,illum habere munus cogendi ad iudicium, vel vt ait *Molina loco ſuprac.* comprehendendi, ac puniendi tãquã poteſtas ſæcularis. Quod clarè voluit ſignificare *Panormitanus in cit.cap.ſi verò n.3.* ibi *officialis laicus inijciens manum in Clericum deliberatè nullo modo poteſt ab Epiſcopo abſolui,quia delictum non leue,cùm non ſolum inferat iniuriam;imò vſurpat iuriſdictionem in Clericum*, & ſupponunt alij Doctores præcipuè *Silueſter ſup.nu.8.ad finem, & Molina cit.diſp.62. num.2.* dum primam partem ſecundi reſponſi S.Pontificis in *d.cap.ſi verò §.officialis*, vbi indiſtinctè reſeruatur eidem
435 S.Pontifici iniectio manuum facta ab officiali laico in Clericum, intelligunt, quando hoc hoc facit prætextu officij quaſi perſona publica, iuriſdictionem vſurpãs in Clericũ, *ſecus autem ſi vt à perſona priuata, & quaſi arcendo Clericum à re ſibi commiſſa vt ianitor* ita *Silueſter*,& clarius *Molina*, qui loquendo de iſto officiali infert, *ſi eam manuum violentarum iniectionem non efficeret tamquam perſona publica,ſed tamquam perſona priuata, ſtomacatus tãquã priuata perſona in eã perſonã eccleſiaſticam, abſolui poſſet ab Epiſcopo, ſi iniuria illata eſſet leuis.* Ex quibus etiam infertur,



Digitized by Google

tur, quòd ſi arcens turbam non eſſet apparitor, & ſic miniſter publicus, *Agozino, o alguazile*, vt vulgo appellatur, ſed tantum de-
436 putatus ad arcendā turbam, & ſi deliberatè percuteret Clericū, exercēdo ſuū officiū, poſſet abſolui ab Epiſcopo, non ſolum vbi percuſſio eſt leuis, vt vult *Molina*, ſed etiam ſi percuſsio eſſet mediocris, vt velle videtur *Siluester* in illis verbis ſuprà relatis, ibi *vt ianitor*, in fortiori caſu, quando licèt quis eſſe miniſter publicus, tamen nūc percutiat vt perſona priuata, & ratio eſt manifeſta ex
437 regula illa, quòd ceſſante præſuppoſito, ceſſat diſpoſitum. *gloſa in l. mancipia ff. de ſeruis fugitiuis, quam ad hoc allegat Rota p. 1. diuerſ. deciſ. 649. nu. 2. ad finem.* ſed ideò reſtringitur priuilegium in arcente turbam prò percuſsione indeliberata, & fortuita, quia præſupponitur, poſſe eſſe periculum vſurpationis iuriſdictionis, ergò quando ceſſat dictum præſuppoſitum in perſona priuata, & tantum deputata ad arcendam turbam, ceſſat etiā diſpoſitū, & per conſequens dicta reſtrictio, maximè quòd tunc nō videtur poſſe afferri aliquam rationem differentiæ inter ianitorem, & hunc officialem, niſi in nomine, quod ſcilicèt ille arceat ab ingreſſu, vel à re, aut loco ſibi commiſſo, hic vt viam aperiat, vel ab aliquo loco turbam arceat. Ex quibus patet, quomodo intelligendi ſint illi authores, qui eod modo loquuntur de ianitore, ac de officiali, vt *Nau. cap 27. ſub n. 9.* ibi *ianitor, ſeu exequutor, aut alius miniſter, qui vt cuſtodiat fores, aut cohibeat homines, manus infert Clericis abſque intentione ledendi, & ſi non ſinè culpa, & leſio eſt leuis, ac mediocris.* quē ſequitur *Villalobos p. 1. ſumma tract. 17. diff. 23. num. 3.* vbi loquitur de oſtiario, & ſubdit, illū excuſari quādo percutit *haziendo ſuo officio ſin animo de injuriar*, nam ſecundum quod loquitur tex. in *d. cap. ſi verò*, ly *ſinè intentione ledendi, & ſi non ſinè culpa*, & ly *ſin animo d'injuriar*, non habēt locū in ianitore, ſed in officiali, vt ſuprà explicaui, è contra *Egid. ConinK diſp. 14. n. 193.* ſimul vtrumque etiam caſum complectens, hæc verba ſcripta reliquit. *Sextò excuſatur oſtiarius, aut alius officialis, qui dum arcet turbam irruentem, Clericum fortuito caſu ledit, quòd ſi id faceret animo maligno ex propoſito ſcilicèt intendens Clericum verberare ſinè ſufficiente neceſsitate, videtur incurrere excommunicationem, ſed ſoli Epiſcopo reſeruatam, niſi grauiter percuſſerit*, quia vt habetur in eodem textu, & dixi ſuprà, animus malignus admittitur pro caſu de ianitore, itē ſequitur, quomodo explicandi ſint alij DD. qui vtrumq. nempè ianitorem, & officialem excuſant, vbi percutiunt ex cauſa officij, ita *Bonacina t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect. 5. num. 4. ad finem.* ibi *ſecundus caſus eſt de ianitore, aut officiali Principis, qui cauſa ſui officij, vel arcenda turba, leui, aut mediocri percuſsione, Clericum leſit, & c.* qui allegat ſuo more *Nau. Suar. Reginal. & Filliucq.* qui loquūtur vt ſup. retuli, quo modo loquendi vtitur etiam *Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. cap. 6. num. 10.* & ſi faciat mentionem tātum de oſtiario, neque hic modus loquendi diſplicet, ex quo, vt infrà dicetur, quando quis percutit ratione officij, ceſſat præſumptio doli, & per conſequens rarò, aut nunquam proceditur contra tales in foro externo. Nota ꝙ & ſi S. P. loquendo de officiali in ſecundo reſponſo *d. c. ſi verò*, non excipiat percuſsionem grauem, vt fecit in prima parte, tamen omnes Doctores conueniunt, vt patet ex eorum verbis ſuprà relatis, officialem ſcilicet percutientē vt ſuprà occaſione arcendę turbæ, poſſe abſolui ab Epiſcopo etiam ob mediocrem percuſsionem, nec eſt
438 qui contradicat, & meritò, quia ſequentia regulantur iuxtà pręcedentia *Rota apud Seraph. dec. 806. n. 2.* maximè quòd nō pōt conſiderari ratio diuerſa inter ianitorem, & officialem, quare ille arcens percutiendo ab ingreſſu poſsit abſolui à mediocri, & non etiā iſte percutiendo arcens turbam. Hac occaſione, quærunt Doctores, cui incūbat onus
439 probandi, an fortuitò, vel deliberatè officialis, vt ſuprà, percuſſerit arcendo turbam, ad hoc, vt declaretur excommunicatio Epiſcopalis, vel Papalis? *Innocentius in d. cap. ſi verò*, putat, incumbere ipſi Clerico percuſso, ex regula. Actore non probante, &c. Contrarium tamen probat *Panorm. ibid. num. 6.* quòd ſcilicèt onus probandi incumbat officiali præfato percutienti, quia præſumptio eſt contra ipſum, placet diſtinctio *Alexandri de Neuo in addit. ad eundem Panormitanum litt. H*, aut exercendo officium percuſſit, & tūc eſt vera opinio *Innocentii*, nàm ratione officij excuſatur quis à dolo præſumpto, niſi contrarium probetur, aut percuſsit non exercendo ſuum officium, quia v.g. non aderat turba, quæ arcenda erat, & tunc eſt vera opinio *Panormitani*, quia tunc præſumptio eſt contrà ipſum.

Quintò eſt tādem certum, quoslibet Confeſſarios poſſe abſoluere etiam ab enormi, & publica, ac quoq. vbi percuſſor fuerit notorius talis, vel pro tali declaratus, & denunciatus excommunicatus, parte tamen ſatisfacta,
440 tempore iubilei, ac etiam extrà dictum tempus, ſemel in vita, & ſemel in morte, habēs Bullam cruciatæ in illis locis, vbi illa viget. Prima pars iàm patet ex dictis à me in *tract. de iubileo p. 2. num. 48.* & 60. & proſequuntur poſt dictum tractatum à me editū *Bartolomeus de S. Fausto lib. 4. de indulgent. & iubileo q. 102. Boſſ. de iubileo ſect. 1. caſu 5.*
441 Secundā partē de Bulla cruciatæ, notat in terminis *Rodriquez par. 1. ſumma cap. 80. &*

*Vil-*

Digitized by Google

*Villalob.tr.17.diff.23.nu.11.* licèt ſit dubium apud aliquos authores, an facultas *huius Bullæ*, ſe extendat etiā vbi lis nō ſit finita, maximè ad finē, vt dicta abſolutio proſit quòad forū externū, vt dixi ſup. *recoll.n.792. & latius n.953.* quibus illic allegatis addo nouiſſimū *Manriq.p.1.ſuarum qq.moralium cap.18.* vbi ſupponens, eſſe validam dictam abſolutionē, quærit, an poſtea ſic abſolutus ſi cele-
442 brauerit, irregularitatem contraheret, qui concludit *nu.8.* quòd de rigore iuris, talis in foro fori contraxerit irregularitatem, niſi iudex aliud miſericors obſeruet, de qua re egi ſuprà *recoll.2.à n. 945.* vbi inter alios, allego *Dianā p.1.tr.11.reſol 26* qui *ad fin.d. reſolut.* in terminis noſtris loquendo, poſt *Acoſtā* probat contrarium, ex eo, quia abſolutio virtute cruciatę à cenſuris latis à iure, eſt valida, non ſolum in foro interiori, ſed etiam in foro exteriori, & hæc excommunicatio, quam incurrit percuſſor Clerici eſt à iure, quod confirmatur, nàm *Suarez to.5.diſp.7.ſect.5.num. 25.* quem ſuo more ſequitur, & ſi eum non alleget, *Alterius tom.1.lib.4.diſp.4.cap 4. dub. 1. verſ. reſpondeo.* expreſsè docet, abſolutū in foro conſcientiæ, re ipſa non eſſe amplius excommunicatum, & ideò poſſe ſe gerere tamquam abſolutum non ſolum in foro interno, ſed etiam in foro externo, ſi in illo foro conſtare poteſt de abſolutione obtenta, & hoc tàm ad finem, vt non poſſit cogi ad impetrandā nouā abſolutionē, quàm quòd excuſetur à pænis, quas *Prælatus* præſumere poſſet, illum incurriſſe ob actus geſtos in excommunicatione non impetrata abſolutione, quidquid contrarium doceant alij Doctores, quos in terminis noſtris loquendo, ſequitur *Molina tom.4 diſp.64. nu.10 ad fin.* Dixi *in foro interiori*, quia certum eſt, quòd
443 abſolutus in foro conſcientiæ, & ſi peccet publicè celebrando cum ſcandalo, non tamen incurrit aliquam irregularitatem; *Rodriquez tom.1.qq. Regular. quæſt.61.art.3. Bonacina de cenſuris diſp.1.q.3.p.10. Ioannes Valerus in ſuis differentijs inter forum fori, & forum poli, differentia 2. verſ. 4. effectus.* Ex eo autem, quod dicunt dicti authores, niſi miſericors iudex, &c. ſequitur eſſe verum, quod docet *Henriquez lib.7.cap.13. §.2. in cōmento litt.V.* poſt alios Doctores, quos citat, iudicē .ſ. poſſe admittere abſolutionem datā prò foro conſcientiæ (etiam in illis caſibus, vbi ex ſe non prodeſt pro foro externo) licèt
444 pars, vel fiſcus renuat; quidquid *Valerus loco ſuprac.* impugnet hanc doctrinā tāquā falſiſſimam, non ea ratione, qua contrà dictū *Valerum* inſurgit *Boſſius de ſubtileo ſect.1. caſu 28.num.8.* quæ non eſt generalis, ſed ex doctrina *Farinacci* poſt alios *p.1. praxis q.17. num.31.* qui diſtinctionis fœderè reſoluit illā ſatis inter Doctores controuerſam quæſtio-
445 nem, an in his, quæ ſunt arbitraria iudici, ſi iudex arbitretur, detur ab eius ſententia appellatio, ſeù an pōt de hoc redargui, & diſtinctio eſt iſta, quod opinio negatiua procedat in his, quæ ſunt parui præiudicij, opinio verò affirmatiua, quòd in his iudex poſſit in hoc redargui. & ſic quòd detur appellatio, procedat in his, quæ ſunt magni præiudicij, ſed in caſu noſtrò (dico ego) nullū parū præiudiciū fiſco fieri poteſt, etiam vbi ſumus in caſu, quòd lis finita non ſit, vt dixi loco ſupracitato, quia ſi adeſt aliquod præiudicium, illud fit iudici, vt loquuntur Doctores ibi citati, & quilibet poteſt cedere iuri ſuo. Quò verò ad partem offenſam, illi non poteſt inferri præiudicium, niſi quando non fuit ſatisfacta, iuxtà ea, quæ dixi ſuprà *recoll. 2.à num.922.& ſeq.* & tunc quia illi fit iniuria vt per *Conink, & alios, quos citat Diana p.5. tract 9. reſolut. 13.* habet locum, quòd dicunt *Doctores*, niſi pars inſtiterit, intellige prò ſatisfactione, concedo totū: nā à principio dixi, & latius *ead.recoll.2.à nu.958.* quòd illa abſolutio vigore iubilei, vel cruciatæ, aut alterius priuilegij in ſimilibus caſibus prodeſt in foro exteriori, quando fuit data, præcedente ſatisfactione partis, & ꝙ iudex tunc debeat declarare talem benè abſolutū, quando ſibi conſtat de ſatisfactione partis. Quod autem hoc ſit arbitrarium ipſius iudicis, patet ex modo loquendi *Doctorū*, nēpè niſi aliud *miſericors*, niſi aliud *benignus* iudex, &c. Item *ſi videbitur ipſi iudici*, quę omnia ſignificant id remitti arbitrio iudicis, & ſi regulato à iure, argumento notatorum per *Graſſium in proœmio tract. de arbitrarijs Confeſſariorum num. 2.* & latius per *Menoch. in principio ſui tract. de arbitrarijs iudicum.*

*De aliquibus impedimētis in particulari, in quibus Epiſcopus poteſt abſoluere etiā ab enormi publica percuſſione Clerici.*

LIcèt ſuprà *num.424* dixi conceſſionem iſtam abſoluendi legitimè impeditos factam Epiſcopis à iure, in praxi non ſeruari, vbi ſuppetit tempus reſcribendi S. Pænitentiariæ, & expectandi ab ea abſolutionem, ex eo tamen, quia in prællegatis iuribus tribuitur hęc facultas ipſis Epiſcopis, & in rigore, dicta praxis hoc caſu, vbi ſumus in fa-
446 cultatiuis, nunquam fuit præſcripta, neq. poteſt præſcribi, vt ſępè Rota Romana tenuit, loquendo de pręſcriptione (cuius vim habet ipſa praxis, ſeù obſeruantia iuxtà *deciſ. Putei 15.lib.3.*) *Seraph. deciſ.716. num.15. & 813. ad finem.* quòd maximè habet locum in caſu noſtro, vbi dicta facultas Epiſcopis competit per modum iuris, vt per eadem Rotā apud eundem *deciſ. 323. n.2.* item quia vbi verba ſunt clara non attenditur obſeruantia, eadem Rota apud *Coccinum deciſ. 203.n 15.* per conſequens non videtur adepta facultas



Digitized by Google

cultas Epiſcopo, ſi vult quin poſſit vti dicta conceſſione, & ſaltem ex quo non ſufficit reſcribere de hoc caſu S. Pœnitentiariæ, ſed neceſſe eſt, quòd ipſe percuſſor accedat perſonaliter ad petēdam dictā abſolutionē, vel afferre, & ꝓbare aliquod impedimentū,
447 quare non poſſit perſonaliter ſe conferre in vrbem, vel coram legato, vt per *Duard. lib. 3. in Bulla cœna* § 2 *quaſt.* 10. *num.* 31. vbi hoc dicit eſſe ſpeciale in excommunicatione ob percuſſionem Clerici, per tex. in *cap. quòd de his de ſent. excommun.* & teſtatur de praxi Pœnitentiariæ *Filliucc. tract.* 15. *cap.* 1. *nu.* 45. Non erit inutile diſſerere hic de his pedimentis.

Suppoſito igitur, quòd ab enormi percuſſione, ac mediocri (quando nō ſunt perſonæ priuilegiatę, quas abſoluūt Epiſcopi) abſol-
448 uat S. Pontifex, vel eius Legatus à latere vt habetur in *cap. ad eminentiam de ſentent. excommun.* Qui Legatus, vt habet ibi textus, licèt ad hoc non habeat mandatum ſpeciale, abſoluere poteſt ab hac excommunicatione *& hoc ex officio legationis*, vt ſubdit gloſa ibi. *v. pro tempore*, & ſic etiam illo caſu, quo Papam quis adire poſſet, quę *gloſa* declarat, id dicto Legato licere ſtatim, *poſtquam egreſſus eſt vrbem, quouſq; reuerſus eſt, licèt iuriſdictionem non habeat, niſi in ea prouincia, quæ ſibi decreta eſt*, ꝙ ſignificat, Legatos poſ-
449 ſe abſoluere nō ſolū illos de ſua prouincia, ſed etiam omnes alios ad ſe accedentes, & non ſolum intrà fines ſuę prouincię, & durante legatione, ſed etiā finita legatione vſque dum vrbē inrgediuntur, dumodo illā legationem nō finierint per reuocationem illius, factam à S. Pontifice, *Molina tom.* 4. *diſp.* 58 *num.* 7. *Naldus verbo legatus num.* 12. in quo differunt ipſi Legati à latere ab alijs Legatis nō à latere, ſed miſſis, quibus cōmiſſa eſt aliqua ꝓuincia, qui nō poſſūt abſoluere niſi illos, qui ſunt de ſua ꝓuincia, & intrà fines eiuſdem prouinciæ, vt habetur in *c. penult. ex. de offic. legati*, vbi expreſsè ſubdit S.P. hāc facultatē nullo modo ratione officij cō-
450 petere Legatis Natis in ſua ꝓuincia, vt ſūt qui ratione ſuę Eccleſiæ habent hāc dignitatē, vt ſunt Archiepiſcopus Piſarum in Italia, Remenſis in Gallia, Cantuarienſis, & Eboracenſis in Anglia, & alij de quibus per *Azorium p. 2. lib. 5. cap.* 27. de iſto triplici genere Legatorum agit *gloſa in d. cap. pen. verbo cōmiſſa*, vbi cōcludit, quòd *propriè dicuntur, Legati de latere, domini. Papæ, Cardinales tantū* concordant *Naldus ſupra c. num.* 12. *Graff. in additam ad primam p. lib.* 2. *cap.* 49. *nu.* 58. *in princ. & Molina t.* 4. *diſp.* 58. *n.* 1. vbi pro legatis miſsis, intelligit Nuncios Apoſtolicos, prout etiā loquēdo in materia impoſitionis penſionis in beneficijs, interpretatur *Azor. p.* 2. *lib.* 8. *c.* 6. *quaeſt.* 3. & ſic ſecundū hos auctores, (quidquid ſit de praxi) dicti Nuncij
451 poſſunt iure proprio abſoluere ab iſta excōmunicat. perſonas eius prouincię, cuius ſunt Nuncij, & intra ipſam prouinciā, quòd intelligo eſſe verum etiam quando haberent facultatem Legati à latere, quia per hoc non poſſent abſoluere extra prouinciam, & non ſubditos, quia dicta facultas intelligi debet intra ſuam prouinciam, & ergà ſubditos ipſius, & non vltrà. Dixi *ab iſta excommunicatione*, quia quidquid ſit, an Legati à latere poſſint abſoluere eodem modo ab alijs excommunicat. vt dixi ſup. *recoll.* 2. *nu.* 902. quibus illic allegatis, addo *Graſſium de* 5. *caſibus lib.* 2. *cap.* 9 *nu.* 32. contrà id, quòd aſſerit in additam *ad p.* 1. *lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 4. *Suar. tom.* 5. *diſp.* 22 *ſect.* 1. *n.* 60 & alij. Certum eſt, Nuncios Apoſtolicos niſi aliud habeant in facultatibus non poſſe abſoluere ab alijs excommunicat. ex alia cauſa contractis, niſi ratione impedimenti, & ſic ad tempus, vt per *Nau. conſ.* 45. & 49. *num.* 6. *de ſent. ex comm.* vbi loquitur de abſolutione excommunicationis ab homine, quæ regulariter abſoluitur ab ipſo excommunicatore, vt loco ſuo fuit dictum; Quòd autem dicta facultas cō-
452 petat Legatis à latere etiā pro mutilatione, & homicidio Clerici, notat *Graſſius loco ſupra c. num.* 5. vbi *num. ſeq.* ſubdit, quomodo intelligatur id, quod Doctores paſsim dicunt, & teſtatur *Naldus in addit. ad cit. n.* 12. dictam ſcilicèt facultatem competentem Legatis à latere abſoluendi excommunicatos pro iniectione manus violentæ in Cle-
453 ricos, procedere etiam in foro exteriori, quòd ſcilicèt intelligatur propriè de abſolutione data intrà ſuam prouinciam, vbi exercet iuriſdictionem contentioſam, non autē de data extra prouinciam vbi exercet tantum iuriſdictionem voluntariā, ſed ex hoc non ſequitur quòd abſolutio data ab ipſo Legato exercendo iuriſdictionem voluntariā, nō poſſit prodeſſe etiā quoàd forū externum, cùm de iure, illi concedatur abſoluere etiam percuſſionē publicā eodem modo quo abſoluere poteſt Papa, ad quod ſufficit, ſi non fuerit abſolutio data tantum quoàd forum conſcientiæ. Quòd autem dictus Legatus à latere non poſſit abſoluere eum,
454 qui eundem Legatum à latere, vel alium Cardinalem percuſſit, notat poſt *Alterium Naldus ſupra c. num.* 12. ſed contrarium vide apud *Graſſium p.* 2. *deciſ lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. Cùm autem hęc facultas ordinario iure, vt dixi, competat iſtis Legatis, non eſt dubium, poſſe hanc alijs delegare, ſeù per alios abſoluere dictos percuſſores Clericorum, vt notant communiter Doctores per tex. in *cap. fin. de offic. ordinarij*, qui ead. ratione ſubdunt, dictam facultatem ipſorum Legatorū non ceſſare per mortē Papæ *c. Legatos de officio Legati in* 6. Summus etiam Pœniten-

ten-

Digitized by Google

455 tentiarius, cuius iuriſdictio non finitur
morte Papæ. *Clem. Romani de electione* abſol
uit ſicut ipſe Papa à percuſsione quantum-
uis enormi, vt ſupponit *Filiucc. tract.* 16. *n.*
45. *quæſit.* 10. vbi ponit praxim, quam obſer-
uat Pænitentiaria, in tali abſolutione impar-
tienda, & reaſſumit *Bonacina tom.* 3. *diſp.* 2. *q.*
3. *p.* 0. *ſect.* 5 *ad finem*. Circà quam praxim ad-
uertendum, quòd antiquitus abſoluebat ab
hac excomm. Summus Pænitentiarius etiã
quòad forum externum, viuo ipſo Papa
456 ſed poſtea Pius Quintus dictam facul-
tatem reſtrinxit ſolum quòad forum in-
terius, vt poſt *Nau.* notat *Megalius p.* 3 *lib.* 1.
*c.* 7. *n.* 3. qui tñ ſubdit, poſt dictã reſtrictionẽ
aliquando per litteras S. Pænitentiarij datã
abſolutionem in vtroq. foro. Dixi, *viuo Pa-
pa*, nam poſt mortem Papę, eſt certũ hoc face-
re poſſe quòad vtrumq. forum, vt ſupponi-
tur in *cit. clem. ne Romani de elect.* reſtrictio. n.
facta à Papa intelligitur eo viuente, non eo
mortuo, vt dicitur de Vicario Capituli ſe-
de vacante. *Megal. ſup. n.* 7. Hoc tñ eſt certũ,
ꝙ qñ quis eſt declaratus excõmunicatus ob
hanc caſam ab Ordinario, declarãdo abſolũ
tionẽ pertinere ad S. Pontificẽ, (quo caſu ip-
ſe Epiſcopus non poteſt ſe amplius in ea in-
tromittere) talis debet accedere ad vrbem,
ſi non eſt impeditus, & tunc abſoluitur à
Pænitentiaria, cum conditione, quòd pareat
ſententiæ Ordinarij latę, vel ferendæ, & ꝙ
ſi parere contempſerit, reincidat in eandem
excommunicationem, vt teſtatur *Filiucc.
loco ſuprac.* Si autem eſt impeditus debet af-
ferre cauſam impedimenti, ſiuè perpetuum
ſiuè temporale, & tũc cõmittitur abſolutio
eidem Ordinario, iuxtà ea, quæ dixi ſuprà
*recoll.* 2. *ſub num.* 97. Quando verò non eſt
declaratus, tunc ab ead. Pænitentiaria abſol-
uitur, ſatisfacta parte in foro conſcientiæ,
quòd ſignificat, vt in loco, vbi tale crimen
notum eſt, non ſe habeat pro abſoluto, quòd
eſt idem, quàm vt non proſit dicta abſolu-
tio quòad forũ externum. Eodẽ etiã modo
Regulares quòad forum conſcientiæ poſſe
457 dictos percuſſores etiam publicos abſol-
uere, dixit *Nau.* quem retuli *ſup. p.* 2. *recoll.*
10. *num.* 14. vbi quòd hodie dicta opinio nõ
practicatur in Italia ob Decretũ Clem. VIII.
ſed benè extrà Italiam, vt per *Portellium in
dub. regul. v. caſus reſeruatus n.* 8. *& v. Con-
feſſarius quòad ſæculares n.* 22. quẽ in terminis
probat *Villalob. p.* 1. *ſumma tr.* 19. *diffic.* 7. *n.* 23.
*ad fin. remiſsiuè* & ſic intelligas *Molinã ſuprac.
diſp.* 64. ſimpliciter id tribuens Regularibus.

Deuenio nũc ad impedimentorũ magis in
praxi frequentiũ enumerationẽ, ac declara-
tionẽ. DD. n. magis cõmuniter omnia impe
458 dimenta complectuntur his verſibus.

*Regula, mors, ſexus, hoſtis, puer, officialis,
Delicioſus, inops, eger, ſeneſq. ſodalis,
Ianitor, adſtrictus, dubius, cauſa, leuis ictus
Debilis, abſolui ſine ſumma ſede meretur.*

ita *Silueſt. verbo abſolut.* 4. *num.* 3. *Sayrus lib.*
3. *cap.* 28. *à num.* 10. *Reginaldus lib.* 1. *a num.*
242. *& Belletus p.* 1. *ſuæ diſquiſitionis Cleri-
calis tit. de fauore Clericorum canonis §.* 3. Alij
vt *Filliucc.* omnes iſtos caſus, reducit *tom.*
1. *tract.* 15. *à num.* 37. ad tria capita, quæ in-
nuuntur in *cap. quamuis* 58. *de ſent. excom.*
Primò ſcilicèt ad impedimentum corpora-
le, ſub quo reducit articulum mortis, inimi-
citias graues, paupertatem, egritudinem, ſe-
nectutem, debilitatem, cecitatem, &c. ſecun-
dò ad impedimentum canonicum, quo aſ-
ſerit, laborare ſeruos, & filios familias, exer-
centes munus publicum, & habentes aliam
iuſtam cauſam arbitrio boni viri. Tertiò ad
impedimentum ex iuris beneficio, quo gau-
dent mulieres impuberes, officiales arcen-
tes turbam, oſtiarij, Clerici ſimul viuentes,
Regulares, & nobiles viri, ac delicati. Alii
tandem indiſcriminatim illos declarant, ita
*Suarez tom.* 5. *diſp.* 22. *ſect.* 1. *Graſſius p.* 2.
*deciſ. lib.* 3. *cap.* 6. *Conink diſp.* 14 *num.* 240. *&*
459 *Molina t.* 4 *diſp.* 64. Ego autẽ omnia impe-
dimenta, quæ vera ſunt impedimenta, ex
quibus excuſatur quis adire perſonaliter S.
Pontificem pro abſolutione, & per conſe-
quens poteſt vel abſolui ab Epiſcopo, vel pe-
tere per litteras dictam abſolutionem à S.
Pontifice, vt dixi ſupra, (miſſos faciendo il-
los caſus, in quibus Epiſcopi aliquas perſo-
nas priuilegiatas abſoluũt à mediocri, quos
caſus authores confundunt cum impedi-
mentis, item articulum mortis, & ætatis pue
rilis, de quibus ſup. *quæſit. præced.*) Diſtinguo
inter expreſſa à iure, & non expreſſa à iure,
item vtraque in perpetua, temporalia, &
anomala.

Primum impedimentum à iure expreſ-
ſum, & perpetuum eſt *ſexus*, habetur *in cap.
quamuis* 58. ibi *ſexus* fragilitate, quo intelli-
guntur mulieres *c. mulieres* 6. *& c. ea noſcitur*
13. *eod. tit. de ſent. excõm.* & quia abſolutè di-
cta iura loquuntur de habentibus fragilita-
tem ſexus, & de mulieribus, non diſtinquen-
do an ſint ſui, vel alieni iuris, fortes, aut debi
les, viduæ, aut maritatæ, diuites, aut paupe-
460 res: ipſæ cuiuſuis ſtatus ſint & conditionis
ab Epiſcopo loci poſſunt abſolui, & quia
ſemper in ipſis periculosũ eſt vagare, & viro-
rũ cętibus ſe immiſcere, d. abſolutio datur
ſimpliciter ab eod. Epiſcopo, & nõ ad reinci
dentiam. *Nau. cap.* 27. *num.* 88. *Angelus excõ-
municatio* 5. §. 13. *Sayrus lib.* 3. *cap.* 28. *nu.* 18.
*cum alijs*, quos refert, & ſequitur *Barboſa de
officio & poteſtate Epiſcopi allegat.* 41. *nu.* 30.
*Suarez tom.* 5. *diſp.* 22. *ſect.* 1. 1. *num.* 67. & Do-
ctores communiter *in dicto cap. mulieres*, vt
per *Graſſium p.* 2. *deciſ. lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 20.
*& duobus ſequentibus.* vbi quòd conſuetudo
vni-

Digitized by Google

vniuerſalis approbat hanc expoſitionẽ, quòd Epiſcopi, omnes fœminas abſoluunt etiam ab enormi leſione, quæ conſuetudo hanc dare potuit iuriſdictionem ipſis Epiſcopis. Quòd multò magis dicendum eſt de mo-
461 nialibus non ſolũ vt mulieres ſunt, prout dixit *gloſa finalis in cap. de monialibus 33. eod. tit. de ſentent. excomm.* qua ratione continentur, & à fortiori mulieres exiſtentes in conſeruatorijs, non obligatas ad aliquam clauſuram, ſed etiam quia profitentur perpetuã clauſurã, vt notant Doctores ibi communiter. Aduertite, *gloſam ibid.* aſſerere, quod Epiſcopus in cuius diœceſi eſt monaſterium abſoluit moniales, vt Delegatus Papæ, quòd non eſt verum hodiè, ex quo ſublata etiam fuerunt ex littera d. tex. illa verba (vt authoritate noſtra) vndè abſoluit ſuo iure, vt benè admonet *Ioannes Andreas in d. cap. de monialibus*, ex quo etiam ſequitur, quomodo ſit verum aliud dictum ipſiuſmet *gloſa*, quòd ſcilicèt Epiſcopus *abſoluit moniales omnes tàm exemptas, quàm non exemptas*, quã ibi ſequitur *Panorm. num. 5. Silu. abſolut. 5. dub. 4.* & alij, quos probat *Barboſa ſup. num. 10.* quia vt notat *Reginald. lib. 1. n. 246. ad finem, poſt Angelum.* accipi debet, vbi aliter in
462 priuilegijs, ſeù exẽptionibus nõ caueatur, nẽpè vt non niſi per aliquem eiuſdẽ ordinis abſoluantur, prout Generalibus, & Prouincialibus, & iſtis mortuis, vel amotis eorum Vicarijs & Confeſſarijs ab iſtis deputatis conceſſũ eſt, poſſe abſoluere moniales, earũq. nouitias ſibi ſubditas ab omnibus peccatis, & cẽſuris, à quibus poſſunt abſoluere ſuos Religioſos, vt poſt *Ioannẽ Cruz lib. 1. c. 6. dub. 13. concluſ. 4.* dixi ſuprà *p. 2. recoll. 11. nu. 191.* Vndè citati authores poſſunt explicari hoc modo, quod Epiſcopi non priuatiuè, ſed cumulatiuè, prout dixi *ſuprac p. 2. recoll. 9. num. 76.* poſſint abſoluere dictas moniales, quia Prælati Regulares poſſunt omnia cum ſuis ſubditis etiam monialibus, quæ poteſt Epiſcopus cum ſuis diœceſanis. ita *Portellius v. Pralati poteſt is ad abſoluendũ n. 21. ad finem.*

Secundum impedimentum à iure expreſſum iuxtà ordinem *cit. cap. ea noſcitur, & in cap. quod de his eod. tit.* eſt ſenectus, quæ etiã excuſat à voto peregrinationis, *cap. magna ibi. verum ætatis, &c. de voto, & voti redemptione*; & nota quòd cõcordant DD. Primò,
463 hoc impedimentum eſſe perpetuum, vt per *Sayrum cit. cap. 28. nn. 25. ad finem.* & meritò, quia ſenectus ipſa morbus eſt inſanabilis, vt dixit *Seneca*, & refert inter alia notabilia circà hanc materiam *Ludouicus Gomeſius in regula cancellariæ de infirmis reſignãtibus q. 7. in principio*, & latius habetur per *Paleottum in tract. de ſenectute, & Monteleonem in tr. de priuilegiis ſenectutis*, quidquid *Groſſius p. 2. lib. 3. cap. 6. num. 27.* dicat, quòd eò quia ſenex poteſt inuenire Legatum per locum ſuum tranſeuntem, vel Papa poteſt transferri ad locum ſuum, hoc impedimentum non ſit perpetuum, ſed anomalum, nã hæc ratio corruit ex dictis *ſup. num. 418.* & ex regula quòd lex reſpicit, quę frequenter, & non quæ rarò accidunt. Secundò etiam concordant, quòd arbitrio Epiſcopi remittatur, quis hoc caſu dicatur ſenex, ita *Sayrus cit. num. 25 Barboſa cit. alleg. 41. nu. 28* ſeù vt dicit *Siluester abſolutio 4. n. 3. verſ. Decimus, quando ratione ætatis periculosè tale iter aggrederetur*, & proſequitur *Reginaldus ſuprac. lib. 1. num. 250. ad finem.* Sed ego ſemper defendi, hoc procedere de conſtitutis in anno 50. vſq. ad 70. & ꝙ poſt annũ 70. (cùm quis tunc propriè dicatur non ſolũ
464 ſenex, ſed ſenio confectus, vt poſt quandam gloſam, dicit *Silueſt. loco ſuprac.* ſeù vt alijs allegatis *Grammaticus deciſ. 34. ſub n. 5.* quòd ſcilicèt poſt 70. annos quis nõ dicatur ſenex, ſed decrepitus. & clarius *Natta conſ. 559. n. 5.* ibi *qui ſeptuaginta annos cucurrit dicitur eſſe in ſenio, & decrepita ætate, quæ eſt omnium aliorum ætatum terminus.* allegans *gloſam in prohemio in 6. verbo præfectus, Archid. & Ioannem Andream in cap. 1. verbo ſenio de Cler. ægrot. in 6. Cinum in l. ſenium Cod. qui teſtamenta facere poſſunt, & alios,*) non ſit opus aliquo arbitrio Epiſcopi, vt in caſu & an ſenex poſſit carcerari pro debitis, cuius opinio ꝙ hodiè non ſeruetur, dixit *Ozaſcus deciſ. pedam. 123.* loquendo, dixit *Panormitanus in cap. quoniam frequenter ſub num. 18.* vbi refert varias opiniones circà hoc, quis dicatur ſenex, *de litis conteſtatione*, ibi *ego puto quòd in ſeptuagenariis, & ſuprà debet ſeruari diſpoſitio huius cap. quia à 70. annis incipit ſenium, & aliorum ætatum terminus, & ſic cum valdè propriè in tali ætate dicantur ſenes, ſeruari debet diſp. cap. nec in illa ætate, & ſuprà relinquam arbitrio iudicis, quia ſatis hoc eſt expreſſum, & quantumcunque quis ſit benè complexionatus, timere debet abindè mortem*, hucuſque *Panormitanus*, cuius verba benè poſſunt adaptari caſui noſtro. cũ in *cit. cap. ea noſcitur*, fiat mentio de ſenibus, & in *cap. quamuis* de ſenili ætate imminente, & in *cap. quod de his*, de ſenectute tanta grauatis, & etiã quia omnes DD. ſupracitati cõmuniter docent, ſenes excuſari, vt ſuprà, etiã ſi ſint fortes, & robuſti, quòd non poteſt dici
465 de ſenibus impropriè dictis ante dictam ætatem, & ſic intelligo alios Doctores, qui coniungunt ſimul verba *d. cap. ea noſcitur*, ſenes, & valetudinarij, ita *Silu. ſuprac. verſ. Decimus*, quaſi dicant, quòd quando quis nõ attingit ſeptuageſimnm annũ, tunc ſola ætas non excuſat, niſi etiam ſit ſimul valetudinarius, & quoniam vt intrà dicetur, relinquitur arbitrio Epiſcopi, quis valetudinarius

Digitized by Google

rius reddatur impotens ad iter agendum,
ideò etiam ſubdunt, remitti arbitrio Epiſco-
di à 50. ad 70. annũ, quis dicatur ſenex, hãc
opinionem poſt hæc ſcripta, & lecta, reperi
docere *Boſſium in ſuo tract. de iubilei tripli-
ci gratia ſect 4. caſu 22. num.* 110. vbi etiã pro-
466 bat, quòd talis ſenex veniat appellatione
infirmorũ in diplomate Vrbani VIII. iubilei
pro perſonis impeditis anno ſancto 1625. Ro
mã adire. Contrà id, quod ego probaui *p.* 1. *de
iubileo nu.* 172. ſed ſi benè conſiderentur ver
ba à me ibi poſita, vbi tantum dico, quòd
*dicit ſenectus ſit ſpecies infirmitatis* (& per cõ-
ſequens ſenes venire appellatione infirmo-
rum, & nititur ibi fuſius probare *Boſſius
à n* 97 quòd neq. eſt certum, quia vt poſt *Fe
linũ*, ait *Graſſius lib.* 2. *de arbitrarijs Confeſſa
riorum cap.* 27. *num.* 13. dictum *Abbatis*, quod
467 ſtatutum loquens de infirmis, habeat
locum in ſenibus, eſt valdè dubitabile.) *ta-
men non per hoc ſenes dicantur propriè infir-
mi, itaut ob iſtam ſolam cauſam* veniant in di
cto diplomate appellatione infirmorum, idẽ
ſignificant cum verbis ipſius *Boſſij ibi d. n.*
130. vbi probat opinionẽ affirmatiuã, per
quæ concludit, in *dicto diplomate contine-
ri graui ſenio confectos, qui ob ingraueſcentem
ætatem non ſunt habiles ad ſuſcipiendum lon-
gum iter abſque euidenti, & probabili pericu-
lo vitæ, vel damni notabilis vitæ corporalis*, nã
ſenex, tunc, vt patet, nõ ob ſolã ſenectutẽ ex-
cuſatur, ſed ob aliã cauſam *inhabilitatis &c.*
ac qua ratione dicitur non ſolum ſenex, ſed
etiam infirmus diuturnus, vt dicitur in di-
cto diplomate, ſeu vt alij dicunt valetudi-
narius, prout fatetur idemmet *Boſſius eodẽ
loco ad finem.* ibi *demum tunc ſenex dicitur
infirmus, valetudinarioque equiparatur, quã-
do illi negotio, de quo agitur, non plus ſupereſ-
ſe poteſt, vel eſt equè impotens, & inhabilis,
ac valetudinarius ipſe.* allegans *Menoch. mo-
netã, & Pariſiũ*, fauet *Rota in nouiſſ. p.* 3. *lib.* 3.
*deciſ.* 271. *nu.* 7. vbi quòd ſenes niſi ſint vale-
tudinarij, non dicantur impediti, neque de
iure, neque de facto: refert *Riccius in colle-
ctan. deciſ. collect.* 1862. item eadem *Rota de-
ciſ* 9. *ſub tit. de iudicis in nouis.* vbi quòd ſe-
nes robuſti, ac potentes ad laborandum, &
468 iteragendũ non excuſantur à perſonali
comparitione, quia hæc duo coniunctim
requiruntur; quòd ſint ſenes, & valetudina-
rij, &c. vbi loquitur *Rota de octogenarijs.* Ne
que id facit cõtrà caſũ noſtrũ concludentẽ,
quòd ſenes ſeptuagenarij etiam fortes, & ro-
buſti excuſentur à comparitione coram S.
Pontifice pro abſolutione ab excommuni-
catione, vt ſuprà, quia ſenex non habet pri-
469 bilegium, niſi in caſibus in iure expreſsis
vt probat *Ozaſcus in cit. deciſ. pedam.* 123. &
refert *Riccius loco ſuprac.* cum igitur in iure
non ſit expreſſus caſus comparendi in iudi-
cio, ſicut eſt expreſſus caſus comparendi
pro abſolutione, nihil mirum ſi eo caſu re-
quiratur quòd ſimul ſit valetudinarius, &
nõ ſufficiat ſenectus, ſi aliàs quis ſit fortis, &
potens, non autem iſto caſu, idemque poteſt
dici de caſu iubilei, ſeptuagenarij robuſti,
& potentes non dicuntur impediti ad finẽ
lucrandi illud, non adeundo Romam, ſed
benè ad comparendum perſonaliter pro
abſolutione ab excommunicatione incur-
ſa ob percuſsionem Clerici, vel aliam ob
cauſam iuxtà opinionem communẽ, de qua
ſup. *recoll.* 2. *n.* 892. quia in dicto diplomate
declarãtur impediti, infirmi diuturni, in cit.
autem iuribus, vbi de comparitione pro ab-
ſolutione exprimuntur tamquam impediti,
non ſolum infirmi, ſed etiam ſenes, ex qua
ratione, in rigore videtur verior opinio, quòd
ſenes ſexagenarij robuſti, & pollentes viri-
470 bus non excuſentur à præcepto ieiunij, ſe-
cus autem ſeptuagenarij, qui ſimpliciter ex
cuſantur, etiam ſi polleãt viribus, quam do-
cent *Fagundez lib.* 2. *in ſecundum præceptum
Eccleſiæ lib* 1. *cap.* 8. *num* 10. *& ſeq. Filliuce.
tract.* 26. *num.* 112. vbi poſt *Leſsium* teſtatur
de valde ꝓbabili, & cõmuni, & alij, ac ita de-
bet intelligi *Layman lib.* 4. *tr.* 8. *c.* 3. & ſi nõ ita
clarè loquatur, confundendo *n.* 1. ſenes ſe-
ptuagenarios cum ſexagenarijs; *& num.* 2.
concludendo de ſexagenariis, & optima ra-
tione, quia de iure non eſt expreſſus caſus
aliquis, in quo excuſetur quis à ieiunio, ſed
Doctores omnes poſt *D. Thom.* aſſerũt, excu
ſare iuſtam cauſam, quam eſſe dicunt pri-
mò impotentiam, ſecundò neceſſitatem,
tertò maius bonum, vt per *Nau. loco in-
frac.* & ſenectus reducitur ad cauſam impo-
tentiæ. Dixi *ſenes*, quia hoc eſt verum tàm
de maſculis, quàm de fæminis, quidquid ali-
471 qui in fæminis requirant tantum annum
quinquageſimum, quæ opinio non ſolum
eſt improbabilis, ſed etiam non tuta, vt per
*Laym. loco ſupra cit. verſ. illud verò.* Dixi *præ
cepto ieiunij*, quia ſecus eſt in ieiunio debito
ex voto, vt per eundẽ *Layman ibid. verſ. ſeq.*
vbi contrariam opinionem *Sanchez* oſten-
dit eſſe improbabilem. Dixi tandem *in rigo-
re*, quia opinio contraria, quòd ſexagena-
rij ſimpliciter excuſentur, non ſolum eſt cõ-
munis, vt teſtatur *Nau. cap.* 21 *ſumma nu.* 16.
ſed pro ea declaraſſe Pium V. viua voce, ac
etiam in Bulla cruciatæ ab eo conceſſa, poſt
*Llamas*, teſtatur *Graſſ. li.* 2. *de arbitrarijs Cõ-
feſſariorum cap.* 27. *num.* 12. & ſi ſubdat, hoc
intelligi regulariter, & docent alij authores
quos refert, & probat *Diana par.* 1 *tract.* 9.
*de ieiunio reſolut.* 20. *& p.* 5. *tract.* 14. *reſol.* 82.
vbi ex *Naldo, & Sancio in ſelectis* addit, ſuf-
472 ficere dictum annum 60. inceptum, & nõ
completum, vt latius dicam infrà cum de
officio, & poteſtate Confeſſarij circà pænit.
obligatos ad ieiunium.

Ter-

Digitized by Google

Tertium impedimentum eſt valetudo, ſeu membrorum deſtitutio, ita hoc impedimentum refertur in *l. cap. ea noſcitur* ibi *valetudinarij, ſeu membrorum deſtitutionibus impediti*, quòd impedimentum *gloſa ibidem. verbo valetudinarij* cenſet, eſſe idem cum impedimento infirmatis, de quo in *citatis cap. quod de his, & cap. quamuis* ibi *aut infirmitate*, nàm docet, non eſſe tale impedimentum perpetuum, vt patet ibi, *ita quòd ſi conualuerint, ſedem Apoſtolicam viſitabunt, mandatum Apoſtolicum recepturij* placet quòd dicit *Silueſt. abſolutio 4 n. 3 verſ. decimus, poſt gloſã p. in l. ſi pater familias ff. de adoptionibus*, ſcilicèt valetudinarium dici à valetudine, quæ dif-
473 fert à morbo, quia valetudo perpetua, eſt, morbus temporalis, quòd eſt idem, vt ipſe ſubdit, quàm dicere, valetudinem eſſe morbum incurabilem, qui intellectus ſatis confirmatur ex verbis ſubſequentibus, in d. tex. *ſeu membrorũ deſtitutionibus impediti*, nàm ly
474 *ſeù* vel poteſt ſtare expoſitiuè, & declaratiuè, vel etiã ſi ſtaret alternatiuè, & disiunctiuè, inter diuerſa, tñ arguit ſimilitudinẽ, vt per *Rotã apud Seraph. deciſ. 393. n. 8. & 9.* ſed certum eſt deſtitutionem membrorum eſſe impedimentum perpetuum, ergò in *d. cap. ea noſcitur* ly *valetudinarij* nõ ſignificat idẽ, quod in alijs iuribus citatis ſignificat ly *infirmitate, &c.* ſed ſignificat infirmitatem non ſolum prout eſt impedimentum temporale, ſed etiam valetudinem, quæ eſt impedimentum perpetuum, quod ſit manifeſtum ex verſibus ſuprà relatis, vbi nono loco ponitur *eger*, & decimo ſeptimo loco *debilis*.

Denotando primò per ly *eger*, infirmita-
475 tem tàm eo caſu, quo eſt impedimentum perpetuum, & ſic ſit idem quod valetudo, quàm eo caſu, quo eſt impedimentum temporale, quod voluit ſignificare *Silueſter loco ſuprac. verſ. Nonus*, vbi hoc verbum exemplificat tàm *in infirmo incurabiliter.* ( qui vt ſuprà dixi dicitur propriè valetudinarius, & habens impedimentum infirmitatis perpetuũ, ( & ſupponit *Filliucc. relatus à me ſup. n. 419.* & ante eum *Silueſter ſupracit. n. 3. verſ. ſciendum eſt 3.*) quã *in infirmo periculosè, vel laborante morbo longo, licèt temporali*, qui per conſequens habet impedimentum temporale, quem ſequuntur *Nau. Sayrus, & Reginaldus locis ſupracitatis*, quod etiam præſupponunt *Graſſius ſuprac. par. 2. deciſ. lib. 3. c. 6. n. 25. & Barboſa ſuprac. allegat. 41. nu. 25. & ſeq.* dum ſimul loquuntur de infirmis, & valetudinarijs, & ſi poſtea dicti autho-
576 res in exemplificando dictas infirmitates non diſtinguant, quæ inducant impedimentum perpetuũ, & quę temporale, nàm *Silueſter* facit mentionem de podagra, vel febre quartana. *Nau. Molina, & Barboſa* addunt etiam tertianam, quę non citò, ac leuiter tranſiret *Reginaldus* addit febrem hecticam, cui concordat *Graſſius loco ſuprac.* ibi *vt quia ſunt tiſici*, & tamen quartana, & terriana inducunt tantum impedimentum temporale, febris hectica, & tiſica impedimentum perpetuum, podagra verò aliquãdo poteſt eſſe perpetuum impedimentum, & aliquãdo tẽporale, qñ certo tẽpore vexat tãtũ per aliquos dies, vel quando eſt continua, ac frequens, idem dic de chiragra. Inter valetudinarios, ſeù habentes impedimentum perpetuum non ſolum poſſunt connumerari paralitici, apopletici, epilettici, ac menteca pti. & ſi cum lucidis interuallis, qui ſunt morbi frequenter vſque ad mortem comitantes, & ſic incurabiles. de quibus vide, & ſi ad aliud propoſitum *Boſſium de triplici ſubtilesgratia ſect. 4. caſu 22. à num. 89.* (quòd morbus paraliſiæ, ſeu apopleſiæ, ſpecie diſtinguatur à morbo caduco, & comitiali, cõtrà id aſſerit *Boſſius, dixit Rota apud Manticam deciſ. 122. num. 5.*) ſed etiam prauo corporis affectu ſæpè malè valentes, & per conſequens qui nõ poſſunt abſque periculo, vel vitæ, vel alterius grauis damni corporalis peregrinationem arripere in locũ, vbi adeſt Curia Romana, vel Legatus Apoſtolicus.

Denotando ſecundò per ly *debilis*, mem-
477 bris deſtitutum, quem Doctores ( prout *Panorm. & Butrius in d. cap. ea noſcitur*, interpretantur quoq. illa verba tex. *membrorũ deſtitutionibus impeditis*, ideſt cæcus, claudus, & alij multifariam impediti membris, vt inquit *Silueſter ſup. verſ. decimus ſeptimus*, & proſequuntur *Sayrus Reginaldus*, & alii cõmuniter, quod autem dicitur de claudo explicat *Molina ſuprac. diſp. 64. num. 1. ad finem* niſi ſoleat incedere eques, habeatque vndè eques accedat ad vrbem, vel ad legatum, & *Reginaldus ſup.* limitat in parũ claudicante ſicut id dicitur de cæco, limitat in eo, qui caret vno tantũ oculo. Ex quibus patet in d. verſibus diſtingui *debilem*, ſeu deſtitutum membris, ab *agro*, ſeù infirmo, quia iſtud impedimentum ægritudinis non eſt ſemper perpetuum, vt dixi, ſicut eſt perpetuum impedimentum debilitatis, ſeù deſtitutionis membrorum, vt præter *Silu. & Filliucc. ſuprac.* notat *Reginal. ſuprac. n. 225. ad fin.* Addo ego prò praxi aliam differentiam & eſt, quòd ad hoc vt ægritudo, infirmitas, vt ſuprà, ſeù valetudo ſit impedimentum perpetuum, vel temporale, aut anomalum debet hoc conſtare per teſtimonium medicorum, & hoc caſu verificatur dictum *Menochij, & aliorum*, quos ſequitur *Barboſa loco ſuprac.* infirmi, & valetudinarii dicuntur ex conſilio & medicorum, ſecus autem eſt in membris deſtitutis, cùm eorũ impedimẽtũ ſit patens, ideòq. inter hos non numeraui paraliticos, apopleticos, & epilecticos, ſed inter infir-

mos

Digitized by Google

mos, & valetudinarios, quia & ſi in eis per
tales morbos membra corripiantur, ac inu-
tilia reddantur, tamen non ita illis deſtituũ-
tur, vt ſit ita patens dicta deſtitutio, ſicut in
478 cęcis, claudis, &c. qui nõ habent opus
aliqua fide medici, ad hoc vt poſsint abſol-
ui ab Epiſcopo, tãquã perpetuò impediti, res
enim, quę percipitur per ſenſum corporeũ
ipſius iudicis, non eget probatione, cùm etiã
probatio omnis vincatur, ſi aſpectus contra-
riũ teſtificetur. *l. minor 25. annor. ff. de mino-
ribus, cum alijs allegatis per Rotam apud Mã-
ticam deciſ.* 79. *n.* 4. Ex quibus omnibus ſequi-
tur à contrario ſenſu, quod argum. eſt fir-
miſſimum in iure, quòd quando infirmitas
non eſt neque incurabilis, neque longa, ſed
iudicio medici breuis, ſine tamen periculo
mortis, non poſſit quis abſolui ab hac excõ-
municatione ab Epiſcopo, vt ſup. ratione
impedimenti, eſtò occurtat tẽpus implendi
Eccleſiæ pręceptum de confitendo ſemel in
479 anno, ſic clarè percipitur ex verbis *Moli-
næ ſupr ac diſp. 64. in principio*, vbi poſtquam
aſſerit, *ob morbum, qui licèt periculoſus, non
ſit, pro tunc tamen impedit accedere ad pote-
ſtatem habentem abſoluendi ab ea excommu-
nicatione, tunc is eſto enormiter violenter ma-
nus violentas in eccleſiaſticum iniecerit, ſi ta-
men vel occurrat tempus implendi Eccleſiæ
præceptum de confitendo ſemel in anno, vel cõ-
fiteri ex deuotione velit, ac abſolui ab excom-
municatione*, ſtatim ſubdit, *dum ita morbo la-
borat qui non citò tranſit, vt eſſet podagra,
quartana febris, vel tertiana, qua non citò vel
leuiter tranſiret, aut alius ſimilis morbus, ab-
ſolui poteſt ab Epiſcopo*. Dixi *iudicio medici*,
quia habito illius teſtimonió, arbitrarium
eſt ipſi iudici, ſecundum ſubiectam mate-
480 riam, quod nam ſit longum tempus, *gloſa
in l. prima C. de aqua pluuia arcenda, cum
alijs allegatis per Cardinalem Tuſcum litt. T.
concluſ. 37. num.* 12. & ita intelligendũ quod
aiunt Doctores, quos ſequitur *Viuianus in
praxi iuris patron. lib.* 15. *cap.* 3. *num.* 88. re-
mitti arbitrio iudicis, quis dicatur infirmus,
ſcilicet iudex debet prius requirere medici
iudiciũ, & illo habito arbitrari, an talis ſecũ-
dùm ſubiectam materiam dici poſsit infir-
mus.

Quartum impedimentum eſt *ſubiectio*,
quod impedimentum inuenitur in his, qui
non ſunt ſui iuris, & habetur in *c. mulieres*,
*& c. c. quãuis de ſent. excõm.* & ſic non ſolũ d.
impedim. intelligi debet de ſeruis Chriſtia-
nis, de quibus expreſsè ſancitum reperitur *in
c. relatum* 37. *eod. illo tit.* ſed etiã de alijs, cùm
enim in *d. cap. mulieres, & cap. quamuis*, ſim-
pliciter, & abſolutè perſonę, quę non ſunt
ſui iuris declarentur ad hunc effectum im-
peditæ, ſimpliciter, & abſolutè omnes cenſe-
ri debent impeditæ, quę alieni ſunt iuris,
quales autem ſint iſtæ perſonę, hic à me prò
viribus explicabũtur & quia Doctores om-
nes concordant de eorum numero eſſe ſer-
uos, vt dixi, quæro primò de ipſis, & ſuppo-
nẽdo pro certo, hoc loco pro ſeruis, intelligi
481 eos, qui propriè ſunt ſerui, dicti à ſeruãdo,
& non à ſeruiendo, vt poſt *Iſidorũ* aduertit
*gloſa in §. ſerui autem inſt. de iure perſonarũ.*
quia in bello ſeruari, nec occidi ſolent, qui
etiam mancipia dicti ſunt, eò quòd ab ho-
ſtibus manu capiantur, vt habetur in *cit.* §.
*ſerui autem*, non autẽ eos, qui impropriè ſer-
ui ſunt qui rectius famuli dicuntur: item di-
ctos ſeruos poſſe abſolui ab Epiſcopo, quan-
do pręter ſeruitutem ipſi habent aliud im-
pedimentum ex ſuprà enumeratis, & infrà
explicãdis, propter quod alij abſolui poſsũt,
vt aduertit *Molina ſupra c. diſp. 64. n. 2. verſus
finem.* Exquirendum eſt, quando ipſi ſerui
gaudeãt hoc priuilegio ratione ſeruitutis? In
qua re duo ſunt certa, primum quòd vbi
482 dominus aliquò modo ex ſup. *à nu.* 108.
explicatis modis concurrerit in percuſſionẽ
Clerici factam à ſuo ſeruo & percuſſio fue-
rit enormis, vel etiam mediocris, ſeruus ipſe
ſicut nec dominus, frui non poteſt hoc pri-
uilegio, patet in *cit. cap relatum*, ibi *aut ipſi
domini propter hoc ſine ſua culpa, &c.* vbi *glo-
ſa verſic. ſine culpa ad finem*, ſubdit *aliàs ſi eſ-
ſent domini in culpa, tam ipſi, quàm ſerui, ſunt
excommunicati, quia ſi mãdaſſent, &c.* ideſt vt
ait *Graſſius p. 2. lib. 3. cap. 6. n. 16.* vterque ad
Sedẽ Apoſtolicã eſſet mittendus. Quòd *Mo-
lina loco ſupra c.* & ſi loquatur in graui, &
atroci iniuria (quòd an ſit verum, patebit
ex infra dicendis) & ampliat, etiam ſi Sedes
Apoſtolica, vel Legatus multum diſtet. Se-
cundò eſt certum, quòd quando ipſi ſerui
*nimis ſint ab Apoſtolica Sede remoti*, & percuſ-
ſio mediocris eſt, in duobus caſibus pro il-
lius abſolutione non ſint mittendi ad Apo-
ſtolicã Sedẽ, ſed ab Epiſcopo abſolui poſſint
483 Primus eſt quando Clericũ percuſsiſſent,
*in fraudem, vt ſe ſubtrahant ab obſequio domi-
norum*, vt ſubdit *Silueſter ituri Romã*, & pro
ſequitur *Reginaldus ſup.* & ibi cõſequi liber-
tatem à Capitolio, iuxtà eius priuilegia,
vel vt ſic habeat cõmoditatẽ aufugiendi. Se-
cundum eſt, *quando ipſi domino propter hoc
ſinè culpa ſua graue damnũ inferretur*, carẽ-
do ſeruitio propter abſentiam dicti ſerui, vt
explicant Doctores quòd damnum, quando
ſit ex hac cauſa graue, vel leue, arbitrabitur
bonus vir, vt notat *Archidiaconus in d. cap.
relatũ n.* 4. qui ſubdit, in hoc illũ conſiderari
debere conditionem domini, qui propter
paupertatem, vel infirmitatem fortè nõ po-
teſt ſeruo, vno diè carere, & ſic dictum dam-
num poteſt cõtingere etiam vbi Sedes Apo-
ſtolica, vel Legatus non multum diſtaret, vt
præter *Arhidiaconum ſupra*, notat *Butrius
ibid.*



Digitized by Google

*ibid.num.6. & Graſſius loco ſuprac. num.* 18. Dubium tamen eſt inter authores,an in iſtis duobus caſibus Epiſcopo concedatur, non ſolum abſoluere dictos ſeruos à mediocri,
484 vt dixi,ſed etiam ab enormi. Nam *Panormitanus in d.cap.relatum num. ad finem* expreſsè docet,*quòd vbi iniuria illa per ſeruum eſt enormis, nullo caſu poteſt abſolui ab inferiori à Papa*, idem videtur docere *Archid. ſup. num.* 6. ſed contrarium videtur magis conforme verbis tex. *d. cap. relatum*, vbi S. Pontifex,primò generaliter præcipit, ſeruos pro violenta manus percuſsione in Clericũ, mitti Romam, deinde excipit illos duos caſus,ergo iſti duo caſus cenſentur excepti,vbi percuſsio non ſolum fuit mediocris,ſed etiã vbi fuit enormis. Conſequentia probatur per tex.in *l.tam hoc iure ff. de vulgari, & pupillari*, vbi habetur ſecundum *Rotã apud Seraphin.deciſ.*980.*num.*7. quòd exceptio di-
485 citur de regula, nam aliàs determinatio eſſet difformis; ſed regula in illo textu de ſeruo mittẽdo Romã pro manuũ iniectione non põt eſſe de percuſsione leui, cũ propter eã ille non venit mittendus Romã, vt patet ex ſupradictis *n.* 348. imò ſecundũ *Silueſtrũ loco infrac.* neque pro mediocri *per tex.in d. cap.mulieres*, ergò eſt de enormi tantum,vel de mediocri,& enormi,ſi regula eſt de enormi,ergò etiam illi duo caſus excepti procedunt in enormi,& per cõſequẽs in illis duobus caſibus,ſerui prò enormi non ſunt mittendi Romam, ita videtur ſentire *Butrius in dicto cap.relatum num.*4. quando aſſerit, *nota caſus, in quibus pro manuum iniectione non tranſmittuntur ad Sedem Apoſtolicam. &c.* Hanc opinionem dicit veriorem, *Silu. abſolutio 4.num.9. ad medium*, idem docere videtur *Reginaldus cit.lib. 1. n. 254. ad finẽ*, dum aſſerit ſtatui *in d. cap.relatum, ſeruos mittendos eſſe ad Sedem Apoſtolicam pro abſolutione ab hac excommunicat.( niſi fortè hæc incurſa fuerit pro iniuria leui ) exceptis duobus caſibus*.ſequitur *Molin.ſuprac.diſp.64.ſub n.*2.& ſi nõ ita clarè,& volũt alij DD.omnes, qui poſt firmatam Regulam,quòd ab enormi abſoluat Papa,vel Legatus,ſubdunt,illius limitationes iuxtà verſus ſuprà relatos, in quibus ponitur caſus decimus tertius,ibi *Ad ſtrictus*, quę declarant de ſeruo in illis duobus caſibus exceptis vt ſuprà, *in d. c. relatũ.* Nec obſtat illa verba eiuſdẽ tex. *dũmodo non ſit tã grauis,& enormis exceſſus,vt propter vitandum ſcandalum, & tollendum exemplũ, huiuſmodi ſerui ad ſeruum ſeruorum Dei venire debeant abſoluendi*, quia dicta verba non ſignificant, dictos ſeruos ſimpliciter debere mitti pro enormi,ſed ob ſcandalnm datum, quæ duo inter ſe non ſolum ſunt ſeparabilia, ſed diuerſa,& à ſeparatis, & diuerſis nõ fit illatio, quòd cauſa miſsionis in dictis duobus caſibus exceptis, ſit ſcandalum, & non enormitas,patet ex dictione illa *vt*, quę
486 dictio, quando apponitur in vim cauſæ, quæ ſit apta ad producendum ſuum cauſatum, prout ponitur hoc in loco,ob illa verba ſequentia, *propter vitandum ſcandalum*, importat cauſam finalem, vt per *Antonium Angelum Gratum de dictionibus, dictione* 298.*ad finem*.quod voluit dicere *Silu.loco ſuprac.* ibi *quòd etiam tex. apertè innuit, tùm quia dicit,tàm grauis, tùm quia rationem miſsionis non aſsignat enormitatẽ ſed ſcandalũ*,ad hoc autẽ, vt in ipſis caſibus teneatur ſeruus adire Sedem Apoſtolicam, dictæ duæ conditiones enormitatis,& ſcandali debent copulatiuè concurrere,ita *Suarez diſp.22.ſect. 1.num.* 86. *Alterius.* & alij.

Secundum genus ſubiectorm,ſeù eorum qui ſunt in poteſtate alterius,vel alieni iuris, ſunt *filij familias*, vt patet *inſtit. de his, qui ſunt ſui,vel alieni iuris, iuncto tit. ſeq. de patria poteſtate*, & præſuppoſito cum cõmuni ſententia,quę docet, ipſos filios fam. poſſe abſolui ab Epiſcopo pro violenta manuũ iniectione etiã enormi facta quoq. tẽpore pu-
487 bertatis, *contrà gloſam in d.cap.mulieres verbo ſui iuris*,quã ſequi videtur *Innocentius*,& alij, & ratio eſt manifeſta, nàm etiam filius familias pubes non eſt ſui iuris, vt eſt certũ *ex toto titulo quibus modis ius patria poteſtatis ſoluitur.* ꝗ ſufficit ad hoc vt gaudeat hoc priuilegio,vt habetur in *cit.c.mulieres*. Cõfirmatur quia iã *ſup.in c.* 1. idẽ S. P. loquutus erat de impubere, ergò cùm in *d. c. mulieres* loquatur de his,qui ſunt alieni iuris, extendit dictum priuilegium etiam ad puberes,quãdo tamen eſſent ſub poteſtate parentum, & ſic alieni iuris, quòd eſt certum etiam in ca-
488 ſu, vbi filius talis familias habitaret ſeorſum à patre,vel haberet quid expenderet,ita contrà *Ioannem Andream*, quem ſequitur *Archid.& cõtrà Diuũ Antoninũ*.docet *Panormit.in d.cap. mulieres num.* 5. & probat *Angelus excomm.* 5. *num.*54. *Silueſt. abſolutio 4. ſub num.*9. & alij omnes, qui ad hoc tantum requirunt, quòd ſint tales filij ſub poteſtate parentum,ita *Auila p.2.cap 7. diſp.1.dub.6. cõcl.3. Barboſa ſuprac.alleg.41.n. 29. & Bonac. cit.p.5.n.14.* Quia verò ex vna parte in *cit.c. mulieres*,vbi eſt ſermo de his, qui ſunt alieni iuris; ſimpliciter illos ab Epiſcopo abſoluẽdos eſſe dicitur, imo poſtquam loquutus fuerat S.P. de mulieribus,quæ ſẽper abſoluuntur ab Epiſcopo prò enormi,ex alia autẽ parte in *d.c.relatũ*,vbi eſt ſermo de ſeruis,qui etiã ſũt alieni iuris ſicut filij fam.dicitur,illos eſſe abſoluẽdos ab enormi,niſi in duobus caſibus,de quibus ſuprà. Dubiũ eſt apud DD. an ipſi filij familias veniant abſoluendi ſimpliciter ab Epiſcopo non ſolum quoties memediocriter, de qua re non videtur dubitan

tan

tandũ etiã extrà illos duos caſus *d. c. relatũ* cũ aliàs in *c. mulieres*, nihil concedéretur iis, qui ſunt alieni iuris, quatenus tales ſũt, ex quo pro iniuria leui, omnes poſsint abſolui ab Epiſcopo, ergò ſaltẽ idẽ ſupponũt in iniuria mediocri. *Angelus excomm. 5. caſu 1. n. 54. Reginaldus loco infracit.*) ſed etiam quando enormiter Clericum percutiunt, vel tã-
490 tum in illis duobus caſibus, in quibus poſſunt abſolui ipſi ſerui, ſcilicèt quando adire non poſſunt curiam, vel Legatum ſinè præiudicio, vel diſplicentia patris, vt loquuntur *Angelus, Reginaldus, & Siluester locis ſuprac.* Nam *Panormitanus in d. cap. mulieres n. 5. ad finem.* idem putat dicendum eſſe de filio, quod in ſeruo ex benigna interpretatione, vndè quia in *d. cap. relatum*, vt ſuprà dixi, docet, *quòd vbi iniuria illa per ſeruum eſſet enormis, nullo caſu poſsit abſolui ab inferiori à Papa, & quod tantum pro mediocri poſſit abſolui pro caſibus ibi expreſsis*, videtur eſſe eius opinionis, quòd ſimiliter filius familias non poſsit vllo caſu abſolui ab enormi. Secunda opinio eſt *Reginaldi*, qui abſolutè docet *ſuprac. lib. 1. n. 252.* filiũ famil. nõ ſolũ poſſe abſolui à mediocri, ſed etiã ab enormi, *argumẽto quod ius non diſtinquat, nec vtatur reſtrictione in ea re quòad ſeruos in c. relatũ*, hęc ſũt verba huius authoris. Tertia opinio, & magis recepta ab auctoribus, eſt *Caiet. extõm. c. 10. verſus fin. & Angeli loco ſuprac.* docentium ſimpliciter illũ poſſe abſolui per Epiſcopũ, niſi exceſſus ſit ita grauis, & enormis, vt aduitandum ſcandalum aliorum, debeat Sedẽ Apoſtolicam adire, ſeù vt alij explicant, ꝙ poſſit abſolui etiam ab enormi in caſibus, in quibus ſuprà dixi poſſe abſolui ſeruos, ita clarius loquendo, ſubdit *Molina cit. diſp. 64. num. 4.* ibi *quare neceſſe eſt, vt multum à Sede Apoſtolica ipſiusq. Legato, diſtent, & vt pater non ſit in cauſa, &c. itemque vt diſceſſus talis redundet in notabile detrimentum patris, atq. vt iniuria talis manuum iniectionis, non ſit admodum enormis, qua ſcandalum generet.* & quoniam non interuenit tale detrimentum, quando vel pater conſentit tali peregrinationi, vel ipſe filius fuerit emancipatus ideò videtur tale impedimentum non eſſe
491 perpetuum, ſed temporale, & per conſequens abſolutionẽ dandã eſſe filio familias, ſicut etiã ſeruo ad reincidentiam, ita *Reginaldus loco ſuprac. ad finem. & Molina ſuprà ſub num. 7.* ſed ſaluo meliori iudicio dicerẽ, quòd hoc, quod dicitur de cõſenſu, & emãcipatione *à Nau. cit. cap. 27. num. 88. & aliis*, intelligi debeat, quando contingit ante abſolutionẽ, nam in *d. c. relatum* expreſsè ſubiicitur, quòd in d. duobus caſibus poterit Epiſcopus cõmutare ſeruo peregrinationẽ, & in cõpenſationem laboris, quẽ in itinere ſuſtineret, in aliam, non quidem in pecuniã, vel eleemoſinas, cùm proprio careant, ſed in aliam, nempè ieiuniũ, orationẽ, & diſciplinas, quæ non multũ dominis præiudicẽt, ſi igitur commutatio ſubrogatur loco ipſius laboris, quem in itinere ſuſtinerẽt, ſignum eſt, quòd amplius nõ tenẽtur ad ipſum iter, aliàs quis teneretur bis ad dictũ iter, contrà regulam tex. *in l. nauis onuſta §. cum autem initus ff. ad legem rodiam de iactu*, quòd nemo debet duplici onere grauari, & tex. *in c. at ſi Clerici §. 2. de iudiciis*, quòd duplici pæna non debet quis puniri. Conſequentia patet ex alia regula, quòd ſubrogatum ſortitur naturam eius, cui ſubrogatur *l. filia ſua §. Titia ff. de conditionibus, & demonſtrationibus.* Vndè videmus quòd talis commutatio, quidquid poſt *Panorm.* dicat *Molina cit. diſp. 64. ſub num. 2.* non fiat vbi datur abſolutio ad reincidentiam (cũ tunc exigatur iuramẽtũ, vt ceſſante impedimẽto, &c.) ſed cũ datur abſolutio abſolutè. Cõfirmatur quia *in c. mulieres* etiã ſimpliciter dicitur, ꝙ hi, qui non ſunt ſui iuris abſolui poſsint ab Epiſcopo. Quod autẽ addit *Angelus ſup. n. 56.*
492 iuuenẽ, ſiuè ſit non ſui iuris, ſiuè ſit ſui iuris, ſiuè diues ſiuè non, poſſe abſolui ab Epiſcopo pro manuum iniectione in perſonã eccleſiaſticam, quia eorum itinerario eſt periculoſa, non eſt vniuerſaliter verum, ſed tãtum in caſu, vbi Epiſcopus arbitrabitur, in tali iuuene itinerationem fore periculoſam, vt per *Siluest. abſolutio 4. n. 4. verſ. 5. ad fin. Suar. cit. ſect. 1. n. 57. Bonac. de cenſuris diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect. 5. num. 12.* vbi etiã requirit (iuxtà ea, quæ dixi *ſup. n.* quòd neq. hoc caſu pateat quoq. aditus ad Sedem Apoſt. ſaltẽ per litteras.) *& Reginald. cit. lib. 1. n. 243. ad fin.* Vbi quòd ceſſante d. periculo teneatur accedere, & ſic hic eſt caſus diuerſus à caſibus impuberis, aut puberis. ſed filij familias.

Quærit *Gloſa in d. c. relatum verbo in vtro-
493 libet caſu.* An maritus connumerandus ſit inter eos, qui non ſunt ſui iuris, itaut ſaltèm ſi in fraudem vxoris (vt dicitur de ſeruo, & filio familias reſpectu domini, vel patris,) percuſſerit mediocriter, vel enormiter perſonam eccleſiaſticam, poſsit abſolui ab Epiſcopo? Et reſpondet negatiuè, quam opinionẽ poſt *Panorm. & Siluest. ſup. n. 9. & 10. ad fin.* probat *Reginaldus ſup. n. 213. & Graff. cit. c. 6. n. 19.* teſtatur de cõmuni *Molina ſup. n. 3.* quidquid *Angel. poſt Hoſtienſ.* contrariũ doceat apud *Silu. ſup.* & ratio eſt manifeſta, tũ quia maritus nõ eſt ſub poteſtate vxoris, ſed potius vxor ſub poteſtate viri, vt habetur
494 *Gen. 2.* tũ etiã qa vt inquit *Reginal. ſup.* priuilegiũ, quod habet vim ex ſola volũtate cõcedẽtis nõ recipit extẽſionẽ ex idẽptitate rationis ſed quòd ſeruus, & filius familias in fraudem domini, vel patris, percutiens perſonã eccleſiaſticam poſsit abſolui ab Epiſcopo,



Digitized by Google

eſt priuilegium domini, & patris, vt ſupponit *Siluester cit. num.*9. *ad medium.* ibi *ratio huius priuilegij eſt ius alienum, ideſt ius paternum, &c.* ac proſequitur *Reginaldus loco ſuprac.* ergò licèt maritus in fraudem vxoris percuſſerit grauiter, vel mediocriter Clericũ, non poteſt ad eum extendi dictum priuile-
495 gium. An autẽ, ex alio capite, quia verbi gratia, vxor eſt iuuenis, nec adeſt aliqua conſanguinea, cui illam maritus cuſtoditã relinquat, vel aliàs ipſius pudicitia ex mariti abſentia periclitaretur, excuſetur maritus? pertinet ad aliud impedimentum generale, quod vocant canonicũ, vel legitimũ, impedimẽtũ arbitrio Epiſcopi, contentũ in ſup. relatis verſibus ſub ly *cauſa.* & ibi notant DD. communiter, vt infrà videbitur. Negari tamen non poteſt, ad hoc caput *adſtrictorum* reduci poſſe carceratos per lõgũ tempus, dãnatos ad triremes, ac etiam tantò magis relegatos, & exules, eademque ratione venire etiam bannitos, ſeù diffidatos, quia etiam iſti omnes non poſſunt, ſinè euidenti periculo vitę, Vrbem Romæ, vel Legatũ adire, item equiparantur conſtitutis in periculo mortis, & dixi *ſup.* 2. *p. recoll.* 3. *num.*43. *& recoll.*8. *num.*13. vbi etiam de damnatis ad triremes, quibus aſſentitur, & ſi me non alleget, ſed authores à me citatos *Diana p.* 5. *tract.* 3. *reſolut.* 62. *&* 64. & latius habetur per *Boſſium de iubileo ſect.*4. *caſu* 22. §.6.

Quartum impedimentum in iure expreſſum, etiam temporale, vt notat *Nau. conſ.*43.
496 *de ſent. excommun.* eſt paupertas, & inopia, quæ non ſinit aliquem poſſe ad Sedẽ Apoſtolicam ire, vel ad Legatum, ſic concordat *gloſa in cap. ea noſcitur, verbo pauperes de ſent. excommun.* ipſum textum, vbi ſimpliciter ſtatuitur, quòd omnes, qui non ſunt ſenes, aut valetudinarij, vel membrorum deſtitutionibus impediti, ſiuè diuites, ſiuè pauperes, debeant pro abſolutione ab hac excommunicatione, adire Sedem Apoſtolicam, vel Legatum, cũ alijs textibus, in *cap. quod de his, &c. quamuis, eod. illo titulo,* vbi expreſsè inter alios caſus, in quibus ratione impedimenti adeundi dictam ſedem Apoſtolicam, pro abſolutione huius excommunicationis, enumeratur paupertas, & inopia, quod eſt idem, ac ſi diceremus, quod ſola paupertas non eſt impedimentum legitimum pro caſu noſtro, ſed quando illa impedit ne ad Vrbem, vel Legatum quis accedere poſsit, ꝙ poteſt contingere non ſolum in eo, qui ſi vellet ire deberet mendicare ſibi victum in itinere, non ſolitus aliàs mendicare, vt per *Nau. loco ſuprac. Sayrum cap.*28. *num.* 23. & alios communiter, ac etiã in eo, qui & ſi ſit ſolitus mendicare, tamen ex eleemoſinis mendicatis alit ſuam familiam, vel in itinere mendicare id, ꝙ põt, non ſufficeret ſibi ad victum, vt per *Graſſium lib.*2. *deciſ. cap.*6. *nu.* 28. *ad finem*, *Molinam cit. diſp.* 64. *& Reginaldum lib.* 1. *n.*250. vbi idẽ dixit de exercente aliquod artificium, quod non poteſt exerceri eundo, vel ex illo alit ſuam familiam; ſed etiam in eo, qui attenta ſua conditione non haberet vndè efficere commodè poſſet ſumptus neceſſarios ad accedendum ad eum, qui poteſtatem ad ipſum abſoluendum habet: ita *Barboſa cit. alleg.*41. *num.*24. quibus ab eo allegatis addo *Molinam ſuprac. diſp.*64. *verſ. item idem eſt de paupere*, nàm paupertas conſideranda eſt ſecundum qualitatem perſonarum, vbi ius non exprimit, quis intelligatur pro paupere, vt poſt *Bald.* dixit *Graſſius de arbitrarijs conſeſſ. lib.* 2. *cap.*
497 51. *num.*11. iſtis enim caſibus, tales poſſunt abſolui ab Epiſcopo (cuius arbitrio remittitur iudicare, qui nàm hoc caſu ſit pauper vt per *Sayrum, & Barboſam locis ſuprac.*) etiã pro graui iniuria ad reincidentiam, donec venerit in pingiorem fortunam, ita vt valeant commodè accedere, &c. ita *Ioannes Andreas, & Panormitanus in cit. cap. ea noſcitur, Nau. cap.*27 *ſumma nu.*88. *Angelus excomm:* 5. *num* 51. *Siluester abſolutio* 4. *num.*3. *& n.*8. quibus accedit *Bonac. ſupracit. infracitanda ſect.* 5. *n.* 15. qui omnes concludunt, hunc pauperem non dici hoc caſu impedi-
498 tum, quando mendicando oſtiatim victũ ſibi ſoli quærere ſoleat, & aliàs cùm ſanus ſit, eundo, eodem modo ſibi poſſet prouidere de victu, & ſic intelligo *Alterium* apud *Dicardum lib.* 3. *in Bulla cænæ* §. 2. *q.*8. *n.*25.

Sextum impedimentum etiam temporale expreſſum in iure, eſt inimicitia capitalis, vt habetur in *cit. cap. quamuis, & clarius in cap. de cætero eodem tit.* & concordat cum alijs iuribus, quæ canonizantur per *Rotam deciſ.*12. *ſub titulo de dolo, & contumacia, in nouis.* vbi quod inimicitia capitalis excuſat à
499 perſonali comparitione. Quando igitur propter hanc inimicitiam excommunicato prò graui (vel mediocri, ſi non ſit perſona priuilegiata) iniuria, immineret periculũ graue in perſona, vel bonis, ſumendo tale iter, poteſt abſolui ab Epiſcopo tamquam impeditus pro illo tunc, vt poſt alios habetur per *Bonacinam tom.*3. *diſp.*2. *q.*3. *p.*6. *ſect.*5 *num.*10. Quòd eſt verum etiam ſi inimicitia non eſſet particularis, ſed generalis, quia v.g: vel inter Principẽ excommunicati, & loca, vbi ille eſſet trãſiturus, vt ꝑ *Molin. citata diſp.* 64. *ſub num.*6. quod intellige niſi poſsit haberi ſaluus conductus, vt per *Rotam ſuprac. deciſ.*13. vel ratione fidei, quia deberet tranſire per loca hæreticorum *Suarez diſp.* 22. *ſect.* 1. *num.*65. ſicuti etiam cenſebitur impeditus, ſi latronum excurſiones, aut graues peſtilentiæ ſeuiant in locis, per quæ iter faciendum erit, *Reginaldus cit. lib.* 1. *num.*247. & de

omni-

Digitized by Google

omnibus ſupradictis. *Alterius lib.5. diſp. 21. cap.1.verſ.de hac dubit.ad fin.* Ampliant primò communiter Doctores ſupracitati, etiã ſi dictam inimicitiam priuatam contraxerit excommunicatus ſua culpa, quam limitationem videtur intelligere *Graſſius loco ſuprac.num.32.* quando dicta culpa non fuit ordinata ad illud, *cap.ſtatutum §. ſi verò, vbi gloſa verſ. ſi non audens de reſcriptis in 6.* ſed id verum dicerem in vno caſu tantum, quando ſcilicèt ſua culpa perſeueraret dictus excommunicatus in dicta inimicitia, quia alter quidem vellet ei reconciliare, ſed ipſe nolit, nàm tunc vt benè obſeruat *Reginaldus ſuprac. num.247.* ſi volens fouere dictas inimicitias, gauderet hoc priuilegio, malitia ſua ei prodeſſet, quod non eſt de intentione iuris, ſi autẽ ad hunc finẽ cõtracta eſſet dicta inimicitia, ſed verè ex dicta inimicitia immineret ſibi periculum, de quo ſuprà, nec per eum ſtaret reconciliatio, tunc & ſi peccauerit, cùm hoc intenderit à principio, tamen remanet excuſatus ab eundo, vt di-
500 citur de aſſumente laborem, etiam inhoneſtum, vt nõ ieiunet, vel ſumẽte nociua, vt infirmetur, & poſta nõ ieiunet, quia ſi ex his verè euadit impotens ad ieiunandum, licèt peccauerit hoc intendendo, poſtea non peccat edendo carnes, quidquid ſit an illud peccatum ſit contrà præceptum ieiunij, vel non, de qua re infrà *cum de officio, & poteſtate Confeſſarij circà pęnitentes obligatos ieiunare,* videte pro nunc *Sanchez lib. 5. opuſculorum moralium cap.1. dub.7. ſub num.13.* Amplia ſecundò, vt habeat locum noſtra concluſio etiam vbi dicta inimicitia ſit tan-
501 tum præſumpta, argumento notatorũ per *Baiardum ad Clarum §. fin. q.24. num.27. & 42.* quia ad hoc vt cenſeatur probata inimicitia, ſufficit ſi conſtat de cauſa, & ſuſpicione in genere, vt poſt *Felinum, & Decium, habet Boſſius in ſua practica criminali tit. de mandato ad homicidium num.38.* quòd eſt verum licèt odium exterius non oſtendatur, vt poſt *Grammaticum, dixit Baiardus ſup. q.61. n.115.* & proſequitur *Ciarlinus in ſuis controuerſiis cap.10. num.116. ad finem.* Amplia tertiò etiã ſi talis inimicus ſit de recenti reconciliatus
502 vt per *Baiardum ſuprac. num. 27.* cui concordat *Rodriq. tom. qq. regular. q.15. art. 2. ad finem verſ. aduertendum.* quòd maximè exiſtimo verum, vbi ipſe excommunicatus fuit offenſor, & reconciliatus offenſus, & ſic concordarem ipſum *Baiardum* cum aliis Doctoribus, ſimpliciter docentibus, inimicum reconciliatum non eſſe amplius inimicum, de quibus per *Ciarlinum loco ſupracit. n.110.* ſigna autem recõciliationis ponit *Viuius deciſ.330.* & aliqua ex illis etiam habetis apud *Baiardum ſuprac. q.21. num.116. & 118.* vbi in ſpecie, quando cautio præſtita ab inimico de non offendendo, & receptio ſacramenti pænitentiæ, & Euchariſtiæ ſint ſuffi-
503 cientia ſigna reconciliationis, ita vt tollat ſuſpicionis inditium, qui tandem cõcludit, in hoc non poſſe dari certam regulam, ſed totum remitti arbitrio iudicis, quod etiam dixit *Rodriquez loco ſuprac.* quæ autem ſit inimicitia capitalis, vel non, patet ex his, quę notat *Gigas in tract. de crimine læſæ maieſtatis lib.2. q.2. per totũ,* & proſequũtur *Menoch. de præſ. lib.3. præſ.37. & Farinac. p.1. praxis q. 49.* & ex noſtratib⁹ *Rodriq. cit. ar.2. per tot.* qui enumerat 18. cauſas, ob quas hac ratione teſtis redditur ſuſpectus, apud quos reperietis plures, & varias cauſas dictæ inimicitiæ capitalis, quæ & ſi omnes non ſint ſufficien-
504 tes pro excuſatione, ad hoc ne quis teneatur ire ad Sedem Apoſtolicã, vel Legatum pro abſolutione huius excommunicationis, plures tamen ex eis ſunt ad propoſitum noſtrum, vndè *Barboſa ſuprac. allegat.41. à nu. 6.* loquẽdo in terminis noſtris, notat aliquas cauſas, ſcilicèt litis omnium, vel maioris partis bonorũ, vel ſuper quęſtione ſtatus, accuſationis criminalis, & iniuriarum, quæ duæ vltimæ cauſæ non ſunt intelligendæ ita ſimpliciter, ſed quando accuſatio, vel ſit de crimine capitali, vel ꝙ ex eo probato, oriatur infamia, vt per *Menoch. ſup. num.28. & Farinac. num.24.* item quando verba iniurioſa ſunt grauia contrà alium prolata, qui curet valdè de ſimilibus verbis, vt per ſupracitatos authores. Addi poſsũt etiam aliæ cauſæ maiores iſtis, ſcilicèt quando interceſſerunt, vel percuſsiones, aut attentatio homicidij, & nõ ſolũ in perſona propria inimici, ſed etiam alicuius ſui proximi conſanguinei item quãdo interuenit adulteriũ cũ vxore inimici, vel alterius ſuæ conſanguineæ, de quibus vt dixi, nec poteſt dari certa regula, ſed remittitur arbitrio Epiſcopi, qui hic & nunc ex tali cauſa inimicitiæ, ſecundum qualitatem perſonarum arbitrabitur, an excommunicato imminere poſsit periculum graue, itinerando vrbem verſus, vel ad alium locum, vbi adeſt Legatus pro obtinenda abſolutione ab hac excommunicatione, nàm etiam *Gramaticus conſ.57. criminali n.9. & Menoch. de arbitrariis q.110. num. 3:* quos refert, & ſequitur *Viuius dec.435. nu.*
505 *22.* docent, relinqui arbitrio iudicis, quæ inimicitia ſit capitalis, vel non, ſeù quæ inimicitia ſit parua, vel magna, vt loquitur *Baiardus ſuprac. q.24. n.35.* quia idem eſt inimicitiam eſſe capitalem, vel magnã, quàm quòd excommunicato ex ea immineat periculũ in capite, vel magnum, fauent ẽt Doctores, quando explicant, quæ pœna dicatur capitalis. videte *Clarũ ſuprac. §. finali. q.47. in principio.* & in terminis noſtris loquendo generaliter, quòd de iſta excuſatione

an

Digitized by Google

an iſte poſſit ſinè periculo Romam adire, necne, ſtabitur arbitrio boni viri, dixit *Silueſter abſolut.4.num.3.verſ.quartus*, & ſequitur *Reginaldus loco ſuprac.* Dixi, *ſecundum qualitatem perſonarum*, quia vt opimè ait *Rodriq. loco ſuprac. ſæpè contigit vt illa cauſa, quę ſufficiens eſt ad producendum inimicitiam capitalē inter aliquos, in alijs non ſufficiat. contrà verò ſunt multi ita ſuaptè natura ingenio iniqui, & maleuoli, vt leui cauſa concipiunt in animo iras aduerſus alios, &c.* Notet Epiſcopus, quando ſe informat de inimicitia allegata per excommunicatum, vt ſuprà, quòd non ſufficit ſi ille à quo ſe informat, ſimpliciter dicat, talem habere inimicitiā cum tali, per quam iudicio, quòd itinerando, poteſt ſibi imminere periculum, ſed debet reddere ra-
506 tionem ſui dicti, licèt non fuerit de illa interrogatus, ita de teſte deponente de cauſa inimicitiæ cenſuit *Rota apud Manticam deciſ.112. num.7.*

Septimum impedimentum expreſſum à iure, eſt magna potentia, & complexio delicata, ita habetur in *cap.mulieres 6.de ſent. excommunicat.* de quo feci mentionem ſup. *n.419.* vbi ſuppono cum alijs authoribus communiter, hoc eſſe impedimentum per-
507 petuū nā & ſi vt ibi dixi, tales non ſint abſoluendi (niſi periculū ſit in mora) antequā *ſtatus perſonæ prius, & veritas negotij ſit intimata Romano Pōtifici, & ſecundū eius conſiliū tales de eorum ſcelere corrigantur*, tamen nō tenentur iſtæ perſonæ magnæ potentiæ, & delicati aliquo tempore adire S. Pontificem ſed ſolum ipſum conſulere per ſe ipſum, vel per Epiſcopū, à quo debēt abſolui, & ſic tātū eius cōſilio ſe ſubiacere, ita præter authores citatos habetur per *Silueſter: abſolutio 4. nu. 9. Suarez tom.5. diſp.22. ſect.1. num.80. Alterium cit. diſp.22. c.2. verſ. eſt quoq. & verſ. Reſpondeo priuilegium. ac Duardū lib.3. in Bullam cœnæ §.2. q.10. num.10. & ſeq.* Vbi hoc ampliat, vt etiam dixi ſuprà, licèt hi potentes, & delicati poſt acceptam abſolutionem
508 ab Epiſcopo cum conſilio Papę, miraculosè euaderent robuſti, & fortes, vel in dicta abſolutione fuiſſet illis iniūctū expreſsè ſub iuramento, quòd tali caſu obligati remaneant adire S.P. hoc enim ſignificant verba ſuprà relata, ipſius tex. *quòd ſtatus perſonæ prius. & veritas negotij eſt intimanda S.Pontifici*, non vt S. Pontifex decernat, an tales mittendi ſint Romæ, vt videtur voluiſſe *Angel. excomm.5. num.51.* ſed vt ſubdit tex. *vt ſecundum conſilium eius, tales ſint de commiſſo ſcelere corrigendi*, ideſt vt explicat *Butrius in dicto cap. mulieres num.2. ad finem quòd redimat laborem, & expenſas* quòd eſt idem cū eo, ait *Suarez ſup. num. 84.* ibi *quamquam expectanda ſit prius forma a S. Pontifice* ſupple, qua abſolui debeāt ab Epiſcopo. Nota *gloſam in cap. mulieres verbo laborem*, quam probāt *Butrius ibid. Nau. cap.27. num.88 ad finem Graff. cit. cap.6. num.29. & Sayrus ſupra num.22.* docere, ad Epiſcopum remitti
509 iudicium, an excōmunicatus habeat illas conditiones magnæ potentiæ, & delicioſitatis, quòd *Suarez cit. ſect.1 num.80.* quem ſuo more tranſcripſit *Alterius cit. verſ. eſt quoque* & proſequitur *Reginaldus lib.1. num. 249.* non putat neceſſarium, *quia poteſt*, vt ipſe ſubdit, *id per euidentiam facti conſtare, nec in dicto tex. committitur Epiſcopo, vt iudicet, an perſona ſit magnæ potentiæ, & delicata; ſed ſuppoſita conditione talis perſonæ, reſpondetur quid agendum, nimirum conſulendum eſſe S. Pontificem*, ideòque concludit, quòd quando res eſſet dubia, ſufficeret arbitrium cuiſlibet prudentis viri, nec in re diſcordat *Filliuc. tr. 15. num.4.* dum aſſerit, quòd *quamuis iudicium de conditione perſonæ propriè pertineat ad Epiſcopum, non eſt tamen, quòd etiam quiuis prudens, & doctus dare non poſſit, & ſatis ſit.* Nàm quidquid ſit in ſpeculatiua, quando etiam per ſe ipſos d. perſonæ conſuluntS.P. ſēper à Pænitentiaria Epiſcopo reſcribitur vt abſoluat, veris exiſtentibus narratis, & hoc ſenſu ipſe Epiſcopus propriè iudicat de conditione perſonę. Quę doctrina vt ad praxim deduci poſsit, imprimis, meo iudicio declarare opus eſt, an hæ duæ cōditiones magnæ potentiæ, & delicatæ complexionis debeant
510 concurrere ſimul in perſona abſoluenda, vel ſufficiant ſeparatim, & diuiſim? quòd hucuſque non inuenio ab authoribus, ſaltē clarè explicatum. *Reginaldus* enim *loco ſuprac* ſupponere videtur, ſufficere ſi aliquis ſit vel magnæ potentiæ, vel delicatus, ibi, *& idem ſtatuitur de his, qui ſunt magnæ potentiæ* & antè eum *Sayrus cit. cap.28. num.22.* ibi *nobiles, & magnæ potentiæ viri, & viri delicati.* Alij autem Doctores ferè omnes debent contrarium ſupponere, dum loquuntur iuxtà tenorem verborum ipſius tex. in *d. cap. mulieres*, ſcilicèt excuſari eos, *qui magnæ potentiæ ſunt, & ita delicati, quòd laborem veniendi, &c.* quæ verba (ob illam dictionē *Ita*, coniunctam cum copulatiua, & quæ venit declaratiuè, & reſtrictiuè ad præcedentiam, vt poſt alios habetur loquendo de di-
511 ctione *itaque*, quæ idem ſignificat, quàm *& ita* per *Gratum in tract. de dictionibus dict. 109.* & latius per *Barboſam eod. tr. dict. 181.*) ſonant, illas duas conditiones requiri copulatiuè, ita *Graffius, Suarez, Filliuccius, Alterius. Duardus, & Molina locis ſupracitatis.* Clarius id docere videtur *Silueſter abſolut.4. num.* vbi illam reddit rationem, quare non poſsit Epiſcopus ſtatim has perſonas ſignificatas in verſibus ſup. relatis ſub vnico illo *v. delicioſus*, abſoluere, ſtante quòd hoc immentum, vt ſuprà dixi, eſt perpetuum. *Quia*

inquit

Digitized by Google

inquit ipſe. *magnis perſonis, magnus Prælatus conuenienter facit mandata, cùm illa interdum modico labore, poſſint Eccleſiæ prodeſſe multũ.* Ecce quòd iſte doctiſsimus author præſuppponit, hic non eſſe ſermonem de quolibet delicatæ complexionis, nec de quolibet potente, ſed de potente, qui ſit etiam delicatæ complexionis. Confirmari poteſt hæc ſententia ex dictis verſibus communiter receptis, vbi iſtæ duæ conditiones complectuntur eodem illo verbo *Delitioſus*, quod decla
508 rat ly *delicati* potius denominari, à delicijs, (quę vt inquit *Ioannes Chriſoſtomus homil. 39. in primam ad Chorinth. apud Fernandez c. 29. in Geneſim ſect. 2. num. 14. Neque animæ tantum, ſed etiam ipſi corpori hoſtes ſunt deliciæ. nam pro robuſto fit imbecillius, pro firmo mollius, pro ſalubri valetudinarium*) quàm à
509 teneritudine complexionis, quæ ſimpliciter ſumpta reducitur ad illam particulam dictorum verſuum, ibi *eger*, ſicut etiam ly
510 *potentes*, qui communiter explicantur ab authoribus pro dominis terrarum, ſimpliciter ſumpti abſque delicata complexione, reducuntur ad aliam particulam, ibi, *cauſa*, quæ denotat impedimentum quodlibet, canonicum, vt in puncto adnotauit *Silueſter ſup. num. 3. verſ. quintuſdecimus* ibi *quidam dicunt, dominos magna potentia, & delicatos eſſe priuilegiatos, non ſolum ratione teneritudinis, & delicioſitatis, ſed etiam quia ſuas terras plerumque deſerere non poſſunt*, de qua re ſuprà *n. 425.*

Quòad id dixi ſuprà, hos potentes, & ita delicatos, ſi *periculum ſit in mora poſſe abſolui ab Epiſcopo ſub iuratoria cautione de cõſulendo Summum Pontificem, & parendo mãdatis eius*, quod eſt dictum *gloſa in dicto cap. mulieres verbo laborem, &c.* Aduertendum,
511 hoc caſu abſolutionem ab Epiſcopo non dari ex priuilegio ſpeciali dicti *cap. mulieres*, ſed ex priuilegio iuris communis, quo quilibet excommunicatus excommunicatione Summo Pontifici reſeruata, poteſt abſolui ab Epiſcopo, quando periculum eſt in mora: ita *Suarez, Alterius, Reginaldus, & Duardus locis ſuprac.* Qui ſubdunt, his caſibus pe-
512 riculum eſſe in mora, non ſolum quando ob periculum mortis, vel alterius damni notabilis, non datur tempus adeundi S. Pontificem, aut illi ſcribendi, quidquid *Layman lib. 1. tract. 5. p. 2. cap. num. ad finem.* intelligat tantum de periculo mortis, ſed etiam quando tantũ intercederet notabilis, & extraordinaria mora pro expectanda abſolutione, vel reſponſo (in caſu noſtro) à S. Pontifice, uè ob longitudinem itineris, vel periculum illius, aut ob alia neceſſaria negotia peragẽda, ſiuè aliam ſimilem cauſam, & meritò tùm quia lex adaptatur ad ordinaria, vtpotè quæ frequenter accidunt, & non ad extraordinaria, quæ de rarò eueniunt, *l. nam ad ea ff. de legibus cum concordantibus allegatis per Rolandum conſ. 96. à num. 30. vol. 3.* tum etiã loquendo in puncto, quia mora ordinaria cenſetur iam à reſeruante præuiſa, vt per *Suarez, & alios ſupracit.* communiter, qui etiam docent, remitti arbitrio prudentis viviri, quæ nam mora ad hoc iudicari debeat extraordinaria, vel ordinaria, vnde ſi ex tali mora extraordinaria periculum eſſet in mo
513 ra tantum ratione damni, quod reſultat in anima, quia v.g. perſeuerat talis in ſtatu peccati m. aliàs nõ perſeueraturus, & p cõſequens relicturus occaſionem peccati, vel quia indè ſequitur contemptus ipſius excõmunicationis, ex publica communicatione fidelium cum ipſo, vt habui in facto, poterit Epiſcopus illum ab excommunic. noſtri canonis, ſecundum omnes, abſoluere, vt ſuprà, ſicut reſpectu etiam aliarum excommunicationum, dixi *ſup. recoll. 2. n. 892.* excepta
514 excommun. contracta ratione violationis immunitatis eccleſiaſticæ, pro qua neceſſariò antè omnem abſolutionem eſt reſcribendum S. Congregationi, etiam ſi talis, quę violauit dictam immunitatem ſit mulier, vt ſeruari vidi in praxi, & reprehenſum ab ead. Congregat. quendam Vicariũ Apoſtolicum, qui contrariũ ſeruauit, violatorẽ ipſius abſoluẽdo ad reincidentiam, ratione impedimenti legitimi, vt ſup. Aliqui Doctores, inter quos *Layman ſup.* loquendo de impeditis ex alia cauſa, quàm ſolius magnæ potentiæ, & delicatæ complexionis, faciunt
515 mẽtionẽ de periculo infamiæ, & ſcandali, ſed immeritò, cùm hæc abſolutio ſpectet ad forum externum, quo caſu ceſſat dictum periculum, & tantum vrget, & habet locum, quando dicta excommunicatio eſt occulta, quia v.g. ſi nõ communicaret tempore, quo viget præceptum cum alijs ſodalibus, reſultaret infamia, vel ſcandalum, dixi *ſolius magnæ potentiæ, & delicatæ complexionis*, quia ſi
516 cum illo concurreret aliud impedimentũ ex ſuprà, vel infrà relatis, tunc tales non eſſent peioris conditionis aliorum ſimiliter impeditorum, vt docent Doctores ſupracit.

Quia autem vt ait Imperator *in l. 2. §. ſed quia diuina C. de veteri iure enucleando*, natura quotidie nouas formas edere deproperat, & proindè omnes caſus non poſſunt legibus expreſsè comprehendi, ideòque
517 quando emergit caſus nouus, ille ad ipſius legis regulas, coniecturas, & imitationẽ debet definiri, nàm etiam quos caſus nectit paritas, equitas, & idemptitas rationis, non ſunt, quòad iuris diſpoſitionem ſeparandi *l. illud ff. ad l. aquiliam*, ita in caſu noſtro, ſi alia cauſa in excommunicato aderit, præter ſuprà expreſſas, qua impediretur adire Sũmum Pontificem, etiam poſſet abſolui ab

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopo,vt apertè habetur in *d.cap.quòd de his* 26. ibi *vel ab hoc, alio impedimento canonico retrahatur, & in cit.cap.quamuis* 58. ibi *ſiuè quolibet impedimento canonico retrahatur, quò minus Romanum Pontificem poſsit adire*, & continetur iuxtà communem ſenſum Doctorum, in illis verſibus, ſub particula, *cauſa*, ac in ſpecie *Siluestri abſolutio 4.num,3.ver. quintus decimus*, qui etiã poſt *Panormitanum in d.cap.quòd de his*, dicit,hic ly *canonicum* ſignificare idem, quàm legiti-
518 mum.ideſt vt declarat *Suarez dicta ſect.1. num.68.* non quia hoc impedimentum debeat eſſe expreſſum in aliquo canone, ſed quia ſufficit ſi ſit arbitrio boni viri iuſtũ,& rationabile (in qua iuſtitia,& ratione fundãtur canones,& leges.) Dat aliqua exẽpla *Suarez*, quem ſequitur ſuo more *Alterius cit. diſp.22.c.2. verſ. iudicare verò, ſ.* ſubuenire parenti grauiter indigenti,alere vxorẽ,vel filios, exercere aliquod munus publicũ, ad ꝙ ex officio teneatur, quodq. ſine graui, vel cõmuni, vel priuato dãno deſerere non põt, ac illud, quòd dicit *Suarez*, de offiicio intelligit *Molina ſuprac. diſput. 64. num.6. ad finem.* non ſolum de officio eccleſiaſtico,
519 ſed etiam de ſæculari. *Reginaldus* etiam *lib.1.ſub num.54.* dat exempla de damnatis ad carcerem, vel exilium perpetuum, vel valdè longum, ac de infirmitate diuturna, qui omnes caſus, vt patet, comprehenduntur in alijs impedimentis ſuprà explicatis. Placet regula *Silueſter loco ſuprac.* quòd tũc ſcilicèt impedimentũ aliquod præter enu-
520 merata cenſeri debeat canonicum, & legitimum in propoſito noſtro, quando boni viri arbitrio, eſt æquale, vel maius aliquo expreſſo in iure. Reſtat pro complemento huis materiæ, inquirere, quomodo verũ ſit id,quod aſſerit *Nau.c.27.ſumma num.90.* vbi
521 quærit,quanti temporis debeat eſſe impedimentum, (intellige temporale,)ad hoc vt quis ratione ipſius poſsit abſolui ab Epiſcopo,vt ſuprà,ad reincidentiam. Et reſpondet duobus dictis. Primum eſt, non eſſe habendam rationem appulſus,ſed diſceſſus, quia vt ipſe ſubdit,alioqui omnes Hiſpani haberet impedimentũ duorum,vel trium menſium.Secundum dictum eſt;ſufficere impedimentum tanti temporis, quantum eſt neceſſarium,è diſceſſu ad appulſum.hæc *Nau.* cuius doctrinã reaſſumendò *Syarus cit. cap. 28.num.40. & clarius Reginaldus cit. lib.1.n.* 256.ſubdit *vt ob impedimentum temporaneũ poſsit quis abſolui ab Epiſcopo,ſufficere,vt ipſum ſit tanti temporis, quantum neceſſarium eſt à diſceſſu ad appulſum, ideſt quantum ponendum eſt in peragendo itinere, quo ille diſtat à Papa,aut ab alio,à quo Papæ authoritate,abſoluendus eſt.* Dico igitur primò, ex hoc ſaltem non colligi clarè, hos Doctores do-
522 cere cũ *Nau.* hunc abſolui non poſſe, qñ ſtatim arripiet iter, quaſi quòd tũc nõ egeat abſolutione, eò ꝙ per itineris arreptionem conſtituatur ſub protectione S. Pontificis, quia etiam in itinere poſſunt occurrere pericula,& ideò cùm militet eadem ratio, poteſt abſolui,*fauet Henriquez lib.6. cap.10. n. 1. lib.6. in commento.* Dico ſecundò, quòd
523 quando talis non poteſt proficiſci ſtatim, tunc ad hoc,vt poſsit abſolui ratione impedimenti, requiritur, vt impedimentum duret ad minus tanto tempore, quantum eſt neceſſarium in itinere vſque ad Vrbem, vel Legatum,& per conſequens ſi excommunicatus eſt in Hiſpania,ſi ſtatim arripit iter Romam verſus, ad hoc vt abſoluatur, non ſolũ poteſt ratione duorum,vel trium menſium, ꝙ in itinere opus habet, abſolui ab Epiſcopo,ſed etiam quando ex aliquo ex ſuprà dictis impedimentis non poteſt intrà bimeſtre,vel trimeſtre proficiſci. Dixi *ad minus*
524 *duret tanto tempore,&c.* quia ex hoc non aufertur authoritas Epiſcopo abſoluendi pro maiori tempore, quando impedimentum eſſe magis diuturnum, vel faltem probabiliter extimaretur magis duraturum, ꝙ̃ ſit tempus conſumandum in itinere, vt patet ex dictis ſuprà *nu.479. & ſub n.* 521. quia hoc totũ remittitur arbitrio ipſius, vt habetur per *Sayrum cit.n.40.ad fin.* qui poſtquã refert dictũ *Arebid.* circà id tempus, ꝙ ſcilicèt iudex illud arbitrabitur conſideratis omnibus circumſtantijs, dando etiam vnam diẽ pro hebdomada, prò quiete, & mentem ad præparandum ſe, & viginti dies ad expectãdum, ſubdit *non poſſe in hac dari certam regulam, ſed iudex benignè arbitrari debet, & ſufficit, quòd non ſit in negligentia, & fraude*, & ſic vidi ſeruari in praxi, vt ſcilicèt detur abſolutio ſic impeditis pro tempore, quo probabiliter exiſtimatur duraturum impedimentum, & poſtea quando volunt diſcedere, illis prorogatur dictum terminum.

Quando autem taliter abſolutus tranſacto tempore,prò quo fuit abſolutus, ſi non diſceſsit, vel obtinuit per alium abſolutio-
525 nẽ,reincidat in excommunicationem, de claraui *ſup.recoll.1.à num.886.* quibus accedit *Sayrus cit.n.40.*vbi loquendo in terminis noſtris,ſubdit non ſolum,quòd in foro conſcientię, ad hoc, vt quis reincidat, neceſſe ſit,vt mora ſit culpabilis, ſed etiam quòd pro foro externo, iudex eum in hoc caſu non denunciabit, niſi prius eo vocato vt ſciat ſũmariè de negligẽtia in mora,in qua re vt ipſe ait verbis ſuprà relatis *n.praced.ad finem.*debet ipſe iudex benignè arbitrio ſuo vti,quòd procedit etiam in abſoluto in articulo mortis ab excommunicatione publica,vt per *Duardum lib. 3. in Bulla cana* §. 2.
526 *q.3.n.11.* & dixi ſup.*recoll.8.à n.55.* Quòd talis

Digitized by Google

talis abſolutus ad reincidentiam, donec de-
claretur reincidiſſe in excommunicationē,
ſit capax, vt poſsit conſequi beneficia noua,
ac fructus beneficiorū antea obtentorum,
facere ſuos. *Campantlis rub.* 11. *c.* 15. *nu.* 72.
*& ſequent.*

*Quis Epiſcopus, & quos ſubditos abſoluat talis impeditos.*

PRima concluſio; Hic Epiſcopus debet
eſſe Diœceſanus, ideſt Diœceſim habēs.
527 Patet in *cit. cap. mulieres*, ibi *ab Epiſcopo
Diœceſano abſolui poſſunt*, *& in cit. cap. de cæ-
tero*, ibi licet *Diœceſano Epiſcopo*, ex qua con-
cluſione ſequitur, vt benè notat poſt *Suarez,
Duardus lib.* 3. *in Bulla cænæ* §. 2. *q.* 10. *n.* 54.
quòd hæc poteſtas non competat Epiſcopo
528 Titulari, quia ipſe non habet ſubditos, &
tamen hæc poteſtas debet exerceri ergà
ſubditos, vt patet in *c. de Monialibus de ſent.
excommunicationis*, ibi, *vt per Epiſcopum in
cuius Diœceſi monaſteria fuerunt, abſoluan-*
529 *tur*, idē dicas de Epiſcopo, qui renuncia-
uit epiſcopatui, quod dixi de Titulari. *Bar-
boſa de offic. & poteſt. Epiſcopi tit.* 1. *c.* 1. *n.* 23.
Secunda concluſio: Epiſcopus Diœceſa-
nus, vt ſup. ad hoc, vt poſsit abſoluere ſuos
ſubditos impeditos ab hac excommunica-
tione non eſt neceſſe, vt ſit conſecratus, ſed
530 ſufficit ſi ſit electus, & cōfirmatus; Nā Epi-
ſcopus electus, & cōfirmatus, habet poteſta-
tē iuriſdictionis, vt dixi *ſup. p.* 2. *recoll.* 9. *n.* 7.
loquendo in caſu fortiori, de poteſtate Epi-
ſcopi circà caſus occultos, in quibus conce-
ditur facultas ipſi Epiſcopo abſoluendi quò
ad forum conſcientiæ, & ſi abſolutio poſsit
conferri extrà ſacram. pœnitentiæ, quòd non
eſt in caſu noſtro, vbi ſumus in abſolut. quæ
datur quòad forum externum, & ſi etiam
illi proſit quòad forum conſcientiæ, quan-
tum ſpectat ad cenſuram, non autem quòad
peccatum, vt dixi ſuprà *recoll.* 2. *n.* 414. ideo-
que etiam poteſt dari ab Epiſcopo, vt ſuprà,
531 non ſacerdote, vt per *Duardum cit.* §. 2.
*q.* 10. *num.* 47. *&* 50. vbi *n.* 49. quòd talis ab-
ſolutio poſsit dari in abſentia, ſiuè Epiſco-
pus ſit in Diœceſi, & ſubditus extrà, ſiuè è
contrà. Habet autem hanc iuriſdictionis po-
teſtatem in actu ſecundo Epiſcopus electus,
& confirmatus, ſicut etiam conſecratus,
quando ei dantur ſui ſubditi, ſcilicet poſt
532 traditionem poſſeſsionis, vt poſt *Rodriq.*
benè notat *Alzedo in ſua praxi Epiſcopali
p.* 1. *c.* 3. *n.* 59. quam poſſeſsionē non poteſt
adipiſci ſinè litteris Sedis Apoſtolicæ, ele-
ctionē, & confirmationē, vel conſecrationē
etiam continentibus *Vgolinus de offic. & po-
teſtate Epiſcopi cap.* 2. §. 1. *Barboſa ſup. cap.* 4.
*num.* 9. vbi id limitat in Cardinalibus. Quòd
autem licèt hic ſit ſermo de Epiſcopo, idem
tamen dicendum ſit de Archiepiſcopo, Pa-
triarcha, & Primate, quòad ſubditos ſuæ
Diœceſis, patet nàm quilibet iſtorum reſpe-
ctu ſuæ Diœceſis, dicitur Epiſcopus, ſicut Pa-
pa etiam dicitur Epiſcopus totius orbis, vt
præter à me dicta *ſuprà c. recoll* 6. *n.* 6. videre
poteritis apud *Alzedum ſup. cap.* 8. vbi in ſpe-
533 cie *num.* 22. quod in Eccleſia, Epiſcopatus
ſit dignior alijs ordinibus, quia Chriſtus fuit
Epiſcopus, iuxtà illud Pauli, *Chriſtus aſſi-
ſtens Pontifex, &c.*
Tertia concluſio: ſubditorum (qui poſ-
ſunt abſolui tamquam impediti ab Epiſco-
po Diœceſano) nomine, non ſolum veniunt
534 ſubditi ratione domicilij, ſed etiam ra-
tione quaſi domicilij, quales ſunt ſcolares,
mercatores, alijque per aliquod tempus ha-
bitantes ibi cum animo redeundi ad patriā,
imò etiam ratione vagationis, ita in terminis
noſtris loquendo, nouiſsimè *Theſaurus p.* 1.
*de pœnis eccleſiaſticis cap* 20. *differentia* 10. &
ſi ad hoc alleget *Nau conſ.* 6. *num.* 6. *de ſent.
excommunicationis*, qui id non dicit in meo
codice, neque ibi, neque alibi, & latius *Boſ-
ſius diſceptatione* 1. *de iuriſd. Epiſcopi abſol-
uendi impeditos, &c. num.* 30. qui addit, hoc
535 eſſe verū, etiā in ſubdito ratione ſolius pe-
peregrinationis, ead. ratione, qua ſup. proba-
ui idem prò abſolutione impēdenda ab Epi-
ſcopo vi Concil. Trid. ab occultis (quicquid
ſit de diſpenſatione ab eiſdem *p.* 2. *recoll.* 9.
*num.* 81.) quia ſcilicèt hæc ſubiectio ſufficit
pro receptione ſacram. Pœnitentiæ, & Eu-
riſtiæ, quæ receptio prærequirit abſolutionē
536 à cēſuris; Vnde cū cōceſſio finē, cenſeātur
conceſſa etiam omnia tendētia ad finem. *c.
quoniam de ſent. excomm. in* 6. *cū alijs allegatis
per Ricciull. lib.* 4. *de iure perſon. c.* 55. *in princ.*
ſequitur ꝙ ead. ſubiectio ſufficiat pro abſolu
tione à cenſuris. Quę ratio, ex quo tñ cōclu-
dit pro abſolutione in foro conſcientiæ, nō
non videtur, quòd poſsit habere locum in
abſolutione, de qua hic loquimur (ſaltem
quando datur pro foro externo, & ſic pro
cenſura iàm nota in loco, in quo petit quis
talem abſolutionem ab Epiſcopo, cuius po-
ſtea effectus fuit ſubditus, vel ratione domi-
cilij, vel quaſi, aut vagationis, vel peregrina-
tionis pro cenſura, de qua ab Epiſcopo alte-
rius Diœceſis fuit denunciatus) niſi in vno
537 caſu tantū nēpè qñ talis locus vbi nunc re-
peritur excōmunicatus, eſſet valdè diſtans à
Diœceſi, in qua fuit declaratus, & denūciatus
excommunicatus, vt dixi ſup. *recoll.* 2. *n* 790.
*ad finem.* Nec obſtat, quòd ibi ſit ſermo de
excommunicatione noua, cùm præſuppo-
natur per ſententiam particularem remane-
re ipſam cenſuram reſeruatam Epiſcopo il-
lam ferenti, non autem de declaratoria cen
ſuræ iā latæ à iure, & reſeruata S. Pōtifici, pro
vt eſt caſus, de quo agimus. Quia reſpon-



Digitized by Google

detur, idem dicendum eſſe in hoc caſu declaratoriæ, quando non tractatur de abſolutione ad reincidentiam ratione impedimẽti, vt innui *ſuprac. recoll.2.n.812.* & ſic iſte
538 eſt vnus caſus, in quo qui non poteſt abſoluere abſolutè, poteſt abſoluere ratione impedimenti, quia etiam hoc caſu, licèt talis non poſsit eũ de nouo excõmunicare, poteſt tamen eum de nouo declarare excõmunicatum, & affigere contrà eum cædulones propter dictam percuſsionem in ſua Diæceſi ſequutam, iuxtà ea, quæ dixi *eadem recoll.2.n.288.* & ſic procedit praxis, & meritò, quia aliàs ſequeretur perturbatio iuriſdictionis, ſi ab alio Epiſcopo non ſuperiore in iuriſdictione abſolueretur declaratus, & in alia Diæceſi denunciatus excommunicatus iſtius Diæceſis Epiſcopo inſcio. Dixi
539 *nõ ſuperiore in iuriſdictione*, quia Archiepiſcopus (idẽ dico de Patriarcha, & Primate) cùm ſuperior ſit ſubditorum ſui ſuffraganei Epiſcopi, poteſt dictos ſubditos abſoluere in duobus caſibus, vel in caſu appellationis, de quo dixi ſuprà *eadem recoll.2.num.812.* vel tempore viſitationis, vt patet ex dictis ſuprà *p.2.recoll.9.num.17.* & in terminis notat noſter *Duardus lib.3.in Bulla cœnæ §.2.q.10.n.*
540 *12.* qui ſubdit, dictos ſuffraganeos Epiſcopos poſſe abſolui ab eorũ Archiep. etiã extrà tẽpus viſitationis, quia vt ipſe ſubdit, & ſi Epiſcopi in aliis caſibus, vbi cenſuras incurrunt, poſsint per Confeſſarios à ſe electos abſolui, hoc tamen nõ habet locũ, vbi ipſi ſunt notorij Clerici percuſſores, vel denunciati excommunicati (prout ſupponitur in caſu noſtro) nàm vt dixi *ſupracit. recoll.2.num.907.* & *p.2.recoll.9.n.85.* vbi *num.87.* idem dico de Epiſcopis titularibus, &c. non poſ-
541 ſunt delegare alteri hanc facultatem, quę pertinet ad poteſtatem, iuriſdictionis cuius vſu ſunt priuati excommunicati, non tolerati, imò cùm per ſupradictã tolerationem in cenſura, etiam ſuſpendatur eorum de-
542 legatio antea ab eis, facta, iuxtà ea, quæ dixi *ſup.recoll.2.à num.100.* & *p.2.recoll 5.num.86.* neque poſſunt abſolui ab eis, quibus generaliter antea conceſſerant poſſe impendere talem abſolutionem. Sed contrarium quòd nõ ſint priuati facultate eligendi Cõfeſſarium pro abſolutione in foro cõſcientię, & tali caſu d. Confeſſariũ abſoluere authoritate ſibi nõ ab ipſo eligente, ſed à iure, vel à S.P.commiſſa, eſt verius, vt infrà *n.592.*

Quando appellatione ſubditorũ Epiſcopi
543 veniant Regulares, dixi *ſuprac.p.2.recoll.9.à n.76.* quibus ibi dictis concordant *Squill. cap.4.de priuilegijs Clericorum nu.172. Lezzana p.1.ſua ſumma qq.regular.c.b.51.nu.6. Portellius in ſuis dubijs regularibus, verbo Epiſcopus in addit.num.2.* & *4.* vbi idem dicit eſſe obſeruandum in monialibus exemptis ab Epiſcopo, & ſubditas ipſis Regularibus, quòd intelligo in caſu, quo ipſæ moniales gaudent priuilegijs eorundem Regularium, à quibus reguntur, vt aliàs dixi ſup. Quomodo autem procedat id, quod dicit *Portellius loco ſuprac.n.3.* Prælatum Regularem egentem hac abſolutione, poſſe illam petere ab Epiſcopo, patebit ex infrà dicendis *ad finem quæſiti ſequentis*, cùm de abſolutione ipſorũ Regularium ab hac excõmun.

*Epiſcopi nomine, cui conceditur dicta facultas abſoluendi ſubditos impeditos adire Curiam, vel Legatum pro abſolutione ab hac excommunicatione, qui nam veniant.*

544 Certum eſt, Epiſcopi nomine hic venire Archiepiſcopos, Patriarchas, & primates, quoad ſuos Diæceſanos, & etiã quò ad ſubditos ſuorum ſuffraganeorum, in caſibus, de quibus mox *ſupra n.539.* hoc enim nomen *Epiſcopus*, cùm ſit nomen nõ ſolum dignitatis, ſed dignitatum culminis, & apicis, perlatè allegata ab *Alzedo in ſua praxi epiſcop.p.1.cap.12.in principio*, vndè vt dixi *p.2.recoll.9. num.6.* Papa non dedignatur vocare ſe Epiſcopum, non mirum, quòd de illo, non autem de Archièpiſcopo, Patriarcha, vel Primate in citatis iuribus facta ſit mentio.

Certum eſt ſecundò, venire delegatum ab eodem Epiſcopo, Archiepiſcopo, Patriarcha, aut Primate, hæc enim auctoritas abſoluendi impeditos, cùm ſit annexa dignitati, & officio, eſt ordinaria, vt in terminis dixit *Duardus ſuprac.§.2.q 9 n.7.8.* & *15.* ac *Reginaldus cit.lib.1.num.258.* & per conſequens delegabilis vt dixi ſup.*p.2. recoll.5. num. 46.*
545 in terminis quòd talis abſolutio ſit delegabilis, poſt alios dixit *Sbrozzius de offic. Vicarij lib.2.q.180.ſub. num.2.* vbi quod nõ ſolum poteſt committi Vicario, ſed etiã alijs, & hoc eſt, quod dixit *Silu. abſolut.4.num.5. ad finem.* quòd ſcilicèt tales impeditos poſſit abſoluere ſimplex Sacerdos, de mandato Epiſcopi, & ſi inter Doctores controuertatur. Primo, an in Vicarium Generalem Epiſcopi maximè non à remotis exiſtentis, tranſeat dicta facultas abſque ſpeciali mandato. Secundò, an ab Epiſcopo poteſt fieri dicta delegatio, nõ ſolũ quãdo ſpecialiter, & actu caſus occurrerit, ſed etiam generaliter pro omnibus caſibus ſupradictis. Et tertiò an ha-
546 bens ab Epiſcopo facultatẽ abſoluendi à cenſuris ſibi reſeruatis, poſsit abſoluere dictos impeditos. De prima difficultate agit *Sbrozzius cit.q.180.* qui ſimpliciter negat, extrà caſũ articuli mortis tranſire in Vicariũ Gener. Epiſcopi facultatẽ abſoluẽdi eũ, qui incidat in *can.ſi quis ſuadẽte*, in illis caſibus, in quibus ex officio competit Epiſcopo abſolu-

Digitized by Google

ſolutio, præſtita ſatisfactione, quem ſequitur *Barboſa alleg. 41. ad finem.* & latius per *Duardum cit. q. 9.* loquentem in caſu fortiori, ſcilicèt abſolutionis impeditorum ab excommunicatione Bullę cęnę, vbi *num.* 13. opinionem affirmantem, tranſire dictam facultatem in Vicarium Generalem, vi generalis commiſsionis, non ſolum dicit, non eſſe improbabilem, ſed oſtendit eſſe probabiliorem; etiam ſi in eius commiſsione non fuerit ei conceſſum exercere aliquem actum, qui requirat ſpeciale mandatum, cum clauſula, *& omnia faciendi quæ per nos poſſumus,* quo caſu certum eſt tranſire etiam hanc facultatem, quem ſequitur *Bonac.* in eiſdem terminis loquens *tom. 3. diſp. 1. q. 21. p. 2. nu. 24. verſic. quod Vicarius Generalis, &c.* Dixi *maximè non à remotis exiſtente ipſo Epiſcopo,* quia eo caſu conueniunt omnes, tunc cenſeri d. facultatē collatam ipſi Vicario, vt ſufficienter cēſeatur conſultū neceſsitati ſuarū ouium, & notat idem *Duardus ſup. num. 16.* fauet ratio adducta per Doctores, quòd Vicarius habet iuriſdictionem ordinariam, facitque vnum tribunal cùm Epiſcopo, vndè cū hæc abſolutio ſpectet ſępius ad forum externum, dici debet tranſire in eum hanc facultatem, vi generalis commiſsionis vicariatus.

De ſecunda difficultate agit *Bonacina* in terminis noſtris *tom. 3. diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect. 5. n. 20.* conſequenter loquendo iuxtà ea, quę de abſolutione ab excommunicatione Bullæ cœnæ, ergà impeditos, dixit *cit. p. 2. n. 24. verſ. ſpecialis delegatio.* vbi concludit, non ſolum

547 poſſe Epiſcopum hanc facultatem delegare in caſu particulari (vt voluit *Henriq. ab eo citatus, cui accedit Graffius de quinque caſibus lib. 1. cap. 8. num. 43.* ſed etiam generaliter delegare alicui Vicario ad id deputato, prout etiam præſupponit *Duardus cit. q. 9. num. 8. & Barboſa loco ſuprac.* quòd eſt idem quàm ſi diceremus, non ſolum poſſe Epiſcopū delegare in hac materia nudum myniſterium, vel vnam tantum cauſam, ſed etiam vniuerſitatē cauſarum.

Tertiam difficultatem tangit *Graffius loco ſuprac.* vbi diſtinquit inter poteſtatem competentem Epiſcopo, circà leuem percuſsionem, ac circà caſus ratione impedimenti, vel qualitatis perſonarum. Primò caſu inquit, per facultatem generalem abſol-

548 uendi à cenſuris comprehenditur etiam abſolutio illius excommunicationis, non autem in ſecundo caſu, ſed quia eam rationem adducit pro hac ſecunda parte diſtinctionis, quòd Epiſcopus non poſsit generaliter committere alicui in dictis caſibus, facultatem abſoluendi, ſed tantum quando caſus occurrerit, quę ratio corruit ex opinione contraria, quam *num. praeced.* retuli, & ita in puncto tenet *Boſsius ſuprac. diſcepta. 1. de hac materia abſolutionis impeditorum, n. 54. ad finem.* meo iudicio circà hanc difficultatem diſtinguerē de perſona, cui facta eſt delegatio generalis, ſi .n. eſt Vicarius, vel alius iudex, tunc cenſetur etiam conceſſa hęc facultas, ſecus autē qn̄ delegatio eſt facta alicui Confeſſario, eadem ratione, de qua ſuprà, quòd hęc abſolutio ſpectet ad forum externū, & licèt etiam poteſt dari pro foro ro conſcientię, hoc tamen non eſt licitum alijs habentibus generalem tantum delegationem circà cenſuras, quia ea, quæ ſpeciali nota digna ſūt, nō veniūt in generali cōceſſ.

His præmiſsis, eſt primum dubium, de

549 Prelatis inferioribus Epiſcopis, habētibus Diœceſim, & territorium, vtrum poſsint abſoluere ſuos ſubditos impeditos. *Siluester abſolut. 4. num. 5.* videtur negare ſimpliciter, poſſe dictos inferiores Prælatos abſoluere ab hac excommunicatione canonis, quia S. P. in *ſuprac. cap. peruenit*, hanc facultatē committit Epiſcopo, & hanc dicit eſſe cōmuniorem opinionem. Sequitur *Silueſtrū, Molina tom. 4 diſp. 59. num. 2.* qui teſtatur de communi. Sed contrarium eſt verius, ex quo prædicta poteſtas ſpectat ad iuriſdictionem, ac dicti Prælati habeant iuriſdictionē epiſcopalē vel quaſi & p̄ cōſequēs poteſtatē ordinariā in ſua veluti Diæceſi, ac in ea Tribunal conſtituunt, exercentq; iura epiſcopalia, ita in terminis noſtris loquendo *Graffius p. 2. deciſ. lib. 3. cap. 6. num. 36. Duardus ſuprac. q. 8. num. 52. & 55.* & poſt *Henriq. Boſsius ſuprac. diſceptatione 1. num. 42.* qui benè ſubdit, nec *Silueſtrum* velle contrarium, cùm loquatur de Archidiacono, & Archipræſbytero Cathredalis, & ſic Prçlatis non habentibus territorium veluti Diæceſim ſeparatam ab Epiſcopo, fauent Doctores, quos retuli *ſup. p. 2. recoll. 9. num. 12.* prò opinione, quòd iſti Prælati poſsint abſoluere ab occultis, vi facultatis conceſſæ Epiſcopis à S. Concilio Tridentino, vbi *num. ſeq.* notanter addo, à quo erit danda talis abſolutio, ſuppoſita prò vera opinione negatiua. Quòd hanc fa-

550 cultatem tales Prælati poſsint alijs delegare, ſicut ſuprà dixi, poſſe Epiſcopos, ſupponit ratio adducta prò Epiſcopis, nempè hanc poteſtatem eſſe delegabilem per Ordinarium *Sbrozius de officio Vicarij lib. 2. q. 181. num 2.* ſed iſti ſunt Ordinarij, ergò, ita *Reginaldus lib. 1. praxis num. 8.* qui loquitur de Prælato Regularium exemptorum, qui ſecluſis priuilegijs particularibus, habent dictam facultatem reſpectu ſuorum ſubditorum, quia etiam habent territorium, quæ non eſt pars Diæceſis Epiſcopi, ſed eſt veluti propria Diæceſis, ſicut alij Prçlati, de quibus ſuprà, vt per *Boſsium loco ſuprac. num. 49. & Graffium ſuprac. n. 36* Confirmatur, ex eò,

Ooo 2 quòd

quòd docent alij Doctores,& præcipuè *Mo-*
551 *lina ſuprà c.n. 2.* de Vicario Generali Epi-
ſcopi, poſſe ſcilicèt abſoluere dictos impe-
ditos, non ſolum per ſe ipſum, ſed etiam per
alios, concedendo illis facultatem eos ab-
ſoluendi ſicut Epiſcopus, non alia ratione,
quàm ex eo quia eſt Ordinarius, ergò idem
dicendum eſt de iſtis Prælatis, iuxtà regulã
vulgatam, *l. illud ff. ad legem aquiliam.* quòd
vbi militat eadem ratio, debet dari idem ius.

Secundum dubium eſt de Capitulo, ſede
epiſcopali vacante: Nam *Molina ſuprà cit.
diſput 59. nu 2. ad finem.* ſupponit prò certo
illi non competere hanc facultatem, non
alia ratione, quàm à ſimili de eo, quod an-
tea docuit de Prælatis Epiſcopo inferiori-
bus. Sed alij Doctores ſicut contrarium do-
cent de ipſis Prælatis, ita etiam docent de ip-
ſo Capitulo, *vt per Duarenum, & Boſſium lo-
cis ſuprà c.* & congruit ratio, quia vt ſuprà di-
xi, hæc facultas pertinet ad iuriſdictionem
ordinariam Epiſcopi, vel ſaltem delegatã à
552 iure, Epiſcopo ratione dignitatis, in qua
iuriſdictione certum eſt ſuccedere Capitu-
lum ipſi Epiſcopo. *Quarãta in ſumma Bullar.
verbo Capitulum ſede vacante in principio,
quẽ alijs citatis,* probat *Campanilis in ſuo di-
uerſorio iuris canonici rub. 12. cap. 13. num. 79.*
nec deeſt authoritas, nam *in cap. vnico de
maioritate, & obedientia in 6.* expreſsè con-
ceditur Capitulo ſede epiſcopali vacante,
abſoluendi facultas ab excommunicatio-
nis ſententia, ſiuè iuris, ſiuè hominis, ſicut
poterat Epiſcopus, niſi ei (ſcilicèt *Capitulo*, vt
ibi exponit *gloſa*) fuerit à Sede Apoſtolica
interdicta poteſtas, ſed ſic eſt, quòd Epiſco-
pus poterat hos impeditos abſoluere, nec
reperitur dicta facultas alicubi à Sede Apo-
ſtolica interdicta ipſi Capitulo, ergò, & ſic
intelligas *gloſam ibid. verbo iuris.* quando aſ-
ſerit, quòd Capitulum ſede vacante poterit
abſoluere à qualibet excommunicatione
iuris, niſi ſit S. Pontifici reſeruata, quia tex.
non dicit hoc, ſed ꝙ nõ poſſit abſoluere, ni-
ſi Capitulo reperiatur hoc prohibitum à
Sede Apoſtolica. Præterquã quòd, licèt ab-
ſolutio percuſsionis grauis ſit reſeruata S.
Pontifici, non tamen eſt illi reſeruata abſo-
lutio impeditorum, vt ſuprà declaraui. Vndè
553 hęc poteſtas tranſit in Vicarium Capituli
ſede vacante abſque ſpeciali delegatione, vt
dixi ſuprà de Vicario Epiſcopi, & Vicarius
prędictus poteſt illam delegare alijs, ſicut po
teſt Vicarius Epiſcopi, in quo differt à pote-
ſtate, quæ competit Epiſcopis circà cenſuras
occultas *vi S. Concil. Trid. ſeſſ. 24 cap. 6.* quæ
non tranſit in Vicarium abſque ſpeciali de-
legatione, ob verba illa dicti *cap. per ſe ipſos,
vel Vicariũ ſpecialiter deputandum,* ideò nec
Vicarius põt alijs delegare, niſi nudũ mini-
ſterium circà occulta, iuxtà ea, quæ dixi *ſup.
p. 2. recoll. 9. num. 11. 137. & 139.* & concor-
dat *Vulpe poſtea impreſſus in ſuâ praxi iudi-
cialis fori eccleſiaſtici cap. 44. num. 9. ad finem,*
554 vbi habetis differentias inter Vicariũ Epi
ſcopi, & Vicarium capituli ſede vacante,
quia licèt Capitulũ ſede vacãte poſsit plus,
quàm Vicarius Epiſcopi, vt poſt Rebuffum
dixit *Graffius conſ. 1. diff. 2. num. 8. de elect.
vol. 2.* & ideò Capitulum non dicitur Vica-
rius, ſed ſucceſſor Epiſcopi mortui. *Sbrozius
lib. 1. de off. Vicarij quæſt. 5. nu. 4. & 9.* Tamen
poteſt plus Vicarius Epiſcopi, quàm Vica-
rius Capitularis. Dixi *ſede epiſcopali vacante,*
555 quia ſecus eſt in Capitulis aliarum Ec-
cleſiarum inferiorum Epiſcopis, quę non
ſuccedunt in iuriſdictione Prælatis ipſarum
ſed tunc recurrendũ eſt ad ſuperiores ipſorũ
pro abſolutione, vt latè per *Felinum in cap.
his, quæ num. 2. ex. de maioritate, & obedientia,*
quem probat *Petrus à Blaxio in tract. de
elect. cap. 5. 3. partis num. 2.* quòd ſecundùm
me, voluit *Graff. loco proximè citato ſub n. 8.*

Tertium dubium poteſt eſſe de Pœnitẽ-
tiarijs in Eccleſ. Cathredalibus, conſtitutis
ex præſcripto Concilij Tridentini, de qui-
bus egi ſuprà *p. 2. recoll. 5. num. 61. & recoll.
7. à num. 20.* Nàm vt ibi innui, etiam eſt du-
bium inter Doctores, an quòad caſus, & cẽ-
ſuras reſeruatas, à quibus poſſunt abſoluere
Epiſcopi, ipſi Pœnitentiarij ſint Ordinarij,
vel delegati, & conſequenter poſsint ab eis
abſoluere, etiam ſi Epiſcopi expreſsè, ipſis fa-
cultatem circà dictos caſus, vel cenſuras re-
ſeruatas, non conceſſerint, vbi *num. 27.* pro-
bo opinionem negatiuam ſcilicèt, quòd li-
cet ipſi Pœnitentiarij habeant ordinariam
iuriſdictionem ad confeſsiones audiendas,
tamen quòad caſus, & cenſuras reſerua-
556 tas, habeant tantum delegatam, & ſic
facultatem abſoluendi ab eis, non tran-
ſire in illos abſque ſpeciali conceſsione Epi-
ſcoporum, quibus illic à me allegatis acce-
dunt *Vulpe in cit. praxi cap. 35. num. 15. Ga-
uantus in ſuo manuali Epiſcoporum verbo Pæ-
nitentiarius num. 22. & Riccius p. 1. praxis
deciſ. 572.* vbi refert ita declaraſſe Sacram
Congregationem, his verbis. *Pænitentiarius
non poteſt abſoluere quenquam in caſibus,
quos Epiſcopus ſibi expreſsè reſeruauerit; niſi
metipſe Epiſcopus hanc illi ſpeciatim dederit
authoritatem,* quam declarationem antea
retulit *Garzia p. 5. de beneficiis cap. 4. num.
115.* quã ſententiam etiam tenuit nouiſsimè
Rota Rom. in Neap. Pænitentiariæ corã
Merlino 5. Iunij 1637. eãdẽ ſẽtẽtiã cõfirmo
hic de nouo, quidquid aliqui authores, quos
ibi citaui, cum alijs quos nouiſsimè ſequi-
tur *Boſsius in præcitata diſceptatione 1. de ab-
ſolut. impeditorum num. 50. & duobus ſequen-
tibus.* contrarium doceant, nempè dato, &
non conceſſo, quòd ex primaria inſtitutione
ipſo-

Digitized by Google

ipſorum,& attento Decreto S.Concil.Trid.
non habeant ipſi Pænitentiarij iuriſdictio-
nem in foro conſcientiæ circa caſus,& cen-
ſuras reſeruatas Epiſcopis , illam tñ eos ha-
557 bere ex vſu,& cõſuetudine,& proinde poſ-
ſe ab eis abſoluere abſque ſpeciali delega-
tione, ſicut Epiſcopos ( qui *Boſsius* loquitur
in puncto de abſolutione impeditorum)niſi
aliàs,dum dicti caſus , & cenſuræ ſunt Epi-
ſcòpis conceſſæ à S.Pontifice,non ſit ēxpreſ-
ſum, vt in generali conceſsione facta ab Epi
ſcopis,illæ nō cēſeantur cōprehēſæ,ſed opus
ſit ſpeciali delegatione. Qui *Boſs.* ex aliqui-
bus auctoribus *n.* 55. & 56. ſubdit d. Pæni-
tētiarios,eam facultatem,quā habent,vt ſu-
prà , non ſolum poſſe delegare quoad nu-
dum miniſterium contrà *Barboſam*, *Ga-
uantum*, *Ioannem Valerum*, *Capeauill. &
Paſecium*, qui negant hoc , ſed etiam poſ-
558 ſe delegare tamquā Ordinarios,qui Ordi-
narij poſsunt delegare non ſolum nudum
miniſterium , ſed propriam iuriſdictionem
*l.cognitio* §. *cum propriam* , *ff. de officio eius,
cui mandata eſt iuriſdictio*. Cui doctrinæ nō
poſſum me ſubſcribere , tùm quia conſue-
tudo non ſic de facili præſumitur , ſed ab
allegantibus ipſam, debet probari *cap. finali
ex de conſuetudine,cum alijs allegatis , per Ro-
tam p.2.recent. dec.112. num.* 1. & ad proban-
559 dā ipſam non ſufficit dictum Doctorum,
vt eam probant dicti authores, vt per eandē
Rotam apud *Seraph. deciſ.* 1349. vbi quòd
ita ſeruat ipſa Rota , & latè probat *Cartar.
deciſ. Curia Archiep. Mediolan.* 46. *num.* 27.
vbi *num* 29.ꝙ dato,credi debeat Doctori te-
ſtāti de cōſuetudine,id tñ intelligi debet pro
locis,in quibus Doctor,vel DD.qui de ea te-
ſtantur , verſati fuerunt , non pro omnibus
locis , & ſic de conſuetudine vniuerſali , &
ego teſtari poſsū,in pluribus ciuitatibus Ita-
liæ me vidiſſe contrarium ſeruari, nēpè non
ſolum expreſè dari dictam facultatem Pę-
nitentiarijs, ſed illam concedi ab Epiſcopis
pro quibuſdam caſibus,& non prò alijs, vn-
dè cū conſuetudo vniuerſalis non ſit vnifor
mis,ſed difformis,attendendum eſt ius com
mune,*Rota, & alij apud Sperellum deciſ. fori
eccleſiaſt.*91.*num* 78.*& ſequentib.*Tum etiam
quia conceſſo ,vt ſup. quòd hoc nō habeāt
Pęnitentiarij ex d.Concil.Trid.hoc depēdet
à voluntate ipſorum Epiſcoporum , & per
560 cōſequens ſumus in facultatiuis,in quibus
non inducitur conſuetudo liberæ volunta-
tis reſtrictiua per actus liberæ electionis,
quidquid ſecus dicendum eſſet, ſi ipſis relu-
ctantibus Epiſcopi acquieuiſſent,per tradita
ab eod. *Sperello ſup. deciſ.*07.*num.*45. ex quo
ſequitur , quòd licèt vigeret iſta conſuetu-
do in aliqua Cathedrali, non hoc per Pæni-
tentiarius illius circà d. caſus,vel cenſuras re
ſeruatas haberet ordinariam iuriſdictionem
ſed tantū delegatam , cùm tunc non profi-
ciſcatur dicta iuriſdictio à Concilio Trid. &
ſic à iure,ſed ex tacita delegatione Epiſcopi,
qui habet ordinariam iuriſdictionem cir-
cà reſeruata, à cuius voluntate dependet in
fieri , & conſeruari dicta facultas , iuxtà ea,
quæ dixi *ſup. recoll.*5 .*n.*2. *& ſeq.* Nec habet
locū hoc caſu id,quod dicitur de delegatio-
ne facta ratione officij,quia id procedit,quā-
do talis delegatio eſt facta à iure, non autem
à tacita delegatione Prælatorū,vndè quia ta
lis conſuetudo conſiſtit in hoc,ꝙ ſicut Epi-
ſcopus poſſet hoc expreſsè ſibi concedere,
ita & tacitè permittendo cēſeatur cōcedere
vt in ſimili dicit *Panorm.in cit c. contingat n.
16.de foro compet.*ibi *quod ſpectat non ad ordi-
narium , ſed ad delegatam iuriſdictionem* , &
561 ſic conſuetudo non ſemper ordinariā, ſed
aliquando etiam delegatam iuriſdictionem
tribuit,prout eſt radix,à qua ipſa proficiſci-
tur,qñ .n. cōſuetudo eſt circà iuriſdictionē
iure, tribuit iuriſdictionē ordinariā,quando
verò eſt circà iuriſdictionem ab homine, vt
eſt in caſu noſtro, tunc tribuit iuriſdictionē
delegatam , quòd voluit in re *Homobonus
de caſibus reſeruatis p.* 1. *de abſolut. caſuum
reſeruat.verſ. Pænitentiariorum facultas*: nā
poſt quam dixerat,quòd ex cōmuni, & rece
pta vbique Epiſcoporum conſuetudine, Pę-
nitentiarij abſoluant à caſibus,& cenſuris , à
quibus poſſunt abſoluere Epiſcopi; Subdit,
poſſe dictos Pęnitentiarios delegare alijs
propriam facultatem in caſu particulari , cū
in facto conſuluntur, quòd idem ſignificat,
quàm quòd non poſsint ſubdelegare, niſi
nudum miniſterium, quòd clarè ſignificat,
hanc poteſtatem inductam ex conſuetudi-
ne non eſſe ordinariam cùm illam habens,
poteſt delegare vniuerſitatem cauſarum,
ſed delegatam,vt clariùs explicat *Boſsius ci-
tata diſceptatione* 1.*num.*57.vbi concedit di-
ctis Pęnitentiarijs, tamen ſi facultas abſol-
uendi à reſeruatis , non illis competat ex vi
officij vniti prębendę ; ſed ſolum per *Epiſco
pi delegationem* , *ſiuè expreſsè verbis declara-
tam,ſiuè tacita ex vſu recepto,& Epiſcoporum
conſuetudine,poſſe abſolutionem caſus particu-
laris in facto occurrentis, ſeù nudum miniſte-
rium alteri committere.* Et ſi ambo hi aucto-
res id probent ex eo, quòd talis Pęnitentia-
rius ſit delegatus ad vniuerſitatem cauſarū
à Principe inferiori, qui licèt non poſsit
vniuerſalem iuriſdictionem transferre , po-
teſt tamen cauſam particularem delegare,
quæ ratio probat , ipſos Pænitentiarios non
ſolum poſſe ſubdelegare nudum miniſte-
rium,vt ipſi concludunt , ſed vnam vel aliū
caſum abſoluendum , vt in caſu Parrochi,
562 cui ab Epiſcopo cōceſſa fuit facultas abſol
uendi à reſeruatis Parochianos. Poſt *Nald.*&
*alios*,docuit *Fioron.p.*1.*de caſibus reſeru. Fa-*

*uentia*

Digitized by Google

*uentia cap.4.§.4.num.9.verſ. quare ſi Epiſcopus* (qui tamen loquendo de Pęnitentiarijs, *ibid.§.23. ad finem*, cum *Homobono*, tenet, poſſe delegare in aliquo caſu particulari.) Nā etiam Doctores communiter docent, delegatum ad vniuerſitatem cauſarum poſſe vnam, vel alteram cauſam ſubdelegare, vt per *Sanchez lib.3. de matrim. diſp.31. num.3. Molinam tom.5.diſp.15.num.4.* Ratio igitur,
563 qua probatur, Pęnitentiarios,(ac alios delegatos ab Epiſcopo ad abſoluendum in caſibus reſeruatis, qui in hoc non habent minus iuris, quàm Pęnitentiarij, vt probant rationes, de quibus infrà, & ſupponūt *Homob. loco suprac. verſ.ſeq.fol. mihi 78. in 2. edit. & Beya loco infrac.ad fin.*) nō poſſe delegare niſi nudū miniſteriū, eſt vel quia licèt ſint delegati ad vniuerſitatem cauſarum, tamen in hoc eſt electa induſtria perſonæ, vt dixi *ſup. p.2.recoll.5.num.66. & recoll 7. num. 33.* vbi loquor in puncto de Pænitentiarijs, & abſolutione horum impeditorum. Vel quia Pænitentiarius eſt delegatus ab ordinario, qui delegatus poteſt ſubdelegare nudum miniſterium. *Nau. cap.27. num. 45. Graff. lib.3. de caſibus reſeruatis c.10. ad fin. Genuenſ. in praxi Archiep. Neap.c 70.n.7.in 2.edit.* Quā rōnē ſequi videtur *Ricc.p.1.praxis dec. 221.* Vel & tādē, quę ratio mihi videtur magis vera, qa Pænitentiarius, vel alius delegatus ad abſoluēdū à caſibus,& cēſuris reſeruatis, eſt delegatus ad nudū miniſterium, vt habetur expreſsè in *c fin.§.fin.de offic. iudicis delegati*, vbi idem dicitur de delegatione facta diſpēſandi in irregularitate, votis, &c. & tangit *Riccius loco suprac. num.2.* nam licèt is, cui cōmittitur nudum miniſterium, non poſſit illud alteri delegare, vt habetur in eod. tex.
564 tamen hoc fallit, quando nudū miniſterium eſſet parui momenti, quia vt poſt *Romanum & alios, dixit Felinus in eod. §.fin. nu.9.*& ſequitur *Genuenſis ſup.num.6.* pro dicto nudo miniſterio minimo non cenſetur electa induſtria perſonæ, & per conſequens non cenſetur prohibitum illud ſubdelegari. Quod autem nudum miniſteriū, de quo tractatur, vt ſubdelegari poſſit à Pęnitentiario, vel alio delegato ab Epiſcopo ad abſoluendum à caſibus, & cenſuris reſeruatis ſit parui momenti, patet ex his quæ dixi *ſupracit. p.2. recoll.5. num. 204. & proſequitur Floronus de caſibus reſeruatis p.1.c.4.§.4.nu. 9.verſ. ſublimitatur ad fin.* Vbi oſtendi hāc ſubdelegationem nudi miniſterij conſiſtere
565 in facultate tantum exercendi actum abſolutionis de mādato ipſius delegātis, à quo etiam imponi poteſt certa pænitentia, aut remitti ad arbitrium ſubdelegati pro caſu in facto occurrenti, ac manifeſtato ipſi deleganti cum ſuis circunſtantijs ab eo, qui petit dictam ſubdelegationem. Vtrum autem hoc habeat locum etiam in Regula-
566 ribus, qui ex priuilegio S. Pontificis poſſunt abſoluere à cenſuris Papalibus, diſpenſare in irregularitatibus, vel votis. Tangit *Molina tom.5.diſp.18.ad finem.* qui reſpondet negatiuè, nam per dicta priuilegia tantum illis conceditur nudum miniſterium, (adderem ego abſque vlla iuriſdictione, & ſic diuerſum ab eo, quod conceditur ab Epiſcopo Pænitētiario, vel alteri delegato.) Vndè licèt Regulares Confeſſarij ex priuilegio poſſint abſoluere à pluribus excomm. S. P. reſeruatis, de quibus ſuprà egi *p.2.recoll.10. n.128. & ſequētibus*, non poſſunt tamen ſubdelegare alijs nudum miniſterium circà abſolutionem illarum. Dixi *Confeſſarij*, quia ſecus eſt, quando dicta priuilegia annectuntur muneri, ſeù delegatur dicta facultas alicui ratione muneris, & officij, quod habet, vndè facultas, quam habent Prælati Regu-
567 lares abſoluendi ſuos ſubditos ab excommunicationibus, irregularitatibus,&c. poteſt ab eis delegari, vt per eundem *Molinam loco suprac. nu.1. ad fin.* fauet *Floronus cit.§.4. n.6.* loquēs de Archidiacono Bononien. habente ex priuilegio facultatem abſoluendi à quibuſdam cenſuris, quòd autem Pænitentiarijs non competat ratione officij abſoluere à reſeruatis, probat idem *Floronus ibid.§. 23.num.25.verſ.ego verò.*

An autem dicti Pænitentiarij poſſint ſubdelegare dictum nudum miniſterium ad abſoluendum ſe ipſos, ſi inciderunt in caſus
568 vel cenſuras reſeruatas. Reſpondeo, quòd nō poſſint iuxtà ea, quæ dixi *ſup.p.2.recoll.5. n.130.* quibus illic allegatis accedit *Beya p.4. reſponſorum caſuum conſcientiæ Bonon. caſu 5.* vbi loquitur de Parocho habente à Superiore auctoritatem abſoluendi ſibi ſubditos à caſibus eidem Superiori reſeruatis, & probat, non poſſe ea vti ergà ſe, abſque ſpeciali licentia, quia eſſet abſoluere ſe ipſum. Cui contradicit *Layman tūm de ſacram. pænit. c. 10.nu.16.* ex eo quòd Parochus cùm habeat ordinariam iuriſdictionē in ſuos parochianos, iuriſdictio delegata circà caſus reſeruatos ratione officij in eo efficiatur ordinaria. Quæ ratio militat etiam in Pęnitentiario, qui habet quoque vt ſuprà dixi iuriſdictionem ordinariam ad audiendas confeſsiones & abſoluendum à peccatis mortalibus, & tn̄ non competit ei ratione officij abſoluere à reſeruatis vt probaui ſuprà. Alia quoq. ratio *Layman*, ex eo, quod Parochus poſſit eligere Confeſſarium, negatur, iuxtà ea, quæ dixi *ſup.p.2. recoll.6. num.4.* Rectè dixit *Beya. abſq. ſpeciali licentia.* Nā Pænitētiarius vel Parochus, aut quilibet alius, qui nō ſolū haberet facultatem à Superiore abſoluendi
569 à dictis caſibus,& cenſuris, ſed etiam ſubdelegandi alijs dictam facultatem, poſſet illam

Digitized by Google

lam ſubdelegare ad abſoluendum ſe ipſum, quia hoc caſu ſubdelegatus abſolueret nomine delegantis, & ab eo cenſeretur habere iuriſdictionem, non autem ab ipſo ſubdelegante, & ſic non militaret ratio de abſolutione ſui ipſius, quidquid *Floron. suprac. §.4. num.9. verſ.2. limitatur*, quod poſtea reperi probatum à *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.52. num. 11. ad finem.* contrarium docere videtur, ex quo patet, tantò
570 magis Vicarium generalem Epiſcopi, qui & ſi non poſsit abſoluere à reſeruatis Epiſcopo abſque ſpeciali commiſsione (maximè quando Epiſcopus non eſt à remotis, vt ſuprà dixi) & in terminis notat *Sbrozius de officio Vicarij lib.2.q.19.* cum alijs ab eo allegatis, tñ facta ſibi ab Epiſcopo cōceſsione illorū, pōt illos, alijs delegare, quia in illis efficitur Ordinarius, vel quia ſaltim eſt delegatus ad vniuerſitatem cauſarū, vt poſt *Graffiū* dixit *Floronus cit. §.4 num.9. verſ. quare Epiſcopus, in fine*, & ſic cum nunquam in eis ſit tantū delegatus, quò ad nudū miniſterium, delegando dictam facultatem non poteſt dici, quòd abſoluat ſemetipſum, ſed quòd abſoluatur poteſtate à iure ſibi data, vel ab eod. Epiſcopo tacitè (vt inquit *Barboſa loco ſupracit.*) ſubdelegādi. Cōfirmatur nàm vt
571 dixi *ead. p.2. recoll.6. num.21.* Vicarius tanquam Prælatus habet priuilegium, vt poſsit eligere Confeſſarium, quòd ſufficit, vt poteſtas, quę transfertur in Confeſſarium electum, non ſit ab ipſomet eligente, ſed à iure, concedente dictum priuilegium eligendi, &c. Hanc opinionem probat *Diana p 3. tr. 4. reſol.142.* vbi me citato *ad finem*, concludit, quòd ſubditus petens à Prælato omnē
572 eius authoritatem prò vna perſona, illa vice abſoluenda, poſsit vti dicta authoritate prò ſe ipſo, curando vt ab aliquo Cōfeſſario abſoluatur à caſibus reſeruatis, quibus eſt irretitus. Verba deciſ. Neap. Pænitētiariæ ſup. mētionatæ *ſub n.556.* ſunt iſta, *Imò opportuna omnino fuit Pænitentiariæ erectio, quia Pænitentiarius ad formam Concilij electus non habet ex ſola vi ſui officij facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, niſi ſibi fuerit ſpecialiter commiſſa, vt conſulit Nauar. conſ.50. de pænit. & poſt alios Barboſa de Canon. & dignit. cap. 25. nu.12. Pænitentiarij autem iſti per Eminentiſſ. Cardin. Archiepiſcopum deputati, ſignanter habent iuriſdictionem abſoluendi à caſibus reſeruatis. Neque poteſt conqueri R. Canonicus Pænitentiarius, & Capitulū de huiuſmodi Pænitentiariæ erectione, dū non indè grauatur vllo onere Eccleſia, & Ordinarius prouidet de proprio, & in adiutorium DD. Canonicorum. &c.*
573 Quartum dubium eſt de Parocho, an poſsit ab hac excommunicatione abſoluere, extrà articulum mortis eos, qui impediti ſunt, non ſolum adire S. Pontificem, vel Legatū, ſed etiā Epiſcopū pro abſolutione ipſius, vel ſi prę̀ſto eſt Epiſcopus, illos tñ iniuſtè abſoluere recuſet? Nàm *Silueſter abſol.4. n. 5. ad finem.* quem ſequitur *Duardus lib.3. in Bulla cœnæ §.2. q.8. num.13. verſ. quod verū.* Putat, hoc caſu vbi talis abſolutio non poteſt peti ab Epiſcopo, quòd poſsit dari à proprio Sacerdote, qui eſt Parochus, ex illis verbis tex. *in cap. nuper de ſent. excommunic.* ibi *conceditur indulgendo, vt præſtita iuxtà formam Eccleſiæ cautione, quòd excommunicantis mandato parebit, à ſuo abſoluatur Epiſcopo, vel proprio ſacerdote.* Addit *Duardus*, quòd Parochus id poſsit extrà Italiam, quia putat per
574 decretū Clementis VIII. *de abſolutione à caſibus reſeruatis*, in Italia extrà vrbem, ſublatam fuiſſe omnibus ſacerdotibus facultatem abſoluendi, etiam impeditos à reſeruatis, inter quæ reſeruata, eſt caſus percuſſionis Clericorum, & ſi *Sanchez lib.2. ſummæ cap.13. n.36.* doceat, exceptū eſſe in d. Decreto hūc caſum impedimēti, vndè id nō placet *Boſsio ſup. n. 65.* tū quia decretū præfatū loquitur de abſolutione prætextu priuilegii, & in caſu noſtro Parochus abſoluit poteſtate data à iure tanquā ordinarius, tū etiā quia in d. Decreto agitur de abſolutione directa, & nō ad reincidentiā, vt in caſu noſtro. Alij vt *Alterius lib. 1. de cenſuris diſp.6. c.8. verſ. fundamentum, & lib.5. diſp 2. c.2. col.16 fol. mihi 774. verſ. reſpondeo*, poſt alios, (quo-
575 rū opinionem dicit probabilē ſub correctione.) *Boſsius ſuprac. diſcept. 1. n 71.* & dixi *ſup. recoll.2. n.897.* cōcedūt hāc facultatē nō ſolū proprio Sacerdoti, ſeù Parocho, ſed etiā quibuslibet Confeſſariis expoſitis promiſcuè, quòd etiam voluit *Suarez tom.4. de Religione lib.2. cap.23. num.5.* à quibus diſsidet. *Tannerus apud Dianam p.5. tr.9. reſol.6. verſ. nec deſinam*, qui hāc facultatem tribuit Confeſſario expoſito, deficiente Parocho. Tertiò tandem cæteri Doctores generaliter hoc
576 tantum concedunt Epiſcopo: ita *Sanchez lib.2. ſummæ cap. 13 ad finem.* ibi, *Atque in hoc caſu impedimenti eam abſolutionem concedunt tex. & Doctores citati, non cuicumque Confeſſario, ſed Epiſcopo.* Clarius hoc videtur docere *Sayrus lib.3. de cenſuris cap.28. n.37.* ibi *ſed neque extrà mortis articulum ſic impeditus, à ſacerdote abſolui poteſt, ſi eum legatus Nuncius, vel Epiſcopus abſoluere recuſet*, ergò tantò magis, ſi ad ipſos reddatur difficilis acceſſus. Nota, quia hic author non loquitur de ſimplici ſacerdote, prout *Nau.* ab eo citatus, & ante eū *gloſa in d. c. nuper* ſed de ſacerdote abſolutè, vt ni fallor, excludat tàm Parochum, quàm expoſitum. Et tenendo
577 hanc opinionem non ſolum tutiorem, & ſecuriorē, ac Concil. Trid. & Decreto Clem. VIII magis conformem, vt teſtatur *Boſsius ſuprac.*

ſupra c. num.71. Sed etiã tãquã certam, tùm quia iura ſuprà allegata num. 527. hanc abſolutionem tantum reſeruant Epiſcopo, tũ etiam quia vt ſæpè dixi, hæc abſolutio ſpectat ad forum externum, in quo foro non habent iuriſdictionem ſacerdotes alij præter Epiſcopum,& alios,de quibus ſuprà. Nõ obſtat primò textus *in cap. eos, qui de ſentent. excõmunicat. in 6.* vbi S. Pontifex ſupponere videtur,quòd impediti à quolibet ſacerdote poſsint abſolui ad reincidentiam, cùm ſimpliciter ait, *ab alio abſoluuntur.* Nàm cùm ly *alius,alij* habeat qualitatem reſpectiuam, vt per *Seraph. deciſ.716.num.1.*& ſupra idem S. Pontifex fecerat mentionem non ſolum de impeditis,ſed etiam de conſtitutis in articulo mortis,optima ratione non fecit mentionem de Epiſcopo,ſed dixit *ab alio abſoluun-*
578 *tur*, vtendo præfata dictione reſpectiua, tã ad caſum impedimenti, in quo Epiſcopus abſoluit, quàm ad caſum articuli mortis, in quo abſoluit non ſolum Parochus, & expoſitus, ſed etiam ſimplex ſacerdos. Secundò nec obſtat *tex. in cap. nuper eod. tit. de ſent. excomm. extrà.* vbi expreſsè S. Pontifex loquitur de abſolutione impeditorum, & tamen illam videtur concedere non ſolum Epiſcopo,ſed etiam proprio ſacerdoti. Quia dictus tex. non loquitur de abſolutione excommunicationis principaliter pro manuũ violenta iniectione in Clericos, ſed tantum de abſolutione excommunicatorum, pro communicatione in crimine criminoſo, & licèt communicans in crimine criminoſo, incurrat non ſolum excommunicationem maiorem,ſicut ipſi principales excommunicati,ſed etiam eod. modo reſeruatam,vt ibi notant Doctores per illum tex. tamen ad
579 euitandam repugnantiã cum alijs iuribus ſuprà allegatis quæ generaliter concedunt hanc abſolutionem excommunicatorum pro violenta manuum iniectione in Clericos reſpectu impeditorum, Epiſcopo. hæc diſpoſitio ſpecialis reſpectu communicantium cum excommunicato in crimine cri-
580 minoſo, non debet derogare dictæ generalitati, niſi in ſuo caſu particulari de abſolutione communicantium in crimine criminoſo,quando ſunt impediti, &c. argumẽto *tex. cum ibi notatis à Bart. in l. quaſitum §. ſi quis fundum ff. de fundo inſtructo, inſtrumentoque legato.* Vel iuxtà regulam illam quòd quando iura videntur ſibi contraria, & poſſumus aliqua ratione illa concordare, ad id prompti eſſe debeamus, *l. vnica C. de de inofficioſis dotibus. gloſa in c. cũ conſuetudinis ex. de conſuetudine.* Reſpõdeo ſecũdò, ꝙ
581 ex quo proprius ſacerdos non ſolũ dicitur Parochus, ſed etiã delegatus ab ipſo Epiſcopo ad abſoluendum ab iſtis reſeruatis,vt per *Nicolaum Plout in tract. de ſacram. cap.* 104. *p. num.2. vol.8. tract.* vbi habetis alios modos, quibus accipitur ly *proprius ſacerdos,* item etiam Vicarius Epiſcopi, vel alius Prælatus habens iuriſdictionem Epiſcopalem, vt per *Sbrozziũ de officio Vicarij q 14. poſt Panorm. in c. omnis vtriuſque n.12 de pœnit. & remiſſ.* ad hoc vt *tex. in d. c. nuper*, non ſit cõtrarius alijs iuribus quæ loquuntur de Epiſcopis ly *proprius ſacerdos*, potius debet explicari pro Vicario Epiſcopi, vel eiuſdẽ Epiſcopi delegato ꝗ pro Parocho, vel Cõfeſſario expoſito, aut ſimplici ſacerdote, vt faciunt aduerſarij. An autẽ quãdo caſus eſt reſeruatus Epiſcopo, & illius copia non poſsit haberi, tunc poſsit abſolui à Parocho, dixi *ſupra citata recoll.2.n.906.*

*Quis abſoluat Religioſos ab hac excommunicatione.*

TAndem nomine Epiſcopi, veniũt ſecũdũ plures authores pro caſu noſtro abſolutionis impeditorũ, Prælati Regularium exemptorum, ſed quia hoc præſupponit, vel aliquam percuſsionem factam à Regu-
582 lari exempto, eſſe reſeruatã S. Pontifici, & quòd impeditus adire S. Pontificem, poſsit abſolui à Prælato ſuo, vel quòd & ſi aliqua percuſsio non ſit reſeruata S. Pontifici, ſit tamen reſeruata ſuperiori mediato, ad quem cũ nõ ſit facilis acceſſus, poſsit abſolui ab alio ſuperiore immediato. Ideò in primis explicandum eſt, vtrum aliquãdo à Regulari exẽpto incurratur excommunic. huius *canonis* reſeruata S. Pontifici, vel non. Secundò an quando eſt reſeruata ſuperiori mediato, poſſit abſoluere ſuperior immediatus ſuum ſubditum vtſup. excommunicatum ratione impedimenti.

Dixi factam à Regulari exempto, vt includam nõ ſolum percuſsionẽ factam ab eo
583 ergà aliquem Regularem eiuſdẽ Ordinis, vel etiam alterius Ordinis intra, vel extrà clauſtra, ſed etiam factam ab eodem ergà Clericum ſæcularem, vel Regularem non exemptum, ſed ſubditum Epiſcopo, iuxtà ea, quæ dixi *ſup. p.2. recoll.* 11. *num.* 196. *& ſeq. vſque ad num.* 203. *excluſiuè*, quibus per me ibi citatis accedũt *Reginaldus lib.* 1. *num.* 243. *&* 245. *Suarez tom.* 5. *diſp.* 22. *ſect.* 1. *à nu.* 72. *Bonacina tom.* 3 *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 6. *ſect.* 5. *verſ. maior difficultas. & Molina tom.* 4. *diſp.* 60. vbi quod appellatione Regularium veniãt hoc caſu non ſolũ nouitij, qui poſt ingreſſũ Clericum, vel Monachum percuſſerint, ſed etiã eos, qui ante ingreſſum percuſſerunt, & ſi excipiat pro vtroque caſu percuſsionem grauem, & poſtea ſibi contradicens, ſubdat, quòd egrediens talis Religionem ſi non ſe præſentet S. Pontifici reincidat, nam hæc obligatio ſe præſentandi eſt pro percuſsione

graui

Digitized by Google

graui, vnde melius loquitur ipſe *Molina in*
*fine dictæ diſputationis*, vbi obſeruat, id quod
ſup. dixit, procedere de iure communi, non
autem ſecundũ priuilegia, quibus gaudent
hodie omnes Regulares exempti, quibus
inſpectis ſuperiores habent facultatem etiã
quando percuſsio eſt enormis, & ita loqui-
tur *Graſſius p. 2. deciſ. lib. 3. cap. 6. n. 37. & ſeq.*
584 vbi aſſerit tantũ reincidere nouitios egreſ-
ſos, quãdo fraudulenter ingreſsi fuerũt, ità vt
aliàs nõ intraſsẽt Religionẽ, niſi vt abſoluti,
poſtea egrederentur; quã opinionẽ eſſe ve-
rã vi priuilegiorum, probat latè *Bartolom. de*
*Vecchis in ſua praxi nouitiorum diſp. 9. dub.*
25. allegans *Bonacinam de legibus diſp. 4. q. 2.*
*p. 7. §. 4. num.* 28 qui teſtatur ita eſſe vſu rece-
ptum, ſequitur *Diana p. 3. tract. 2. de dubiis*
*regularibus reſol.* 44. tangit *Lezana p. 1. cap.*
24 *num. 9.* & ſe remittit ad *Suarez tom. 4. de*
*Religione lib. 2. cap. 24. n. 5. & Pierinum tom.*
1. *priuileg. minimor. in conſt. 2. Iulij II.* acce-
dit etiam *Portellius in dubijs regularibus ver*
*bo Prælatus num. 32. ad finem, vbi num. ſeq.*
idem dicit de abſolutione Monialium, &
Nouitiarum ipſarum, & ſeruitricum, quod
autem dixi de Nouitijs egredientibus Re-
ligionem, habet locum etiam in non poſtea
585 intrantibus Religionem qui hoc intuitu
etiam fuerunt abſoluti, *Rodriquez tom. 1. qq.*
*regul. q. 10. art. 21. ad finem.* qui ſubdit, quòd
tales, ſi abſoluti fuerunt virtute priuilegij
Clem. IIII. tunc reincidant, eſtque idem cũ
priuilegio, ꝙ refert *Lezzana loco ſuprac. n. 8.*
in dubio autem cenſentur abſoluti omni
meliori modo, & ſic virtute aliorum priui-
legiorum, ſecundùm quæ non datur reinci-
dentia, dummodo non fuerit dicta abſolu-
tio fraudulenter extorta, actus enim ſi non
586 valet vt agitur, valet vt valere poteſt. *Rota*
*deciſ. 3. num. 2. de confeſsis in antiquioribus*
*Biſignetti*, & ſic cenſentur tales abſolui vir
tute priuilegij Pauli III. quod refert *Rodriq.*
*ſup.* per quod conceditur Confeſſarijs Re-
gularibus approbatis ab Ordinario, abſol-
uere ad eos vndecũq. accedentes, *Ab omni-*
*bus, & ſingulis peccatis, criminibus, exceſsibus*
*& delictis quantumcunque grauibus, & enor-*
*mibus, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, & à*
*quibuſcunque ex ipſis caſibus, reſultantibus ſẽ-*
*tentijs, cenſuris, & pœnis eccleſiaſticis, exceptis*
*contentis in Bulla cœnæ, poteſtatem abſoluen-*
*di, &c* qui *Rodriq.* etiam ibi notat, quòd *vir-*
*tute huius priuilegij poſſunt intrantes Religio-*
*nem abſolui ab excommunicatione, vel ſuſpen-*
587 *ſione à iudice particulariter in eos promul-*
*gata.* Quòd etiã prò ſupradictis nõ procedat
moderatio Decreti Clementis VIII. de ab-
ſolutione à caſibus reſeruatis. Videte *Vec-*
*chis ſup. diſp. 11. per totam.*

Venio nunc ad reſolutionem primi du-
bij, & dico, quòd circà hanc materiam extãt
varia priuilegia. Primum eſt Innocentij IV.
relatum à *Caſarubio in compend. priuil. Men-*
*dicantium verb. Abſolutio ordinaria, quò ad*
588 *fratres §. 1.* vbi conceditur *Generali, &*
*Prouincialibus, Miniſtris, vt eos ex fratri-*
*bus ſuis, qui pro violenta iniectione manuum*
*inter ſe ipſos, incurrerint excõmunicationis vin*
*culum, aut in id ante ſuſceptum habitum inci-*
*derint, vel aliàs ſunt excommunicati, valeant*
*abſolui, niſi adeò graues, & enormes ſint ex-*
*ceſſus, quòd meritò ſint ad Sedem Apoſtolicã*
*deſtinandi.* Secundũ priuilegiũ eſt pinguius
ꝙ refertur ab *eod. ibid. §. 31. & Confecta fol.*
*mihi* 26. qui refert totã Bullã, eſtq. Bonifacij
IX. nempè *quòd Magiſter Ordinis Prædica-*
*torum, & Priores, aut eorum Vicarij, eorum*
*ſubditos fratres, & ſorores, qui forſan manus*
*violentas in alios quoſcunque Clericos, etiam*
*vſque ad ſanguinis effuſionem, & enormem le-*
*ſionem iniecerint, dummodo leſio huiuſmodi*
*adeò enormis non exiſtat, quòd propterea*
*meritò foret Sedes Apoſtolica conſulenda, quo-*
*ties expedierit abſoluere, & cum eis ſuper ir-*
*regularitate, ſi quam huiuſmodi ſententijs li-*
*gati, celebrando diuina, vel miſcendo ſe illis,*
*&c.* ex quibus verbis *dummodo leſio huiuſmo-*
*di, &c.* videtur quòd aliquando detur caſus
in quo Regulares pro percuſsione, &c.
indigeãt abſolutione S. Pontificis, & quòd
illam nõ poſsint ipſis concedere eorũ ſupe-
riores. Vnde inquirẽdũ quinã ſit iſte caſus.

Ideò primò quæri poteſt de ipſo Supe-
589 riore percutiente alium Regularem, vel
etiam clericum ſæcularem, vtrum hæc talis
percuſsio *ſit adeò enormis, vt propterea ve-*
*niat Sedes Apoſtolica conſulenda,* hoc dubiũ
reſoluit, *Suarez tom. 5. diſp. 22. ſect. 1. n. 79.*
quem ſequitur *Regin lib. 1. num. 244. ad fin.*
vbi ait, talem ſuperiorem eſſe abſoluendum
à ſuo ſuperiore Regulari, ſi illum habeat,
ſin autem ab Epiſcopo, quia ſubdit ipſe, per-
cuſsio illa de ſe non eſt enormis, & ideò re-
ſeruata S. Pontifici, ſed clarius idem *Suarez*
*tom. 4. de Religione lib. 2. de obligationibus re-*
*ligioſorum cap. 23. num. 7.* vbi aſſerit, talem
percuſsionem non pertinere ad Epiſcopũ,
ſed poſſe dictum Prælatum (ſi contrarium
non ſit ſtatutum in Religione) eligere con-
feſſarium, per quẽ poterit abſolui, ꝙ antea
vt certũ docuit *Cappucc. ad Caſarub. in com-*
*pendio priuilegiorum Mendicantium v. abſo-*
*lutio ordinaria quò ad fratres verſ. ſed ſi ſucce-*
*deret.* Qui excitat hac occaſione difficulta-
tem. An ſi in vno monaſterio reperiantur
590 tantum duo Sacerdotes, quorum alius ſit
ſuperior, alter ſubditus, & iſti ſe inuicẽ per-
cutiant, an eo caſu mutuò poſsint ſe abſol-
uere, *Caſarub. loco ſuprac.* affirmat, ex eo, ꝙ
regula illa, excommunicatus maiori ex-
communicatione, non poteſt alium excom-
municatum eadem maiori excommunica-
tione, abſoluere, intelligitur de iure ordina-



Digitized by Google

rio, & ideò poſt *Tabienam*, quem ibi citat, putat quòd in hac neceſsitate quę legem nõ habet poteſt excõmunicatus aliũ excõmunicatum abſoluere. Hanc opinionem ſequitur *Rodriquez tom.1.qq.regul.q.20.art.ad fin. & Pierinus de Prælato regulari q.1. c.4. n.28. ad fin.* ſed rectius *Suar. loco etiã ſupra c.n.10. & ſeq.* docet, hanc opinionem habere locũ quando dicta percuſsio non eſſet notoria, ſecus ſi eſſet notoria, tunc.n. priuantur ambo vſu iuriſdictionis, vt etiã dixi *ſup.p.2.recoll.1 n.592. & hac ead.3.p.recoll.3.n.83.* ideòq. ſubdit hoc caſu, oportere, ſuperiorẽ eligere confeſſariũ ſæcularẽ, vel alterius ordinis, à quo abſoluatur ipſe prius ab illa excommunicatione, & poſtquam ipſe fuit abſolutus abſoluat ſubditum, quia cùm facultas eligendi
591 confeſſarium non ſit actus iuriſdictionis, dictus ſuperior non priuatur illa, & dum ipſe habet facultatem hanc, eligendi à iure, vel per priuilegia, iuriſdictio ipſum abſoluendi nõ proficiſcitur, ab eo, ſed à iure, vel S.P. qui cõceſſerunt illi talẽ facultatẽ eligẽdi cõfeſſ. vt dixi ſup. 571. fauent *Henriq. lib.14.c.18. in finem, conuenit Bonac. remiſsiuè de cenſuris diſp.1.q.3.p.4. num. 2. & Pierinus ſup.* qui *n.86.* ſupponit, talem Prælatum ob dictam
592 percuſsionẽ, & ſi notoriã non eſſe priuatum, ſtatim officio, & per conſequens poſſe tẽporariã, & politicã adminiſtrationẽ domus exercẽdo, cũ ſubditis priuatim cõmunicare, & ſi ipſe loquatur de percuſsione leui, tamen idẽ dicendũ de graui, qñ crimini aliàs non eſt etiam annexa pœna priuationis officij ipſo facto, vt declaraui *ſuprà recoll. 1. num.85. & ſeq.* & ideò *Auila p.2.c.6.diſp.11. dub.6. ad finem.* ab eo allegatus, loquitur generaliter de ſuperioribus excommunicatis non toleratis. Sed quid ſi non ſit in eo loco copia ſacerdotis ſæcularis, vel alterius Ordinis? Reſpondet *Suarez loco ſupra c. ad finem capitis*, in eo caſu non fieri licitam abſolutionem mutuam inter ipſos extrà articulum mortis, ſed tantum ita ſe poſsit habere quilibet eorum, ac ſi eſſet ſolus, &
593 non haberet copiam confeſſarij, quod eſt dicere, tunc ratione ſcandali euitandi in populo, vel infamiæ, non ſolum perſonarum, ſed Religionis, & aliarum cauſarum, de quibus *ſup. recoll.3.n.48.* poſſe illos celebrare, & celebrando non incurrere irregularitatem, vt aliàs fuit declaratũ *ſup. eadẽ recoll.3.n.57. & 58.* quibus illic allegatis accedit *Philippus Faber apud Dianã p.5.tr.9.reſol.96. ad finem.*

Secundò etiã quæri poteſt de ſubdito, ſuũ
594 ſuperiorem percutiente. an talis percuſsio ſit adeò enormis, vt propterea veniat Sedes Apoſtolica conſulenda, *Graſſius enim p.2. deciſ. lib.3. cap.6. num.38. & Reginaldus ſupra c. lib.1. n.244.* docent, *pro tali abſolutione eſſe recurrendum ad S.Pontificem, quia percuſsio eſt enormis ex circunſtantia perſonæ, ſecus ſi percutiat Prælatũ nõ ſuũ, niſi ſit Epiſcopus* hæc ſunt verba *Reginaldi*, ſed vt benè *Suarez to.5.diſp.22.ſect.1.n.79. ad fin.* à quo hauſit dictam doctrinam *Reginaldus*, hoc procedit ſecundum ius commune, *in dicto cap. cũ illorum verſ. eorum Prælatos*, ſed aliud eſt ſecundùm ſpecialia priuilegia, maximè Mendicantium, quòd autem ſecundũ ſupradicta priuilegia, non excludantur ſubditi percutientes Prælatum ſuum, patet primò, quia per ea conceditur facultas abſoluendi ab enormi, qualis efficitur ratione perſonæ, percuſsio ſuperioris, vt dixi ſup. & ſic cõceditur d. percuſsionẽ reddi enormẽ, negatur verò ꝙ efficiatur adeò enormis, &c. quæ duo inter ſe differũt. Accedat ꝙ nec ex eo quia ſuperior fuit percuſſus, deſinit ipſe habere facultatẽ abſoluendi ſuũ percuſſorẽ, vt loquuntur Doctores iã relati *pro reſolutione* proximi præcedentis dubij, qui ſupponunt, vt certum, ſubditum percutientem ſuperiorem poſſe ab eodem ſuperiore abſol-
595 ui. Adde quòd adſunt aliæ conceſsiones generales factæ Benedictinis pro abſolutione ipſorum ab omnibus cenſuris, cum clauſula contraria *etiã ſi talia forent, propter quæ Sedes Apoſtolica eſſet conſulenda* vt habetur in *compendio priuilegiorum Societatis Ieſus verbo abſolutio §.10. apud Suarez tom.4. de Religione lib.2. de obligationibus Religioſorũ cap.20. ad finem.* quæ conceſsiones referuntur à *Rodriq.tom.1.qq.Regul.q 20 art.13.* vbi *ex compendio priuilegiorum Ciſtert. tit. abſolutio* §.1. ſubdit, *Nam hi SS. Pontifices concedunt Abbati Generali d. Ordinis, & per conſequens alijs quibus ipſi duxerint committendum, vt ſemel in vita*, (ſed vt aduertit *ibid. Rodriq.* per Clem.IV. hoc priuilegium non ſemel in vita, ſed quoties expedire videbitur, cõceditur dictis Prælatis, & eorum Vicarijs,) *Poſſint abſoluere ſuos ſubditos, à quibuſuis excõmunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, cenſuris, alijſque ſententijs, & pœnis à iure, vel ab homine Apoſtolica, vel Sedis Apoſtolicæ Legatorum, Delegatorum, vel Subdelegatorum ordinaria, vel quauis alia authoritate, Prouincialis, vel ſynodalis conſtitutionis, & Regularium dicti Ordinis inſtitutorum in genere, vel in ſpecie promulgatis, vel promulgandis. Atque etiam à quibuſcunque irregularitatibus, & inhabilitatibus, etiam ante ingreſſum, vel poſt ex graui culpa contractis, vel contrahendis, etiam ſi talia forent, propter quæ ad Sedẽ Apoſtolicam, vel quemcunque alium, ſpecialis habendus eſſet acceſſus.* Ex quibus verbis deſumerem, Prælatos vt infrà, poſſe abſoluere ab excommunicatione, etiam ſi ex percuſsione
596 fuerit ſequuta mutilatio membrorum, vel homicidium, ſi enim conceditur ipſis diſpenſare, *in quibuſcunque irregularitatibus,*

*& in-*

Digitized by Google

*& inhabilitatibus, & ſi alia forent, propter quæ ad Sedem Apoſtolicam, &c.* Ergò etiam ab irregularitate ex mutilatione membrorũ & homicidio, prout magis expreſsè conceſſit Martinus V. apud *Cæſarubium v. abſolutio ordinaria quoad fratres num. 39.* & ſi ſit oraculum vivæ vocis, quod ſi non adſint nouæ confirmationes hodiè non attenditur ſi igitur poteſt diſpenſare ab his irregularitatibus, ergò tantò magis poterint abſoluere ab excommunicatione contracta ex mutilatione, vel homicidio clerici, vel monialis, cùm fauorabilior ſit abſolutio ab excommunicatione, quæ prærequiritur ad abſolutionem peccatorum, quàm diſpenſatio irregularitatis, quæ non impedit dictam abſolutionem; vndè licèt conceſſa facultate abſoluendi ab aliqua excommunicatione, non cenſeatur conceſſa diſpenſatio irregularitatis ortæ occaſione delicti ob quod quis incurrerat excommunicationem (quidquid ſit de irregularitate ortæ ex violatione eiuſdẽ excommu. de qua ſup. *p.2.recoll.10.n.60.* dixi poſt *Solorzum* illam cenſeri conceſſam.) Tamen conceſſa diſpenſatione irregularitatis, poſt conceſsionem facultatis abſoluendi, cenſetur conceſſa facultas abſoluendi ab excommunicatione ob quam incurritur irregularitas ex delicto. Quòd autẽ grauiter percutiens ſuperiorẽ, nõ debeat
597 eiici à Religione contrà *Rodriq.* docet *Portellius v. manus violenta in addit. num.1.* latè *Suarez tom.4. de Relig.lib.2.cap.4.* quòd maximè eſt verum, vbi non concurrit incorrigibilitas, *Suar.ſup.lib.3 c.4.& Miranda t.1. ſui manualis q.52. art.2. concluſ.3.* vbi quòd pro homicidio ſimili à Regulari commiſſo, etiã in ſuperiorẽ quis nõ debeat regulariter tradi curię ſæculari, ſed ꝙ debeat dãnari pęna carceris, vel triremium in perpetuũ, de qua re habetis *deciſ. Curiæ Archiep. Mediolan. Iulij Chartarij 66. à num 33.* Reſtringitur igitur difficultas ad percuſsionem factam à Regulari in perſonam Epiſcopi, vtrum ab
598 ea poſsit abſoluere Superior, vel ſpectet abſolutio ad S.Pontificem, nam *Graſſius, & Reginaldus ſup.* expreſsè negant hanc facultem ipſi ſuperiori, & illam ſupponunt eſſe reſeruatam S.Pontifici. Quia verò percuſsio Epiſcopi eſt reſeruata *in Bulla cænæ can.10.* illius difficultatis reſolutio pendet ab alia quæſtione, de qua egi *ſup.p.2.recoll.11.num. 208.* vtrum ſcilicèt Prælati Regulares poſſint hodie abſoluere ſuos ſubditos etiam à
599 cenſuris contentis in Bulla cænæ, iuxtà conceſsionem Sixti IV. vbi generaliter cõcedit, poſſe dictos Prælatos abſoluere dictos ſuos ſubditos ab omnibus cenſuris, exceptis cenſuris latis contrà hæreticos relapſos ſchiſmaticos, litteras Apoſtolicas falſificantes, & prohibita ad infideles deferentes, quæ quatuor excommunicationes exceptæ cùm contineantur in Bulla cænæ, aliæ ibidem contentæ cenſeri debent conceſſæ, iuxtà regulam iuris, quòd exceptio firmat regulam in non exceptis, ex qua ratione Prælatos Re
600 gulares poſſe abſoluere ſuos ſubditos à caſibus Bullæ cænæ, exceptis dictis quatuor caſibus docuerunt *Rodriquez to.1. qq.regul. q.20.art.12.& Suarez tom.4.de Religione lib. 2.de obligationibus Religioſorum inter ſe cap. 21.vbi num.8.ad finem,* concludit *eſſe probabile, priuilegia Religioſorum in hac parte nunquam fuiſſe reuocata per Bullam cænæ, incertum tamen, & ideo prudenter Societas declarationem, vel renouationem obtinuit à Greg XIII. iam verò per poſteriores Bullas dubium ſublatum eſt,* fauet huic opinioni *Portellius verbo Abbas, Prior, &c.num.10.* vbi quòd priuilegia Religioſorum in foro conſcientiæ non tollantur per reuocationẽ generalem Bullæ cænæ quoad caſus in illa contentos ſi ſint occulti excepta hæreſi. Sed contraria opinio eſt longè magis recepta, vt præter *Ioannem Cruz Graſſium, Bartolomeũ de Vecchis, Sigiſmundum à Bononia* (qui in ſpecie impugnat *Suarez* (*de Elect.& Prælatorum poteſtate dub. 69.ad finem, & Tamburinum* ibi citatos, cum aliis, quos ipſi citant, docet nouiſsimè *Lezzana p.1.c.18 n.38.* Ac dicti auctores loquuntur tã de caſibus, Bullę
601 cænæ occultis, quam publicis, & ſi fundentur præcipuè in reuocatione facta quolibet anno in noua publicatione Bullæ circa quod fundamentum vide quæ dixi *ſup.p. 2.recoll.10. num.145.* Suppoſita igitur hac opinione. Reſpõdetur ad primũ quæſitũ, de quo ſup. An ſ. Prælati Regulares veniant pro abſolut. impeditorũ appellatione Epiſcoporũ, prout concedit *Silueſter abſolutio 4. n 5.* & ſi id neget aliis Prælatis inferioribus Epiſcopo. Dico Regularẽ, qui percuſſit Epiſcopum, vel Cardinalem, & indiget abſolutione Pontificia ſi aliqua ex cauſis, de qui-
602 bus ſup. reperitur impeditus, poſſe abſolui à ſuo Prælato ad reincidentiam ſi eſt impedimentum temporale, vel ſimpliciter ſi eſt impedimentum perpetuum, à quo autem ſuperiore ſit abſoluendus patebit ex reſolutione ſecundi quæſiti. Quod autem Regularis prædictus non poſsit eodem modo ab-
603 ſolui ab Epiſcopo abſque licẽtia ſui ſuperioris, etiam in caſu, quo in Religione non adeſſet apud aliquem ſuperiorem facultas abſoluendi pro illo caſu, dixi *ſup p.2. recoll. 9.num.78.& ſequentibus,* vbi de abſolutione caſuum contentorum in Bulla cænæ, & ſi occultorum, à quibus non poſſunt abſoluere ipſi Prælati Regulares ſuos ſubditos, vt per authores citatos ſup. *nu.600.* & ſi quoad ſecundum caſum, quando nempè nõ adeſt facultas abſoluendi in Religione, videatur



Digitized by Google

contradicere *Lezzana p.1. cap.11. num.6.* ex eo,quod tali caſu Religioſus vtatur ſuo iure & in re conducente ad ſalutem animæ ſuæ, allegans *Suarez tom.4. de Religione lib.2. de obligat. Religioſorum inter ſe, c.23.n.3.* vbi & ſi hanc opinionem vocet probabilem, tamen, *in fine numeri*, ni fallor, contrarium concludit,iuxtà id,quod dixi *loco citato*,quibus illic allegatis, accedunt *Molina diſp.61. Portellius verbo Epiſcopus num.4. in addit. & Bonac. tom.3. diſp.2.q.3.P.6. ſect.5. num.10.* Priuilegium, quod conceditur Regularibus, poſſe ſe ſubijcere Epiſcopo pro abſolutione, &c. cum licentia tamen ſuperiorum, refert *Corduba in prima annot. ad Caſarub. in compendio priuilegiorum mendicant. verbo abſolutio ordinaria, quòad fratres.*

Quòad ſecundum quæſitum, de ſuperiore ad quem in Religione ſpectet abſolutio ab iſta excommunicatione ratione impedimenti. Reſpondet *Boſſius loco ſuprac. n.48.* ſpectare ad Generales, & Prouinciales, ſed ratio adducta per ipſum auctorem *cit. num.* 43. quando ſubdit *cùm habeant iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem in ſuos ſubditos Regulares exemptos, & etiam proprium territorium, quòd non eſt pars Diæceſis diſtincta à Diæceſi Epiſcopi.* concludit etiã pro omnibus
604 Prælatis localibus, & ſic inferioribus, ipſo Generali, vel Prouinciali, vt latè oſtendit *Suarez tom 4. de Religione lib. 2. de Religioſis quatenus Prælati ſunt cap. 2.* & ſi vt ipſe ſubdit *ibid. a num.* 17. negari non poſſit, quin Generalis habeat magis propriè iuriſdictionem Epiſcopalem Prouinciali, & Prouincialis, Guardiano, &c ac etiam innuit *ibid. cap. 22. ſub num. 1.* vbi etiam dicit, loquẽdo in materia abſolutionis, parũ hoc referre, dũmodo hic habeat eam iuriſdictionẽ, quę ſufficit vt ſit verè, & ſimpliciter Prælatus, ex quo patet, quomodo intelligendum ſit id, quod dicit *Capuccinus ad Caſarubium in cõpendio priuilegiorum Mendicantium tit. Prælati*, quòd ſcilicèt huiuſmodi Prælati exempti, qui habent iuriſdictionem Epiſcopalem poſſint exercere in ſuos ſubditos, quæ Epiſcopi in ſuos, allegans *Nau. conſ.14. de priuilegiis.* Imò licèt eſſet verũ, quòd appellatione Epiſcopi in Decreto S. Concilij Trid. circà abſolutionem, & diſpenſationem ab occultis, veniant tantũ Generales, & Prouinciales, vt ipſe *Boſſius* aſſerit in loco, ad quẽ ſe remittit *tr. de tri[illegible]ici iubilei gratia ſect.* 1. *caſu* 10. §. 10. *num.* 20. vbi etiam neque lo-
605 quitur ſimpliciter, ſed vtitur dictione *ſaltem*, quæ eſt implicatiua, & nõ limitatiua. *Rota apud Seraph. deciſ.* 787. *num.* 8. Nihil tamen includeret pro caſu noſtro, cùm hic quærimus vtrũ dicti Prælati inferiores veniãt appellatione Epiſcopi, cui cõceditur in *ſupracitatis c. ea noſcitur, c. mulieres c. quòd de his, & ſimil.* abſolutio impeditorum, ſed an veniant nomine Prælatorum Regulariũ quibus de iure cõmuni *c. cũ illorum §. quid ſi clauſtrales ad finem.* conceditur abſoluere ſuos ſubditos Regulares à leui percuſſione, ſeu vt vtar verbis tex. *niſi exceſſus ipſorum extiterit difficilis, & enormis, vtpotè ſi ad mutilationem membri, vel effuſionem ſanguinis eſt proceſſum, &c.* quòd ſufficeret pro noſtro intento; nam etiam Epiſcopus quia abſoluit à leui, poteſt abſoluere à graui impeditos, quòd autem ſub Prælatorum nomine, etiã ſi in ſingulari, ſit ipſum vocabulum expreſſũ, veniant Prælati locales, & aliquando etiã Vicarij eorum, ſeu miniſtri, ſeu ſubpriores, habetur per *Suarez ſuprac. tom. 4. de Religione lib. 2. de Religioſis quatenus Prælati ſunt cap. 22.* & ita loquitur *Bonacina tom. 3. diſp. 2. q. 3 p. 6. ſect. 5. num. 5* vbi quòd dicti Prælati locales etiam poſſint id alijs committere, eodem modo loquitur *Graſſiis lib. 3. p. 2. deciſ. cap. 6. num.* 39. dum hanc facultatem tribuit Abbati, qui in ſua Religione eſt Prælatus localis, clarius *Molina diſp. 60. & Reginald. lib. 1. nu* 242. qui tantum requirit quod talis ſuperior ſit canonice electus.

Dixi *ad ſummum*, quia ſecluſis priuilegijs generalibus, quibus varijs Religionibus conceditur ſuperioribus facultas abſoluendi ſuos ſubditos à cenſuris S. Pontifici
606 reſeruatis, ſub diuerſis nominibus, nàm aliqua conceduntur Generali, & ab eis deputatis, ita Sixtus IV. & Eugenius IV. Carmelitis, ac Gregorius XIIII. Clericis miniſtrantibus infirmis, ac Gregorius XIII. Societati Ieſus, alia Generali Minorum, Prouinciali, miniſtro, & Vicarijs, ac etiam cuſtodibus in Prouincijs, & cuſtodiis ſibi commiſſis: ita Clemens IV. apud *Caſarubium in compendio priuilegiorum Mendicantium verbo abſolutio quòad fratres ordinaria* §.7. vbi quòd dicta poteſtas fuit extenſa in mari magno Ordinis Prædicatorum ad Priores conuentuales, & vices eorum gerentes, & quòd licèt per Bullam auream fuerit reſtricta præfata auctoritas ad Generales, & eorum Vicarios, & ad illos quibus ipſi ducerent id committendũ duntaxat; tamen poſtea per quoddam Breue fuit conceſſum prædictis Prędicatoribus, quòd poſſint abſoluere, & diſpenſare iuxtà conceſſionem, quam habebant ante dictam reſtrictionem, & licèt *Corduba* ibi *in annotatione ad* §.7. videatur id reſtringere quòad Priores, & Vicarios domorum obſeruantię Regni Hiſpanię, & Lombardię, tamen ſua pace non poteſt ſubſiſtere, cùm per alias Bullas & indulta, quę concedunt communicationem priuilegiorum, factum ſit vt ferè nullũ
607 ſit priuilegium vni domui, vel Prouincię, aut nationi conceſſum, quo non poterint

erint

Digitized by Google

terint alij Conuentus, Prouinciæ, & nationes gaudere, vt per *Suar. cit. c.22. n.3. ad mediũ*, & ſic intelligendus *Sigiſmundus à Bononia in ſuo tr. de elect. & poteſt. Prælat. Regul. dub.* 69. qui refert dictum priuilegium Clem. IV. generaliter pro omnibus Prælatis, non ſolùm maioribus, & eorum Vicarijs, ſed etiam inferioribus, eorumque Vicarijs, maximè qui per electionem inſtituuntur. Aliud priuilegium magis amplum etiam prò viſitatoribus, & confeſſarijs deputatis ad fratrum confeſſiones audiendas, refert *P. Peregrinus tit. abſolut. quoad fratres* §.1. ex Paulo III. Societati Ieſus, quod libẽter legerẽ, ſaltẽ apud *cõpend. priuilegiorũ eiuſd. Societatis*

Prætermiſsis. n. iſtis priuilegijs, ſub quibus cer
608 tũ eſt, cõtineri hanc facultatẽ circà omnes caſus huius *noſtri canonis ſi quis ſuadente*, vt aſſerit *Suarez ſuprac. lib.2. c.21. n.6.* Adeſt Priuilegium Bonifacij IX. ſuprà relatũ, loquens de abſolutione excommunicationis ob manus violentæ inectionem in perſonã eccleſiaſticam, (quicquid ſit de alio priuilegio conceſſo ab Eugenio IV. quod ſonat de Generalibus, & Prouincialibus miniſtris Ordinis Minorum) quòd cantat nõ ſolũ de Magiſtro Ordinis Prædicatorum, ſed etiam de Prioribus, & eorum Vicarijs. Ex quibus verbis remanet ſolutum noſtrum quęſitum principale, quòd .ſ. vbi percuſsio facta à Regulari eſſet reſeruata S. Pontifici, vt in caſu percuſsionis ſequutæ in perſonam Epiſcopi, dixi ſuprà, tunc quilibet ſuperior etiam localis poſsit abſoluere ſuum ſubditum impeditum adire ipſum S. Pontificem, niſi ſit ipſis prohibitum à Superioribus maioribus abſoluere à præſenti excommunicatione,
609 prout poſſe id illis prohiberi à ſuperioribus maioribus, probat *Suarez ſuprac. c.22. n. 14.* & antea docuit *Caſarubius cit. verbo Abſolutio ordinaria quòad fratres §.7. verſ. aduertendũ ad finem.* Et licèt *Corduba ibi. in annot. ad §.7. verſ. itẽ ibid.* dicat, quod niſi ad hoc habeatur authoritas Papæ id fieri non poſsit, præſupponatque capitula, & ſuperiores regulariter non habere dictam auctoritatẽ id prohibbẽdi, tñ *Suar. loco ſuprac. n.15.* Probat, ſẽper manere in Prælato maiori dictam facultatem, & à fortiori in Capitulo Generali, vel Prouinciali ſecundum modum peculiarem gubernationis cuiuſque Religionis, ob præſumptam voluntatem S. Pontificis, maximè poſt Decretum Clem. VIII. de caſuũ reſeruatione pro Regularibus, in quo datur facultas Capitulo generali, vel prouinciali reſeruandi quoſcunq. alios caſus vltrà vndecim ibi ab eodem S. Pontifice enumeratos. Addo pro caſu noſtro, ꝙ cum in eodem Decreto inter vndecim caſus, qui poſſunt reſeruari ab omnibus ſu-
610 perioribus Regularim, vnus ſit *Occiſio, aut mutilatio, ſeù grauis percuſsio cuiuſcunq. perſona*; Supremus ſuperior reſeruando ſibi hunc caſum pro tota Religione, ſi eſt Generalis, vel pro Prouincia, ſi eſt Prouincialis, prohibere poſt abſolutionem ipſius caſus Prælatis inferioribus ſe conformando cum dicto Decreto. Quòd in Religione Capuccinorũ, ſuperioribus localibus ſit artata auctoritas, vel à Capitulis, vel à ſuperiorioribus maioribus, vel conſuetudine: itaut Quardiani, alijque ſuperiores locales, maiori facultate in abſoluendo, diſpenſandoque non gaudeant, quàm à ſuis ſuperioribus maioribus conceſſa ſit, teſtatur *Bartolomeus de Vecchis in ſua Praxi pro nouitijs diſp.9. dub.7. n.3.* in quo caſu, ſcilicèt vbi eſſet prohibitum Prælatis localibus abſoluere ab hac excommunicatione, arbitror non contineri in ea
611 prohibione caſum de abſolutione ob impedimentũ adeundi ſuperiorem maiorem, apud quẽ reſidet poteſtas abſoluendi eũ, cũ id illi cõpetat vt Prelatus eſt, vndè etiã apud Capuccinos, licèt d· ſuperioribꝰ localibus ſit prohibitũ abſoluere vt ſup. intelligitur illa probitio de abſolutione abſoluta, & nõ de abſolutione ratione impedimenti, maximè propter ſacramentorũ vsũ, ſaltẽ ex tacita volũtate ipſius prohibentis. Et quia feci ſuprà mẽtionẽ de priuilegijs Regulariũ circà abſolutionem à cenſuris, quòad alios Regulares, non reticeam noſtrum *P. Peregninum in compendio priuilegiorum noſtra congregationis verbo abſolutio quòad fratres* §.1. poſt relatum priuilegium generale pro Præpoſitis & qui eorum locum tenent, viſitatoribus, & confeſſarijs deputatis ad audiendas confeſſiones noſtrorum fratruum, abſoluendi à quibuſuis peccatis, & cenſuris etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis (exceptis contentis in Bulla cœnæ, & caſibus à ſuperioribus reſeruatis) de quo ſup. *ſub num.* 607. referre in ſcholio, viuæ vocis oraculo fuiſſe declaratũ Patri noſtro Generali, per Decretum S. Cõgregationis de abſolutione à caſibus reſeruatis publicatum Romæ 9. menſis Ianuarij 1601. non fuiſſe ſublata priuilegia quòad
612 abſolutiones Regularium, ſed ſæculariũ tantum, quod oraculum viuę vocis, cùm nõ contineat aliquam gratiam, priuilegium, & indultum, ſed declarationem, & explicationem dicti decreti, non remanet annullatum per conſtitutiones Gregorij XV. & noſtri Sanctiſſ. Vrbani annullantes oracula viuæ vocis, vt patet ex eiſdem conſtitutionibus ibi *omnia, & ſingula priuilegia, facultates,*
613 *licentia, & gratia quacunque, viua vocis oraculo conceſſa*, vt benè obſeruat *Lezzana p.1. cap.3. num.21.* accedat quòd illa neque fuit declaratio S. Pontificis, ſed congregationis Cardinalium ſuper negotijs Epiſcoporum, & Regularium, à qua emanauit dictum

Digitized by Google

ctum decretum, cuius proprium eſt decla-
re ſua decreta tàm in ſcriptis, quàm viua
voce.

Præſuppoſito tādē pro certo, quòd Cle-
ricus ſæcularis, vel laicus percutiēs Religio-
ſū exemptū, veniat abſoluendus nō à ſupe-
riore Religioſi percuſsi, ſed ab Epiſcopo, vt
dixi *cit. p. 2. recoll. 11. num. 20.* & quòd ſupe-
rior non ſolum poſsit abſoluere profeſſos
ſe inuicem percutientes, ſed etiam nouitios;
vt ſupra dictū fuit. Quæro quid ſi nouitius
614 percuſsit profeſſum, vel alium nouitium,
& poſt ea ſtatim egreſsus, habitū dimiſit, an
poſsit abſolui à Prælato adhuc pro dicta
percuſsione? Ratio dubitandi pro affirmati-
ua, eſt quòd percuſsio facta fuit dum erat
nouitius, & ſic ſubditus ratione delicti dicto
ſuperiori, ergo ſemper remanet illi ſubdi-
tus pro dicto delicto. & per cōſequens licèt
ſi nō ſit hodie ei ſubditus pōt abſolui à ſupe
riore, vel ab eo committi dicta abſolutio
alteri, etiam ſi dicta percuſsio fuerit enor-
mis, prout ſupra fuit declaratum. Contrariū
autem dixi, hoc caſu eſſe concludendum,
quia quidquid ſit de illa quæſtione an talis
615 manens in Religionē poſsit puniri à Præ-
lato Regulari, (quam tractat *Bartolomeus de
Vecchis in ſua praxi pro nouitijs diſp. 11. dub.
11.* vbi & ſi probabilem dicat opinionem
*Suarez*, & aliorum docentium affirmatiuā
ſententiam, etiā in caſu quòd nouitius non
conſentiat, quam opinionem præter à me
allegatos *ſup. recoll. 2. n. 557.* ſequitur vt verio
rē *Lauretus de Franchis in ſuis controuerſ. q.
46. fol. 360. & Portellius verbo Prælatus num.
9.* tamen opinionem negatiuam, quòd niſi
nouitius conſentiat, non poſsit ſuperior illū
punire, teſtatur eſſe communē.) Certum eſt,
616 quòd ſi nouitius poſt patratū delictū egre
diatur à Religione, illam deſerens, dictum
delictum pertineat ad iudicem ſæcularem,
ſi nouitius non erat ſaltem prima tonſura
inſignitus, aliàs ad iudicem eccleſiaſticum
quamuis delictum fuit perpetratum in Re-
ligione, quia eo caſu non habetur pro Reli-
gioſo, vt allegatis *Stephano Lamberteng. &
Farinacc.* notat *Bartolomeus de Vecchis in ſua
praxi pro nouitijs diſp. 11. dub. 11. ad finē. &
Sperellus dec. 16. n. 16.* & hoc eſt quod dixit *Por
tellius verbo Prælatus n. 9. quòd iudex ſæ-
cularis non poteſt punire nouitium manentem
cum habitu* (intellige in Religione, quia ſuf-
ficit ad amittendum hoc priuilegiū, ſi egre-
diatur à Religione, & ſi maneat cum habitu
& hoc caſu habet locum vulgatum prolo-
quium, habitus non facit monachum) ergò
è contrario ſi egreſſus fuit à Religione pōt
ab eo puniri, clarius *Molina diſp. 49. ad finē.*
ibi *quòd ſi ille egrediatur nouitiatum vt inte-
grū eſt nouitio egredi, aut Prælatus illum tan-
quam Religione indignum, è nouitiatu, vt
par eſt, eiceret, tunc cum eo ipſo ad illud tri-
bunal pertineat, vel ſæculare ſi non eſt initiatus
ordinibus, vel eccleſiaſticum ſi ordinibus ſit in-
ſignitus, vtique tunc puniretur à iudice ordi-
nario vel ſæculari, vel eccleſiaſtico, &c.* Ac li-
cèt ipſe *Molina* limitet d. doctrinā in caſu,
quo fuit talis nouitius pro d. delicto præuē-
tus à ſuperiore per citationem, &c. ſubdit
tamen poſtea *ad finem verſ. vnde ſi delinquat*
hæc verba, *Quando autem Prælatus iuriſdi-
617 ctionē illam præueniſſet, poſſet, ac deberet nō
curare de tali iuriſdictione præuenta, ſed illum
relinquere puniendum iudicibus Tribunalis,
ad quod pertinere inciperet*, ſi igitur id deli-
ctū, in hoc caſu egreſſus, non pertinet ad ſu-
periorē Regularē, ergò neq. abſolutio. Nota
illa verba *Molinæ cum eo ipſo ad illud tribu-
nal, &c.* & illa alia *poſſet, ac deberet*, per
quæ ſignificat, eſſe differentiam inter ca-
ſum, in quo ſæcularis, vel Clericus, & ſi ſe
aliò transferat poſt commiſſum delictum
remaneat, tamen ſubditus iudici ſæculari,
vel Epiſcopo, & caſum noſtrum de nouitio
poſt delictum patratum, Religionem deſe-
rente, nā primo caſu transferendo ſe delin-
quens in alium locum, non pertinet eo ipſo
ad tribunal illius loci, in quem ſe transfert,
ſed adhuc ratione delicti remanet ſubditus
illi primo iudici. Secundo verò caſu, ipſo fa-
cto, quo mutat ſtatū Religionis, nō remanet
amplius ſubditus Prælato Regulari, ſed per-
tinet ad tribunal ſæculare, vel epiſcopale, vt
ſuprà. Ratio differentiæ, meo iudicio, alia
non eſt, niſi quòd in tantum nouitius eſt
618 ſubditus Prælato Regulari quatenus ma-
net in Religione, & quòd iuriſdictio Præla-
ti Regularis, nō ſolum pro foro externo, ſed
etiam pro foro interno, durat pro tem-
pore, quo actu eſt in nouitiatu, vndè licèt
in eo ſtatu ſi incidiſſet in caſus reſeruatos
Epiſcopo, poterat abſolui abſq. licētia Epi-
ſcopi in Religione, vt aliàs dixi, tñ poſtquā
egreſſus fuit non poteſt ab illis abſolui, niſi
ab habente facultatem ab ipſo Epiſcopo.
Quid obſeruandum in delicto commiſſo in
clericatu, an de illo cognoſcat iudex eccle-
ſiaſticus etiā poſt deſertionem illius ſtatus,
vide præter citatos per *Dianā p. 1. tr. 1. reſol.
118. Ricciū p. 1. praxis deciſ. 590.*

Nota ex *Portellio in ſuis dubijs regularibus
verbo manus violentæ num. 12. verſ. vltimo.*
quod quando lèuis, aut vehemens eſſet tñ ſuſpicio,
quòd vnus Religioſus percuſsit alium Reli-
gioſum, ille contrà quem eſt ſuſpicio, non
619 debet abſolui in publico ad cautelam, cū
verberatione ſolita, quia licèt iſta abſolutio
in parte ſit beneficium, tamen eſt etiam pæ-
nalis propter verbera, & ſupponit factum
quòd non eſt probatum, confirmat ex pra-
ctica tribunalis S. Officij, quæ habet quòd
non abſoluantur publicè ab excommuni-

catio·

Digitized by Google

tione annexa hæreſi, niſi tantum violenter
620 ſuſpecti de hæreſi,quæ autem ſit ſuſpicio
leuis, vehemens, & violenta, vide apud *Ca-
ſtrum Palaum tom.1. tract.4. de pænis tempo-
ralibus hæreticorum diſp.7.p.1.*

*De ſatisfactione requiſita ab eo, qui Cleri-
cum,vel Monachum percuſſit.*

PRæter ea,quæ dixi,generaliter loquen-
do de ſatisfactione requiſita pro abſo-
lutione excommunicationis, ſup. *recoll. 2. à
n.918.* vbi præcipuè de validitate abſolutio-
nis impenſæ, abſque præuia ſatisfactione, tã
à confeſſario, quàm à iudice ordinario, vel
delegato, de qua re, præter ibi citatos, latè
tractat *Boſſius tract. de triplici iubilei gratia
ſect.1.caſu 21.§.6.Graffius tom.2.conſil. conſil.
1.difficult.3. de ſent.excomm.& de arbitrarijs
confeſſariorum lib.2.cap.65.num.8.* vbi in ſpe-
621 cie poſt *Hoſtienſem* ait, ſatisfactionem
non eſſe de ſubſtantia formæ abſolutio-
nis. ſit.

Prima concluſio: non debet quis abſol-
ui ab excommunic.ob violentæ manus inie-
ctionem in perſonam eccleſiaſticam, ni-
ſi prius à percutiente, ſit perſonæ per-
cuſſæ ſatisfactum. Habetur *in cap. Parochia-
nos, & c. ea noſcitur de ſententia excommuni-
cationis*; eſt communis, & certa apud Do-
ctores,qui ex hoc inferunt, quòd ſatisfactio
622 debeat præcedere abſolutionem,ita *Graf-
fius loco ſuprac.de arbitrarijs confeſſariorum
num.4.verſ.debet* quia licèt vt ſup. innui,ab-
ſolutio aliàs impenſa ſit valida,eſt tamen il-
licita, vt *loco ſuprac.*dixi & proſequitur *Boſſ-
eum Graffio locis ſuprac.* An autem talis ab-
ſoluens præter peccatũ mortale,ꝙ cõmittit,
vt expreſsè docet *Graffius ſuprac. difficult.*
623 *3.in princ.* teneatur ad aliquã reſtitutionẽ;
dixi *loco ſuprac.n.934.*

Ampliatur primò vt procedat non ſolũ
vbi percuſsio fuit enormis,ſed etiam vbi me-
624 diocris, vel leuis: nam ſatisfactio eſt pro
iniuria illata ex ipſa percuſsione,quę iniuria
infertur tàm in percuſsione enormi, quàm
non enormi.& licèt maior inferatur iniuria
per non enormem, quàm per non enormẽ,
tamen magis,& minus non variat ſpeciem.

Ampliatur ſecundò, vt non ſolum illa
præmittenda ſit in abſolutione data quòad
forum externum,ſed etiam in ea quæ datur
625 pro foro conſcientiæ tantũ, de qua vide-
tur loqui textus *in dicto cap. Porrò.* ibi *&
ducti pænitentia non conuicti, ſed priuatim,
&c.*qua occaſione ſubdit gloſa prima. *quia
fortè fuit occulta offenſa*, & poſtea ſubdit, *&
hic eſt argumentum, quod non valet pæniten-
tia ſinè ſatisfactione.* quòd vltimum, ne vi-
deatur contrarium doctrinæ ſuprà traditæ
de validitate abſolutionis, abſque præuia
ſatisfactiòne præſtita; intelligendum eſt de
abſolutione in foro ſacramẽtali,& ſic de ſa-
tisfactione quatenus eſt pars ſacramenti pæ-
626 nitentiæ, quo caſu ſatisfactio eſt pars ſa-
cram.eſſentialis,non in re, ſed in voto, quia
ſufficit, quòd pænitens habeat propoſitum
ſatisfaciendi quàm primum poterit, vt dixi
*ſup.p.1. recoll.25.num.5.* quòd maximè ob-
ſeruandum in caſu noſtro, quãdo pænitens
(cui dicto debet ſtare confeſſarius in hoc
foro) dicit non potuiſſe, nec poſſe illam an-
teà præmittere:in quo differt à caſu,vbi da-
tur abſolutio publica pro foro externo,quia
627 & ſi abſoluẽdus ſit impotens,tũ nõ debet
abſolui, niſi prius vel ipſa pars conſentiat,
vel ꝙ ea citata,probata iã ſit iudicialiter eius
impotentia, vt dixi *cit.recoll.2.n.* & proſe-
quitur alijs citatis *Boſſius cit.caſu 21.num. 9.*
& ſic procedit dictum *ConinK diſp.14.n.206.*
ꝙ hoc caſu *poteſt quis in vtroq. foro abſolui
inuita parte, imò ad hoc poteſt iudex compelli*

Ampliatur tertiò, quòd ſit vera non ſo-
lũ in abſolutione abſoluta,etiã ſed in abſolu-
628 tione ratione impedimenti,maximè tem-
poralis, ita habetur in *d. c. ea noſcitur*, & poſt
*Caiet.Silu.& Nau.*notat *Reginald. lib.1. pra-
xis nu.259.*qui addit, hoc caſu prętet dictam
ſatisfactionem, exigendum eſſe iuramentũ,
quod ceſſante impedimento, quo detinetur
ipſe excommunicatus ſe præſentabit Apoſto
licæ Sedi,mandatis ipſius,pariturus,vt habe-
tur in *cap.de cætero de ſent.excomm.*quod iu-
629 ramentum,differt à iuramento,quod reci
pitur in abſolutione abſoluta, data ex dele-
gatione S. Pontificis vel ab ipſo ordina-
rio de parendo mandato ipſius abſoluen-
tis, ſeù Eccleſiæ (quòd eſt idem) & alio iu-
ramento, ne de cætero in perſonam eccle-
ſiaſticam, manus inijciat violentas, iuxtà
tex. *in cap. ex tenore ex.de ſent. excomm.* de
quibus egi *ſuprà recoll. 1 á n. 539.* cùm pri-
mum iuramentum exigatur ab omnibus
perſonis, in abſolutione tàm priuata, quòad
forum conſcientiæ,quàm publica quòad fo-
rum externum,ſecundum autem iuramen-
tum exigitur non ab omnibus, ſed à certis
perſonis,& tantũ in abſolutione publica pro
foro externo, vt dixi *loco ſuprac.* & proſe-
quitur *Boſſ.citato caſu 22.* & ſi omnia iſta iu-
ram.cõueniũt in eo, ꝙ nullũ eorũ ſit de ſub-
ſtãtia abſolutionis,ſicut dixi de ſatisfactione.
Quidquid poſt *Hoſtienſ.Graff.loc ſuprac.de ar-
bitrarijs confeſſariorũ*,dicat,docens,quòd li
cèt abſolutio data ſinè præmiſſa ſatisfactio-
ne ſit valida, tamen ſi ommittatur iuramẽ-
630 tum, abſolutio ſit nulla quòad Eccle-
ſiam militantem, ſed ſalua ſua pace hoc di-
ctum *Hoſtienſis*, non eſt verum vt benè
notat *Silueſter abſolutio 3. num. 3.* & con-
trarium communiter tenetur, vt dixi *cit.re-
coll.1.num.543. & etiam recoll.2. num.837.* &
pro-

Digitized by Google

proſequitur etiam *Boſſius ſup. n.* 13. & ſi contraueniens primò iuramento, non adeundo, ceſſante impedimento, S. Pontificem reincidat in excommunicationem iuxtà ea, quæ dixi *num.* 525. quidquid contrarium videatur dicere *gloſa in d. cap. de cætero verbo ſuſcepturus*, cuiusdoctrina vendicat ſibi locũ in abſolutione data ob impedimẽtũ perpetuũ, vel quando Epiſcopus abſoluit authoritate propria à leui, vel occulta percuſsione, aut quando alius confeſſarius abſolueret ex priuilegio, quale plerumque dari ſolet in iubileis, ac in Bulla cruciatæ, vt aduertit *Reginaldus cit. num.* 259. *ad finem.*

Ampliatur quartò, etiam ſi Clericus, vel
631 alia perſona eccleſiaſtica, & ſic non laicus, fuit percuſſor, cùm enim hoc caſu, etiã incurratur excomm. ob iniuriã illatã, vt dixi ſup. etiã debet excõmunicatus præmittere ſatisfactionẽ, ex regula vulgata, vbi militat eadẽ ratio, debet dari idẽ ius *l. illud ff. ad legẽ aquiliam cum concor dantibus*, & ſic ſupponunt omnes authores, generaliter docentes, percuſſorem ante abſolutionem, debere percuſſo ſatisfacere.

Ampliatur quinto etiam vbi laicus, & Cle
632 ricus ſe inuicẽ percutiunt, nec cõſtat ipsũ laicum fuiſſe aggreſſum, vel ſaltem neſcitur quis eorum fuerit aggreſſor, quibus caſibus dictus laicus incurrit excommunicationẽ, eſtque caſus *deciſ. curiæ Archiepiſcopalis Mediolan. Chartarii* 76. & per conſequens etiam tenetur ad præſtandam ſatisfactionẽ, ſi vult abſolutionem obtinere, maximè pro foro externo, nam de hac re in foro conſcientiæ, quis fuerit aggreſſor necnè, & vtrũ pro repercuſsione teneatur ad d. ſatisfactionẽ, ſtãdũ dicto pænitentis. Dixi, *nec cõſtat, ipſum laicũ*
633 *fuiſſe aggreſſum, vel ſaltẽ, &c* quia ſi Clericus fuit aggreſſor, rarò laicus in foro exteriori tenetur ſatisfacere, cùm præſumatur repercuſsiſſe ad ſui defenſionem, & ſic ipſe dici poteſt author, & cauſa ſui damni, vndè meritò, & ſi regulariter offenſus in conſciẽtia non teneatur facere pacem in ſcriptis óf-
634 fenſori, vt latè explicaui *ſup. p. 1. recoll.* 24. *n.* 85. & ſequentibus, tamen vnus ex caſibus, in quibus fallit hæc regula, eſt, quando (vt vtar verbis *Comituli lib.* 4. *reſponſorum moralium, q.* 32. *n.* 17. ibi à me citati) *iniuria princeps fuit is, qui periit, aut grauiter offenſus eſt.* quod eſt idẽ quàm vbi fuit ipſe prouocator offendẽtis, & tãtũ in foro cõſciẽtię, qui repercuſsit nõ ſeruato moderamine inculpatæ tutelæ, ſicut incurrit excõm. vt declaraui *ſuprà à num.* 295. (quibus illic allegatis addo *Pierinum in ſuo Prælato Regulari q.* 3. *c.* 2. *n.* 60. vbi poſt *Riccium p.* 1. *praxis deciſ.* 466. ait quòd non ſit declarandus excommunicatus laicus, qui prouocatus percuſsit Clericum, ſupponens, iniuriam, qua laicus fuit prouo
635 catus, fuiſſe verbalẽ, dum ampliat, etiam quãdo prouocatio fuit pro iniuria illata nõ ſibi, ſed ſuis familiaribus, & conſanguineis, ac etiam poſt *Bartolam conſ.* 22. non fuiſſe excommunicatum monachum, qui alterum monachum ſibi iniuriantem percuſsit, & ipſe addit, quòd quidã Prælatus, qui percuſsit Monachũ in publica communitate, qui eum vocauerat ebrium, non incurrerat excommunicationem, quæ intellige iuxtà ea, quæ dixi *ſuprà nu.* 319.) ita teneretur etiã in foro cõſcientiæ ad exibendã aliquã ſatisfactionẽ. Dixi, *aliquã ſatisfactionẽ*, quia ſi dictus laicus notabiliter exceſsit modũ inculpatæ tutelæ, & ſi incurrat iſtã excommunicationem, vt *loco ſuprac. nu.* 303. declaraui, tamen quia omnes Doctores cõueniunt, talem mitius puniri de vulnere, homicidio, &c. & ſic non pæna ordinaria, ſed extraordinaria, vt latè poſt alios, habetur per *Andreã Gaill. lib.* 2. *obſeruat.* 100. *num.* 11. *& obſeruat.* 110. *n.* 15.
636 ita etiam non tenetur ad præſtandam tam rigoroſam ſatisfactionem, ſicut ſi non fuiſſet prouocatus, nam ſatisfactio debet fierì competẽter iuxtà menſuram iniurię *can. ſi illic* 23. *q.* 4. qui tex. allegatur ad hoc per *Baiardum ac Clarum lib.* 5. §. *fin. q.* 58. *num.* 65. & certum eſt, quòd ideò mitius punitur prouocatus, quia eius repercuſsio fuit cum minori iniuria. Sed quid ſi duo Clerici, vel
637 alię perſonę eccleſiaſticę ſe inuicem percuſſerũt? Quia vt dixi *ſup. num.* 105. quando conſtant quis eorum fuit prouocator ille debet declarari excommunicatus, qñ verò id ignoratur neuter declarãdus eſt excõmunicatus, ſed vterq. debet puniri, & abſolui, conſequenter dicerẽ, primo caſu eſſe neceſſariam præuiam ſatisfactionem, non autem ſecundo caſu, in quo intrat regula illa, paria delicta, mutua compenſatione tolluntur.

Ampliatur ſextò etiam in abſolutione,
938 quæ datur vigore iubilei, vel alterius prilegij, quia ſemper, vel expreſsè in d. priuilegiis inſeritur clauſula illa, *ſatisfacta parte*, vel ſubintelligi debet, vt dixi, cũ *de iubileo n.* in edit. Neap. & proſequitur *Boſs de triplici iubilei gratia, ſect.* 1. *caſu* 21. *num.* 69. *& ſeq.* Hæc concluſio ſic ampliata. Limitatur in caſu, quem ſuprà innui, ſcilicèt impotentiæ tunc enim in foro conſcientiæ, & in foro externo vt ſup. dixi *num.* 626. poteſt dari abſolutio præmiſſa cautione ſatisfaciendi cum commodè potuerit, vt declaraui *ſup. recoll.*
639 2. *nu.* 931. *& ſeq.* quæ cautio neque eſt de ſubſtantia abſolutionis, ſicut dixi ſup. de ipſa ſatisfactione, & iuramẽto, vndè imminẽte morte excõmunicati, ita vt nullo modo poſſit ſatisfacere, cũ ſolo propoſito ſatisfaciendi, poteſt abſolui, cùm impoſsibiliũ nulla ſit obligatio, *Graffius lib.* 2. *de arbitrariis confeſſariorum cap.* 65. *num.* 10. *ad finem*, tunc autẽ

dici-

Digitized by Google

dicitur quis impotens ad ſatisfaciendum, quando commodè non poteſt ſatisfacere. *Graſſius cit.cap.65.num.11.* vbi ſubdit exemplum, quando v.g. oporteret rem vilius vendere, modò non ſit hæc dilatio cum magno damno alieno, ideſt quòd pars læſa ſit in æquali neceſsitate, vt dixi *loco ſuprac.* idem dicas in caſu, quod longè abeſſet dictus excommunicatus, à loco vbi eſt Clericus percuſſus, fauet *Conink diſp.14.de cenſuris n.208. verſ.idẽ dicendũ.* præter allegata *infrà n.661.*

Limitatur ſecundò in caſu, quo percuſſor offerat ſatisfactionem, & perſona eccleſiaſtica percuſſa nollet eam acceptare, quia tunc poterit abſolui, vt dixi ſuprà *recoll.2.n.930.* & præter ibi allegatos, in terminis noſtris loquendo, notat *Graſſius conſil.1. diff.3. num.7. de ſent.excommunic.tom.2.* qui ſubdit, Clericum peccare, non oſtendendo ſigna dilectionis particularis, & non gratè recipiẽdo petentem ſibi veniam, imò videri, poſſe
640 dictum Clericum compelli per pœnas ſpirituales ad faciendam pacem, quod repetit *lib.2. de arbitrarijs confeſſariorum cap.65. n.12.* intellige qñ ipſa ſatisfactio oblata ſit æquiualens, ſeù congrua, vt loquitur tex in *d.cap. Parochianos,* & dixi *loco ſuprac.* quod tamen remittitur arbitrio iudicis, vel confeſſarij, argumento notatorum per *Graff.loc. ſuprac.n.9.* Limitatur tertiò in abſolutione ad cautelã. *Rota dec.36. de procurat. in nouis.*

Sed quia hinc quæri poteſt quid intelligatur pro iſta ſatisfactione requiſita ad dictam abſolutionem ab hac excommun. ſit.

Secunda concluſio: Non ſolum pro ſa-
641 tisfactione præſtanda perſonæ eccleſiaſticæ percuſſæ, intelligitur petitio veniæ, & ſatisfactio pecuniaria pro damnis, expenſis, & intereſſe, ſed etiam ſatisfactio pecuniaria p extimat. iniuriæ. Prima pars eſt certa, quia d. ſatisfactio debetur clericatus dignitati. Secunda pars, eſt etiã certa ex regula, qui cauſã damni dat, damnum dediſſe videtur *l. qui occidit ff. ad legem Aquiliam.* Tertia pars & ſi habeat aliquos contradictores innominatos *apud Praxim Archiepiſcop. Neap. cap.24. ſub num.4. in 2.edit.* tamen communiter illam ſequuntur Doctores, vt præter eandem *Praxim,* quæ refert *Panormitanum,* teſtantem de veriori, videre eſt apud *Silueſtrum abſol 3.num 9. Graſſium p.1. deciſ.lib. 2.cap.49. num.61. & cit. conſ.1. difficult.3.n. 6. & de quinq. caſibus lib.1. num.49. Sayrum lib. 2.de cenſuris c.8. nu.8. & Squillantes c.6. de priuil.clericorum n.11.* Hanc opinionẽ nõ ſolum eſſe veriorem, & probabiliorem, ſed certã, teſtatur nouiſsimè *Boſsius de triplici iubilei gratia ſect.1. caſu 21.§.2.n.15.* & ſi oſtẽdat, opinionem contrariam eſſe probabilẽ. Præter authoritates, & rationes, quibus Doctores ſupracitati, probant hanc opinionem, cõuincitur ex differentia inter ſatisfactionẽ dãnorũ, &c. ac extimationẽ iniuriæ, nã vt inquit *Graff. lib.2.de arbitrariis confeſſariorũ c. 65.n.3.* ſatisfactio .n. damnorũ, &c. verſatur circà expenſas in medicos, medicinas, quas percuſſus fecit ob cauſam dictæ percuſsionis, item circà damnum, quod ex hac cauſa ſubſtinuit, & lucrum, quod ſibi ex hac cauſa ceſſauit ex eius artificio, ſatisfactio verò iniuriæ verſatur circà id, quod vltrà dicta damna, expenſas, & intereſſe, ipſe offenſus vellet potius tantũ de ſuo perdidiſſe, quàm pati hanc iniuriam, vt per Doctores ſupracitatos, vt innui ſup. *n.371.* de iure autem clericus poteſt agere non ſolum ciuiliter, ſed
642 etiam criminaliter pro iniuria ſibi illata contrà laicũ, & etiam corã iudice laico, cum proteſtatione citra pœnam ſanguinis *c. Prælatis de homicidio in 6. Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali cap.35.in 2. edit.* & ſi per Cõcilium Prouinciale Neap. ſub titulo de vita, & honeſtate clericorum *cap.22.* prohibeantur clerici dictæ prouinciæ, id facere abſque licentia in ſcriptis, vt per eundẽ *Genuenſem loco ſuprac. & Graſſium cit. conſilio 1. difficult.3.num.4. ad finem de ſent. excomm. tom.2.* quòd ſufficit ad probandum, nõ facere clericos cõtrà dignitatẽ clericatus (vt putant aduerſarij) ſi petãt extimationẽ iniuriæ. Primã partẽ cõcluſionis de petitione veniæ, limitat *Graff. loco cit. de quinq. caſibus.* Primò, ſi Prælatus fuit is, qui debet abſolui, ex eo, quòd exceſſerit in correctione, & ego addo idẽ de patre, *ex Silueſtro verbo contumelia num.3.* Secundò quãdo perſona percuſſa eſſet valdè inferioris gradus ipſo percutiente, vndè ait *item plebeius, qui non debet à perſona illuſtri tantam humiliationẽ exigere,* allegat tñ *Silueſtrum loco citato.* qui loquitur de Prælato, & patre familias, eſt benè verùm, quòd *in fine numeri* videtur circà modum petitionis veniæ per ſe, vel per alium, ſe proſternendo plus, & minus, concludere, quòd non poſsit dari certa regula, ſed id remittendum ſit arbitrio boni viri, quod clarius habetur per eũdẽ *Graff. lib.2. de arbitrarijs confeſſariorum c.*
643 *65.n 9.* & fauet, quòd licèt clericatus nobilitet, & tribuat magnã nobilitatẽ, vt per *Genuenſem in ſua praxi Archiep. Neap. c.74.n. 2.* tñ ipſemet etiã *ibid. c.30.* nõ negat adeſſe debere aliquã differentiã inter nobiles, nobilitate gentilitia, & ignobiles, cũ tractat de pœnis, ipſis clericis imponendis.

Tertiò limitat, quando alia eſſet neceſſaria compenſatio, quòd ſecundùm me ſignificat, & ſi ipſe clarè id non explicet, vbi clericus vellet extimationẽ iniuriæ, vt tunc non teneatur offendens veniam petere, fauet *Neuizanus in ſua ſilua nupt. lib.4.ſub n. 29.* vbi quòd ſicut liberalitas reddit aliquẽ nobilẽ: ita auaritia reddat aliquẽ ignobilem.

Hac occaſione, *gloſa in d.c. Parochianos v.*



Digitized by Google

*ſatisfaciant*, quæ præſupponit prò certo, deberi perſonę eccleſiaſticę iſtam ſatisfactionem pecuniariam pro iniuria. Quęrit primò, cui debeatur dicta ſatisfactio, & ſecundò coram quo iudice extimabitur dicta iniuria,& circà primam reſpondet,quòd ſi monachus, vel conuerſus, qui proprium non habet, eſt is,qui fuit percuſſus, hæc ſatisfactio dabitur monaſterio, quia quidquid acquirit monachus, &c. Si verò clericus ſæcularis, debet dari, & ei, qui læſus eſt. Circà ſecundum reſpondet, quòd quando quærela excommunicationis defertur ad eccleſiaſticum iudicem, tunc extimabitur iniuria coram ipſo, quia aliter non abſoluitur, ſi verò clericus ſimpliciter vult conqueri de iniuria ſibi irrogata, ſatis videtur, quòd debeat ſequi forum rei. hæc gloſa. Prò quorum maiori declaratione, ſit.

Tertia concluſio: Acceptæ iniuriæ per monachū,(idē dicas de moniali, vel alio religioſo pfeſſo) ſatisfactio præſtanda eſt ab iniuriante, non monacho, ſed Abbati. Ratio eſt: quia ipſæ iniurię nō eſt dominus monachus, cùm ipſe habeatur pro mortuo mundo, neq. habeat velle, nec nolle, ſed Abbas, ſicuti neque eſt dominus iniuriæ ſibi factæ filius familias, ſed pater, nec ſeruus, ſed dominus, nō vxor, ſed maritus *D. Anton. in ſecunda p. ſumma tit.*8. *cap.* 3. §.6. *cum multis alijs*, quos ſequitur *Comitolus lib.*4. *reſponſorum moralium q.*32. *num.*13. *verſ. Adde.* in terminis noſtris loquendo, teſtatur *de praxi pænitentiariæ. Filliuccius tract.*15. *num.*45. *verſ. Decimo quæro ad finem.* ſequitur *Bonacina tom.*3. *diſp.*2. *q.*3. *pun.*6. *ſect.*5. *nu.*24. vndè vt abſolutio impetrari poſsit ab eo, qui iniuriam religioſo cōtulit, nō monacho, ſed Abbati ſatisfaciēdū, inquit *Sanchez lib.*6. *ſumma moralis cap.*12. *num.*8. Ex qua concluſione, ſequitur primò, quòd monachus non poteſt agere pro iniuria ſibi illata, nec illam remittere, ſed Abbas, niſi ex licentia expreſſa ipſius Abbatis, vel tacita, quæ cōtingere poteſt in praxi, vel qñ ipſe Abbas lōgè abeſt à monaſterio, nec procuratorem reliquit, vel quādo de licētia ſuperioris ſit in ſcholis, vt per *Sanchez loco ſuprac. num.*5. *&* 7. quibus ab eo citatis, accedit *Graſſius cit. conſ.*1. *difficult.* 3. *num.*2. quòd eſt verū, etiā vbi Religioſus fuerit in-
646 terfectus, haberetque patrem, filium, &c. vt per *Lauretum de Franchis in ſuis controuerſiis inter Epiſcopos, & Regulares quæſt.*55. *fol.*375. qui loquitur non ſolum de ſatisfactione ratione iniuriæ, ſed etiā de pæna, quę vi ſtatuti applicari debeat heredibus interfecti, & ampliat etiam in monacho Religionis incapacis bonorum, & religioſo Societatis Ieſus, poſt ſola biennij vota, & ſi poſt *Farinace. p.*1. *praxis q.*13. *de accuſat. num.*29. *verſ. ſed certè* admittat caſum, in quo etiam
647 requirenda ſit pax à conſanguineis ipſius religioſi interfecti, quando ſcilicèt pax eſſet neceſſaria vigore ſtatuti minuentis pænam propter pacem, quod fundatum eſt in quiete Reipublicæ, vt pace inita, extinguantur inimicitiæ, tunc enim quia & ſi monaſterium remittat, non ceſſat conſanguineorū voluntas vindictæ ſumendæ, & ſic neque inimicitia, inquit ipſe, præter pacē monaſterij, requiritur etiam pax conſanguineorum.

Sequitur ſecundò, quòd Abbas poſsit in-
648 uito monacho eam iniuriam remittere, quia cùm nullam actionem habeat monachus, ſed ſuperior, neque etiam requiritur conſenſus monachi, ita poſt *Aſcanium Clementinū, & Nau.* cōtrà *Farinac. Sanchez loc. ſuprac. n.*6. & tātò magis id poterit eo ignorāte *Squillantes c.*6. *de priuilegijs clericorum num.*113. *Boſsius de triplici iubilei gratia ſect.* 1. *caſu* 21. *num.*31. qui *ibid. num.*26. loquitur de ſatisfactione pecuniaria, ſicut loquitur etiā *Lauretus de Franchis loco ſuprac.* ex quo modo loquendi, forſan aliquis poſſet intelligere, quòd hoc habeat locum in ſatisfactione tantū pecuniaria ratione damnorū, aut extimationis iniuriæ, non tamen peti-
649 tionis veniæ, & per cōſequens ꝙ nō ſufficiat veniā petere ab Abbate, ſed neceſſe ſit petere illā etiā à monacho. Sed contrariū eſt verius, vt habetur in *c. Parochianos*, & alijs iuribus, quibus ſimpliciter eſt ſermo de ſatisfactione, quę nō ſolū includit ſatisfactionē pecuniariā, ſed etiā petitionis veniæ, ꝓut explicāt cōmuniter ibi DD. & dixi ſup. & tñ *gloſa in d. c. Parochianos*, & alij authores ſupracitati, quando quęrunt, cui debeat præſtari dicta ſatisfactio, quando iniuria illata fuit religioſo, ſimpliciter, & abſolutè reſpondent, debere illam præſtare offenſorem non monacho, ſed Abbati, & regula eſt trita, & vulgata, quòd verba ſimpliciter, & abſolutè prolata, etiā ſimpliciter, & abſolutè debeant intelligi; Accedat quod dum idem *Boſsius* concedit, poſſe Prælatum inuito ipſo monacho remittere, debet etiam concedere, quòd venia neque ſit petenda ab ipſo monacho in rigore, & ſi ad benè eſſe, id deberet curare Prælatus, vt ſcilicèt offenſus non ſolum petat veniam ab ipſo ſuperiore, ſed etiā ab ipſo religioſo percuſſo, & hoc videtur expreſsè docere *Graſſius cit. conſ.*1. *difficult.* 3. *n.*1. *verbis infrà mox referendis n. ſequenti.*

Quæres, an præſuppoſito, quòd ipſe reli-
650 gioſus percuſſus tantum remittat, & ſatisfactionem recepiſſe fateatur, ac non longè abſit ſuperior, neq. ipſe ſit in ſtudijs, vt ſup. poſsit ipſe percuſſor abſolui? Tangit hunc caſum ex Doctoribus præcitatis *Graſſius dicta diff.*3. *num.*1. vbi aſſerit, quòd quando iniuria nō deuenit in notitiam ſuperioris, ſufficiat petitio veniæ facta ipſi religioſo percuſſo,

Digitized by Google

cuſſo, *ſi autem deuenerit offenſa in nôtitiam*
*ſuperioris ipſius monaſterij, etiã ab ipſo eſt pe-*
*tenda venia.* Vndè ſi bona fide, credens con-
feſſarius, quòd ſufficiat remiſsio facta ab ip-
mo monacho percuſſo, abſoluerit, non peccabit.
Dixi *confeſſarius, &c. non peccabit*, quia vt
patet ex ſupradictis, abſolutio ſemper eſt va-
lida. Accedat quòd ex hac abſolutione non
tollitur, quin ſuperior monaſterij non poſ-
ſit agere contrà percuſſorem pro iniuria il-
lata monaſterio: ita intelligo verba ſubſe-
quentia eiuſdem *Graffii*, vbi loquitur de
monacho percuſſo remittẽte cum licentia,
& ſubdit, quòd *prodeſt illa remiſsio quòad*
*actionem ſibi competentem, non autem quòad*
*illam, quæ competit monaſterio, quæ non po-*
*teſt remitti, niſi á monaſterio*, ſi autem mo-
nachus recepit ſatisfactionem, quæ verſa eſt
vtilitatem monaſterij, cenſetur ratificata à
ſuperiore, vt per *Boſsium loco ſuprac.*
651 Quæres ſecundò, cui ſuperiori debeatur
ſatisfactio? Reſpondetur, deberi ſuperiori do
mus, ſeù conuentus vbi talis eſt percuſſus à
laico? Quòd intelligatur de ſuperiore locali,
patet ex modo loquendi authorum ſuprà
relatorum, qui loquuntur de Abbate, & ſu-
periore, qualis eſt ſuperior localis, ***Sigiſmun-***
***dus à Bononia de electione, & poteſtate Præ-***
***latorum regular. dub.*** 114. Quòd etiam veri-
ficetur de ſuperiore illius domus, vel cõuen-
tus loci, vbi religioſus accepit iniuriã, patet
etiam ex modo loquendi eorundem Do-
ctorum, qui ſupponunt, iniuriam fieri mo-
naſterio, & quidem pro monaſterio, intelli-
gi debet domus, vel conuentus illius loci,
&c. etiam ſi ipſe religioſus percuſsus, ibi ſit
652 hoſpes, quia hoſpites ferè in omnibus Re-
ligionibus ſunt ſubditi illis ſuperioribus,
in quorum conuentibus degunt, & tenen-
tur ſeruare conſuetudinem, & mores con-
uentus, vbi ſunt hoſpites, vt dixi ***ſupra 2.p.***
***recoll.*** 11. ***num.*** 103. accedit ***Pierinus in ſuo***
***Prælato regulari q.1.cap.8.num.20. & 21.*** Si
autem in eo loco non eſt conuentus ſui Or-
dinis, tunc diſtinguerem, vel longè abeſt
conuentus, vbi eſt aſsignatus, & ſufficit eius
remiſsio, qui percuſſus fuit ex tacita licentia,
vt dixi ***ſup.*** ſi autẽ nõ longè abeſt, ab illo ſupe
riore, vel à viciniori põt peti ſatiſfactio. Quòd
autẽ hoc poſsit efficere ſuperior abſq. cõſen-
653 ſu capituli ipſius conuentus, colligi poteſt
ex eo, quòd DD. loquuntur tãtum de ſupe-
riore, itẽ etiam ex comparatione ſerui, vel
filij familias percuſsi, cum ipſo religioſo
ſubdito, & in ſpecie, quòd facta remiſsione
à patre, alij filij non poſsint agere, dixit ***Ba-***
***iardus ad Clarum ſuprac. q.58. num.35.*** Con-
trarium autem, quòd ſit neceſſarius con-
ſenſus capituli, ſupponit ***Abbas in cap. cum***
***deſideres num.7. de ſent. excommunicat.*** vbi
quòd & ſi Prælatus ſolus poſsit repudiare
legatum relictum, monaſterio, nõ poſsit ta-
men remittère iniuriam ſine conſenſu ca-
pituli, & expreſsè docet ***Carauita Ritu M. C.***
***V.*** 275. ***num.*** 35. Dicerem, quòd prima opinio
eſt vera, quando percuſsio eſt leuis, vel oc-
culta, ſecunda verò quando eſt grauis, ac etiã
ſcandaloſa, quia tunc propriè videtur ꝙ in-
feratur iniuria tali monaſterio, & ideo requi
ratur cõſẽſus ipſius capituli. Quid ſi ſuperior
654 monaſterij fuerit ꝑcuſſus, nũ poſsit ipſe re-
mittere, vel requiratur remiſsio facienda à
Generali Ordinis? Reſpõdi, poſſe ipsũ remit-
tere ex regula generali, quòd quidquid põt
ſuperior localis ergà ſubditos ſuos, poſsit er-
ga ſuam perſonã. In caſu tamen occurrenti
de quodam ſuperiore cuiuſdam monaſte-
rij, qui colaphis fuit percuſſus à quodam
laico in eod. ſuo monaſterio coram pluri-
bus ex fratribus eiuſdem monaſterij, ex cau-
ſa ſpectante ad eius officium, qui percuſſor
per cædulones fuit declaratus excommu-
nicatus, excomm. S. P. reſeruata, iuxtà ea,
quę dixi ***ſup.n.*** 408. ex quo nõ ſolum ratiõne
ſuperioritatis, ſed etiam loci, & cauſę fuit
offenſum totum monaſterium, dixi faciẽdã
eſſe remiſsionẽ ab ipſo monaſterio, ſeù Pa-
tribus capitularibus ipſius conuentus. Non
nego tamen, quòd hoc caſu ſufficiens fuiſset
remiſsio facta à Patre Generali (qui etiam
poteſt illam ſibi reſeruare) ſicut ſuffice-
ret pro percuſsione cuiuslibet religioſi par-
ticularis, ex regula illa, quam tradit ***Suarez***
***tom.4. de Religione lib.2. de religioſis, quatenus***
***Prælati ſunt cap.*** 15. ***num.*** 16. quòd poteſtas
655 conceſſa Prælato locali, & ſic inferiori, eo
ipſo cenſetur conceſſa Prælato ſuperiori, ni-
ſi contrarium ſit expreſſum.
Signanter, concluſionem formaui de re-
ligioſo profeſſo, quia licèt Doctores crimi-
naliſtæ, quando tractant de iniuria facta No-
656 uitio, communiter doceant, non ſpectare
ad monaſterium facere pacem, ſed ad ipſum
Nouitium, vt per ***Clarum §. fin. q.58. ad finem.***
(qui teſtatur, per Senatũ Mediolan. ita fuiſſe
declaratum, in approbatione gratiæ cuiuſdã
nobilis, qui vulnerauerat coquum monaſte-
rij Carmelitanorum, quæ fuit admiſſa, cum
remiſsione illius tantum, & dictum, non re-
quiri conſenſum Prioris, nec monaſterij; cõ-
perto quod non erat profeſſus, & proſequi-
tur alijs citatis, ſcilicèt ***Farinacc. Plaza, Kiſle-***
***rio, & Ceuallos, Lauretus de Fæbis in ſuis cõ-***
***trouerſiis inter Epiſcopos, & Regulares q.51.***
***fol. mihi 371. & Bartolomeus de vecchis in ſua***
***praxi Nouitiorum diſp. 11. dub. 18.*** qui au-
thores etiam ſubdunt, in caſu quòd No-
uitius fuiſſet interfectus, ius accuſandi,
& pacis ineundæ, ac compoſitionis acci-
piendæ, ſpectare ad illos, ad quos perti-
neret, ſi nouitius fuiſſet ſæcularis, nã ingreſ-
657 ſus in Religionẽ, donec profitetur, nõ ha-
betur pro ingreſſo, ***Chartarius deciſ.*** 54. ***Curia***



Digitized by Google

*Archiep. Mediolan. num.6.* ſed habetur pro ſæculari, vt dixit *Rota apud Manticam deciſ. 265.num.3.*) Tamen vbi tractatur de ſatiſfactione, de qua hic, requiſita pro abſolutione ab excommunicatione huius canonis, arbitror (ſuppoſito quòd nouitius offenſus perſeueret in Religione) illam quoque debere peti à ſuperiore monaſterij, cui etiã eſt illata iniuria per dictam percuſsionem, non
658 minus, quàm ſi fuiſſet percuſſus profeſſus, & hoc caſu verificatur id, quod dicit poſt *Boſſium, Clarus cit. q.58.nu.71.* quod remittere, & conſecutio ſatiſfactionis differunt, nàm & ſi nouitio cõpetat ius accuſandi, & remittendi, tamen non ſolum ipſi, ſed etiam ſuo Abbati competit conſequutio ſatiſfactionis, ac etiam id, quod aliqui Doctores, de quibus infrà, aſſerunt, per remiſsionem ſcilicèt factam à clerico, non remitti iniuriã factã Eccleſiæ. Quærit idem *Lauretus*
659 *de Franchis loco ſuprac.* An patre, aut filio religioſi profeſsi interfectis, competat religioſo, vel monaſterio ius accuſandi, vel pacis ineundæ, aut prætium ratione pacis ab interfectoribus accipere? Et reſpondet poſt *Farinacc.* negatiuè, non religioſo, quia eſt mortuus mundo; non monaſterio, quia nõ eſt illata ipſi iniuria aliqua, ob quam competat ius accuſandi, &c. Secus autem *ibid. q.* 54. contrà *Farinuac.* dicit obſeruandum, ſi ante ingreſſum eius, parentes fuerunt interfecti, vbi Religio eſt capax bonorũ, ſed pace ſua; eadē ratio, quæ militat in caſu præcedēti, militat etiam hoc caſu. Vndè meritò idē poſt alios concludit *Bartolom. de Vecchis cit. dub.13, num.76.* vt ſcilicèt ſi ipſe non fecit pacem dum erat nouitius, nec ipſe, nec monaſterium poſsit agere, & per conſequens, neque ſatiſfactionem prætendere, ſed ſpectare totum ad interfecti proximos, & illis, non ſuperſtitibus ad monaſterium, ex quo modo loquendi, patet, *Farinacc.* loqui non ſolum in caſu, quo talis religio non ſit capax bonorum, vt velle videtur *Lauretus de Franchis ſup* ſed etiam vbi Religio ſit capax. Ad rationem, quã ipſe *Lauretus* adducit pro hac ſua opinione, per profeſsionem ſcilicèt Religioſum transferre in monaſterium actiones, & iura, quę habebat ante illã. Reſpondetur, diſtinguendo de actionibus, & iuribus, ſi loquimur de actionibus, & iuribus circà bona, vel ſucceſsiones, & concedo, vel loquimur de actionibus, & iuribus, pro iniurijs illatis, & nego. Ratio differentiæ eſt manifeſta, quia illa prima non cenſentur per profeſsionem extincta, ex quo Religio eſt capax, ſicut illa ſecunda cēſentur extincta, ex quo qui profitetur facit opus magnæ pfectionis, & pinde nõ cēſetur etiã actiones iniuriarũ trãſmittere, & ſic hęc doctrina pro
660 cedit etiã pro iniuria accepta ab ipſo profeſſo ante Religionis ingreſſũ, vt ipſe *Lauretus* loquitur *loco vltimo cit.* remiſsio .n. iniuriæ probatur etiã ſignis, vt infrà, ſed quod maius ſignum? profeſsionis, nàm perfectio religioſa, ad quã tendit ipſa profeſsio, nil aliud eſt, niſi perfectio charitatis vt dixit poſt *Caſsian. D.Thomas 2.2. q.184. ar.1.* & refert *Miranda tom.1. ſui manualis Prælatorum Regular. q.1. art.3. ante primam concluſionem.* Quòd in his duobus caſibus, Religioſi, ſolis biennij votis adſtricti, in Societate Ieſus, id ius retineant, ſicut alia iura, & bona, notat idem *Lauretus de Franchis ſuprac. q.54. ad finem.* Si fuit in-
661 terfectus religioſus profeſſus habēs filios, vel alios conſanguineos, an etiam ad eos ſpectet cum monaſterio facere pacem, videte *Clarum, & ibi Baiardum ſuprac. q.58. nu. 29.* Quid in caſu contrario, quòd Religionē
662 ingreſſurus debeat clerico ſatiſfacere pro iniuria ſibi illata, (quòd contingere poteſt vbi vi priuilegiorum tales, & ſi nominatim ſint excommunicati, vel denunciati abſoluuntur in foro conſcientiæ, de qua re egi ſup. ſuo loco, poſt eundem *de Vecchis ibid. dub.9.* Reſpõdeo iuxtà ea, quę dixi ſup. quòd regulariter debet præcedere ſatiſfactio, niſi caſus contingeret, quòd læſus in partes remotiſsimas migraſſet, quo caſu iuramentũ ſufficeret ſatiſfaciendi, cùm locus acciderit opportunus, ideq. obſeruãdũ quoque in caſu, quo offēſus ſatiſfactionē cõpetentē renuat, vt vexet excõmunicatũ ita *Vecchis ſup. dub. 10. ad fin.* poſt *Rodriq. t.1. qq. regul. q 61. art.8.*
663 Clericus autē, vel religioſus, ꝓpter offēſã factam laico, quod non debeat illi genuflectere, nec recanere palinodiam, cùm iſta nõ poſsint fieri ſine iniuria ſtatus clericalis, ſed benè poſsit ſatiſfacere, petendo veniam. *Genuenſis in praxi Archiepiſcopali Neap. cap.30. nu.4. & 7. Riccius p.2. deciſ.*103. *& Squillantes cap.6. de priuilegijs clericorum num.31.* Circa ſecundam partem primi quæſiti eiuſdem gloſæ, cui ſcilicèt ſit præſtanda ſatiſfactio, quando fuit percuſſus clericus ſæcularis, ſit.

Quarta concluſio: quando percuſſus fuit clericus ſæcularis, ſatiſfactio, de qua hic loquimur, præmittēda ante abſolutionē, ſuffi-
664 cit ſi præſtetur ipſi clerico: hæc cõcluſio poteſt tribui *gloſa in d. c. Parochianos verbo ſatiſfaciant*, vbi poſt quam dixerat, quòd quando fuit monachus percuſsus, ſatiſfactio debeat præſtari monaſterio, ſubdit hæc verba. *Clerico autem ſæculari, debet dari, qui læſus eſt*, ſequitur *Butrius ibi num.8.* qui benè, & ſi breuibus verbis docet, quòd hoc caſu non habet locum doctrina, quam poſt alios tradit *Abbas in eod. cap. Parochianos*, (nempè ex
665 iniuria facta clerico oriri duas actiones, vnam competentem ipſi clerico, aliam cõpetentem Eccleſiæ, in qua intitulatus eſt, etiã

ſi in

Digitized by Google

ſi in eiuſdē Eccleſię contēptū fuiſſet iniuria
irrogata, & per conſequens quòd remiſsio
facta à clerico non præiudicet Eccleſiæ, &
è contrario remiſsio facta ab Eccleſia non
præiudicet ipſi clerico, quam proſequitur
*Carauita Rit. M.C.V.* 275. *num.* 35. vbi de-
clarat differētiam inter clericū, & monachū
percuſſos) ſtatim ſubdit, quòd Eccleſia non
poteſt remittere iniuriam, quoad pœnam
*canonis ſi quis ſuadente diabolo, &c.* ſed benè
quòad actionem iniuriarum, ſi igitur Eccle
ſia non poteſt remittere quòad pœnam ca-
nonis, ſequitur, quòd ſolus clericus illam
poteſt remittere, & per conſequens ſufficit
ſatisfactio illi præſtita. Accedat quòd etiam
illud dicitur de iniuriarum actione compe-
tente hoc caſu Eccleſiæ, vt ſuprà neque eſt
certū apud Doctores, maximè in eo caſu,
quod iniuria non eſt facta in contemptum
Eccleſiæ, vt per *Graſſium conſ. 1. diffic. 3. num.*
*de ſentent. excommunicationis*, & ante eum
per *Siluestrum abſolut. 3. ad fin.* & ſaltē proce
dit (vt vtar verbis *Hoſtienſis in ſumma de*
*ſent. excommun. verſ. Tertium etiam requiri-*
*tur poſt medium*) *de rigore, quòd tamen hodiè*
666 *ex tali iniuria agat Epiſcopus, & Eccle-*
*ſia, vix videmus, ſed Eccleſiæ generali ſemper*
*intelligitur fieri iniuria, cui ſatisfaciendum eſt*
*per reconciliationem ſollemnem*, fauet *Ge-*
*nuenſis in praxi Archiep. Neap. cap.* 24. vbi
loquens de ſatisfactione iſta requiſita ad ab-
ſolutionem ab hac excommunicatione, ſim
pliciter aſſerit, illam faciendam eſſe clerico
percuſſo, nullam faciendo mentionem de
eccleſia, ſic etiam loquitur *Sqillantes cit. c.*
*6. de priuilegijs clericorum num.* 111. & ita
millies vidi practicatum. Vndè hodiè d. in-
iuria facta Eccleſiæ eſt in cauſa, vt iudex poſ-
667 ſit cōtrà percuſſorē procedere ex officio,
criminaliter agendo pro iniuria, nō autē ci-
uiliter ad illius extimationem. *Chartarius*
*deciſ. 69. ad finem.*

Sed pone, quòd clericus percuſſus habeat
668 patrem, vtrum ſit neceſſaria etiam patris
ſatisfactio pro abſolutione? dico quod non,
quia & ſi ipſi patri cōpetat hoc caſu actio
iniuriarum ſecundū opinionem, quòd cle-
ricatus non eximat à patria poteſtate, vt in
terminis docet *Aſibas in cit. cap. cùm deſideres*
*num. 5. ad finem de ſent. excomm.* tamen non
ex eo, quòd ei competat dicta actio, etiā pro
abſolutione requiritur eius conſenſus, vt di-
xi ſup. de Eccleſia. Dixi *percuſſus*, quia ſi fuit
clericus interfectus, & ſi in mortis articulo
669 remiſiſſet, quæ remiſsio nō ſufficit, vt
valeat curia componere, quaſi cenſeatur
pars concordata, vt per *Carauitam cit. rit.*
275. *num.* 10. ita non ſufficeret ad obtinen-
dam abſolutionē in foro externo, ſed eſſet
ad hunc effectū præſtāda ſatisfactio patri ip-
ſius clerici, vel cōſāguineis, quę tñ differret
à ſatisfactione prçſtādą ipſi clerico offenſo,
in hoc, quia nō tenetur percuſſor illis pete-
re veniā, & ſic hodiè nō eſt in vſu diſpoſitio
Conc. Triburicenſis, relata in *c. preſbiteri de*
*pœnis, & can. omnes presbiteri* 17. *q.* 4. vt ſci-
licèt compoſitio præsbiteri interfecti perti-
neat partim ad Eccleſiam, & partim diſtri-
buatur inter pauperes, ſicut in deſuetudinē
abijſſe pœnas pecuniarias, & pœnitentiales,
in ſacris canonibus aduerſus offendentes
Epiſcopum, præsbyterum, diaconum, ſub-
670 diaconū, & clericū, & hodiè ſacrilegij pœ-
nas, in mero iudicis arbitrio reſidere, teſtatur
*Decianus lib. 6. tr. crim. c. 33 n. 42.* apud *Ghar-*
*tar. dec. 72. Curiæ Archiep. Mediol. num.* 24.
Quòad ſiū quæſitū propoſitum *à gloſa* corā
quo iudice inſtituenda ſit dicta iniuria, ſit.

Quinta concluſio: Coram iudice non ſo-
lum eccleſiaſtico, ſed etiā corā iudice laico
poteſt extimari iniuria irrogata clerico per
percuſsionem ſibi factam à laico. Patet quia
vterque iudex procedere poteſt in hoc ſa-
crilegi crimine, nempè reſpectu cēſurarum,
ſolus iudex eccleſiaſticus, reſpectu pęnę ſan-
guinis ſolus iudex ſęcularis, & reſpectu alia-
rū pęnarū temporaliū per vtrūq. ita quòd in
671 his vltimis datur locus præuentioni. Hæc
eſt vera, & practicata cōcluſio, vt nouiſsimè
teſtatur *Ciarlinus in ſuis controuerſijs foren-*
*ſium iuditiorum cap. 4. num. 3. & ſeq.* de
qua re latè tractat *Iulius Chartarius de-*
*ciſ. 31. num. 10. & deciſ. 72. curia Archiepi-*
*ſcopalis Mediolan. ſub num. 21. & ſeq.* vbi de
pœna, quam poteſt imponere iudex eccle-
ſiaſticus laico, quando in dicto crimine prę-
uenerit, & *Sperellus deciſ.* 4. qui *deciſ. 3. num.*
*21.* ſimpliciter aſſerit, quòd in hoc delicto
ſit locus præuentioni, ac *Vulpe in ſua praxi*
*cap. 43. num.* 30. qui negat, hoc caſu habere
locum præuentionem, ſed quod veritas ſit,
vtrumque iudicem poſſe procedere, ſcilicèt
laicum, quòad pœnas temporales, & ec-
cleſiaſticum quòad pœnas eccleſiaſticas. Ve-
672 ram autem praxim declarat, iuxtà *gloſam*
de qua ſup. *Genuenſis cit. cap. 24. num.* 5. his
verbis. *Aut agitur ad pœnam ratione ſacrile-*
*gij, & poteſt agi coram eccleſiaſtico, aut ad ſa-*
*tisfactionē iniuriarū, & intereſſe, & tunc, aut*
*per modum actionis, & coram iudice ſæculari,*
*quia actor ſequitur forum rei, aut per modum*
*exceptionis, puta, quia laicus petit abſolui, &*
*clericus opponit de ſatisfactione, & tunc corā*
*iudice eccleſiaſt. qui non abſoluet, niſi ſatisfece-*
*rit,* qui etiam ſubdit, ꝙ licèt actio iniuriarū
duret anno, tñ per viā exceptionis ſit perpe-
tua, & ſic quandocūq. laicus petit abſolui,
clericus pōt excipere. vt ſup. *recoll. 2. n.* 941.

Ex eo autem, quod dixi, iudicem eccle-
ſiaſticum ſolum eſſe iudicem quòad pœnas
ſpirituales, ſcilicèt excomm. ſequitur, quòd
vbi iudex ſæcularis præuenenerit, quòad
673 alias pœnas, non impeditur, quin iudex
eccle-

Digitized by Google

eccleſiaſticus poſsit declarare ipſum percuſſorem excommunicatum. *Franciſcus Marcus deciſ.* 595. *aliàs* 804. *num.* 3. *& ſeq.* cum alijs, quos refert, & ſequitur *Chartarius ſuprac. deciſ.* 72. *num.* 9. *& num.* 39. vbi quòd
674 hoc caſu fallit regula illa, proceſſus iudicis præuenientis, ſilere facit proceſſum iudicis præuenti, licèt vt ibidem aduertit idem *Chartarius num.* 3. quando præuentio ſit per carcerationem ipſius percuſſoris, & hoc conſtat per legitimam probationem, debeat iudex eccleſiaſticus ſuperſedere cir-
675 ca dictã declarationem, ex quo tunc legitimè dicatur impeditus. Quid ſi fuerit ſæcularis percuſſor, relaxatus è carceribus ſub fideiuſsione de ſe præſentãdo in fortijs curiæ? Reſpõdet *M. Anton. lib.* 3. *variar. reſol.* 34. quod hoc caſu non impeditur iudex eccle-
676 ſiaſticus, quin poſsit trãſmittere præceptũ. Quando autẽ inducatur præuẽtio hoc caſu *Chartarius ſup. deciſ.* 31. An præuentio contrà mandantem, extendatur etiam quoàd mandatarium. *Clarlinus ſuprac. c.* 4. An autẽ iudex præuentus poſsit multatũ iam, iterum multare. *Sperellus deciſ.* 92.

*Quomodo iudex eccleſiaſticus procedere debeat in declarando percuſſorem clerici, aut monachi, incurriſſe excommunicationem huius canonis.*

VT confeſſarius iudicet, an pænitens declaratus excommunicatus ob percuſsionem clerici, debeat ſe gerere vt talis, & ab alijs debeat euitari, opus eſt vt præter ea, quæ fuſius dixi ſuprà *recoll.* 2. loquendo generaliter de validitate, & inualiditate declaratoriæ excommunicationis, ſciat modũ à iudice eccleſiaſtico in ſpecie obſeruandũ in dicta declaratione, inuenire enim doctri-
677 nã in terminis, multum prodeſt in practica, eſtque doctiſsimorum Doctorum, ſicut per regulas generales reſpondere, eſt Doctoris poſitiui, & pauperis, vt poſt *Felinũ*, dixit *Gomeſius in regula Cancell. de non tollendo iure quæſito. q.* 16. *ad fin.* Dico igitur, modum prædictum obſeruandũ tradi peroptimè à Rota Romana *deciſ.* 3. *de litis conteſtat. in nouis*, vbi habentur hæc formalia
678 verba, *ſi petatur quis per ordinariũ declarari incidiſſe in canonem ſi quis ſuadente* 17. *q.* 4. *quia percuſsit clericũ ad finẽ, quòd denũciaretur publicè excõmunicatus, & euitaretur à Chriſti fidelibus, non requiritur litis conteſtatio, quia licèt ordinarius, qui eſt exequutor canonis, debeat parte vocata, & cum cauſa cognitione ſummariè procedere, & de hoc inquirere, vt legitur, & notatur, de cenſ. c. præſenti, & de pænis cap. 1. ſuper verſ. commodè, tamen quia hic nihil petitur adiudicari, vel auferri, tum etiã quia petitur exequutio ſententiæ iam latæ per canonem, tùm etiam propter periculum animæ ſcilicèt communionis, &c.* idem per eandem Rotam fuit dictum *dec.* 20. *de ſent. excomm. in antiquis*, quam retuli *ſup. recoll.* 3. *num.* 117. ita vt videatur quòd ſit eadẽ deciſio. Nota primò verba illa, *ſi petatur quis per Ordinarium declarari incidiſſe in canonem, &c.* quia intelligitur de Ordinario iudice, ratione delicti, vt explicaui ſuprà *recoll.* 2. *num.* 349. vbi trado praxim, quomodo feratur dicta declaratoria in eum, qui poſt percuſsionem clerici in aliam ſe tranſtulit diœceſim, & ſi loquor de ſententia excommunicationis tamen idem eſt dicendum de ſententia declaratoria ipſius, vt patet ex dictis, etiã ſup. *recoll.* 3. *n.* 114. Quòd autem ratio loci delicti præferatur alteri originis, & domicilij, poſt alios notat *M. Antoninus lib.* 3. *reſolut.* 39. quid ſi iudex rõne delicti fuit negligẽs. *ibid. reſ.* 8. *n.* 5.

Nota ſecundò illa alia verba, *ad finem, vt denunciaretur publicè excommunicatus, & euitaretur à Chriſti fidelibus.* Rota videtur loqui inſpecto tẽpore, quo non vigebat determinatio Concil. Conſtant. ſub Martino V. nam etiam ante Martinum V. qui fuit creatus de anno 1417. erat Rota Romana, vt pa-
679 tet ex reformatione ipſius, facta per Ioannẽ XXII. qui fuit creatus de anno 1316. præter alias mutationes, de quibus per *Gomeſ. in prælud. ad regulas Cancellariæ* itẽ qa *d. d. dec.* allegãtur *à Butrio in c. veniẽs de accuſat.* qui ſecundùm *Azoriũ p.* 1. *inſtit. moral. lib.* 2. *c.* 4. vbi enumerat authores *prima* 2. 3. *&* 4. Claſſis Theologos, Canonicos, & ciuiles, fuit de anno 1408. & ſufficit ad hoc, quòd in dictis deciſionibus non fiat mentio dicti Concilij, imò dato, & non conceſſo, illas emanaſſe poſt dictum Conciliũ, adhuc explicari poſſunt *d. d. deciſ.* iuxtà ea, quę dixi ſup. *recoll.* 3. *n.* 176. *& ſeq.* vbi declaraui, quomodo hodiè poſt d. Conciliũ etiã ſit neceſſariũ, vt notorij clericorum percuſſores declarentur ta-
680 les per ſententiam, excommun. .ſ. incurriſſe, & contra eos affigantur cædulones, adhoc vt fideles teneantur illos euitare, quibus illic allegatis, adde doctrinam magiſtralem *Petri de Ancharano in cap. conqueſtinu.* 3. *de ſent. excomm.* quòd ſcilicèt excommunicatus à iure debeat publicè declarari talis, vt ſic efficiatur notorius, ne ſuper ipſo euitando, poſsit ignorantia allegari.

Nota tertiò illa alia verba, *non requiritur litis conteſtatio.* in quo .n. conſiſtat litis conteſtatio, maximè in criminalibus, tàm vbi reus citatus comparet, quàm vbi non comparet, explicat *Riccius in collectanea deciſ. p.* 6. *collect.* 2301. *verſ. tamen.* 1. *opinio*, vbi repe-
681 rietis caſus, in quibus illa non requiritur, inter quos *verſ. nec etiam* enumerat caſum noſtrum, quando petitur, aliquem declarari incidiſſe in pænam excommunicationis

latæ

Digitized by Google

latę ſententiæ ob violentam manuum iniectionem in clericum, allegans *Rotam cit. dec. 3. aliàs 54 de lite non conteſtata, & Bellamerā deciſ.* 361. qui *Bellam.* non loquitur in ſpecie de iſta excōmunicatione canonis noſtri, ſed generaliter de declaratione ſententiæ excōcommunicationis latę à canone, etiam cùm implorando iudicis officium, proceditur de parte contrà certam partem præſentem ad denunciationem, & euitationem, &c. & Rota tenuit, quòd non requiratur litis conteſtatio, quidquid ipſe cum alio Auditore cōtrariū putabant verius, vt patet ibi, *ſed d. Ro. & ego contrà, &c.* ratio conuincens eſt, quia
682 tractatur de exequutione ſententiæ, ſeù pænæ iā latæ à iure, in qua exequutione, non eſt neceſſaria conteſtatio litis, vt per eundē *Bellameram deciſ.* 197. *ad finem*, vbi de cauſa ceſsionis bonorum, & clarius per *Capellam Toloſanam deciſ.* 441. vbi agitur de declaratione priuationis beneficij iam incurſæ à iure, quam deciſionem confirmat ibi *Aufrerius in addit. cum deciſione Rotæ ſuprà relata 3 aliàs* 54. loquente de declaratione excommunicationis. Ratio .n. dictæ rationis, meo iudicio, eſt, nam quando tractatur de exequutione, ſeù declaratione pænæ latæ à iure,
683 cauſa eſt ſummaria, & in cauſis ſummaijs non eſt neceſſaria litis conteſtatio, vt habetur in relatis *deciſionibus* ibi *quia vbi proceditur ſummariè, nulla requiritur litis cōteſtatio*, & ibi *quia hic proceditur ſummariè, & nulla fit litis conteſtatio.*

Nota quartò illa alia verba, *quia licèt Ordinarius. qui eſt exequutor canonis debeat parte vocata, & cum cauſa cognitione ſummariè procedere, & de hoc inquirere, tamen, &c.* ex quibus colligitur, quòd licèt pro declaratione vt ſup. non ſit neceſſaria monitio canonica, nempè triplex, vel vna pro tribus, tamen omninò requiritur citatio, quia in ſummarijs non debet omitti citatio, *clem. ſæpè §. non ſic, de verborum ſignificatione, cum alijs allegatis per Chartarium cit. deciſ.* 61. *n.* 47. item quia vbi requiritur cauſæ cognitio, requiritur etiam citatio. *Gamma deciſ. luſitana* 60. *allegatus per Ricciū in collect. deciſ. p.* 6. *collect.* 2412, *verſ.* 7. *requiritur.* hæc autē citatio debet eſſe ad dicendum cauſam, quare non debeat declarari, &c. vt dixi ſup. *recoll.* 2. *n.* 209. quibus illic allegatis addo *Iulium Clarum lib.* 5. *§. fin. q.* 31. *num.* 3. qui teſtatur de communi, *Iulium Chartarium deciſ. Curiæ Archiep. Mediolan.* 61. *num.* 37. *& num.* 22. vbi poſt quam hanc ſententiam rationibus, & authoritatibus latè probat, ſubdit, *hanc opinionem eſſe communiter à Doctoribus approbatam, & in conſulendo, & in iudicando omninò amplectendam, quidquid in contrarium perperam dixerint pauci quidem alij. &c.* ac *Riccium in collectan. deciſ. p.* 4. *collect.*
869. Acceddit etiam nouiſsimè, & doctiſsimè *Sperellus deciſ.* 48. *fori eccleſiaſtici num.* 54. *& ſeq. incluſiuè*, & ſi loquatur de declaratoria excommunicationis latæ à iure, contrà violantes immunitatem eccleſiaſticam. Ratio autem quare non requiritur in declaratoria excommunic. latæ à iure, vel conſtiutione, &c. monitio eſt, *quia ſcilicèt ipſū ius, & conſti-*
684 *tutio, & ſim. in qua fertur excommunic. eſt illa, quæ monet ſubditos, ne prohibitum crimen committant, item quia monitio fit propter emendationem, vel nouam contumaciam expectandam, quibus non eſt opus pro declaratione cenſuræ iam latæ à iure*, ſufficit autē vnica citatio *propter iudiciarium ordinem ſeruandum informando proceſſu pro iuſtificatione facti* vt poſt alios notāt *Chartarius, & Sperell. locis ſuprac.* An autem neceſſe ſit, quòd talis
685 citatio ſit perſonalis, patet ex dictis ſuprà *recoll.* 2. *num.* 615. *verſ. nota ſecundò*, cū quibus concordat *Sperellus ſuprac. deciſ.* 48. *n.* 3. *& ſequentibus*, vbi quòd de tali citatione ſtatur dicto nuncij, ſeù curſoris, cùm deponit illa, quæ ad eius officium pertinēt, de qua re vide *Marcellum Vulpe in ſua praxi cap.* 29. *num.* 5. vbi reperietis, quomodo admittatur contrà dictā nuncij relationem, probatio in contrariū. Sicut apud eundē *Sperellum n.* 52. *& ſeq.* habetis, quando etiam poſsit dictus iudex eccleſiaſticus declarare aliquē in excommunicationē incidiſſe abſq. citatione, de qua re etiā aliqua dixi *ſup. ead. recoll.* 2. *n.* 571. Et nota quòd licèt aliqui inter iſtos caſus enumerent caſum, vbi dicta percuſsio fuit notoria: itaut etiam ſit notorium non
686 poſſe competere reo aliquam iuſtam excuſationem, vt poſt *Grammaticum, Afflictū, Maſtrillum, & Rotam Romanam*, notat *Riccius in collectanea deciſ p.* 6. *collect.* 2412. *verſ. ſextò etiā ſequitur* & in terminis declarationis excommunicationis, dixit *Oliua ad ritū* 3. *curiæ Archiep. Neap. n.* 3. *poſt mediū fol.* 4. in quo ritu expreſsè ſancitur, *quòd præmittatur citatio partis ad allegandā cauſam rationabilē quare declarari non debeat incidiſſe in pœnam, excommunicationis ſynodalis, vel iuris communis*, tamen ex quoiſte caſus ſit valdè difficilis, cùm hoc ſit notorium facti tranſeuntis, quòd non ſufficit allegari, ſed debet probari, vt poſt *Farinacc.* dixi ſup. *recoll.* 2. *ſub n.* 145. & cōfirmari pōt ex Rota, apud *Seraph. deciſ.* 393 *n.* 14. vbi quòd iudex nō poteſt cōdēnare aliquē de homicidio (quod eſt facti tranſeuntis) vti notorium, iuxtà Bullā Pij II. confirmatam à Pio V. niſi probata qualitate notorietatis, & quòd nō ſtatim ex probatione delicti ſequatur probatio notorij. Quidquid ſit de notorio facti permanētis, de quo, & ſi *Iacobus à Laurētio* ibi à me allegatus, dicat, etiam eſſe probandū, contrà *Farinacc.* tamen *Farinacc.* ſententiā ſequuntur plures, apud

Digitized by Google

apud *Sperellum deciſ.48. num.45.* & de hoc notorio facti traſeuntis, intelligitur id, quod poſt *Abb. Rolandum, & alios*, dicit *Ciarlinus in ſuis controuerſiis cap.30.num.15.* multa dici notoria, quæ non ſunt, & in terminis noſtris percuſsionis clericorum loquendo; confirmat *Genuenſis in ſua praxi Arabiepiſcopali Neap. cap.24.n.10.* ibi *tutius eſt ſemper citare, quia plura dicuntur notoria, quæ nõ ſũt,* & proſequitur *Chartarius deciſ.61. curiæ Archiep. Mediolan. ſub num.22. ad medium, & Marcellus Vulpe cap.1. ſuæ praxis ſub n.26.* vbi videtur innuere etiam, quòd quando factùm illud eſſet notorium, vt ſuprà, tunc pars ſit citanda ad videndum factum eſſe notorium, & quòd à ſententia iudicis declarantis factum eſſe notorium, poſsit appellari, circa quod particulare habetis ſuprà *recoll.2. num.* 655. cautelam obſeruandam à iudice. Nota hac occaſione, quòd licèt excommunicatio lata ſine citatione, & abſque iuris ordine ſit valida, & ſi iniuſta (maximè quando eſt lata ab Ordinario, vt poſt Rotã, notat *Oliua ſuprac. ritu 3. num.5.*) Tamen

687 ſententia declaratoria excommunicationis latæ iã à iure, vel conſtitutione, &c. ſi nõ præceſſerit citatio partis, eſt nulla, vt dixi ſuprà *recoll.3.num.* quibus illic allegatis, addo *Oliuam loco ſuprac. num.6.* vbi hanc dicit eſſe regulam veram, *Chartarium cit. deciſ.61. num.23. & 24.* vbi quòd talis citatio debet eſſe ſaltem ad effectum diſcuſsionis negotij, & cauſæ, propter quam deuenitur ad ipſam declarationem, *Sperellum, qui alios citat, ſuprac. deciſ.48. num.56. & Riccium ſuprac. collectanea* 369. An autem ſententia iſta declaratoria nulla ex defectu citationis, vt ſuprà tranſeat in rem iudicatam, ſi v.g. nõ proſequitur reus appellationem, &c. tractat

688 *Chartarius ſuprac. dec.62.* qui reſoluit pro negatiua, *& num.4. & 5.* idem probat in caſibus, quòd dicta ſententia ex alijs cauſis fuiſſet nulla, vel etiam tantum notoriè iniuſta, & *num.8.* benè oſtendit, quomodo ex actis conſtare poſsit de ipſa notoria iniuſtitia.

Sed an ipſe citatus vt ſuprà ad dicendum cauſam quare &c. teneatur comparere perſonaliter, vel ſufficiat ſi compareat per pro-

689 curatorem. *Farinacc. de varijs, ac diuerſis qq.q.99.num.208. poſt Zabarellam in cap. veniens num.9. de accuſat.* expreſsè docet, quòd quando agitur de pæna excommunicationis, poteſt procurator interuenire, & ſi alleget id ad textum *in c. intelleximus de iudicijs* (quia *Zabarellam* non potui videre) qui textus loquitur de alio caſu, nempè quando pro excommunicato poſsit comparere procurator in alia cauſa, quàm pro excommunicatione, ſequitur *Zabarellam, & Farinaccium* in terminis noſtris loquens. *Marius Antoninus lib.3. var. reſol.3. num.3.* vbi declarat, id procedere, quando agitur tantum de pæna excommunicationis, non autẽ quando ſimul ageretur etiam de pæna capitali, vt in caſu, de quo ibi agit, nempè de clerico, qui alium clericum percuſsit in capite, & licèt percuſsio fuiſſet facta cũ malleo, quo luditur ad Trucchum, tamen ex dicta percuſſione ſequuta fuit mors. Ex quo infero quò

690 ad noſtrum propoſitum, quare in cauſa excommunicationis, ſeù vbi quis citatur ad dicendum cauſam quare, &c. admitti debeat procurator, quia pæna excommunicationis non eſt pæna capitalis, cùm æquipararetur relegationi ad tẽpus, vt per *gloſſam finalem in c. paſtoralis poſt principium ex. de appellation.* quam probat *Felinus in cap. qualiter el 2. in §. licèt autem num. 28. verſ. tertia ſpecies, ex. de accuſat.* (vbi *num.*51. benè explicat quomodo intelligatur *tex. in can. corripiamur* 24.q.3. vbi dicitur, quòd nulla ſit maior pæna, excommunicatione, & *Innocentius in dicto cap. qualiter*, qui poſt enumeratas pænas capitales, & non capitales de iure ciuili, & pænas, quę de iure canonico iſtis correſpondent, ſubdit, quòd excommunicatio ſit maior omnibus pænis, & tandem alij quoq. Doctores, quos retulit idẽ *Felinus ibid. num.26. ad finem.* qui aſſerunt, aliquando penã excomm. imponi de iure canonico, vbi de iure ciuili imponitur pæna capitalis.) Et tamen omnes DD. quando firmant regulam, quòd in criminalibus non admittitur procurator, declarant, id intelligi debere

691 vbi crimen eſt capitale, ſeù vltrà relegationẽ vt per Doctores cõmuniter in *c. veniens extrà de accuſat. Andream Gaill. lib.1. de pace publica cap.9. Clarum lib.5. §. fin. q.32. num.5.* qui teſtatur de communi, ac illam ſeruari de cõſuetudine. *Farinacc. cit. q.99. nu.66. & Ricciũ in collect. deciſ. collect.* 856. 1033. 2211. & 2289. Accedat, quòd etiã dato, & non cõceſſo, quòd excommunicatio eſſet pæna capitalis, vel æquiparetur illi, adhuc non ſemper eſſet verum, quòd in illa nõ admitti debeat procurator, ex quo Doctores citati adducunt plures caſus, in quibus etiam quando agitur de delictis capitalibus, admitti debeat procurator, inter quos vnus eſt, qñ delictũ pro quo citatur quis, eſt tale, ꝙ de eo põt

692 abſens cõdẽnari abſque litis cõteſtatione, qui caſus etiam ſi habeat in alijs pęnis difficultatem, vt videre eſt apud *Clarum ſuprac. num.11. & Farinacc. num.74. & 22. & ſeq.* tamen dicta difficultas habet locum in illis pænis, quæ licèt imponi poſſunt abſenti, tñ non poſſunt exequi in ipſo abſente, at vbi ſumus in pænis, quæ non ſolũ poſſunt abſenti imponi, ſed etiã exequi ab abſente, vt eſt pęna excommunicationis, non eſt dubium aliquod, vt per *Butrium in dicto cap. veniens ſub num.*13. vbi loquitur de pęna priuationis

nis

Digitized by Google

nis dignitatis, vel amotionis ab ordine, &
*Abbas in cap. veritatis num.6. ex. de dolo, &*
*cõtumacia.* adeſt *deciſ.37. de procurat. in nouis.*
quia aliàs ſententia redderetur eluſoria, &
quod reus vt ita dixerim redderetur ſecu-
rus in caſu ſententiæ abſolutionis, non au-
tem ſic iudex in caſu ſententiæ condemna-
tionis. Concordant *Clarus ſup. nu.3. & Fari-*
*nacc. num.71.* qui hoc dicunt verum, nõ tan-
tum quando talis venit ad allegandam cau-
ſam abſentiæ ipſius citati, & hoc non ne-
gat, in terminis noſtris loquendo, *Marius*
*Antoninus loco ſuprac. num. 2.* & ſi *num.5.*
dicat, hoc caſu eſſe neceſſarium iuramentũ
693 calumniæ, ex quo ſemper præſumitur di-
cta allegatio abſentiæ calũnioſa, maximè qñ
abſentia contingit poſt delictum, & ideo
non ſufficiat illam allegare, ſed ſaltem ſum-
mariè eſt illa probanda, vt per *Ricciũ ſup. col-*
*lect.* 1035. *ad fin.* de quo iuramẽto nõ faciũt
mẽtionem DD. *in d.c. veniens,* ſed ſimpliciter
docent, nõ ſolũ procuratorẽ, itẽ patrẽ pro fi-
lio, & filiũ pro patre, & alios cõiũctos pro ſuis
coniunctis, ſed quemlibet admitti etiam in
cauſis capitalibus ad allegandas dictas cau-
ſas abſentiæ, etiã ſine mandato. quia ſi tale
iuramẽtũ calũnię illud nõ petatur proceſſus
nõ eſt nullus *Gaill. lib.2 obſeruat.46. num.19.*
*Rota dec.2. de iuramento calumniæ in antiquis.*
Sed etiam quando venit ad allegandam
694 carcerationem, ſeu quòd citatus vt ſuprà,
reperiatur carceratus, vt præter Doctores ſu
pracitatos, ſupponitur in terminis noſtris lo-
quendo à *Chartario deciſ.72. curia Archiepi-*
*ſcop. Mediol.* itẽ qñ aliter dictus citatus eſt
impeditus, vel ratione infirmitatis, vel rõne
inimicitiarũ, & ſimil. de quibus videte per
ipſos, nã hoc nõ pertinet ad meũ inſtitutũ,
item etiam quando venit opponendo exce-
695 ptiones declinatorias, vel dilatorias, vt
v.g. quòd delictum non fuit commiſſum in
territorio citati, vel aliàs ſit exemptus dictus
citatus à iuriſdictione citantis, ita per eoſdẽ
ſupracitatos, præcipuè *Farinacc. ſuprac. q.*
*99. n.219.* & ante eũ docuit *Carauita Ritu 169*
per totũ & tandẽ in caſu, in quo venit non
vt pcurator, ſed vt defenſor, & inſtructor, ſeu
696 excuſator innocentiæ ipſius citati, vt poſt
multa concludit *Farinacc. ſuprac. q.99. num.*
238 ibi *quòd attinet ad practicam, dicas ſic, aut*
*iſte defenſor, & inſtructor innocentiæ vult in*
*actis comparere, inducendo, & examinando te-*
*ſtes, fiſcum, & accuſatorem citando, & alia ſi-*
*milia faciendo, & tunc ſine dubio non admitti-*
*tur, & apud nos eſſet fatuus iudex, qui talia*
*permitteret. Si verò idem defenſor ſolum com-*
*paret in actis, & in iudicio, & multò magis ad*
*aures iudicis, allegando citati innocentiam, vt*
*puta, Aduertatis iudex, quòd citatus non com-*
*miſit delictum, de quo inquiritur, quia facti*
*veritas habet ſe hoc, & hoc modo, deſuperque*
*teſtes nominat, & inducat, qui petat per iudi-*
*cem ex eius officio examinari. Certè non video*
*cauſam, propter quam iſte allegans rei inno-*
*centiam non debeat audiri, cùm vt dixi ſuprà*
*num.232. etiam nemine inſtante, iudex tenetur*
*hoc facere, ceſſante fraudis ſuſpicione, & hoc*
*apud me nullam habet difficultatem tam*
*in iure, quàm in practica,* & ſic in terminis
noſtris ſeruari, ſupponit *Sperellus deciſ. fori*
*eccleſ.45. in principio,* ibi *cùm genitor ipſius*
*excuſatorio nomine cõparuiſſet, prætendiſſetq.*
*illum nullo modo poſſe, nec debere declarari*
*excommunicatum, & ex aduerſo fiſcus inſta-*
*ret, &c.* nec refragatur, quòd loquatur de
genitore cõparente, nam pro defenſore, ex-
cuſatore, & inſtructore innocentiæ, ex eo
quia admitti debeat ſine mandato, & ſine
ſatiſdatione de iudicio ſiſti, &c. quælibet per-
697 ſona eſt habilis, etiam quòd de iure non
poſſit eſſe procurator, *Farinacc. cit. q.99. nu.*
*233. & duobus ſequentibus,* vndè in noſtris
terminis loquendo *Chartarius dec.72. Curia*
*Archiepiſcopalis Mediolan. in principio.* dicit
hæc verba, *comparauit defenſor, allegauitq.*
*Prætorem Variſij præueniſſe, ac teſtimonium*
*tabellionis ſcriptis exaratum exhibuit,* & *nu.*
9. iterum. *poſt latam ſententiam denuò com-*
*paruerunt coram nobis defenſores illius laici,*
*& conſortum, excipientes in cauſa, & ab vlte-*
*riori proceſſu, & moleſtia deſiſtendũ eſſe.* Quod
698 dicitur autẽ ſinè mãdato, in practica nõ ad-
mittitur, niſi pro allegãdo cauſas abſentiæ, &
licèt in rigore idem procederet etiam quã-
do allegarentur aliæ cauſæ impedimenti, vt
de impedimento carcerationis ipſius citati,
habetur per *Rotam deciſ.15. ſub tit. de procu-*
*rator. in nouis,* in praxi tñ etiã hoc caſu requi
ritur ſufficiens mandatum *Rota deciſ. 10. de*
*dolo, & contumacia in antiquis.* quale ſit hoc
ſufficiens mandatum, habetur per eandem
*Rotam deciſ.24. de procuratoribus in nouis,* vbi
quòd *procurator in cauſa criminali pro per-*
*ſonaliter citato ad agendum, & defendendum,*
*poteſt cauſas rationabiles abſentiæ, & impedi-*
*mentorum, quare venire non potuit perſonali-*
*ter, allegare, licèt ad excuſandum, vel excuſa-*
*tiones proponendas non fuerit expreſsè & per-*
*ſonaliter conſtitutus.* Ad allegandas autem
cauſas innocentiæ, per conſequens requiri-
tur magis ſpeciale mandatum. In hoc verò
conueniunt citati perſonaliter, & non per-
ſonaliter, qa ambo cõſtituẽdo poſt citationẽ
699 procuratorẽ, cũ cẽſeãtur habere notitiã ci-
tationis, ideòq. cõſequenter ſi eorũ procura-
tores in termino ſibi dato, nõ probãt cauſas
nõ cõparitionis perſonalis ſuorũ principaliũ,
vel innocẽtię, proceditur cõtrà eos ad excõ-
municationis declarationem, tamquam cõ-
700 trà veros contumaces, qui nõ poſſunt ap-
pellare, vt dixi ſuprà *recoll.2. num.661.* qui-
bus illic allegatis, accedit *Rota deciſ. 11. de*

Rrr *dolo*

Digitized by Google

*dolo, & contumacia, in nouis*, latius *Chartarius ſupra deciſ.79. num.10. & 11.* vbi refert declarationem S.Congregationis ſuper Epiſcoporum negotijs,annuente Clem.VIII.S.P.quòd ſcilicèt *appellatio interpoſita etiam à diffinitiua contra verum contumacem prolata,non ſit recipienda,neque inhibitionem,aut aliam quamuis prouiſionem eſſe concedendam*, quandiù *appellans in vera perſtiterit contumacia.* Nota primò ly *etiam diffinitiua*, quia
701 includit declaratoriã excommunicationis latam in contumacia, quæ non eſt diffinitiua,ſed interlocutoria, vt per *M.Anton.lib.3. var.reſol.13.num.17.* ſed in hoc ſeruanda eſt praxis Tribunalis, vndè *Genuenſis in ſua praxi Archiepiſcopali Neap. cap. 24. num.19. in 2.edit.* in dicta curia,ſeruari teſtatur,quòd qñ
702 quis non comparet poſt citationem ad dicendum cauſam, quare nõ debeat declarari in excommunicationẽ incurriſſe,vt ſcilicèt nõ excommunicetur tamquam contumax, ſed contrà eum proceditur ad diffinitiuam ſententiam, & declaratur excommunicatus ex cauſa, ob quam fuit principaliter citatus, quòd etiam obſeruari in alijs curijs, patet ex *Bellecto in ſua diſquiſitione clericali de fauore clerie.can.* §.5. *n.27.* & ſi in alijs tribunalibus vt teſtatur *Manriq.p.1. ſumma qq.vicarialiũ q.18.* tantum quando dicti ſacrilegi capturantur & ſuper dicto ſacrilegio volunt audiri, declaratoria refertur ad ſententiam diffinitiuam,quando verò latent,& non poſsunt capturari, conſtito ſummariè de ſacrilegio, declarantur excommunicati tanmquam notorij percuſſores,&c. Nota ſecundò ly *verũ contumacem*, quia ſi tantum erit contumax
703 prçſũptus, ſeu fictus,qualis eſt, qui fuit citatus domi,vel per edictum , nec aliquando comparuit perſonaliter, poſt ſententiam poterit appellare intrà decem dies à die ſcientię, vt per *Rotam deciſ.2. & 16. de dolo, contumacia in nouis*,intellige niſi conſtiterit, ꝙ fraude impediuit,ne ad eũ perueniret citatio perſonalis, & ideo fuit neceſſaria citatio domi, vel per edictum , quia cùm fraus nemini debeat patrocinari,hoc caſu habendus etiam erit vt verus contumax , vt per *Rotam deciſ.11. ad finem de dolo, & contumacia in nouis.* Quando contumax poſsit dicere,& quomodo de nullitate,vide *Bellectũ ſup.n.31.* quomodo purgetur cõtumacia, vide eũdẽ *Bellettum ſupra e.n.31.* Quoad id dixi de allegatione cauſæ abſentię,aduerte,per capitulũ Regni *poſt cõmiſsũ* ſancitũ eſſe,nõ eſſe
704 admittendam abſentiã, qñ inquiſitus fuiſſet viſus die delicti , vel per diem ante , de quare vide *de Franchis deciſ.* 327. & 580. quòd & ſi ſeruetur etiam in tribunalibus eccleſiaſticis Regni pro alijs cauſis criminalibus, non tamen ſeruatur in caſu noſtro, vnde quando comparet aliquis pro clerici percuſsore, allegans eius abſentiam, datur ei terminis ad denũciandũ principali.

Nota DD. afferre caſũ practicabilẽ, in quo de iure abſq. difficultate admittitur procura
705 ad excuſãdũ,&c.qñ .ſ.percuſſor eſt perſona illuſtris:nã tali conceditur in cauſis iniuriarũ ( qualis eſt iſta) per procuratorẽ ſe defẽdere, *l.fin.C.de iniurijs Rota deciſ. 37. ſub num.3. de procuratoribus in nouis. Garaulta ritu M.C. Vicaria* 168. quod priuilegium perſonarum illuſtrium , alij Doctores extendunt ad alias cauſas criminales , etiam capitales *Gaill.lib. 1.de pace publica obſeruat.9.num. Farinace. plures alios,ſuo more congerens cit.q.99.de varijs, & diuerſis quæſtionibus n.115.* vbi *n.ſeq.* declarat,quæ nam ſint hæ perſonæ illuſtres. At in caſu noſtro, vbi tractatur quòd dictę perſonæ illuſtres ſint citatæ ad dicendũ cauſam,quare non debeant declarari incurriſſe in excommunicationẽ canonis ſiquis ſuadente,vel alterius canonis, vel conſtitutionis , ex eo quòd cõpareant per procuratorem ab eis conſtitutum, vt ſuprà, allegando cauſas ſuæ innocentiæ , non per hoc ſi illæ cauſæ non ſubſiſtant,& ipſi non compareant perſonaliter , ita quòd poſsint examinari ad eruendã veritatẽ,non proceditur cõtrà illas ſicut cõtrà alias perſonas ad excõm. & per cõſequẽs habẽtur vt veri cõtumaces.

Quod autem ex cauſa rationabili,per pro-
706 curatorem poſsit peti abſolutio ab excommunicatione , præter allegatos ſup. *reeoll.* 1. notat *Ioannes de lignano tr.de eccleſiaſt. cenſura* §.26. *n.14.* ſic ſeruari in curia teſtatur *Petrus de Ancharano in c.eos,qui ad finẽ vbi etiã Archidiaconus num.1.verſ.præſentare,de ſententia excommunicationis, Duardus lib.3. in Bulla cænæ* §.2.*q.3. num.7.* & alij communiter,vnde libenter legerem *Franciſcũ Marcum deciſ.930. relatum à Riccio in collectan. deciſ.p.1.collect.122. ad finem.* id negantem in terminis huius noſtræ excommunicationis. Quando autem ſumus in petitione ab-
707 ſolutionis ad cautelam *Rota deciſ.36. nu.4. de procurat. in nouis.* tenuit, quòd procurator habere debeat ſpeciale mandatũ,& non ſufficiat generale, vel aliàs à iure præſũptũ, veluti habet Canonicus pro alio Canonico, vel Prior pro ſuis ſubditis. *Ricciull. lib.4. iure perſonarum cap.67.num.41.* debet igitur conſtare de mandato ad petendam abſolutionem, vt abſens poſsit abſolui: ita ex eadẽ *deciſ.38.* dixit *Rota apud Manticam deciſ.197. n.3.* Habens autẽ mãdatum petendi abſolu-
708 tionẽ à cenſuris,quòd non poſsit illas impugnare,tenuit Rota apud *Seraph. deciſ.45. ad fin.* vbi de mandato requiſito ad opponendum de nullitate cenſurarum , & ſic intelligas *Ricciullum loco proximo cit. n.42.* dũ aſſerit, ſufficere mandatum generale ad dicendum de nullitate excommunicationis. Petens autem abſolutionem ad cautelam

non

Digitized by Google

non per hoc fatetur ſe excommunicatum ſicut petens abſolutionem ſimplicem. *Petrus de Ancharano in cap. ad præſentiam num. 2. de appellat. & Praxis Archiep. c. 24. n. 23.*

Remanet pro complemento huius materiæ, citationis ſcilicèt prærequiſitæ ad declarationē, quòd aliquis inciderit in hanc, vel aliam excommunicationem à iure, vel conſtitutione ſynodali, vel Pontificia; inqui-
709 rere an à dicta citatione poſſit quis appellare? Dixi *prærequiſita ad declarationem, &c.* quia de citatione, ſeu monitione ad videndū cōtrà eum ferri excommunicationem, certū eſt, poſſe ab ea appellari, primò quia aliàs fruſtratoria eſſet diſpoſitio iuris, & doctrina communis Doctorum, quòd ſcilicèt ſententia excommunicationis lata poſt appellationem ſit nulla, de qua re egi ſuprà *recoll. 2. à num.* 107. & hoc ſenſu procedit declaratio re lata *ibid. num.* 175. vbi eſt ſermo de appellatione à comminatione excommunicationis, quæ comminatio non poteſt intelligi de citatione ob declarationem, quòd quis inciderit in excomm. à iure, &c. latā vt patet ex terminis, ſed de citatione ob ferendam denouo excommunicationem. Dubium eſt igitur de citatione ob declarationem, de qua hic. Tractat hunc articulum ad partes. *Hieronimus Campanilis in ſuo diuerſorio iuris canonici Rub. 11. cap. 15. nu. 61.* qui contrà *Sayrum lib. 1. c. 16. n. 26. & alios,* docentes, regulam illam de appellatione àntecedente, quæ impedit validitatem ſententiæ cenſuræ ſubſequentis, procedere tantum in excommunicatione lata ab homine, non autem in lata à iure; Concludit cum *Alterio lib. 3. diſp. 5. c. 7. verſ. quartò dubitari poteſt*, diſtinguendo inter caſum, vbi notoriè conſtat, citatum incidiſſe in excommunicationem ob tranſgreſſionem legis, illam ferentis, & caſum vbi eſt dubium, vtrum in eam reus inciderit. Primo caſu aſſerit, non eſſe deferendum appellationi, quòd dicit verum *n. 62.* ſiuè dicta notorietas ſit facti (prout requiritur, iuxtà ea, quæ dixi *ſup. recoll. 3. à num.* 153. ad hoc vt quis ſit notorius clerici percuſſor, & debeat ab alijs euitari.) Siuè notorietas ſit iuris, (Intellige prout dixi *ſup. num.* 683. vbi nempè eſt notorium, parti nullam competere defenſionem, nam hoc caſu, aliqui vt ibi dixi, putant, non eſſe neceſſariam citationem, quibus illic allegatis, accedit *Aufrerius ad Capellam Tholoſanam cit. deciſ.* 441. Secundo verò caſu, ait eſſe deferendum dictæ appellationi. Quòd hodiè an ſit verum patet ex dictis *ſup. recoll. 2. n.* 159. vbi inter alia retuli declarationem S. Congregationis circà hanc materiā, quibus illic allegatis accedut pōderata per *Sperellum deciſ.* 48. *nu.* 39 & 41 loquentē in terminis declarat. excommun. latæ contrà violantes immunitatem eccleſiaſticam, vbi *num. 42.* refert aliam declarationem pro ſua materia.

Reliquum eſt, vt aliqua dicamus circà alia verba ſuprà relatarum deciſionum, ibi *& cum cauſæ cognitione ſummariè procedere.* ſicut etiam ly *cum cauſæ cognitione* ſignificat vt ſeruetur ordo iudiciarius, & procedatur
710 ordinariè: ita ly *ſummariè*, reſtringit, vt ſufficiat tantum ſi obſeruetur ordo iudiciarius ſubſtantialis, nec ſint neceſſariæ aliquæ ſollemnitates ipſius iudicij, vt per *Barboſ. in ſuo tractatu de clauſulis, clauſula* 176. *num.* 20. qui *num. ſeq.* ſubdit, per dictam clauſulam non auferri probationes neceſſarias, neque iuramentum calumniæ, clarius quòd facultas procedendi *ſummariè* remoueat ſollemnitates, non qualitates probationū, quin nō debeant eſſe plenæ, dixit Rota apud *Garſiā de beneſ. p. 6. cap. 3. num. 66. ad finem.* neque etiam per dictam clauſulā ſublata eſt defenſio, vndè poſſunt per eū fieri oppoſitiones, & debet dari ei copia, &c. vt per *Barboſā cit. n.* 20. ſi reus poſt receptas probationes. Et ſpōtè cōpareat, vel comprehendatur ante ſententiam, & ſic non ſit contumax, ac delictū neget, teſtes recepti eo minimè vocato, repetendi ſunt eo citato, vel cum eo confrontādi, alioquin nullam fidem faciunt, vt in puncto. *Chartarius ſup. deciſ.* 62. *n.* 18. vbi *n. 14. & ſequentibus*, benè declarat, quòd aliæ
711 probationes ſint neceſſariæ ad hoc, vt quis poſſit declarari incidiſſe in excommunicationem huius canonis, quando ipſe percuſſor clerici citatus eſt contumax, & qñ non eſt cōtumax. Primo caſu quādo eſt cōtumax, ſat erunt, inquit ipſe, indicia ſufficiētia ad illi traſmittendā inquiſitionem, ideſt quæ non ſolum ſufficiunt ad inquirendum, ſed etiam quæ requiruntur ad eum citandum (quæ debent eſſe indicia grauia, vt per *Clarum lib. 5. ſententiarum § fin. q. 20. num. 3.* vbi *Baiardus lit. O*, qui ſubdit quòd remittitur iudicis arbitrio, quando ſint dicta indicia talia. (An autem talia ſint dictum ſocij criminis, vel dictum percuſſi, & alia ſimilia, vide eundem *Clarum loco ſuprac.* & alios criminaliſtas, quia non pertinet ad meum inſtitutum) ſi autem non eſt contumax, & tunc non poteſt declarari, niſi vel ſit confeſſus,
712 (quā confeſſionē in criminalibus non inducit cōtumacia abſque euidentiſſimis probationibus, vt per *Marium Antoninum lib.*
713 *3. variar. reſol.* 28. *num.* 18.) vel conuictus, quòd accidit non ſolum quando duo teſtes de crimine immediatè deponunt de viſu, vel de auditu ſecundum qualitatem criminis, vt habetur per eundem *Chartariū ibid. deciſ.* 12. *num.* 3. quòd procedit etiam ſi dicti teſtes non ſint omni exceptione maiores, vbi tamen alijs probationibus eorum dicta adminiculantur, veluti fama publica, con-



Digitized by Google

feſſione extraiudiciali, & ſimilibus, etiam
per teſtes ſingulares, vt in puncto habetur
per eundem *Chartarium deciſ.60.* ſed etiam
714 quando cōuincitur dictus percuſſor indi-
cijs indubitatis, vt per *Barboſam de appellat.*
*verborum appellat.62.n.3.* ipſis enim, non mi
nus quis cōuincitur, quàm teſtibus. *l. fin. C.*
*de probationibus, cū alijs allegatis per Barboſ.*
*ſup. & Ciarlinū in ſuis controuerſiis, cap.12.n.*
*12. & ſeq.* vbi ampliat, & ſi quis conuincatur
vnico indicio indubitato, & *num.10.* decla-
rat, quodnam dicatur tale indicium indubi-
tatum, ſeù violenta præſumptio, quod au-
tē remittatur arbitrio iudicis, quando præ-
ſumptiones ſint violentæ, & ſint ſufficien-
ter probatæ, poſt *Farinacc. tom.5. praxis q.86*
*num.91.* & alios criminaliſtas, in terminis
noſtris loquendo, notat *Manriquez p.1. ſua-*
*rum qq. Vicarialiū q.18.* qui aſſerit, ſufficiētes
fuiſſe ad declarandum, quendam incidiſſe
in hanc excommunicationem, aliquas vio-
lentas præſumptiones, nēpè quòd duo teſtes
deponerent offendentē cum enſe in manu
ab offenſo ſurrexiſſe, & fugiſſe, quorum etiā
vnus addidit, cū enſe ſāguine intincto, & in-
ſuper quòd offenſus nō potuit ſibi ipſi eaſdē
percuſſiones facere, imo quod earum expē-
ſas offendens ſoluerat. Subditq. ex eo quia
*Farinaccius vbi ſup.n.100.* docet, ꝙ quando
delictum punitur ex præſumptionibus quā-
tumcunque violentis ſeù ex indicijs indu-
715 bitatis, quæ vt dixi ſunt ſynonima, mitior
pœna imponi debeat, & ſic nō veniat puniē-
dū tale delictum pœna ordinaria, ſed extraor
dinaria (& latius habetur per *Ciarlinū loco ſu*
*prac.num.19. & ſequentibus*, qui loquitur in
terminis probationis delicti exceptuati ad
finem, vt quis non poſſit frui immunitate
eccleſiaſtica) ꝙ ipſe, in praxi licèt ex dictis
indicijs indubitatis, ſeù præſūptibus violen-
tis, declarauerit quendā in excōm. noſtri ca-
nonis incidiſſe, tñ ꝙ impoſuit illi tātū pœnā
pecuniariā, & quod ſoluat expenſas, abſti-
nendo à pœna exilij, &c. quòd puto verum
etiam ſi ex dictis indicijs, ſeu præſumptioni-
bus indubitatis, poſſit quis puniri pœna cor-
porali citrà mortem, vt per authores cita-
tos à *Ciarlino loco ſuprac.* quia tunc reſpectu
delicti capitalis, pœna corporalis dicitur ex-
traordinaria, cùm in caſu noſtro eſſet ordi-
naria. Quòd ad imponendam pœnā cenſu-
716 rarum non requirantur probationes, quæ
neceſſariæ ſunt ad imponendam pœnam or-
dinariam, patet ex his, quæ ſcripta reliquit.
*Praxis Archiepiſcopalis Neap. cap.24. num.*
*18.* vbi quòd licèt in criminalibus, proba-
tiones imperfectæ non coniungantur ad
imponendam pœnam ordinariam delicti, ta-
men ad imponendam pœnam cenſurarum,
ſeù ad probandum, quem incurriſſe in cen-
ſuram, coniungantur, & ſic fama cum ar-
gumentis, ad hoc ſufficere, ex quo ruit ratio,
quā *Riccius par.3. deciſ.87.* apud *Sperellum*
718 *deciſ.48.n.24* probat, cenſuras infligi non
poſſe ex indicijs indubitatis, quia coniunctio
præſumptionum ad faciendum indicium
indubitatum, ſufficit, ad imponendum pœ-
nam extraordinariam, & non ordinariam.
*Chartarius deciſ.10.num.8.* ſicut etiā *Nouar.*
ab eodem *Sperello ibid.num.23.* citatus, do-
cens, cenſuras infligi non poſſe ex præſūpti-
bus, intelligendus eſt de præſumptionibus,
quæ nō ſunt violentæ vt ſuprà. Adde ꝙ & ſi
excommunicatio contrà percuſſorē clerici,
719 ex vna parte ſit pœna ordinaria, ex quo im
poſita à iure, *Chartar.dec.50.n.7.* tñ qa nō eſt
terminus pœnę d. criminis cū poſſint imponi
aliæ pęnę, vt dixi ſup. & notat *Chartar.dec.72.*
*n.38.* ipſa excōm. ex alia parte, eſt quodāmo-
do illius pęna extraordinaria. De probatione
720 ꝓpinationis veneni clerico, vel monacho
factæ, ad finem declarationis vt ſuprà, vide
*Sperellum deciſ.20. in principio*, vbi circà ar-
ticulum de quo egi ſuprà *n.133.* an hoc caſu
incurratur excommunicatio ſtatim, quòd
propinatur venenum, vel quando incipit
operari (quam opinionem ego ibi ſequor)
vel ſequuta morte, relatis variis opinioni-
bus, ſequitur primam, nempè incurri ſtatim
illo propinato.

Facta ſupradicta declaratione, ſi reus ap-
pellauerit ab ea, infrà tempus legitimum, illa
721 appellatione pendente, non ſolū ipſe ab
alijs euitari non debet, nec ipſe alios tenetur
euitare, ſed neq. pōt denunciari, ſeù cōtrà eū
non poſſūt affigi cędulones, vt latè dixi ſup.
*recoll.2.à num.647.* quòd eſt verum non ſolū
in declaratoria excommunicationis, ſed etiā
ſuſpenſionis, & interdicti, vt præter autho-
res *loco ſuprac.* à me allegatos, habetur per
*Chartarium deciſ.34.num.27.* qui in terminis
noſtris loquendo, latè cōfirmat dictā doctri-
nam communem, ſubditque in *fine deci-*
*ſionis*, quòd cùm is, contrà quem fuit lata
dicta ſententia declaratoria, poſt appellatio-
722 nē petierit ex carcere relaxari appellatio-
ne pendente, viſum fuit, eum dimitti, data
prius cautione de pœna pecuniaria ſibi im-
poſita perſoluenda in caſu ſuccumbentiæ,
& de ſe repreſentando toties, quoties fuiſſet
requiſitus. An autem dicta appellatio etiam
ſuſpendat declarationem excommunica-
tionis contrà immunitatem Eccleſiæ, refert
declaratum *Sperellus cit. deciſ. 48. num. 42.*
Quomodo intelligatur id, quod cōmuniter
723 Doctores aſſerunt, confeſſum, & conuictū
non poſſe appellare, videte *Riccium in col-*
*lect. deciſ. collect. 621. & 947.* ſicut declaraui
ſup. *recoll.2.n.550. & 661.* quomodo intelli-
gatur ſimile proloquium de contumace,
quòd neque audiatur appellans.

Si verò non appellauit, petere debet abſo-
lutio-

lutionem ab eodem iudice, ſi percuſsio fuit leuis, vel à S. Pontifice ſi fuit grauis, iuxtà ea, quæ dixi ſuprà. Præſuppono enim in ca-
724 dē ſententia declaratoria, fuiſſe etiam declaratum, an inciderit in excommunicationem canonis S. Pontifici reſeruatam, vel nō, vt vidi practicatum, & ſic in cædulonibus denunciari excommunicatum excommunicatione S. Pontifici reſeruatam, vel non. Et ſi contrarium ſupponat modus loquendi *Chartarij deciſ. 60. num. & deciſ. 72. ſub num. 9.* & clarius *Manriquez,* qui expreſsè aſſerit, quòd hoc caſu, in quo reus non appellauit, petere debet abſolutionem coram iudice, qui viſo an percuſsio fuerit grauis, vel leuis, tunc vbi iudicauerit fuiſſe leuē percuſsionem, ipſe abſoluit, parito prius iudicato, ſin autē iudicauerit illam grauem, remittit eum ad S. P. vel alium habentē facultatē, & ponit ibi formulam talium decretorum.

Nota pro coronide huius recollectionis. Primò, *Suarez tom. 1. de Religione lib. 3. de ſacrilegio cap. 6. ſub num. 2.* poſt *Caiet.* docere, quòd licèt inferre manus violentas aliquo
725 ex modis ſup. explicatis in Euchariſtiam grauius ſacrilegiū ſit, quàm omne aliud quod committitur contrà perſonas ſacras, ideoq. grauius puniatur, in hanc tamen excomm. nō incurrat ſimile facinus, quia nomine clerici nō venit Chriſtus, ſed miniſter huius Eccleſiæ militantis, vnde patet quomodo interpretādæ authoritates, nēpe in *c. nulli in fine 3. quæſtione 1.* vbi dicitur, Saluatorem noſtrū crucifigere, qui vim, & iniuriam clericis inferre præſumpſerit, & *Zacch. relatus in cap. accuſatio 2. quæſt. 7. qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei,* & alibi *nolite tangere Chriſtos meos.*

Secundò quòd & ſi in rigore S. Ponti-
727 fex, ſaltē cum Cardinalibus poſſet tollere huius canonis priuilegium clericis, alijſque perſonis eccleſiaſticis, cùm ſit iuris poſitiui, ſuprà quod ius, eſt ipſe Papa, vt ſæpè dictum fuit, tamen nullo modo expediens eſſet, quòd dicto priuilegio in totum derogaret, vndè ſi id faceret, non eſſet ſinè peccato, vt poſt *Geminianū,* & alios, nouiſsimè adnotauit *Sperellus deciſ. 45. n. 48. & ſequentibus,* vbi tractat, vtrum excommunicatio huius ca-
728 nonis ſit reputanda vt odioſa, & ſic reſtringenda, vel vt fauorabilis, & per conſequens extendenda, & concludit, quòd neque reſpectu percutientium ſit reputanda odioſa, quia & ſi ſit pœna, eſt tamen pœna medicinalis, à qua de facili, quando talis vult ſatiſfacere, poteſt obtinerē abſolutionem.

# RECOLLECTIO VI.

## De Officio, & Poteſtate Cōfeſſarij circa penitentes ſuſpenſionis cenſura adſtrictos.

*Sequentes recollectiones de ſuſpenſione, interdicto, & irregularitate breuiori compendio percurram, cùm plura ad ipſas pertinentia, in pręcedentibus remaneant iā explicata, quò ad pręſentem igitur pręſuppoſita defintione, & diuiſionibus ipſius ſuſpenſionis, in primis ordine alphabetico, referam ſuſpenſiones latas in iure, vel à S. Concilio aut extrauagantibus; ſecundò de culpa requiſita ad illas incurrendas, tertiò explicabo effectus ipſarū ſuſpenſionum, & tandem agam de earum abſolutione, ſuſpenſione, & ablatione.*

### *De nomine ſuſpenſionis, & eius definitione, ac diuiſionibus.*

1 PRæmitto, ſuſpenſionem latè acceptam ſignificare ſeparationē ab exercitio cuiuſcunque poteſtatis eccleſiaſticę, vel ſæcularis ad certū tēpus, vndè Doctores cōmuniter aſſerūt, & videmus in praxi,
2 Officialis inquiſitus, vel accuſatus de delicto tali, ob quod venit priuādus officio, pendente inquiſitione, vel accuſatione ſit ab officio ſuſpēdendus *Capella Toloſana dec. 371. vbi Aufrerius, cum alijs allegatis à Baiardo ad Clarū lib. 5. ſententiarū § fin. q. 16. n. 4. & ſeq.*
3 Suſpenſionē verò ſtrictè acceptā, ſignificare quamlibet prohibitionem, poteſtatis eccleſiaſticę, vel ſpiritualis impoſitā ſiuè ab eo, qui cenſurā ferre non poteſt, ſiuè ab eo, qui cenſuram ferre poteſt, & ſic ſiuè imponatur in ratione pœnæ tantum, ſiuè etiā in ratione cenſuræ, exemplum primæ partis eſt, quando confeſſarius, vel Abatiſſa iuſta de cauſa prohi-

prohi-

Digitized by Google

prohibent perſonæ eccleſiaſticæ celebratio-
nem, exempla ſecundæ partis habetis in
*Clem. cupientes de pænis*, vbi eſt ſerme de ſu-
ſpenſione ab officio prædicationis, cuius oc-
caſione *gloſa ibi verb. ſuſpenſi*, refert plures
modos ſuſpenſionum, quæ habētur in iure,
4 idem dic de ſuſpenſione ab audiendis con-
feſsionibus, de qua ſicut de ſuſpenſione ab
officio prædicationis, vide *Sayrum lib. 4. cap.
2. num. 14. & cap. 3. nu. 5. & Chartarium deciſ.
12. n. 40. 46. &* 50. Suſpenſionē tandem ſtri-
ctiſsimè ſumptā, eſſe illā quæ imponitur nō
ſolum à poteſtatē habente, cenſuram feren-
di, iuxtà ea, quæ dixi ſup. *recoll. 2. à n.* 39. ſed
5 etiā quę imponitur in ratione cēſuræ. Dif-
ferentię autē inter iſto modo acceptā ſuſpē-
ſionem, & alio modo pręcedenti, ſunt tres
pręcipuè. Prima eſt, quòd ex tranſgreſsione
iſtius, & non illius, contrahitur irregularitas,
quæ incurritur ob violationem cenſuræ.

Secunda quòd illa ſemper ceſſat elapſo
tempore, pro quo fuit impoſita, vel purifi-
cata conditio, ſub qua fuit lata; iſta verò
non ceſſat, neque tollitur, niſi per abſolu-
tionem obtentam ab habente facultatem, vt
infrà. Tertia nā quando ſuſpenſio imponitur
in purā pęnā delicti, nō eſt neceſſaria moni-
tio canonica, ſed ſufficit citatio, qñ verò fer-
tur in ratione cēſurę eſt neceſſaria monitio,
aliàs iudex maneret ſuſpenſus. Si autem
6 quæris, quomodo cognoſci poſsit quando
ſuſpenſio lata ſit ratione pænæ, vel in ra-
tione cenſuræ. Reſpondeo, quòd quando eſt
lata pro delicto præterito, & ad certum tem-
pus tunc cenſetur lata in ratione pænæ, quā-
do verò eſt inflicta propter contumaciam
abſque aſsignatione temporis, & tunc cenſe-
ri debet lata in ratione cenſuræ, ita poſt *Sua
rez, Auilā*, & alios *Layman lib. 1. tract. 5. p. 3.
cap. 4. num. 1. & 2. & clarius Hurtado de ſu-
ſpenſione difficult. 3. &* 11. His præmiſsis, ſit.

7 Prima concluſio: Suſpenſio eſt cenſura
eccleſiaſtica, qua perſonæ eccleſiaſticæ pro-
hibetur exercitium ſui ordinis, vel beneficij
eccleſiaſtici. Dicitur *cenſura eccleſiaſtica*,
pro genere, in quo conuenit cum excom-
municatione, & interdicto, dicitur *perſona
eccleſiaſtica* ad differentiam excommunica-
tionis, & interdicti, quæ licèt ſint etiam cen-
ſuræ eccleſiaſticæ, tñ non ſolū eccleſiaſtici,
ſed etiam laici illis ſubijciuntur. Dicitur
*exercitium officij, vel beneficij eccleſiaſtici*, ad
differentiam excommunicationis minoris,
quæ priuat tātum ſuſceptione ſacramentorū,
& electione paſsiua. Item etiā ab irregularita
te, quę non ſolum impedit vſum, ſed rece
ptionem quoq. ordinis. Ac à degradatione,
quæ priuat non ſolum officio, & beneficio,
ſed etiam priuilegio clericali. Ita in re DD.
oēs, & ſi in verbis diſcrepent, in ſpecie cōcor
dat cū definitione relata *à Claro tit. §. fin. q.* 75
dū aſſerit, quòd ſuſpenſio ſit quędā cēſura
eccleſiaſtica, propter quam Clerico interdi-
citur officiū, ſeù beneficium, vel adminiſtra-
tio, ſeù exequutio ordinis & iuriſdictionis.

Secunda concluſio: Pręter diuiſiones ſu-
ſpenſionis à iure, vel ab homine itē maio-
ris, & minoris, de quibus ſup. *recoll. 1.* Di-
8 uiditur in eam, quę eſt ab officio, & quę eſt
à beneficio, & quę tandē eſt ab vtroq. qua-
rū quęlibet etiā ſubdiuiditur in totalē pri-
uātē omni exercitio ordinis, & fructu bene-
ficij, & partialē, quę eſt ab aliquo actu ordi-
nis (v.g. celebrādi, aut ab aliquo officio,) vel
actu iudictionis, veluti eligendi, cōferendi be
neficiū, aut partis fructuum beneficij, vt per
*Laym. loco ſuprac. n. 2.* itē & tandē in tēporalē
& abſolutam, tēporalis eſt illa, quę fertur pro
9 certo menſe, quo caſu nota, quod ſuſpenſus
per menſem non eſt neceſſe vt ita maneat
per 30. dies, ſi menſis v.g. cōſtat ex diebus 28.
vt Februarius; ſed quota die cepit ſuſpenſio
menſis præcedentis, tota die completa ſe-
quenti finitur, ſicut ſuſpenſus per annum
10 indeterminatè licitè poteſt exercere of-
ficium, à quo fuit ſuſpenſus in vltima die
anni biſextilis, & ſic annus erit 365. die-
bus, ſecus ſi fuerit ſuſpenſus determinatè per
illum annum biſextilem, veluti ſi iudex di-
xerit, ſuſpendo te per annum proximè ſe-
quentē, quo caſu annus cōputabitur 366. die-
bus cōpletis, ita *Auila p. 3. diſp. 1. dub. 2.* & no-
ta quòd in hoc non habet locū regula illa,
11 dies termini non computatur in termino,
cùm ſimus in his, quæ ſecum trahunt exe-
quutionē. *Bonac.* latè poſt alios *diſp. 3. de cen
ſuris q. 6. p. 3. num. 1. & ſeq.* Abſoluta eſt quā-
do ſuſpenditur quis vt ſuprà, ſine præfinitio-
ne tēporis, licèt .n. in rigore iſta ſuſpēſio ſine
præfinitione temporis, dici poſsit perpetua,
argumento notatorum *per gloſam in l. fine
12 præfinito ff. de pænis*, tñ ex quo id nō poteſt eſ-
ſe de ratione ſuſpenſionis, de qua loquimur,
quia in hoc differt à degradatione, & depoſi-
tione, quia iſta priuāt vniuerſaliter officio, &
beneficio in perpetuum ſine ſpe reſtitutio-
nis, ita quòd ſolus Papa poſsit reſtituere de
degradatum, depoſitū, ideò ſuſpenſio, vt ſup.
intelligitur durare, vel ad beneplacitū, vel
durāte ipſius ſuſpēſi inobediētia, & cōtuma-
cia, & ipſa ceſsāte poſſe tolli per abſolutionē,
inſtar aliarū cenſurarū quę licèt ſint pęnę, tñ
ſunt medicinales. *Megalius p. 3. lib. 5. c. 2. n. 1.*
ſicut de ſuſpenſione lata ob cōtmaciam *ad
tempus* abſq. alia determinatione, aduertit
*Nald. v. ſuſpenſio n. 16.* A quo autē poſsit tolli,
infrà ſuo loco. Quid autem ſi fuerit quis ſu-
13 ſpenſus *ad beneplacitū*, tūc ſi id fuerit factū
à Vicario Epiſcopi, & dictum *ad beneplacitū
dinarij*, vt in caſu *deciſionis* 50. *Chartarij*, vel
vt vidi hodiè practicari, *ad beneplacitum Il-
luſtriſsimi, vel Curiæ*, certum eſt, non expira-
re

Digitized by Google

re morte ipſius Epiſcopi præſentis, vel tráſlatione in aliam Eccleſiam, quia ſemper Epiſcopus ſucceſſor, eſt Illuſtriſſ. eſtque Ordinarius, & ſic quia reſeruatio dicti beneplaciti facta eſt dignitati, item quia dicta reſeruatio non eſt facta per ipſum, cuius debet eſſe beneplacitum, ſed per tertiã perſonã, ideò non expirat, vndè ſecus erit, quando fuerit dictũ, ad beneplacitum noſtrum, quia tunc expirat per mortem, &c. ipſius, qui tulit ſententiam, perlatè notata *à Chartario deciſ. 5. ferè per totam.* Qui *deciſ. 50. n. 13.* teſtatur, in cauſa appellationis in d. curia Metropolitana Mediol. in cauſa cuiuſdã ſuſpenſionis collatæ ad beneplacitũ Ordinarij, fuiſſe deciſum, quòd ſcilicèt durare debuiſſet tandiù, quandiù ipſi
14 Ordinario placuerit, tamen non fuiſſe protendendam vltrà certum tempus delicto ſatis congruũ, refertq. *Sayrum lib. 4. de cenſuris cap. 8. num. 17.* admonentem, Prælatos non debere diutius protendere iſtas ſuſpenſiones, eorum voluntati relictas, præſertim ex odio, ad aſſumendam vindictam, ſed debere in hoc prudenter ſe gerere, & tandiù perſonam eccleſiaſticam ſuſpenſam detinere, quandiù ad eius correctionem, expedire iudicauerit, cùm cenſuræ non ſint gladius ad iniuriam priuatam vlciſcendam, ſed benè gladius medicinalis, vt ibi latius per *Sayrũ.* Hac occaſione nota quòd ſuſpenſionẽ vnius menſis, vel anni incurrens, ſi prò diuerſo, vel etiam eodem crimine, intra illum annũ,
15 vel menſem incurrerit aliam ſuſpenſionem ſimiliter per annũ, vel menſẽ, tẽpus ſecundæ ſuſpenſionis, ſtatim incipit currere, & ſic nõ à die, qua cõpletur prima. *Nald. ſuſpenſ. n. 12.*

Tertia concluſio; ſuſpenſio ſimpliciter contrà aliquem lata per illa verba, exempli
16 gratia, *Suſpendimus N.* niſi ratione adiunctorum, ſcilicèt perſonarum, circunſtantiarũ, & aliorum ſimil. tamquam res odioſa, ad certam ſpeciem determinetur, quouſque aliud à facultatem habente fuerit declaratum, intelligitur de ſuſpenſione tam ab officio, quàm ab beneficio ſimul. Patet quia nõ eſt maior ratio, car ad vnũ magis, quàm ad aliud limitetur, ergò in tota ſua amplitudine accipi debet, ita DD. communiter. Cõcordãt *extrauag. Diuina de priuil. & per illũ tex.* notãt *Silu. ſuſpenſio* §. 5. *Tolet, lib. 1. c. 43. n. 5. Suar, diſp. 15. ſect. 2. Sayrus,* qui teſtatur de communi *lib. 4. cap. 4. num. 2. Layman lib. 1. tr. 5. §. 3. cap. 1. ſub num. 2. Aulla ſup. dub. 1. concluſ. 2. & Bonacina diſp. 3. q. 5. p. 2. nu. 1.* quòd nota pro intelligentia *Decreti S. Concilij Tridentini ſeſſ. 25. de reformat. cap. 14.* vbi ita ſuſpenſio fertur contrà Epiſcopum concubinatum, qui à Concil. Prouincial. monitus, ſe non emendauit. *Contzk diſp. 15. num. 4.* quicquid *Megal. p. 3. lib. 5. cap. 1. ſub n. 7.* velit, intelligi debere de ſuſpenſione ab ordine tantum, & antè eum voluit *Graſſius conſ. 10. diff. 2. n. 17 de ſent. excomm. tom. 2.* quæ ſententia nullum habet fundamentum, vt teſtatur *Sayrus loco ſuprac.* vbi etiam tamquam incertam reiicit aliam opinionem docentem, quod d. modus loquẽdi nõ ſuſpẽdat nec ab ordine, neq. beneficio, & per conſequens à nulla re.

*Suſpenſiones à iure, vel conſtitutionibus S. S. Pontificum, vſque ad præſens lata, ordine Alphabetico.*

A

17 Abbas, aliuſq. Prælatus quilibet habens facultatem conferendi quatuor ordines, cum prima tonſura, ordines præfatos, vel primam tonſuram, ſcienter conferens non ſubdito, incurrit ſuſpenſionem à collatione ordinum per annum. *cap. eos, qui de temporibus ordinat. in 6.* vbi *gloſa verbo eos, qui.* ſubdit hæc verba, *Loquitur generaliter, vt comprehendat, quibus competit ordinare,* ita (contrà *Sayrum, & Alterium* exiſtimantes hoc caſu incurri ſuſpenſionẽ ab officio, & beneficio, iuxtà *decr. S. Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 10.* quibus accedit *Naldus verbo Abbas num. 3.*) *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 8 p. 3. num. 2.* accedit nouiſsimè *Theſaurus* (& ſi non citet *Bonacinam*) *p. 2. de panis eccleſiaſticis verbo Ordo cap. 21. num. 1.* item contra *Sanchez lib. 7. conſil. moral. cap. 1. dub. 19. num. 20.* apud *Dianã par. 4. tr. 4. reſol. 197.* exiſtimantem, priuilegium Abbatum conferendi primam tonſuram, & ordines minores non ſuis ſubditis, nõ fuiſſe reuocatũ *à cit. c. 10. Concilij Trid.* nouiſſimè ꝑbat *Marchinus de ſacram. ordinis tr. 1.*
18 *p. 2. c. 10. n. 9* Intelligitur tñ cõcluſio noſtra, primò ſi id faceret abſq. dimiſſorijs ꝓpriorũ Ordinariorũ Regulariũ, ſi fuerint Regulares, vel Epiſcoporum ſi fuerint ſæculares ordinandi; ita *Bonacina loco ſuprac. num. 3.* cum hac opinione videtur tranſire *Barboſa in collectanea ad Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 10. num. 7.* & ſi *allegat. 3. de offic. & poteſt. Epiſc. num. 11. & ſequentibus.* nõ ſolum neget, ex *deciſ. Rota* apud *Seraph. 685.* poſſe Abbates vt ſup. ordinare ſæculares cũ dimiſſorijs ſuorũ Epiſcoporũ, ſed etiã dubitet, an poſſit ordinare Regulares non ſuos ſubditos cum dimiſſorijs ſuorum Prælatorum Regularium, quibus non obſtantibus primam opinionem ſequuntur *Layman lib. 5. tract. 9. cap. 9. num. 2. & Gauantus in Manuali Epiſcoporum v. Abbas num 34.* qui inter alia refert ad hoc *concil. 4. Prouinciale Mediolan.* quod fuit ſub S.
19 Carolo Borromeo Archiepiſcopo, cuius authoritas magnificienda eſt in materia eorũ, quæ in S. Concilio Tridentino fuerunt ſancita, vtpote qui eiuſdem decretorum fuit primus, & exactiſſimus exequutor, ideoq. apud me

Digitized by Google

me, cõfirmatur, ꝙ ſit vera declaratio S. Cong. Eminentiſsimorum S. Concilij interpretum, relata pro noſtra ſententia á *Moſconio de maieſtate Eccleſiæ militant. c. 9. verſ. quo verò ad Ordines, Vgolino de poteſtate Epiſcopi cap. 26. §. 19. numero 3. Compendio Mendicantium, & Quaranta apud Marchinum de ſacramento Ordinis tract. 1. par. 2. cap. 10. ſub n. 15.* eiuſdem opinionis ſectatorem, qui benè reſpondet deciſioni Rotæ ſuprà allegatæ. Secundò intelligitur, niſi dictus Abbas ha-
20 beret propriam Diæceſim, & in ſæculares ſibi ſubditos iuriſdictionem Epiſcopalē priuatiuè quòad Epiſcopum, quia tunc eodem modo poſſet dictos ſubditos ſæculares ordinare dicta prima tonſura, & quatuor ordinibus minoribus. *Graſſius par. 1. deciſ. lib. 3. cap. 5. num. 150. ad finem, Sanchez lib. 7. conſiliorum moralium cap. 1. dub. 29. nu. 5. & 14.* ſequitur *Theſaurus cit. cap. 22. ad finem verſ. Aduerte 3. Sic declaratum fuiſſe à S. Congreg.* anno 1599. poſt *Molſeſ.* teſtatur *Marchinus ſup. num. 16.* ex quo percipi poteſt, hoc habere locum, non ſolum in Abbate Ordinum Monachalium, ſed etiam in Abbate ſæculari habente dictos ſubditos. Quod extendo ex *Sanchez loco ſuprac. num. 18.* etiam in eo caſu, quòd Abbas vt ſuprà, ſit electus, & cõ-
21 firmatus Epiſcopus, nõ tamen conſecratus, quia ſi per Breue accepit poſſeſsionem epiſcopatus, vt dixi ſuprà ſuo loco, vel ſit datus coadiutor Eccleſiæ Cathredalis vacantis, poterit ordinare vt ſuprà ſubditos dicti eius epiſcopatus, ſicut ſubditos ſuę Abbatiæ.
22 Tres conditiones requirunt Doctores in Abbatibus, vt poſsint conferre ordines, de quibus ſuprà. Primò quòd ſit Sacerdos, ſecundò quòd ſit benedictus, tertiò quòd habeat priuilegiū exercendi pontificalia, ſcilicèt ferendi mitram, anulum, & baculum paſtoralem. *Sanchez ſupracitato dub. 19. num. 5.* vbi id, quod dicit, debere eſſe benedictum, vt poſsit conferre dictos ordines, limitat, ni-
23 ſi Epiſcopus, ad quem pertinet dicta benedictio, qui eſt Epiſcopus intra cuius Dięceſim exiſtit Abbatia, qui etiam nihil recipere debet pro hac benedictione, *Barboſa allegat. 27. n. 51. & ſeq.*) tertiò requiſitus, differat dictam benedictionem, ſicut idē *Barboſa in collect. ad d. c. 10. Concilij n. 9.* limitat ſecundò, quādo tractatur de collatione dictorū
24 ordinum ergà ſuos ſubditos, quòd tunc ſcilicèt non requiratur, vt præcedat benedictio ita enim fuiſſe declaratum teſtatur poſt *Sellū* ab eo allegatū, & cõfirmari poteſt ex modo loquendi, quo vtitur *Gauantus ſup. num. 34.* dū aſſerit, ꝙ Abbas poteſt conferre primā tonſuram, & ordines minores non ſuis ſubditis, ſi ille ſit benedictus, & à ſuo Epiſcopo, &c. Vndè declaratio S. Cõgregationis relata à *Marchino loco ſuprac. num. 17.* quæ declarat, tonſuratos ab Abbate nõ benedicto, vel
25 nõ habente hanc facultatem ex priuilegio Sedis Apoſt. debere iterū tonſurari, quò ad primā partē, intelligi debet, ſi nõ ſubditi fuerunt, à nõ benedicto tonſurati. Quòad illud aliud requiſitū, ꝙ habeat ius baculi, mitrę,
26 & anuli, hoc neq. videtur ſufficere in Abbate ſæculari, & ſi habeat Dięceſim, niſi ſpecialiter ſit illi conceſsū à Sede Apoſt. quia hoc nõ habent Abbates de iure comuni, ſed ex particularibus priuilegijs, vt poſt alios dicit *Alzed. in ſua praxi epiſcop. p. 2. c. 5. n. 77. & ſeq.* vbi latè de priuilegijs alijs cõceſſis Abbatibus monachalibus. & patet in Archipresbitero Carpen. qui habet dięceſim ſeparatā, & in ſubditos iuriſdictionē epiſcopalē, vsū mitræ, baculi, &c. & tamen fuit illi inhibitū per S. Congreg. quòd non conferret dictā primā tõſurā, & quatuor ordines, etiā ſuis ſubditis, donec, &c. vt teſtatur *Ciarlinus in ſuis controverſijs cap. 47.* Quia autem in dicto *cap. 10. Concilij Tridentini,* Dicitur, Abbates, alioſq. Prælatos non poſſe conferre primam tonſuram, & alios ordines cuiquam, qui Regularis ſubditus non ſit. Dubitant Doctores, vtrum pro ſubdito d. Prælato Regulari, poſsit intel-
27 ligi etiā nouitius? Et cõmunis, & receptior ſētētia eſt negatiua, vt patet ex numero authorū, quos pro ea refert *Barboſa in collect. ad d. c. 10. Concil. Trid. n. 3.* quibus addo *Theſaurum cit. cap. 21. ad finem. Gauantum ſup. num. 33. & Bonacinam cit. p. 3. ad finē,* (qui volunt, hoc caſu incurri ab Abbate dictam ſuſpenſionem per annum à collatione ordinum) & tantum pro affirmatiua, & quòd non incurrat ſuſpenſionē licèt peccet, refert *Suar. t. 4. de Religione tract. 8. lib. 2. cap. 9. num. 12.* dicit probabilē *Alter. diſp. 1. c. 1.* ſequitur *Sanchez ſuprac. dub. 19. n. 15.* qui tā ſubdit, quòd licèt id poſsit, tamen non expediat ante profeſsionē, &c. An talis ſuſpenſio ſit à colla-
28 tione illius ordinis tātū, quē cõtulit Abbas non ſubdito abſque licentia, vt ſuprà, vel à collatione omnium ordinum, & an etiam illam incurrat per ſolam collationem primę tonſuræ, *infrà Epiſcopus,* ſunt enim hæc communia cum illa materia. Quęrit etiam *Sanchez loco ſuprac. num. 16.* Circa Ordines collatos ab Abbate his, quibus non poteſt illos conferre, an non ſolum ſit illicita, ſed
29 etiā inualida dicta collatio, & firmat, tantū eſſe illicitam, non autem inualidam, quam ſententiam contrà *Suarez,* probat *Marchinus loco ſuprac. num. 17.* ſequitur allegans *Sayrum,* & teſtando de communi. *Theſaur. loco ſuprac. verſ. Aduerte 2.* Quòd Abbas conferre teneatur dictos ordines in ſua Eccleſia,
30 quia extrà illam non poteſt vti pontificalibus, eſt textus in *cap. quoniam 69. diſt.* ita *Gauantus verba Abbas num. 19.* poſt *Tamburrinum, & Barboſa ad d. c. 10. Concilij ſect. 6. c. 5. n. 22.* vbi id dicit verum, etiā ſi adſit licentia

data

Digitized by Google

data ab Epiſcopo loci, ſecus tñ dicas ſi inui
tatus fuerit ad aliud monaſteriū exemptum,
*Sayr.lib.4.c.13.n.5.Graff.par.1.lib.3.c.5.n.137*
ſi tamen cōferret ordines extra ſuā Eccleſiā,
& ſic in Eccleſia aliena licèt abſque licentia
Epiſcopi loci, ( & ſi illa non ſuffragaretur, vt
dixi ſuprà ) tamen ordo eſt validus. *Sanchez*
*ſuprac.n.*17. qui tñ non declarat, an hoc caſu
31 Abbas incurreret ſuſpenſionē ab vſu Pon-
tificaliū, ſicut incurreret Epiſcopus, ordines
conferendo extrà ſuam Diæceſim, ſine licē-
tia proprij Ordinarij, & quidem videtur af-
firmatiuè reſpondendum, nam & ſi ſuſpen-
ſio non incurratur, niſi in caſibus à iure ex-
preſsis, *Auila p.3, diſp.5. dub.1. in 2. opinione,*
ſufficit tamen, quòd ſit expreſſa pro Epiſco-
po, vt extendi poſsit ad Abbatem, probatur
quia poteſtas ordinandi conceſſa Abbatibus
priuilegiatis eſt ad inſtar poteſtatis epiſcopa-
lis, & ita poſtea reperi docere *Theſaur. p.2. de*
*panis eccleſ. v.ordo c.16.n.5. & v.Epiſcopus c.4*
*ad.fin.* fauet declaratio S. Congreg. quā poſt
*Suar.* refert *Marchinus ſuprac.c.*10. *n.*15. vbi
32 quòd tonſuratus non ſubditus, ab Abbate
benedicto, maneat ſuſpenſus, & indigeat di-
ſpenſatione, & tamen hæc ſuſpenſio non re-
peritur in iure lata contrà ordinatos ab Ab-
bate, ſed tātū ab Epiſcopo, vt infrà *Ordina-*
*tus.* Ex quibus patet quando etiam Abbas
incurrat ſuſpenſionem per annum ab exer-
citio Pontificalium, & ordinati ab eo, perpe-
tuam ſuſpenſionem latā à Santiſſ. D. N. Vr-
33 no VIII. in ſua conſtitutione aduerſus ma-
lè ordinantes, & malè ordinatos, & ſi in ea
non fiat mentio de Abbatibus, ſed tantum de
Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis in
Italia exiſtentibus, cauenda eſt enim inter-
pretatio per quam fieret fraus legi, cùm fraus
34 nemini debeat patrocinari. Quando verò
Cōfirmationis Sacramentū abſque ſpeciali
priuilegio Abbas cōferret, vel alia ſacramē-
talia, vbi intrat vnctio ſacra, vel cōferret or-
dines maiores, tūc nō incurreret ſuſpēſionē,
ſed irregularitatē, tamquam vſurpās actū or-
dinis, quē nō habet. vt p *Theſaur. ſuprac.c.4.*

Abbas, aliuſque Prælatus quantumuis
exemptus intrà fines alicuius Diæceſis exi-
ſtens etiā ſi dicatur nullius Diæceſis, litte-
35 ras, dimiſſorias ſubditis clericis ſæculari-
bus, vt ab alijs ordinenentur, concedens, incur-
rit ſuſpenſionem ab officio, & beneficio per
annum, nō obſtantibus priuilegijs, præſcrip-
tionibus, & conſuetudinibus immemorabi-
libus. S. Concil. Trident. *ſeſſ.23. cap.*10. ita *Bo-*
*nacina tom.3. diſp.3. q.8. p.3. in principio, Cla-*
*rius Marchinus ſup. p.6. cap. 3. num.*21. qui
valdè miratur, nonnullos neothoricos op-
poſitū ſine fundamēto ſcripſiſſe, quos neo-
thoricos dicit haberi apud *Dianam p.3. tr.2.*
*reſol.*95. fauet pro eius opinione *Barboſa in*
*collect. ad cit. cap.*10. *Concil. Trid. num.*12. vbi
ſic ait deciſum in vna Theatina 10. Septem-
bris 1621. & ſi idem *Barboſa in tract. de offic.*
*& poteſtate Epiſcopi allegat.*7. *n.*8. contrariū
docuiſſet. Præter tamen authores, quos idem
*Diana* refert pro opinione, quòd Abbas, ac
quilibet Prælatus habens propriam Diæce-
ſim cum iuriſdictione epiſcopali priuatiuè
quoad Epiſcopū, cū iure viſitādi, & cōgregā-
di ſynodū, poſſit cōcedere dimiſſorias, ex quo
iſtis Abbatibus habentibus qualiates, de qui-
bus ſup. de iure cōmuni ſit cōceſſa d. facultas,
36 & per Concilium nō ſit derogatū iuri com-
muni, ſed tantū priuilegijs, præſcriptionibus,
&c. exiſtimat *Sanchez lib.7. conſil. moral. c.*1.
*dub.*21. *num.*6. qui teſtatur plures Abbates, vt
ſuprà, de facto hodie dare dictas dimiſſo-
rias, & à multis Epiſcopis admitti, ſequitur
*Theſaurus p.2. de panis eccleſ. verbo Ordo cap.*
10. *ad finem. & Ciarlinus* loquens de Archi-
presbytero Carpenſi *in ſuis controuerſ. c.* 46.
vbi probat, quòd dato, & nō cōceſſo, Abbatē
non poſſedare dimiſſorias, tamen ad ipſum
37 pertinere commendatitias, ſeù teſtimonia-
les de vita, & moribus facere pro ſuis ſubdi-
tis ordinandis ex priuilegio Apoſtolico, vt
poſsint ordinari à quocūque Antiſtite, & non
ab Epiſcopo viciniori, & ſi ad eū pertineat
ordinatio ( loquitur enim in caſu, ꝙ ab alio
Epiſcopo ſit ſupradictus ſubditus Abbatis or
dinandus, quia Epiſcopus vicinior ordinat
ſubditos dictorum Abbatum nullius, ſine cō-
ſenſu, & litteris teſtimonialibus eorundem
Abbatum, vt poſt alios refert deciſum *Bar-*
*boſa in collect. ad cit. cap.*10. *Concilij num.*11.)
nam vt inquit ipſe *Ciarlinus.* dictus Epiſco-
pus vicinior nō ordinabat ſubditos Abbatis,
vt Ordinarius, ſed tantum vt delegatus, ergò
cum ipſe non ordinabat dictū ſubditum, di-
miſſoriæ ad alium Epiſcopum, erāt expediē-
dæ ab Abbate, qui erat ordinarius. Hæc dicta
ſint vt habeantur opiniones hinc inde, quia
38 in praxi quando hoc contrauertitur, in pri-
mis verba priuilegij, & indulti ſunt expen-
denda; & deinde attēdenda cōſuetudo, quæ
declarat ipſa verba priuilegij *Seraph. deciſ.*
585. *n.*5. Nota ex *Bonae. cit. p.3.* quòd ſi Præla-
39 tus daret dimiſſorias ſubditis pro recipien-
da prima tonſura, non incurreret ſuſpenſio-
nem ab officio, & beneficio, ſed benè ſi da-
ret dictas dimiſſorias ordinato cum prima
tonſura, pro alijs ordinibus, quia primo caſu
non dat dimiſſorias clericis ſæcularibus, vt
loquitur *Concil. Trid. cit. c.*10. ſed meris ſæcu
laribus. Secundo verò caſu dat dimiſſorias
clericis ſæcularibus, & ſic verificantur verba
dicti decreti, & per conſequens verificari de-
bet etiam eius diſpoſitio. Quòd autem Abbas
vt ſuprà, quando concedit dimiſſorias ſub-
ditis, in quibus habet iuriſdictionē epiſcopa-
40 lē, poſsit etiā cū ipſis diſpēſare in interſtitijs,
probat *Sanchez cit. lib.7. conſil. moral. cap.*1.
*dub.*54. *num.*73. vbi etiam teſtatur de praxi

Sſſ Ab-

Digitized by Google

Abbas (& Prior non habens Abbatem ſu-
prà ſe) monachorum nigrorum, ſotulares
non corrigiatos, & altos, aut caputia non
41 ſiſſa, portare præſumens, aut venationi, vel
aucupationi clamoroſæ, aut aliàs cum cani-
bus, aut auibus, ex propoſito intereſſens, in-
currit ſuſpenſionē à collatione beneficiorū.
Alij verò monachi vt ſuprà nigri, ſi habent
adminiſtrationem, incurrunt ſuſpenſionem
à dicta adminiſtratione, ſi verò nullam ha-
bent adminiſtrationē, euadunt inhabiles in
futurū ad adminiſtrationē & eccleſiaſticum
beneficium obtinenda, *Clem. 1. incip. Ne in
agro, §. ſi quis, de ſtatu monachorū.* Hæc ſuſpē-
ſio quoàd duas actiones *in d.* §. prohibitas,
ſcilicèt delationem habitus prohibiti, & in-
tereſſentiam venationi, aut aucupationi
clamoroſæ, in omnibus eſt eadem, nempè
quòd illam non incurrant, niſi monachi ni-
gri, ſcilicèt Benedictini geſtantes habitum
nigrum ſuperiorem, & inferiorem, vt benè
cōtrà aliquos, *Bonacina loco infrà proximè ci-
tando p. 3. num.* 13. quare autem id diſpona-
tur de iſtis monachis nigris Benedictinis, &
non alijs, notat poſt alios *Alterius tom. 2. diſp.
17. de ſuſp. cap. 1. verſ. 2. ſuſpen.* qui *verſ. Nau.*
ſequi videtur opinionem, quòd licet prima
pars de habitu liget tantum monachos, ſe-
cunda tamen pars de venatione liget etiam
42 Canonicos Regu. Cuius cōtrariū eſt verius.
*Sayrus lib. 4. c. 13. n 6. Filliucc. tr. 17. nu.* 170.
Itē ꝙ requiratur ad vtraq. ſuſpēſionē incur-
rēdā culpa mortalis; id. n. ſignificat ly *præſūpſe-
rint*, & ly *ex propoſito*, & ſic excuſari ab ea pōt
quis, nō ſolū ex leuitate materię, ſed etiā tēpo-
ris, vt per *Bonac. loco infra citādo.* Itē ꝙ vtroq.
caſu collatio beneficiorum deuoluatur ad
Priorem clauſtralem cū conſilio, & aſſenſu
conuentus, vel maioris partis, & tandē ꝙ du-
rante tēpore, pro quo eſt lata ipſa ſuſpenſio,
non poſsit illa abſolui, niſi à Papa. Et ſolū pri-
ma differt à ſecunda, quòd illa ſuſpenſio ſit
per annum, iſta per biennium. Adde quòd
43 & ſi inhabilitas pro monachis ſimplicibus
ad adminiſtrationem, & beneficia, indefinitè
in dicto tex. feratur, tamen non durat, niſi
per tempus, quo durat ſuſpenſio ibidem la-
ta, ſcilicèt primo caſu per annum, ſecundo
per biennium. ita *Cardinalis Zabbarella in d.
§. ſi quis num.* 5. qui *num.* 3. docet, quòd tali-
ter ſuſpenſus ſi celebret, vel conferat, licèt
peccet, vt etiam notat *Alterius ſup. verſ. ſed
vnum,* non tamen efficiatur irregularis, imò
addo ego ex *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 8. p.* 14.
*num.* 8. dicta collatio eſt valida, vbi talis ſu-
ſpenſus non fuit denunciatus. Dicta autē ſu-
ſpēſio à collatione beneficij, vt ait *Zabbarella
ſuprac. quæſito* 1. eſt quædā ſubtractio fructuū
temporalium beneficij pro parte; ideoque
taliter ſuſpenſus non ſolum poteſt percipe-
44 re alios fructus beneficij, ſed etiam reci-
pere alia beneficia, ſuſpenſio verò ab admi-
niſtratione, eſt ſubtractio non omnium fru-
ctuum temporalium, ſed tantum eorū fru-
ctuum, qui competunt ſuſpenſo ratione ad-
miniſtrationis, vt contrà *Zabbarellam, & Al-*
45 *terium,* docet *Bonacina loco ſuprac. n.* 5. Quod
ſi venatio fiat ſine canibus, aut aucupatio ſi-
ne Auibus, ſed cum retibus, & laqueis, aut
præſentia fuit caſualis, non ſit locus huic
pęnæ poſt *gloſ. ſit Sayrus ſup. n.* 8.

Abbatiſſa non certiorans Epiſcopum an-
te menſem de profeſſione nouitiæ, eſt ſu-
ſpenſa ab officio ad arbitrium Epiſcopi. *Con-
cil. Trid. ſeſſ. 25. cap 17. de regularibus.* Hæc ſu-
ſpenſio in rigore non eſt cenſura, ſed mera
46 pæna, nam ſubiectum ſuſpenſionis, vt patet
ex definitione ipſius, eſt perſona eccleſiaſti-
ca, non largo ſumpto vocabulo, quatenus
gaudere poſſit priuilegio *canonis ſi quis ſua-
dente;* de quo ſuprà *recoll. praced.* ſed ſtricto
modo, quatenus ſcilicèt habeat officiū, vel
beneficiū, eccleſiaſt. ꝙ nō pōt quis habere,
niſi initiatus ſaltē ſit prima tōſura. *Sayrus lib.
4. cap. 1. num. 16. & Filliucc. tract. 17. num.* 4.
qui poſt *Vgolinum.* teſtatur de cōmuni, prima
autem tonſura, fæmina eſt incapax de iure
diuino, ſicut quolibet alio ordine, vt dixi ſu-
prà *recoll. 2. num.* 57. quibus illic allegatis, ac-
cedit *Sanchez lib. 7. opuſcul. moral. cap. 1. dub.
30. ad fin.* Si igitur eſt pæna ſequitur, ꝙ non
incurratur etiā in foro conſcientiæ, niſi poſt
declarationem iudicis, vt de pæna priuatio-
nis officij pro ſuperioribus maſculis, dixi ſu-
prà *recoll. 1. d num.* 75. vbi non ſolum proba-
ui, hoc caſu dictum ſuperiorem non teneri
47 deſerere officium ante dictam declaratio-
nem, ſed etiam, quòd ex hoc ſubditi non
poſſint ſe ſubtrahere ab eius obedientia, quā
ſententiam fatetur eſſe communem, poſt il-
la typis exarata viſus. *Theſaurus p. 1. de pænis
eccleſiaſticis cap. 28. quæſita tertio?* ex eo, quòd
ante declarationem ipſe ſuperior retinet
poſſeſſionem, & dominium vtile, item quia
lex humana non cenſetur obligare cum tā-
to rigore, ſaltem niſi exprimat, *vt in conſcien-
tia antè omnem ſententiam declaratoriam of-
ficiū, gradum, &c. dimittere teneatur,* cū talis
pæna exigat factum hominis ad ſui exequu-
tionē, & ſi ſubdat *Theſaur.*, mediā ſententiā
diſtinguētē inter caſū publicū, & occultū, in
praxi receptam, præcipuè ex ſtylo Curiæ (qui
ſtylus, non video, quomodo hoc caſu poſsit
habere locū, cùm ille reſpiciat declarationē,
iudicis, potius igitur attēdere debemus ſtylū
Religionum, in quibus ſemper vidi ſeruari,
quòd expectetur declaratio, & interim ſub-
ditos obedientiam præſtare dicto ſuperiori,
maximè circà ea, quæ non concernunt re-
curſum, & probationem coram iudice com-
petenti, pro dicta declaratione, & ſic intelli-
go, quæ idem *Theſaurus* dixit *loco ſuprac. c. 7.
verſ. ſed tertia ſententia.* Nec obſtat, quòd idē
auctor

Digitized by Google

auctor *p. ſecunda verbo monialis c. 2. ad fin.*
loquendo de hac ſuſpenſione, lata contrà di-
48 ctam Abbatiſſam, concludit, talem ſuſpen-
ſionem obligare in conſcientia ante decla-
ratoriam, tùm quia hæc pæna eſt valde ſimi-
lis ſuſpenſionis cenſuræ, cùm officiũ Abba-
tiſſæ ſit ſuo modo eccleſiaſticum, tum etiã
quia Tridentinum eã refert per modũ ſuſpẽ-
ſionis, quæ nõ indiget facto hominis: Nam
ſalua ſua pace, nihil refert, quòd hęc pæna
ſit valdè ſimilis ſuſpenſionis cenſuræ, ſi etiã
nõ ſit cenſura, tũ quia ſumus in odioſis, quæ
ſunt reſtringenda, & ſic hoc caſu habet locũ
id, ꝙ dicit *Menoch. de arbitrar. caſu 238. ſub
num. 6.* quod non ſemper eſt tutum argumẽtũ
de ſimilibus ad ſimilia, tùm etiam, quia om-
49 ne ſimile non eſt idem, vndè ſimilis patri,
non eſt pater, *l. quòd nerua ff. depoſiti, quem
textum ad hoc allegat Iſernia in c. 1. num. 81.
ad finem, quæ ſint regalia, in vſibus feudorum.*
Si igitur dicta ſuſpenſio nõ eſt cenſura, eſtq.
tantum priuatio ad tempus, quæ etiã quã-
do eſt de officio eccleſiaſtico in maſculo, re-
quirit, vt dixi, declaratoria, ergò eo magis in
50 fæmina. Probatur? quia in ea officiũ præ-
dictũ nõ eſt certũ an ſit eccleſiaſticũ, cũ nõ ha
beat coniunctam iuriſdictionem ſpiritualem
(quàm habent Prælati eccleſiaſtici) & eſt cer-
tũ, in Abbatiſſa tantũ eſſe poteſtatem domi-
natiuã, aut vt vocãt, domeſticã, & politicã in
perſonas eccleſiaſticas ſibi ſubditas, qualẽ ha-
bet mater familias in filios, & magiſtratus
ciuilis in ciues, vt præter à me dicta *ſup. p. 2.
recoll. 1. num. 82. & ſeqq.* habetur per *Sanchez
lib. 6. ſumma moralis cap. 1. nu. 17. & 21.* Fauet
*Portell. v. Abatiſſa num. 1.* vbi expreſsè dicit,
Abbatiſsam carere poteſtate eccleſiaſtica, à
qua poteſtate debet recipere nomen, officiũ.
Adminiſtrationem, intrà *Epiſcopi.*

51 Alienare præſumentes Epiſcopi, vel Ab-
bates bona Eccleſiarum, aliorumque loco-
rum piorum, abſque aſſenſu S. Pontificis, in-
currunt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ,
& ſi intrà ſex menſes non reſipuerint, ip-
ſis elapſis, incurrunt ſuſpenſionem à regi-
mine, & adminiſtratione ſuæ Eccleſiæ, vel
monaſterij, cui præſidẽt in temporalibus, &
ſpiritualibus, nulli reſeruatam. *extrau. ambi-
tioſæ de rebus Eccleſiæ non alienandis,* vbi alij
Prælati inferiores Eccleſiarum, & Monaſte-
riorum, ipſo facto priuantur officijs, & be-
neficijs eccleſiaſticis. Iſta enim eſt vera ſu-
52 ſpenſio, ſed non ab officio, ſeu ab ordine, &
diuinis, vt benè *Archidiaconus notat in cap. 2.
de ſolutionibus,* vbi ſubdit rationem, quia
inquit ipſe, adminiſtratio ſpiritualium eſt
diuerſa ab officio, & diuinis, ex quo ſequi-
tur, contrà *Hoſtienſem,* quòd taliter ſuſpen-
ſus ab adminiſtratione, etiam in ſpirituali-
bus, ſe immiſcens diuinis, vel celebrans, non
incurrat irregularitatem, ita poſt *Ioannem
Andream.* habetur per *Archidiaconum Pa-
normit. & Butrium in dicto cap. 2.* & alijs cita-
tis, proſequitur *Sayrus lib. 4. cap. 7. num. 6.* vbi
hoc ampliat, contrà *Viualdum.* etiã ſi ſimi-
liter ſuſpenſus celebraret ſollemniter. Et
ſi ſcire vultis, quid ſignificet talis ſuſpen-
ſio ab adminiſtratione in ſpiritualibus? Re-
ſpondet *Sayrus loco ſuprac.* ſignificare pro-
hibitionem poteſtatis diſponendi de illis re-
bus ſpiritualibus, quæ in adminiſtrando alijs,
poſita ſunt; ſiuè ſpectent ad ordinem, ſiuè
iuriſdictionem, vnde ſubdit ipſe, *Taliter ſu-
ſpenſus, nec poteſt adminiſtrare ſacramenta,
nec conferre beneficia, aut alia ſimilia facere,* ſe-
quitur *Filliuccius tract. 17. num. 32.* vbi quòd
53 ſuſpenſio ab adminiſtratione in tempora-
libus, hoc loco, nõ ſolũ ſignificet priuationẽ
fructuum dictæ Eccleſiæ, vt ſuprà dixi *verbo
Abbatiſſa,* ſed etiam poteſtatem agendi in iu-
dicio, & extrà iudicium ſuper iuribus, & poſ-
ſeſſionibus rerũ, quas ratione Eccleſiæ, quis
adminiſtrat. Talis ſuſpenſio, vt dixi, nõ eſt
reſeruata ſicut nec excõm. lata in *ead. extra-
uag.* de qua egi ſup. *recoll. 4. verbo Alienantes,*
hoc ſupponit *Quaranta ſuprac. verbo aliena-
tio rerum Eccleſiæ num. 49.* dum poſt recenſi-
tas dictas pænas, ſubdit, quòd abſolutio illa-
54 rum non ſit reſeruata, quòd tale interdictũ
& ſuſpenſio habeant locum in Cardinali-
bus, Epiſcopis, vel Abbatibus, probat *Bonac.
opuſculo de alienat. bonorum eccleſiaſt. p. 5. n. 6.*

Quæres an Epiſcopus, & Abbas vt ſuprà prę-
ter interdictum, & ſuſpenſionem, vt ſuprà
incurrat etiam excommunicationem non
reſeruatam, latam in *cit. extrau. Ambitioſæ*
Ratio dubitandi eſt quia in ea, primò fertur
excommunicatio tàm contra alienantes,
quàm eos qui alienatas res, & bona eccle-
ſiaſtica receperit, & deinde veniendo ad par-
ticularia, cõtrà eos, qui Põtificali, aut Abba-
tiali præfulgent dignitate, fertur pęna inter-
dicti, & ſuſpẽſionis, & cõtrà inferiores impo-
nitur pæna priuationis beneficiorum, modò
arguo ſic, ſi Epiſcopi, Abbates, & alij inferio-
res Prælati non incurrerent excommunica-
tionem, excommunicatio eſſet eluſoria pro
alienantibus, hoc dicere eſt abſurdum, ergò.
Minor probatur; nam qui alienat, debet ha-
bere ius in re ipſa alienata, ſed vel Epi-
ſcopus, vel Abbas, vel inferior Prælatus, sũt
illi, qui habent ius alienandi; ergò (vndè in-
55 fero, quòd non habens aliquod ius in bonis
Eccleſiæ, ſeu dominium vtile, ſi alienet nul-
lam incurrat pęnã, nam hoc caſu habet lo-
cum regula illa, ꝙ pæna non committatur
in alienatione nulla, de qua per *Nouarium
in ſumma Bullarum recent. cum de alienat.
bonorum Regularium num. 23.*) Contrarium
tamen, quòd ſcilicèt Epiſcopus, vel Abbas
56 nõ incurrat excommunicationem præfatã,
videtur expreſsè docere *Quaranta verbo*

Sſſ 2 *alie-*

Digitized by Google

*alienatio num* 49. vbi tantum aſſerit, vltrà ex-
communicationem quoad beneficiatos, ſit
priuatio ipſo facto beneficij, nec id dicit de
Epiſcopo, vel Abbate, eodem modo pror-
ſus loquuntur *Caſtrus Palaus tom. 2. tract.*
*12. de reuerentia, &c. p. 15. 16. ad fin. Barboſa.*
*de officio, & poteſt. Epiſcopi allegat.* 111. *n.* 36.
& pręſuponit *Filliuccius*, qui *tract.* 14. *num.*
114. excommunicationem prædictam enu-
merat inter illas, quæ feruntur generaliter
contra clericos, & poſtea *tract.* 17. *num.* 150.
iſtã ſuſpenſionẽ interſerit inter illas, quę sũt
contra Epiſcopos, & alios Antiſtites, clarius
hoc velle videtur *Bonacina opuſculo de alie-*
*nat. bonorum eccleſiaſticorum p.* 1. ibi. *imò alie-*
*nans ſi non fuerit Epiſcopus, vel Abbas, ligatur*
*excommunicatione, nec non priuatur beneficijs,*
*officiis, &c.* Alij auctores non loquuntur cla
re, ſed enumerant dictas pænas, prout in di-
cta extrau. ita *Rodoanus in tract. de rebus ec-*
*cleſ. non alienandis q.* 76. *num.* 33. *Riccius p.* 1.
*praxis deciſ.* 178. *Franciſcus Leo in praxi fori*
*eccleſiaſtici p.* 1. *cap.* 15. *Rodriquez tom.* 1. *qq.*
*regul. q.* 27. *art.* 9. *Lezzana p.* 1. *tom.* 10. *in prin-*
*cip.* Et tantum *Nauar. conſ.* 3. *de rebus eccleſ.*
*non alienandis* præſupponit pro certo, Epi-
ſcopum incurrere excommunicationem,
quem ſequitur nouiſsimè *Theſaurus verbo*
*alienatio cap.* 6. qui teſtatur ita DD. commu-
niter docere, forſan enumerando DD. quos
ſuprà retuli, recenſere pænas dictæ extraua-
gantis in confuſo, de quibus non eſt habẽda
tanta ratio, ſicut de authoribus ſup. allegatis,
qui loquuntur magis clarè, & ita intelligũt
57 verba extrau. An verò Epiſcopi, & Abbates
incurrant aliam excommunicationem S.
Põtifici reſeruatam *in Concil. Trid. ſeſſ.* 22.
*cap.* 11. de qua egi ſupra *recollect.* 4. *verbo*
*incidentes, & verbo vſurpare præſumentes*,
vide declarationem, quam refert *Franciſcus*
*Leo in Theſauro fori Eccleſiaſtici p.* 1. *cap.* 15.
*num.* 13. vbi quòd tali excommunicationi
ſubijciantur locantes ad longum tempus,
permutantes, alienantes, & recipientes bona
eccleſiaſtica, ſinè aſſenſu Apoſtolico, de
qua declaratione & ſi dubitet *Sopranus apud*
*Filliuccium tract.* 44. *cap* 6, *num.* 3. *verſ. Dico*
2. illa tamen non diſplicet *Bonacina in opu-*
*ſculo de alienat. bonorum eccleſiaſt. p.* 5. *num.*
3. quam opinionem ſequi etiam videtur
*Theſaurus verbo alienatio verſ.* 1. *Nota.* Quæ
tamen nunquam mihi placuit, non ſolum
ratione, de qua per *Filliuccium ſup.* nempè
quòd tales alienantes valde impropriè di-
cantur vſurpatores bonorũ eccleſiaſticorũ,
de quibus loquitur Cõcil. & maximè quia ſu
mus in materia pænali, in qua non ſit exten-
ſio, &c. ſed etiã quia in Cõſtit. Põtif. & Decre
tis poſt dictũ Cõcil. editis de hac materia, nõ
ſit mentio Concilij, ſed tantũ Paulinæ, vt no
uiſſimè patet in verbis decreti Vrbani VIII.
de alienatione bonorũ Regul. ad finem hu-
ius concluſionis relatis. Suppono enim ex
58. dictis ſuprà *recoll.* 2. *num.* 189. Epiſcopum
incurrere excommunicationẽ generaliter à
iure latam, & ſi non incurrat ſuſpenſionem,
vel interdictum, ſi ex preſiſè de eo non fiat
mentio; Quia verò in d. *extrauag.* dicitur, Epi
ſcopum, vel Abbatem ſuſpẽdi *à regimine, &*
*administrat. &c. Eccleſiæ, cui præſidet*, non
ſequitur, quòd ſi habeat plures Eccleſias, ab
adminiſtratione omnium aliarum cẽſeatur
59 ſuſpenſus, ſed quòd tantũ ſuſpenſus euadat
ab adminiſtratione illius Eccleſiæ, cuius bo-
na contra formam ipſius extrau. alienauit, vt
clarè percipitur ex verbis ſubſequentibus
ipſius textus, vbi agit de pænis alijs reſpectu
inferiorum Prælatorum, qui non habent
Eccleſiæ adminiſtrationẽ. ibi, *quorũ benefi-*
*ciorum alienarunt bona, duntaxat.* Quòad tẽ-
pus in quo contrahuntur dictæ cenſuræ, po-
ſito quòd dicta extrauagans quòad ipſas, ſit
recepta in eo loco: (nam regulariter, quòad
60 eas, & pęnã priuationis, nullibi eſt recepta,
vt dixi *ſup. recoll.* 4. *verbo commiſſarij*, & illic
allegatis accedit *Caſtro Palaus t.* 2. *tr.* 12. *de re*
*uerẽtia, &c. p.* 14. *n.* 2. *& p.* 15. *ad fin.* vnde ab al-
legante dictam vſus receptionem, debet illa
probari, vt dixi *loco cit. & præter ibi citatos,*
*habetur per Ciarlinum in ſuis controuerſ. cap.*
105. *num.* 111. *& ſeq.*) *Bonacina opuſculo de*
*alienatione bonorum eccleſiaſticorum p.* 5. *n.*
2. & ſi probet opinionem, quòd ſtatim in-
curratur perfecto contractu, fatetur tamen
contrariam opinionem *Couarr. Iaſonis, &*
*aliorum*, ſcilicet illas non contrahi, niſi poſt
rei traditionem, eſſe probabilem, quę in pra
xi eſt vera, & ſi in contractu fuiſſet appoſita
illa clauſula *ſaluo aſſenſu Apoſtolico, & non*
*aliter, nec alio modo*, vt refert fuiſſe decla-
ratum à S. Pontifice Clem. VIII. *Genuenſis*
*in ſua praxi Archiepiſcopali Neap. cap.* 45. *in*
2. *edit.* & alijs allegatis proſequitur *Bonacina*
*tom.* 3. *diſp.* 2. *quæſt.* 4. *p.* 11. *num.* 11. *& Ciarlinus*
61 *ſup. cap.* 106. *à n.* 21. (vbi reperietis cautelam
euadendi hoc caſu dictas cenſuras, & pęnas,
nempe vt inſtrumento addatur, quòd inte-
rim donec fuerit impetratus dictus aſſenſus
res ſic alienata, intelligatur locata, & con-
ducta, pro eodem canone, & pretio. de qua
re videte *Riccium par.* 1. *praxis dec.* 127.) quã
ſententiam etiam tenuit *Rota apud Seraph.*
*deciſ.* 805. *& Riccius ſuprà deciſ.* 25. & aliàs
ſæpius. Ac conſuluit *Diana par.* 1. *tract.* 8. *de*
*contractibus reſol.* 77. & ſi antea dixerit ſibi
placere opinionem *Reginaldi, & Filliuc.* ab
eo citatorũ, ipſos Rectores. ſ. alienantes, nul
lam incurrriſſe cenſuram, & pęnam ob id,
quod & ſi dictus contractus fuiſſet nullus
ex defectu ſollemnitatis, non tamem erat
nullus ex defectu cauſę, quia dicti Rectores
per talem alienationem fecerunt conditio-
nem

Digitized by Google

nem Eccleſię meliorem, quę opinio neque mihi diſplicet, nam in *dicta extrauagante* cõtra tranſgreſſores, imponũtur ſimul tres pœnæ, nẽpè cenſuræ, priuatio, & nullitas contractus, ergo qñ cõtractus non eſt nullus in foro conſcientię, neq. incurritur ſuſpenſio, nec priuatio. Conſequentia patet ex regula illa, quòd connexorum idem eſt iudicium, *cap. translato vbi gloſa verbo quòd de vno, de conſtit. cum aliis cumulatis per Andr. Gaill. lib. 1. de pace publica cap. 6. num.* 5. & in ſpecie quòd qñ nullus eſt talis cõtractus, tũc incurrantur cẽſuræ, & pœnæ, ſicut de cõtrahente nulliter matrimoniũ, nõtat *Reginal. lib. 30. tr. 3. n. 69. ad fin.* Quòd autem cõtractus alienationis rei

62 eccleſiaſticæ, vbi claudicat tñ rõne defectus ſollemnitatis ſit validus, non ſolum in foro conſcientiæ, ex quo ſufficiat ad actus validitatẽ, pro dicto foro, ꝙ ſeruetur ius naturale, maximè quando ſollemnitates inductæ à iure poſitiuo, fundantur in præſumptione fraudis, & deceptionis, vt in caſu noſtro, præter *Silu. Angel. Azor. Reginald. & Rodriq. relatos à Diana loco ſuprac. & Bonac. ſuprac. p. 4. n. 14.* allegatis *Guttierez, Parladoro, Nau. & alijs.* ꝓbat *Riccius ſup. dec. 7. n. 4. Portell. v. alien. nu. 2. & Manriquez p. 2. qq. moral. q.* 105 *num.* 39. *&* 40. (impugnando *Dianam loco ſuprac. reſol. 75. & tract. de legibus reſol.* 28. cir-

63 ca aliam opinionem, ſcilicet de herede inſtituto in teſtamento minus ſollemni, quod nõ teneatur in conſcientia ſoluere legata nõ pia, neque facere compoſitionẽ, iuxtà quantitatem dubij, ac etiam, quòd is, cui in dicto teſtamento fuit aliquid legatum, non poſſit vti occulta compenſatione) & ſi contrarium putet probabilius *Caſtrus Palaus to. 2. tract. de reuerentia, & c. p. 15. §. 6. num.* 5. quã opinionem, etiã probat *Bonacina ſup. n.* 14.

64 Sed etiã in foro externo, qñ vult Eccleſia (ad quam duntaxat, & non ad eum, qui cum ipſa, vt ſup. cõtraxit, cõpetit ius reſcindendi d. cõtractũ, *Ricc. ſup. n. 5. Seraph. dec. 256. n. 21.* intelligẽdo pro Eccleſia, nõ ſolũ ſucceſſorẽ in beneficio, ſed etiã ipſũmet beneficiatũ, qui põt hoc caſu contrauenire facto ſuo, vt poſt alios nouiſsimè habetur per *Ciarlinũ in ſuis controu. cap. 8. nu. 9. & ſeq. ac Sperellum deciſ.* 74. *num.* 34. *& ſeq.* quibus accedit *Sopranus apud Filliuccium num. 10. verſ. dico tertiò* ) & ſi Eccleſia quando nõ vult ab eo contractu diſcedere, debeat procurare, expenſis tamen emptoris, aſſenſum Apoſtolicum, vt patet ex *deciſ. Vincentij de Franchis* 35. vbi fuit datus terminus trium menſium beneficiato ad obtinendum dictum aſſenſum, & quia non potuit illum obtinere, fuit dictum licere emptori recedere à dicto contractu, reſtituendo rem emptam beneficiato, licèt inuito, ſicut è contrario *Rota in nouiſsimis p. 5. lib. 2. deciſ.* 225. *& lib. 3. deciſ.* 261. tenuit,

65 quod ſucceſſor in beneficio poſsit reuocare alienationem factam à prædeceſſore, in qua adhuc nõ fuit impetratus aſſenſus Apoſtolicus non obſtante, quòd dictus emptor obtinuerit à S. Pontifice, vt conſtito, quòd alienatio fuerit in vtilitatem Eccleſiæ, confirmaretur, ex eo quia iam fuit ius acquiſitũ dicto beneficiato ex non impetratione aſſenſus, cui iuri quæſito non derogat S. Pontifex, licèt mandauerit confirmari vt ſuprà contractum, quæ ratio militat etiam in eodẽ Rectore alienante, & ideo etiam ipſe donec fuerit expeditus aſſenſus, ſemper poteſt reuocere alienationem, & pænitere, quidquid contrarium dicat *Genuenſis in praxi cap.* 89. *n.* 4. ita fuit deciſũ per Rotã apud *Farinac. deciſ.* 206. & aliàs, vt per *Gratian. t. 3. diſcep. forenſ. c.* 514. *a n.* 7. ſecus ſi fuerit expeditus aſſenſus, licèt adhuc nõ fuerit factũ decretũ à commiſſario, vt poſt Rotam habet *Genuenſis ſuprà num.* 3. Nota hac occaſione, quòd diuerſimodè nullitas contractus alienationis rerum eccleſiaſticarum decernitur in *d. extrauagante ambitioſæ*, & in decreto S. Congregationis Concilii, iuſſu Sanctiſſ. D. N. Vrbani VIII. circa prohibitionem alienationis bonorum Regularium, nam in *dicta extrau.* dicitur ſimpliciter *alienatio hypoteca, locatio, conductio, & infeudatio huiuſmodi, nullius ſit roboris, & momenti*, in dicto autem Decreto, dicitur. *Alienationes verò, & pacta, cenſus, hypotecas, locationes, conductiones, & conceſsiones quaſcunque, contra huiuſmodi prohibitionem faciendas, Sanctitatis ſuæ authoritate, ipſo iure nullas, atque irritas decreuit.* ideoque probabilis illa opinio, de qua ſuprà, circà validitatẽ

66 contractus, claudicantis tantum ratione defectus ſollẽnitatis, etiã in foro conſcientiæ ex parte vtriuſque, nullo modo poteſt procedere in contractu inito circa bona Regulariũ, poſt dictum decretũ, quia tunc irritatio nõ eſt pæna, & propterà abſq. alia ſententia, & declaratione, ſemper contractus eſt irritus, & per conſequens, qui contraxit cum Regularibus, etiam patiente, & volente Prælato, non ſolum non facit fructus ſuos, ſed etiam ſi fuerit in mora, tenetur ad damna, hac occaſione Monaſterio obuenta, vt poſt *Bonaciñ & alios* notat *Lezzana p. 1. cap.* 10. Nota ſecundò pro dilucidatione eius, quod poſt *Nauar.* dixi ſup. *recoll. 4. verbo alienans ad finem.* nempè Regulares hodie poſt decretum ſuprà relatum, incurrere præter

67 alias pænas etiã excõmunicationẽ reſeruatam, quòd intelligitur de Prælatis localibus vel aliis habentibus adminiſtrationem, qui non præfulgent Põtificali, vel Abbatiali dignitate, quia illi vt dixi ſup. *n.* 56. vnà cum aliis pænis incurrunt excommunicationem non autẽ iſti, qui vt ibi dixi, incurrunt tãtũ interdictum, & elapſis ſex menſibus ſuſpenſionem ab adminiſtratione, &c. nam in eod. de-

Digitized by Google

decreto non imponitur expreſsè dicta excommunicatio, ſed tantum relatiuè per confirmationem pœnarum impoſitarum in *extrauag. ambitioſæ*, ibi *pænis nihilhominus Apoſtolicarum conſtitut. præſertim fel. mem. Pauli II. quæ incipit Ambitioſæ. in ſuo robore permanſuris* & vi dictæ extrauag. *Ambitioſæ*, vt dixi, dicti Abbates non incurrunt excommunicationem, ſed interdictum, & ſuſpenſionem, quòd etiam, & ſi non ita clarè, videtur innuere *Lezzana loco ſuprac. num.*1. Nota tertiò ex eo, quia in *dicta extrau.* innouantur, & confirmantur aliæ conſtitutiones iam editæ circà hanc materiam; ibi *Predeceſſorū noſtrorū conſtit. prohibitionibus, & decretis alijs ſuper hoc editis, quæ tenore præſentium innouamus, in ſuo nihilhominus robore permanſuris,* & in præfato decreto eodem modò, vt ſuprà retuli, dicitur *Pænis nihilhominus Apoſtolicarum conſtit. & præſertim fel. recor. Pauli II. in ſuo robore permanſuris.* Dato, & nō cōceſſo vt infrà *n.*80. hodie vigere pœnam ſuſpenſionis latam in *Clement.* 1. *de*
68 *rebus Eccleſiæ nō alienādis.* cōtrà Religioſos, habentes adminiſtrationem bonorum monaſterij, vel Eccleſiæ, concedentes ad vitam, vel ad longum tempus (ſcilicet vltrà triennium) redditus, vel poſſeſsiones eiuſdē monaſterij, vel Eccleſiæ, cui præſidēt, niſi ob neceſsitatē, aut vtilitatē monaſterij, & cū conſenſu conuentus, & Prælati, ſi dictum monaſterium, vel Eccleſia non habeat conuentū. Poteſt dubitari, an dicta ſuſpenſio ab officio
69 ſit eadem cum ſuſpenſione ab adminiſtratione in temporalibus, & ſpiritualibus, ſicut imponitur in *extrau. ambitioſæ*, vel ſit
70 ſuſpenſio ab ordine? (eſt enim magna differentia inter has ſuſpenſiones, quia ſi eſt primo modo, illam tranſgrediens non incurrit irregularitatem, celebrando miſſam vel ſe immiſcendo diuinis, vt dixi ſuprà, ſi autē eſt ab ordine non poteſt celebrare, neque diuinis ſe immiſcere, abſque quo non incurrat irregularitatem) *Gloſa in d. Clem. lit. S*, ſe remittit ad id, quod dixit infrà *Clem.* 1. *de decimis*, quo loco, neque reſoluit dubium. *Cardinalis Zabarella* vtroque loco ſuprà allegato, videtur inclinare in opinionem mitiorē de ſuſpēſione ab officio diuino tantum. Cōtrarium tamen videtur ſupponere *Silu. Angelus, Nau.* & alij apud *Sayrum lib.*4. *de cenſur. cap.*13. *num.*11. quibus accedūt *Filliuc. tract.*17. *num.*167. *& Conink diſp.*15. *num.*53. Qui tantū aſſerūt, eſſe regulares ſuſpenſos ab officio, *Sayrus ibid. cap.*5. *num.*2. *& ſeq.* pro certo ſupponit, quòd ſuſpenſio ab officio ſuſpendat ab omnibus prorſus officijs, quæ competunt, vel ratione ordinis, vel ratione iuriſdictionis, vel adminiſtrationis, & tantū dubitat *ibid. num.*13. an etiam includat ſuſpēſionem à beneficio, circà quod dubium refert, quinq. contrarias opiniones, & tandē concludit, & probat, quòd d. ſuſpenſio non
71 includat ſuſpenſionem à beneficio, concordat in omnibus *Suarez to.*5. *diſp.*26. *ſect.* 1. *num.*3. *cum ſequentibus, & ſect.*3. qui in terminis huius *Clem.* loquendo *diſp.*31. *ſect.*6. *n.* 8. expreſsè cenſet, dictam ſuſpenſionem non eſſe limitandam ad officium, de quo eſt ibi ſermo, ſed eſſe ſimpliciter intelligendam, idem tenet *Alterius diſp.*17. *de ſuſpenſione c.* 1. *in quinta ſuſpenſ. verſ. reſpondet Cardinalis,*
72 vbi quod hæc ſuſpenſio non ſit reſeruata, nec obliget Religioſos, qui ex conſuetudine antiqua legitimè præſcripta, ius habent concedendi poſſeſsiones ad vitam, vel vltrà triennium. Ac Religioſos, qui concedunt colono, ſeù partiario prædium vltrà triennium, & quod liget etiam fœminas Religioſas, fauet pro doctrina principali *Rodoanus in ſuo tract. de rebus Eccleſiæ non alienandis quæſt.*76. *num.*27. vbi quòd taliter ſuſpenſus, ſi celebret, incurrat irregularitatem. Accedit etiam *Theſaurus p.*2. *de pœnis eccleſiaſticis verbo alienatio cap.*5. vbi aduertit, hanc ſuſpenſionem non eſſe ſublatam per *extrauag. ambitioſæ*, quia illa loquitur de caſu par-
73 ticulari, & lex poſterior loquens generaliter, non derogat legi antiquæ, loquenti in caſu particulari, & ſic ſubdit, ſupponere *Suarez, Conink, & Filliuccium*, qui vt videre poteritis apud ipſos in fonte. *locis ab eo citatis*, nihil aliud faciunt, niſi referre iſtam ſuſpenſionem inter alias latas contrà Religioſos, ſicut efficiunt alij authores eundem ordinem obſeruantes: Non declarat tamen hic auctor, qui nam ſit iſte caſus particularis, (de quo loquatur hîc noſter tex.) diuerſus à caſibus, de quibus in d. extrau. nam extrauagans complectitur tam clericos ſæculares, quàm Religioſos, vt eſt certum apud omnes DD. itē loquitur generaliter nō ſolū de alienatione, ſed etiā in ſpecie de locatione, & eſt quoq. certū, intelligi de locatione ad longū tēpus, ſ. vltrà triennium, de qua, vt dixi ſuprà loquitur d. Clement. vt per *Quarantā v. alienatio limit.*1. *Rietiū p.*1. *praxis. dec.*116. & alios cōmuniter. adeſtq. deciſio Rotę, itē etiā Sacri Concilij Neap. apud *Praxim Archiepiſcop. cap.*61. *in* 2. *edit. num.*13. *& ſeq.* vbi deciditur,
74 dictam locationem factam vltrà triennium eſſe nullā; etiā pro triennio, proſequitur *Riet. p.*1. *praxis deciſ.*117. *&* 121. (qui *dec.*115. ſecus dicit in conceſsione ad emphiteuſim, ſolita fieri ad tres generationes, ſi v.g. fieret vltrà ipſas tres, & *deciſ.*112. declarat, quomodo ſucceſſor teneatur ſtare locationi bonorū Eccleſiæ factæ per prędeceſſorem) quod eſt verum etiam quando adderetur, quòd tot ſint
75 locationes, quot triennia, vt fuit deciſum per Rotam Romanam in vna Rauennat. & ſi in ea cauſa ſcripſiſſem pro opinione con

tra-

Digitized by Google

traria pro Paſsolinis:ita ex noſtratibus *Molina tom.2.diſp.466. ad finem.* & alij, quos ſequitur *Caſtrus Palaus tom.2. tract.12. de reuerentia,&c.p.14. num.3.* qui contrà *Molinã*
78 idem docet, quando locatio ante ſecundũ annum renouaretur pro alio triennio, etiam cum variatione prætij. Et tantò magis idem dicendum de locatione ad vitam ipſius locantis, vel conducentis, quòd eſt certum de ſimili locatione facta bonorum Eccleſiæ, de qua loquitur dicta *Clementina,* & probabilius loquendo de locatione fructuum, ſiuè commoditatum pertinentium ad beneficiatum, vt videre eſt *apud Riccium p.1. praxis deciſ. 14:* qui refert *deciſ. Rotæ, & per Caſtrum Palaum loco ſuprac. num.12.* ratio eſt, quam tangit *Molina t.2. diſp.467.* qui & ſi in illo articulo, an locatio facta vltra triennium abſque aſſenſu ſit nulla in totum nec ne, ſequatur opinionem de validitate locationis pro primo triennio, tamen agendo de iſta locatione ad vitam, concludit, illam eſſe inualidam etiam pro triennio, quia hoc caſu non poteſt tẽpus vtile ſeparari à tempore inutili, & per conſequens, non poteſt ſibi vendicare locũ regula illa vtile per inutile nõ vitiatur, quòd eſt verum etiam ſi veriſimili coniectura putari poſsit, talem dantem, vel recipientem
79 ad vitam, non eſſe vltra triennium victurũ, vt per *Caſtrum Palaum loco ſuprac. ſup. nu.1.* & clarius habetur per *Riccium p.1. praxis deciſ.118.* vbi refert *deciſ. Triuiſant*, in eo caſu, quod locatio bonorum eccleſiaſt. fuit facta
80 de biennio in biennium vſquequò conductor vixerit. Et tandem quòd locatio ad longum tempus, vel ad vitam, eaſdem ſollemnitates requirat ſicuti alienatio, poſt *Paponium*, notat *Riccius in p.1. praxis in notab. poſt deciſ.123. verſ. locatio ad longum tempus.* Ex quibus omnibus patet, caſũ d.clemẽtinæ, non eſſe diuerſum à caſu ipſius extrauag. & & per cõſequens ceſſare rationem *Theſauri* de lege noua nõ corrigente legẽ veterẽ loquẽtẽ in caſu particulari, de qua idẽ auctor etiã agit *p.1. c.12.* vnde ceſſare quoq. debet eius doctrina fauet; *Rodriq. t.1. qq. regul q.27. art.9* vbi facit mẽtionẽ huius clemẽt. & ſuſpẽſionis in ea impoſitę, & poſtea ſubdit, per Paulinã fuiſſe impoſitas pęnas grauiores, quas enumerat, nullã faciendo mẽtionẽ d.ſuſpenſionis, prout etiam obſeruant Doctores alii, quos ſup. retuli, & præcipuè nouiſsimus *Lezana in ſumma qq. Regular. cap.10. in principio, & Portellius v. alienatio, in addit. n.2.* qui dicit, quòd pænæ pro Prælato Regulari indebitè alienãte bona Eccleſiæ, ſunt excommunicatio, & alienationis annullatio, & licèt ſubdat, *quòd inſuper deiiciatur ab honore, ideſt maneat ſuſpenſus.* mouetur tamen non ex d. clementina, ſed ex *can. Epiſcoporum 17.q.4.* vbi non reperitur d.canon, ſed benè *in can. nulli*, fit mentio de tali amiſsione honoris, ſed vt ibi eſt videre in *in addit. lit. T.* illa verba, *honore amiſſo,* abſunt ab omnibus *edit. Concil. v. Cartagin. & duobus vaticanis exẽplaribus*, & *Iuone,* inſuper citat *Portellius* ad hoc, *Rodriquez loco ſuprac.* qui nullam facit mentionẽ dictæ ſuſpenſionis, & ſaltẽ, ex quo Doctores aſſerunt, non eſſe receptas pænas dictæ extrauag. quæ eſt recentior, quantò magis poteſt dici, nec eſſe quoq. receptã hãc pænam ſuſpenſionis huius Clement. quæ eſt
81 antiquior. An autẽ dare mãdatũ alicui pro lõgo tẽpore, vt poſsit locare, tñ ad modicũ tempus, nempè ad triennium in triennium ſit licitum, contrà aliquos, poſt *Molinam,* affirmat *Caſtrus Palaus loco ſuprac. num.9.*

Alienis debitis Eccleſiã ſibi commiſſam
82 grauare præſumens perſona eccleſiaſtica Epiſcopo inferior, incurrit ſuſpenſionem ab adminiſtratione temporalium, & ſpiritualium (quid importet hęc ſuſpenſio, dixi ſup. n.) non reſeruatã, parte ſatisfacta tamen *cap.2. aliàs ſi quorundam exi. de ſolut.* de qua latè *Alterius diſp.12. Bonacina tom.3. diſput.3. q.4. p.14. & nouiſsimus Theſaurus p.2. de pænis eccleſiaſticis verbo obligans,* vbi benè declarãt, quòd tunc pro alienis debitis, Rector, & beneficiatus, commendatarius, vel etiam habens Eccleſiã, ſibi cõmiſſam tãtũ per procurationem, vt poſt alios explicat *Theſaurus loco ſuprac.* dicatur grauare eccleſiam ſibi cõmiſſam, & incidat in hanc ſuſpenſionem quando nõn pro neceſsitate, vel vtilitate Eccleſię, & ſui ipſius neceſſaria ſubſtentatione, ſed aliorũ v.g. cõſanguineorũ ſuorũ, vel amicorũ, bona d. Eccleſię obligaret, etiã mutuo, vel fideiuſsione. Non tamen tangunt Do-
83 ctores præcitati, an per Paulinam ſit correctus hic textus, ita vt eius pæna hodiè cũ pænis ibi impoſitis ſit cõmutata, prout dubitaui in caſu proximæ præcedentis concluſionis. Ratio dubitandi eſt in promptu, nam in dicta Paulina non ſolum prohibetur alienatio, cuius nomine venit quælibet obligatio, ſed in ſpecie prohibetur hypotheca bonorũ eccleſiaſticorũ, ꝙ verbũ *Hypotheca.* & ſi preſsè ſumptum ſignificet obligationem rei immobilis, in quo differt à pignore, quod dicitur à pugno, & ſic denotat obligationem rei mobilis. *gloſa in cap. nulli de rebus eccleſia non alien.* tamen certum eſt in dicta Paulina ly *hypotheca*, vtramq. obligationem comprehendere, & rei immobilis. & mobilis pretioſæ, & quæ ſeruando ſeruari poteſt, vt etiam ſumitur in titulo, *C. qui potiores in pignore habeantur,* & notat in terminis *Molina tom.2. diſp.464. num.3.* iunctis his, quæ poſtea idem auctor dixit *ibid. diſp.468 num.16.* Cum igitur in dicta Paulina ſimpliciter prohibeatur obligatio bonorum Eccleſiæ, tantò magis cenſetur prohibita obli-

gatio

Digitized by Google

gatio prædictá pro alienis debitis, quod fit
in hoc noſtro *cap.*2. ſub pæna ſuſpenſionis
vt ſuprà. Hoc tamen non obſtante, dico hãc
prohibitionẽ & ſi illa in aliquibus cõueniat
84 cum prohibitione facta in dicta Paulina,
ſcilicèt in nullitare obligationis prædictæ, ꝙ
maximè eſt verũ in caſu huius tex. reſpectu
obligationis ipſius Eccleſiæ, quę tãtũ tenetur
ſatisfacere quoad id, quod verſũ fuit in vtili-
tatẽ ipſius, *Bonacina ſuprac. p.*14.*num.*2.( vbi
ſub *num.*1. remiſſiuè habetis, ad quem per-
tineat ſoluere bebita contracta à beneficia-
tis ) itẽ in obligatione reddendi Eccleſiã in-
demnem, in præſumption e, & temeritate,
quæ requiritur in obligante, vt ſup. ad incur-
rendas pænas, & tãdẽ quòd debeat eſſe obli-
gatio, ſeu hypotheca ſpecialis, nec ſufficiat ge
neralis, vt dicitur in *d. cap. nulli.* & ſimil. Ta-
men differre, præcipuè quia ad incurrendas
85 pænas Paulinæ requiritur effectus cõſuma-
tus per traditionem rei, ad incurrendam
autem hanc pœnam ſuſpenſionis, (dato quòd
illa hodiè ſit in ſuo robore, quòd non
credo, ratione de qua ſuprà *num.*81.) ſuffice-
ret actus attentatus, nempè obligatio ipſa,
aut conceſſio facultatis, facta alicui de obli-
ganda ipſam Eccleſiam, vel traditio chartæ
ſigillo Eccleſiæ, obſignatæ, in qua detur
facultas ibi obligandi Eccleſiam, vt habetur
in dicto tex. Ex quo obiter nota circà id di-
xit ***Rota apud Seraph. in deciſ.***180. quòd ſcili-
86 licèt in conſtitutione procuratoris ad alie-
nandum, requiratur eadem ſollemnitas, quæ
requiritur ad alienandum, intelligi prout in
caſu illius *deciſ.* ſcilicèt ſollemnitatis reſpi-
cientis conſenſum ſuperioris illius Eccle-
ſiæ, cuius bona mandantur alienari per cõ-
ſtitutionem procuratoris, non autem de
ſolemnitate aſſenſus Apoſtolici, qui ſufficit,
ſi expediatur per dictum procuratorem.
Adde *Riccium p.* 1. *praxis deciſ.*57. *in impreſſ.
prima Neap.* docere quòd procurator alienãs
rem Eccleſiæ reſeruato aſſenſu Apoſtolico,
ſi dederit poſſeſſionem ante illius aſſenſus
impetrationem, non per hoc principalis in-
currat cenſuras, & licèt loquatur in procura-
tore alienante cum generali mandato *cum
libera, &c.* tamen neceſſe eſt, vt preſupponat,
dictum mandatum nõ eſſe generale ad alie-
nanda quæcumque bona, cùm illud non
ſufficiat in caſu noſtro, ſed requiritur in-
diuiduale mandatum ad allienandum tale
prædium, vt aduertit *idem author ibid. deciſ.*
55. Vnde quando in ipſo ſpeciali mandato,
expreſsè non dicitur, quòd valeat rem tra-
dere, etiã ante impetratũ aſſenſũ, principalis
nõ incurrit d. cẽſuras, quia ſemper intelligi
87 debet mandatum datum ad omne id, ſine
quo ille actus explicati non poteſt, *l.* 2. *ff. de
iuriſdictione omnium iudicum, cum alijs addu-
ctis per Rotam apu d Seraph. deciſ.*1096. *nu.*2.
& maximè quando tractatur, quòd domi-
nus incidat in pænas, cùm in mandato gene-
raliter dato ad aliquid faciendum, nunquam
cẽſeatur data facultas faciendi principalem
88 incidere in pænas, *Rota apud eandem Se-
raphinum deciſ.*969. *nu.*6. igitur hoc caſu ipſe
procurator incideret in pænas. Nota quòd
*Bonac. ſuprac. p.*14. *ſub n.*1. *verſ.*2. *ad finem.*
poſtquam refert doctrinam *gloſæ*, dicentis,
non affici ſuſpenſione hac, beneficiarium
mutuo accipientẽ, vel fideiiubentẽ nomine
Eccleſię, ad ſui neceſſariã ſubſtentationẽ, cũ
tali caſu non diceretur obligare Eccleſiam
pro alienis debitis, ſed proprijs, & ad Eccle-
89 ſiam ſpectantibus. Subdit, ***caueat tamen Ec-
cleſiæ cuſtos, ne in hac parte alias conſtitutio-
nes transgrediatur.*** ꝙ dictũ ſi velimus intelli
gere de cõſtit. Paulinę, nõ põt interpretari de
trãſgreſſione ipſius, ratione defectus dũtaxat
ſollẽnitatis ab ea reqſitę, nãpoſito, ꝙ hic adſit
cauſa legitima, & ſufficiens, prout eſt pietas,
90 qualis ſecũdũ cõmunẽ ſententiã DD. adeſt
vbi agitur de ſubueniẽdo nõ ſolũ extremis,
ſed etiã grauibus proximorũ neceſsitatibus,
non ſolum eorum, qui ſint de eadem Eccle-
ſia, ſed etiam qui ſint de alijs, vt poſt ***gloſam
in ſũma*** 13. *q.*2. ab omnibus authoribus in hac
materia, receptã, refert ***Molina ſ̃ꝑra c. diſp.***
468. *cõcluſ.*2. *& Ciarlin. c.*18. *n.*26. nõ incur-
rũtur eiuſdẽ Paulinæ pænæ ob defectũ tan-
tũ ſollẽnitatis, vt dixi ſup. *n.* 62. Ex eo autẽ
q̃ feci ſuprà mẽtionẽ de mutuo, vel fideiuſ-
ſione nominæ Eccleſiæ facta ꝑ cõſaguineis,
poteſt dubitari an alienatio facta à Rectore
91 de rebus Eccleſiæ ſuo cõſanguineo, hac cau-
ſa præciſa, reſcindi debeat, ideòque volui hic
adnotare, quòd hoc dubium fuit excitatum
à Rota Romana, & tentum pro negatiua, vt
eſt videre apud ***Seraph. deciſ.***1124. ***num.***6. &
alijs citatis, & adductis, proſequitur ***Riccius p.***
92 1. *praxis deciſ.*16. Mutuans autẽ Beneficiatus
pecuniã Eccleſiæ, extrà caſum pietatis, non
dicitur grauare Eccleſiã alienis debitis, ſed
potius alienare pecuniam Eccleſiæ, & per
conſequens non ſubiacet pænis huius noſtri
tex. ſed Paulinæ (vbi illę ſunt receptę) quan-
do dicta pecunia venire põt appellatione rei
immobilis, veluti qñ eſt fructifera, in monti-
bus, vel cenſibus collocata, vel etiã ſecundũ
probabiliorem opinionem, quando prouẽ-
ta eſt de venditione rerum immobiliũ cum
obligatione reinueſtiendi in alia ſtabilia, vt
poſt ***Riccium, & alios, habetur per Bonacinam
in opuſculo de alienat. bonorum eccleſiaſt. p.9.
num.***3. vbi idem dicit de pecunia monaſterio
93 tradita pro dote monialis, ipſa enim cùm
de ſui natura reinueſtienda ſit in ſtabilia,
ideo licèt ſine aſſenſu poſsit inſumi in emẽ-
dis dictis ſtabilibus, vel etiam conſtruenda,
aut reficienda domo, vel Eccleſia neceſſaria
Adde vel ſimpliciter redimere cẽſũ, quo mo
naſteriũ erat grauatũ: nam redemptio licèt ſit
ſpe-

Digitized by Google

ſpecies alienationis, eſt tamen alienatio neceſſaria, quia eſt ſolutio prioris contractus, ideo poteſt fieri abſque ſollemnitate, vt poſt Rotam, habetur per *Duardum tom.2. de cenſibus p.5.q.15. num.3.* qui loquitur in minore, à quo valet argumentum ad Eccleſiam, *Euerardus in ſuis locis Argum. loco 31. & Barboſa eod. tract. loco 73* non tñ pôt dari mutuo abſq. aſſenſu. Dixi *ſimpliciter*, quia ſecus eſt ſi fiat pro cõſtitutione alterius, & ſi minoris. Dixi *cũ obligatione reinueſtiendi* quia ad hoc nõ ſufficit, eſſe illam pecuniam redactam ex venditione immobilium, vt dicit eſſe magis communem opinionem, & ſic bis deciſum *Genuenſis in praxi cap.61. nu.8. & ſeq.*

94 Apoſtata à Religione, in apoſtaſia ſacrum ordinem recipiens, incurrit ſuſpenſionem S. Pontifici reſeruatã, etiam poſtquã reuerſus fuit in Religionem, & Abbati per pęnitentiã reconciliatus. *cap. conſultationi ex. de apoſtatis*, de qua re *Sanchez lib.6. ſumma moralis c. 8. à num.24. Suarez tom.4. de Religione lib.3. cap.1. num.29. Fagundez lib.8. in ſecundum praeceptum Eccleſiæ cap.6. num.18. & Bonacina t.3. diſp.3. q.8. p.11. & de clauſura q.3. p.11. §.4* Qui pro *apoſtata, & tẽpore apoſtaſia*, intel-
95 ligũt, eũ, qui habitu mutato in alio habitu, qui non ſit religioſus, manet in ſęculo, & per conſequens docent, eum, qui animo deſerendi Religionem, nec tamen habitum dimittens, vel etiam alterius Religionis habitũ induens, & ſi abſq. debita licentia, animo tñ illam, etiam laxiorem, ingrediendi, ordinem ſacrũ ſuſcipit, non incurrere hanc ſuſpenſionem ipſo iure, teſtantur de probabili *Fagundez, & Bonac. locis ſuprac.* Qñ quis dicatur apoſtata, vide latè per *Ricciull. lib. 8. de iure perſonarũ per totũ, Bellett. p.2. §.23. à n.7.* Dixi *ordinẽ ſacrũ ſuſcipiens*, quia ſi talis etiã habito dimiſſo, ordines minores ſuſciperet, nõ incurreret aliquam ſuſpenſionem, ratione Apoſtaſię pręcisè, ita poſt *Suarez, Sãchez, Alterium, Santarellum, & alios Bonacina tom.3. diſp.3. q.11. p.11. num.4. & repetit in opuſculo de clauſura q.2. p.11. §.4. ſub num.5.*
96 vbi quòd Bulla Pauli IV. ſuſpendens apoſtatas à cuiuſuis ordinis exequutione, omni gradu, &c. ſit per Pium V. redacta ad terminos iuris cõmunis, hãc etiã opinionẽ ſequi videtur *Lezzana ſup. ſub n.12.* vbi tantũ facit mentionem de ſuſpenſione ordinis ſacri. Dixi *ratione apoſtaſia pracisè*, quia ratione excommunicationis, in quam inciderat ob apoſtaſiam, etiam inſpecto iure cõmuni, iuxtà opinionem, quam ſequutus fui *ſup. recoll.4. verbo Apoſtata à Religione* (quidquid contrarium doceant plures Doctores, apud *Bonacinam loco vltimo citato*, & latè eſt videre apud *Sanchez lib.6. ſumma moralis cap.8. num.11. & Lezzanam p.1. cap. 16. num.11. & 12.* quòd ſcilicèt nulla excom-
97 municatio ſit à iure communi, contra dictos apoſtatas lata, ſed tãtũ per priuilegia Religionum. Nam opinionem noſtram, poſt *Leſſium, Siluestrum, Caiet. & Sà*, ſequũtur *Fagundez loco ſuprac. n.16. ad finem. & Theſaur. v. Apoſtata cap.2. §.1* quę eſt vera, etiam ſi habitus dimiſsio fuerit cum animo illũ reaſſumendi, ita procedit *deciſ. Achill. ibi allegata*, vt per *Ricciullum lib.8. de iure perſonarum cap.1. ad finem.* ac etiam procedit in caſu noſtro pro incurſu ſuſpenſionis. Certũ eſt, eſſe ſuſpenſum, & hoc eſt, quòd diſponitur in *c. cum illos de ſententia excomm.* & ita loquitur *Suarez cum alijs allegatis*, pro contraria ſententia, ſcilicèt talem apoſtatam ſuſcipientẽ minores ordines, incurrere etiam ſuſpenſionẽ, de qua ſup. *Theſaurus par.2. de pœnis eccleſiaſt. verbo Apoſtata cap.2. num.3.* Sicuti ex alio capite etiam eſſe poteſt ſuſpẽſus, quia nẽpè ordinatus ſine dimiſſorijs ſui Ordinarij, vel cũ dimiſſorijs falſis, vt infrà ſuo loco dicetur. Iſta ſuſpenſio eſt *ab ordinis ſuſcepti adminiſtratione*, & ſic poterit miniſtrare in alijs ordinibus, ſuſceptis ante apoſtaſiã præfatam. Dixi *ante apoſtaſiam, &c.* quia per dictam ſuſpenſionem prohibetur ad ſupe-
99 riores ordines aſcendere non præcedente S.P. diſpenſatione, quæ ſufficit, ſi talis diſpẽſatio ſit, vt poſſit in ordine ſuſcepto in apoſtaſia miniſtrare, *Sanchez ſuprac. c.8. n.22. cum duobus ſequentibus*, & *Bonacina loco ſuprac. n. 10. & 11.* qui ſubdit, hoc maximè procedere in opinione eorum, qui docent, prohibitionem miniſtrandi in ordine ſuſcepto, tẽpore apoſtaſiæ, potius eſſe ſuſpenſionem, quàm irregularitatem.

## B

100 BEnedicens ſecũdas nuptias Sacerdos, non eſt ipſo iure ſuſpenſus ab officio, & beneficio, ſed ſuſpendendus, vel alia pæna arbitraria ab Epiſcopo multandus, ita communiter intelligunt Doctores *tex. in c.1. de ſecundis nuptijs.* vbi imponitur dicta ſuſpẽſio, vt refert *Bonacina tom.3. diſp.3. q.3. p.5. ad finem.* teſtatur de communi poſt *Menoch. Genuenſis in praxi cap.60. ad finem.* vbi habetis ꝙ licèt de iure, non ſint benedicendæ nuptiæ, quando vnus ex coniugibus ſit viduus, & benedictus, ſiue ſit vir, ſiue fæmina. *cap. vir autẽ eod. ille tit.* tñ hodie de cõſuetudine, (quę vbi viget facit ceſſare d. pænã. *Bellett. p.2. §.34. n.1. ad fin.*) quãdo viduus & ſi iterũ benedictus, ducit virginem, benedicuntur nuptiæ. Dixi *fuerit iterum benedictus*, quia ſi
101 ambo eſſent vidui, tamen nunquam benedicti, iterum erunt benedicendi, vt ibi per eundẽ *Genuenſem*, & proſequitur *Theſaurus p.2. de pœnis eccleſ. v. Matrimoniũ cap.2.* inter alios allegans *Auguſtinũ Barboſam in collect. ad d. c. primum.* Qui tamen *in tract. de officio Parochi cap.21. ad finem.* videtur tenere

Ttt con-

contrariam ſententiam, quòd dictus Sacerdos incurrat præfatam ſuſpenſionem. Cætera vide infrà *Parochus, & Sacerdos.*

102 Beneficia reſeruata, ſeù affecta Sedi Apoſtolicæ, *Epiſcopo*, & Archiepiſcopo præcipitur, & inhibetur, ne quouis prætextu, cauſa, aut quæſito colore, alicui conferre, ſeù de illis prouidere, aut in illis, ſeù eorum poſſeſſione, ſeſe intromittere audeant, vel præſumant ſub ſuſpenſionis à diuinis, & interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ. Alijs verò inferioribus, ſub excommunicationis, & alijs arbitrio Sedis Apoſtolicæ. Et quòad omnes, ſub priuationis facultatis conferēdi beneficia in eorū mēſibus pro tēpore vacātia, pænis. Ità per Piū IV. & Pium V. apud *Quarant. v. beneficiorū reſeruatio* penes quem in edit. veneta apud *Iunctas* de anno 1619. habetis cōſtitutiones ipſas per extenſum. Hęc autē ſuſpenſio, quòd non ſit latæ ſententiæ, ſed ferendæ, patet ex regula tradita, *ſup. recoll.* 1. *num.* 157. Quale autem beneficium dicatur reſeruatum & affectum explicaui breuiter *in meo tract. de officio Cappellani q.* 3. *à num.* 104.

Beneficiorum reſignationes, vide ſuprà *recoll.* 4. *verbo reſignationem beneficiorum.*

Beneficiorum collatio, vel receptio, per abuſum laicæ poteſtatis, infrà *Eligere.*

Bonorum eccleſiaſticorum alienatio, vel locatio, ſupra *Alienantes.*

## C

CApitulum Sede vacante, intra annum à die vacationis, concedens dimiſſorias ad ordines, alijs, quàm arctatis ratione beneficij recepti, vel recipiendi, nō incurrit
103 ſuſpenſionem, ſed interdictū eccleſiaſticum, vt habetur in *S. Concil. Trid. ſeſſ.* 7. *cap.* 10 *de reformat. Toletus lib.* 1. *ſua ſumma cap.* 50. *verſ. ſecunda eſt.* & alij communiter. Quando dixi *Capitulum ſede vacante*, intelligitur tam per obitum Epiſcopi, quàm per eius translationem ad aliam Eccleſiam, vel re-
104 nunciationem, quo caſu currit tempus dicto capitulo ad creandum Vicarium 8. dierum à die ſcientiæ renūnciationis, vel tranſlationis, vt declarat *Quaranta verbo Capitulū ſede vacante num.* 3. *ver. Terminum.* Intellige ſecundò etiam, quòd dictum capitulum haberet territorium ſeparatum, & diſtinctum & exemptum ob immemorabilem poſſeſſionem, & ſint iudices ordinarij, ita poſt *Quarant. & Ricciū, Barboſa ad cit. c.* 10. *Concil. nu.* 17. qui tamen *ibid. ſeſſ.* 23. *cap.* 10. *num.* 16. refert *Gratianum, Campanilem, & ſeipſum cùm de offic. & poteſtate Epiſcopi alleg.* 7. *num.* 8. tenere, quod non intret diſpoſitio huius de-
105 creti cōtra Capitulum Ordinarium priuatiuè quòad Epiſcopū, iuſq. habens viſitandi, & cōgregandi ſynodū, quia tale Capitulū ſicut Abbates, de quibus ego *ſup. n.* 36. habentes eaſdem qualitates, poſſet ex ſe concedere dimiſſorias quòad ſibi, hac ratione ſubditos. Tertiò neque ad euitandum dictum interdictū ſuffragari capitulo præfato, quod vi iuris cōmunis, vel priuilegij, aut conſuetudinis dictas dimiſſorias concedat, vnde habet locum dicta pæna, vbi eſt receptum dictum Concil. vbi verò non eſt receptum, poteſt concedere dictas dimiſſorias tàm infrà annum, quàm poſt, cùm hoc illi concedatur per ius commune in *cap. nullus* §. *Epiſcopo de temporibus ordinat. in* 6. Quando dicitur *intra annum à die vacationis*, *&c.* ſequitur,
106 quòd poſt annum poſſit dictas dimiſſorias concedere etiam non arctatis, quæ proſint etiam finita capituli authoritate: ita poſt alios *Barboſa ſuprac. ſect.* 7. *c.* 10. *n.* 12. Qui idē habet *in collectanea Bullarum, & decretorum verbo Capitulum ſede vacante num.* 5. *& ſi n. ſeq.* referat contrariam declarationē, tū ſicut *Garzia* ibi *cit.* teſtatur, illa non ſeruatur in Regno Caſtellæ, & *Barboſa* idē dicit de Regno Portugalliæ, idē dico ego, nūquā me vidiſſe illā ſeruari in Italia, & ꝙ ita ſe habeat praxis, teſtatur *Sanch. lib.* 7. *conſil. mor. c.* 1. *dub.* 20. *n.* 37 Quòd poſt annum ſpectet ad Vicarium Capitularem, non autem ad capitulum dare dictas dimiſſorias, refert reſolutum in S. Congreg. *Barboſa loco proxim. cit. n.* 13. ꝙ intellige vt infrà. Itē quia dicitur *concedere dimiſſorias*, non per hoc excluditur, quin poſſit concedere commendatitias, ſeù litteras teſtimoniales de vita, & moribus ijs, qui habēt diploma Pontificium ad recipiendos ordines à quocunq. Antiſtite, vel ab aliquo Antiſtite particulari, illæ enim differunt à dimiſſorijs, vt poſt alios notat *Bonac. t.* 3. *diſp.* 3. *p.* 1. *p.* 11. *ad fin. & Barboſa loco primo cit. n.* 2.
108 quæ cōmendatitiæ ſunt neceſſariæ, alias incurret tàm Ordinans, quàm ordinatus ſuſpenſionem, vt per *Bonacinam loco ſuprac. n.* 22. & dicā infrà *ordinans. & ordinatus.* Itē ꝙ nō prohibetur, Capitulo hoc anno dare licētiā extero Epiſcopo exercēdi Pontificalia in eius Diœceſi, vt ordinet exteros habentes litteras Epiſcoporū ſuorū, non autē ſubditos vacantis ſedis, *Barboſa ead. ſeſſ.* 7. *cap.* 10. *num.* 5. vbi ad hoc allegat inter alioſs *Quarantam ſup. q.* 11. qui poſt *Henriquez* aduertit, id intelligi debere de ſubditis vacantis ſedis, ſæcularibus, & ſic nō includuntur Regulares,
109 vt volebat *Vaſquez apud eundem Barboſ. ibid. n.* 3. & malè quidē, cùm Regulares non egeāt dimiſſorijs Epiſcopi, & examinari debeat ab ordinante, & ab eo diſpenſari in interſtitijs ad relationē ſuperioris, idē *Barboſa cit. ſeſſ.* 23. *cap.* 10. *n.* 13. *Lezzana c.* 14. *n.* 12. *& Sanchez ſup. num.* 44. idem dicerem de ſubditis dictæ Eccleſiæ vacantis habentibus diploma pontificium, vel dimiſſorias Epiſcopi

iam

Digitized by Google

iam mortui, aut tranſlati, &c. quæ non expi-
110 rant per mortem, vel renunciationem,
aut tranſlationem, vt per *Quarantam ſuprà*
*quæſito* 10. *verſ. ſecundò dubitatur*, & alij cõ-
muniter, & ſic intellige *Marchinum ſuprà n.*
16. *Quin.* 20. nótat contrà quoſdam, poſſe Epi
ſcopum, vel Vicarium habentem facultatẽ
ab Epiſcopo concedendi dimiſſorias, illas
dare etiam pro omnibus ordinibus, & ſic nõ
111 eſſe neceſſe, vt pro quolibet ordine detur
dimiſſoria particularis, vt aliqui putabant, &
ſi debeat in dictis dimiſſorijs exprimi, qui or-
dines ſint conferendi, quia cõcedendo, reci-
pi ordines minores, vel ordines abſolutè, nõ
comprehenduntur ordines ſacri, vt poſt *Sal-*
*zedum, & Rebuffam*, notat *Sanchez lib. 6. con-*
*ſil. moral. cap. 1. dub. 20. num. 9.* vnde ſufficiunt
d. dimiſſoriæ, ad hoc vt mortuo Epiſcopo, aut
Vicario, quis etiam poſſit ordines illos ſuſci-
pere. Quòd etiam dicitur *ad ordines*, in-
tellige etiam minores ordines, nam etiam
recipientes illos cũ dictis dimiſſorijs multã-
tur in *eadem ſeſſ. 7. cap. 10.* de qua pæna egi
ſup. *recoll. præced. nu. 92.*) ita *Sanch. ſup. n. 26.*
imò etiam ſi ad primam tonſurã, *Quaranta*
*ſuprac. quæſit. 20. verſ. ſecundo amplia.* referũt
deciſũ *Garſias p. 5. de benefic. cap. 7. num. 94. &*
*Barboſa ſup. num. 2.* vbi in ſpecie, quòd poſſit
112 dare dimiſſorias pro prima tõſura ſæculari
præſentato à patrono laico ad beneficium
eccleſiaſticũ. Qui dicantur arctati ratione
beneficij recepti, vel recipiendi, quibus di-
ctum Capitulum licitè poteſt concedere di-
miſſorias, habetis apud eundem *Barboſam*
*ſuprac. cap. 10. ſeſſ. 7. num. 2. & n. 18. cũ ſequent.*
113 vbi quòd capitulũ poſſit dictis arctatis cõ-
cedere dictas dimiſſorias, etiam ſi ordinandi,
illas poſſint obtinere ab alio Epiſcopo, cui
ſunt fortè ſubditi, vel ratione originis, aut
domicilij, vel beneficij. Tale autem *inter-*
*dictum* eſt perſonale particulare abſolutè la-
tum, & licèt ſit latæ ſententiæ, tamen non
114 eſt reſeruatum, ideòque poteſt abſolui à
quolibet confeſſario, iuxtà regulas genera-
les infrà tradendas, cùm de abſolutione ſu-
ſpenſionis, pro nunc videte *ConinK diſp. 17.*
*de cenſuris num. 72.* Ad dictum interdictum
incurrendum non eſt neceſſe, quòd qui di-
miſſorias recipit ab eodem Capitulo, illis
115 vtatur, ſed ſufficit, ſi ab eo ſint expeditæ, &
ordinãdo cõceſſæ, nã tũc quoad cõcedentẽ
actus fuit perfectus, refert deciſũ *Garſias in*
*add. ad cit. c. 7. n. 92.* confirmat *Barboſa loco ſu-*
*prac. ſup. num. 22.* Hæc ſunt clara. Dubium
verſatur in eo, quòd in eod. *S. Concil. Trident.*
*ſeſſ. 23. cap. 10. ad finem.* imponitur pæna ſu-
ſpenſionis ab officio, & beneficio per annũ
*alijs quibuſuis in iuriſdictione Epiſcopi, loco*
*Capituli ſede vacante ſuccedentibus*, qui con-
cedũt infrà dictum tempus eaſdem dimiſſo-
116 rias nõ arctatis, vt ſup. An ſcilicèt Vicarius
capitularis concedens dictas dimiſſorias,
incurrat interdictũ, vel ſuſpenſionem. *Mar-*
*chinus tract. 1. de ordine p. 6. cap. 3. num. 14.* pu-
tat, dictum Vicarium incurrere ſuſpenſionẽ
Contrarium autem, teſtatur fuiſſe deciſum
per Rotam in Burgen. Canon. 17. Octobris,
& 28. Nouembris 1586. coram *Giptio Bar-*
*boſa ad cit. ſeſſ. 7. cap. 10. num. 21.* vbi ſubdit
ex Rota ibidem, quòd dato, dictus Vicarius
117 incurriſſet ſuſpenſionẽ, tamen aliæ dimiſ-
ſoriæ datæ poſt annum, eſſent validæ, ſi nõ
fuit declaratus ſuſpenſus, & ſic fuerit tantũ
occultus, idẽ dicas de Vicario capitulari crea
118 to nõ à Capitulo, ſed à Metropolitano, vel
Epiſcopo antiquiore, ob negligentiam Ca-
pituli, iuxtà aliud decretum eiuſdem Conci-
lij *ſeſſ. 24. cap. 16.* quòd ſcilicèt incurrat non
ſuſpenſionem, ſed interdictũ, ratio eſt, quia
licèt hoc caſu non eligatur à Capitulo, tũ
eligitur ab illo alio, loco Capituli, & eſt Vi-
carius capitularis. Vndè ſi Vicarius ille con-
ſtitutus à Metropolitano, vel Epiſcopo anti-
quiore moriatur, vel renunciauerit, integrũ
eſt Capitulo, creare infrà alios 8. dies Vicariũ
capitularẽ. *Quaranta ſup. verſ. quarto, &c. Ga-*
*uantus eod. verbo num. 22. & alij.* Sed quid ſi
fuit dictus Vicarius datus à S. Pontifice, & ſit
119 Vicarius Apoſtolicus, vt accidere ſolet ob
diſcordiam Canonicorum: tangit hanc dif-
ficultatem *Theſaurus p. 2. de pænis eccleſiaſti-*
*cis verbo ordo cap. 19. verſ. amplia 2.* qui aſſe-
rere videtur, poſſe dictum Vicarium Apo-
ſtolicum tàm intrà, quàm vltrà annum dare
dimiſſorias, niſi ei ſit reſtricta facultas in lit-
teris ſuæ commiſſionis. Nàm regulariter
Vicarij Apoſtolici dati ob inhabilitatem
120 Epiſcoporũ, concedunt dimiſſorias, vt poſt
*Mandoſium, habetur per Sbrozium lib. 2. de*
*officio Vicarij cap. 41. num. 7.* vbi *num. 5.* poſt
eundem *Mandoſium, & Panuin*, aſſerit, pote-
ſtatem Capituli ſede vacante, concedendi di-
miſſorias infrà dictum annum pro arctatis,
121 tranſire ad Vicariũ capitularem, etiam ſi-
nè ſpeciali conceſſione, vel conceſſione ali-
quorum caſuum ſpecialium cum clauſula
generali. Quòd intelligendum erit, quando
id ſpecialiter non reſeruatur ab ipſo Capi-
tulo, vt ſcilicèt non concedantur dictæ di-
miſſoriæ etiam in caſibus à S. Concilio con-
ceſſis, abſque expreſſo conſenſu capitulari-
ter habito, vt fieri ſolet, & patet ex formula
deputationis Vicarij capitularis appoſita à
*Quaranta loco ſuprac. ad fin.* & refert etiã *Bar*
*boſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 54.*
*ſub num. 159.* vbi ſubdit optimas adnotatio-
nes ad ipſius formulæ declarationẽ, & ſecun
dũ hãc formulã poſsũt procedere declaratio
nes, aliquãdo loquẽtes de Capitulo, & aliquã-
do de Vicario, qui Vicarius, ſi illas cõcederet
122 cũ cõſẽſu Capituli in caſibus à S. Cõcil. nõ
cõceſſis, tã Vicarius, quã Capitulũ incurrerẽt



Digitized by Google

pœnâ interdicti, iuxtà eá, quę dixi ſup. n. 103. An autem etiam ſecundùm eandem formulam, intelligi debeat declarationes, quas refert *Barboſa in collect. Bullar. & Decretorum verbo cap. ſede vacante num. 13. & ad Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 10. num. 15.* quòd ſcilicèt Capitulum cathedralis, non autem eius Vicarius, in caſibus, in quibus eidem, ſede epiſcopali vacante, licet per hoc decretum, dimiſſorias concedere, poſſit etiam ex cauſis in
123 Concilio expreſsis, ordinum interſtitia remittere, videtur dubium, cùm idem *Quaranta*, qui ponit hanc formulam *loco ſuprat. quæſito 10. verſ. & refertur*, teſtatur S. Congregationem declaraſſe, facultatem remittendi interſtitia Epiſcopo competentem ex cauſis, &c. tranſire in Vicarium, quando ex decretis eiuſdem Concilij poteſt concedere licentiam ordinandi, quam declarationem refert etiam *Riccius p. 1. praxis decif. 715.* Ita etiam poteſt dubitari de alia declaratione relata *à Barboſa ad cit. cap. 10. ſeſſ. 7. num. 13.* vbi in vna Neapolitana fuit declaratum à S. Congreg. Epiſcoporũ. *Dare dimiſſorias poſt annum, pertinere ad Vicarium capitularem, & non ad Capitulum.* quia ſi illa eſſet vera, poſſet intelligi de cõceſsione illarum, etiã infrà annũ, cũ nõ appareat ſufficiens ratio differẽtiæ inter vnũ, & aliũ caſũ. Patet etiã quomodo intelligẽdus idẽ *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcopi allegat. 110. num. 6.* quem ſequũtur *Gauantus ſup. n. 28. & Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 1. p. 4. §. 2. num. 5* qui dicunt, quòd Capitulum, ſeu Vicarius poſsit concedere dictas dimiſſorias. Nota quòd poſita dicta formula & ſi prohibeatur Vicarius dare ex ſe dimiſ-
124 ſorias, tamen dare poſſet commendatitias, quia vt dixi ſup. differunt à dimiſſorijs, & ideò ab vno ad aliud non fieri debet illatio. Circà quam materiam conceſsionis cõmendatitiarũ. Nota, quòd *Barboſa ad Concil. Trid. ſeſſ. 7. c. 10. num. 5.* vbi loquitur generaliter de facultate ipſius capituli, dandi huiuſmodi litteras commendatitias, ſicuti etiam fecerat *in tract. do officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 7. num. 16.* inter alios citat *Monetam in tract. de commutatione vltimarum voluntatum*, referentem, modernum Curiæ ſtylũ habere, vt ſede vacante, ipſæ quoque litteræ teſtimo-
125 niales, ſeu commendatitię dentur ab Ordinatio viciniore. Quòd non aſſerit ita ſimpliciter *Moneta*, vt eum refert *Marchinus in tract. de ordine tr. 1. p. 6. c. 3. num. 18. ad finem.* (nam illum videre in fonte non potui) qui ſubdit, hoc intelligere dictum *Monetam*, hoc modò, nempè, quòd Epiſcopus vicinior non ſolus illas det, ſed ſimul cum Vicario capitulari, vel habitis ab eodem, informationibus de vita, & moribus ordinandi, nam ſecus non poterit aliqua ratione Epiſcopus vicinior, de ſubdito non ſuo, rectum ferre teſtimonium; hęc *Marchinus* ex eod. *Moneta*, ex quibus apparet, non poſſe fidem præſtari dicto auctori de dicto ſtylo, teſtanti, quia ſi verè extaret ſtylus præfatus, non eſſet opus eius intelligentia, & declaratione, quæ nihil aliud facit, niſi multiplicare entia ſine neceſſitate, & vulgatum eſt proloquium illud, fruſtrà fiunt per plura, quæ poſſunt fieri per pauciora, ſi enim non poteſt Epiſcopus vicinior concedere, ſecundùm ipſum *Monetam* d. cõmendatitias abſq; informatione Vicarij capitularis, quare ipſe Vicarius ſolus nõ poterit illas dare? cũ, vt ſup. dixi, illæ valdè differant à dimiſſorijs, quas prohibetur infrà d. annũ ipſe Vicarius cõcedere. Concludendũ eſt igitur cũ communi ſententia, id pertinere ad Vicarium capitularem, ſed pone, quòd ſubditus Eccleſiæ vacantis habens diploma Pontificium, quo ei conceditur facultas, vt poſſit ordinari ab Epiſcopo viciniori, & illo impedito à quocunque Antiſtite, &c. (non cum illis verbis. *cum approbatione ordinarij* vt loquuntur Doctores ſupracitati (quo caſu, eſt apud me certum, requiri commendatitias ipſius Vicarij capitularis, quia ipſe dicitur Ordinarius, vt poſt alios notat *Marchinus loco ſupracit. ſub n. 18.* ſed cum iſtis alijs verbis. *conſtito illi prius per legitimas probationes, de vita, & moribus, &c.* vt ſolet fieri iuxtà diploma relatum per *Ciarlinum in ſuis controuerſiis cap. 46.* in ſimili caſu ſedis vacã-
126 tis,) ordinetur ab ipſo Epiſcopo viciniore, quæro, an eo caſu ſint neceſſariæ commendatitiæ Vicarij capitularis, ita vt aliàs tàm Epiſcopus ordinans, quàm ordinatus incurrant, maxime in foro externo (quia in foro conſcientiæ poſſunt excuſari à bona fide, credẽtes, illas non eſſe neceſſarias, vt patet ex regulis generalibus) ſuſpenſionem, de qua infrà, *ordinans, & ordinatus. Ciarlinus loco ſuprat.* præſupponit eſſe neceſſarias, quia ſaluare nititur à d. ſuſpenſione ordinatũ, & ordinantẽ, ex eo, ꝙ probat, ſufficiẽtes hoc caſu fuiſſe cõmẽdatitias Abbatis exempti, cuius erat ſubditus ordinatus, & ſi eius ordinario ſpectaret ad Epiſcopum ſedis vacantis ex delegatione S. Pontificis vt dixi ſup. n. 36. & ita nuper cùm caſus contingeret in quodã Tropeien. ordinato cum ſupradicto diplomate ab Epiſcopo viciniori *Niroter.* abſq; litteris cõmendatitijs Vicarij capitularis Tropeien. fuit ab vrbe reſcriptum, concedendo facultatem, vt dictus Epiſcopus poſsit à dicta ſuſpenſione abſolui per confeſſarium ab ipſo eligendũ, cui reſolutioni non acquieuit tunc ipſe Epiſcopus, vtpotè doctrina, ſicut etiã moribus, ſatis conſpicuus, prætendens, quòd ſtante d. clauſula *conſtito per legitimas probationes*, ſufficeret, quòd ipſe receperit dictas probationes aliũdè, quàm à Vicario capitulari, præcipuè ob vicinitatem maximã inter vnam, & alia

Diæ-

Digitized by Google

Diæceſim, quid enim proindè concluſum fuit, hùc vſque percipere nequiui.

Capitula, Conuentus, & collegia recipiẽtia, & obedientia Prælatis promotis à Sede Apoſtolica, aut ab ea recipientibus munus confirmationis, vel conſecrationis, aut bene-
127 dictionis, qui ſine litteris Apoſtolicis, adminiſtrationẽ bonorũ eccleſiaſticorũ receperunt, ſuſpenſionẽ incurrunt à beneficijs, reſeruatam S. Pontifici. *extrau. iniuncta de elect.* & latè habetur per *Suarez diſp. 27. ſect. 1. Filliuec. tr. 17. n. 16.* & alios infracitandos communiter. Talis ſuſpenſio certum eſt ex ſupradictis, quòd importat ſuſpenſionẽ à fructuũ beneficiorum perceptione, & dubium eſt de
128 quibus beneficiorum fructuũ perceptione ſint ſuſpenſi, an à fructibus beneficiorũ quæ poſſidẽt capitulariter, vel aliorum ſuorum beneficiorum, quæ quiſque particulariter poſſidet? *Suar. diſp. 31. ſect. 5. n. 23.* ſe remittit ad ea, quæ ſupra dixit, tradens generalem doctrinam, qui *diſp. 28. ſect. 4. num. 3.* clarè cenſet, ſuſpendi illos tantum à beneficijs, quæ capitulariter poſſident, vt eum benè citat *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 4. p. 10. n. 4.* Qui tñ cõtrariũ putat probabilius, ſcilicèt ſuſpendi ſimpliciter ſingulas perſonas ipſius capituli, vel conuentus à perceptione ſuorũ beneficiorum, quia in dicta extrau. non ſolũ ſuſpenduntur hoc modo capitula, & conuẽtus, ſed etiam ſingulares perſonæ, vt patet ibi *& alij quicunque, &c.* quòd neque poteſt ipſe *Suarez* negare, per ea, quæ *loco ſuprac. n. 6.* dixit, ꝙ. ſ. vbi ſuſpenſio fertur in omnes delinquentes, ſiue communitatis ſint, ſiue particulares perſonę, tunc etiam ſingulares perſonæ ſuſpendantur: Sed hic oritur alia difficultas, à quibus beneficijs tales ſingulares perſonæ ſint ſuſpenſæ, an ab omnibus benefi-
129 cijs, quæ poſſidẽt tã in ea Eccleſia capitulari, vel monaſterio, aut cõuẽtu regulari, quàm etiam quæ poſſident extrà Eccleſiam? hanc difficultatem tangit *Suarez ſup. diſp. 27. ſect. 1 num. 12. & ſeq.* & concludit, ſuſpendi tantũ à perceptione fructuum illorum beneficiorum, quæ habent in illa Eccleſia, vel monaſterio, ex eo, quia cauſa ſuſpenſionis ad illã ſpecialem Eccleſiã pertinet, cõfirmatur, quia ſuſpenſio in eodem textu lata contrà Epiſcopos (de qua *num. ſeq.*) eſt ab adminiſtratione earundem Eccleſiarum, quarum adminiſtrationem ſuſceperunt abſque litteris, & vt aliàs dixi, vna pars conſtitutionis, alteram declarare debet. & ſic dictam doctrinam *Suarez*, applicat caſui noſtro, *Theſaurus verbo*
130 *gratia cap. 2. verſ. aduerte 3.* Prælati autem ipſi, qui dictam adminiſtrationem accipiunt bonorum Eccleſiæ abſq. dictis litteris Apoſtolicis, in re etiam incurrunt ſuſpenſionem ab adminiſtratione prædicta. Dixi, *in re,* quia vt benè aduertit *Suar. cit. diſp. 31. ſect. 5. num. 23.* quamuis Pontifex in dicta extrauagantię nõ vtatur verbo ſuſpenſionis, tñ in re imponit ſuſpenſionẽ per eius effectus, quia dũ irritat omnia geſta per tales Prælatos in huiuſmodi regimine, cõſequẽter illos priuat dictę adminiſtrationis prouentibus, & ſic eſt ſuſpenſio ab adminiſtratione fructuũ earundem Eccleſiarum, & proſequuntur *Filliuec. Bonacina, & Theſaur. locis ſuprac.* præter alios antiquiores, quos ipſi referunt. Quãdo dicitur ſine *litteris apoſtolicis*, intellige niſi vigo-
131 re breuis apoſtolici d. adminiſtrationẽ accipiant, per ꝙ ſolet concedi exercere, quæ ſũt iuriſdictionis, nõ ordinis, dũmodo faciat litteras expediri, intra certũ tẽpus, vt per *Theſaur. loco ſupr. ac. verſ. aduerte 4.* Iſta extrau. cũ loquatur *de Epiſcopis, & alijs Prælatis, ſuperioribus, necnon Abbatibus, Prioribus, & cæteris, monaſteriorum regimina, &c.* ſequitur, pœnas ibi impoſitas non habere locum in aliis
132 beneficiis ſæcularibus pręter Epiſcopatũ, Archiepiſcopatum, vel Patriarchatũ, ideoq. *Alterius diſp. 17. de. ſuſpenſ. cap. 1. illam ponit inter ſuſpenſiones contra Religioſos, & eorum capitula, & conuentus latas,* contrà verò, vtẽtes gratia beneficiorum ſęcularium inferiorum epiſcopatu, non expeditis litteris, prę-
133 textu mandati de adipiſcendo, & officiales concedentes dicta mandata, litteris non expeditis, adſunt alię pęnę latę in Bulla Pauli III incip. *Cum nobis*, qui S. Pontifex in alia conſtitutione incip. *Sanctiſſimus*, alias pęnas infligit cõtrà vtentes dicta gratia extra prętextũ mandati de adipiſcenda, quę omnia fuerunt innouata per Iuliũ III. & Pium IV. Summos Pontifices in conſtitut. relatis, per *Quarantam verbo Beneficiorum poſſeſſio*, in editione veneta 1619. omnino videndum in hac materia, qui inter alia refert, ꝙ d. Prælati
134 in Regno Neap. ad hoc vt faciant fructus ſuos, vltra litteras Apoſtolicas, requiritur, ꝙ poſſeſſionẽ recipiant de manu Nuncij Apoſtolici, ob Breue Pij V. ibid. relatum, ratio eſt, quia beneficio vacante ſuccedit Camera in fructibus, ideò Nuncius præfatus, qui prò Camera colligit dictos fructus, debet certiorari, adhoc vt Camera deſinat percipere fructus, *& ad fin.*, poſt Rotã Rom. habetis, vtrũ ſupradicta habeãt locũ in beneficiis de iure patron. Cętera videte apud nouiſsimum *Theſaurum loco ſuprac. c. 3. 4. & 5.* vbi reperietis optimas declarationes pro praxi, & in ſpecie *cit. c. 2. ad finẽ* contrà *Barboſam*, concludit, alias pœnas *d. extrau. iniuncta* non obli-
135 gare in foro conſcientiæ ante declarationem iudicis, quia non priuant iure perfectè quæſito, *& verſ.* Aduerte 2. quòd nõ habeãt locum in Cardinalibus. Quid autem ſi dictæ particulares perſonæ, vel Prælati, nihil aliud habeant, niſi fructus beneficij, à quo ſuſpenduntur, an & quę alimẽta illis debeãt præſtari

ex di-

Digitized by Google

ex dictis fructibus? videte *gloſam in dicta ex-*
*trauaganti verbo ſuſpenſi.* Nota quòd eadem
pæna priuationis fructuum imponitur, Ar-
chiepiſcopis,& alijs huiuſmodi, diſcedenti-
bus à Sede Apoſtolica abſque litteris tradi-
136 tionis pallij, quæ pæna eos ligat, donec
dictas litteras obtinuerint *can.* 1. *diſt.* 100. vbi
quòd pallium à ſupradictis debet peti intrà
tres menſes à die conſecrationis, & ſi vltrà
tres menſes diſtulerint illud petere, priuetur
Eccleſia, nam pallium non datur niſi peten-
ti, vt habetur *in can.* 2. *ead. diſt.* in qua per to-
tum agitur de hac materia. Id autem quòd
dixi de piuatione fructuum pro diſcedenti-
bus abſque litteris traditionis pallij, in praxi
ſufficit, ſi petatur ab Archiepiſcopo pallium
intra dictum tempus, & diſcedat ab vrbe
cũ breui adipiſcẽdi poſſſionẽ, vt fructus poſ
ſit percipere, & exercere ea, quæ ſunt iuriſdi-
ctionis (quæ enumerantur *à Venero c.* 9. *in-*
*fra citando n.* 9. ſicut *n.* 10. enumerat quę nõ
põt facere ante acceptionẽ pallij, & dixi ſup.
*recoll.* 1. *n.* 159.) Quando autẽ Epiſcopus vnius
137 Diæceſis, creatur Archiepiſcopus alterius,
tempus triũ menſiũ petendi dictũ palliũ in-
cipere debet à die Bullarũ expeditionis pro
Archiepiſcopatu, idẽ obſeruandũ, ſi Archie
piſcopus trans feratur ad aliũ Archiepiſcopa
tũ *Venero loco infracitãdo c.* 5. *n.* 26. quo caſu
debet petere etiã palliũ, & ſi in vita dũtaxat
vtatur vno pallio, & tãtũ qñ moritur, ſepeli
tur cũ duplici pallio, poſito ſecũdo ſuprà pri-
138 mo ſicut etiã quãdo Archiepiſcopus trãſ-
fertur ad epiſcopatum, non poteſt vti pallio,
sed in eius ſepultura ponitur pallium ſuper
caput eius, cum ſua caſula, vt per *Hieronymũ*
*Venero in ſuo examine Epiſcoporum lib.* 4. *cap.*
9 *num.* 11. *Sanchez lib.* 7. *opuſcul. moral. cap.*
1. *dub.* 16. *nu.* 12. vbi latè de hac materia, de
qua etiam *Alzedus in ſua praxi epiſcopali p.*
1. *c.* 13. *à n.* 71. *& Marchin. de ordine tr.* 4. *c.* 9.
139 Capitula, & conuentus, recipere prę̨ſu-
mentes aliquid ex pacto in receptione per-
ſonarum vtriuſque ſexus ad Religionem, in-
currunt ſuſpenſionem S. Pontifici reſeruatã
*extrauag. ſanè de ſimonia.* Hæc autem ſuſpen-
ſio ſic abſolutè lata, quid hoc caſu ſignificet
dixi ſuprà *recoll.* 4. *verbo dantes, vel recipien-*
*tes.* occaſione excommunicationis latæ in
eodem textu, contrà ſingulares perſonas, idẽ
crimen committentes, & quoniam alia ex-
communicatio reperitur lata in Concilio
Tridentino, contrà eaſdem ſingulares per-
ſonas pro ſimili materia, de qua ſuprà *eadem*
*recoll.* 4. *verbo Religioſi, vel Religioſa*, non
actum hucuſque agere arbitratus ſum, ſi
hic differentias nonnullas, atque etiam con-
uenientias inter vtramq. excommunicatio-
nẽ ſubiicerem. Prima igitur differentia eſt
circa materiã, quia ad incurrendam excom-
municationem *extrauagantis ſanè.* neceſſe
eſt vt id, quod datur, vel recipitur, detur, vel
recipiatur ex pacto, & ſic intercedat ſimonia
externa, vt patet ex verbis ipſius extrauag. &
Rubrica, ſub qua illa collocatur, quæ decla-
rat nigrum. Dixi *ſimonia externa*, quia non
ſufficeret ad incurrendam hanc excommu-
140 nicationẽ, ſimonia mentalis, nempè quòd
animus dantis, vel recipientis, ſit dandi, vel
recipiendi, vt admittatur quis ad Religionẽ,
niſi etiam dictus animus ſuus recipienti ape-
riatur, hoc enim ſignificat prohibitio facta in
dicta extrauag. de receptiòne, vel datione ex
pacto, vt præter *Suarez*, *Alterium*, & alios,
quos allegaui *ſuprac. verbo Dantes, & recipien-*
*tes*, notat *Bonacina tom.* 3. *diſp.* 2 *q.* 3 *p.* 29. *n.* 3.
& repetit *opuſculo de ſimonia q.* 8. *§.* 4. *num.* 3.
Ad incurrendam verò excommunicationẽ
Concilij, non opus eſt, vt præcedat pactum,
vel ſimonia, ſed ſufficit, ſi id, quod datur,
vel recipitur à nouitijs, ſeù eius parentibus,
vel curatoribus, licèt ſpontè, & liberaliter,
poſſit tñ eſſe in cauſa, quòd nouitius, vel no-
tia diſcedere hac occaſione liberè nequeat,
eò, quòd maiorem partem ſubſtantiæ ſuæ
monaſterium poſſideat, nec facile ſi ille di-
ſceſſerit, eã recuperare poſſit, vt idem Con-
cil. loquitur. Secunda differentia eſt, quia
excommunicat. præfatæ *extrau.* non incur-
141 ritur, niſi poſt ſequutam profeſſionem,
ideoque vt *ſupracitato verbo Dantes, & reci-*
*pientes* dixi, & ſi hæc excommunicatio non
incurratur, niſi interueniat ſimonia, tñ non
ſemper qñ in hac materia committitur pec-
catum ſimoniæ externæ, incurritur hæc ex-
communicatio, nec contrarium docet *Bo-*
*nacina opuſculo ſupracit. de ſimonia num.* 11.
vt eum citat *Theſaurus p.* 2. *de pœnis eccleſia-*
*ſticis cap.* 20. *verſ. amplia*, cùm non ſolum di-
cat, hanc noſtram doctrinam probabilem,
contra *Filliuccium.* ſed pro ea, præter *Suar.*
allegat *Reginaldum lib.* 23. *num.* 173. *& So-*
*pranum apud Filliuccium tract.* 45. *de ſimonia*
*cap.* 13. *q.* 4. *nu.* 13. quibus addi etiam poſſunt
*Barboſa. & Layman*, ad hoc citati ab eodem
*Theſauro*, qui illos allegat pro opinione,
quòd talis excommunicatio non incurratur
ſi detur aliquid vt ſuprà pro admiſſione ad
142 habitum, vel ad tale monaſterium, ſed tan-
tum quando datur pro admiſſione ad pro-
feſſionem. Excommunicatio autem Conci-
lij incurritur ſtatim atque aliquid recipitur,
vt ſupra, & ſic ſemper ante profeſſionem, vt
habetur in dicto decreto Concilij, quod lo-
quitur de datione, & receptione facta in in-
greſſu, vel poſt ingreſſum Religionis tem-
pore probationis, vt communiter ſupponũt
Doctores ſupracitati, vnde patet, quòd ſaltẽ
quoad pœnam excommunicationis incur-
rendam, non ſubiacet dicto decreto, donatio
143 ſimilis facta ante ingreſſũ, etiã cõtẽplatione
ingreſſus, quidquid ſit de ipſius donationis,
validitate, & obligatione reſtituẽdi accepta à
mona-

Digitized by Google

monaſterio in eodem Decreto Concilij ap-
poſita, de qua re latè inter meas conſulta-
tiones morales. videte pro nunc *Bartolomeũ
de Vecchis in ſua praxi Nouitiorum diſp.* 8.
*dub.*8.*num.*4.*Lezzanam par.*1.*cap.*24.*num.*34.
*Portellium in ſuis dubÿs regularibus, verbo
Nouitij donationes in principio. Barboſam in
ſuis deciſ.iuris poſt tract. de penſionibus voto* 4.
*& Dianã p.*3.*tr.*2.*reſol.*55. Tertia differentia
eſt, quòd excommunicatio dictæ extraua-
gantis abſque aliquo dubio, eſt latæ ſẽtentię,
144 excõmunicatio verò Concilij, ex quo im-
ponitur per illa verba *præcipit ſub anathema-
tis pœna.* plures Doctores volunt, quòd non
ſit latæ, ſed ferendæ, ita poſt *Sanchez, & Sua-
rez.* probat *Theſaurus loco citato* contra *Mi-
randã, Valaſcũ. & Rodriq.* Ac primæ ſẽtẽtiæ
accedunt *Bonacina ſup.n.*6. *& Lezzana cit.c.*
24.*num.*22. Conueniunt tamen dictæ excõ-
municationes. Primò, quòd ſicut non incur-
ritur excommunicatio extrauagantis, ſecũ-
dũ probabiliorem opinionem, de qua teſta-
tur *Bonacina locis ſupracitatis num.*4. *verſ. ſe-
cunda ſententia.* quando datio, vel receptio
145 fuit pro ſubſtentatione ingredientis, etiam
ſi monaſterium ſit locuples, ſequitur *Diana
p.*2.*tract.*2.*reſol.*100. quòd procedit etiam ſi
in hoc adſit exceſſus, vt dixi *cit. verbo Dantes
& recipientes*, intellige etiam in caſu, quo
præcedat pactum: nam quotieſcunq. licitũ
eſt accipere aliquid pro ingreſſu Religionis,
licitum etiam eſt facere pactum de illo, vt
poſt *Suarez* aduertit *Lezzana ſup. cap.*25.*nu.*
5.*ad finem.* idẽ etiã de ingreſſu virorum dicit
*Theſaurus ſuprac.cap.*24.*verſ.limita* 4. Ita nec
incurritur excommunicatio Concilij reci-
piendo, vel dando aliquid pro ſubſtentatio-
ne ipſius ingreſſi tempore nouitiatus, prout
ſupponitur in *Decreto Concilij ſuprac.* & notat
*Lezzana loco ſuprac. ſub n.*39. latè *Vecchis loco
ſuprac.* qui *n.*12. notat in ſpecie, quòd non ſit
146 cõtra regulã Minorũ inducere nouitiũ vt
ſibi prouideat de veſtitu, caligis, femorali-
bus, breuiario, & ſim. nec id aduerſari regulę
ipſorũ. Secundò cõueniũt, quia cũ in vtroq.
loco ſit ſermo de datione, & receptione ab
ingredientibus Religionem, ipſis Religioſis,
ſequitur, quòd ſi ab eiſdem Religioſis trada-
tur aliquid ipſi volenti ingredi, ad hoc vt
ingrediatur, vel alteri, qui curet, ipſum in-
gredi, neutra excommunicatio incurratur,
fauet poſt *Suarez, & Pilliuccium. Bonacina
locis ſuprac.* & ſi poſſit in tali datione com-
mitti ſimonia, quando interuenit pactum,
*Leſſius lib.*2.*de iuſt. cap.*35. *num.*66. *Azor.t.*1.
*lib.*12.*cap.*1. *quæſito* 2. *Reginaldus lib.*18.*pra-
xis num.*374. *Lezzana p.*1.*cap.*24. *ſub num.*39.
latè *Bartolomeus de Vecchis in praxi pro no-
uitijs admittendis diſp.*1. *dub.*2. vbi teſtatur de
cõmuni, à qua non recedendum, & benè de-
clarat, quomodo intelligi debeant *Sanchez
& Leſſius* docentes, licere talem dationem
etiam cum pacto, dummodo non ſit in pre-
tiũ huius Religionis ingreſſus, ꝙ accidit, vbi
pactũ eſt tale, quod nõ inducit obligationẽ,
quale eſt, vt ibi ſubdit idem author. donatio,
147 vel promiſſio facta à parentibus, filio, ſeù
filiæ, quatenus inclinet animum ad Reli-
gionem. Item ſolutio facta à Religione poſ-
148 ſidente bona in communi, debitorũ eius,
cui præcluditur Religionis ingreſſus, ex eo,
quòd ſit ære alieno grauatus, præfata tamen
conditione inter ipſum, & Religionem in-
tercedente, vt Religio ſoluat, & ipſe ſtatum
Religionis ſuſcipiat, & tandem alimentorũ
149 præſtatio in ſtudio facta à Religione, ad
hunc finem, vt ipſe ingrediatur Religionem
vel reſtituat dicta alimẽta, ſeù expenſas. No-
ta quòd *Bonacina locis ſuprac. ſub.n.*4. *verſ.
ſecundò intelligenda eſt.* docet, contrà *Soſum,
& Mirandam*, non committi à monialibus
peccatum ſimoniæ, quoties pecunia, & ſi
non recipiatur pro ſubſtentatione, recipi-
150 tur tamen ex eo, quia talis non eſt tã claro
ſanguine nata, vel quia eſt aliqua infamię,
labe, vel deformitate, aliòue defectu no-
tata, & ex oppoſito, aliam formoſam, vel no-
bilem, aut arte muſica peritam, admittant,
vt ſuã amplitudinẽ, & magnificentiã clariorẽ
reddant, & pecuniam inde acquirant, quia
illud temporale non traditur, vel accipitur
tamquam prętiũ rei ſpiritualis, ſed vt cõditio
alliciens, & attrahens ad recipiendam vnam
potius, quàm aliam, quæ ratio militat etiam
in Religione maſculorum. Nota ſecundò,
quòd dato non incurratur excommunica-
tio Concilij, quoties à nouitio, vel eius pa-
151 rentibus datur pecunia mutuo, vel alio
contractu, mediante firma cautione, mona-
ſterio, vt per *Bonacinam locis ſuprac. num.*7.
*Lezzanam cit.c.*24. *ſub num* 35. *& alios apud
Dianam p.*3.*tract.*2. *reſol.* 100. & ſi ipſe con-
trarium, contra ſuum inſtitutum ſequi vi-
deatur, certũ tamen apud me eſt, quòd incur-
ratur excommunicatio extrauagantis, ſi quis
152 v.g. admittatur ad profeſſionẽ cum pacto
mutuandi, vel cõtrahendi, &c. quia hoc ca-
ſu ſimonia cõmittitur, cũ ſit pactũ de re prę-
tio extimabili, iuxtà ea, quæ notant com-
muniter Doctores, qui id docent etiam in ca-
ſu, quòd obligatio anthidoralis circa huiuſ-
modi rẽ prętio extimabilẽ, dũtaxat deduce-
retur in pactũ, vt videre eſt apud *Bonacinam
ſuprac. opuſc. de ſimonia q.*6.*p.*1. *ad fint.* ergò
hoc ſufficit etiam ad incurrendam hanc ex-
communicationem, & patet ex generalitate,
qua loquitur *cit. extrau. ſanè.* ſ. loquẽs non
ſolum de accipiente ex pacto pecuniam, ſed
etiam de accipiente cibaria, iocalia, aut alia
etiam pertinentia ad pium vſum, vt dixi ſup.
Ex quo etiam fit manifeſtum, non excuſare
ab hac excommunicatione incurrẽda, mate-
riæ

Digitized by Google

tiæ paruitatem, nam etiam dictæ materiæ
152 paruitas non excuſat à peccato mortali in ſimonia, vt dixi ſup. *p.1. recoll.7. n.36.* & aliis citatis, proſequitur *P. Paſqualigus deciſ.* 480. *num.2.* qui benè *deciſ.* 479. hoc dicit verum contrà *Merollam*, etiam in ſimonia, quæ eſt de iure eccleſiaſtico poſitiuo. Secus tamen dicas de pacto inito inter moniales, & nouitiæ parentes, de certa tantum pecunia annuatim ſoluenda, donec monaſterio dos vt ſuprà ab eis ſoluatur, vt per *Bonacinam locis ſuprac. ad finem*, & poſt *Rodriq.* ſe retractantem *in Addit. ad ſummam tom.3. cap.444. num 8. Mirandam, & Hieronymum Rodriquez*, ſequitur *Diana p.3. tract.2. reſol.97.* Nota tertiò, quòd & ſi diſpoſitio d. extrauag. non habeat locum in Religioſis or-
153 dinum militarium, quando pecunia datur tantum, vel vt facilius impetretur eius habitus receptio, vel vt emat honorem illum prætio extimabilem, quem confert illorum ordinum habitus, non autem, vt prætium dicti habitus, vt etiam dixi ſup. *reſol.5. num. 24. & recoll.4. verbo Dantes, & recipientes.* quibus ibi citatis præter *Theſaurum loco infra proximè cit.* accedit *Lezzana p.2. c.5. n.16.* Ac licèt auctores ibi à me citati non loquantur de militibus Hieroſolymitanis, & il-
154 los expreſsè excludat *Theſaurus p.2. de pænis eccleſiaſticis verbo ſimonia c.20. verſ. limite 2.* Ex eo autē quia rationes (de quibus ſup. percutiant excuſationem ab incurrenda d. excommunicationem, non ea ratione, quòd non ſint verè Religioſi, ſed quia vbi datur pecunia modo, de quo ſup. non committatur ſimonia, ſine qua non poteſt incurri excommunicatio dictæ extrauag.) militant etiā in ordine dictę militiæ Hieroſolymitanæ, videtur, quòd idem dicendum ſit de ipſo ordine. Tamen in militibus Hieroſolymitanis, habet locum diſpoſitio dicti decreti S. Concilij, exceptis iis, quę de more dari ſolēt in ingreſſu, vi eiuſdem Religionis ſtabilimētorum, confirmatorū à SS. Pontificibus, non ſolum ex declaratione S. Congregationis relata *à Barboſa in collectan. bullar. & decretorū verbo Milites S. Ioannis, verſic. comprehendūtur*, vbi refert declaratū. quòd d. milites cō-
155 prehēdantur in decretis Concil. Trid. vbi de eis, nō fit expreſſa mentio, niſi ſpecialibus priuilegiis poſt Concilium muniantur, de qua declaratione dubitat *Lezzana p.2. cap.5. ſub num.17.* vbi refert aliquos caſus, in quibus declaratum eſt, illos comprehendi, vel non comprehendi tàm in decretis S. Concil. Trid. quàm in Conſtitutionibus SS. Pontificum. Sed etiam quia in ipſis militat idem periculum impedimenti libertatis diſcedendi ab illa Religione, eòquod totam, vel maiorē partē ſubſtantię ſuę, Religio poſſideat, nec facilè ſi diſceſſerint, id recuperare poſſint; fauet quia ipſi comprehenduntur in *decreto Concil. Trident. ſeſſ.25. cap.15. de regularibus* cir-
156 ca profeſsionem emittendam ante 16. annū & non niſi poſt annum probationis expletū ex eorum peculiari ſtatuto. *Barboſa ſuprà* (Quidquid ſit de alijs militibus, *vt per Lezzanā cit. c.5. ſub n.17.* itē cōprehēdūtur in decreto eiuſdē Concilij *ſeſſ.25. c.19.* vbi agitur
157 de Regularibus prętendentibus, ſe per metū, aut vim ingreſſos Religionē, vt per *Barboſam loco cit. verſ. Vndè ſub decreto, & Lezzanam ſub. num.19.* Quę omnia arguunt, requiri in illis, quādo ſūt nouitij, vt poſſint liberè dictam Religionem deſerere, & vxorem ducere, quę libertas interuenit in aliis militiis abſque eo, quòd deſerat quis, ipſam Religionem.

Capitula, conuentus, collegia, & ſingulares perſonę, quę defuncto Prelato Eccleſię
158 cathedralis, regularis, vel collegiatę, bona ab ipſo Pręlato relicta, vel vacationis tempore obuenientia, in graue damnum ipſius Eccleſię, occupare, inter ſe diuidere, ſubripere, dilapidare, vel diſſipare pręſumentes, incurrunt ſuſpenſionem ab officio, & quibuſcūq. beneficiis. Habetur in *c. quia ſæpè de electione in 6.* ita refertur *à Sayro lib.4. cap.13. num. 24. citans alios antiquiores.* Et quoniam cir-
159 cà eandē ferè materiā, extat alia ſuſpenſio lata in *cap. præſenti*, ſeù *fin. de officio Ordinarij in 6.* in qua decretali expreſsè proteſtatur S. Pontifex, ſe nolle derogare *d. c. quia ſæpè.* facilè ni fallor omnia ad eandē materiā pertinentia explicata remanebunt, ſi primò conuenientias, & deinde differentias inter vtrāq. ſuſpenſionē, pro viribus explicauerim Cōueniunt enim primò, in pręſumptione requiſita ad vtramque ſuſpenſionem incurrendā, vt patet in eiuſdem iuribus, vnde etiam ab vtraque excuſabit ignorantia, iuxtà ea, quæ aliàs ſæpè dixi. Secundò quia vtraque ligat donec plenè fiat reſtitutio Eccleſiæ, vel ſucceſſori, & conſequenter facta dicta reſtitu-
160 tione integrali, ceſſat dicta ſuſpenſio, nec opus eſt aliqua abſolutione, vt eſt communis opinio, de qua poſt *Vgolinum.* teſtatur *Theſaurus verbo vacans cap.3. verſ. Nota 2.* Ante autem ſatisfactionem, ſi factum eſt publicum, non abſoluitur, niſi à Papa, ſi verò occultum, poteſt abſolui ab Epiſcopo, *Bonacina tom.3. diſp.3. q.4. p.15. num.11.* Si quæris quando cenſeri debeat facta integralis reſtitutio? Reſpōdet poſt *gloſſam, & alios Theſaur. ſup. verſ. Nota 3.* id cēſeri, qū fuit facta vſq. ad ouum ſed rectius meo iudicio *Bonacina*
161 *ſup. n.12.* docet, ſufficere ſi fiat ita, vt nō deficiat quantitas ſufficiens ad mortale peccatum, eſtque iuxtà ea, quæ dixi ſup. *p.1. recoll.* 110 *num.91.* Dubitant autem Doctores, an
162 ſufficiat. quòd Prælatus condonet, vel remittat dictam obligationem, ad finem, vt

ceſſet

Digitized by Google

ceſſet dicta ſuſpenſio? *Alterius lib. 12. de ſuſp. cap. 3. verſ. quærunt etiam Doctores.* abſolutè negat, ex eo, quòd hæc ſit pęna iuris, quæ nō poſſit relaxari, niſi ab eam imponente. *Theſaurus* verò *ſup. verſ. Nota 3. ad finem*, aſſerit, putare verum, quòd ſufficiat, ſi is, ad quem pertinet, remittat, citans ad hoc *Vgolinum*, additque, etiam ſufficere ſi fidem habuiſſet de futura reſtitutione, dilatione cōceſſa. Nō declarat autem ad quem id pertineat. *Bonacina* autē *loco ſupracit. nu. 14.* (& ſi ad hoc malè alleget *Alterium*) diſtinquit, an Prælatus habeat hanc facultatem remittendi, &c. vel non habeat, primo caſu, ſubdit ipſe, poteſt cōdonare, nō autem ſecundo caſu.

163 Hæ duæ opiniones ſup. relatæ licèt ſupponāt contrà *Alter.* hanc non eſſe pænam iuris: nam quando reſtitutio imponitur per viam pænæ, ſolet expreſsè prohiberi condonatio, prout iu caſibus, de quibus per *Leſſium lib. 2. de iuſt. cap. 16. num. 37. & ſequent.* tamen ad huc relinquunt in dubio, ad quem ſcilicèt de iure communi, pertineat dicta cōdonatio, eſt enim certum, condenationem eſſe faciendam ab eis, qui poſſunt id facere, ad hoc vt liberetur ipſe debitor, vt per *Leſsiū loco ſuprac. num. 6.* Crederem (vt dicam quid ſentio) dictos auctores loqui hoc modo, quia talis reſtitutio aliquando facienda eſt Eccleſiæ, aliquando ſucceſſoribus in beneficio, vt loquūtur DD ſupracitati. Dixi *de iure cōmuni*, quia vigore conſtit. SS. Pontificum, in pluribus Regionibus pertinent dicta bona ad Cameram Apoſtolicam, vt infrà. Qñ igitur Doctores ſupracitati communiter docent, non
164 ſufficere cautionem idoneam, ad hoc vt ceſſent dictæ ſuſpenſiones, intelligi debent in eo caſu, quòd ille, ad quem pertinet, non conſentiat receptioni dictæ cautionis, ſecus ſi conſentiat, quia ſi poteſt condonare, & fidem habere de futura ſolutione, dilatione conceſſa, tantò magis poteſt recipere dictam cautionem, vt patet ex terminis. Cōueniunt tertiò in eo, quòd vtrāq. ſuſpenſionem violantes per celebrationem miſſæ, vel exerci-
165 tiū alterius actus ordinis, incurrunt irregularitatem, cùm dicta ſuſpenſio, & ſi lata *donec reſtituerint, &c.* ſit vera ſuſpenſio, ac lata ſimpliciter, vel ad certum tempus, iſta eſt probabilior opinio, vt teſtatur cōtrà aliquos, *Alterius cit. cap. 2. verſ. ad hanc dubitationem,* ſequitur *Bonacina ſuprac. p. 15. num. 8.* An autem etiam ambo ſuſpenſiones tantum ſint à
166 beneficijs, quæ poſsident contrauenientes, in Eccleſia, cuius bona occuparunt, non cōueniunt Doctores. *Theſaurus ſupra. num. 1.* affirmat, & teſtatur hanc eſſe communem opinionē. Contrariū tñ puto probabilius cū *Bonacina ſuprac. p. 15. num. 9.* quòd ſcilicèt ſuſpenſio *cap. quia ſæpè* ſit etiā à beneficijs, quę poſsidet quis extrà dictam Eccleſiam, ex verbis illis generalibus, *à beneficijs quibuſcunque*, & ſuſpēſio *c. præſenti* ſimpliciter ſit à be-
167 neficio; verborū .n. ſignificatio eſt attendēda, maxime vbi non conſtat de contraria mente loquentis. *l. 1. §. igitur in re dubia ff. de exercit. act. l. non aliter ff. de legatis 3.* & verba generalia omnes caſus comprehendunt, licèt maior ratio ſit in vno, quàm in alio *l. 1. §. quòd autem ff. de Aleatoribus, l. 1. §. generaliter ff. de legatis præſtandis.* Ex quo ſequitur alia conuenientia, & eſt, quod licèt ſuſpenſio in *dicto cap. quia ſæpè*, primariò ponatur contrà Capitulum, tamen illam incurrunt
168 perſonæ etiā particulares, & ideò *à gloſa 1. d. c. Megalio p. 3. lib. 4. c. 5. n. 13. Viualdo de ſuſpenſ. n. 44. Bonac. ſuprac. p. 15. & alijs.* refertur ſuſpenſio cōtrà occupātes bona, &c. qui *Bonac. ibid. n. 5.* ſubdit, quòd ſi omnes Canonici vel capitulares contrauenirēt, omnes eſſent ſuſpenſi, & conducendi eſſent alij clerici, qui vicem eorum ſupplerent. Quartò conueniunt, quòd neutra habeat locū in bonis
169 communibus Prælato, & Capitulo. *Bonacina ſuprac. p. 15. num. 1. ad finem.* Differunt autem primò quoad materiam, nam ſuſpenſio *dicti cap. quia ſæpè* fertur contra occupantes bona relicta à Prælatis (intellige quæ fuerunt acquiſita intuitu Eccleſiæ, non autem quæ ratione patrimoni, vel aliundè, vt infra) vel vacationis tempore obuenientia, ſuſpenſio verò *d. cap. præſenti* fertur contrà occupantes bona in ipſis Eccleſijs inuenta, ſiue vacationis tempore obuenientia, quę in vtilitatē Rectorū defunctorū expendi, vel futuris ſucceſſoribus reſeruari debent. Secundò differunt, quia illa prima ſuſpenſio fertur contrà occupantes, inter ſe diuidentes, &c. Iſta autem ſecunda contra occupantes, & in proprium vſum conuertentes dicta bona; quæ autem veniāt appellatione iſtorum bonorum, explicat *Bonacina loco ſuprac. ſub. n. 3.* qui vult, com-
170 prehendi etiā bona prouenientia ex iuriſdictione, & ſigillo curiæ eccleſiaſticę, vel ſæcularis, per *Clem. ſtatutū de electione*, intellige exceptis illis, quæ ſpectāt ad Capitulū, & Vicarium capitularem. Tertiò differunt in ſubiecto ipſarum, quia ſubiectum ſuſpenſionis *d. cap. quia ſæpè*, ſunt ſingulares perſonę capituli, conuentus, vel collegij, & ſic excluduntur clerici extranei, qui non ſunt de Capitulo, &c. vt poſt *gloſam in eod. cap. verbo earundem*, docent communiter Doctores. Subiectum verò ſuſpenſionis, *cit. cap. præſenti*, ſunt omnes eccleſiaſticæ perſonæ, Epiſcopis inferiores. Item primam ſuſpenſionem non
171 incurrunt Epiſcopi cum ibi expreſsè non ſpecificentur, incurrunt tamen ſuſpenſionē vi *d. cap. præſenti*, non ab ordine, vel beneficio, ſed ab ingreſſu Eccleſiæ, quā alij vocant interdictum. Item quia in *cap. quia ſæpè*, eſt ſermo de Eccleſijs cathedralibus, Regu-

Vuu laribus

Digitized by Google

laribus, & Collegiatis antè in d. c. *præſenti* §. P.
loquitur de omnibus beneficijs vt per *Theſau. loco ſuprac. c. 3. verſ. nota* 4. Quartò differunt, quod in dicto *cap. quia ſæpè*, derogatur omnibus priuilegijs, & conſuetudinibus; in dicto verò *c. præſenti* nō derogatur priuilegijs,
172 & præſcriptionibus. Nūc reſtat inquirere, an
in locis, vbi Camera Apoſtolica capit bona tā cathedralium, &c. quàm inferiorum beneficiorum, vt ſup. (*iuxta conſtit. SS. Pontif. relatas à Quaranta verbo ſpolia clericorum, &* latius per *Redoanū in fine ſui tractatus de ſpolijs, & Sopranū apud Filliucc. tr. 43. c. 7. n. 7.*) procedāt etiā iſtæ ſuſpēſiones? Nā *Quaranta ſup. in princ. verſ. quòd cōſtitutio* expreſsè ait, quòd in locis, in quibus collectores Cameræ Apoſtolicæ eſſe cōſueuerūt, limitatur diſpoſitio huiuſmodi *cap. fin. & c. quia ſæpè, & Clement. ſtatutum de elect. & c. cum vos de officio Ordinarij*, quia fructus pendentes, & maturati, & à ſolo minimè ſeparati, & non dū exacti à die vacationis vſque ad diem apprehenſionis poſſeſsionis per nouū beneficiatum, non reſeruantur ſucceſſoribus, ſed ſpectant ad Cameram Apoſtolicam, idem dixit *Redoanus ſup. q. 1. num. 48. verſ. & ad cōtraria*, iuncto *n. 20. verſ. & videtur* (& ſi ibi decipiatur, dū putat quod in d. iuribus imponatur pœna excommunicationis) vbi latè
173 oſtendit, quomodo potuit Summus Pontifex dictum ius quæſitum ſucceſſoribus in beneficio tollere. Clarius *Theſaurus ſup. cap. 6. ad finem.* aſſerit, occupantem bona Eccleſiæ vacantis, vel defuncti beneficiati ad Cameram pertinentia, contrà ius ſpolij (nō prætextu priuilegii, vel conſuetudinis, aut per vſurpationem authoritatiuè factam, vt dixi ſuprà *recoll. 4. verbo ſpolium*) ſed tantum
174 furtiuè, nullam à iure communi cenſurā incurrere, ſecundum probabiliorē opinionē; ſed tantum incurri poſſe excommunicationē ab homine, à commiſſariis. ſ. ſpolij latam, allegat ad hoc ſemetipſum infrà *verbo vſurpatio*, vbi non reperio verbum aliquod circa hoc particulare (ſed *eod. verbo vacantium c. 4. ad finem.* expreſsè ait, quòd *cit. c. quia ſæpè & cap. fin.* non procedunt hodiè in beneficiis, & bonis, ſeù fructibus ſpolio Cameræ Apoſtolicæ ſubiectis, quia hæc iura ſolum loquuntur de illis fructibus, & bonis, quæ ad eandem Eccleſiam pertinent iure ſpolij, vel ſucceſſori in eod. benefic.) item allegat *Marium, Alterium diſp. 12. de ſuſp. c. 30. ad fin.* qui (vt dixi *ſuprac. recoll. 4. v. ſpolium*, ſupponit vt certum, dictos occupantes incurrere ſuſpenſiones, de quibus *in dicto cap. quia ſæpè, & c. fin.* & quærit, an incurrant etiam excommunicationem à iure latæ ſententiæ, præter illā, quæ de facto hodiè fertur per cōmiſſarios ipſius Cameræ, vt dixi ſuprà *citato verbo ſpolium*. Hanc etiam opinionem, nullā. ſ. eſſe impoſitam cenſuram ipſo facto icurrendam contra iniuſtè detinentes, nec reſtituentes ſpolia eccleſiaſtica, docet etiam *Sopranus apud Filliuccium cit. tr. 43. num. 39.* dū aſſerit, illos non incurrere aliquam excōmunicationem latæ ſententiæ, ſed benè eſſe excōmunicandos. Cōtrariū tñ, quod hodiè ſint
175 in ſuo robore dictæ ſuſpēſiones, clarè dixit *Redoanus ſuprac. tract. de ſpolijs q. 17. num. 48.* & ſic ſuadet ratio, nam Camera Apoſtoli hoc caſu ſubrogatur ipſi Eccleſiæ, & ſucceſſori, quibus de iure communi debebantur dicta bona, vt per *Sopranum ſuprac. cap. 6. n. 7.* ergò præter excommunicationem latam à commiſſariis Cameræ, prædictæ perſonæ eccleſiaſticæ (de quibus loquūtur citata iura in *c. quia ſæpè, & c. fin.*) in rigore incurrūt ſuſpenſionem, à qua ſicut ab excommunicatione in partibus, in quibus Camera facit ſpolium, (de quibus videte *Sopranum ſup. c. 7. n. 23. & ſeq.*) vt quis abſoluatur debet ſe cum Camera cōponere, quia aliàs Sacra Pœnit. nō ſolet manus apponere, niſi prædictæ Cameræ præiudiciū ſarciatur, vt teſtatur *Sopranus ſup. c. 8. n. 15.* qui *n. ſeq.* ſubdit, quòd retinens dicta
176 bona in locis vbi Camera Apoſtolica non facit ſpoliū, nō eſt tutus, ſi ſe cū Camera cōponat, niſi caſus diſtinctè proponatur, & à S. Pontifice præbeatur aſſenſus, nam de iure ſpectant ſucceſſoribus in beneficio. Et quia ſpolium à Camera Apoſtolica non ſolum fit de fructibus Eccleſiæ vacantis, de iure, &
177 de facto, & bonis relictis à defuncto Prælato, intellige acquiſitis intuitu Eccleſiæ; nō autē ſui patrimonij, de quibus latè per *Sopranū* apud *Filliuccium tr. 43. de ſtatu clericorum c. 3. 4. & 5.* quòd procedit etiam ſi fuerunt illa beneficia ſimplicia, vt per *Seraph. deciſ. 594. n. 7. & ſeq.* vel pēſiones dummodo excedant ſummā ducatorum 30. de Camera, ſicut declarat *Sopranus loco ſuprac. cap. 4. num. 20. & ſeq.* (Dixi notanter *vacantis, de iure, & de facto*, quia quando vacat de iure, puta quando collatio fuit nulla ex aliquo defectu oc-
178 culto, tunc fructus interim percepti vſque ad reualidationē tituli, non ſpectant ad ſpolium, vt inquit *Sopranus apud Filliucc. tr. 43. cap. 8. n. 18.* ſed de illis poterit componere S. Pœnitētiarius. Qui in hoc videtur magis cōſequenter loqui, quàm *Emanuel Sa verbo Beneficium num. 21.* citans *Nau. de ſpolijs clericorum §. 12. num. 4.* vbi quòd quando titulus reualidatur huic tali, poſsit retinere fructus malè perceptos, nam ipſi de iure pertinent ad ſucceſſorē in beneficio, & ideò cùm ipſe ſit ſucceſſor, ad ipſūmet videatur etiā d. fructus pertinere. Quia nō eſt verū, quod dicti fructus debeantur ſucceſſori, vt ſupponit *Emanuel Sà*. Nam vel ſumus in foro conſcientiæ, de quo hic eſt ſermo, dum ſupponitur, defectū collationis eſſe occultū, & debentur Eccleſiæ,

Digitized by Google

iiæ, vel toti collegio, ſi ſunt diſtributiones
quotidianę, aut ſi non adeſt Eccleſia, vel col-
legium, debent diſtribui inter pauperes, vt
benè *Filliucc. loc. ſupracit.* vel ſumus in foro
externo, & debentur Cameræ Apoſtolicæ,
ex *conſtit.* 100. *Sixti V.* §. 13. apud *Theſaurũ*
*loco cit. cap. 6. verſ. limita, ad finem.* Sed etiam
179 bona acquiſita à clericis, vel Regularibus
per illicitam negotiationem, ex cõſt. Pij IV.
& alijs, de quibus *Quaranta verbo ſpolia cle-*
*ricorum fol.* 610. *in edit. Veneta apud Iunctas*
*de anno* 1619. latè per *Redoanum in ſuo tr. de*
*ſpoliis q. 2. & q. 8. n.* 81. & ex noſtratibus *Suar.*
*tom. 1. de Relig. tract. 8. lib. 3. c. 2. & Filliuccius*
*loco ſuprac. n. 22. & ſeq.* prę̄ter ea, quę recollegi
ſup. *p. 1. recoll.* 11. *à n.* 737. ꝙ autem dixi de Re
180 gularibus, intellige exceptis militibus Hie
roſolomitanis *Lezzana p. 1. ſumma qq. regul.*
*cap. 10. num.* 5. Item tertiò bona à clericis re-
licta illegitimis ex Bulla Pij V. de qua per
eundem *Quarantam verbo illegitimi*, vbi ha-
betis optimam Annotat. & additionem, ꝙ
dicta conſtitutio non ſit trahenda ad alios
caſus ibi non expreſsos, dixit *Rota apud Se-*
*raph. deciſ.* 1358 *num.* 4 agit etiam de hac ma-
teria *Sperellus deciſ. 73. à num.* 9. Quartò quo-
que, bona Regularium extra clauſtra degē-
tium, & decedentium, qui non habuerunt
licentiā teſtandi, vel ſi illam habuerũt, ea vti
nequiuerunt, adeſt Bulla 43. Greg. XIII. quā
refert *Scortia in ſelectas SS. Pontificum conſt.*
*epithome* 128. & proſequitur eius explicatio-
nem *theoremate* 340. *&* 341. agit etiam *Lez-*
*zana par. 1. cap. 16. num. 31. vbi num,* 20. *&* 21.
de bonis apoſtatarum, & fugitiuorum, ſicut
de bonis eiectorum, agit *Bonacina opuſculo*
*de clauſura q. 2. §. 7. ad finem.* qui *in opuſculo*
*de largitione munerum punct. 2. num.* 10. ſup-
ponit, poſt *Molinā, Sanchez, Valerũ, & Leſ-*
181 *ſiũ*, eiectos in vita habere liberā adminiſtra
tionē bonorũ, quæ acquirũt, & proinde illos
non comprehendi in Bulla de largit. mu-
nerũ Clem. VIII. nec teneri ad reſtitutionē
eorum, quæ expēdũt in vſus illicitos. An au-
tem veniat appellatione eiecti, in ſimili ma-
182 teria monialis profeſſa eiecta, ex quo proru
pit in ſexũ maſculinũ? Affirmat *Portellius in*
*dubiis regular. verbo profeſſio hermaphroditi*
*ſub nu.* 9. Sed contrarium puto probabilius,
quia etiam eſt magis probabile, quòd profeſ-
ſio ipſius ob hanc cauſā irritetur, ſicut irrita-
183 tur matrimoniũ, ſi vxor ſimiliter euaderet
maſculus, ex quo deficit eſſentia matrimo-
nij, quæ eſt coniugium, ideſt ad naturalem
vitæ, & officiorum in diuerſo ſexu, ſocietas,
& alijs rationibus, de quibus per *Theſaurum*
*p. 2. de pœnis eccleſiaſticis, verbo Religioſi cap.* 12
*ad finem.* & ſi fateatur S. Pęnitentiariam in
opinionum varietate circa hanc controuer-
ſiam, tutius cēſuiſſe, nihil decernere. Quintò
bona etiā Beneficiatorũ, qui cùm ſint obli-
gati ad reſidentiam, extrà eam decedunt
ex conſt. Pij IV. incip. *de ſalute gregis*, quam
refert *Quaranta verbo reſidentia ad finē.* vbi
id diſponitur etiam in caſu, quòd talis ha-
buerit facultatem teſtandi, & diſponendi, il-
laque vſus fuiſſet. An autē pænæ dictæ Bul-
læ, & aliarũ cõſtit. de hac materia editarum,
incurrantur etiam ab eo, qui propè Diæce-
184 ſim, vel Parochiam moratur, v. g. per vnũ
milliare? Quęrit, & negat nouiſsimè *P. Paſ-*
*qualigus noster deciſ.* 465. ſed contrarium la-
tius probo inter meas conſultationes mora-
les, & poſtea reperi clarè docere *Theſaurum*
*loco ſuprac. verbo reſidentia cap. 1. ad finem.* Ita
etiam credo excuſare à dictis pænis, ſaltem
in foro conſcientiæ, ſi aliquibus diebus vl-
trà tres menſes abfuerit Epiſcopus, aut Ca-
nonicus, & vltrà duos menſes Parochus, vt
loquitur *Bonacina in opuſculo de onere, &*
*obligatione beneficiatorum, pun. 4. ad finem.* nē-
pè quindecim diebus, vt exemplificat *Vin-*
*centius Vinyals in Apologia pro neceſſaria Pa*
*rochorum reſidentia num.* 47. & hoc ratione
paruitatis materiæ, quidquid *Paſqualigus ſu-*
*prà deciſ.* 473. velit, non debere hunc exceſ-
ſum eſſe vltrà tres dies, ex quo putat, non
poſſe vltrà tres mēſes dari hoc caſu paruitatē
185 materiæ, ſed benè tempus præfatum acci-
piendum eſſe non mathematicè, ſed mora-
liter. At certè ſi illa verba Concilij, *Sacroſan*
*cta Synodus vult, illud abſentiæ ſpatium ſingu-*
*lis annis, ſiuè continuum, ſiuè interruptum, ex-*
*trà prædictas cauſas, non debere nullo pacto*
*duos, aut tres menſes ad ſummum excedere.* ex-
cludunt paruitatem materiæ, excludunt etiā
moralitatem, & ſaltem non poteſt ſecundũ
me, aſſignari ratio, quare tres dies moraliter
non excedant, & excedant dies quinque, vel
ſex vſque ad 15. dies, niſi quia eſt parua ma-
teria, reſpectu nouem menſium, vt latius ha-
betis Deo dante *loco ſuprac.* Quintò, & vlti-
mò, etiam à Camera fit ſpolium de fructi-
bus beneficiorum vacantium à beneficiario
186 defuncto inexactis, quòd & ſi olim non
erat ita certũ, ex quo dubitabatur, an Bulla
Iulii III. circà hanc materiam eſſet recepta
necnè, vt latè per *Redoanum de ſpolijs q.* 5.
*Barboſā de officio, & poteſtate Epiſcopi alleg.*
117. *à num. 8. Riccium in collect. deciſ. collect.*
1749. *& Sperellum deciſ.* 82. Hodiè tamen eſt
certum ex conſt. nouiſsima Sanctiſſ. D. N.
Vrbani Papę VIII. octuageſima in ordine, *to.*
4. Bullarii, in qua non ſolum approbat,
confirmat, & innouat dictam conſtitutionē
Iulii III. ſed etiam declarat, nunquā mentis,
& intētionis Sedis Apoſtolicę fuiſſe, minuſq.
de cætero fore, per quamcumq. conceſsio-
187 nem, indultum, ſeù facultatem teſtandi, ac
diſponendi, aut ab inteſtato ſuccedendi,
&c. conſt. dicti Iulii III. quòad fructus in-
exactos, etiam ſi affictus, & emolumenta,



Digitized by Google

quæcunquæ inexacta huiuſmodi, deberen-
tur ratione fructuum recollectorum, inhor-
reo reconditorum, ac etiam conſumptorũ,
derogare, vt ibi latius eſt videre. Quid ſi di-
cti fructus fuerunt deſtinati in vrbe, vbi non
fit ſpolium? videte *Seraph. deciſ.* 592. Ad quẽ
188 autem ſpectat ſoluere debita beneficiarij
defuncti, an ad Camerã, aut ad ſucceſſorẽ in
dicto beneficio. an potius ad heredẽ? tractãt
Doctores, poſt *gloſam in cit. cap. præſenti, aliàs
fin. de officio ordinarij.* proſequitur *Sopranus
apud Filliuccium tract.* 43, *cap.* 6. *num.* 11. *& tri
bus ſequentibus,* adeſt quoque *deciſ. Rota* 41.
*ſub tit. de probationibus in antiquis.*

Celebrare diuina, vel illa celebrare facere
præſumentes, extrà caſus à iure cõceſsos, in
189 locis à iure, vel ab homine interdictis, ſiuè
ſæculares, ſiuè Regulares, incurrunt ſuſpen-
ſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, donec ad arbi-
trium Ordinarii, qui tulit interdictum com-
petenter ſatisfecerint. *c. Epiſcoporũ de priuil.
in* 6. & ſi ante ſatisfactionem ſit reſeruata d.
ſuſpenſio, S. Pontifici, poſt ſatisfactionem au
tẽ præſtitã, ſtatim remanebit quis abſolutus,
nec aliqua indigebit abſolutione. *Bonacina
tom.* 3. *diſp.* 3. *q.* 3. *p.* 1. *ad finem.* Et quia ad hoc,
vt incurratur talis ſuſpenſio requiritur, ꝙ
locus ſit nominatim declaratus interdictus:
nam vt ſuo loco dixi. *extrauagans ad euitan-
da.* habet locum non ſolum in excommu-
nicatione, ſed etiã in ſuſpenſione, & interdi-
eto, & in terminis poſt *Suarez,* notant *Bonac,
loco ſuprac. num.* 4. (vbi benè ſubdit, quòd tũc
190 locus ſufficienter cenſetur denunciatus
interdictus, quando ſuperior generaliter in-
terdicit aliquam ciuitatem, vel Diæceſim
& ſi non ſint in ſpecie nominata loca, ad ip-
ſam pertinentia) & *Theſaurus p.* 2. *de penis
eccleſiaſticis verbo cenſura cap.* 14. *verſ. declarà*
5. Sequitur, quòd quando latum eſt à iure,
ſatisfactio ſit præſtanda ad arbitrium Ordi-
narii declarantis, & denunciantis, vt ſupra
dictum locum interdictum. Dicitur primò
*celebrare diuina,* ideſt quæ fiunt à perſona
eccleſiaſtica nomine Eccleſię, & vt miniſtro
publico, & ordinato, nõ verò, quę ab eo fiunt
priuato modo, quo etiã à laicis fieri poſſunt,
& ſolent, vt infrà latius ſuo loco. Dicitur
*præſumentes,* nam ad talem ſuſpenſionem in-
currendam requiritur ſcientia, & dolus,
*Bonacina ſuprac. num.* 1. *ad finem.* & ſic excu-
ſat non ſolum ignorantia, ſed etiam metus,
191 & ſi leuis, ſecundum probabilem opinio-
nem, vt in terminis dixit *Theſaur. loc. ſuprac.
c.* 7. *verſ. limita* 3. Quando dicitur *extrà caſus
à iure conceſſos,* intelligi debet de caſibus
iure nouo in *cap. Alma mater de ſententia
excommunicationis in* 6. conceſsis, de quibus
infrà ſuo loco, item quoq. de priuilegiis poſt
*cit. cap, Epiſcoporum,* etiam extra corpus iuris
conceſsis, cùm per dictum textum, tantum
derogetur priuilegiis antea conceſsis, *The-
ſaurus ſuprac. cap.* 14. *verſ. declara* 2. id autem
quòd ſubdidi, *in locis à iure, vel ab homine
interdictis,* probabilius cenſet *Suarez t.* 5. *diſp.*
37. *ſect.* 1. *ſub num.* 5. intelligi debere, de locis
192 generaliter, non autẽ ſpecialiter interdi-
ctis, quem ſequitur *Filliuccius tract.* 18. *num.*
147. Pro ſæcularibus (ideſt clericis) & Regu-
laribus (tãm clericis, quàm Religioſis aliis)
communis opinio, de qua teſtatur *Nau. cap.*
27. *num.* 157. *verſ. vndecim.* item magis com-
munis, vt teſtatur *Theſaurus cit. cap.* 7. *verſ.*
193 *limita primò,* ſe habet, intelligi de exem-
ptis a iuriſdictione Ordinarii per priuile-
gia Sedis Apoſtolicę, ob illa verba ipſius no-
ſtri textus, ibi *ne aliqui ſæculares, vel Regula-
res, quantumcumque exemptionis, ſeù liber-
tatis Sedis Apoſtolicæ priuilegijs communiti,
cuiuſcũq. ordinis,* &c. Contrà *gloſam,* Barboſ.
*& Sayr., apud Theſaur. loc. ſuprac.* quibus ad-
do poſt *Conink, Hurtadũ de interdicto ſub n.*
36. Volentes, particulam illã, *quantumcunq.
&c.* eſſe ampliatiuam, etiam ad non exem-
ptos, & non priuilegiatos, & non reſtrictiuã
tantum ad illos, hanc opinionem ſequitur
etiam *Bonacina loco ſuprac. num.* 1. *verſ. Am-
pliatur,* ſed allegat pro ea *Suarez, & Filliucc.*
qui docent primam opinionem communẽ
Certum autem eſt, non comprehendi in di-
cta prohibitione Epiſcopos, ratione de qua
ſup. *n.* 58. & in ſpecie poſt *Franchum* notat
*Theſaurus ſuprac. cap.* 14. *verſ. declara tertiò.*
Tandem dixi, *incurrunt ſuſpenſionem ab in-
greſſu Eccleſiæ,* nam & ſi in dicto textu non
fiat mentio ſuſpenſionis, ſed interdicti ab
ingreſſu Eccleſię, & *Suarez diſp.* 3.. *ſect.* 2. *n.*
4. expreſsè dicat, iſtam non eſſe propriam ſu-
ſpenſionem, quę ſolis clericis conueniat, ſed
ſpecies interdicti, cõmunis omnibus etiã lai-
cis *& Alterius diſp.* 11. *de ſuſpenſione c.* 1. *ad fi-
nẽ* cõcludat, *nullũ ius apparere, ex quo inferri
poſsit, incurri ſuſpenſionem ipſo facto per eum
qui in loco interdicto celebrauerit, vt ſuſpenſio
194 eſt cenſura diſtincta ab irregularitate.* Et
Doctores ſupracitati magis communiter do
ceant, hunc incurrere irregularitatem, per
tex. *in cap. is qui de ſententia excommunica-
tionis in* 6. vt eſt videre apud *Auilã p.* 7. *diſp.*
9. *ſect.* 2. *dub.* 8. *& Hurtadũ de interdicto n.* 35.
quia tñ vt dixit *Anchar. in c.* 1. *de ſent. excom. in
6. n.* 2. homo magis propriè ſuſpẽditur, & lo-
cus interdicitur, ideò magis cõmuniter DD.
ſupracitati vocant hanc pęnam, ſuſpenſionẽ.
195 Celebrãtes in Eccleſia publicè polluta, eã-
dem ſuſpenſionem, de qua ſuprà, ex eodem
*cap. Epiſcoporum*; ipſo iure incurrere, poſt
*Lapum,* docet *Silueſter v. conſecratio* 2. *ad fin.*
qui etiam ſubdit, quòd cum tali ſuſpen-
ſione celebrans, fiat irregularis, probant
*Viualdus de interdicto num.* 85. *Graſſius p.* 1.
*deciſ. lib.* 2. *cap.* 48. *num.* 28. *& alijs citatis* ſe-
quitur

Digitized by Google

quitur *Azorius p.1 lib.10. cap.26. quæſito 16.*
vbi mouet dubium, de quo ſuprà, an id in-
telligatur de exemptis, vel etiam de non exē-
ptis, contrà *Hoſtienſem*, qui volebat, quòd
talis tantum celebrando in loco interdicto,
eſſet irregularis. Tamen quòd talis neque
196 irregularitatē incurrat, neque in ſuſpen-
ſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, docent poſt
alios *Auila p 5. diſp.7. dub.3. concluſ.3. Filliuc.*
*tract.5. n.117. Barboſa de offic. & poteſt. Epi-*
*ſcopi alleg.28 num.54.* poſt *Henriquez, Vgoli-*
*num, Mirandam, Alter. & alios*, qui illā affe-
runt huius veritatis rationem, nempè quòd
pollutio Eccleſiæ non ſit cenſura, de qua lo-
quitur tex. ab aduerſarijs adductus in *c. is qui*
*de ſent. excōm. in 6.* pro cuius violatione incur
ritur irregularitas. Neq. interdictū, pro quo
imponitur ſuſpenſio ab ingreſſu Eccleſię, in
*d.c. Epiſcoporū*, & poſt *Fagund. lib.3 in primū*
*praeceptum Eccleſia cap.14. num.5. & Suarez*
*tom.3. diſp.81. ſect.4. verſ. ſed quares*, illam
probat *Theſaurus p.2. de panis eccleſiaſt. ver-*
*bo ſacrilegium cap.5. in principio*, qui teſta-
tur de communi quòad hanc partem de ſu-
ſpenſione, refertque *Sayrum* appellantem
contrariā ſententiā, falsā, ſicut quòad primā
partē de irrregularitate, teſtatur etiā de com-
muni *Auila loc ſuprac.* Reſtat igitur, quod tūc
talis celebratio ſcienter facta ante recōcilia-
tionē ſinè diſpenſatione, ſit tantum peccatū
mortale, vt concludunt DD. ſupracitati cō-
muniter, quibus addo *Venerum in examine*
*Epiſcop. lib.c.c.36. num 12.* Hanc diſpenſatio-
197 nem facit Epiſcopus, vel Vicarius, Epiſco-
po abſente, qui tamen nō debent illam cō-
cedere abſque vrgenti neceſſitate *Barboſa, &*
*Filliuccius locis ſuprac.* Facta hac conceſſio-
ne, & celebrata vna miſſa, an ſit neceſſaria
alia reconciliatio? Nō reperio clarè explica-
tum à Doctoribus. Qui tantum quærunt
de eo caſu, quòd bona fide antè publica-
tionem dictæ pollutionis, ſit ibi celebrata
miſſa, an ſi poſtea publicetur, ſit neceſſaria
198 reconciliatio, in quo quæſito, licèt *Alph.*
*à Caſtro de lege penali lib.2.c. vlti. poſt tertiā*
*conclusionem.* neget, eſſe neceſſariā aliā recō-
ciliationem, quia vt ipſe ſubdit, pręſentia
corporis Chriſti reputanda eſt pro ſufficiēti
reconciliatione, quam opinionem dicit pro
babilem *Auila loco ſuprac. ad finem prima con*
*clusionis.* & *Diana par.2. tract.14. reſol.50.*
*de celebratione miſſa*, addit, ꝙ etiam ſit dicta
opinio tuta in praxi, idem inferens de cele-
bratione facta in patena, & calice non con-
ſecratis, aut veſtimentis non dū benedictis,
Tamen hanc opinionem dicit falſam. *Laym.*
*lib.5. tract. de ſacrificio miſſa cap.5. num,13.*
qui præter *Portellium, & Fagundez citatos.*
*Diana*, probat opinionem affirmantem, eſſe
neceſſariam adhuc reconciliationem, & no-
uiſſimè iſtam opinionem non ſolum dicit
verā, ſed teſtatur ita vidiſſe ſeruatū Romæ

*Theſaurus loco ſuprac. verſ. Aduerte etiam*, qui
ſubdit, etiam data, non conceſſa prima opi-
nione de Eccleſia polluta, adhuc eſſe im-
probabilē, & reijciendā. (vt ante dixerat *Fa-*
199 *gundez*, opinionē de calice, vel patena nō
conſecrata, & veſtimentis non benedictis, cū
non valeat, argumētū de Eccleſia, quę iā præ
ſupponitur conſecrata, ad res, quæ nunquā
fuerunt conſecratæ, aut benedictę. Tamen
ex quo ratio, qua ipſi auctores probant dictā
ſententiam, quòd ſcilicèt reconciliatio pen-
deat ex certa verborum forma, & ſollemni-
tate ab Eccleſia inſtituta, cū militet etiam in
caſu, quo Epiſcopus diſpenſat, vt ſup. videtur
quòd in eo ſit dandum idem ius, maximè
quia etiam omnes Doctores communiter
Summo Pontiſici duntaxàt concedunt, ꝙ
poſſit per diſpenſationem, ſuo ſolo verbo
reconciliare Eccleſiam pollutam, abſque ex-
teriori cęremonia conſueta, vt per *Theſaur.*
*loco ſuprac. ad finem.* & hoc volunt ſignifica-
re authores, quando dicunt, quòd quando
Epiſcopus longe abeſt, ex iuſta cauſa conce-
dere poteſt, vt in ea celebretur ante recon-
ciliationem, ita *Barboſa loco ſuprac. num.61.*
200 vbi *n.64.* agit de priuilegio Regularium
in hac materia, de quo præter ab eo citatos,
vide *Auilam ſuprac. concluſ.3 ad finem.* Quòd
autem moderatio *cap. alma mater*, de qua ſu-
prà, non habeat locum in Eccleſia polluta,
docent *Sayrus, Filliucc. & alii DD. ſuprac.*

Cenſurę ſententiam ferens iudex Eccle-
ſiaſticus abſque monitione, coram teſtibus
idoneis: itaut ſi opus fuerit, illa poſſit probari,
aut non in ſcriptis, vel abſque cauſæ expreſ-
ſione, vel ſi requiſitus, non dat copiā ipſius
ſententiæ intrà menſem ei, contra quem illa
fuit lata; incurrit ſuſpenſionem per menſem
ab ingreſſu Eccleſiæ, vt in iuribus, de quibus
ſuprà *recoll. 2. à num 722.* vbi latè de hac ma-
teria, vbi *à n.735.* habetis quoq. an d. ſuſpen-
ſio habeat locum in Prælatis Regularibus,
eodem modo cenſuras ferentibus. Et quia
in moralibus nihil dictum, cui aliquid non
poſſit addi dicendū ] Addo hic declaratione
s aliquas circà dicta *loc ſuprac.* Et inprimis
qn̄ dixi generaliter, ꝙ ferens ſententiā cen-
ſuræ ſinè dictis circumſtantijs, incurrit ſu-
ſpenſionem vt ſup. Declaro, id communiter
procedere de alijs circūſtantijs, ſup. relatis
præter circumſtantiam monitionis, quia
plures auctores docent, quòd non præ-
mittens monitionem, tantum incurrat di-
ctam ſuſpenſionem, quando fert ſenten-
tiam excommunicationis, vt loquitur *tex. in*
*cap. ſacro de ſententia excommunicationis*, non
autem quando ſic ferret ſententiam ſuſpen-
201 ſionis, vel interdicti, ita poſt alios *Silue-*
*ſter ſuſpenſ.§.6. & 14. Nau. cap.21. n.156. verſ.*
*5. & 6. Vinaldus de ſuſpenſ. num.70. & 71. To-*
*letus lib.1. cap.29. verſ.7. & 8. Canisk diſp.13*
*n.80.*

Digitized by Google

n.80. & 85. qui ideò ſeparatim enumerãt ſu-
ſpẽſionẽ d. c ſacro, & c.1. de ſententia excõ-
municat. in 6. Sayretiã hoc expreſsè videtur
aſſerere lib.4.c.2.n.17. vbi loquẽdo de excõ-
mun. interdicti, & ſuſpenſionis ſentẽtia, ſub-
dit, incurri ſupradictũ interdictũ, nõ autẽ qñ
loquitur de omiſſione alterius ſolẽnitatis, nẽ-
pè monitionis, clarius id aduertit Suar. diſp.
37. ſect.1. num.3. ibi in hoc etiam differt à præ-
cedente, quia non extenditur ad alias cen-
ſuras, ſeù ad iudices omittentes huiuſmodi mo-
nitionem in quibuſcunque cenſuris ferendis, ſed
in ſola excommunicatione, quia de illa ſolum
loquitur textus, &c. proſequuntur Bonacina
tom.3. diſp.3. quæſt.5. §.1. num.2. (in quo ſenſu
eum allego ſup. recoll.2. ſub num.758. vbi illã
opinionem dico, non eſſe improbabilem) &
Theſaurus p.2. de pœnis eccleſiaſticis, verbo cẽ-
ſura cap.1. verſ. declara 2. hoc idem videtur
dicere Butrius in dicto cap. ſacro num.26. qui
& ſi diſtinguat, an feratur ſuſpenſio, & inter-
dictũ in fraudẽ huius cõſtitutionis, an nõ, &
primò caſu ait, quòd habeat locum decreta-
lis, ſecundo verò caſu, quòd non habeat lo-
cum pœna reſpectu ſuſpenſionis ab ingreſſu
Eccleſiæ, ſed pœna reſpectu intereſſe; Ta-
men ſubdit hæc verba, hodiè tene quòd habe-
tur in cap.1. de ſent. excommunicationis in 6.
vbi expreſsè eſt ſermo tàm de excommu-
nicatione, quàm de ſuſpenſione, & inter-
dicto, & tamen non fit mentio de monitio-
ne. Quidquid contrarium videatur velle
Felinus in d. cap. ſacro ſub num. loquens tã-
tum de excomm. & ſuſpenſione, quem ſe-
quitur Henriquez lib.13. cap.39. num.4. & Al-
terius de ſuſpenſ. diſp.14. c.1. in principio. Qui
Felinus ad hoc allegat tex. in cap. reprehenſi-
bilis de appellationibus, vbi tantum ſtatuitur
vt nec Prælati, niſi canonica admonitione præ-
miſſa, ſuſpenſionis, vel excommunicationis ſen-
tentiam proferant in ſubditos, niſi fortè talis ſit
culpa, quæ in ſuo genere (id eſt ipſo facto, vt ex-
ponit gloſa littera C) ſuſpenſionis, vel excom-
municationis pœnam inducat. Quòd ab aucto-
ribus primæ ſententiæ, non negatur, eſſe ſci-
202 licèt neceſſarium, quòd præcedat moni-
tio ad iuſtè proferendam ſententiaam, non
ſolum excommunicationis, ſed etiam ſu-
ſpenſionis, & interdicti, quando hæ aliæ duę
cenſuræ feruntur in ratione cenſuræ, ſeù
ob contumaciam, non autem quando ferũ-
tur in ratione puræ pœnæ, ſeù ob delictum
vt dixi ſup. recoll.2. num.603. quibus illic al-
legatis accedit Sayrus lib.4. cap.2. num.14.
vbi teſtatur de communiori Canoniſtarum,
qui & ſi ibi loquatur tantũ de ſuſpenſione,
tamen idem de interdicto dixit lib.1. cap.12.
num.5. ad finem. & de omnibus loquitur Co-
nink diſp.13. de cenſuris num.82. & tantum
negatur ab eis, quòd ob omiſſionem mo-
nitionis in ferenda ſuſpenſionis, vel inter-
dicti ſententia, incurratur ſuſpenſio ab in-
greſſu Eccleſiæ per menſem, de qua ſuprà
Dixi, ad iuſtè proferendam ſententiam, &c.
quia vt dixi ſup. recoll.2. num.617. ſenten-
tia cenſuræ lata ſine trina monitione, dum-
modo ſit lata cum aliqua monitione, licèt
203 ſit iniuſta, regulaliter tamen eſt valida, qui-
bus ibi allegatis addo Campanilem in ſuo di-
uerſ. iuris canonici Rub.11. cap.15. num.83.
poſt Alterium. Nec obſtant verba tex. in dicto
cap. ſacro. ibi etiam ſi iuſta fuerit excommunic.
quia ex illis non excipitur, quòd ſimplici-
ter ſit iuſta, vt videtur aſſerere Bonac. ſup. p.
1. §.1. verſ. Ampliatur. ſed tñ poſſe eſſe iuſtã
ex aliquibus cauſis, vt per Campanilẽ loco ſu-
prac. vel & melius dico cum gloſa ibidem
verbo iuſta fuerit, illa verba denotare, quod
talis ſententia poſſit eſſe iuſta ex cauſa, quia
verè reus cõmiſerat crimen cẽſura dignũ, tã
non per hoc etiam erit iuſta ex ordine, ſed
potius ex hoc capite, quando non fuit præ-
miſſa monitio, erit iniuſta, aliàs neque iudex
mulctandus, neq. ad intereſſe condẽdãdus,
vt habetur in dicto tex. & notant ibidẽ Do-
ctores communiter. Dixi quando ſuſpenſio
vel interdictum feruntur in ratione cenſuræ
quia hæc eſt differentia inter excõmunic.
& has alias duas cenſuras, quòd excommu-
204 nicatio ſemper feratur in ratione cen-
ſuræ; interdictum autem, & ſuſpenſio poſ-
ſint ferri non vt cenſuræ, ſed vt puræ pœnæ
& ad vindictam, vt dixi ſuprac. n.603. Vndè
vt aduertit Hurtado de cenſuris in communi
num 81. ibi à me allegatus, ſuſpenſio, & in-
terdictum quando feruntur vt cenſuræ, lici-
tè, & validè poſſunt ferri, ob cauſam minus
grauem, ac quando feruntur in puram pœnã,
quia primo caſu exigunt auferri, poſita emẽ-
datione, non verò ſecundo caſu, quo tantũ
auferuntur media gratia, & diſpenſatione,
quæ nequit licitè fieri, niſi exiſtente cauſa
rationabili Circà primam ampliationem cit.
recoll.2. num.278. traditam, quòd ſcilicèt di-
cta ſuſpenſio incurratur à iudice, etiam vbi
205 cenſura ab eo lata non habuit effectum
adde Genuenſem in praxi Archiepiſcop. Neap.
cap.25. num.3. in 2. edit. vocantem eã opinio-
nem tutiorem, & Bonacinam cit. p.1. §.2. num.
16. vbi num. præced. idem dicit, quando ipſa
cenſura eſſet inualida. Contrariam autem
ſententiã, eo. ſ. caſu non incurri à iudice di-
ctam ſuſpenſionem, quam vt loco cit. dixi,
Alterius fatetur eſſe probabilem, latè con-
firmant Graſſius conſ.4. num.18. vſq. ad 23. de
ſent. excomm. & Manriq. p.1. ſuarum qq. regu-
larium q.10. num.8. vbi contrariam opinio-
nem dicit non eſſe veram, & ex hoc infert,
non incurri dictam ſuſpenſionem à iudice
206 ferente cenſuram ad terrorem abſque di-
ctis ſollemnitatibus, in dubio autem, vt aliàs
dixi, non debet præſumi cenſura lata ad ter-
rorem

Digitized by Google

rorem ob periculum illaqueandi animas, vt per *Graff. ſup. conſ. 9. n. 5.* (Qui *conſ. 12. num. 8.* benè ſubdit, ſtandum eſſe dicto iudicis declarantis, ſe non habuiſſe animum per dictã cenſuram ligandi, &c.) imò quòd dictæ ſollemnitates *d. c. 1.* vendicent ſibi locum in
206 cenſura purè, non autem ſub conditione lata, probat *Sperellus cum eodem Lapo deciſ. 39 num. 35. & ſequentibus.* Dixi *ſollemnitates d. c. 1.* quia certum eſt, ſollemnitatem *cap. ſacro.* ſcilicèt monitionem, non eſſe neceſſariam in dicta cenſura lata ſub conditione, vt per *Hurtadum de cenſuris in cõmuni difficult. 18. in principio.* Circà ſecundã ampliationem traditam *ſuprac. recoll. 2. num. 29.* quam admittit etiã *Archidiaconus in c. 1. n. 12. ad fin. de ſententia excommunicationis in 6. & poſt Alter.* ſequitur *Bonac. t. 3. diſp. 3. q. 5. p. 1. §. 2. n. 13.* illam extendit *Manriquez par. 1. ſuarum quæſtionum vicarialiũ q. 10. n. 3.* etiã vbi iudex omitteret vnã ex tribus monitionibus, quæ extẽſio cùm procedat vbi tres monitiones fiũt ſeiunctim, nõ autẽ qñ ſit vna prò tribus,
207 meritò hic examinare debeo, an iudex ad ſui arbitriũ poſſit vti d. forma. ſ. vna pro tribus monitionibus. Et certè per textũ *in c. conſtit. de ſent. excomm. in 6.* videtur remiſsũ arbitrio iudicis, vt patet ex dictione *ſiuè.* quæ eſt diſiunctiua, & alternatiua, & regula eſt, in diſiunctiuis, & alternatiuis, poſſe quẽ eligere vnũ, vel alterũ ad ſui arbitrium & ſic in terminis noſtris videtur docere *Butrius in dicto c. ſacro ſub num. 20.* & clarius *Graffius conſ. 4. ſub n. 13. vol. 2.* & hoc fortè voluit dicere idem *Manriquez ibid. n. 2.* quando ſubdit, in praxi receptum eſſe, nunquã fieri tres monitiones, ſed vnam pro tribus, cùm ipſe non poſsit atteſtari niſi de praxi, & vſu illorum locorum, vbi fuit verſatus, *& Campanilis loco ſuprac. ſub num. 82.* expreſsè dicit, hoc non debere fieri, niſi ex aliqua cauſa, & *Vulpe in ſua praxi iudiciali fori eccleſiaſtici c. 1. n. 10.* ſubdit, niſi neceſsitas aliud expoſcat, qui ambo fuerunt etiã in praxi verſati, & cũ non poſſint hoc dicere, fundati in finalibus verbis tex. ibi *niſi facti neceſſitas aliter ea ſuaſerit moderanda*, quia illa non referuntur ad monitionẽ vnã pro trina, ſed ad eos caſus, in
208 quibus poteſt ferri ſententia cẽſuræ abſq. aliqua monitione, vt clarè colligitur ex *gloſa ib. id. verbo neceſsitas*, & proſequuntur Doctores, & pręcipuè *Felinus* qui enumerant dictos caſus, quos etiã habetis apud *Dianam p. 5. tract. 9. reſol. 19.* ſicut alios caſus, in qui-
209 bus poſſunt quoq. omitti aliæ ſollẽnitates, præter eos, quos enumeraui *recoll. 2.* habetis apud *Manriquez loco ſuprac. Ricium in collect. deciſ. collect. 754. & Sperellum deciſ. 39 ad fin.* neceſſe eſt, vt citati authores dicta verba referant ad praxim, & ſuorũ Tribunaliũ ſtylum. fauet ratio, quam in medium affert *Campanilis loco ſuprac. poſt Satum* nempè *vt reus, ſi non alia cauſa, ſaltem huiuſmodi monitione ter iterata, intentiuum habeat ſeſe compungendi*, quæ longè magis eſt conformis qualitati cẽſuræ, quæ eſt, ꝙ ſit pæna medicilis, quàm ratio adducta à *Manriq.* pro ſuo dicto, *quòd ſi tres monitiones decernerentur, eſſet nimis grauare partes, & iuſtitia complementum, prolixa mora adminiſtrare*, nam
210 de ratione medicinę propriũ eſt, moleſta, & laborioſa medicamenta, ac interdũ etiam ignem, & ferrum adhibere, vt ſanitatem, bonamque valetudinem, vl præſentẽ tueatur vel abſentem reuocet. Quod etiam confirmat id, quod ſubdit idem *Cãpanilis, poſt Altariũ, & alios Canoniſtas* ibidẽ *n. 84.* ſententiã
211 .ſ. excõm. debere ſeiunctim, & ſeparatim ferri à monitione, nec poſſe concurrere cũ illa. Quidquid cõtrariũ dicat obſeruari *Mãriq. cit. n. 22.* & ſi vbi iudex de facto etiã ſine neceſsitate præmitteret vnam pro tribus, & ſimul etiã cẽſurã, nõ incurrat d. ſuſpẽſionem Dicit etiam *Manriquez ibid. num. 7.* nullo citato authore, per vſum nẽpè, & conſuetudi-
212 nem, contrariam, tolli poſſe omnes ſollemnitates, *dicti cap. ſacro, & cap. 1.* quòd licèt poſsit generaliter verificari in ſollemnitatibus, *cap. 1.* vt in ſpecie de ſollemnitate ſcripturæ, habetur latè per *Sperellum cit. deciſ. 39.* tamen ita dici non poteſt de ſollemnitate *d. cap ſacro*, ſcilicèt monitione,
213 ſaltem vt includit citationem, non ſolum quia cenſura vt cenſura pro delicto pręterito, fertur ob contumaciam, & quis non poteſt eſſe contumax, niſi moneatur, vt ſæpe dictum fuit *cit. recoll. 2.* ſed etiã quia citatio
214 eſt de iure diuino, vt poſt ferè innumeros, probat *Chartarius deciſ. Curia Archiep. Me-*
215 *diolan. 69. nu. 6.* & conſuetudo non poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris diuini, vt per eundem *Chartarium ſup. deciſ. 46. num. 35. & ſeq.* Accedat nã vt *ſuprac. recoll. 2. nu. 608.* dixi,
216 non ſolum S.P. non poteſt diſpenſare, vt cenſura feratur abſque aliqua monitione, cũ illa ſit non ſolum de iure diuino, ſed etiam
217 de iure naturali, ex quo ſpectat ad defenſionem (ob quam rationem. *Chartarius ſuprac. deciſ. 61. à num. 8. vſque ad 13. excluſiuè,* probat, non poſſe tolli per ſtatutum, neq. per Principẽ etiã de poteſtate abſoluta in cauſis ſimilibus criminalibus, ſed etiã quòd quis non poſsit citationi renunciare, ſed quòd nõ
218 poteſt pactũ, neque conſuetudo. *Eutrard. loco 89. de pacto ad legem ſtatutum, & conſuetudinẽ*, ergò citatio neq. pôt tolli per conſuetudinẽ. Circà limitationem ſecundã *eodem loco* poſitam *ſub num. 730.* ſi bona fide, & nõ temerè, vt dicitur in *dicto cap. 1.* iudex non ſeruet dictas ſollemnitates. Nota, quod *Sperellus cit. deciſ. 39. num. 24. & ſeq.* probat, excuſatum fuiſſe in foro ſori à dicta ſuſpenſione

Digitized by Google

219 ſione Vicarium, qui iudicialiter iurauit,
in prolatione ſententiæ, non veniſſe ibi in
mentem, diſpoſitionem d.c.1.non ſolū, quia
naturalis obliuio,ac inconſideratio excuſat
ab incurrenda cenſura, vt dixi ſup. recoll.1.
ſed etiam ex eo, quia ad incurrendam hanc
ſuſpenſionem requiritur, vt dictę ſollemni-
tates omittantur ex dolo, & temeritate, &
ſic cum certa ſcientia, & directa voluntate;
vel ex tanta negligentia, quæ illi moraliter
equipolleat, quia in d.cap.1. requiritur in d.
iudice temeritas. Ex quo Sperell.colligit igno
220 rantiā ſcilicèt iuris, poſſe excuſare dictum
iudicem,quod etiam docet Bonacina cit.p.1.
§.2. quidquid contrarium probet Manriq.
cit q.10.num.10. Nota,quòd in cap.ſacro, & ſi
non requiratur temeritas, requiritur tamen
præſumptio, quæ in hoc non differt à teme-
221 ritate, vt de eo quod auſu temerario fieri
prohibetur, patet ex dictis ſup.recoll.1.á n.
371.& ſeq.vbi habetis,quæ ignorantia excu-
ſet a cenſura incurrenda, quando imponi-
tur contrà aliquid facere præſumentes, vel
auſu temerario aliquid facientes id tamen
hic aduertendo,quod & ſi ibi accipio teme-
ritatem, prout idem ſit cum dolo, tamen vt
dicit Farinacc.p.1.praxis q.90.num.98.teme-
ritas ſecundum veriorem opinionem, com-
mittitur ſine dolo. In terminis dicti cap ſacro
quòd ignorantia excuſet, notat Graſſius p.1.
lib.4.deciſ.cap.3.n.10.verſ.Nec eos.Circà quar
tam limitationem de cenſura lata per viam
ſtatuti, ibi allegatis, addo Bonacinam ſuprac.
p.1.§.1.n.2.verſ.dixi in limit.vbi loquitur in
terminis c.ſacro, & §.2.n.4. vbi loquitur de
ſollēnitatibus cap.1. & præcipuè ſcripturæ,
quòd etiam intelligit de cenſura lata per edi
222 ctum,& per legem, ſicut etiam loquitur
Sperellus cit. deciſ. 39. num. 47. & Genuen-
ſis in praxi cap.25.nu.4.vbi loquitur de man-
dato generali, & dat exemplum de Vicario
Epiſcopi præcipiente ſub pæna excommu-
nicationis,vel ſuſpenſionis,aut interdicti, vt
omnes clerici veniant ad proceſsionem. Tra
ctat etiā Bonac cit.§.2.n.8.an quando cenſurę
ſententia fertur generaliter contrà perſonā
223 incertam, etiam ſit in ſcriptis proferenda
& cū cauſæ expreſsione,aliàs incurrat iudex
dictam ſuſpenſionem, & affirmat cōtrà Al-
terium,& Suar. ſed horum opinio eſt magis
conformis textui in d.cap.1. vt ibi aduertit
Archidiaconus ſub num.9. Circà limitationē
224 quintā de iudice ferente ſententiam decla-
ratoriam cenſuræ, alijs ibi allegatis, accedit
Bonacina ſuprac §.2. num.3. vbi num.ſeq. ſe
declarat,hoc intelligi de monitione propriè
accepta, non autem de citatione, iuxta ea,
quæ dixi ſupra recollect. praeced.num. 883.
& proſequitur Theſaurus p.2. de pænis eccleſ.
v.cenſura c.1.verſ àeclaro 5. Circà ſextam li-
225 mitationem de præcepto ſub pæna cenſu-
ræ maioris latæ ſententiæ, licèt ei contradi-
cat Genuenſis in cit. cap.25. num.2. vbi dicit,
hoc communiter docere DD.in d.cap.1.Ta-
men illam docent Graſſius cit.conſ.4.num.15
& 16.Suarez, Layman, & Sanchez. quos re-
fert,& ſequitur Theſaurus ſuprac verſ.de cla-
ra 5.Dixi cenſura maioris, quia dictæ ſollem-
226 nitates nō habent locum in excōmunica-
tione minori,vt per Bonacinam ſuprac. §.2.n.
3.Dixi latæ ſententiæ,quia neq. habēt in præ-
cepto ſub pæna excōmunicationis ferendæ
227 ſententiæ (quale intelligitur,quotieſcun-
que fit ſimpliciter ſub pæna excommunica-
tionis ſuſpenſionis,aut interdicti, vt dixi ſu-
prà recoll. 1. & hoc voluit dicere Sperellus
cit.deciſ.39.ad finem.quando limitat tex.in d.
cap.1.& cap.ſacro, in monitione aliquid fa-
ciendi ſub pæna excommunicationis, cla-
rius Manriquez cit. q.10. num.9. qui hanc
opinionem ſequitur tamquam magis proba-
bilem,& litteræ,ac menti S. Pontificis magis
aptā.Circà id ꝙ ibid. ſubdidi,dictam ſuſpen-
ſionem non incurri ab Epiſcopis, & eis ſu-
perioribus Prælatis non obſeruantibus di-
ctas ſollemnitates in ferenda cenſura.Nota
Graſſium p.1.deciſ.lib.4. cap.3. num.19. & 20.
limitare hanc doctrinam ad Epiſcopos con-
ſecratos tantum,& ſic docet, quòd ſi ſint tā-
228 tum electi,& confirmati, ſi non obſerua-
rent dictas ſollemnitates, quòd incurrerēt ſu
ſpēſionē,ſecus de Archiepiſcopis nō palliatis,
quia licèt ante acceptū palliū,neq. Archiepi-
ſcopū ſe appellare poteſt,c.niſi de authorit. &
vſu pallij, tñ ſi eſt conſecratus eſt verè talis,
ideòq. illum offendens incurrit excomm.
Bullæ cænæ, Alzedus p.1.ſua praxis c.3. n.67.
& ſi contrariū dicendum exiſtimet.vt etiā ibi
229 tetigi,de Cardinalibus non Epiſcopis, qui-
plus alijs, ex maiori vicinitate cum Papa,
ſunt priuilegiati. Circà ſollemnitatem ſcri-
pturæ,nota, quòd Bonacina ſuprac.§.1.num.
2.ad finem.poſt Suarez docet, incurrere di-
ctam ſuſpenſionem iudicem, qui prolatą
230 cēſura ſine ſcriptura,& ſi eā poſtea in ſcri-
ptum redigit,& ideò docet, promulgationē
cēſuræ eſſe faciendam ex ſcripto. Cuius con
trarium latè probat Sperellus ſuprac.deciſ.39.
& ante eum Graſſius conſ.4. ſub num.17. de
ſent.excommunicationis vol.2. Tandem circà
id,quod dixi ead.recoll.2. num.274. de ſuſpē-
231 ſione ab audiendis confeſsionibus ſæcula-
rium facta à ſuperiore Regularium ergà ſuū
ſubditum, qui iam approbatus fuit ab Epi-
ſcopo, vt nēpè qñ illa fertur tāquā cenſura,
debeant de iure cōmuni obſeruari ſollēni-
tates,de quibus ſup.ex quo dicta facultas au-
diēdi cōfeſsiones ſæculariū nō pendet ab ip-
ſo ſuperiore,reperi poſtea,docere Bonac.loco
ſuprac.p.1.§.2.n.14.ad fin.& Bellett.p.2.§.30.
qdquid contrariū præter Alter. ibi cit. à Bo-
nac.antea docuerat Sayr.lib.4.de cenſuris c.2.

Digitized by Google

ad finem. Quomodo autem ignorantia iuris
232 poſſit Regulares excuſare, vide *Graff. ſu-
pra c.p.1.deciſ.lib.4.cap.3.n.22.* vbi quòd ipſos
excuſet ignorantia iuris, vt milites, ruſticos,
mulieres, & perſonas publicę conuerſatio-
nis ignaras, de qua re præter *Sayr.* ab eo cita-
tum, videte *Panormit. in cap. ex multa num. 2.
ex. de voto, & voti redemptione.*
233 Clericus blaſphemans D.N. Ieſū Chriſtū,
vel B. Virginem eius Matrē, non eſt ſuſpēſus
ipſo iure, ſed ſuſpendendus: nam pro prima
vice fructibus vnius anni omnium, & quo-
rumcunque beneficiorum priuandus, pro ſe-
cunda vice priuandus beneficijs ipſis, & pro
tertia, etiā dignitatibus, ac deponendus, & in
exilium mittendus, quòd ſi nullum obtinue-
rit beneficium, pœna pecuniaria, vel carce-
ris, pro prima vice puniēdus, pro ſecūda car-
ceribus mācipādus, pro tertia verbaliter de-
gradādus, & ad triremes mittēdus. Qui reli-
234 quos Sāctos blaſphemauerit, pro qualitate
blaſphemiæ, atque perſonæ, arbitrio iudicis
puniēdus, ex conſtitutione Pij V. incip. *Cum
primum Apoſtolatus. §. ad abolendum*, apud
*Quarantā verbo blaſphemia*, vbi bona. Addit
*D. Proſperi de Auguſtino* latè agit *Lazzar. de
blaſphemia q.5.n.32. Scortia in ſelectas SS Pon
tificum conſt. epitome 90.§.10. & Theoremate*
222. (vbi late oſtendit, quæ nā ſit blaſphemia
hæreticalis, quæ includitur in bulla cœnę pu
niēda ab inquiſitoribus etiā pro prima vice,
de qua recetiā *Graffius lib.1. de quinq. caſibus c.
10.n.24. & Diana p.4.tract.7 recoll.8.*) nouiſ-
ſimè de hac materia tractat *Bellect. p.2. ſuæ diſ
quiſitionis clericalis* §.1. qui *n.12. cum Azorio
& Suarez* contra *Lazzarium, & Comitolū*, vi-
detur in ea opinione reſidere, quod dictæ
235 cōſtitutiones non ſint in vſu receptę. Cuius
tamen contrarium patet ex his, quæ habet
*Genuenſis in ſua praxi Archiep. Neap. cap 64.
in 2. edit.* vbi præſupponens, dictam Bullam
eſſe vſu receptam, quęrit an clericus tunc in-
quiſitus, quòd pluries blaſphemauerit Deū
& B. Virginem, deberet condemnari ſtatim
ad triremes, vel tantum puniendus pœna pe-
cuniaria, vel corporali, prout prima vice præ
cipitur fieri in dicta Bulla, & ſubdit fuiſſe in-
tellecta dicta verba pro prima vice punitio-
nis, non blaſphemiæ, & ideò per quinquen-
nium fuiſſe dictum clericum exulatum à
236 ciuitate, ꝙ blaſphemia, tunc ſit hæretica-
lis, quando eſt directè, vel indirectè contrà
articulos fidei, habetur *in Directorio inquiſi-
torum p.2.q.41. refert M. Vulpe in ſua praxi
fori eccleſiaſtici cap.7.num* 47.

Clericus in ſacris cōtrahēs matrim. ꝙ nō
ſit ſuſpenſus ſicut quilibet clericus publicus
criminoſus vt volebat *Hoſtienſ. in c. ſunt ſacer-
dotes, n.2. verſ. ex indulgētia de clerico coniugato
cū alijs*, ſed tantū ſit irregularis poſt cōſum-
mationem matrimonij, probat *Sanchez lib.
7. de matrim. diſp.85. num.3. iuncto num.5.* vbi
vult, talem irregularitatem, etiam eo caſu,
quod ducat vnicam, & virginem, (ſi antea
vxorem non habuerat) eſſe ex bigamia, nē-
pè ſimilitudinaria; quòd negāt alij auctores,
quos ſequitur *Layman lib.1.tract.5.p.5. de ir-
regul. c.6.nu.5. verſ. Dico 2.* vbi idem docet de
Religioſo profeſſo, qui hoc caſu pari paſſu
ambulat cum clerico in ſacris, & ſi *Hurtado
diſp.2. de irregul. num.*47. id neget de cle-
rico in ſacris, & affirmet de Religioſo pro
feſſo, quem ſequitur *Diana p.4. tract.2. reſol.*
39. Qui *Layman* & ſi non explicet, ex quo ca-
237 pite tales ſint irregulares, ſed tantū ex eo
probet, talem irregularitatem non eſſe ex
bigamia, quia illa ab Epiſcopo reſpectu cle-
rici, & à ſuperiore exempto, reſpectu Reli-
gioſi poſt pænitentiam, & vitæ emendatio-
nem, poteſt diſpenſari. Tamen neceſſe eſt, fa-
teat r, eſſe ex delicto ſacrilegij, prout docēt
authores citati à *Sanchez ſupra c. diſp* 85 *n.*10.
intellige præter excommunicationem, de
qua egi ſup *recoll.*4. *verbo matrimonium ſcië-*
238 *ter, &c.* Dixi *in ſacris*, quia clerici in mino-
ribus eodem modo, ſi antea vxorem non
habuerint, & ducant virginem, non ſolum,
non incurrunt aliquam irregularitatem, aut
cenſuram, ſed neque peccant venialiter, ſi-
cut peccarent, ducendo abſque iuſta cauſa,
viduam, vel corruptam, quo etiam caſu, effi-
cerentur inhabiles ad exercitium illorum
ordinum, & alia, de quibus latè per eun-
dem *Sanchez eod. lib.7. diſp* 31. quomodo ſint
de hereſi ſuſpecti dicti clerici in ſacris, vel
Religioſi profeſſi contrahentes matrimoniū
& qua pœna puniendi ſint à S. Inquiſitione,
videte apud *Dianam tom.4. tract.7. reſol.5.*

Clerici in ſacris, deſerentes ſtatum cleri-
calē, incedendo ſine habitu, & tonſura. Itē
clerici in minoribus beneficiati, vel penſio-
nem obtinentes, vltra ducatorum 60. de ca-
mera, idem faciētes, ſimul intendentes be-
neficium, & penſionem retinere: incurrunt
239 crimen apoſtaſiæ ab ordine, quæ apoſtaſia
non habet coniunctam aliquam cenſuram
vt de apoſtata à Religione dixi *ſupra c. recoll.
4. verbo Apoſtata à Religione* (vbi probaui, ꝙ
de iure communi, incurrat excommunica
tionem, ſi habitum dimiſerit, quod non ne-
gat *Bonacina de clauſura q.2.p.11.§.4. in prin
cipio*, & ſi dicat, eum, dictam excommunica-
tionem non incurrere ex apoſtaſia præciſè,
clarius nouiſsimè *Theſaur. p.2. de pœnis eccleſ.
verbo apoſtata c.2. §.1.* Addēs, quòd incurrat
etiam ſuſpenſionem perpetuam ab omni or-
dinis eccleſiaſtici exequutione, ex motu pro-
prio noſtri Pauli IV. incip. *Poſtquam diuina*,
cōfirmato à Pio V. allegās *Sanch. lib.6. ſum-
mæ morali c.8.n* 30. qui latè probat, neq. mo-
tū propriū Pauli IV. nec cōfirmationē Pij V.
eſſe vſu recepta) ideóq. ſi sūt in ſacris tantū
peccāt mortaliter, & puniri poſſunt vt apo-



Digitized by Google

ſtatæ, niſi aliqua rationabili cauſa excuſentur, de quibus vide *Sperellum deciſ.66. & Barboſ. alleg.9.n.11. & 13.* ſi verò habēt beneficia,
240 vel pēſiones, nō ſolū peccāt, vt ſup. ſed etiā incurrunt pœnam priuationis beneficiorū, & extinctionis penſionum ex Bulla Sixti V. nō ipſo iure, vt videntur ſonare verba S. Pontificis, ſed ſaltē pro foro conſcientiæ loquēdo, poſt declarationem iudicis, vt relatis authoribus pro, & cōtrà cōcludit *Scortia in ſelectas SS. Pontificum conſtitutiones Theorem.* 382. vbi quòd hæc opinio ſit magis conformis conſuetudini, quam etiam dicit veriorem allegato *Garzia p.11. cap.10. num 9. Theſaurus ſuprà c.4. §.5. ad finē.* Dixi *ſaltē pro foro conſcientia*, quia quoad forum fori requiritur monitio, & cōtumacia, & ſic procedunt authores citati *à Caſtro Palao tom.2. tract.13. diſp.1. p.11. §.10. n.10.* Videte *Sperellū ſuprac. deciſ. 66.* vbi quòd datum fuit mandatum de manutenendo beneficiato, cuius beneficium
241 fuit impetratum à S. P. per publicam delationem habitus ſæcularis, ex eo quòd dictus beneficiatus non fuit citatus, vbi tñ non declarat, an hoc caſu dictus beneficiatus reaſſumendo habitum poſt citationem; vt præſupponunt Doctores allegati à *Caſtro Palao.* debeat amplius moleſtari in beneficij poſſeſſione, quia iam fuit impetratum ob illā cauſam non delationis habitus à S. Pontifice, &
242 ſic dicta monitio, & cōtumacia procedit in priuatione facienda ab ordinario, quo caſu, ſicut dicitur de priuilegio fori ab eod. *Sperello ibid. deciſ. 26. num. 18.* facto contrario, ſcilicèt reaſſumptione habitus, purgari poteſt cōtumacia, vndè ſecus eſt de penſione, quia quis non priuatur per dictam non delatio-
243 nem habitus pēſione, ſed declaratur iā illa extincta in fauorem Titularis, & per conſequens ſemel extincta non poteſt amplius reuiuiſcere in præiudiciū tertij, vt benè *Ciarlinus in ſuis controuerſijs cap.36. nu.51. verſ. & reaſſumptio.*

Commiſſarij alienationum bonorum eccleſiaſticorū, vide *ſup. recoll.4. hoc eodem verbo.*

Compromiſſarij capitulorum ſede vacāte, ad eligendum nouum Epiſcopum, & in dignitate maiorem; eligentes ad dignitatem præfatam indignum: incurrūt ſuſpenſionē per triennium à beneficijs *c. ſi compromiſſarius de electione in 6.* & quia licèt hodie regulariter electio Epiſcopi non pertineat, vt olim vſque ad Bonifacium IV. & Clem. VI. ad Capitulum, ſeù Canonicos, ſed ad S. Pon-
244 tificem. Tamen in Germania dicta conſuetudo eligendi Epiſcopum per Capitulū, & Canonicos mediante electione canonica, hodiè etiam ſeruatur, vt per *Barboſ. p.1. de off. & poteſt. Epiſc. tit.1. cap.3. n.27.* quidquid *Viuald. de ſuſpenſione n.67.* putet ſimpliciter, hodiè derogatū eſſe huic textui. Nō erit extrà propoſitū, circà hãc ſuſpenſionem aliqua ab authoribus certa, recolligere, & dubia breuiter reſoluere. Quæ omnia, ni fallor, facili negotio conſequi poſſe arbitror, ſi noſtri textus ſuſpenſionē, cū ſimili lata in *c. cum in cunctis §. clerici eod. titulo extrà* generaliter latam contra eligentes etiā Epiſcopum indignum annectā. Certū eſt .n. Primò vtrãq. ſpenſionē eſſe latæ ſentētiæ à perceptione fructuum beneficiorum per dictum triennium, item non omnium beneficiorum, quæ poſſident dicti cōpromiſſarij, & eligētes, ſed tantū eorū, quę poſſident in Eccleſia, cui per eorum electionem præiudicium intulerunt. Secundò eſt certum, illam non incurri, niſi actus ſit perfectus, non per ſolum ſuffragium, quia tunc perficitur tantum peccatū mortale, ſed per
245 ſequuti electionē indigni. *Toletus lib.1. cap.49. ſub num.6. Sayrus lib.4. cap.15. num. 11. Megalius p.3. lib.1. cap.4. num.12. Layman loco infracit. q.64. & Villalobos loco infracit.* Tertiò quod eodem modo iudicatur indignitas electi Epiſcopi pro vtraque ſuſpenſione incurrenda, ſcilicèt ratione natalium, ætatis, ſcientiæ, & morū, vt per Doctores cōmuniter, & dixi in *tr. de officio cappellani q.4. praxi 6. à num.88.* quidquid *Layman quaeſt. 62. infrac.* velit, extendendam eſſe hanc pœnā,
246 & ſi aliam ob cauſam, indignus eligeretur, v.g. ſi eligeretur, qui ſacrū ordinē nō ſuſcepit: nam ſemper datur tempus, intra quod ſuſcipi debet dictus ordo ſacer, ita poſt *Suarez Filliuccius tract.17. num.111. ad finem, & Villalobos p.1. ſumma tract.13. diff.7. num.10. ad finē.* Dixi *Epiſcopi* nam *Sayrus lib.4. cap.15. n.11.* qui eius eſt opinionis, quòd ſuſpenſionē *c. cum in cunctis*, incurrant eligentes indignum, etiā ad prælaturā inferiorē Epiſcopatu, videtur etiā velle, tales eligendo indignum ratione
247 natalium ad has inferiores dignitates non incurrere hanc ſuſpenſionem, ſicut eligendo ad Epiſcopatum. Quartò, quòd neutram incurrat Epiſcopus, cùm de eo non ſit in dicto *cap. cum in cunctis*, facta expreſſa mentio imò expreſsè excluſus *in d. cap. ſi compromiſſarius*, intellige vt ſup. explicaui *ſup. hac eadē*
248 *recollect. nu.228.* Epiſcopi enim, ſi confirmarent dictam electionem, tantum priuantur pro ea vice iure conferendi beneficium, de qua re videte *Sanchez loco infrac. num.22.* & alios infracitādos. Quintò neque habet locū d. ſuſpenſio, ſicut nec alię pœnę in Cardina-
249 libus eligentibus Papam, *Sayrus, & Viualdus locis cit.* & alij infracitandi communiter. Sextò, vtroq. iure, electio eſt nulla, & poteſtas eligendi reuertitur ad Capitulum, vel ſuperiorem. Quid ſi tres ſunt compromiſſarij, & duo tantum elegerunt indignum, vnus
250 autem ſuffragatus fuit digno, vtrum remaneat apud ipſum vnum ius eligendi? Reſpōdetur, quòd reuertitur hoc caſu ad Capitu-
lum

Digitized by Google

lum, & non ad illum vnum compromiſſariũ: ita contrà *Panormitanum*, *Layman in ſuis qq. canonicis de electione Prælatorum eccleſiaſticorum q.2.* Septimò quòd dictum triennium ſtatim incipiat poſt delictum commiſſum, vt latè declarat *Sanchez lib.2.opuſcul.moral.c.1. dub.6.num.21.* & tandem quòd vtraque ſuſpenſio durante triennio, ſit S. Pontifici reſeruata, elapſo autem triennio ceſſet. Hæc ſunt certa apud authores. Quæ verò controuertuntur inter ipſos, ſunt. Primò an ad incurrendam vtramque ſuſpenſionẽ requi-
251 ratur, vt electio fiat ſcienter de indigno? *Bonacina tom.3.diſp.3.q.4.p.3.* duas refert opiniones, primam affirmatiuam requiri, quòd fiat ſcienter vt ſuprà, quam dicit probabilẽ, hanc probant *Sanchez loco ſuprac. num.17. Layman in ſuis qq. canonicis de Prælatorum eccleſiaſticorum electione q.62. & Villalobos p.1.tract.18.difficult.7.num.9.* Secundam negantẽ, quam nõ ſolũ ipſe *Bonac.* ſequitur poſt *Suarez, & Alterium,* ſed etiã illã vocat cõmuniorẽ, ſ. nõ requiri quòd ſciẽter eligatur indignus, ſed ſufficere ſi ex negligentia culpabili (intellige vt poſt *Suarez* explicat *Filliuccius tract.17.ſub nu.10.* mortaliter) eligatur talis indignus, & hæc mihi videtur magis conformis verbis *dicti cap. ſi compromiſſarius* (qui tex. vt infra dicam, cum ſit poſterior *cit. c. cũ in cunctis,* illũ declarat) vbi loquendo de nullitate ipſius electionis, priuatione facultatis eligendi pro illa vice pro dictis cõpromiſſarijs, & quòd electio reuertatur ad Capitulum, expreſsè dicitur, id procedere, *ſiuè ſcienter, ſiue ignoranter,* &c. ergo etiam ad incurrendã pænã ſuſpenſionis, ſufficit ſiuè ſcienter, ſiue ignoranter fiat. Confirmatur, quia qñ idẽ tex. loquitur de cõpromittentibus, ratam habentibus dictam electionem indigni, expreſsit, quòd illi incurrant pænam (an tantum priuationis facultate eligendi vel etiam ſuſpenſionis, infrà explicabitur) quãdo ſcienter ratam illam habuerint, ergò non exprimendo id, quando loquitur de compromiſſarijs, videtur reſidere in primo dicto, de ſcienter, vel ignoranter eligentibus. Accedat, vt benè ponderat *Bonacina loco ſuprac.* quod ad ipſos compromiſſarios ſpectat inquirere de ſufficientia, & habilitate ipſius eligendi, vt patet ex ipſomet textu, ibi *vt pæna ſuum authorem teneat,* ergo nil mirum, ſi contrà ipſos rigidius procedatur, quàm cõtrà ipſos compromittentes. Secundum quod controuertitur inter DD. eſt. An compro-
252 mittentes, ſcienter ratam habentes dictã electionem indigni, incurrant eandem pænã ſuſpenſionis per triennium. Idem *Bonacina loco ſuprac. num.5.* refert duas opiniones, primam affirmatiuam, quam tribuit *gloſa in d. cap. ſi compromiſſarius, & Alterio,* hanc opinionẽ etiam ſequitur *Layman ſuprac. q.62.* dũ aſſerit, tàm priuatione facultatis ea vice eligendi, ꝗ̃ ſuſpenſione per trienniũ puniri nõ ſolũ eligentes Epiſcopũ indignum, ſed
253 etiam poſtulantes ipſum, nam poſtulatio fit à compromittentibus, non à compromiſſarijs, & dum poſtulant indignum, videntur electionem factam per compromiſſarios ratam habere. Eandem ſententiam probat *Megalius ſuprac. num.12.* & allegatis *Toleto & Sayro,* dicit eſſe communem, *Theſaurus p.2. de pænis eccleſiaſticis verbo electio cap.3.n.3.§.2.ad finem.* Secundam verò negantem cui ipſe adhæret poſt *Suarez diſp.31.ſect.3.num.9.* qui ait, hanc ſententiam ſibi probari, quia mitior eſt, & ſatis conformis verbis tex. & rationi, ſequitur *Filliuccius tract.17. num.110. ad finẽ.* & illi accedit *Villalobos par.1. ſumma tract.18.diff.7.nu.10.* & ſi loquatur de confirmantibus, item etiam *Sayrus lib.4.cap.15.nu.11.* qui loquitur de compromittentibus, qui conſenſerunt electioni. Quapropter non dubito, hanc opinionem eſſe probabilem. Tertium, quod inter authores controuertitur, eſt, an dicta ſuſpenſio afficiat eligentes indignum non ſolum ad epiſcopatum, ſed etiam
254 ad dignitatẽ inferiorem epiſcopatu, hæc controuerſia non eſt inſpectis verbis textus *in cap. ſi compromiſſarius,* quia certum eſt, ex verbis ipſius, eius diſpoſitionem non extẽdi ad aliam electionem, quàm Epiſcoporum, vt patet, ibi *huiuſmodi pæna in aliorum, quàm Epiſcoporũ, & Superiorum ipſorũ electionibus, cùm peccatur in ipſis, non vendicat ſibi locũ.* & ita loquitur *Bonacina loco ſuprac. num.1.* Eſt igitur controuerſia, reſpectu verborum tex. *in d. c. cum in cunctis § clerici,* quibus inſpectis, aliqui Doctores referunt ſuſpenſionem ibi poſitam, non ſolum pro eligentibus ad Epiſcopatum, ſed etiam ad alia beneficia habentia curam animarum, ita *Toletus* (vt reticeam alios antiquiores) *lib.1. cap 49. num.6. Suarez tom.5.diſp.31. ſect.3. num.10. Filliucc. tract.17.num.111. Egid. ConinK diſp.15.n.44. Megalius lib.5.c.4.num.1. Villalobos p.1. ſumma tract.18.diff.7.num.9.* & in hac opinione videtur reſidere *Sanchez lib.2.opuſcul.moral. c.1.dub.6.n.25.ad finem.* & ſi à *Theſauro infra citãdo loco,* allegetur pro contraria ſententia. Alij verò referunt dictam ſuſpenſionem latam contra eligentes indignum ad epiſcopatum tantum, ita *Viualdus de ſuſpenſione nu.66 Nau. cap.27. num.155. Henriquez lib.13.c.39.§.2.* & plures Canoniſtę, quos refert, & ſequitur *Theſaurus p.2. de pænis eccleſiaſticis, v. electio cap.3.§.1. verſ. Nota 2.* vbi vocat hanc opinionem communẽ, huic opinioni accedit *Layman in ſuis quæſtionibus canonicis de Prælatorum eccleſiaſticorum electione q.63.* qui vult, pænam ſuſpenſionis incurri ab his, qui eligunt ad epiſcopatum tàm ex dicto *c. ſi compromiſſarius.* quàm ex *c. cum in cunctis.*



Digitized by Google

Ex alijs tamen iuribus, ſatis colligi, eligentes indignum etiam ad inferiores dignitates, &
255 prælaturas incurrere pęnā priuationis pro vna vice eligendi, quā pænā, illi poſſunt, ad quos pertinet, condonare, admittendo eos, vt per *Laym. loco ſuprac. q.67.* & hoc modo poſſunt intelligi authores, qui dicunt, hanc cenſuram non ligare, niſi eligentes Epiſcopum indignum, vt ait *Sayrus lib.4. cap.15. n. 11. verſ. primò, & tertiò.* De dicta pęna priuanis pro ea vice eligendi, videte *Sanchez ſup. num.22. & Layman q.64.* quòd talis pæna priuationis habeat locum non ſolum in pa-
256 trono eccleſiaſtico præſentante indignū, ſed etiam in patrono laico, dixi in meo *tract. de officio cappellani q.4. praxi 6. nu.87.* quibus illic allegatis pro contraria opinione, quòd ſcilicet ipſe patronus laicus non incurrat dictam pænā, videte *Sanchez ſupra n.23. & ſeq.*

257 Conceptionis B. Virginis diſputationem in popularibus concionibus, vel vbicunque promiſcua virorum, ac mulierum multitudo conuenire ſolet, affirmando alterutram ſententiam, contrariamq. refellens, & impugnans, clericus, in ſacris cōſtitutus, vel religioſus. Itē de ipſa quæſtione ſcribens, vel dictans vulgari ſermone, cuiuſcuis pietatis, vel neceſsitatis prętextu, incurrit ſuſpenſionem S. Pontifici reſeruatam. *Ex* conſtit. 116. Pij V. incip. *ſuper ſpecula*, apud *Quarantam hoc eodem verbo. & Scortiam epitome 111.* ita omnes, qui tractant de ſuſpenſionibus in particulari. Circà quā materiā quęro nouiter, an ſuſpenſionē iſtā incurrāt ipſi clerici in ſacris,
258 alias actiones circà hanc materiam exercentes, prohibitas in Bullis, & Decretis Pauli V. & Greg. XV. de quibus ſup. *recoll.4. hoc eodem verbo?* Et Reſpondeo affirmatiuè quia & ſi ibi adiungantur pro dictis actionibus aliæ pęnæ, tamen ſemper in omnibus illis confirmantur, & innouantur cenſuræ, & pęnæ, in alijs conſtitutionibus, antea de hac re editis, & contrauenientes expreſsè ſubijciūtur cenſuris, & pænis contentis in dictis cōſtitutionibus, vt eſt videre in illis, apud *Lezanam p.1. cap.20. num.12. Scortiam in ſelectas SS Pontificum conſtit. theoremate 199. Lauretū de Franchis in ſuis controuerſijs inter Epiſcopos, & Regulares fol. mihi 194. & Bonacinam tom.3. diſp.3. q.6. p.4* qui *ibid. diſp.2. q.3. p.34.* clarè ſupponit, incurri ſuſpenſionem, & *n. 11.* declarat, quid ſignificat dicta ſuſpenſio à
259 diuinis. Nota quòd & ſi Epiſcopi vi Bullę Pij V. nō incurrant dictā ſuſpenſionē, iuxtà doctrinam generalem traditam ſup. tamen vi conſtitutionis Pauli V. vbi adeſt clauſula illa, *etiam ſpeciali, ſeu indiuiduali nota dignus* illā incurrunt. *Theſaurus de pænis eccleſiaſticis verbo Conceptio §.3.* vbi benè declarat, quòd id dicitur *de ſcribente, vel dictante vulgari ſermone, &c.* intelligi debeat ad affectum editionis publicæ, vel in publica ſchola Quæro ſecūdò etiā nouiter, an dicti Clerici in ſacris præter ſuſpenſionē, incurrant quoq.
260 excommunicationē latā à Sixto IV. de qua in *citata recoll.4.* & reſpondetur etiam affirmatiuè, loquēdo de actionibus prohibitis in dicta conſt. Pij V. ita *Scortia ſuprac. theorem. 299. verſ. quò ad pænas.* ibi *præter excommunicationem reſeruatam poſitam in extrauag. Siſti IV. quam confirmat Pius V. tres peculiares pænas ſtatuit in tranſgreſſores ipſo facto, abſque alia declaratione incurrendas, nempe ſuſpenſionem à diuinis, cùm ſunt in ſacris, deinde priuationem cuiuſuis gradus, & dignitatis, & adminiſtrationis, ſi qua funguntur*, quidquid cōtrariū videatur docere *Filliuccius tract.15. num.91. ad finem* ibi *à Pio V. ſuper ſpecula,* vbi alia prohibentur *ſed non ſub excommunicatione, &c.* quem ſequitur *Bonacina ſuprac. p.34. num.8.* Nam in dicta conſtitutione Pij V. expreſsè, præterquam quòd innouatur ſtatutū à Sixto V. ac illud de verbo ad verbum, ſi ibi inſertum eſſet, habens. Expreſsè ait, velle ſingula, quæ à Sixto ſtatuta fuerunt, etiam quantum ad alias pænas, innouare. Quæro tertiò, vtrum exercentes actiones prohibitas in conſtitutionibus Pauli V. & Gregorij XV. incidant etiā in excommunicationā latam à
261 Sixto IV. de qua *ſuprac. loco? Bonacina cit. num.8.* clarè aſſerit, præter actiones in præfata extrauag. ſub excommunicatione prohibitas, quòd nonnullæ aliæ à ſubſequentibus Pontificibus interdictæ fuerunt, non quidē ſub pæna excommunicationis, ſed ſub cenſura ſuſpenſionis à diuinis, & alijs pænis, ſed neſcio qua ratione cū neq. in conſtit. & decreto Pauli V. quæ habetis apud *Campanilem Rub.12. cap.13. & ſeq.* neque in conſtitutione Gregorij XV. quam habetis apud *Bonac. cit. p.4. & Lauret. de Franchis, & alijs cit. ſuprà* fiat mentio ſuſpenſionis, ſed tantum approbantur, & cōfirmantur conſtitutiones tàm Siſti, quàm Pij V.

Concubinarius, vel fornicarius, aut adul-
262 ter clericus in ſacris, quòd hodie, ſicut de iure antiquo, abſq. aliqua monitione, ſit ipſo iure ſuſpenſus ab officio, & beneficio: ita quòd ſi celebret, incurrat irregularitatem, poſt alios, eſſe communem opinionem, teſtatur *Comitolus lib.1. ſuorum reſponſ. moral. q. 57. num.3. ad finem,* vbi *num.2.* etiam ſubdit, collationem huic factam eſſe nullam, teſtatur etiam de communi *Toletus lib.1. cap.48.* vbi habetis differentiam inter fornicarium, & concubinarium, & quando tales dicantur notorij, vel non, de quibus etiā latè *Farinacc. p.2. praxis q.138.* vbi *n.57.* teſtatur ſupradictā opinionē eſſe magis receptam; Imò ita declaraſſe Sacram Congregationem Cōcilij poſt *Garz. Bellett. & alios,* refert *Barboſ. in collect. bullarum, & decretorum, hoc verbo, & in collect. ad Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.14. n.18.* Illam

poſt

Digitized by Google

poſt Tridentinum vigere, nec contraria con
ſuetudine fuiſſe abrogatam, dixit poſt alios
*Marchinus tract. de ordine tract. 1. par. 8. n. 13*
qui *nu.* 13. dicit, ſingularem eſſe opinionem
*Suarez*, quòd de iure antiquo non fuiſſet ta
lis ipſo iure ſuſpenſus, ſed ſuſpēdendus. Cō-
263 trarium tamen, quòd hodiè (quidquid ſit
de iure antiquo) talis non ſit ipſo iure ſuſpē-
ſus, ex eo quia *Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 14.*
alijs pænis illum, poſt monitiones, multari
præcipit, nullam faciendo mentionem de
hac pæna ſuſpenſionis; poſt *Sotum, Medinā,*
*& Suarez* probat *Filliuccius tract. 17. num.*
124. dicitur hæc opinio probabilior *à Bona-*
*cina tom. 3. diſp. 3. q. 7. p. 4.* de communi teſta-
tur *Layman lib. 5. tract. 9. cap. 11. ad finem.* ſi-
cut quòd hodie ſit magis communis, teſta-
tur nouiſsimè *Theſaurus p. 2. de pœnis eccle-*
*ſiaſticis verbo concubinatus* §. 2. quòd dictum
ius antiquum hodiè non ſit amplius in vſu,
ſed per contrariam conſuetudinem abroga-
tum, poſt *Sayrum, & alios, dixi ſup. p. 2. recoll.*
1. *num.* 229 quibus accedunt *Vulpe in ſua*
*praxi iudiciali fori eccleſiaſtici cap. 29. num. 13*
vbi latè de hac materia, & alij allegati *à Mar-*
*chino loco ſuprac. n.* 8. quos refert, & ſequitur
*Diana p. 4. tract. 2. reſol. 92. & p. 5. tract. 10. re-*
*ſol. 49.* Vndè cum vtraque opinio à Doctori-
bus vocetur communis, & magis commu-
nis & ab aliquibus negetur, dictam ſuſpen-
ſionē eſſe vſu abrogatam, & ab alijs è contrà
affirmatur illam eſſe vſu abrogatā, animus
meus maneret anceps, niſi plures Doctores
eſſent, qui teſtantur, dictam ſuſpenſionem
vſu abrogatam eſſe, quàm qui dicant illam
non eſſe abrogatam; item niſi *Riccius in*
*collectan. deciſ. collect.* 859. referat, ita declara-
tū à S. Cong. Et tādē quod *Filliucc. & Theſau-*
*rus*, qui in Pænitentiaria Romana fuerunt
verſati, his nouiſsimis temporibus, teſtentur
de communi, & magis communi, quibus
magis fides adhibenda, quàm aliis in d. Pęni
tentiaria minimè verſatis. Nā data & nō cō-
ceſſa prima opinione, licèt talis ſuſpenſus, nō
indigeat pro d. ſuſpēſione Pænitētiaria, quia
pōt abſolui ab Epiſcopo, vel illa poſt pænitē
tiā, ceſſat, tñ irregularitas reſultans, ex eo, ꝙ
quis celebrauit in dicta ſuſpēſione, ſecundū
264 veriorem opinionē, eſt Papalis, ita per ſu-
pracitatos authores, & præcipuè *Marchinum*
*num. 19. & ſeq.* Notanter dixi *irregularitas re-*
*ſultans, &c.* quia in ea ſum opinione, quòd
talis cōcubinarius, vel fornicarius, vel adul-
265 ter notorius, non incurrat aliam irregula-
ritatem, ratione infamiæ, ſeù enormitatis, &
notorietatis delicti, vt putat poſt *Coſmū Phi-*
*liarchum*, *Sayrus lib. 7. cap.* 12. *num.* 21. intelli-
ge, per quam poſt peractam pęnitentiam, im
pediatur ad ſuperiores ordines aſcendere,
abſque diſpenſatione, quia ex infamia facti
cōſurgēte ex delicto, etiā depoſitione digno,

nō oritur irregularitas propriè, & ſimpliciter
dicta, vt infrà cùm de irregularitate, vide te
pro nunc, præter authores ſupracitatos. *Lay-*
*man lib. 1. tract. 5. p. 5. de irregularitate cap. 4.*
*num. 10. & ſeq.* Dixi *ad ſuperiores ordines aſcē*
*dere.* tùm quia de hoc eſt difficultas, vtrum
egeat talis ſuſpenſus eo caſu diſpenſatione,
266 non autem pro celebratione, & exercitio
actuū ordinis, vt per *Sayrum loco ſupracit.* &
ſic eo caſu habet locū regula, multa iā facta
tenent, quæ ſi non eſſent facta, non tenerent.
Tum etiam quia ipſo perſeuerante in dicto
peccato notorio, ſecundum omnes eſt irre-
gularis, ad illos ſuſcipiendos, vt in ſpecie no-
tat *Auila p. 7. diſp. 4. dub. 5. verſ. 2. cōcluſio.* ꝙ
intelligendum eſt de irregularitate etiam nō
267 propriè, & ſimpliciter dicta, ſed impro-
priè dicta, quatenus ſcilicèt ſignificat im-
pedimentum ad dictos ordines ſuſcipiendos,
non quatenus ordines ſunt, prout efficit irre
gularitas, & notat *Auila par. 1. dub. 5. in fine.*
ſed quatenus illorum ſuſceptio à tali perſo-
na gignit ſcandalum, quod non poteſt tolli,
niſi per vitę emendationem, etiam publicā,
interpoſito aliquo temporis ſpatio. Dixi in
principio *clericus*, quia de regulari, non di-
268 cunt Doctores quòd hoc caſu ſi ſuſpenſus,
& ſi tale crimen magis puniatur in ipſo,
quàm in clerico, quia in clerico illud de-
lictum non eſt depoſitione dignum, *Ge-*
*nuenſis in praxi c. 31. ad finē.* ſicut in Regula-
ri, *Bellettus par. 2. ſua diſquiſitionis clericalis*
*de pœnis clericorum* § 3. *ad finem.* vbi de aliis
pænis, hanc ob cauſam ipſi Regulari impo-
nendis, de quibus etiam agit *Lezzana p. 1. c. 5.*
*ad finem* Quando autem Regularis repertus
269 cum concubina, vel fornicaria extrà cla-
ſtra, veniat puniendus ab Epiſcopo, vel à
ſuo ſuperiore Regulari, videte *Ciarlinum in*
*ſuis controuerſiis forenſ. iudic. c.* 50. vbi de iu-
dice ac de pænis cōcubinæ regular. ſicut de
concubinis clericorum latè tractat *Sperellus*
*deciſ.* 19. Secūdò quia Epiſcopus concubina-
270 rius, ſi a ſynodo Prouinciali admonitus nō
reſipuerit, ipſo facto ſuſpenſionem ab officio
& beneficio incurrit, ita habetur *in Concil.*
*Trident. ſeſſ. 25. cap. 14. de reform. ſup. allegato.*
vbi etiam ſubdit, quòd ſi poſt monitionem
*perſeuerent, etiam ad S. Romanum Pontificem,*
*ab eadem ſynodo deferantur, qui pro qualitate*
*culpæ, etiam per priuationem, ſi opus fuerit, in*
*eos animaduertat*, & poſt alios habetur per
*Bonac. t. 3. diſp. 1. q. 7. p. 4. n. 4.* vbi *n.* 5. poſt *Sua-*
*rez* notat, ſufficere vnicam monitionem à di
cta ſynodo factā Epiſcopo ad incurrēdā d. ſu
ſpenſionem abſque alia ſententia, in quo
differt Epiſcopus à clerico, qui vt incurrat
pænas Concil. debet ter moneri ſpecialiter,
& ferri contra eum ſententia, alias non te-
neretur in conſcientia ſubire dictas pænas;
*Garſias p. 11. de benefic. cap. 16. Riccius p. 1. pra-*

*xis*

Digitized by Google

*xis deciſ.3 )1.in prima impreſsione, vbi latè de*
*hac materia, & Bonac.ſup.* Qui ſubdit *n.6.* ꝙ ad
eundē effectū, tunc non diceretur d. Epiſco-
271 pus nō ſe emēdare, quādo poſt monitionē,
carnaliter dictam concubinam, cognoſceret
vel ſecundū *Suar. & Alter.* quibus accedunt
*Reginaldus lib.32. praxis p.2. num.66. verſ.*
*item ex Concil. & Filliucc. tract.17. num.138.*
niſi ſtatim, & abſque morali dilatione tollat
occaſionē delicti, & ſcandali, quod vltimū
mihi magis arridet ex eo, quia dicta ſuſpen-
ſio non imponitur à Concilio propter ſim-
plicem incontinentiā, ſed propter ſcandalū
ex familiaritate, & conſuetudine mulierum
inhoneſtarum, vt fatetur idem *Bonacina* (lo-
quens de clericis) *ibid.num.2.ad finem.* quòd
eſt idem, quàm quòd decretum S. Concilij
non procedat in ſimplici incontinentia ab-
que qualitate concubinatus, prout ex S.Con
greg. refert *Garſias p.11. de beneficijs cap.10.*
*num.186.* (vbi latè de hac materia, & preci-
puè inuehit contrà Epiſcopos, qui non exe-
quūtur pœnas Cōcilij contra dictos cōcubi-
narios, &c. pròut præcipit Pius V. in ſua con-
ſtitut.5. ſed ſæpè illos puniunt pœna pecu-
niaria, itaut dicti concubinarij, illis deſeruiāt
pro annuo cenſu, videte tamen *Riccium in*
*collect.deciſ. collect.* 857. vbi refert, declaratū
à S.Congreg. clericum concubinarium pu-
272 niri poſſe pœna pecuniaria) & meritò
quia in dicto concubinatu, idemmet Concil.
præcipuè ponderat dictum ſcandalum, vt pa
tet ibi, *ſatiſque res ipſa communi fidelium om-*
*nium offenſione, ſummoque clericalis militiæ*
*dedecore teſtatur.* quæ verba tanquam in
prohemio ipſius decreti poſita, benè indicāt,
hanc eſſe rationem finalem ipſius decreti in
omnibus eius partibus, & tandem idem Bo-
*nacina loco ſupracit.num.4.verſ.hinc colligit,*
benè declarat *Alterium,* quem ſequitur *Dia*
*na par.5.tract.10. reſol.49. ad medium.* docē-
273 tem, quòd qui recipit ordines ab Epiſco-
po notorio concubinario, vel fornicario,
vel adultero poſt dictā monitionē, licèt reci-
piat dictum ordinem, non tamen recipiat il-
lius ordinis exequutionem, quia vt ipſe ſub-
dit, id intelligendum eſt, quādo fuit etiā di-
ctus Epiſcopus pro tali denunciatus, iuxta ea,
quę latiùs infra dicā *verbo ordinatus ab Epi-*
*ſcopo excōmunicato, ſuſpenſo, &c.* Dixi *in ſacris*
*conſtitutus,* quia *Silueſter, Nau. Maiolus, &*
*alij antiquiores,* extendebant dictam ſuſpē-
274 ſionem etiam ad clericos conſtitutos in
minoribus, quos authores ex modèrnis ſe-
quitur *Marchinus cit.tract.1.p 8. cap.3. n.18.*
tamen contrariam opinionem ſequuntur
magis communiter moderni, vt eſt videre
apud *Bonacinam ſuprac.p.4.num.1.* quòd ali-
cubi imponatur pœna ſuſpenſionis a diuinis
contra clericos retinentes domi mulieres
abſque licentia Ordinarij. *Chartarius de-*
*ciſ. Curiæ Archiepiſcop. Mediolan.*50. *num.*3.

Confeſsiones audiens, præsbiteratus ordi-
ne inſignitus, ſine poteſtate iuriſdictionis, ſi-
bi ab ordinario illorum fidelium, quos ab-
ſoluere præſumit, dicit *Bellettus p.2. ſua diſ-*
*quiſit. clericalis* §.30 *in principio.* quòd a ſu-
perioribus eſt ſuſpendendus ab audiendis
confeſsionibus, atque alia pœna arbitraria
puniendus, allegat tamen ad hoc *tex. in cap.*
*placuit de pænit.diſt.6.* vbi habetur, ꝙ audiens
ſubditū alterius ſacerdotis ſine eius cōſen-
ſu, *gradus ſui periculo ſubiacebit,* quæ verba
*Rodriq.t.2.qq.regul.q.37.art.1.verſ.reſtat,* ex-
plicat quòd cōtineāt ſuſpenſionē nō latę, ſed
ferendæ ſentētiæ, ibi *poſuit ſe periculo ſuſpen-*
*ſionis à gradu ſacerdotij, quem receperat,* & po-
ſtea declarat, qualis ſit iſte gradus a quo ſu-
ſpendendus ſit, ſubdens, *ſaltem à gradu, &*
275 *poteſtate, & iuriſdictione habituali, quam in*
*ſacerdotio recepit, itaut nunquam dicta pote-*
*ſtas, & iuriſdictio habitualis in actum rediga-*
*tur, actualem iuriſdictionem recipiendo ad con-*
*feſsiones auriculares audiendas, niſi ipſe tantā*
*egerit pænitentiam, vt ad ipſum gradum reſti-*
*tui mereatur,* quòd ſuſpenſio longè minor
276 ſit depoſitione, qua dignum eſt hoc cri-
men, aſſerit *Lezana p.1. ſummæ cap.19.num.*
41. (allegans *Nau.in d.cap.placuit,* qui aliud
non dicit, niſi quòd talis ſit caſtigandus, vt
benè eum citat cum alijs *Theſaurus p.2. de*
*pænis eccleſiaſticis verbo abſolut. cap.2. dub.2.*
*ad finem primæ reſponſionis,* quòd minor ſit
ſuſpenſio, ipſa depoſitione, patet nam depo-
ſitio, licèt ęquè priuet legitima exequutione
officiorum, vel beneficiorum, ſicut ſuſpen-
ſio, tamen illa priuat ſine ſpe reſtitutionis,
iſta verò cū ſpe reſtitutionis, *Sayrus lib.5.c.*
20. *n.63.* & in puncto *Chartarius deciſ. cri-*
*minali Curiæ Archiepiſcopalis Mediolan.*50.
*num* 3. Quòd etiam talis ſacerdos non incur-
277 rat excommunicationem Bullæ cænæ, vel
Concil. Trid. contra vſurpantes iuriſdictio-
nem pertinentem ad perſonas eccleſiaſticas
ratione beneficiorum, ſeù Eccleſiarū eorun-
dem, &c. de qua ſupra *recollect.4. verbo vſur-*
*pantes,* notat in terminis *Theſaurus ſup. in 2.*
*reſponſione.* ex eo, quòd talis iuriſdictio au-
diendi confeſsiones ſit extraordinaria, ad
nullū determinatè pertinēs priuatiuè quòad
alios, de qua nō loquitur *Concil.* neq. *Bulla*
*cænæ.* Vbi *dub.3.* ſubdit quòd & ſi talis non
278 incurrat irregularitatem, ex quo non vſur
pet actū ordinis quem non habet, ſed quem
habet habitu, licèt non actu, vt explicaui
*ſup.p.2. recoll.4. num.41. & ſeq.* tamen quod
condemnatus hoc iudicio, erit ipſo iure in-
famis, & conſequenter irregularis, de qua re
infrà cum de irregularitate: Quòd non incur
279 rat crimen hereticæ prauitatis, & ſic ſit pu-
niendus ab inquiſitoribus. docēt *Nouar. loco*
*infrac. n.6. & Bellettus loco ſuprac.in princ.* qui
ſupponit *n.2.* dictam pœnam non habere lo-
cum

Digitized by Google

cùm in Regulari audiente confeſsiones ſæcularium cum approbatione Epiſcopi duntaxat, & abſque expoſitione ſui ſuperioris, *Bellettus ſup.* qui etiam ſequitur opinionē illorum, qui volunt, quòd talis validè abſoluat, contra *Sotum, & Graſſium, quos ex neoteriis* ſequitur *Marchinus de ordine tract. 1. p. 5. cap. 5. num. 7.* Dixi *præsbiteratus ordine inſi-*
280 *gnitus*, quia ſi illo non fuerit inſignitus, tunc non ſolum erit irregularis, ſed ab inquiſitoribus ſanctæ fidei, vel locorū ordinariis à foro eccleſiaſtico, & ab ordinibus eccleſiaſticis, ſi quos habuerint, abijciūtur etiā ſi ætate fuerint minores annis 25. dummodo vigeſimum ætatis annum compleuerint, & ritè degradati, Curiæ ſæculari traduntur, ex conſtit. Clem. VIII. & Vrbani VIII. apud *Nouar. in ſumma Bullar. tit. de ſacerdote non ordinato miniſtrante, & c. Naldo, & aliis.*

Confeſſio facta etiam ſacerdoti non habenti iuriſdictionem, regulariter eſt inualida
281 quia vt dixi ſup. *p. 2. recoll. 1. num. 61.* ratio iudicij neceſſariò poſtulat, vt feratur in ſubditum, ita præter authores ibi citatos, *& etiā ibid. recoll. 5. quæſito vltimo, vbi ago de pœnis ſacerdotis abſoluentis ſine poteſtate iuriſdictionis, ſaltē delegata*, teſtatur, eſſe certū, *Theſaur. loco ſupracit.* Dixi *regulariter*, quia dantur aliqui caſus, in quibus ſimplex ſacerdos non approbatus ab ordinario, licitè, & validè audire poteſt cōfeſsiones, de quibus egi *ſuprae. p. 2. recoll. 3. à n. 43.* vbi habetis, cum qua iuriſdictione tales in iſtis caſibus abſoluant, & quando error communis iuuet ad hoc, vt ſit valida dicta confeſsio.

Confeſſarij Regulares ſcienter non faciētes conſcientiam pœnitentibus de decimis ſoluendis, vide *ſup. recoll. 4. verbo Religioſi, qui admoniti*, quibus illic allegatis accedunt *Lezzana p. 1. cap. 9. num. 26. & Theſaurus verbo Decima cap. 3.* qui non faciunt mentionē
282 monitionis Rectorum prærequiſitæ ad incurrendam dictam ſuſpenſionem, ſequentes forſan opinionem *Caietan. & Nau.* cuius tamen contrarium ibi cum *Bonacina*, & aliis ab eo citatis, ſequor.

Conſecrationis munus, Eccleſiis Cathedralibus præfecti, etiā S. Romanæ Eccleſiæ Cardinales, intrà tres menſes à die confirmatio nis, non recipientes, non incurrunt ſuſpēſionem, ſed tantum tenentur ad fructuum ipſarum Eccleſiarum perceptorum reſtitutionem, & ſi intra totidem menſes id facere neglexerint, priuantur ipſo iure dictis Eccleſijs. ita habetur *in Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 2. de reformat.* de qua materia, præter *Barboſam in collect. ad dictum locum Concilij*, latè tractat *Sanchez lib. 7. Conſil. moral. cap. 1. dub. 15. num. 13.* vbi non ſolum probat, impedimentum neceſſarium v.g. infirmitatis, vel hoſtiū. &c. excuſare; ſed etiam dari poſſe cauſam iu-
283 ſtam, vt Epiſcopus confirmatus nunquam cōſecretur v.g. ſi poſt confirmationem vitietur corpore, ita vt nunquam debeat conſecrari, & tñ eo caſu adminiſtrabit ea, quę ſunt iuriſdictionis, & ea, quæ ſunt ordinis ſupplebūtur per aliū Epiſcopū. Dū enim in textu tales obligantur ad reſtitutionē fructuum, præſupponitur, poſt confirmationem adeptos fuiſſe poſſeſsionem Epiſcopatus cum breui Apoſtolico *Barboſa p. 1. tit. 4. n. 9.* (ante enim confirmationē, cū non poſsit quis dici Prælatus, neque poteſt adminiſtrare, *Alzedus in ſua praxi epiſcopali c. 3. n. 50. & ſeq.*) vnde aliàs nullā pœnā incurrit. *Venerus loc. infrac. n. 15.* Quod dixi *à die confirmationis*. explicat *Henriq. lib. 10. c. 25. ad finē.* ſibi notæ, ideſt à die collationis ſibi factæ, expeditis, ac receptis, Bullis, & in cōmento *litt. S, ad finē.* ſubdit, *oportet Epiſcopū habere notitiam de confirmatione, aliàs Epiſcopus Indiæ, longè diſtans, non poſſet intra dictos menſes à die confirmationis ignotæ, conſecrari*, ex quibus patet, ſupponere, quòd talis quando confirmatur ſit abſens à Curia (quia hodie ſolum Papa confirmat Epiſcopos *Alzedus ſup. n. 65.* qui etiā poſt *Rodriquez, & Barboſam.* notat *ibid. n. 88.* quòd adueniente confirmatione, ſeù teſtimonio authentico, ex quo conſtat, confirmationem factam in Romana Curia tranſlationis alicuius Epiſcopi in aliam Eccleſiam,
284 ſtatim ceſſare iuriſdictionē ipſius in primo Epiſcopatu, quamuis non ſit adepta poſſeſsio ſecundi Epiſcopatus, & ex tunc currat tempus octo dierū Capitulo, eligendi Vicarium; fructus autē percipere, donec apprehenderit poſſeſsionē ſecundi epiſcopatus, quia tunc vacāt eius beneficia. *Venerus in examine Epiſcoporū lib. 4. c. 4. n. 13. Alzedus p. 1. ſua praxis*
284 *c. 3. n. 77.* Iſta cōfirmatio fit eo modo, quo dicit *Barboſa p. 1. de poteſt. Epiſcopi tit. 1. c. 5. n. 3.* quādo poſt præconizationē in conciſtorio, altera die in eodem conciſtorio, fabricato prius proceſſu ſuper vita, & moribus promouendi, expeditur cedula, quam in vrbe vocant conciſtorialem, quæ habet vim ſupplicationis in Dataria expeditę, ſuper quā litteræ apoſtolicæ expediuntur ſub plumbo; & ſi eſt præſens, poſt dictas litteras, ipſemet Papa perſonaliter veſpere eiuſdem diei, ipſum confirmatū induit Rocchetto. Nota quod electus Epiſcopus intrà tres menſes,
286 poſt conſenſum, electioni præſtitum, debet petere confirmationem à S. Pontifice, aliàs perdit ius, quod ex dicta electione acquiſierat *cap. quam ſit de electione in 6. Alzedus cit. cap. 3. num. 53.* intellige vt ſupra, niſi legitimo fuit impedimento detentus, *Barboſa cit. p. p. de poteſt. Epiſcopi tit. 1. cap. 3.* qui docet, hoc caſu ad euitandam hanc pœnam, ſufficere, ſi amicus, etiam ſine mandato, intrà dictum tempus petat dictam confirmationem

Digitized by Google

nem, quòd procedit maximè in Epiſcopati-
bus, qui ſpectant ad liberam prouiſionem
S. Pontificis, nam in Epiſcopatibus, in quibus
habent ex priuilegio eiuſdem Sedis Apo-
287 ſtolicæ nominationē, Domini temporales,
trimeſtre intra quod tenentur nominati pe-
tere cōfirmationē, incipitā die, quo dicti Epi
ſcopi nominati proponuntur S. Pontifici cū
exhibitione cædulæ, ita *Barboſa ſuprae. tit. 1.*
*cap. 5. num. 22.* Et iam quòd ſum in iſta mate-
ria confirmationis, & conſecrationis Epiſco-
pi. De Regulari facto Epiſcopo, quæro, quo-
modo ſit verum id, quod dicit *Alzedus in*
*ſua praxi epiſcopali p. 1. cap. 3. nu. 38.* quādo
ait, quòd *quidquid acquirit antequam ad epi-*
*ſcopatum promoueatur, vt habitum, libros, &*
*alia, licèt pertineant ad monaſterium, niſi ſu-*
*perior diſpenſet, quòd eis vtatur vſque ad cer-*
*tum tempus, ſub excommunicationis pœna, ex*
*Alexandro IV. & Clem. IV. Tamen de conſue-*
*tudine receptum eſt, quòd per tempus vitæ Epi-*
*ſcopi, libris, ac etiam alijs rebus anteà acquiſitis,*
*vtatur de licentia Generalis ſuæ Religionis, qui*
*ferè ſemper eam concedet, & poſtea mortuo Epi*
*ſcopo ad Religionem redeunt facto computo ex*
*inuentario tempore promotionis facto, & a pro-*
*moto ſubſcripto.* Quoad primum de excom-
municatione. Dico non fuiſſe latam excom-
288 municationem, ſed benè ſuſpenſionem à
Clemente IV. ab exequutione Pontificalis
miniſterii contrà Fratres Ordinis Prædica-
torum promotos, vel aſſumptos ad Epiſcopa
tum, vel alias prælaturas, ſi prius recipiant
munus conſecrationis, quàm reſignent ordi-
ni, libros, & alia, quæ habent tēpore ſuæ pro-
motionis; & per Alexādrum IV. præcipitur
dumtaxat in virtute S. obedientiæ Fratribus
minoribus promotis, vel promouēdis ad di-
gnitates epiſcopales, vel aliàs, vt libros, & alia
quę p ipſos promotionis ſuę tēpore, habuiſſe,
vel habere cōſtiterit, ſublata qualibet dilatio
ne, reſignēt Generali, vel prouincialibus mi-
niſtris, niſi fortitan prædicti ordinis *Prælati*,
vſum huiuſmodi rerum, illis ad tempus cō-
ceſſerint de gratia ſpeciali, ita refert *Rodriq.*
*tom. 2. qq. regular. q. 58. art. 6.* & concordat cū
*Conſtēlo fol. 15.* vbi refert conceſſionē Cle-
mentis IV. pro Prædicatoribus, cùm declar-
ratione, quòd nō cōprehendantur quaterni
ſermonū, vel aliarum rerum notabilium ſuo
labore congeſta, & *Caſarub. verbo Epiſcopus*
vbi refert dictam conceſſionem pro Fratri-
bus Minoribus, & ſic non dubito, quòd dicta
ſuſpenſio non extendatur, neque ad Fratres
Minores, neque ad alios Religioſos, vt vide-
tur loqui *Ioannes Graz lib. 1. de ſtatu Reli-*
*gionis, & priuilegijs ipſius cap. 7. dub. 3. concluſ.*
289 7. nam pœnæ, & cenſuræ latæ pro vno or-
dine Mendicantium, non communicātur al-
teri ordini etiam Mendicantium, & tantò
magis alijs ordinibus. Ex regula odia ſunt
reſtringenda, vt aliàs dixi, & ibi citatis, poſtea
accedit *Lezzana p. 2. ſumma qq. regular. cap.*
*1. ſub num. 52.* Vndè optimè dictam ſuſpen-
ſionem refert tantum pro Fratribus Prędica
toribus, *Barboſa p. 1. de officio, & poteſtate Epi*
*ſcopi tit. 1. cap. 4. num. 15. ad finem.* Quoad ſe-
cundū, quatenus à Clemēte IV. obligantur
Epiſcopi præſari reſignare dicta bona ante
conſecrationem, & ab Alexandro IV. ante
promotionem, dubitari poteſt à quo tempo-
re deſinat talis Epiſcopus acquirere mona-
ſterio, & ſic incipiat acquirere ſuæ Eccleſiæ
290 bona ab eo acquiſita, etiam proprio, ac
particulari titulo (iuxtà ſententiam, quam
veriſsimam appellat *Sanchez lib. 6. ſumma mo*
*ralis cap. 6. num. 8.* quòd talis Regularis ob
291 adeptionem epiſcopatus non abſoluatur à
voto paupertatis, & per conſequens non ac-
quirat dominium dictorum bonorum, vbi
loquitur de hereditate paterna, ſed tantum
vſum, & adminiſtrationem, de qua re præter
allegatos *ſup. p. 1. recoll. 1. num.* 178. *Barboſa*
*de d. poteſtate Epiſcopi allegat.* 114. *num.* 19. *&*
*& 28. vbi n. 29. ex eod. Sanchez lib. 7. cap. 32. n.*
*62. & ſeq.* ſubdit quòd etiā Epiſcopus aſſum-
ptus ex ordine minorum, recuperet ius ſuc-
cedendi parentibus, eo modo, quo ſuprà, &
proſequitur alijs allegatis *Alzedus p. 1. ſuæ*
*praxis epiſcopalis cap. 13. num. 5.* quibus acce-
dit nouiſsimè *noſter Pater Paſqualigus deciſ.*
228. intellige, quando parentes moriuntur
poſtquam iſte talis fuit creatus Epiſcopus, vt
aliàs dictū fuit) circa hoc dubiū *Sanch. lib. 1. c.*
*32. nu. 65.* refert tres opiniones, primā quòd
hoc accidat tēpore, quo accipit poſſeſsionē
ſui epiſcopatus, ſecundam quòd id debeat
292 intelligi de tēpore conſecrationis, & tertiā,
quā ſequitur, incipere illū acquirere Eccleſię
poſt cōfirmationē (& ſi tūc nō accipiat poſ-
ſeſsionē Eccleſiæ, vt volebat prima opinio,
quia cùm poſt confirmationem Epiſcopus,
vt dixi ſup. poſſit exercere ea, quæ ſunt iu-
riſdictionis, etiam concedi ſolebat adeptio
poſſeſsionis) fauet pro hac ſententia *Alzedus*
*p. 1. ſuæ praxis epiſcopalis c. 5. nu. 75.* vbi poſt
293 *Suarez* ait, quòd Epiſcopus Regularis poſt
cōfirmationē eximatur ab obſeruantia Re-
gulari, huic opinioni ſe ſubſcribit, & illam
latè probat *Paſqual. deciſ. 132.* Qui tñ *deciſ.*
*ſequenti*, id limitat in bonis ſibi donatis in-
294 tuitu epiſcopatus, nā probat deſinere illa
acquirere monaſterio, ſtatim poſt electio-
nē, ſeu nominationē ad ipſum, & ſic ante
confirmationem, de quibus & ſi tunc poſ-
ſit liberè diſponere, tamen ex quo illa ad-
huc maneant ſub dominio donantis, Epiſco
pus iſte, de illis diſponat ex facultate donātis,
iuxtà facultatē ſibi factā, & pinde quidquid
conuertit in proprios vſus, maneat etiam in
dominio donantis, *quouſque Epiſcopus no-*
*minatus poſsit ipſi acquirere, tunc enim tran-*
*ſit*

Digitized by Google

*ſit in dominium ipſius* (declara, ideſt Eccleſiæ, ne contrariari ſibi videatur cũ his, quæ dixit *ſuprac. deciſ.* 28.) quæ limitatio ſi eſſet vera, ſequeretur idem dicendum fore de ſibi donatis ante electionem, vel nominationem ad epiſcopatum, & ſic ſufficere, quòd donatio ſit de rebus, *quæ ſint propriè dignitatis epiſcopalis, aut excedant, vſus conſuetos regularium, vel ſi ſint res communes, quæ deſeruire poſſunt pro vſibus monaſterij (vt eſt pecunia) adſint probabiles cōiectura, quòd donatio nō fiat intuitu monaſterij, aut perſonæ, quia regularis ſit, ſed quia*, ſpē habet in eo, ꝙ ſibi ab aliquo magnate, procuratur eius promotio ad talem dignitatem, nam fundamentum principale dictæ doctrinæ non eſt, quia ad epiſcopatum nominatus ſit: ita vt non fieret, niſi ad epiſcopatum non eſſet nominatus, ſed quia donatio non fit intuitu monaſterij, ſed intuitu epiſcopatus, & quia dominiũ remanet apud donantē, quæ rationes militant etiã vbi adſit
295 dicta ſpes probabilis, dictũ epiſcopatũ adipiſcēdi, quod eſſet viã nouã aperire Religioſis, periculo deludendi paupertatis votum, illa autem ratio, quòd in Epiſcopo electo diſponente circà vſum donationis, præſumatur licentia ſuperioris, tamquam ea, quæ nō poſſet, niſi irrationabiliter negari, procedit
296 quando diſponeret in ijs, quæ deſeruiunt ad vſum ipſius Religioſi, nam illis non poteſt vti abſq; d. licētia ſuperioris expreſſa, vel tacita, vt latè dixi *ſup. p. 1. recoll.* 11. *nu.* 197. *& ſeq.* non autem quando diſponeret in vſum aliorum, iuxtà mentem donantis, cùm tunc Religioſus non exerceat actum aliquem dominij, & proprietatis, vt probat *Sanchez ſuprac. lib.* 7. *cap.* 30. *num.* 4. quem ſequitur *Diana p.* 1. *tract.* 6. *de voto paupertatis reſol.* 29. qui
297 licèt loquatur in accipiente pecuniã, ad effectum elargiendi eleemoſinam, tamen ratio illa, quòd non diſtribuat nomine proprio, ſed alieno, eſt generalis ad omnem diſtributionem. Ex eadem doctrina tradita à *Paſqualigo*, ſequeretur etiã, quòd ſi moriatur
298 dictus Epiſcopus electus poſt confirmationem, ante poſſeſſionē adeptã epiſcopatus, ſuccederet in dictis bonis Camera, quia illud tempus, confirmationis ipſe aſſignat pro acquiſitione dominij in fauorem Eccleſiæ. At certum eſt, quòd & ſi Camera faciat ſpoliũ de Regularibus Epiſcopis titularibus, vt per *Sanchez ſuprac. cap.* 32. *nu.* 68. *& Barboſam cit. allegat.* 114. *n.* 31. quos alijs allegatis, ſequitur *Paſqualigus deciſ.* 130. vbi idē quoq. affirmat de eo Regulari Epiſcopo, qui iã renunciauit Epiſcopatui, tamen id non facit Camera
299 niſi poſtquã talis Epiſcopus fuit conſecratus, & hoc ſiuè degat, quando moritur, intra clauſtra, ſiue extrà illa, quia facit Camera ſpolium de eo, vt Epiſcopus eſt, non autem vt Regularis eſt degens extrà clauſtra. Item quoque ſequeretur, quòd moriente dicto
300 electo, ante confirmationē; in dictis bonis conceſsis in vſum ſuũ, non ſuccederet neq. monaſterium, neq. Camera, ſed reſtitui debeant donantibus, & tantum monaſterium in illis ſuccederet ex voluntate tacita donãtis, illa non repetentis, quæ omnia indigent maiori declaratione, quàm nũc patitur noſtrum inſtitutum.

Conſeruatores ſe intromittentes in alijs, quàm manifeſtis iniurijs, & moleſtiis illatis, &c. ſunt ſuſpenſi ab officio conſeruatoris per annum, ita fuit correctus tex. *in c. hac conſtitutione* §. *ne autem, de officio delegati in* 6. vbi ſecundum communem ſententiã, fertur ſuſpenſio non ſolum ab officio conſeruatoris; ſed etiam ab officio clericali, & beneficio, per Decretum Greg. XV. de conſeruatoribus, de quo poſt alios, dixi ſuprà *recoll.* 4. *hoc eod. verbo*, vbi latè de hac materia.

## D

Decimas, Eccleſiis ſæcularibus ſpectantes, Religioſi quicunque, vſurpare, appropriare, retinere, vel vt ſoluantur, prohibere præſumentes, vide ſup. *recoll.* 4. *hoc eodem verbo, & v. Religioſi beneficium non habentes.*

Dimiſſorias concedens capitulum ſede vacante ſup. *Capitulũ ſede vacante.*

Duellũ committentes clericos, ſiue illud alteri offerant, ſiuè oblatum ſuſcipiant, ſuſpenſionem ipſo facto incurrere, docent *Silueſter verbo ſuſpenſio q.* 6. *verſ. vndecimo Angelus ibid. num.* 12. *& Tabiena num.* 7. per tex. in *cap.* 1. *de clerico pugnante in duello.* At verius eſt, dictum clericum non eſſe ſuſpenſum, ſed ſuſpendendum: ita poſt *Nau. Henriquez, Salzedum, & Rodriquez*, Sanchez *lib.* 2. *ſumma moralis cap.* 39. *num.* 18. vbi & ſi cũ *Suarez* ſubdat, non ſatis eſſe prouocationem ad duellum, illiuſq; acceptationem, vt cleri-
301 cus hic, ſuſpendendus ſit, niſi pugna ſequatur, tamen docet, poſſe ſuſpendi etiam ſi ex neceſsitate acceptet dictum duellum, quibus accedit *Bellettus p.* 2. *ſuæ diſquiſitionis clericalis* §. 48. *in principio*, teſtatur de communi *Theſaurus p.* 2. *verbo duellum cap.* 1. *in principio.* Ab iſta ſuſpēſione poſtea lata, poſſe diſpenſare ipſum Epiſcopum illam ferentem, ſi ex eo non fuit ſequuta mors, vel mēbri mutilatio, ſupponit Sanchez *vbi ſupra, & clarius docet Rodriq. in ſumma cap.* 73. *ad finē.* alias pænas, quas ipſo facto incurrunt duellantes, vel ipſis duellantibus auxilium, &c. ferentes, tum clerici, tum laici, habetis ſuprà *recoll.* 4. *hoc eod. verbo.*

## E

Electi à Religione tamquam verè incorrigibiles, quandiù manēt extra Re-

ligionem, hodiè ſunt ſuſpenſi ab exercitio
ordinum, à qua ſuſpenſione non poſſunt di-
ſpenſari, niſi à S. Pontifice. ità habetur in de-
creto S. Congregationis Concilij, iuſſu San-
tiſſ. D. N. Vrbani VIII. edito die 21. Septem-
bris 1624. quod refertur *à Nouario Canonico
in ſua ſumma Bullar. veterum, & recent. tit. de
apoſtatis, & eiectis*, & ſi .n. in prima parte d.
conſtitutionis fiat mentio de apoſtatis, ta-
men contra eos non fertur ſuſpenſio, ſed
tantum ſtatuitur, vt tales ſiuè habitum regu
larem deferant, ſiuè non, poſsint ab Epiſco-
po loci vbi degant carcerari, ac ſuperiori-
bus Regularibus conſignari, vt eos puniant,
quia iam ſupponitur illos incurriſſe excō-
municationem, vel ex iure communi, ſi ha-
bitum dimiſerunt, vel ex conſtit. SS. Pontifi
cum, vt dixi *ſup. recoll. 4. verbo Apoſtata*, & ſi
habitū etiā non dimiſerunt. Ac etiā ſuſpēſio-
nē, de qua ſup. hac eadē *recoll. n. 239* Quia
302 tate, eiecti nō impediti aliqua irregulari-
verò vel ſimili impedimēto, ſi erant ſacerdo
tes poterāt (ſecūdū aliquos, nā cōtrariū decla
rauit S. Cōg. vt inf. *n. 323.*) celebrare, & ſi dia
coni, vel ſubdiaconi cātare Epiſtolā, vel Euā-
geliū, etiā nō adito Epiſcopo originis, vel lo
ci, ſe corrigendo, dixit *Portellius verbo eijcere
ab ordine in additione num. 6*, imò etiam pro-
moueri ad ſacros ordines, ſi illos non habe-
bant, vt habetur per *Rodriq. tom. 1. qq. regu-
lar. q. 30. art. 24.* & ſupponit *Graſſius conſ. 3. n.
15. de regular. tom. 1.* vbi quòd dimiſſoriæ illi
dandæ ſint, non à ſuperiore, ſed ab Epiſco-
po proprio, & ſi non poterant audire confeſ-
ſiones, prædicare, &c. vt conceſsit Innoc. IV.
apud *Coſarub. verſ. eijcere*, ideò dixi quòd
hodiè ſint ſuſpenſi vi dicti Decreti. Quo at-
tento, nullus poteſt eiici à Religione niſi ſit
verè incorrigibilis. Per quod decretum re-
uocantur in hoc, non ſolum ſtatuta, & con-
tutiones etiam S. Pontifice confirmata, (ſe-
cundum quorum tenorem loquitur *San-
chez lib. 6. ſumma moralis c. 9. num. 5.*) ſed etiā
303 priuilegia aliàs cōceſſa aliquibus Religio-
nibus principaliter, aliiſq. per communica-
cationem, de quibus per *Portellium loco ſu-
prac.* perque antea poterāt eiicere Religio-
ſos ob certa crimina; ita *Bonacina quaeſt. 2. de
clauſura p. 12. §. 1. num. 6. ad finem, & n. 8.* ac
*Lezzana p. 1. cap. 23. nu. 4.* Quòd ex dicto de-
creto abrogētur ſtatuta, & cōſtitut. Religio-
nū, à S. Pontifice confirmata, clarè patet. ibi,
*ſublatis in hac parte ſtatutis, conſtitutionibus,
&c.* abrogatio autem priuilegiorum vbi etiā
in dicto decreto fiat, infrà patebit *num. 306.*
Verè autem incorrigibilis hodiè non ſolum
(vt dicitur in eod. decreto) eſt iudicandus
ille, in quo concurrunt ea omnia, quæ ad
hoc ex iuris diſpoſitione requiruntur, ſed
etiam, quòd vnius anni ſpatio, in ieiunio, &
pœnitentia probetur in carceribus, & elapſo
anno adhuc animo indurato, in ſua pertina-
304 tia perſeueret. De iure autem vt aliquis
ſit verè incorrigibilis, requiritur. Primò, q
commiſerit delicta grauia, quia nō pro quo-
libet crimine eſt quis à Religione eiicien-
dus, ita percipitur ex *cap. fin. §. porrò de ſtatu
monachorum*, ibi *iuxta modum culpæ*, vbi *gloſa*
ſubdit, *in quo maior fuerit culpa, maior exer-
ceatur vindicta, ne pœna amplius extendatur,
quàm delictum*, quæ autem ſint iſta delicta
305 grauia, iam declararunt SS. Pontifices Pius
V. & Sixtus V. nempè eſſe illa, in quibus de
iure communi imponitur pœna mortis, aut
perpetui carceris, aut triremium, ſiuè in per-
petuū, ſiuè ad tēpus, & alia delicta grauiſsima
inobediētiæ, &c. vt refert *Capuccinus ad Ca-
ſarub. v. eijcere, quidquid Graſſius conſ. 5. num.
16. de regularibus vol. 2.* hanc declarationem,
ſeù priuilegium tribuat Sixto IV. & Pio IV.
Priuilegium autem præfatum Pij V. eſt idē
cum eo, quod referunt *Rodriq. tom. 1. qq. re-
gul. q. 30. art. 15. & 18. Miranda tom. 1. q. 52.
art. 1. concluſ. 2. & Bonacina q. 2. de clauſura p.
12. §. 1. num. 8.* nempè conceſſum principali-
ter Ordini S. Hieronymi in Hiſpanijs, & per
communicationem alijs Religionibus par-
ticipantibus priuilegia dicti Ordinis, quales
ſunt hodiè omnes Religiones approbatæ, vt
aliàs dictum fuit. Dixi *declarationem, ſeù pri-
uilegium*, quia ſi dicta conceſsio accipiatur
vt declaratio criminum grauium, quæ quis
patrando, ac in illis perſeuerando, abſq. reſi-
piſcentia, reddatur incorrigibilis; certum eſt,
illi non derogari per præſens decretum, tum
quia declaratio nihil de nouo concedit, tū
etiam quia talis declaratio eſt conformis di-
ſpoſitioni, *tex. in cap. cum non ab homine de iu-
dicijs*, ibi *ſiuè in furto, ſiuè homicidio, ſiuè per-
iurio, &c.* ſicut etiam *Rodriquez cit. art. 18. &
& ſeq.* loquitur de homicidio, furto, & cri-
mine nefando, & quærit quando iſta crimi-
na ſint ſufficientia ad declarandum aliquem
incorrigibilem. Si verò accipiatur vt priuile-
306 giū, quo indulgeatur, vt pro aliquo ex di-
ctis criminibus grauibus, ſemel cōmiſſo, vel
de quo ſemel fuit quis proceſſatus, cōuictus,
& punitus, & ſi nō oſtenderit ſigna emenda-
tionis, non acceptando pœnitentiā, vel fugiē-
do à loco ſibi pro pœnitentia aſsignato, poſsit
eiici à Religione, vt incorrigibilis. Et di-
co, quòd dicto priuilegio ſit derogatum per
præſens decretum, & ſic debet intelligi *Bo-
cina loco ſuprac.* quem ſequitur *Lezzana cit.
cap. 23. num. 4.* cùm docet, per hoc decretum
eſſe reuocata etiam priuilegia, &c. quia & ſi
in dicto decreto, non fiat mentio priuilegio-
rum, tamen ſancitur in eo, quòd non poſsit
eijci, niſi qui verè ſit incorrigibilis ex iuris
diſpoſitione, &c. qualis eſt non ſolum qui
commiſit aliquod graue delictum, quòd eſt
primum requiſitum incorrigibilitatis, ſed

etiam

Digitized by Google

etiam, qui non ſemel illud perpetratum fuit, vt ſubdit *Panormitanus in dicto cap. cum non ab homine n.6.* ibi *& nota benè, quòd prò ſimplici homicidio, vel furto non traditur clericus ſtatim Curiæ ſæculari.* ( intellige ſiue idem,
307 ſiuè equale, vel grauius, ita *Sanch. lib.7. ſumma cap.9. nu.4.* & ſi alijs, quos ſequitur, contrà *Sanchez, Bellettus p.2. §.25.* ſufficiat, ſi delicta etiam ſint minus grauia, iſtud .n. eſt ſecundum requiſitum, licèt *Sayrus lib.5. de cenſuris cap.22. num.37.* & *Lezzana ſup. n.12.* illud aſsignent pro primo requiſito, imò opus eſt, quòd pluries fuerit de dictis criminibus conuictus, & condemnatus, quòd eſt tertium requiſitum. ita *Rodriquez cit. art.15.* poſt *Salzedum, Miranda loco ſuprac. concluſ. 2. Portellius clarius verbo eijcere ab ordine num.1. verſ. ſecundò nota. & Bellettus loco ſuprac. ſub num.12.* vbi ſubdit *quòd ſi hæc non intercedant* ( id eſt quòd fuerit per legitimas probationes conuictus, & confeſſus, & iuridicè condemnatus) *& ſi fuerit monitus, & caſtigatus, & ipſe omninò deneget, neque probationibus conuinci poſſet, potius ſuperior reprehendendus foret, cum illo iniuſtè egiſſe, quàm ipſum eſſe incorrigibilem. quem non conſtat comiſiſſe, quæ emendare, & corrigere iubetur.* Nota Doctores
308 præcitatos, circà vices, quibus debeat talis, eſſe punitus, antequam declaretur incorrigibilis, non concordare, *Bellettus tantum* dicit quòd non ſufficiat ſi fuerit ſeriò admonitus Religioſus priuatim, & publicè, ſed etiã debet eſſe punitus *D. Bonauent. apud Caſarub. in compendio priuilegiorum Mendicantium verbo eiicere ab ordine verſ. præfata, Mirãda, & Portellius locis citatis,* dicunt, quòd ter debeat fuiſſe punitus, cum quibus cõcordant *Sanchez, Nouarius, Lezzana, Sayrus,* & alij, qui dicunt, quòd debeat eſſe ter monitus, & quia *Portell.* in hoc clarius loquitur, nõ deſinam referre eius verba, quæ ſunt iſta. *Hinc colligo, non ſufficere, quòd Religioſus committat tria crimina atrocia ex vnà quaſi vice morali, vnum poſt aliud. vel ſimul, vt dicatur in-*
309 *corrigibilis, ſi non ſit ter punitus cum diſtinctis interuallis, & diſtinctis punitionibus, ſed opus eſt, vt per interualla fiant crimina, & cuilibet ſtatim adhibeatur punitio, & monachus non reſipiſcat, aliàs non dicetur incorrigibilis, quia pertinacia propriè conſiſtit in reſiſtentia per diſtinctas obiurgationes, &c.* & licèt hi DD. loquantur ſecundum *D. Bonauenturam loco ſuprac.* qui non loquitur inſpecto iure communi, ſed ſecundum regulam Minorũ, quam ipſe ibi explicat, tamen de iure communi etiam requiritur, quòd ter ſit punitus, hoc ſenſu, quòd ſi poſt ſecundam punitionem committat idem delictum, (aut equale, vel grauius, ſecundùm *Sanchez,* vel etiam minus graue, ſecundum alios, vt ſup. dixi) de quo etiam conuincatur, & condendetur, & tamen nec ſit ſpes reſipiſcentiæ, & emendæ, poſſit declarari incorrigibilis, &
310 ſic non eſt expectandũ quartum delictum ita excipitur clarè *ex d. cap. cum non ab homine,* vbi loquendo de clerico incorrigibili, dicitur, quòd primò deponatur, ſecundò excommunicetur, & tertiò anathematizetur, ſuper quæ verba *Panormitanus num.28.* ait, *Tertius gradus eſt, quia ſi adhuc poſt excommunicationem non reſipiſcat, debet anathematizari, & ſi vult redire, & pœnitentiam agere adhuc remanet ſub protectione Eccleſiæ, ſed ſi contemnit omnes iſtos tres gradus pœnæ, comprimitur per iudicem ſæcularẽ, oportet ergò, quòd incorrigibilitas eliciatur non ex ſimplici iteratione delicti, ſed præcedente iſto triplici pœna gradu per iudicem eccleſiaſticum.* ſic intellige *Rodriq. in principio d. art.15.* dum poſt *Salzedum* videtur aſſerere, quòd de iure communi debeat eſſe ſaltem bis punitus. Ex dictis colligitur, quòd ſi Religioſus bis perpetra-
311 uit aliquod crimen, ſed ab vno prius fuit abſolutus, non poteſt poſt tertium declarari incorrigibilis, ita Epiſcopus *Riccius p.4. deciſ. 102.* quem ſequitur *Nouarius in ſuis ſingularibus concluſ. 81. num.3.* Quartum requiſitũ patet ex dictis, nempè quòd poſt tertiam pu-
312 nitionem non ſe corrigat, quòd contigere poteſt, non ſolum perſeuerando in perpetrandis grauibus criminibus, ſed etiam non acceptando pęnitentiam, vel deſerendo per fugam, locum ſibi pro d. pęnitẽtia aſsignatũ, vt per ſupracitatos authores communiter, & ſi in verbis differant, *vocabulum enim iſtud incorrigibilis* ( vt inquit *Portellius loco ſuprac. ad finem* ) *non denotat continuationem ad crimina, ſed reſpectum ad correctionem, & punitionem ter contemptam.* Sed ex quo *Rodriquez cit. art 15. Mirãda, & Portellius locis citatis.* poſt *Silueſtrum verbo Abbas num.6.*
313 diſtinguãt incorrigibilitatem in eam, quæ eſt de iure, & quæ eſt de facto, ſubiciiẽtes, ꝙ incorrigibilis de iure ſit ille, de quo huc uſq. loquuti ſumus, incorrigibilis autem de facto ſit is, qui licèt conuictus, & punitus non fuit commiſit tamen aliqua licèt non grauia delicta, de quibus ſpectata delinquẽtis natura, moribus, ac conditionibus ipſius, non ſperatur emendatio. Quæro, an talis incorri-
314 gibilis de facto, & non de iure poſsit hodiè, ſtante dicto decreto, eijci à Religione? Ratio dubitandi eſt, quia in dicto decreto expreſsè dicitur, quòd non eijciatur deinceps, niſi verè incorrigibilis, & declarat, illum eſſe talẽ, in quo concurrunt, quæ ad hoc requiruntur ex iuris diſpoſitione, &c. Ergò videtur tantũ ſub hoc decreto comprehenſus incorrigibilis de iure, non autem incorrigibilis de facto. Huic quæſito reſponderem, ſaluo meliori iudicio, in rigore per dicta verba non excludi à præfato decreto, incorrigi-

bilitē de facto, tùm quia illa verba ex iuris diſpoſitione, ſunt poſita ibi ad excludenda ſtatuta,& conſtitutiones particulares Religionum, vt patet ibi, *ſublatis in hac parte ſtatutis,&c.* tùm etiam quia talis incorrigibilitas, licèt dicatur de facto, non per hoc nō eſt ſecundum iuris diſpoſitionem, à qua recipit ſuas conditiones,& circunſtantias, & in qua habet fundamentum, vt dicitur de ignorantia iuris,& facti, infamia iuris, & facti,& ſimil.patet in *d.cap.fin.§.porrò*, ibi, *quos inuenerint contumaces, & rebelles*, quæ verba idem ſignificant,quàm perſeuerantiam cum oſtinatione in patrandis criminibus. Item quia *Rodriquez, Miranda*, & *Portellius locis citatis.* probant, dictam Incorrigibilitatem eſſe ſufficientem in eorum ordine,ad eijciēdam,& ſi in eorum regula expreſsè requiratur incorrigibilitas prout de iure;Dixi *in rigore*,quia ſi cū taliter incorrigibili poſſet ob-
315 ſeruari aliud requiſitū dicti decreti,ſcilicèt probationis in carcere per annū in ieiunio,& abſtinentia, poſſet eijci. Secus ſi non poſſet obſeruari dictum requiſitum, vt eſt in caſu *Rodriquez*,de eo Religioſo, qui exiſtens in Religione,falſa teſtimonia in rebus grauibus cōtra viros graues affirmare,& diſcordias inter fratres ſuſcitare cum ſeditionibus, ſolebat,& quando ſuperiores illum punire aggreſſi ſunt, arripuit fugam, & manens per longum tempus in apoſtaſia, grauia delicta in ſæculo committebat, talis enim hodiè nō poſſet eijci, non quia ter minimè fuit punitus, &c.ſed quia non fuit per annum probatus in carcere, ideòque in facto, in caſu ſimili, vidi diſpenſatum à S.Pontifice, ſeù Sacra Congregatione, quòd non obſtante dicta apoſtaſia,& ſic quòd talis ſit abſens, nec poſſit probari per annum in carcere, liceat ſuperiori,illum declarare incorrigibilem,intellige quando iſte talis, aufugit etiam à carcere ante tertiam punitionem, & ita intelligo, quòd ait *Portellius loco ſupr.ac.num.4. ad finem. Hyperbole eſt, quòd dicunt aliqui, mona-*
316 *chum fugientē à carcere reputari incorrigibilem, hoc falſum eſt, neque adeò grauis culpa eſt ſola fuga à carcere, vt faciat pluſquam vnam apoſtaſiam*,quia ſi aufugit poſt tertiam punitionem, etiam infrà annum dictę probationis, poſſet declarari incorrigibilis, vt benè aduertit *Bellettus p.2. diſquiſitionis clericalis* §.25.*n.*13.Sequitur ergò, ꝙ ſi daretur caſus de incorrigibili de facto,quietiā poſſet ꝓbari
317 per annū,poſſet eijci,& ſi talis pænitentias ſibi iniunctas promptus eſſet exequi,non tñ ſe corrigere à defectu graui ſcandaloſo, tàm reſpectu fratruum, quàm ſæculariū, de quo pluries fuit correctus,& carceratus,quia talis
318 promptitudo exequendi pænitentiam,tantum excuſat ab incorrigibilitate de iure quatenus eſt ſignum reſipiſcentiæ, & emendationis, ergò cùm non adſit ſpes emendationis,illa proptitudo nihil iuuat,imò oſtendit maiorem obſtinationem, propriū enim obſtinatorum hoc eſt, libenter pati omne malū, dūmodo de obſtinatione ſua victoriā reportēt, iſtud .n. ſignificant verba *Silueſtri v. Abbas n.6.* ibi *Dicit tamen D. Thom. quòd expelli nō debet quis quādiù vult corrigi, quòd intelligo, niſi incorrigibilitas præſumatur de facto propter conditionē viri, &c.* probat *Rodriq. cit. art.55. ad finem.* cum alijs authoribus ſupracitatis, vt latius habetis inter meas conſultationes morales in caſu cuiuſdā religioſi ſa-
319 cerdotis,qui obſtinatè per plures, & plures annos, licèt pluries, carceratus varijsq. pænitentis punitus, noluit alicui neq. intrà, neque extrà ſuam Religionem, iuxtà liberā facultatem ſibi datam à ſuperioribus cōfiteri vanis,& friuolis cauſis per eum adductis, qui Religioſus aliàs erat mente ſanus, & in morali Theologia verſatus. Circà dictū
320 annū probationis in carcere, vidi practicatum,quòd incipiat ab eo tempore, quo ipſe delinquens proteſtatur velle illum annū peragere, & ſi non ſit ſequuta ſententia cōdemnationis tertiæ,& ſic ſufficere,quòd præceſſerit ſecunda punitio, & poſtea aliud crimen commiſerit pro quo iterum ſit carceribus mancipatus. Eſt tamen hodiè neceſſaria ſententia eiectionis, quia in hoc decreto præcipitur,quòd Generalis *illicò expulſio-*
321 *nis ſententiam ordinario notificare teneatur.* Dixi hodiè, quia ante decretum, id non erat certum, vt eſt videre apud *Farinacc.p.1. praxis tom.1.q.8. num.49* & *Nouarium Canoniſtā in ſumma Bullar. cùm de apoſtatis, & eiectis*
322 *nu.21.*Circà ſex Patres, qui cum Generali debent dictam ſententiam ferre, fuit declaratum à S.Congregatione, quòd illorū electio ſpectet ad Capitulū,quādo in Capitulo ferenda foret ſententia,vel in loco vbi regulariter morari ſolet Pater Generalis,quando verò ab eodem Generali fertur dicta ſententię extrà dictum locum in alia Prouincia, vt contingere ſolet tēpore viſitationis, quòd ſufficiat ſi illos eligat ibi Generalis,refert dictam declarationem, *Lezzana cit.cap.23.nu.* 5. Quòd in hoc decreto comprehendantur
323 Regulares maſculi,non autem moniales, quæ nunquam propter incorrigibilitatem ſunt eijciendæ ſimpliciter à monaſterio, ſed niſi ibi puniantur,poſſint tūc ad aliud monaſteriū transferri,notat *Nouar.in ſuis ſingularibus concluſ.83.ad fin.* rationē diuerſitatis redd. *Bonac.cit.p.12.* Accedit declarat. S.Congreg. die 27.Maij 1603. his verbis. *Moniales incorrigibiles, non poſſunt eijci, neque transferri, inconſulta ſede Apoſtolica.* excipe caſum, de quo *ſuprà num.*181. de moniali, quæ prorupit in ſexum maſculinum. Hęc ſuſpenſio, quandiù eiecti iſti manent extrà Religionē

eſt

Digitized by Google

eſt reſeruata S. Pontifici, nec poteſt Ordinarius dictam ſuſpenſionem relaxare, vel moderari, vt habetur expreſsè in dicto decreto, quòd etiam anteà fuiſſe à S. Congregatione Concilij declaratum in vna, vlixbon. 16. Ianuarij 1596. refert *Barboſa in collect. bullar. & decretorum, verbo eiectus*. Vndè ſequitur, quòd redeundo ad eandem Religionem, vel
324 aliā intrando, ceſſet dicta ſuſpenſio, vt per *Bonac. ſuprac. q. 2. de clauſura p. 12. §. 6. num. 3.* An autem prima Religio teneatur, & cogi poſsit tales eiectos, plenè correctos, & peten-
325 tes admitti, recipere? non eſt certū apud DD. *Lezzana cit. t. 23. num. 9.* affirmat, & præter *Nau. & Molinam*, quos citat pro ſua ſententia, refert ita declaratum fuiſſe à S. Congregatione, ſubditque *poſt declarationem, in hoc non poſſe admitti aliquam excuſationem, cū per eā innouetur c. fin. de Regularibus.* Contrarium tamen, quòd docent *Corduba, Leſſius, & Sanchez* citati ab eodem *Lezzana*. dicit probabilius *Bellettus cit. §. 25. num. 24. ad finem.* Vtrum verò tali caſu, quando non admittitur à prima Religione, poſsit tranſire
326 ad aliam etiam laxiorem, abſq. licentia ſuperioris dictę primæ Religionis? Affirmatiuā ſententiam probat *Bonacina cit. p. 12. §. 4. in princ.* & ita limita *Lezzanam loco ſuprac. nu. 10.* docentē ſimpliciter, eiectū non poſſe ad ad aliam, ſiuè equalem, ſiuè laxiorem tranſire ſine licentia ſuperiorū ſuæ Religionis, cui opinioni accedit etiam *Bellettus loco ſuprac. num. 21.* vbi ſubdit, quòd ſi dicti eiecti non admitterentur à Religione prima, nec aliam inueniant, in qua recipiantur, manerēt
327 tuti in conſcientia. Contrarium tamen docet *Bonacina cit. §. 4. propoſitione 2.* dum aſſerit, dictum Religioſum eiectum non teneri aliam Religionem ingredi, ſi prior Religio nolit illum admittere, niſi fortè eiectus fuerit ab ea, hac conditione, vt ad aliam tranſiret. Quòd verò addit *Sotus*, hunc tali caſu, nō ſolū manere tuta cōſciētia in ſæculo, ſed etiā
328 eſſe abſolutū à votis obedientię, & paupertatis, non autem à voto caſtitatis, dicit *Bellettus loco ſuprac. num. 20.* quòd poteſt habere hunc ſenſum, vt eo caſu, votum obedientiæ commutetur cum obedientia, quam debet Ordinario, cui ſubijcitur, & paupertatis, in in eam, quæ ſeruari poteſt in illo ſtatu, ſed hæc etiam vera ſunt, quando dictus eiectus non emendatus fuit, neque petierit iterum admitti ad primam Religionem, ideòq. cum cummuni DD, dicendum, dictum eiectum
329 nunquam eſſe abſolutum à votis, ſemperq. teneri ad vota Religionis ſubſtantialia, non autē alias Regulares obſeruātias, vt per *Bonacina cit. p. 12. §. 3. & Lezzanam cit. c. 23. n. 12.*
330 *& ſeq.* vbi latè declarant, qualē adminiſtrationem habeant dicti eiecti circa bona, quæ tempore, quo manent in ſæculo, acquirunt, & ſi in hoc, non eodem modo loquantur iſti duo authores, licèt citent eoſdem authores, nam *Bonacina* ſimpliciter docet, dictos eie-
331 ctos aliquid expendentes etiā ad actus turpes, & inhoneſtos, non peccare contra votum paupertatis, nec accipientes ab eis teneri ob d. cauſam acceptū, reſtituere. *Lezzana* verò concedit, poſſe res minoris momenti expendere, & donare abſque eo, quod accipientes teneantur ad reſtitutionem, non autem poſſe facere expenſas magnas, & ſuperfluas nec donationes illicitas, aut rerum magni ponderis, & aliàs accipientes ab eis, teneri ad reſtitutionem. Sed *Molina, Leſsius, & Sanchez* allegati ab vtriſque loquuntur in ſenſu *Bonacinæ*, & ratio eorum ita concludit, quòd nēpè licèt talis eiectus non ſit verè dominus bonorū, nec poſsit quicquā tamquā propriū ſibi acquirere, perindè tñ ſe habeat, ac ſi verè dominus eſſet, tranſcribam hic formalia verba *Molina diſp. 176. num. 5.* ibi. hac de cauſa exiſtimo, ſi quid cum meretricibus inſumat, aut alia ratione peruersè donet, & expendat, factum tenere, neque plus accipientes teneri reſtituere, quàm ſi ille Religioſus non eſſet, ſed verus dominus, qui *diſp. 520. num. 1. ad finem.* idem dicit loquendo de ipſo eiecto ludente, ſicut etiam loquitur *Salas de ludo dub. 21. num. 5.* idem habet *Leſſius loco citato à Bonacina, & Lezzana*, additque hoc eſſe magis vſu receptum, & ſi fateatur contrariā opinionē eſſe probabilem, idē iudicandum fore de Regulari Epiſcopo, expreſsè
332 docet *Bonac. loco à me ſuprac. hac ead. recoll. n. 181.* latè *Alzed. p. 1. c. 5. n. 93.* Nota pro caſu, quem habui in facto, de quodam eiecto, qui acquiſierat notabilem quantitatem pecuniæ, quā emerat cēſus, an in eius vita à Camera Apoſtolica poterat aliquid prætendi circà proprietatē ipſorū cēſuū? Dixi in eius vita, quia certū eſt, poſt mortē illos pertinere ad Camerā ipſā, vt dixi ſuprà. *Lezzana cit. c. 23. num. 113.* videtur aſſerere, quòd dominium dictorū cenſuū, ante eius obitum, ſit apud Religionem à quā eiectus fuit, cùm dicat, illos eſſe adminiſtratores bonorum, quę acquirunt nomine Religionis, quòd clarius antea dixit *Bonac. cit. p. 12. de clauſura §. 7. n. 2.* ibi *ſicut etiam probabile eſt, ad illam* (ſcilicèt Religionē) *pertinere dominium bonorum, dum Religioſus viuit, etiam ſi in ſæculo degat, vt docet prima ſententia.* ratio eſt, quia ſi reuerteretur, ad illā pertinerēt d. bona, ſi verò ad aliā trāſiret ad iſtā, vt per eundē *Bonac. ibid. n. 3.* Contrariū autem docet *Sanch. lib. 7. ſumma c. 33. num. 38.* ibi *ſic acquiſita à Religioſo hoc, iuſtè eiecto, pertinent ad ipſum, quoad vſumfructum, at verò quoad ius adminiſtrationis ad Pontificem, qui eſt ſupremus Princeps, vel ad Epiſcopum, in cuius diœceſi eſt, & proinde in eius cura, & poteſtate viuit, & ideò eo Religioſo defuncto*

Digitized by Google

*functo, ille vſus conſolidatur cum iure admini-ſtrationis, & plenè ea bona pertinent ad Pontificem, &c.* allegans *Sayrum, & Azor.* Videte eundem *Sanchez ibid. n.9.* qui doctrinā, quā *Bonacina loco ſuprac.* docet de eiecto, ipſe probat non de eiecto, ſed de apoſtata, & fugitiuo. Eiectos præfatos ex diſpoſitione dicti decreti, ſi in ordinibus etiam minoribus cō-
334 ſtituti ſunt, teneri incedere in habitu clericali, declarauit S. Congregatio Concil. in Piſana 1. Aprilis 1628. apud *Barboſam in collect. Bullar. & decret. verbo eiectus.*

Electionem per calumniam impugnantes clerici beneficiarij, ideſt opponendo aliquid in perſonā electi, vel prouiſi, aut poſtulati, culpabiliter deficientes in plena probatione, incurrunt ſuſpenſionem per trienniū à beneficijs *cap. ſtatuimus, & cap. ſi compromiſſarius de elect. in 6.* latè *Bonacina poſt alios tom. 3 diſp. 3. q 4. p. 9.* vbi ſub *n. 3.* poſt *Ioann. Andr. Suarez, Alter. & Filliucc.* probat, dictā ſuſpenſionē nō incurri ratione cuiuslibet beneficij, ad quod quis fuit electus, poſtulatus,
335 vel de eo prouiſus, ſed tantum dignitatum perſonatuum, & canonicatuum, epiſcopatuum, & dignitatum epiſcopatu ſuperiorum, ideòq. concludit, opponentē, vt ſuprà, in perſonam Parochi electi, vel promoti, non incurrere hanc ſuſpenſionem, ſi poſtea deficit in probatione. Quando dicitur *impugnans* excluditur ille, qui tantum appellauit ab ipſa electione *Bonac. ſup. num. 6.* dicitur *culpabiliter*, quia ſi abſque culpa deficiat quis in d. probatione, ideſt nō ex culpa ſua, ſed aliorum, qui veritatem nolūt teſtificari, vel quia electus falsò ſe oſtendit innocentem ab omnibus crimininibus, pro quibus impugnatur eius electio, ſaltem in foro conſcientiæ, non incurritur iſta ſuſpenſio, vt poſt *Suarez, & Filliucc.* ſubdit *Bonacina ibid. n. 7. ad finem.* qui benè *n. 5.* declarat, ſufficere ad euitandā hanc ſuſpenſionem in eo, qui plura crimina obiecit electo, poſtulato, &c. ſi plenè probet vnum ex his, intellige ſi ſit illud ſufficiens ad inualidandam electionem Quando dicitur *à beneficijs*, intellige, quæ poſsidet in illa Eccleſia, ad quam impugnatus electus, vel poſtulatus fuerat, ita gloſa in *d. cap. ſi compromiſſarius*, quæ ſubdit, quòd ſi talis non habeat beneficia in dicta Eccleſia debet puniri pæna arbitraria, intellige, præter expenſas, in quibus ſemper venit condemnandus *Bernardus Diaz cap. 68. praxis num. 3. & 4.* & poſt *Suarez, ac Filliucc.* proſequitur *Bonacina ſuprà n. 8.* Qui *n. ſeq.* ſubdit quòd ſi talis, ſuſpenſione illa contracta, intra trienniū immiſcet ſe in dictis beneficiis, adhoc vt remaneat priuatus dictis beneficiis abſque ſpe illa iterum obtinendi, neceſſe eſt, quòd præcedat citatio dicti beneficiati, & ſententia declaratoria, quidquid *Alterius* velit, poſſe dictum beneficium ſtatim conferri.

Electores pro cathedralibus, vel Regularibus Eccleſiis ( quorum Prelatorum confirmatio ſpectat ad Sedem Apoſtolicam ob immediatam ſubiectionem, vel deuolutam appellationem ) qui electionem præſentare culpabiliter omittunt electo, infrà octo dies, poſtquam electo commodè præſentare potuerunt, ſuſpenſionem incurrunt ab omnibus beneficiis, quæ obtinent in Eccleſia, de cuius electione agitur, & ſi interim in illis ſe ingerunt, ipſo iure, perpetuò illis priuātur *cap. cupientes de electione in 6. Bonacina tom. 3 diſp. 3. q. 4. p. 8.* vbi quòd ſuſpenſio incipere debet poſt dictos octo dies, & quod talis ſu-
336 ſpenſus non per hoc impeditur, electionē Epiſcopi facere, ſi ſuſpenſione durante iterū ſedes vacet. & quòd ad hoc vt quis non incurrat in foro externo in dictam ſuſpenſionem, debeat probare, ſe in culpa non fuiſſe, ſeù electionem commodè preſentare non potuiſſe.

Eligere clerici, aliæque perſonæ eccleſiaſticæ præſumentes ad beneficia cum abuſu laicæ poteſtatis, ac tali electioni conſentientes, non incurrunt ſuſpenſionem ipſo iure, ſed ſunt ſuſpendendi ab officiis, & beneficiis, ac poteſtate eligendi per triennium, *cap. quiſquis de electione.* ita communiter docere Doctores, teſtatur *Bonacina tom. 3. diſp. 2. q. 4. p. 5. num. 3.* & ſi videatur aſſentiri *Suarez* qui docet, electores ipſo facto remanere priuatos poteſtate eligendi quòad illum actum & ſic ſuſpenſionem in hac parte eſſe ipſo iu-
337 re latam, ſed contrariū videtur ſequi *Layman de electione q. 34.* vbi ſimpliciter docet, hanc priuationem non eſſe latæ ſententiæ, ſed ferendæ. Eligere autem cum abuſu poteſtatis laicę tunc accidit, quando in illa laici, qui ex priuilegio S. Pontificis, vel ſaltem ex immemorabili conſuetudine cum fama cōſtanti priuilegii, nō habent ius authoritatiuè intereſſendi electioni, ſpontè à clericis ita admittuntur, ſecus ſi per vim, & metum, vt ſubdit *gloſa in cit. cap. quiſque, verbo abuſum*, proſequitur *Bonacina loco ſuprac. num.* quod dixi de conſuetudine vide *Layman in ſuis qq. canonicis de Pralatorum eccleſiaſticorum electione, q. 20.* vbi *q. 22.* firmat, valere con-
338 ſuetudinē, quòd poteſtas ſæcularis interſit in electione ad hoc, vt ſua authoritate, & preſentia ab omni tumultu, & impreſsione laicorum, ipſam electionem defendat, modo tractatui ipſius electionis vnà cum eccleſiaſticis non ſe immiſceat, & liberū illis relinquat arbitriū, & clarius *q. 24.* ad finē, vbi declarat qn ſit nulla, vel annullāda talis electio.
339 Nota, ꝙ & ſi officia Regulariū non veniāt appellatione beneficii, vt poſt *Sanchez lib. 2. opuſcul. moral. c. 3. dub. 44 n. 4.* dixi *in meo tr. de officio Cappellani q. 6. ſect. 6. nu. 59.* tamen ſi electio

electio inter eos fiat cum eodem abuſu, præter eius nullitatē, metus n. excludit volunta-
340 tem liberam, ſine qua non eſt electio, *c. cū locum de ſponſalibus circa finem.* Ac vt dixit *Panormitanus in cap. licèt de electione*, eligere eſt vnum ex pluribus voluntate capere, de qua re & ſi olim fuerit diſſentio inter canoniſtas, an huiuſmodi caſu, electio ſit ipſo iure nulla, vel potius veniat irritanda, hodie tamen eſt certum, quòd ſit ipſo iure nulla ex Concil. Conſtant. ſeſſ. 29. fauet *Lezzana p. 1. c. 15. n. 10.* cū igitur iſtę pænæ ſint ferēdæ ſententię, nihil impedit, quin poſſint ferri cōtrà Regulares, ſi aliæ pænæ nō ſūt ſtatutæ in cōſt. Sed an ex eo quia irrita ſit electio, teneatur in
341 foro conſcientiæ electus cōſentiens d. electioni, dimittere officium, vel beneficium ſic acceptum? Ratio dubitandi, eſt, quòd talis ſit pæna, quæ non incurritur, niſi poſt ſententiam iudicis, vt dixi ſuprà *recoll. 1.* Hac ratione non obſtante, dicendum eſt, teneri talem dimittere dictum beneficium, vel officium, quia talis irritatio hoc caſu non eſt pæna, ex quo prouenit non ratione defectus requiſiti à iure poſitiuo, ſed naturali, quod poſcit, vt electio fiat liberè, ita intellige *Theſaur. p. 2. de pænis eccleſiaſt. verbo beneficium c. 8. n. 5.* quando dicit, talem prouiſum teneri dimittere. fauet *Layman loco ſuprà c. q. 59.* qui ponit alios caſus, in quibus in foro conſcientiæ etiā ſit irrita electio. Certum autem eſt, hūc ſcienter acceptantē dictū beneficium, vel officium cum dicto defectu, incurrere vitiū intruſionis, quo redditur inhabilis ad illud
342 beneficiū, vel officiū obtinēdū abſq. diſpēſatione, quā diſpēſat. dicit *gloſſa in d. c. quiſquis v. fiat*, poteſt dare Epiſcopus, & ſequuntur *Laym. & Theſaur. locis ſuprà c.* teſtatur de communi *Comitolus lib. 1. reſponſ. moral. q. 78. n. 4.* quod vltimum intelligendum eſt, iuxtà doctrinam *Sanchez lib. 8. de matrim. diſp. 7. n. 12.*

Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ, Ab-
343 bates, Priores, aliique Prælati à Sede Apoſtolica promoti, aut ab ea recipientes munus cōfirmationis, cōſecrationis, vel benedictionis, adminiſtrationē bonorū illarū Eccleſiarū accipiētes, litteris Apoſtolicis, non expeditis, incurrunt ſuſpenſionem ab earundē Eccleſiarū fructuū perceptione, vide ſup. à n. 130.

Epiſcopi accipientes conſecrationem epiſcopalem ante 30. annos completos, non incurrunt ſuſpenſionem aliquam ſicuti ordinati ante legitimam ætatem. Nam Epiſcopatus ſtrictè loquendo (vt fieri debet in pænalibus) non eſt ordo. ita *Bonacina t. 3. diſp. 3. q. 1. p. 5. ad finem. Barboſa ad Concil. Trid. ſeſſ. 7. cap. 1.* Dixi recipientes conſecrationē,
344 quia tunc requiritur dicta ætas cōpleta in Epiſcopo, *Alzedus p. 1. ſuæ praxis epiſcopalis cap. 4. num. 17.* Dixi completos, quia licèt in cæteris dignitatibus, legitimum annum attingere ſufficit, in epiſcopali tamen præciſè requiri tūc, vt trigeſimū annū habeat perfectū *Alzedus ſup. cap. 3. n. 22. & Barb. n. 4.*

Epiſcopi, aliique Præſules, etiam ſi Cardi-
345 nales ſint, diuulgantes indulgentias, vel facultatem circà caſus reſeruatos ſoluentibus certā pecuniæ ſummā, incurrunt ſuſpēſionē, ſeù interdictū ab ingreſſu Eccleſiæ, & à perceptione fructuū, reſeruatā S. Pōtifici, à quā nō poſſunt abſolui, niſi prǽſtita ſatisfactione, vt ex Pio V. retuli ſup. *recoll. 4. v. Diuulgātes.*

Epiſcopi permittentes vſurarios manifeſtos alienigenas exercere vſuras in ſuis terris, incurrunt ſuſpenſionem, donec illos expellant. Circà quam ſuſpenſionem præter dicta ſup. *recoll. 4. verbo locantes.* Adde, quòd
346 dicta ſuſpēſio ſit ab officio, & beneficio, ita poſt *Sayrum, Suarez, Altertum, & Filliucciū, Bonac. tom. 3. diſp. 3. q. 6. p. 5.* Item quòd incurritur dicta ſuſpenſio, & ſi fuit facta locatio, nō quidē eo fine fænerādi, ſed ſolū ex fine, & cauſa iuſta percipiendi vtilitatem ex ipſa locatione, vt per *Barboſam de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 111. n. 27.* vbi contra *Nau.* poſt *Rebell. Sanch. & alios*, docet, non ſolū in foro cōſcientiæ, ſed etiā quoad forū externū,
347 licere, hoc fine, (vt dicitur etiā de meretricibus) ex cauſa iuſta locare domos vſurariis manifeſtis, nō autē alienigenis, ſed indigenis.

Epiſcopus accipiens aliquid in viſitatione, vide infra *Viſitatores.*

348 Epiſcopus, qui poſt Concilium Prouinciale, intra ſex menſes non conuocat Clerū, vt illi referat geſta in d. Cōcil. licèt olim erat ſuſpenſus ab officio per duos menſes ex *cap. decernimus 18. diſt. ad finem.* nam & ſi ibi dicatur, quòd talis ſit excōmunicatus ad duos
349 meſes, ſumitur tñ ibi excōmunicatio pro ſuſpenſione. *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 111. n. 21. Bonac. de cenſur. in genere diſp. 3. q. 6. p. 5. n. 28.* & ſi *t. 3. de cenſuris in particulari diſp. 3. q. 5. p. 6.* dicat eſſe probabile, illam eſſe excommunicationem propriè acceptā, quāuis ad tempus, & ſic quòd elapſis dictis duobus menſibus indigeat abſolutione. Concordant autem omnes, dictam ſuſpēſionem non eſſe in vſu, etiā in Hiſpania, vbi hoc decretum editum fuit in Concil. Tole-
350 tano. Nota, quòd decreta Cōcilij Prouincialis non ſunt publicanda inconſulto Romano Pontifice, ità Sixtus V. de anno 1584. apud *Quarantam verbo Concilium Prouinciale*, vbi habes tractatum integrum de hac materia, agit etiam *Gauantus in man. Epiſcoporum hoc verbo.* ſecus eſt de ſynodo diæceſa-
351 na, non enim obligatur Epiſcopus ante ſynodi publicationem, mittere decreta ipſius ad vrbem, ſicut de Prouinciali, ita ex Sacra Congreg. poſt *Quarantam, Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. q. 3. n. 26.* & poſt *Paſſeriū, Gauant. ſup. v. ſynodus diæceſana n. 66.*

Epiſcopus, Archiepiſcopus, Patriarcha,

etiam

Digitized by Google

etiam ſi Cardinalatus honore præfulgeat, per ſe, vel per alium (ſi legitimè ſit impeditus) intrà ibi præfinitum tempus, Beatiſsima Apo-
352 ſtolorũ Petri, & Pauli limina, non viſitans, incurrit ſuſpenſionem ab adminiſtratione temporalium, & ſpiritualiũ, ab ingreſſu Eccleſiæ, & perceptione fructuum S. Pontifici reſeruatam, etiam ſi poſtea reſipuerit, & ad limina ſe contulerit, ex Sixto V. Bulla 15 incip. *Romanus Põtifex*, quã habetis apud *Quarantam verbo Apoſtolorum limina, & Bonac. to. 3. diſp. 3. q. 5. p. 7.* quã sũmat *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi. alleg. 111. nu. 41.* Tempus, quo debet Epiſcopus viſitare dicta limina, ſi ſit Italus, eſt poſt triennium, ſi vltramontanus poſt quadriennium, quinquennium, ac decennium. Itali dicuntur omnes nes Epiſcopi etiam Siciliæ, Sardiniæ, Corſicæ Dalmatiæ, & Græciæ, quæ è regione ipſius Italiæ, & Siciliç oris ſunt, ſicut Vltramontani dicuntur alij., vt habetur in dicta conſtit. *Venerus in examine Epiſcoporũ lib. 4. c. 8. n. 22.* dicit, quòd pro omnibus Epiſcopis, & Ar-
353 chiepiſcopis Indiç oriẽtalis, vel occidẽtalis, Patriarca Indiarum reddit rationẽ, ne Eccleſiç deſtituantur tam longo tempore ſolatio paſtoris, & dicti Epiſcopi tam periculoſo, & longo itinere grauentur, hæc tamen debet eſſe particularis conceſsio, nam in dicta Bulla, iſti obligantur decimo, quoque anno, vt patet ibi. *Aſiatici verò, &c.* Dictum autem
354 tempus incipit à tẽpore, quo prædeceſſor Romæ fuit, vel per procuratorem viſitauit dicta limina, & conſequenter non eſt computandum à die, qua quis ad epiſcopatum promotus fuit, vt dixit *Gauantus in manuali Epiſcoporum verbo limina. num. 5.* ſed computandum eſt tempus prędeceſſoris, vt habetur in ead. Bulla, & aduertit *Bonacina ſup. num. 5.* Procurator mittendus, ſtante impedimento Epiſcopi, vel ratione negotiorum, aut infirmitatis, ſenectutis belli, peſtis paupertatis, & ſimil. vt per *Venerum loco ſuprac. n. 18.* dictũ
355 impedimentũ debet legitimè probare coram primo Diacono Cardinali, vt habetur ibid. & ſummat *Gauant. ſup. n. 5.* debet etiã habere ſpeciale mandatum, & debet eſſe de
356 gremio capitulorũ Epiſcopi, aut in dignitate conſtitutus, ſeù perſonatum habens, & his deficientibus, ſit ſacerdos diæceſanus, & clero deficiente, poteſt eſſe etiam Regularis ſpectatç probitatis, & Religionis, vt habetur in eadem Bulla vide tamen ſuper iſta, declarationes congregationis recollectas per *Barboſam v. limina Apoſtolorũ*, vbi in ſpecie
357 quòd talis procurator, ſi manet iã in curia, non admittatur, item quòd cum ab Archiepiſcopo Elboren. fuiſſet miſſus præsbiter diçceſanus non exiſtens de Capitulo cathedralis, neq. in dignitate conſtitutus pro hac vice fuit admiſſus ex gratia, admonens S. Cõgreg. per collectorẽ Portugallic. de hoc alios Epiſcopos, &c. & quòd licèt S. Congregatio fecerit gratiam admittendo quendam Regularem ab Epiſcopo Canarien. tranſmiſſum, & benè informatum ex eo, quod ex publica fide conſtitit, propter itineris longitudinem & ob pericula, in quç incurrerunt aliàs trãſmiſsi ſacerdotes ſæculares (qui à Turcis captiui facti fuerũt,) nullus inueniretur, qui mitti velit, tamen quòd in Viſen. 13. Nouẽbris 1627. noluit S. Congregatio admittere
358 Regularem ſuum familiarẽ, miſſum ab illo Epiſcopo, etiam ſi alium non iuueniſſe diceret, & iſte iam eſſet in Vrbe. Quid debeat facere iſte procurator in vrbe, habetur per *Venerum loco ſuprac. à num. 17.*

Epiſcopus non excommunicans incendiarios, quando debet illos excommunicare, vel illos abſoluens ante factam reſtitutionem damni, præſtitumque iuramentum, amplius huiuſmodi facinus non patrandi, incurrit ſuſpenſionem per annum ab officio epiſcopali, præter obligationẽ reſtituendi damnum prouentum ex incendio, *cap. peſſimam 23. q. 8.* Nota quòd in dicto tex. etiã obligatur ſub eadẽ pęna Epiſcopus imponere
359 d. incendiarijs pænitentiã permanendi per annum in ſeruitio Dei Hieroſolimis, aut in Hiſpania, ita *Sayrus lib. 4. cap. 12. nu. 44. Megalius p. 3. lib. 5. cap. 4. num. 81. Alterius tract. 2. de ſuſpenſione diſp. 16. cap. 3. ad finem. Filliuec. tract. 27. num. 159. Barboſa de officio, & poteſt. Epiſcopi allegat. 111. num. 23.* cum alijs antiquioribus, quos ſequitur *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 5. p. 9.* vnde neſcio quo fundamento innixus, aut authoritate *Theſaurus p. 2. de pænis eccleſiaſticis verbo incendiar. cap. 2.* dicat, verius eſſe, dictum textum non continere cenſuram, ſed ſimplex præceptum, imò hodiè iſtum tex. non eſſe vſu receptum, quia pænitentia, de qua ibi (ſcilicèt ſeruitium per annum Hieroſolymis, vel in Hiſpania) imponenda, nõ eſt in vſu, nàm diuerſum eſt, quòd dicta pænitentia non ſit in vſu recepta, & quòd textus non ſit vſu receptus; quia pænitentia quòd non ſit vſu recepta, ſignificat, ibi illam non eſſe poſitam taxatiuè, ſed exẽplificatiuè, vt probabiliter ſubdit *Bonac. loco ſuprac.* Ex hac autem limitatione pęnitentiæ,
360 nõ poteſt deſumi, hunc caſũ incẽdiarii eſſe reſeruatũ de iure, vt probat *Floronus de caſibus reſeruatis p. 1. cap. 2. §. 1. num. 5.* vbi ſubdit poſt *Nau. & Suar.* dictum caſum eſſe tantum reſeruatũ ex conſuetudine citans *Capezuill.* qui aſſerit, hunc vnicũ caſum duntaxat, reſeruatum eſſe ex conſuetudine.

Epiſcopus negligens in procedendo con-
361 trà ſimoniacos, ſuſpenditur ab officio per duos menſes *cap. quidquid 1. q. 1.* vbi ponitur vocabulum excommunicatio pro ſuſpenſione, ſicuti in alio caſu, de quo ſup. n. 349. ita poſt alios *Sayrus lib. 4. cap. 12. num. 45. Alterius*

Digitized by Google

*rius diſp. 16. de ſuſp. cap. 3. ad finem*, & alii cõ-
362 muniter, intellige de ſimoniacis in ſacra-
mentis, vel ordinibus, non autem in benefi-
ciis, aut Religionis ingreſſu, idem *Bonacina*
*tom. 3. diſp. 3. q. 5. p. 11. Barboſa ſuprac. allegat.*
111. *num.* 22, qui poſt *Alterium loco ſuprac.* di-
cit, eſſe probabile, hic nomine excommuni-
cationis, intelligi ſeparationem à ſacramen-
torum perceptione per dictos duos menſes.

Epiſcopus, aliuſque Prælatus Epiſcopo ſu-
perior ex odio, gratia, amore, vel lucro, aut
commodo temporali, omittens procedere
363 contrà ſuſpectos, vel diffamatos de hereſi,
aut temerè vexans aliquem, imponendo
illi notam, vel ſuſpicionem hereticæ praui-
tatis, vel impedimenti ab eo illati, in officio
inquiſitionis, incurrit ſuſpenſionẽ per triẽ-
nium ab officiis, ſicut alii inferiores, incur-
currunt excommunicationem, de qua egi
*ſuprà citata recoll. 4. verbo Inquiſitionis.* & præ
ter ibi citatos videte *Barboſam cit. alleg.* 111.
*num.* 30.

Epiſcopus, beneficia, præſertim curata
conferens perſonis indignis, quæ in lo-
364 co reſidere, & per ſe ipſas curam exerce-
re non poſſunt, incurrit ſuſpenſionem à col
latione beneficiorum *cap. quia nonnulli de
clericis non reſidentibus*, quæ ſuſpenſio hodie
non eſt latæ, ſed ferendæ ſententiæ, vt ex Cõ-
cilio Tridentino *ſeſſ. 7. de reformat. c. 3.* dedu-
cit *Reginaldus lib. 32. praxis tract. 2. num. 62.*
vbi quòd etiam dicta collatio non ſit ipſo iu-
re irrita, ſed irritanda.

Epiſcopus exercens pontificalia in aliena
diæceſi, abſque licentia Ordinarij ipſius loci,
ſuſpenditur à Pontificalibus. *Concil. Trid.*
365 *ſeſſ. 6. c. 5. de reformat.* Pontificalium nomi-
ne (præter collationem ordinum, de qua in-
frà *ordinans*, vbi alias ſuſpenſiones contra
Epiſcopos, ratione malæ ordinationis, recen-
ſeo) veniunt omnes actiones, quæ ab Epiſco
po, fiunt cum ornamentis proprijs ordinis
epiſcopalis. iſta enim ornamenta, quæ ſibi vt
Pontifici conceduntur, vocantur Pontifica-
lia, quæ ſunt, mitra, chirotecæ, baculum, dal-
maticæ, & ſandalia. Notãter dixi *ornamentis
proprijs ordinis epiſcopalis*, vt diſtinquerem
366 ipſa, à veſtibus proprijs Epiſcoporũ, non ra
tione ordinis, ſed dignitatis, quæ ſũt rochet-
tũ cũ mantelette, mozzecta, galerus cũ cor-
dulis, & floccis viridibus, & ſericis, anulus
gemmatus, & cappa longa, quibus poteſt
vti extrà diæceſim ſine licentia Ordinarij,
vt per *Alzed. p. 1. ſua praxis Epiſcopalis c. 5. n.*
68. vbi poſt *Cãpanilẽ Rub. 9. c. 5.* etiã ſubdit,
367 q ibi poſſit facere ſibi deferre caudã à Cap
pellano, cùm iſta omnia non pertineãt ad ſu-
perioritatem, ſed ad dignitatem, & licèt iſta
intelligantur ab eodem *Alzedo*, & ſi dictus
Epiſcopus ſit in præſentia cuiuſuis magni
principis ſecularis, tũ quoq. in ſua diæceſi
368 deponit mozzettã corã Cardinalibus, etiã
non Legatis, & coram ſuo Archiepiſcopo.
*Gauantus in manuali Epiſcoporum, verbo Epi-
ſcopus n. 4. & 5.* ſicut ibidẽ, præſente Legato
de latere, non poteſt populum benedicere,
nec vti cruce, mozzetta, & rochetto diſcoper
to, vt ex S. Congregatione, refert *Barboſa in
collect. bullarum verbo Epiſcopus*, vbi quòd in
369 aliena diæceſi, nõ põt ſibi puluinar, & pã-
nũ violacei coloris ſternere neq. deoſcula-
tio textus Euangelij illi cõpetat. Quæ nã ſint
actiones quę nõ poſsũt exerceri cũ ornamẽ-
tis propriis ordinis epiſcopalis in aliena diæ-
ceſi abſq. expreſſa licentia Ordinarii, nõ repe
rio clarè hucuſq. explicatũ. Nã *Barboſa alle-
gat. 6. à num. 5.* Bonacina *tom. 3. diſp. 3. q. 2. p.
12. Riccius par. 1. praxis deciſ.* 467. & alij an-
tiquiores, & ſi forment hoc quæſitum, quæ
actiones veniãt appellatione Pontificalium,
id quærunt non ad indicandas actiones pro-
bitas exercere in aliena diæceſi, ſed prohibi-
tas Epiſcopo, qui iam reperitur ſuſpenſus à
Pontificalibus, & dicunt, quòd ſuſpenſus à
370 Pontificalibus prohibetur nõ ſolũ ab or-
dinum collatione, frontis chriſmatione, Baſi
licarum, & virginum conſecratione, ſed etiã
à miſſæ celebratione, cum mitra, & baculo:
ita *Barboſa loco ſuprac.* idem dicit *Bonacina*
de benedictionibus calicis, vel corporaliũ, ibi
*Hinc ſequitur, &c.* & tantò magis debent
hoc dicere de benedictione campanarum.
Quæro igitur an oẽs eaſdẽ actiones exercen-
do Epiſcopus in aliena diœceſi, incurrat ſuſpẽ
ſionẽ, de qua ſup. Affirmare videtur *Theſaur.
p. 2. de pœnis eccleſiaſticis v. Epiſcopus c. 4. n. 3.
verſ. Nota.* vbi dictas actiones omnes, ſimpli-
citer aſſerit, venire appellatione Pontifica-
lium. (& tantum dubium proponit de colla
371 tione primæ tonſuræ, an etiã veniat nomi
ne pontificalium, affirmatiuam opinionem
dicens eſſe cõmunẽ, & negatiuam improba-
bilẽ. Huic opinioni oẽs Doctores debẽt ſe
372 ſubſcribere, & ſi in caſu celebrationis cum
mitra, & baculo, quòd ſit licita Epiſcopo ex-
trà diæceſim, etiã abſque licentia, dixit *gloſa*
poſt *Hoſtienſem in Clement. Archiepiſcopo v.
etiam celebrare, de priuilegijs*, ac ſequitur *Bar
boſ. p. 1. de officio, & poteſtate Epiſcopi tit. 3. c. 1.
num. 23. ad finem. & allegat* 80. *nu.* 4. Tamen
contrarium eſt verius, vt per *Gauantum in*
373 *man. Epiſcop. verbo Epiſcopus n.* 128. *& Cãpa
nilẽ ſup. n.* 4. Dicitur autẽ Epiſcopus eſſe extra
diæceſim, quãdo etiã reperitur in loco exẽ-
pto (non ſuæ diæceſis, nàm in eo certum eſt
poſſe exercere pontificalia, abſque aliqua li-
centia. fauet declaratio S. Congregationis in
Ferrar. 20. Iulii 1600. relata à *Barboſa in col-
lectanea bullarum, & decretorum verbo ponti-
ficalia*, vbi, quòd de iure poſſit Epiſcopus in
locis exemptis ſuæ diæceſis, pontificaliter ce-

 lebrare

Digitized by Google

lebrare, ita *Theſaurus cit. verbo Epiſcopus c. 5. in principio*) ſed quandò reperitur in loco exempto alterius diæceſis, tunc enim ibi ad exercenda pontificalia neq; ſufficeret licẽtia Prælati inferioris d. loci exẽpti, ſed requiritur licẽtia Epiſcopi, intrà cuius diæceſim, eſt ille locus exemptus *Barboſa alleg. 6. n. 12. Megal. p. 3. lib. 5. c. 4. nu. 67.* vbi refert declaratione S. Congregationis, idem dicas de loco exempto *nullius*, ſcilicèt vt non poſsit ibi exercere pontificalia abſq. licentia Prælati ipſius loci exempti, aliàs incurrat ſuſpenſionẽ. *Megal. loco ſuprac.* & ſic intelligas *Theſaurum loco ſuprac. verſ. ex his apparet*, vbi ſimpliciter aſſerit ex *Cochier.* Epiſcopum exercentem epi
374 ſcopalia in loco exẽpto *nullius*, incurrere ſuſpenſionem, nam licèt hic nõ ſit neceſſaria licentia Epiſcopi, eſt tamen neceſſaria licentia Ordinarij dicti loci, vt optimè *Megalius loco ſuprac.* & hoc intelligitur etiam in eo Epiſcopo, qui ratione vicinioritatis, vel priuilegij præſcripti, in hoc loco exempto *nullius*, habet iuriſdictionem quòad viſitationem, & licentiam circà cauſam extractionis reorum de loco ſacro, vt per *Theſaurum ſupra.* Quòd autem Epiſcopus vt ſu-
375 prà vicinior dum viſitat dictum locum exemptum *nullius*, poſſit per illa loca cõtigua ſuæ diæceſi iteragendo, populũ benedicere, & mozzettã deferre, habetur per *Barboſam ſuprac. alleg. 6. n. 11.* refert declaratum *à S. Cõgreg. Bonac. ſuprac. p. 12. nu. 7.* (quòd tantò
376 magis dicendum eſt de Archiepiſcopo in locis exemptis intra ſuam Prouinciam, in quibus poteſt omni tempore ante ſe libere, portare crucem, benedicere populum, audire publicè, vel priuatim diuina officia, & in pontificalibus celebrare, & coram ſe facere celebrari, ſine tamen pontificalibus, ex citata *Clementina Archiepiſcopo*, & notat *Quaranta verbo Archiepiſcopi authoritas, authorit. 32. ad finem.* vbi *authorit. 30.* quòd non poſsit ibi ordinare, chriſmare, degradare, & ſimilia, de quibus ſuprà. *Quis hoc caſu dicatur Ordinarius*, qui poteſt dare licentiã Epiſcopo alieno exercendi pontificalia in locis non exẽptis (de exẽptis .n. iã ſuprà dixi) quærit *Bonac. loco ſuprac. n. 4.* qui reſpondet, hãc
377 licentiã poſſe concedere Epiſcopũ, & Capitulum ſede vacante, non autem Vicarium Generalem, ſequitur *Gauantus loco etiam ſuprac. num. 7. & 8.* qui *num. 4.* poſt *Barboſam ſuprac. allegat. 111. num. 9.* dicit, hanc ſuſpen-
378 ſionem eſſe reſeruatã S.P. Cuius cõtrariũ videtur docere *Bonacina ſuprac. p. 12. ſub n. 3. ad finem.* dicens, eſſe tantũ Epiſcopo reſeruatam quæ opinio ſi eſt vera, poſſet Epiſcopus abſolui per ſuum confeſſarium. Quæ-
379 runt etiam Doctores, vtrũ ſi inaduertenter Epiſcopus dicta põtificalia exerceret in aliena diæceſi, incurreret dictam ſuſpenſionem? *Barboſa ſuprac. allegat. 111. n. 8.* poſt praxim *epiſcopalẽ, & Franciſcum Leonẽ.* reſpõdet affirmatiuè, illũ incurrere etiã ita benedicendo calices, vel corporalia. Cõtrariũ tamen docet *Suarez diſp. 28. ſect. 4. num. 7.* quem ſequitur *Gauantus ſup. num. 3.* quòd puto certũ quòad forum conſcientię, iuxtà ea, quæ dixi ſuprà *recoll. 1.* cùm de cauſis excuſantibus ab incurſu cenſurarum. An autem Epiſcopus ſic ſuſpenſus, ſi celebret (intellige in pontificalibus, quia taliter ſuſpenſus poteſt miſſam priuatam celebrare, & alia facere, ſine ornamẽtis pontificalibus, quæ ratione ſacerdotalis officij, ſibi cõpetũt, vt baptizare, abſoluere, pœnitentias dare, &c. vt per ſupracitatos autho-
380 res cõmuniter) *infr. cum de irregularitate,* videte pro nunc *Sayrum lib. 4. cap. 16. nu. 16.* vbi docet, Epiſcopum ſuſpenſum, ſollemniter benedicentem populum per illa verba *Sit nomen Domini benedictũ*, &c. incurrere ir-
381 regularitatem. Poteſt etiã quæri, an Abbas habens ex priuilegio vſum pontificalium, illa exercens extrà ſuam diœceſim, incurrat ſuſpenſionem, de qua ſup. Reſpondeo, quòd incurrat, iuxtà ea, quæ dixi ſup. *verbo Abbas num.* & poſtea reperi in terminis docere *Theſaur. ſuprac. c. 4. ad finẽ.* Dixi *in aliena diæceſi*, quia ſi Epiſcopus in propria diæceſi
382 exerceret pontificalia ergà perſonas ſibi nõ ſubditas, & ſic alterius diæceſis (citrà collationem ordinum minorum, vel maiorum ſine dimiſſorijs, &c.) non incurreret aliquã cenſuram, vt loquendo de ſacramento confirmationis, notat *Vgualdus cùm de hoc ſacramento num. 30.* & poſt *Genuenſem, & Barboſã, contrà Bartolomæum de Angelis, & Bonacinam* probat *Diana noſter par. 3. tract. 14. recoll. 24. verſ. Adde, &c.* & proſequitur alijs antiquioribus citatis *Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſ. v. Epiſcopus cap. 4. verſ. nota ſecundò.* Peccaret tamen abſque dubio tunc Epiſcopus, vt notant ſupracitati authores, à quo peccato tñ excuſaretur in caſu, quem ponit *Diana loco ſuprac.* ſi habens v.g. dimiſſorias ſui Epiſcopi
383 pro ſuſcipiẽdis ordinibus, nõ eſſet cõfirmatus, quia & ſi (vt dictus author ſubdit) non peccaret Epiſcopus conferens ordinem non confirmato, neque ipſe ſuſcipiens ordinem, licèt ſciat ſe non eſſe confirmatum, tamen cùm regulariter debeat præcedere confirmationis ſacramentum, ſacramentum ordinis, tacitè cenſetur data licentia ab Epiſcopo ordinantis, vt illum confirmet, ſi non eſt cõfirmatus: ità poſt *Zambranum, Layman, & Fagundez, Diana loco ſuprac.* Notanter addidi illa verba *Citrà collationem ordinum minorũ, &c.* nam ſicut poteſt Epiſcopus abſque licentia in aliena diæceſi conferre primã ton-
384 ſuram, vt dixi ſuprà *n. 371.* ita etiã poſſet Epiſcopus abſq. incurſu ſuſpenſionis ab omniũ ordinũ collatione, illam conferre in ſua diæ-

Digitized by Google

diœceſi, ſubdito alieno, abſque aliqua licentia, ſeù dimiſſoria Epiſcopi ipſius tōſurati: ita *Villalobos p.1.ſummæ tract.18.difficult.7.n.17. Riccius in addit. ad inſt.canon Lancellott. lib. 1.tit.25.verſ.pari ratione apud Dianam p.3 tr. 4.reſol.194.* qui ſtante Cōcil. Trid. meritò du
385 bitat de hac doctrina. De pœnis illorū, qui initiati fuerunt prima tonſura ab alieno Epiſcopo ſine dimiſſorijs, vide *Bonac.t.3.diſp.3.q. 1.12.n.20.& ſeq.* & quæ dixi *ſup.recoll.praeced.*

Epiſcopus titularis ordinans quēcunque, etiam prætextu familiaritatis, ſine dimiſſoria proprij Ordinarij, & ſine licentia, Ordinarij loci, vbi vult exercere pōtificalia, ſuſpēditur à pōtificalibus per annū. *Concil.Trid. ſeſſ.14. c.2.de reformatione, Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.6. n.1. & allegat.111. n. 14.* vbi quòd talis ſuſpenſio ſit reſeruata S.P. Nota, quòd in *d.c.* Concilij expreſsè prohibetur ne d. Epiſcopus etiā cōferre poſſit primā tonſuram abſque dictis licentijs. Quæ concluſio ampliatur *à Barboſa cit.n.14. ad finem.*
386 etiam ſi ipſe Epiſcopus Titularis ſit parochus, quia neque in propria parochia poteſt exercere pontificalia abſque licentia Ordinarii, idem dicas de Epiſcopo, qui renunciauit epiſcopatui, id eſt loco, tum quia talis, remanet tamquam titularis, ideò rogatus ab Ordinariis, poteſt pontificalia exercere, ac rogantis ſubditos ordinare, vt habetur in *d.c.1. de ordinato ab Epiſcopo, qui renunciauit epiſcopatui, Sayrus loc. infracitando n.7. ad finem.* ergo quando non rogatur, incurrit ſuſpenſionem. De Epiſcopo autem, qui renuncia-
387 uit etiā dignitati, ſi confert ordines minores cum dictis licentiis, videtur docere *Sayrus lib.4.cap.17.ſub num.7.* quòd non incurrat aliquam cenſuram, & ſi peccet, & generaliter loquendo de eod. Epiſcopo conferēte ordines cum licentia Ordinarii loci, & clerici ordinandi, proſequitur *Theſaur. verbo ordo.cap.18. ad finem.* Rectius verò *Bonac. t.3.diſp.3.q.1.p.5.n.20.* vbi quòd præfatus Epiſcopus cōferendo ordines minores ex vi *d.c. 1.* non incurrat dictam ſuſpenſionem latam contrà ordinatos ab ipſis in *eod. cap.1.* igitur ſupponit, ex vi aliorum canonum, poſſe incurrere ſuſpenſionem, quando ſcilicèt vel ſine licentia Ordinarii loci exercet pontificalia, vel ordinat aliquem ſine dimiſſorijs ſui Ordinarij, ita hi authores, quibus accedit *Marchinus de ordine tract.1.par.2. cap.10.* qui ſupponit *ex d.cap.1.* poſſe dictum Epiſcopū, qui renunciauit dignitati conferre ordines minores de licentia, &c. ſed vt verum fatear, huc vſq. non intelligo, quomodo huic, qui renunciauit dignitati, poſsit ſuffragari licentia Ordinarii loci, vel exercendi pontificalia, vel ordinandi ſubditum ſuum, ex quo enim renunciatio dignitatis, eſt renunciatio vſus ordinis epiſcopalis acceptata à S. Pontifice, non videtur, quòd poſſit concedi dictus [illegible] iterum, niſi ab eod. Pontifice. [illegible] *ſuſpenſionem,* certum eſt enim non incurrere irregularitatem, quia non vſurpat [illegible] ordinis Epiſcopalis, quem non habet, [illegible] habet, nam character epiſcopalis non amittitur ab eo neq. per renunciat[illegible] [illegible] *per Bonacinam ſuprac.p.3.n* [illegible] ideo ordinatus à tali Epiſcopo [illegible] natus.

Epiſcopus conſecrationem [illegible] ab Epiſcopo excommunicato ſuſpenſo [illegible] dicto, irregulari, ſimoniaco, vel [illegible] vitando: incurrit ſuſpenſionem ab [illegible]ne ordinis epiſcopalis, quę non [illegible] ſpe[illegible]ari, niſi à S. Pontifice. fundatur hęc ſuſpenſio in *c.1.* & pluribus aliis ſequentibus [illegible] vbi patet, Epiſcopum euitandu[illegible] dictas cenſuras, & irregularitatem, eſſe priuatum exequutione ſui ordinis, ergò neque qui ab illo ordinatur, vel conſecratur poteſt recipere exequutionem ordinis, vel conſecrationis, *Bonac. tom.3.diſp.3.q.1.p.10.nu.6.* vbi poſt *D Anton. Maiolum, Alter. Suarez, Sayrū, & Filliuce.* Ampliat etiam in caſu, quòd talis ordinatus, vel conſecratus ignorauerit, dictū Epiſcopum eſſe excommuaicatum ſuſpenſum, &c. vitandum. Contrariū tamen, quòd
388 tales ignorāter ordinati (& per cōſequens conſecrati) non incurrant veram ſuſpenſionem, quam violando, incurrant irregularitatē, & ſi peccent, ante diſpenſationem, actus dicti ordinis exercendo, tamquam probabile docet *Conink diſp.15.de cenſuris num.34 ad finem.* ac probat *Theſaurus verbo ordo cap. 24.verſ. limita.* hanc opinionem videtur ſequi *Marchinus de ordine tract.1.par.2. cap.18. num.20.* quia requirit ad incurſum huius ſuſpenſionis, ſcientiam in ordinato, vel conſecrato & ſi alleget *Sayrum, & Suarez,* qui à *Bonacina* citantur pro contraria ſententia. Alias ſuſpenſiones cōtrà Epiſcopos, prçter eas, quæ concernunt culpam eorum in collatione ſacramenti ordinis, videte apud *Filliuceium tract.17. à n 152. & Barboſam de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.111.*

Excommunicatos non toleratos ad diuina officia, vel ſacramenta eccleſiaſtica, aut
389 ad eccleſiaſticā ſepulturam admittere præſumentes clerici, aut Regulares quantumcūq: exēpti (præter excōmunicationē, quā incurrunt qn̄ talis nominatim excōmunicatus fuit à Papa, de qua ſup. *recoll.4.v.admittentes,* ac excommunicationem minorem, de qua egi ſuprà *recoll.3. num.278.*) incurrunt interdictum, ſeù ſuſpenſionem ab ingreſſu Eccleſiæ, donec ad arbitrium eius, cuius ſententiā contēpſerūt, ſatisfaciant, *cap. Epiſcoporum de priuilegijs in 6.* de qua ſuſpenſione *Suarez to. 5.diſp.31.ſect. num.5. Bonacina de cenſuris in genere diſp.5.q.6.p.5. num.19.* Præter ea, quę



Digitized by Google

circà hāc ſuſpenſionē dixi ſupracitata *recoll.* 3.*n.*249. *Theſaur.v.cenſura c.*7. §.2. ampliat
390 ſuſpenſionē iſtam,etiam ad priuatim [illegible] tantem [illegible] horas cum excommunicato, allegans *Sayrum* qui *loco* ab eo *cit. lib.*2.*c.*15. *num.*21.*verſ. quintum.* loquitur non generaliter de quolibet excommunicato, ſed de excommunicato à Papa ad finem incurrendi excommunicationem maiorem, nec de recitante [illegible] ſed tantum de recitante [illegible] a,vel extrà ,& ſic poteſt [illegible] tione publica, vt percipitur ex [illegible] tibus, vbi ſupponit,quòd [illegible] talis. At ex eod. *Sayr* [illegible] *n.*22. [illegible] opinionē ſequuti ſumus *recoll.* [illegible] recitatio priuata cū dictis [illegible] non eſt niſi venialis, & ſic [illegible], quòd [illegible] quis ob talem recitationem [illegible]
391 [illegible] incurrere excommunicationem minorem, vt dixi *loco ſuprac. n.*212 non tamen incurrit hanc ſuſpenſionē,quia ſuſpenſio eſt lata in *dicto c. Epiſcoporum* per modū cenſuræ maioris, quo caſu ad illam incurrendam requiritur culpa mortalis, vt dixi *ſup. recoll.* 1.*num.*244.& ſic debēt intelligi authores citati à *Theſauro loco ſuprac.* quando docent, hanc ſuſpenſionem cōcurrere cum excommunicatione minori, vel maiori, nempè ſuppoſita culpa requiſita pro dicta excommunicatione maiori. Dixi in principio *admittere præſumentes*, non ſolum ad excludendum eos, qui admittunt ignoranter, vel
392 etiam per metum, licèt leuem,quē in foro cōſcientiæ hoc caſu ſufficere,nō negat *Nau. cap.*27.*num.*93.*verſ.declara,&c.*(& ſi *Caietanus* velit excuſare in vtroque foro) & poſt *Suarez* probat *Theſaur.loco ſuprac.verſ.limita* 3. ſed etiā ad excludendum eos clericos,
393 vel Religioſos, qui non admittunt dictos excommunicatos, tamquam miniſtri Eccleſiæ, ſed tantum tamquam priuatæ perſonæ, ſimul cum dictis excommunicatis aſſiſtendo diuinis, intellige tñ vt explicaui *ſuprac.recollect.*3.*nu.*113. *& ſeq.* quando peccarent mortaliter,ita cum illo aſſiſtendo, cùm ſemper ſit diuerſum aſſiſtere, & admittere, ac à diuerſis(maximè in pęnalibus,vt in caſu noſtro) nō ſit illatio, vulgatis iuribus.

F

394 FAmiliaritatē habentes cum hæreticis, clerici incurrunt ſuſpenſionē ab officio, donec canonicè purgent dictam familiaritatem. *cap. inter ſollicitudines extrà de purgatione canonica*, de qua per *Eymericum in directorio inquiſitorum p.*2. *c.*14. vbi *Penia* quęrit *in cōmentar.* quare talis poſt purgationem canonicam, etiam cogitur abiurare dictam familiaritatem,& *Litt.G.* quid ſit faciēdum in caſu,quo deficiat in purgatione, latè poſt alios de hac materia *Farinaccius tr. de hæreſi q.*182.*n.*167.vbi poſt *Roias* ſubdit,quòd
395 talis etiam incurrat excommunicationē, ſed ſi loquitur de excommunicatione *c.*1. *Bulla cœnæ*, illa non incurritur, niſi ratione fautoriæ, vt etiā indicat ipſemet *Farinac.loco ſuprac. n.*166. quę excōm. nō incurritur niſi fauor ſit ex cauſa hæreſis, ſcilicèt quatenus hæretici ſunt,ſeù redundet in hęreſis fauorē & non ex alia cauſa, vt communiter docent Doctores in *d.cap.*1.*Bullæ,Sanchez lib.*2.*ſumma moral.cap.*10.*num.*5.& proſequitur *Fari-*
396 *naccius ſuprac.q.*18 1.*n.*162. Suſpicio autem conſurgens ex dicta familiaritate, purgatur ex qualitate perſonę conuerſantis, veluti ex eius Religione,grauitate, & circūſtantia locorū,vt latè *Menoch.de præſumptionibus,præſumpt.*6.*num.*17. ſed an ad incurrendam dictam ſuſpenſionem requiratur, quòd hæretici, cum quibus clericus conuerſatur fami-
397 liariter,ſint denūciati? *Sanchez lib.*2.*ſumma moralis cap.*9.*num.*6. loquendo de excommunicatione, quæ incurritur ratione defenſionis,fautoriæ,&c. erga hereticos,cōtra *Vgolinum* probat,non eſſe neceſſariam denuciationem, quia illa non prohibetur vt communicatio cū hæretico,quatenus excōmunicatus eſt (in quibus terminis loquitur extrauagans ad euitanda) ſed ſolū ea ratione, qua hereticus,eſt ob periculū infectionis,vel ſcādalū, &c. & per conſequens ſufficit ſi dictus clericus ſciat,talē,cum quo conuerſatur,eſſe hereticum, ita *Sanch. loco ſuprac.* cuius doctrina benè applicari etiam poteſt ad ſuſpēſionem, quam vt dixi clericus familiariter conuerſans cum hereticis, vt ſuprà explicaui, pręter excommunicationem latam contra fautores, vel defenſores hereticorū (quę duo per omnia exequātur, vt ait *Simanchas de catholicis conſtitut.tit.*15.*nu.*11.) incurrunt hanc ſuſpēſionē. Licèt ,n. familiaritas cū iu-
398 deis etiā ſit nobis prohibita *c.ad hæc de iudeis*,nō tñ adeſt pœna ſuſpēſionis;differentiæ ratio inter familiaritatem cum iudeis, & hereticis, habetis apud *Ricciullū lib.*2. *de iure perſonarum c.*38. Qui *c.*41.*n.*16.notat quòd familiaritas contrahitur, maximè in conuiuijs cum dictis perſonis.

Fratres Prę
dicatores perturbantes officiū inquiſitionis,quod exercetur per Fratres minores, & è contrà Fratres minores perturbātes Fratres prædicatores officium inquiſitionis exercentes, incurrunt ſuſpenſionem ab exequutione ſacrorum ordinum, quouſque à Papa abſoluantur,vel ab eo inquiſitore, cuius officium fuit perturbatum Clemens IV.in ſua conſt.incip. *Paupertatis altiſſimæ*, refert poſt alios *Sayrus lib.*4.*cap.*13.*nu.* 12. Hic non eſt ſermo de perturbatione in inquirēdo vnus contra aliū,quia cùm par in
399 parē nō habeat authoritatē,inquiſitor vnus non poteſt procedere contra alium inquiſitorem ſuſpectum de hęreſi, vt poſt alios notat *Diana p.*4.*tract.*8.*reſol.* vbi idem dicit de

Epi-

Digitized by Google

Epiſcopo, quòd ſcilicèt non poſſit procedere contrà inquiſitorem ſimiliter ſuſpectum, quia inquiſitores in Italia puniuntur per inquiſitorem generalem Vrbis; in Hiſpania verò ab inquiſitore maiori, vt per *Pantam in Directorio inquiſitor. par. 3. comment. 61. ad finem. verſ. quòd ſi quæras*; ſed eſt ſermo de perturbatione circa cognitionē cauſarū ſubditorum cuiuslibet ex ipſis, cùm habeant diæceſes, ſeù prouincias diſtinctas, & ſic intrat articulus ille, de quo idem *Penia loco ſuprac.*
400 *commentario* 95. an inquiſitores procedant cōtra eum, cui datus eſt inquiſitor ſpecialis.

H

HAbitum deſerentes Religioſi, vel clerici. ſupra *Apoſtata, & Clerici.*

Hiſtrionis artem, exercens clericus per annum, ipſo iure, ſi verò breuiori tempore, & tertiò moniti non reſipuerint, ſunt à diuinis ſuſpenſi, ita interpretantur Doctores cōmuniter textum *in cap. 1. de vita, & honeſtat. clericorum*, loquentem de amiſsione priuilegij clericalis, de qua amiſsione, dixi *ſup. recoll. praecd. num.* 78. ita *Bellettus par. 2. ſuæ diſquiſitionis clericalis* §. 17. *nu.* 4. Nota quòd in *cit. cap.* 1. fit mentio de clericis, qui faciunt ſe ioculatores; ſeù goliardos, aut bufones, qui aliàs vocantur hiſtriones, ita *Ioannes Andreas* ibi *in addit. ad gloſam.*

Homicidium qualificatum committens clericus beneficiatus, non ſolum ipſo iure eſt ſuſpenſus à beneficijs, ſed illa amittit ipſo iure, præter pænam depoſitionis à dignitate, honore, ordine, & officio, *cap. in quibuſdā de pænis*, poſt alios *Bellettus ſuprac. p. 2. §. 23. n.*
401 4. vbi quòd homicidiū qualificatū ſit aſſaſſinium, vel parricidium, aut fratricidium, aut homicidium factum in perſonam Cardinalis, aut Epiſcopi, & tantò magis Papæ. Adde etiam homicidium ex abortu, vel in odiū ſanctæ fidei. *Theſaurus p. 2. de pænis eccleſiaſticis, verbo Homicidium cap.* 1. §. 4. idem non ſolum de interficiente per ſe ipſum, ſed de mandante etiam, & interfici faciente, & præſtante auxilium, vel conſilium ad dicta homicidia; probat Bellettus *loco ſuprac.* vbi idē quoq. dicendū, ſubdit de mutilante, &c. Dixi in primis *qualificatum*, quia ſi illud non eſt qualificatum, dictus homicida non incurrit dictam priuationem beneficiorum, vel depoſitionem à dignitate, honore, ordine, & officio, ipſo iure, vt per Doctores ſupra citatos. Dixi ſecundò *beneficiarios*, quia ſi ante collationem beneficij commiſit homi-
402 cidiū collatio ipſi facta, eſt ipſo iure nulla ratione irregularitatis, vt poſt alios habetur pe *Sanchez lib. 2. opuſcul. moral. cap. 2. dub.* 14. *num.* 2. vbi *num.* 5. ait, ſibi valdè dubium eſſe, imò credere minus verū, quòd ait *Corduba.* ex ſtilo .ſ. curiæ, dum confertur beneficiū, S. Pontificem diſpenſare in tali irregularitate,

403 Quando clericus ob homicidiū debeat degradari, & tradi iudici ſæculari; dixi *ſuprac. recoll. praecd. num.* & proſequitur *Bellettus cit.* §. 24. *n.* 5. *& ſeq.* quid ſi fuit talis ordinatus in titulum beneficiorum, quæ habat ipſe homicida. *Aquilantes de priuilegijs clericorum cap.* [illegible] *n.* 113. *ad finem.* poſt *Ricciump.* 1. *deciſ.* [illegible] refert reſolutum in curia Archiepi-
404 ſcopali Neapolitana, quòd ſi talis nō habe ret [illegible] vnde ſe alimentari poſsit, non ſit priuandus dictis beneficijs, quòd intelligo [illegible] quæ ſufficiat ad alimementa.

I

405 INdigno cōferens beneficiū Epiſcopus, vel alius Prælatus, non incurrit ſuſpenſionem à conferendis beneficijs, nec eſt ipſo iure ſuſpenſus, etiam ſi beneficia habeant [illegible], quia in *Concil. Trid. ſeſſ.* [illegible] antū dicitur, quòd talis no [illegible] pænam tex. *in cap. graue* [illegible] nec additur ipſo facto, vel ipſo iure) ſed in dicto *c.* 1. non reperitur ſuſpenſio ipſo iure lata, & in *cap. eum in cun.* [illegible] de collatione beneficij, [illegible] electum ad Epiſcopatū, quo caſu priuatur Epiſcopus poteſtate cōferendi beneficia in illa Eccleſia, vt per *Sanchez lib.* 2. *opuſcul. moral. cap.* 1. *dub.* 6. *ad finem.* Et *in c. nihil 44. diſt.* eſt etiam ibi ſermo de confirmante electum ad beneficium curatum, qui ſuſpēditur à poteſtate cōfirmandi primū ſucceſſorem, & perceptione proprij beneficij vſquequo reſtitutus fuit, vt per Barboſam *alleg.* 111. *n.* 26. Certiſsimū autē eſt, Epiſcopū peccare mortaliter. vt per *Sanch. lib.* 2 *opuſc. moral. cap.* 1 *dub.* 2. *num.* 12. Adde quòd neq. Epiſcopus ordinans indignum ad gradum ſacerdotij, à collatione ordinis ſacerdotalis ipſo iure eſt ſuſpēſus, ſed debet ſuſpendi: ita probabiliter contra *Sayrū, & Alter.* poſt *Suar. Bonac. t.* 3. *diſp.* 3. *q.* 2. *p.* 2. vide ſup. *Epiſcopus.*

Illiterato conferens primam tonſuram, incurrit ſuſpenſionem per annum à collatione primę tonſuræ. *cap. nullus de temporibus ordinationum, Barboſa ſuprac. alleg.* 11 v. *num.* 6. vbi poſt Emanuelem Sà, & Bonacinam aſſerit, dictam ſuſpenſionem non eſſe in vſu, nota tamen *Bonacinam tom.* 3. *diſp.* 3. *q.* 2. *p.* 4. nō videri ſtare in ſentētia, quā antea docuit, *loc. cit. à Barboſ.* ideòq. circa hoc vltimū, meo
406 iudicio, diſtinguendū eſt de illiterato, vel enim quis eſt omninò illiteratus, quia v. g. neſcit penitus legere, & ſcribere, ac fidei rudimēta, vt præſcribit S. Concil. Trid. vel ſcit, ſed non benè legere, & ſcribere, & fidei rudimenta, primo caſu incurreret ſuſpenſionem, non autem ſecundo caſu, vndè quia nunquam accidere ſolet, vt omninò illiteratus ordinetur, & ſi ſæpè illiterati ſecundo modo

Digitized by Google

[illegible] Doctores [illegible] quod non ſit
[illegible] ſuſpenſio. [illegible] Sanchez *lib* 7. *oper*
*[illegible] cap.* [illegible] 5. *nu.* 11. pro-
[illegible] bare [illegible] quis neſciat legere latinè, ſed
[illegible] in Ita-
[illegible] Concilio Tridentino [illegible] quòd
[illegible] aliquo modo legere
[illegible] non benè ſciat legere, nam etiam *Nau.*
[illegible] citat, dicit *vbique gentium,*
*Epiſcopos ordinare prima tonſura ſcientes ali-*
*quantulum legere*, quòd maximè poſſet pra-
cticari in puero, qui & ſi modicam ſcientiam
408 habeat, tamen ob bonā indolē, poteſt ſpe-
rari futurus profectus, ſecus autē eſt de adul-
to, qui illiteratus etiā ſecūdo modo prima tō-
ſura initiari vellet, de quo tñ nulla eſt ſpes
profectus, vt poſſit aſcendere ad ordines ſa-
cros, & ſuſpicio adſit, velle d. prima tonſura
initiari ad hoc vt immunitatibus perfruatur.

Interdictum locale violantes clerici, aut
Religioſi per actum ordinis, incurrunt ſu-
ſpenſionem ab officio, & beneficio *cap fin, in-*
*cip. tanta. ext. de exceſſibus Prælatorum, Sayrus*
*lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 12 qui alios refert antiquio-
res. Sed vt benè *Suarez diſp.* 31. *ſect.* 2. *n.* 2. hæc
ſuſpenſio vt patet ex verbis dicti textus, ibi
*omnes autem, qui præfatum interdictum dam-*
*nabiliter violarunt, ſuſpendas authoritate apo-*
*ſtolica ab officio, & beneficio.* non eſt latæ, ſed
ferendæ ſententiæ, idem probans, excipi ex
alijs iuribus, & ſequitur *Filliuccius tract.* 17. *n.*
98. Qui tamen *Suarez ibidem* videtur velle,
409 quòd ſuſpēſio à iuriſdictione in *d tex.* ſup-
poſita, ſit ipſo iure lata, quam ſuſpenſionem
à iuriſdictione idē *Suar. diſp.* 34. *ſect.* 4. *n.* 16.
*ad mediū.* vult, eſſe ſuſpenſionē ab officio, &
non à beneficio, ideòq. *Bonacina de cenſuris*
*in communi diſp.* 5. *p.* 6. *n.* 4 & *Layman. lib.* 1 *tr.*
5. *p.* 3. *cap.* 3. *verſ. tertia.* dicunt, tales clericos,
vel Religioſos incurrere ſuſpenſionem ab
officio tantum. Sed contrarium, quòd neq.
410 hæc ſuſpēſio à iuriſdictione, quæ fundatur
in officio, ſit latæ ſententię, probat *Sayrus*
*loco ſuprac.* & *Conink diſp.* 15. *num.* 71. malè
allegatus pro ſua ſententia à *Bonac.* Ad incur-
rēdam dictam ſuſpenſionē requiritur, quòd
ipſa violatio fiat per exercitium ordinis ſa-
cri, nam exercitium minorum ordinū, quia
hodiè vſu receptum eſt, illos exerceri etiā
à laicis, non eſt ſufficiens ad peccatum mor-
tale, vt dicit *Bonacina ſuprac. num.* 4. *ad finem*
quòd peccatum mortale requiritur ad in-
currendam dictam ſuſpenſionem, vt per *Sua-*
*rez cit. num.* 16. *ad finem.* vbi loquitur de alijs
pœnis, quæ præter irregularitatem, de qua
ſuo loco, incurruntur ob dictam violatio-
nem per actum ordininis ſacri. Adde quòd
etiam requiritur, quòd talis locus ſit nomi-
natim interdictus ex extrauag. ad euitanda,
vt dixi ſuo loco. Quòd etiam clerici, & Reli-
gioſi præſumentes celebrare diuina in loco
interdicto, vt ſuprà, vel coram interdicto nō
toleratis, incurrant ſuſpenſionem, ſeù inter-
dictum ab ingreſſu Eccleſiæ donec ſatisfe-
cerint ei, cuius ſententiam violauerunt, dixi
ſuprà *excommunicatos*, ſicuti Religioſi ob
hanc cauſam quòd etiam incurrant excom-
municationem, patet ex dictis *ſup. recoll.* 4.
*verbo Religioſi.*

Iudex eccleſiaſticus ordinarius, vel dele-
gatus, non Epiſcopus, odio, amore, vel timo-
re, vel muneribus iniuriam contrà iuſtitiam
in iudicio inferens vni ex partibus litiganti-
bus, incurrit ſuſpenſionem per annum ab
exequutione officii. *cap. cum æterni*, *ſeù pri-*
*mo de ſent. excommunicat. in* 6. ita Sayrus, refe-
rens alios antiquiores *lib.* 4 *cap.* 16. *num.* 3. *Re-*
*ginaldus lib.* 31. *tract.* 2. *num.* 67. *verſ. præterea.*
411 vbi refert ex *Nau.* quinq. requiſita ad in-
currendam dictam ſuſpenſionem, *Bonacina*
*de cenſuris in genere diſp.* 3. *q* 6. *p.* 5. *nu.* 38. Ex
eo autem, quia ſubdit S. Pontifex, in d tex.
quòd ſi *ſuſpenſione durante, damnabiliter ſe*
*ingeſſerit diuinis, irregularitatis vinculo ſe in-*
*voluet*, rectè infert *Suarez diſp.* 31. *ſect.* 3. *num.*
412 16. quòd dicta ſuſpenſio non ſolum ſit ab
officio iudicandi, ſed & ab officio diuino, &
ſic tam à iuriſdictione, quàm ab ordine,
proſequitur *Filliuccius tract.* 17. *num.* 117.
vbi ſummans *Suarez loco ſuprac.* ſubdit, ad
incurrendam dictam ſuſpenſionem, nō ſuf-
ficere iudicare contra iuſtitiam, ſi etiam nō
iudicet contra conſcientiam, vt verbi g. ſi
putans ferre iuſtam ſententiam, tulit tamen
iniuſtam, & ſic nota, quòd conſcientia hic
413 accipitur non pro priuata ſcientia, ſed pro
ſcientia ſecundum allegata, & probata, vt
per *gloſam primam ad finem d. c.* 1. Nec è con-
trà ſi iudicet tātū cōtrà cōſcientiā v.g. quia
ex ignorantia putat ſententiam ferre iniu-
ſtam, quæ reuera iniuſta non eſt. Item quòd
ex eo, quia dicta ſuſpenſio fertur contrà iu-
dices ordinarios, vel delegatos, illam non in-
currat arbiter, vel merus exequutor. Adde
incurrere d. ſuſpenſionē iudicem nō ſolum
quando fert ſententiam diffinitiuam contrà
iuſtitiam, & conſcientiam vt ſuprà, ſed etiam
414 quando ita fert ſententiam interloquuto-
riā, vel aliud grauamen infert parti per aliū
actum iudicialem, vt patet *in d. c.* 1. ibi *vt in*
*cauſarum proceſſibus* (vbi *gloſa litt. K*, citat
tex. in *cap. quoniam contra falſam, extra de*
*probationibus*, vbi enumerantur acta, ex qui-
bus conſtare ſolent proceſſus, ſ. *citationes,*
*dilationes, renunciationes, exceptiones, petitio-*
*nes, &c.* itē clarius id patet infrà, ibi *quicquam*
*fecerit.* In quolibet n. ex iſtis actibus iudicia-
libus, iniuſtè vt ſuprà ſe gerendo iudex, vel ex
odio, vel ex fauore, aut ex timore, vel prēmij
expectatione, quæ quatuor (vt ibi ſubdit *gloſa*
*finalis*) ſunt quæ peruertunt iudiciū, incur-
rit hanc ſuſpenſionem. Sed pone, quod ex
iſtis

Digitized by Google

iſtis cauſis, iudex grauauit partem non in
415 faciendo, ſed tantũ in ommittendo, ſeu ne-
gligendo, incurritne hanc ſuſpenſionem?
*Gloſa prima in d. cap. 1.* reſpondet, quòd li-
cèt hoc caſu teneretur iudex ad intereſſe
partis, non tamen incurreret ſuſpenſionem,
quia ſumus in pœnalibus, in quibus ver-
ba accipienda ſunt, vt ſonant. Quòd hæc ſu-
ſpenſio non ſit à beneficio, poſt *Farinacc. &*
*Barboſam*, notat *Theſaurus p. 2. de pœnis ec-
cleſiaſticis verbo munera cap. 5.*

L

LAtrocinia publica clericus aſſuetus cõ-
mittere, in eiſq. captus, & conuictus, eſt
ſuſpendendus à diuinis, & priuandus bene-
ficiis *cap. presbiter* vbi *gloſa v. captus 81. diſt.*
*Diaz practic. crim. q. 3.* imò Innoc. III. ſtatuit
*in cap. tua de pœnis*, dictos clericos in dictis
latrocinijs, vel alijs magnis ſceleribus de-
prehenſos, à ſuis ordinibus degradandos, &
in arctis monaſterijs, ad pœnitentiam pera-
gendam detrudẽdos fore, videte *Bellettum p.
2. ſua diſquiſit. clericalis* §. 41. vbi quòd hodiè
416 Religioſi ob d. latrocinia, nõ poſsint eijci
à Religione, niſi etiã ſint incorrigibiles de fa-
cto, intellige iuxtà ea, quæ dixi ſuprà *v. electi*
& in puncto notat *Chartarius poſt deciſ. Cu-
ria Archiepiſcopalis Mediolan. 66. nu. 63. 107.
& 120. cum ſequentibus.*

Leno publicus, clericus non eſt ſuſpenſus
ipſo iure, fauent quæ dixi ſuprà. *Concubina-
rius*, licèt enim lenocinium maius ſit deli-
ctum, quàm adulterium. *Bartolus in l. Athletas
§. lenocinium ff. de his, qui notantur infamia*, cũ
alijs cumulatis per *Graff. lib. 2 de caſibus reſer-
uatis c. 16. n. 15.* tamen de iure canonico non
reperitur lata cõtra ipsũ, pœna ſpecialis, vndè
eos debere puniri pœna arbitraria, concludit
*Bellett. ſuprac. p. 2. §. 9. n. 2.* vbi *n. 6.* ꝙ lenones
in proſtituẽdis virginibus, aut maſculis ple-
ctũtur pęna ſupplicij, in ſtatu eccleſiaſtico, ex
cõſtit. noſtri Pauli IV 18. incipien. *S. Domi-
nus noſter*, & Sixti V. 46. incip. *ad cõpeſcendã.*

Libros tractatus, vel compoſitiones ex
profeſſo, vel incidenter, &c. de materia diui-
norum auxiliorum, in lucem edentes ſine
expreſſa licentia Congregationis S. Officij,
priuantur dignitatibus, officijs, voce actiua, &
paſsiua, facultate concionandi, publicè do-
cendi, & legendi, Paulus V. & Vrbanus VIII.
apud *Lezzanam cap. 10. num. 24.*

Ludens aleis, vel taxillis publicè, & fre-
quenter, clericus in ſacris, aut beneficiatus,
licèt *in authentico de ſantiſsimis Epiſcopis §.
interdicimus collat. 9.* dicatur, nõ ſolum de ip-
ſis ludentibus, ſed etiam de ipſorum cleri-
corum ludentiũ participãtibus, aut ſpectato-
ribus, *tribus annis à venerabili myſterio pro-
hiberi, & in monaſterium includi*, vbi gloſa
ſubdit, non eſſe prohibitum clericis, aut Re-
ligioſis ludere ad ſcacchos, de qua re videte
*Clarum, & ibi Batardum §. ludus.* Tamen de
iure canonico, (à quo eſt reprobata dicta
pœna iuris ciuilis, vt poſt *Menochium* dixit
*Farinaccius q. 709. num. 44. de varijs, & di-
uerſ. criminibus*, & patet in *Concil. Trid. ſeſſ.
25. c. 1. de reformat. ad fin.*, vbi dicitur, in hoc
ſeruari debere iura per SS. Põtifices, & cõci-
lia edita, vt refert *Nau. in ſumma cap. 20 ſub
n. 9.) in c. 1. incip. Epiſcopus 35. q. 1.* ſi poſt mo-
nitionẽ talis clericus nõ corrigatur, deponẽ-
dus eſt, & excõmunicandus, *Silueſter verbo
ludus num. 10.* idem habet *gloſa in cap. cleri-
ci, verbo ad aleas, de vita, & honeſtate clerico-
rum.* Quòd dicitur *deponendus*, intelligit
poſt alios *Naldus verbo ludus num. 4.* ab offi-
cio, & beneficio, vndè ſi non fuerit in ſacris,
non debet promoueri, & ſi non habet be-
neficium, ab illo obtinendo repellendus eſt
tãquã irregularis ex infamia, ita poſt *Maiolũ
de irregularitate lib. 3. c. 1. n. 7. Theſaurus p. 2.
de pœnis eccleſiaſticis verbo ludus c. 4 §. 2. verſ.
hinc ſequitur ad finem.* vbi etiam tractat arti-
417 culũ illum, an collatio beneficij, facta cle-
rico luſori vt ſup. ſit ipſo iure nulla, vel dun-
taxat irritanda, & concludit, vtramque opi-
nionem eſſe probabilem, citans *deciſ. Rotæ
diuerſ. 426.* Verior tñ opinio eſt, quòd ho-
diè clericus luſor vt ſuprà, ſiuè beneficiatus
ſiuè non, ſit pœna arbitraria puniendus *Fa-
rinacc. q. 109. num. 45. de varijs, & diuerſis cri-
minibus*, *Bellettus p. 2. ſua diſquiſit. clericalis*
§. 16. *num. 2.* & ita concludit *Theſaurus cit. c.
4. ad fin.* intellige attentis circũſtantiis per-
ſonæ ludentis, cõſuetudinis ludẽdi, quantita-
tis expoſitę ludo, perſonarũ, cũ quibus ludit,
ſcandali, &c. vt per *Bellettum loco ſuprac.* Di-
xi *in ſacris, vel beneficiati*, quia de aliis, perin-
dè cenſendum eſt, ac de laicis, vt loquendo
de peccato, quòd committunt dicti clerici
ludentes, dixit *Nau. cit. cap. 9. & aliis citatis*,
proſequitur *Sanchez lib. 1. opuſculorum mo-
ral. cap. 8. dub. 28. nu. 8.* vbi latè explicat quale
peccatum committant clerici, Antiſtites, &
Religioſi ludentes dictis ludis prohibitis.
418 Quòd autẽ & ſi lucrantes ab ipſis clericis, ſi
habuerunt lucratum, tuta conſcientia poſ-
ſint illud retinere, niſi fraus, dolus, aut vio-
lentia interceſſerit in ludendo (quòd eſt ve-
rum etiam ſi illa pecunia lucrata eſſet ex
fructibus beneficii eccleſiaſtici, ſecundum
probabilẽ opinionem, de qua teſtatur *The-
ſaurus loco ſuprac. §. 2. verſ. ſi autem.* licèt fa-
teatur in cõtrariũ eſſe cõmunẽ. ſententiã) Tñ
419 à clericis poſsit ſolutũ repeti, probat poſt
*gloſam in dicto c. clerici, & alios, Bellettus loco
ſuprac. num. 5. & Sanchez ſup. dub. 1. nu. 8.* qui
teſtatur de communi, & ſic tantò magis, ſi
adhuc clericus non ſoluerat, non tenetur
ſoluere amiſsũ, & lucrans non habet actio
nem

Digitized by Google

nem ad illum compellendum *l. aleatores C. de Religioſis. & ſumpt. funerum Farinacc. cit. q.* 109. *num.* 176. de qua re etiam *Comitulus lib. 3. ſuorum reſponſorum moralium q.* 10. An autem non repetendo ob aliquam cauſam iuſtam, vel non ſibi miniſtrata iuſtitia à iu-
420 dice, ipſe clericus poſſit vti clandeſtina cõpenſatione? dicas, quòd non: ita cõtrà *Adrianum* poſt alios, quos citat *Sanchez ſuprà dub. 2. ad finem.* Dixi *publicè, ac frequenter, &c.*
421 quia non eſt illicitum clericis recreationis cauſa, vel aliquando de parua quantitate pecuniæ, & tantò magis gratis ludere, etiã dictis ludis prohibitis, tunc enim vt dicunt Doctores ſupracitati communiter, excuſatur à peccato mortali, & per conſequens, etiam à pęna, &c.

## M

MAtrimonio iũgere, aut illud benedicere audens ſacerdos tã ſecularis, quàm Regularis abſq. licentia Parochi, vel ordinarij, eſt ſuſpenſus donec abſoluatur ab Ordinario. *Cõcil. Trid. ſeſſ. 24. c. 1. de reform.* hęc ſuſpẽſio ita ſimpliciter lata, probabiliter cũ *Suarez, & Filliuccio*, poteſt dici, quòd ſit tantum ab officio ſacerdotali, & ſic non ſit ab officio, & beneficio (vt aliqui Doctores opinati ſunt, quos ſequitur nouiſſimè *Theſaur. de pœnis eccleſiaſticis verbo matrimon. cap. 1. ad finem.* qui etiam vocat hanc opinionẽ probabiliorem) ita *Bonacina to. 3. diſp. 3. q. 3. p. 5. n.* 7. & ſi *Theſaurus* illum citet pro ſua ſententia, iſta ſuſpenſio incurritur, etiam ſi fuerit talis aſſiſtens, vel benedicens, Paro-
422 chus, ſi ambo ſponſi ſint alterius Parochię, vt habetur in dicto loco Cõcil. & proſequũtur DD. communiter apud *Sanchez lib. 3. de matri. diſp. 49. n. 3.* Dixi *ſi ambo ſponſi, &c.* quia ad euadendam hanc ſuſpenſionẽ, ſufficit ſi vnus ex ipſis, ſiuè vir, ſiue fęmina ſit ſubditus Parocho aſſiſtenti, vel benedicenti; ita declaraſſe S. Congregationem, poſt alios teſtatur *Bonac. loco ſuprac. n. 2.* eſtq. contra *Pontium* qui aduerſus *Sanch.* docet, ſolum hoc
423 poſſe Parochum fœminæ, non autẽ viri in parochia ipſius fœminę (nã ſi cõtraheretur in parochia ipſius viri, ad cuius domũ ſe traſtulit mulier, non eſt difficultas) pro qua opinione adducitur alia declaratio S. Congreg. quam & ſi *Bonacina loco ſuprac.* dicit hactenus. ſe nõn vidiſſe tamen præter DD. ab eo citatos, illã refert nouiſſimè *Marcell. Vulpe in ſua praxi iudiciali fori eccleſiaſtici cap. 15. num. 16. ad finem.* ibi. *Quando contrahentes ſunt diuerſarum parochiarum, ſufficit Parochus mulieris, qui interſit matrimonio,* ſed iam eadem S. Congregatio ab iſta declaratione receſſit, vt refert *Barboſa in tract. de officio Parochi cap. 21. num. 4. & in collect. Bullarum & decretorum verbo matrim.* quæ vltima declaratio ſic cantat, *Matrimonium contractũ in parochia habitationis vxoris coram Parocho viri, & è conuerſo, validum eſt* (ex qua declaratione confirmatur opinio *Sanchez*, quã poſt *Layman, & Villalobos* contrà *Pontium*, probat *Diana tom. 3. tract. 4. reſol.* 232. & latius *Bellettus ſup. §. 32. n. 5.* quòd .ſ. non ſo-
425 lũ dictus Parochus minimè debeat puniri vt volebat *Diaz*, ſed quòd neque peccet cõtrà *Henriquez, & Pontium* apud *Dianam* qui dicit vtramq. opinionem probabilem) ſi ergò eſt validum matrimonium, talis igitur Parochus nõ poteſt dici, quòd aſtitiſſet ſpõſis alterius parochiæ, prout requiritur ad incurrendam ſuſpenſionẽ, de qua ſuprà. Conſequentia patet, quia in eod. S. Concilio irri-
426 tatur matrimoniũ contractum corã ſacerdote alieno, ita vt nõ opus ſit niſi ſola declaratione, quod ſit irritum, vt declarauit S. Cõgregatio, referente, poſt *Paſeiliũ, Barboſa loco ſuprac.* Sed quia proprius Parochus ad hũc finem dicitur, quod ſit ille, in cuius parochia habitant dicti ſponſi, vt poſt *Nau.* dicit *Vulpe loco ſuprac.* ac ita declaraſſe S. Congreg. teſtatur *Riccius p. 1. praxis decis.* 244. *n.*
427 1. *ad fin.* Quæri poteſt qualis habitatio ſpõſi requiratur ad conſtituendum, aliquẽ ſubditum alteri Parocho, ita vt Parochus aſſiſtendo matrimonio, vel benedicendo nuptias non incurrat ſuſpenſionem? *Emanuel Sà, & Pontius* apud *Dianam loco ſuprac. reſol.* 231. videntur velle, quòd ſufficiat qualibet modica habitatio, qui *Diana* cõtrariã tñ opinionẽ ſequi videtur, & ſi loquatur in caſu, quo ſponſi haberẽt principale domiciliũ in ciuitate, & aliquo tempore manerent in rure, ſed prima opinio *Emanuelis Sà, & Pontij* ſi rectè declaretur, eſt vera: diſtinquendum, eſt igitur, vt benè indicat *Riccius loco ſuprac. nu.* 2. aut loquimur de modica habitatione in aliena parochia, per quam non acquiritur domicilium, vel quaſi domiciliũ in ea, vel de modica habitatione, per quam acquiritur domicilium, vel quaſi in aliena parochia. Primò caſu, (qui accidit, quando quis ſe transfert in alienam parochiam, animo ſtatim reuertendi ad primam parochiã, vt eſt caſus de eo qui habẽs princi-
428 pale domiciliũ in ciuitate, reperitur in rure, nõ animo cõtrahẽdi ibi domiciliũ, ſed reuertendi ad primam parochiã) non efficitur ſubditus illius Parochi, vt ſæpè fuit deciſum per Rotam, teſte *Riccio loco ſuprac.* & declarauit S. Congregatio apud *Barboſam de officio Parochi cap.* 21. *num.* 37. *& in collect. Bullarum, & decretorum v. matrimoniũ.* Secundo verò caſu (qui accidit, prout exẽplificat *Sanchez lib. 3. de matrim. diſp.* 23. *num.* 15. quẽ
429 ſequitur *Vulpe ſuprac. n.* 16. *ad fin.* in muliere, quæ antequam contrahat matrimonium diſce-

Digitized by Google

diſcedit à domo ſua, & ſe transfert ad domũ conſanguinei, vel affinis, ac ſtatim celebratur matrimonium, quòd ſcilicèt hoc caſu proprius Parochus, ſit Parochus domus illius conſanguinei, vel affinis, non autẽ Parochus domus ſuæ primę habitationis, quia ſe transferẽdo ad hanc parochiã, ſtatim deſinit eſſe parochiana illius, à cuius parochia diſceſſit, & nouam parochiam acquirit. Item de ca-
430 ſu duorũ alienigenarum, & ſi paruo tempore in parochia habitantium, qui tamen ſunt cogniti, quòd non ſint comprehenſi inter vagabundos, nam vt declarauit S. Congreg. Concil. 21. Martij 1602. teſte *Barboſa locis ſuprac.* proprius eorũ Parochus eſſe intelligitur ille, in cuius parochia contrahentes habitant tempore, quo matrimonium contrahitur. Quæres an ſemper quando
431 quis habet animum reuertendi in primam parochiam, dicatur ſubditus dictæ parochię, ad hunc effectum? Reſpondeo in duobus caſibus, dictam regulam fallere, primus caſus eſt quando contraxit in hac parochia quaſi domicilium, vt ſunt ſcholares, mercatores, &c. fauet declaratio S. Congreg. quã poſt *Garziam*, refert *Barboſa locis ſuprac.* ibi, *matrimonium contractum coram Parocho illius loci, vbi quis moratur tamquam prætor, iudex, ſeù medicus temporalis, validũ eſt.* Item alia relata ab eod. *Barboſa* ibi *matrimonium contractum poſt quartũ habitationis menſem à muliere coram Parocho oppidi, ad quod à ciuitate, in qua habitabat, ad ſcandala ſubmouenda, iuſſu Principis ſæcularis, tranſlata fuit, ſub præcepto illinc non diſcedendi, donec aliud ſtatutum eſſet, eſt validum* allegans *Decianũ, Federicum de Senis, & alios citatos à Sanchez lib. 3. de matrimonio diſp. 23. q. 1. & 3.* Secundus caſus eſt, quando id fieret ex eo, quòd
432 in propria Parochia nõ poſsit liberè contrahi dictum matrimonium, exemplum habetis in declaratione S. Congregationis Cõcil. in illa Senen. 17. Maij 1600. apud eundem *Barboſam locis ſupracitatis*, his verbis, *Matrimonium cuiuſdam iuuenis cum meretrice contractum, qui dubitauerunt, illud in propria ciuitate contrahere, adhibendo Concilij Tridentini ſollemnitates, eò quod iuuenis parentes, eis impedimento de facili futuri erant, & propterea Romam venerunt, & coram teſtibus, & Parocho, in parochia, in qua aliquantulum permorati erant, matrimonium contraxerunt per verba de præſenti, fuit validum iudicatum.* Quòd autem dicti ſponſi non ſolũ quãdo Romæ cõtraxerũt, habuerint animũ nõ ibi manẽdi, ſed reuertendi ad primã parochiã, ſed etiã de facto ad illã iã reuerſi, poſt cõtractum matrimoniũ, fuerunt; patet ex titulo declarationis, quòd eſt non, Romana, ſed Senenſis. Clarius hæc limitatio patet ex illa declaratione 7. Februarij 1602. apud eũdem *Barboſam ſuprà*, vbi quòd *matrimonium celebratum extrà locum habitationis, & in loco, vbi publicatũ nõ erat concilium abſq. illius ſollemnitatibus, fit validum, ſi receſſus à loco habitationis fuit factus ad euitanda impedimenta, puta inimicitias, & obſtacula parentum.* Ex quibus patet an ſit falſa opinio *Triuiſani*, vt aſſerit *Riccius cit. deciſ. 244. ad finem.* dum do-
433 cet, non poſſe contrahi matrimonium in præſentia Parochi mulieris, ſi in parochia viri, per annum habitauit vti amaſia, in domo eiuſdem amaſij, nam ſi dicta mulier habuit animum reuertendi in ſuam domum, & de facto reuerſa fuit ad eam, dum contrahit, non eſt falſa, ſed veriſsima, ſi autẽ deficit d. animus reuertẽdi in primã ſuã domũ, & cõtraxit in domo viri, & quidẽ eſt falſa, vt optimè dicit doctiſsimus *Riccius*. Ex quo autẽ S. Concilium loquitur de ſacerdote ſæculari, vel Regulari, ac Parocho, di-
434 cta ſuſpenſio nõ ligat Diaconũ, vel Subdiaconum aſsiſtentem, vel benedicentem ſponſos, de quibus ſuprà, niſi etiam ſit Parochus, qui poteſt validè aſsiſtere matrimonio, etiã ſi non ſit ſacerdos, vt ex S. Cõgreg. docet *Garſias p. 9. de beneficijs cap. 2. n. 295.* & poſt alios habetur per *Bonacinam cit. p. 5. nu. 3. & Theſaurum ſup. c. 1. verſ. aduerte ſecundò.* Item quia loquitur de aſsiſtente, & benedicente, non incurreret dans licentiam duntaxat aſsiſtendi, vel benedicendi ſponſos non ſubditos, ex doctrina tradita ſuprà *recoll. 2.* quòd cenſura lata contrà facientes non ligat mandantes, &c. ita in puncto poſt *Sanchez, & Alter. idẽ Bonac. ſup. n. 4.* Quò ad id dicitur in eod. Cõcil. *abſq. licentia Parochi vel Ordinarij.* quia ly *vel*, *ſtat* alternatiuè, ſequitur, alterius licẽtiã ſufficere; Et in ſpecie, ꝙ matrimoniũ cõtractũ corã Parocho alieno de licẽtia Epiſcopi ſit validũ, quãuis
435 Epiſcopus intẽtionẽ habuiſſet, tale matrimoniũ, non alteri, quàm proprio Parocho cõmittendi, declarauit S. Cõgregatio Cõcilij in Salen. apud *Barboſam loco ſuprac. coll. bullarum, & decretorum*, nota illa verba *quamuis Epiſcopus intentionem haberet*, quia præſupponitur, dictam licentiam non fuiſſe extortam per dolum, ſeù mendacia verſantia circà cauſam finalem, quo caſu eſſet inualidum matrimonium; *Bonacina loco ſuprac. num. 5.* Qui quatenus *ibid.* ſubdit, ſacerdotem, qui ſine licentia valida, matrimonio aſsiſtit, vel illud benedicit, ſuſpẽſionẽ incurrere, intelligẽdus eſt, vbi ipſe ſacerdos inualiditatis cauſas nouit, ſecus ſi ignoret, vt v. g. ſi vnus ex contrahentibus illi aſſereret, ſe habuiſſe licentiã à Parocho, vel ab Epiſcopo,
436 ſi reuera nõ eſſet cõceſſa d. licẽtia, licèt in hoc caſu dictũ matrimoniũ eſſet inualidũ, vt declarauit S. Congregatio 7. Septembris 1620. apud *Barboſam loco ſuprac.* tamen ipſe



Digitized by Google

non incurreret ſuſpenſionem, nam Concilium vt dixi in concluſione, requirit audaciam in dicto ſacerdote, quæ non interuenit vbi reperitur ignorantia etiam craſſa, & ſupina, vt habet idem *Bonacina loco ſuprac. n. 1. verſ. limitatur hoc propoſitio.* Pro *Ordinario*, cui S. Concilium reſeruat abſolutionẽ
437 huius ſuſpenſionis; intelligitur non ſolum Epiſcopus, ſed etiam Vicarius Generalis ipſius Epiſcopi, ac etiam Capituli ſede vacante. *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi alleg. 32. num. 21.* cum aliis, quos refert, & ſequitur *Bonacina ſuprac. nu. 8.* Nota in *Clem. 1. de priuilegijs*, ferri excommunicationem
438 contrà Religioſos præſumentes ſollemnizare matrimonia abſque ſpeciali licentia Parochi, quæ tamen hodiè non habet vim, (ideòque de illa non feci mentionem *suprà recoll. 4.* cũ de aliis excõmunicationibus) & hoc non ſolum, eò quia illa tanquam pæna ſeuerior ſit abrogata per hanc ſuſpenſionem (quæ eſt pæna mitior) impoſitam per legẽ nouam pro eod. delicto, vt probant *Suarez, Sayrus, Rebell. Henriq. & alij*, quos referũt, & ſequũtur *Bonac. ſuprac. p. 5. n. 6. & Teſaur. cit. c. 1. verſ. Aduerte. & Diana loc. infrac.* qui teſtãtur quoque, ita declaraſſe S. Congregationem Concil. Sed etiam quia in dicta Clement. S. Pontifex loquitur de ſollemnizatione nuptiarum, ante Concilium Trident. ſufficiente, abſque præſentia Parochi, & teſtium, ad validitatem matrimonii, vt per Doctores ſupracitatos, vndè cùm hodiè per dictum Concilium Trident. ſit inducta noua forma, & ſollẽnitas requiſita ad matrimonii validitatẽ, & ab eomet impoſita ſupradicta ſuſpenſio generaliter contrà coniungentes matrimonio, vel benedicentes vt ſup. nõ poteſt dicta excomm. extendi ad hũc caſũ, de quo nõ loquitur Cõcil. ideòq. nõ ligat in locis, vbi receptũ eſt d. Cõcil. Sed benè incurreret d. excõmunicationẽ Religioſus, meo iudicio, in dictis locis aſſiſtendo matrimo-
439 nio clandeſtino, quia hoc caſu nõ eſt lata per dictum Concilium nec in *cap. cum inhibito, de clandeſtina deſponſatione*, ſuſpenſio latæ, ſed tantum ferendæ ſententiæ ab officio per trienniũ, contrà cõtemnentem prohibere matrimonia clandeſtina, & contrà clericos etiam Regulares, præſumentes illis intereſſe *Bonac. ſuprac. p. 5. n. 9. & Bellett. cit. §. 32. n. 2. Hurtado* apud *Dianã t. 5. tr. 10. reſol. 33.* vbi ꝙ d. ſuſpenſio triẽnalis iã ceſſauit.

Matrimonio ſcienter coniungens Paro-
440 chus ſponſos exiſtẽtes in gradu prohibito, non eſt ſuſpenſus ipſo iure, ſed ſuſpendendus, & aliis grauioribus pænis multandus, cùm ipſe magis delinquat, quàm ipſimet contrahentes, ita intelligo *Bellettum cit. §. 32. num. 6.* dum ait, non ſolum dictum Parochum incidere in pænam ſuſpenſionis, ſed etiam, &c. quia fundat dictam ſuſpenſionem *in cit. cap. inhibito §. fin. de clandeſt. deſponſat.* vbi, vt dixi *concluſ. praeced. ad fint.* non fertur ſuſpenſio ipſo iure, ſed tantum comminatoria.

Miſſam celebrare, vel celebrari facere veſpertino tempore, virtute licentiarum, ac facultatum eatenus conceſſarũ, vel alio quocumque prætextu, prohibetur à Pio V. in ſua conſtitutione, incip. *Sanctiſſimus in Chriſto* apud *Quarantam verbo Miſſa*, in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub indignationis ſuæ, ac perpetuæ ſuſpenſionis à diuinis, pæna, quæ verba quòd nõ contineant ſuſpenſionẽ latæ, ſed ferendæ ſententię patet ex dictis ſu-
441 prà *recoll. 1. nu. 157.* Celebrans autem miſſam, aliis horis, quàm debitis (non autem veſpertinis) ideſt ante diem, vel poſt meridiẽ, iuxta ea, quæ dixi *in tract. de officio Cappellani q. 8. ſect. 17.* nõ incurrit cenſurã aliquã. *Bellettus p. 2. ſua diſquiſit. clericalis §. 28. ſub n. 21.* vbi quòd talis ſacerdos non ſolum peccet, ſed etiam poſſit puniri ab Epiſcopo, quãdo nempè abſque cauſa iuſta notabiliter anteuerreret, vel poſtponeret dictam horam debitã. Dixi *notabiliter*, quia alias excuſaretur à culpa. Quomodo metiẽda ſit notabilitas iſta, dixi *loco ſuprac.* & ſic intelligas etiã *Bellettum ſup.* quando inter cauſas iuſtas anteuertendi, vel poſtponendi horam debitã, enumerat conſuetudinem ſcitam, & toleratam, nam conſuetudo tunc eſſet ſufficiens ad excuſandũ, qñ ſcilicèt nõ multũ excederet ſpatiũ vnius cũ dimidio horæ ante diẽ, vel poſt meridiẽ, de qua re videte etiã *Marchinum de ordine tract. 3. p. 3. cap. 3. per totum.*
442 Miſſam celebrans ſacerdos exterus abſq. licentia Ordinarij diæceſis, in qua celebrat. ſecundum quod præſupponit *Riccius in collectan. deciſionum collect. 2258.* eſt ſuſpenſus ipſo iure, vbi quòd ſic pluries fuit reſolutũ. in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, ſed loquendo de iure communi, ac etiã de iure Concilii Tridentini, non adeſt dicta ſuſpenſio: *Barboſa alleg. 21. n. 3.* ſicut nec illũ incurrere irregularitatem, dicit *Reginaldus lib. 29. n. 42.* nam *in cap. tua de Clericis peregrinis*, tantum ſtatuitur, quòd clericus peregrinus nõ debeat admitti ad celebrãdũ in publico, niſi cõſtet de eius ordinatione, vel per litteras ſui Epiſcopi, vel per teſtes (per quos vt ſubdunt ibid. Doctores, poteſt etiam probari amiſſio dictarum litterarum) & in *Concil. Trid. ſeſſ. 22. in decreto de obſeruandis in celebratione miſſa*, habetur, quòd ſinguli Epiſcopi in ſuis diæceſibus interdicant, ne cui vago, & ignoto ſacerdoti miſſas celebrari liceat, *& ſeſſ. 23. cap. 16.* quòd nullus clericus admittatur ab vllo Epiſcopo ſinè commendatitiis ſui Ordinarii ad diuina celebranda, & ſacramenta adminiſtrãda. Vndè ſi ita fuit reſolutum in dicta Curia, eſt ex eo, quòd

Digitized by Google

quòd in ſynodo diæceſana Neapolitana eſt
impoſita dicta ſuſpenſio, de qua inciden-
ter facit mentionem poſt *Afflictum, idē Ric-
cius p.1. decis.* 150. *ad finem.* & quoniam in
quibuſdā conſtit. Synodaliibus Neapol. in
lucem editis de anno 1542. ſimul cum Riti-
bus dictæ curiæ, comētatis ab *Oliua.* repe-
rio pro hoc caſu, contrà dictos clericos latā
eſſe excommunicationem, neceſſe eſt, quòd
in aliis ſynodis poſterioribus, dicta excom-
municatio ſit commutata in ſuſpenſionem.
An autem dicta ſuſpenſio incurratur à ſa-
cerdote extero celebrante in Eccleſia Re-
gularium, patet ex dictis *ſup. recoll. 2. nu.* 233.
S. tñ Congreg. declarauit, poſſe Epiſcopum
444 probibere ne exteri ſacerdotes celebrent
in Eccleſ. Regul. vt refert *Ricc. p.* 1. *praxis dec.*
748. *cū alijs allegatis à Barb. ſuprac. alleg.* 21.
Ab incurrenda d. ſuſpenſionem, excuſat, ꝙ
celebratio fiat occultè, ac cauſa deuotionis,
& nō ob ſtipendium, quia in *d. c. tua,* & pro-
ſequitur poſt *Siluestr. & alios, Fuſcus de viſi-
tatione lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 10. dicitur, quòd
hoc modo poſſit admitti ab Epiſcopo ſa-
cerdos, cuius ordinatio illi non cōſtat. niſi
per eius dictū, ita ſupponit poſt *Nau. Sayrus
in floribus lib. 3. tit. 23. cōſil.* 5. *& Barb. cit. alleg.*
21. *n.* 3. dū cōcedit, poſſe celebrare, ceſſante
ſcādalo, quòd maximè verū dicerē vbi bis,
vel ter id accideret, aut ex neceſsitate parādi
ſibi victum diurnum.

N

445 NOuitium, aut Religioſum alium nō
profeſſum, ordinans Epiſcopus ordi
nibus ſacris, abſque titulo ſufficienti: incur-
rit ſuſpenſionem S. Pontifici reſeruatam per
annum à collatione illorum ordinum, quos
dicto non profeſſo contulit, ita Pius V. in
ſua conſtit. 75. incip. *Romanus Pontifex apud
Quarantam verbo ordo. verſ. ſecunda conſti-
tutio.* Dixi *nouitium, aut Religioſum, &c.*
quia dicta conſtitutio loquitur de ijs Reli-
gioſis, qui intrà clauſtra monaſterij, ſeù do-
morum, more Regularium in communi vi-
uunt, qui nunquam, ſeù non niſi ad certum
tempus profeſsionem emittunt. Nouitius
446 autē, ſeù alius Religioſus non profeſſus ſi-
ne titulo ordinatus: incurrit ſuſpenſionem
ab eorundem ordinum exequutione, quam
ſuſpenſionē poſtea violando per dictorū or-
dinum exercitium, non ſolum efficitur irre-
gularis, ſed etiam priuatur priuilegijs, im-
munitatibus, & alijs gratijs, occaſione dicto-
rum ordinum ſibi conceſſis, & venit multā-
dus alijs pænis in decreto S. Concilij Trid.
contrà ordinatos abſque titulo, latis. Ita idē
Pius V. in eadem conſt. Agunt de iſtis ſuſpē-
ſionibus, poſt alios antiquiores *Megalius p.* 3
*ſuæ inſtit. peregrina lib.* 5 *cap.* 4. *num.* 86. *Bona-
cina de cenſuris in genere diſp.* 5. *p.* 5. *num.* 7. *&
de cenſuris in particulari diſp.* 3. *q.* 2. *p.* 10. *&
q.* 1. *p.* 8. *Theſaurus verbo ordo c.* 11. *& Marchi-
nus, tr. de ordine tr.* 2. *p.* 6. *c.* 5. Qui authores cō-
ueniunt. Primò, quòd dictæ ſuſpēſiones nō
vendicent ſibi locum in Religioſis Societa-
tis Ieſus, ante profeſſionem ſollemnem,
poſt tamen emiſſa vota ſimplicia, quę emit-
tere ſolent elapſo biennio, ab ingreſſu in di-
ctam Societatem, ex conceſſione particulari
Gregorij XIII. in ſua bulla, edita die vltima
Febr. 1573. Secundò etiam conueniunt, ven-
dicare quoque locum dictas ſuſpenſiones in
caſu, quo Religioſus emiſit iam profeſ-
ſionem, ſed inualidam, ita ex S. Congreg.
refert *Garſias p.* 2. *de beneficijs cap.* 5. *num.* 12.
intellige ſi hoc ſciat certè, vel ſaltē dubitet
de d. inualiditate, vt ex *Rota* notat *Theſaur.
ſup.* nā ſi poſtea reperiatur nulla, atq. ideò
Religionē deſerat, incurrit dictā ſuſpēſionē,
& ſi miniſtrat, incurrit etiā irregularitatē cū
alijs pænis, de quibus ſuprà. Vndè meritò
447 Mediolani, à Regularibus antequā ordinē-
tur ordine ſubdiaconatus, exigitur iuramē-
tum, quo Regulares confitentur, ſe ſpontè
ſollemnem profeſſionem emiſiſſe, vel nunc
ratam, & firmam habere, quòd quidem iu-
ramentum propria ordinandi manu firma-
tum, in Archiepiſcopali Archiuio ſeruatur,
vt poſt *Gauantum, & Dianam,* refert *Mar-
chinus loco ſuprac. nu.* 3. Nota, quòd & ſi Do-
ctores ſupracitati, hoc caſu de ſciente, vel du
bitante circà inualiditatem profeſsionis, lo-
quātur de ipſo ordinato. tamen idem dicen-
dum eſt de ipſo ordinante ſciente, vel dubi
tante de inualiditate profeſsionis ab ipſo or-
dinando emiſſæ, quia incurreret etiā ſuſpen
ſionem per annum, vt ſup. ex eo quia in di-
cta Bulla Pij V. eod. modo eſt ſermo de or-
dinante, ac de ordinato, & parificati in vno
cenſentur parificati in alijs ex ead. cauſa, ma
nantibus, licèt hoc caſu excuſaretur à dicta
ſuſpenſione Epiſcopus, vtendo cautela Ar-
chiepiſcopatus Mediolan. de qua ſup. Sicut
448 excuſaretur ipſe ordinatus, vt poſt *Sanch.*
aduertit *Theſaurus loco ſuprac. num. 3. verſ.
limita* 2. ſi propter iuſtam cauſam, ſuperiori-
bus volentibus eum promouere, non fuit au
ſus detegere nullitatem, vel dubiū ſuæ pro-
feſſionis, ratione ſcandali, aut damni grauis
ſibi imminentis, ob quæ non potuit effuge-
re dictam ordinationem, quæ excuſatio mi-
litat etiam quando iuramentum præfatum
præſtitiſſet, abſque tamen animo, per illud
ratam habēdi profeſsionem, ſed dictum ſcā-
dalum, aut graue dannum duntaxat euitan-
di. Vt autem iſta materia plenè remaneat
hic explicata. Nota quòd ſicut nouitius, vel
449 non profeſſus, ſtatim incurrit dictā ſuſpen
ſionem, & ſi perſeueret in Religione, vt pa-
tet ex illis verbis *ipſo iure, &c.* ita etiam Epi-
ſcopus ordinans incurrit ſtatim ſuam quoq.
ſuſpenſionem, & ſic licèt dicta conſtitutio
emanauerit ob inconueniens illud, quod



Digitized by Google

plerumque euenire ſolet, vt ſic promoti à clauſtro indè exeuntes, & per ſæculum vagantes, cogantur, vel mendicare, vel ſordidũ quæſtum exercere cum ipſorum dedecore, ac ordinis vilipendio, & fidelium ſcandalo, tamen ad ipſas ſuſpenſiones incurrendas nõ expectandũ eſt hoc inconueniens, ſed ſtatim illæ incurrũtur, & tãtũ reſpectu ordinati expectãdus eſt egreſſus à Religione, qñ ordi-
450 nes fuerunt collati, profeſſo, ſed nulliter: ratio differentię inter primũ caſũ, & ſecũdũ, eſt manifeſta, quòd ſcilicèt primo caſu non fuit vllo modo emiſſum votum paupertatis, in cuius titulo debet ordinari Regularis, ſicut fuit emiſſũ ſecundo caſu, & licèt nulliter ſit emiſſum, tamen cùm in hoc ipſe ſolus habeat culpam, non Religio, ipſe etiam ſolus quando ſcilicèt reperitur extrà Religionem, debet pœnam luere. Non tangunt Doctores ſupracitati, an Epiſcopus dicto nouitio, vel
451 nõ profeſſo, vel nulliter profeſſo, egrediẽti à Religione teneatur prouidere de alimentis, ſi aliundè non habeat? & quidem licèt Pius V. ibi extendat decretum Concil. Trident. quòd loquitur de clericis, ad Regulares, vt ſuprà non profeſſos, per quod Concilium renouantur pœnæ antiquorum canonum, in quibus obligatur Epiſcopus prouidere ei, quem ſcienter ordinat ſine titulo ſufficienti, tñ d. extenſio quòad pœnas *Cõcil.* vt patet ex verbis d. cõſtitutionis, reſpicit potius ordinatos, quàm ordinantes, quia iſtis tantũ imponit pœnam ſuſpenſionis per annum, & ſic poteſt dici, quòd hoc caſu, d. obligatio Epiſcopi prouidendi ordinato inducta per antiquos canones, ſit immutata per dictum Põtificem, in præfatam ſuſpenſionem. Quid autem obſeruandum ſit cum Religioſis So-
452 cietatis Ieſus ordinatis poſt tria vota ſimplicia, iã declarauit Sixtus V. nempè *quòd cũ poſt ſacerdotium exire non poſſint, niſi à ſuperioribus eijciãtur, prouideatur illis de redditu quadraginta aureorum annuorum de bonis Religionis, quò verò ad alios, qui arbitrio ſuo abire voluẽt, poſſunt; ne illis detur occaſio excludi, vt fruantur illo redditu: vocentur prius, & intelligãtur, quà alia via proſpici poſſit, deindè maturè deliberandũ.* refert *Molfeſius tract. 2. ſua ſumma cap. 15. ad finem.* hic ſecundus caſus rarò contingit in dicta Societate, cùm ipſi ordinentur ferè eod. tempore omnibus ordinibus ſacris. Quid autem obſeruandum cũ eo nouitio, vel nõ profeſſo, vt ſuprà ordi-
453 nato tantũ ordine ſubdiaconatus, vel diaconatus, ſi egreſſus à Religione, ſuſcipere velit ſacerdotiũ. patet ex terminis, debet .n. primò obtinere diſpenſationem à ſuſpenſione contracta, & poſtea procurare titulum ſufficientem. Dixi in principio, *ordinibus ſacris*, quia nouitii, & non profeſſi non prohibentur initiari ordinibus minoribus, vt poſt alios contrà *Azorium*, notat *Marchinus tr. 1. de ordine p. 6. cap. 4. num. 8.* & tantum eſt inter Doctores difficultas. Primò, ad quem
454 ſpectet de iure communi, dare dimiſſorias nouitio ad dictos ordines minores recipiendos, ad Prælatum Regularem, vel ad Epiſcopum? Et ſecũdò ad quẽ Epiſcopũ id ſpectet, originis nempè, vel monaſterii, quòd incoſit dictus nouitius tempore probationis, vt eſt videre poſt alios apud eundem *Marchinum ſupradicto loco à n. 10.* Qui circa primã difficultatẽ cõcludit, de iure cõmuni nõ ſpectare ad ſuperiorẽ Regularẽ, & ſi ipſe ſuperior ſit illius Religionis, quæ potiatur priuilegio mittendi ſuos ſubditos, ad quoſcunque Antiſtites pro ordinatione, eadẽ ratione, de qua *ſup. n. 27.* quòd licèt ſuperior ex priuilegio habeat facultatem conferendi primam tonſuram, & ordines minores ſuis ſubditis, non poſſit illos conferre nouitijs, quia non ſunt ſui ſubditi (intellige ſinè dimiſſoriis Epiſcopi, de qua re mox infrà, quia ſic etiã poteſt ordinare clericos ſæculares non ſuos ſubditos, & Regulares cum dimiſſoriis ſuorum Prælatorum.) Dixi *de iure communi*, quia per priuilegium conceſſum Societati Ieſus principaliter, & per communicationem aliis Religionibus communicantibus dictæ Societatis priuilegia, poteſt ſuperior dare dictas dimiſſorias etiam nouitio, vt per *Marchinũ loco ſuprac. num. 16.* Qui ſecundam difficultatem reſoluit cũ ea opinione, quæ docet, id
455 ſpectare ad Epiſcopum diœceſis monaſterii nouitiatus, ad quem etiam ſpectat illum ordinare, ex quo enim ingreditur Religionẽ animo ibi perpetuò manendi, tranſtulit etiã ſuum domicilium in eum locũ, vbi Religio illum aſsignat de familia, & per conſequens iudicari debet incola illius loci, vbi iam manet de familia, præter citatos *à Marchino*, probat poſt *Campanilem rub. 9. cap. 3. n. 3. & alios Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 4. num. 62.* teſtatur eſſe probabiliorem ſententiam, poſt *Sanchez, Sperellus decis. 16. num. 36.*

## O

OBlationes accipiens clericus ab vſurariis manifeſtis, ſuſpenditur ab officii ſui exequutione, donec ad arbitrium Epiſcopi ſatisfaciat *cap. quia in omnibus de vſuris*, vbi eadem ſuſpenſio fertur contrà tradentem ſepulturæ eccleſiaſticæ dictos vſurarios manifeſtos, de qua infrà *Sepelientes.* Oblationũ
456 nomine, quæ veniant, patet ex dictis ſuprà *recoll. 4. verbo oblat. Eccleſiæ*, quæ ibi dicta, cõcordant cum *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 3. p. 6. n. 7.* vbi quòd oblationum nomine, intelligatur id, quod offertur Deo in recognitionem diuinæ excellentiæ, non autem traditum mini-

Digitized by Google

miniſtris eccleſiaſticis, ad ipſorum ſubſtentationem, vel in ſtipendium, vel tanquam aliquod debitum (intellige ſiue intrà miſſarum ſollemnia fiant, ſiuè extrà.) Sicut pro
457 vſurariis manifeſtis, vt dixi *ead. recoll. 4. v. ſepelientes, verſus finem*, accipi debent qui pro dicto crimine ſunt denuciati, quã opinionem prẹter ibi citatos ſequitur tanquam probabilẽ *Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 2. p. 3 1. n. 7.* ad quem locũ ſe remittit *cit. p. 6. n. 2.* loquendo de hac ſuſpenſione & ſi *Theſaur. ſup. v. vſura cap. 4. ad finem.* (recedendo ab eo, quòd docuerat loco à me allegato *in dicta recoll. 4. verbo ſepelientes*) dicat opinionem contrariam eſſe probabiliorem, *& cap. 1. ſod. verbo ad finem verſ. igitur*, vocet eam communiorem, vbi tamen concedit, requiri declaratoriam de notorietate prædicta, quando ratio notorij poſſet eſſe dubia. Concordant autẽ *Bonacina, & Theſaurus*, hanc ſuſpenſionem non incurrere clericum recipientem dictas oblationes ab vſurario vt ſuprà, qui pænitentiã egit, vel reſtituẽdo, vel cautione ab ipſo præſtita de ſatisfaciendo. Tandem nota non deeſſe Doctores, qui doceant, hanc ſuſpenſionem non incurri ipſo facto, ſed ad illam incurrendam requiri, quòd præceſſerit monitio, vt videre eſt apud *Theſaurum cit. c. 4. verſ. amplia 1.* qui videtur, horum Doctorũ ſententiæ tanquam benigniori adherere. Dum enim dicitur in dicto textu, non poſſe
458 abſolui clericũ ab hac ſuſpenſione, donec ad arbitrium Epiſcopi ſatisfaciat. Sequitur quòd ante dictam ſatisfactionem, iuxta dictum arbitrium, ſit S. Pontifici reſeruata, ita *Bonacina ſuprac. p 6. num. 6.* vbi ſubdit, quòd talis accipiens oblationes à dictis vſurarijs,
459 non teneatur illas in conſcientia reſtituere ante ſententiam, ſi vſurarius erat earum dominus, ſecus ſi non erat earum dominus cuius ſententia quòad primam partem non habet difficultatem, vt ſuppono *ex tract. de vſuris.* Nec obſtat, quòd oblationes de licitè acquiſitis, neq. poſſint accipi ab excõmunicato, &c. vt dixi ſuo loco, & notat *Henric. Boich. in cap. cum voluntate num. 12. & ſeq. de ſententia excommunicationis.* quia eſt diuerſa ratio, illa enim acceptio prohibetur, ratione communicationis, quæ vbi non interuenit neceſsitas, vel alia cauſa excuſans, ſemper eſt prohibita, iſta autem acceptio eſt prohibita ratione rei iniuſtè acquiſitæ, vt benè *Layman lib. 4. tract. 6. cap. 7. num. 6. & 8.* igitur ceſſante cauſa prohibitionis, ceſſat etiam prohibitio. Neq. difficultas eſt quòad ſecũdã partẽ, vbi vſurarius earũ nõ eſt dominus, quia tũc neq. põt trãsferre illarũ dominiũ in Eccleſiam, Ex quibus patet, *Bonac.* nõ docere ſimpliciter, dictã obligationẽ reſtituẽdi non eſſe latẹ ſentẽtiæ; vt eũ reijciendo, citat
460 *Theſaur. v. vſura c. 4. in 1. ampliat.* Sed cui nam debet clericus reſtituere d. oblation acceptas (& ſic dicas de accepto ob ſepultura &c.) Reſpõdet *gloſſa finalis in d. c. quia in omnibus* nõ debere fieri d. reſtitutionẽ Epiſcopo, ſed ipſi dãti, qui tenetur id reſtituere his, à quibus vſuras extorſit. Et ſic nota obligationem reſtituendi eſſe diſtinctam à ſatisfactione (ad quam tenetur recipiens ab vſurarijs) ex cauſis vt ſuprà, ad arbitrium Ordinarij, quia reſtitutio debet fieri parti; ſatisfatio verò, quæ fit per pænitentiã, debet præſtari ipſi Epiſcopo, ideòque *in cap. Epiſcoporum de priuilegijs in 6.* vbi eſt ſermo de admittẽtibus ad diuina excommunicatos, interdictos, &c. vt dixi ſup. *n.* 389. quia ibi non adeſt obligatio reſtituendi, ideò tãtum dicitur, ſuſpendi dictos admittentes ab ingreſſu Eccleſiæ, *donec ad arbitrium eius, cuius ſententiam contempſerunt, ſatisfaciant.*

Occupantes bona Eccleſiarum vacantiũ, vide ſuprà *Capitula.*

Ordinans non ſubditum minoribus, aut maioribus ordinibus abſque dimiſſorijs proprii Ordinarij, incurrit ſuſpenſionem per annum à collatione ordinum. *cap. 2. incip.*
461 *eos, qui, extrà de temporibus ordinat. in 6.* hęc ſuſpenſio non eſt tantum à collatione ordinis, quem confert dicto non ſubdito, ſed à collatione omniũ ordinum, ita poſt *gloſam in d. cap. 2. Suarez Alterium*, & alios probat *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 2. p. 7. num. 4.* Contrà alios docentes, incurrere ſuſpenſionem talium ordinum, quos contulit, quam opinionem ex neothericis ſequitur *Alzedo in ſua praxi epiſcopali p. 2. cap. 5. 17.* vbi allegat plures Doctores, qui tamen generaliter docent, eſſe dictum ordinantem ſuſpenſum à collatione ordinum, eandem ſententiam probat nouiſſimè *Marchinus de ordine tract. 1. p. 5. cap. 10. num. 3.* vndè non condemnarem eos, qui illam in praxi ſequerentur, & ſi primam opinionem, dicat eſſe communem *Theſaur. p. 2. de pænis eccleſiaſticis verbo ordo cap. 16. §. 5.* Dixi *minoribus, vel maioribus ordinibus*, quia alienum ſubditum, vt ſuprà ordinans
462 tantũ prima tonſura, eſt duntaxat ſuſpenſus à collatione primæ tonſurę per annum. *Bonacina ſuprac. p. n. 7. num. 2.* cum quo concordant expreſsè *Theſaurus ſuprac. num. 5.* itẽ etiã eiuſdã opinionis eſt *Marchinus ſupaac. cap. 10. num. 8. iuncto n. 4.* contrà authores volentes, hoc caſu nullam incurrere Epiſcopum ſuſpenſionem, quã opinionem docet *Toletus lib. 1. c. 49. verſ. ſecunda. Gordonus p. 2. lib. 7. q. 15. num. 48.* Contrà quam opinionem verè obſtat Concil. Trident. *locis citatis à Diana, p. 3. tract. 4. reſol. 194.* ex quibus aſſerit, ſibi magis placere opinionem docentẽ, tali caſu Epiſcopus incurrere ſuſpenſionẽ nõ ſolũ à collatione primę tõſurę, ſed omniũ ordinũ, & nõ cõtrà hoc particulare, nempè

Digitized by Google

nempe quòd tantum incurrat ſuſpenſionē à collatione primæ tonſuræ, ex regula, quòd ſpecialitas derogat generalitati, nam *in cap. fin. de temporibus ordinat. in 6.* ſpecialiter hoc caſu imponitur Epiſcopo ſuſpēſio à collatione primæ tonſuræ, & in S. Concil. generaliter fertur ſuſpenſio contrà Epiſcopū conferentem ordines, & ſufficit, quòd non ſit certum, quòd prima tonſura ſit ordo, ad hoc, vt dictæ ſpecialitati non cenſeatur derogatum per hanc generalitatem Concilij. Cōfirmatur ex *l. ſi ccbus, vbi Bart. ff. de alimentis, & cibarijs legatis*, vbi quòd lex generaliter lo-
463 quēs, generaliter debeat intelligi, quādo in caſibus ſpecialibus non eſt facta alia ſpecialis prouiſio, ſic dico in caſu noſtro, Concilium generaliter loquitur de conferente ordines, ergò debet generaliter intelligi quòad alios ordines, non autem quòad primā tonſuram, in qua eſt facta ſpecialis prouiſio, præterquā quod non deſunt Doctores, qui volunt Tridentinum non procedere contrà promotos in minoribus, vt eſt videre apud *Theſaurum cit. cap. 16. §. 3. verſ. aduertendum ſecundò.* Hæc concluſio ſic declarata. Ampliatur primò vt procedat etiam in alijs Prælatis inferioribus Epiſcopo, habentibus tñ priuilegiū cōferendi ordines minores, quia ſi ordinarent ſubditum alienum abſque dimiſſorijs incurrerent iſtam ſuſpenſionem, ita in puncto *gloſſa prima in d. cap. eos, qui*, ibi *generaliter loquitur, vt comprehendat, quibus competit ordinare. Bonacina tom 3. diſp 3. q. 3. p. 11. num. 4. Theſaur. cit verſ. An verò.* Ampliatur ſecūdò in Epiſcopo ordinante ſine commendatitijs prout dixi ſupra, *verbo Capitulum ſede vacante num.* 108. quibus illic allegatis accedit *Bonacina cit. p. 11. n. 22.* Ampliatur tertiò, etiam ſi dictus Epiſcopus ordinaret talem ſubditū
464 alienum, præſupponendo ratihabitionem ſui Ordinarij, quia vt inquit *Lopez* apud *Quarantam loco infrac. & Sanchez lib. 7. opuſcul. moral. c. vnico dub. 20. nu.* 15. hinc præſtaretur anſa, ſub hoc prętextu paſſim ordinādi alienos ſubditos, ex quo ſequerēur infinita dāna. itē patet ex *Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 2. *de reformat.* vbi dicitur, non poſſe alienum ſubditum abſque ſui Prælati expreſſo conſenſu, vel litteris dimiſſorijs ordinari *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 1. p. 11. num. 14. & diſp. 6. de ſacram. q. vnic. p. 4. n.* 28. Cōtraria autē opinio nō eſt improbabilis pro foro interno, vt teſtatur *Diana p. 3. tr. 4. reſ.* 191. *ad fin.* & ratio eſt, quia ſaltē hoc caſu ceſſat prēſumptio requiſita *in dicto c. eos.* adeſtque ſaltē bona fides excuſans vi Cōcil. Trid. Nota d. verba Cōcil. *ſine expreſſo cōſenſu.* Nā ex eis infertur, nō re-
465 quiri in rigore, quòd dicta licētia ſit in ſcriptis; quando tractatur de ordinatione itali, vndè ſufficeret, ſi dicto Epiſcopo conſtaret dicta licentia de auditu ab ipſo Ordinario concedente, vel per teſtes. ſequitur *Theſaurus cit. verſ. Aduertendū eſt.* Ampliatur quartò, & ſi dictus Epiſcopus eſſet Cardinalis, ita poſt *Rotam par. 1. diuerſ. de* 731. notat *Bellettus par. 2. ſua diſquiſitionis* §. 27. *num.* 4. Ampliatur quintò etiam in ordinante
466 Regularem abſq. dimiſſoriis ſuorum ſuperiorum. *Quaranta verbo ordo verſ. quibus ſic ſpecialiter.* latius *Theſaurus verbo ordo cap.* 27. quidquid *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.* 8. *num.* 16. velit quòd licèt ſic ordinatus Regularis incurrat ſuſpēſionem, tñ Epiſcopus ordinans incurrat tātū ſuſpenſionem à communione aliorū Epiſcoporum. Ampliatur ſextò, etiam ſi perſona ordinata eſſet perſona cognita Epiſcopo alieno ordinanti, & ſic ab eo ſciantur benè qualitates ordinandi, nam conſenſus expreſſus Epiſcopi proprij, vel dimiſſoriæ requiruntur pro forma, & quando eſt data forma ſemper, & omninò eſt ſeruanda. *Quaranta loco ſuprac. verſ. Amplia.* Ampliatur ſeptimò, quòd pæna ſuſpēſionis, de qua ſuprà nō tollatur per ſuperuenientem ratihabitionē, præſuppono .n. fuiſſe ordinatū aliquē abſq. ſpe ratihabitionis, quia de ordinatione facta cum dicta ſpe, dixi ſup. *Ampliat.* 3. ita *Quarāta ſuprac. Amplia ad finem*, vbi & ſi ſubdat *non per hoc negare, quin ſupradicta ratihabitio, non operabitur aliqua*, allegans *Nau.* &
467 alios, qui volūt, quòd ratihabitio operetur abſolutionem à dicta ſuſpenſione reſpectu ordinati (nam eius ſuſpenſio eſt reſeruata in Concil. Trid. ad arbitrium Ordinarii, *Bonacina ſuprac. p. 11. n. 28.*) qñ per d. ratihabitionē intēderet Epiſcopus ab ea etiā abſoluere: ita *Sanchez ſuprac. cap vnico dub. 28. n.* 8. vbi hoc dicit valdè probabile, (quiquid contrarium dixerat ſup. *eod. cap. dub. 20. num.* 17. vbi ſupponit, eſſe neceſſarias litteras Papæ, *perinde habere.*) ſequitur *Theſaurus ſuprac. c. 16. n. 3. verſ. ex quo decreto.* Dixi *ordinati*, quia DD. nō loquūtur de abſolutione ſuſpenſio-
468 nis cōtractæ ab ipſo Epiſcopo ordināte, nā cōtrà eū ſimpliciter eſt lata ſuſpēſio p annū, quæ licèt non ſit reſeruata expreſsè, tamen cùm ſit ad certum tempus, intelligitur intrà illum annum reſeruata S. Pontifici, & quòd elapſo anno illa ceſſet, vt aliàs dictum *fuit*, videte ad hoc *Tolet. lib. 1. c. 47. n. 2. verſ. dico ſecundò.* Ampliatur octauò ſi fuerunt datæ dictæ dimiſſoriæ ab Epiſcopo, ſed poſtea
469 reuocatæ, quia re integra poteſt illas reuocare *Sanchez ſuprac. dub. 20. num.* 18. Ampliatur nonò quādo dimiſſoriæ fuerūt datæ ab illo, qui non poterat illas dare, ſi hoc etiam ſciat Epiſcopus ordinans, v. g. quia
470 datæ fuerunt à Vicario Generali nō habēte ſpeciale mādatū, vel nō exiſtente Epiſcopo in remotis, *Sanch. cit. dub. 20. n. 40. Bonac. ſup. p. 11. n. 23.* Ampliatur decimò, vbi conceſſæ ſunt dimiſſoriæ ſpeciales, vt à tali Epiſcopo ordi-

Digitized by Google

ordinari poſſint, quia ſi ab alio ordinarentur
perinde eſſet, ac ſi ordinarentur abſque di-
miſſorijs. *Sanchez ſuprae. dub. 20. num. 6.* vbi
habetis duos alios caſus ſimiles, videte eum
Hæc concluſio ſic ampliata. Limitatur pri-
471 mò vbi Epiſcopus probabiliter ignorabat,
clericum ordinatum eſſe alterius diæceſis,
vt puta quia parentes eius dixerunt eſſe de
ipſius diæceſi, vel communiter pro tali ha-
bebatur. *Riccius p. 1. praxis deciſ. 297.* cum
aliis, quos refert, & ſequitur *Barboſa de offi-
cio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 5. nu. 3.* quia
vt inquit idem *Barboſa ibid. num. 1.* ex quo
in *cap. eos, qui,* ad incurrendam talem ſuſpē-
ſionem requiritur, quòd Epiſcopus *ſcienter,
ſiù ex ignorantia affectata, vel quocunque
alio figmento quaſito præſumpſerit*, quæ ver-
ba ſingula benè ponderat *gloſa ibid.* vbi in
ſpecie *verbo figmento*, habet alia exempla
472 de quibus *Marchinus cap. 10. n. 5.* ſupponit
excuſare hoc caſu ignorantiā craſſam, & ſu
pinam. Et ſi ex eo quia *in dicto cap. 23. Concil.
Trid.* non adeſt illud verbum *præſumpſerit*,
dicat *Theſaurus ſuprae. cap. 16. §. 7.* quòd ad
ſuſpenſionem incurrendam, ſufficiat ignorā-
tia craſſa, & ſupina, intellige dummodo ſit
culpabilis mortaliter, quia hæc ſuſpenſio
eſt lata per modum cenſuræ maioris. *Bonac.
cit. p. 11. n. 15.* qua opinione data, & nō cōceſ-
ſa, cōtrariū eſſet dicēdū quoad ipſū ordina-
tū, nō ex vi Trid. ſed ex vi conſt. Pij II relatæ
à *Quaranta loco ſuprae. in princ.* nō *ex v. præ-
ſumpſerit*, quia verè illud refertur ad irregu-
laritatem, in quo conuenio cum *Bonacina
ſup. num. 16.* ſed ex illis alijs verbis antea po-
ſitis, *nos eorundem temeritatem tali caſtigatio-
ne reprimentes, vt alijs. &c.* ex quibus iuxtà
ea, quæ aliàs dixi ſuprà *reſoll. 1.* non ſolum à
ſuſpenſione, & irregularitate, excuſat igno-
rantia iuris, & pœnæ, inuincibilis, vt conce-
dunt omnes, ſed etiam craſſa, & ſupina, vt
benè *Auila p. 3. diſp. 5. dub. 7. verſ. pro intelli-
gentia.* Sed vt verum fatear, non video quo-
473 modo hodiè poſt Concil. Trid. poſſit attēdi
conſt. Pij II. quæ fuit ante dictum Concil. &
non etiam diſpoſitio *tex. in cap. eos, qui,* qui
ſimiliter fuit ante dictum Concil. & per con
ſequens, vel dicendum eſt per Concil. non
fuiſſe derogatum *d. cap. eos, qui,* & conſt. Pij
II. ſed per illud confirmari diſpoſitū in ipſis,
& requiritur præſumptio tā reſpectu Epiſco
pi ordinantis, quàm etiā (ſecundū noſtrā pō-
derationē d. conſt. Pij II.) ordinati, vel quod
ſtandum ſit verbis Concilij, tamquā nouæ di
ſpoſitioni, & tunc nō requiritur præſumptio,
& ſufficit ignorantia craſſa, vel ſupina culpa-
bilis, vt ſuprà. Nota, quòd *Comitulus lib. 6.
reſponſorum moralium q. 46.* vult, quòd ſuffi-
474 ciat ſcientia in Epiſcopo, ad hoc vt ordina-
tus incurrat dictam ſuſpenſionem, & per cō-
ſequens ſecundùm ipſum, idem dicendum
eſt, quando ordinatus ſcit defectum, & Epi-
ſcopus ignorat, quòd non eſt verum, quia
peccatum vnius non poteſt cauſare ſcien-
tiam, quæ requiritur in alio, & ob quam cō-
mittit quis culpam, quæ eſt neceſſaria ad in-
currendam talem ſuſpenſionem. Quomodo
475 pro foro externo probari poſſit ab Epiſcó
po eius ignorantia ad finem, vt excuſetur ab
hac ſuſpenſione, videte *gloſam in d. c. eos, qui,
v. ſcienter, & ſeq.* Limitatur ſecundò vbi Epi
ſcopus proprius eſt publicè ſuſpenſus ob cri
men ordinādi alienum ſubditum, hoc enim
caſu, vt habetur in eod. *cap. eos, qui,* licitum
eſt, non omni Epiſcopo, ſed Epiſcopo vici-
niori ordinare ſubditum dicti Epiſcopi abſq.
eius dimiſſorijs, & hoc vt ſubdit *gloſa ibi p. v.
taliter*, vt dictus Epiſcopus puniatur in eo,
quo deliquit, & ſic hic eſt caſus ſpecialis. Cō
ceditur autē id Epiſcopo viciniori, quia per
eū melius fieri poteſt ſcrutiniū de vita, & mo
ribus ordinandi, quàm per remotū, præſup-
ponitur enim, quòd dictam ordinationem
faciat in ſua diæceſi, vel ſaltem det dimiſſo-
rias, in quibus faciat fidem de vita, & mori-
bus ipſius ordinandi. *Sanchez lib. 7. opuſcu-
lorum moraliū c. vnico dub. 20. n. 19.* vbi poſt
*Toletum ſup. verſ. Tertia,* aduertit, quòd hoc
caſu, ſolū clericis permittitur, à dicto Epi-
476 ſcopo viciniori ordinari poſſe, nō autē lai-
cis, quia non ſubeſt tanta neceſsitas, vt lai-
cus ordinetur, quanta, vt clericus aſcendat
ad maiores ordines (quòd ſignificat laicos
qui volunt tonſurari, debere expectare, do-
nec Epiſcopus ſit abſolutus à dicta ſuſpen-
ſione) item ſubdit contrà quoſdā, quòd &
ſi in d. textu ſit ſermo de Epiſcopo, tamen
idē ſit in Archiepiſcopo ſi ipſe ſit vicinior.
Dixi *publicè ſuſpenſus*, quia ad hoc vt poſſit
Epiſcopus vicinior vti dicta facultate, debet
ſuſpēſio alterius Epiſcopi eſſe manifeſta per
euidētiā facti, vel ex ſententiā Metropolitani,
ita poſt alios *Bonacina t. 3. diſp. 3. q. 3. p. 1. §. 11.
n. 6.* quòd eſt idē quàm quòd ſit notoria no-
torietate facti, vel iuris. vt ait *Sanch. loco ſu-
prae. n. 19. in principio*, & ſic nota, non intrare
477 hoc caſu diſpoſitionem *extrauagantis ad
euitanda*, quia non tractatur de euitatione
ipſius Epiſcopi ſuſpenſi, ſed de pœna, quam
incurrit iuxtà diſpoſitionem dicti textus in
*cap. eos, qui.* Limitatur tertiò in caſu, quo or-
dinaret ſubditum alienum, qui tamen per
triennium in ſeruitijs, ſeù obſequiis Epiſco-
pi ordinantis moratus fuit, quia illum poteſt
ordinare abſq. dimiſſorijs ſui Epiſcopi, ita ha
betur in Concil. Trid. *ſeſſ. 23. c. 9. de reform.*
de qua re poſt alios *Bonac. loco cit. n. 11. Mar-
chinus tract. 1. de ordine p. 5. cap. 9. Sanchez ſu-
prae cit. dub. 20. nu. 20. & Alzedus in ſua praxi
epiſcopali par. 2. cap. 5. num. 32.* Qui conue-
niunt. Primò in hoc, quòd & ſi dictum trien-
nium debeat eſſe completum, & ſic non
ſufficiat quòd tertius annus ſit ceptus, ta-
men ſufficiat, ſi principium dictæ ſeruitutis,
vel obſequij inceperit antequam Epiſcopus
fuiſſet

Digitized by Google

fuiſſet ornatus, & ſic declaraſſe S. Congregationem, poſt alios teſtantur *Bonacina ſup.n.9 & Marchinus num.*13. Secundò, quòd non ſufficiat ad hoc, quòd quis in obſequijs Epiſcopi manſerit, & eius ſumptibus alimentatus fuit, ſi etiam pręſens dictis obſequijs non vacauerit, & ſic non ſufficiat ſi ita ſeruierit abſens, qui inferunt hoc, ex ratione, ob quã Cõciliũ moueri potuit ad cõcedẽdã hãc facultatẽ ipſi Epiſcopo, quia nẽpè per tanti tẽporis experientiã cognoſcere potuit vitã, & mores ſui familiaris. Tertiò etiã conueniunt quòd dictum trienniũ debeat eſſe continuũ. Quartò, & vltimò conueniunt, intelligi de Epiſcopo diæceſim habente, non autem de Epiſcopo titulari, vt etiã expreſsè habetur in *Concil. Tridentino ſeſſ.*14. *cap.*2. *de reforma-tione*. Quarè prima difficultas eſt, an neceſſe ſit, quòd præter obſequium præſentiale (vt ita dixerim) cum alimentis præſtitis, ſit etiam neceſſe, quòd in domo Epiſcopi permanſerit per dictum triennium, & licèt aliqui affirmauerint, tamen optimè *Sanchez ſu prac.dub* 20.*num* 23. probat, id non eſſe neceſſariũ, ex quo Conciliũ nõ loquitur de do-
478 meſtico, ſed de familiari triẽnali, qui dicitur talis, qñ ſiuè domi, ſiuè extrà, eſt in obſequio alicuius, eiuſque expenſis alitur, idẽ videtur velle *Bonacina ſuprac. num.*7. *verſ. prima conditio*. vbi firmat, non eſſe familiarem ad hunc effectum, ille, qui Epiſcopo in alia ciuitate, ſeù loco diſtante inſeruit, licèt eius ſumptibus viuat, ergò à cõtrario ſenſu, qui in eadẽ ciuitate, & ſi nõ domi præſentialiter ei ſeruit, dicẽdus erit familiaris, eodẽ etiã modo loquitur *Marchinus loco ſuprac num.*4. Secunda difficultas eſſe poteſt an diceretur triennio continuò vacaſſe obſequio Epiſcopi pręſentialiter, qui aliquãdò, pro ſuis negotijs abſuit? Hãc difficultatẽ reſoluit *gloſa in cap. finali de verborum ſignificatione in* 6. vbi ait, quòd ly *continuò* intelligi debet morali modo vt aqua, & ſeruitus dicitur continua, & *verbo ſuis*, dicit, quòd non ſumitur ità strictè, quin etiam pro ſuis abeſſe non poſsit, quæ *gloſa* loquitur de domeſtico, cuius vox ſtrictior eſt, quàm familiaris, vt ait *Abbas in cap. litteris num.*6. *de teſtibus*. & patet ex eo, quod aliàs dixi, de nouitio, qui modico tempore abeſt à loco nouitiatus cũ habitu, & licentia ſuperioris, quòd non per hoc diceretur annum probationis interrumpere. & ita concludit *Riccius par.* 1. *praxis deciſ.*308 *ad finem*. Maior difficultas eſt, quomodo ad hoc vt Epiſcopus dictũ ſuũ familiarem poſsit ordinare, neceſſe ſit, vt etiam illi conferat ſtatim beneficium, vt dicitur in dicto *c.*9. *Concilij*, ibi *niſi per triennium ſecũ fuerit cõmoratus, & beneficiũ ſtatim quacunque fraude ceſſante, re ipſa illi conferat*. Ratio dubitandi eſt, quia Epiſcopus conferendo alicui beneficium, mox ille talis efficitur ſubditur ſuus ratione beneficij, & per conſequens poteſt ab eo ſtatim ordinari, etiam quòd non ſit ſuus familiaris, vel ſi familiaris erit, & ſi illi ſeruitiũ non pręſtitit per triennium, vt ſuprà, vt benè *Sanchez ſuprac. dub.*20.*num.*25. *Diana p.*4.*tract.*4. *reſol.*145.*ad finem, & Marchinus ſuprac.cap.*9.*n.* 8. ſi igitur poteſt ſtatim illum ordinare, quãdo ei contulit iam beneficium, quæ erit iſta facultas conceſſa Epiſcopo à Trident. ergà ſuum familiarem triennalem, ſi cogitur cõferre ſtatim illi beneficiũ? Dicẽ, quòd facultas conſiſtit in hoc, quòd poſt dictum triennium poſſit illum ordinare prima tonſura ad finem, vt fiat capax beneficii acquirendi, vndè ſicut Epiſcopi non poſſunt ini-
479 tiare prima tonſura ſubditum alienum, cui volunt conferre beneficium, ſecundum veriorem opinionem, cùm talis tunc non ſit illius ſubiectus, quæ ſubiectio requiritur in ordinato reſpectu ordinantis, & non ſufficit ſubiectio futura, ex quo nõ ſit de his, quæ poſſunt retrotrahi, vt præter ea, quæ dixi in *tr. de officio Cappellani q.*4. *praxi* 8.*n.*5. teſtatur poſt *gloſam in tit. cap. eos, qui, v. figmẽto, Franchum in cap. cum nullus de temporibus ordinat. in* 6. *Riccium reſol.*262. *Barboſam allegat.*3.*num.*17. *& Quarantam verbo ordo, verſ. circa ſecundam. Marchinus de ordine tr.* 1.*p.*5.*c.*8. *num.*9. & ſi non in totum videatur reprobare opinionem contrariam, dũ ſubdit, *ſi quis autem priorem ſententiam tueri vellet, &c.* fauent huic opinioni Doctores, qui docent, non eſſe neceſſariũ, ꝙ Epiſco-
480 pus ante collationem ordinis conferat beneficiũ familiari, ſed ſufficiat ſi ſtatim poſt ordinationẽ hoc faciat, vt idẽ *Marchinus* ſubdit (licèt non benè ad propoſitum, pro quo hoc dicit) & clarius *ibid. cap.*9, *nu.*8. concludit, poſt *Molfeſium noſtrum*. ly *ſtatim*, nõ debere excedere decem dies, & *Barboſa de officio. & poteſtate Epiſcopi allegat.*5. *num.*12. qui poſt *Vgolinum*, & alios concludit, ſufficere ad effectum, de quo ſuprà, ſi paulò poſt, Epiſcopus beneficium illi conferat, ſubdens hęc verba, *ſi enim ante conferret, ratione beneficij poteſtatem haberet, & non ratione triẽnij*. pręterea *Vaſquez p.*3.*tomo.*3.*diſp.*243. qui dictum verbum ſtatim interpretatur prò *quamprimum* beneficium vacauerit, &c. Cõfirmatur ex declarationibus S. Congregat. quas poſt *Garſiã, & Riccium*, referũt *Marchinus ſuprac. cap.*9.*num.*7. *& Barboſa in collect. bullarum, & decretorum verbo familiaris*. quòd ſcilicèt aliqui Epiſcopi non ſatisfecerint menti dicti decreti Concilij, qui decimo, aut etiã ſexto menſe poſt ordinationẽ, contulerunt beneficia ſuis familiaribus triẽnalibus, ergò ſignum eſt *S.* Congregationem præſupponere potuiſſe illis conferre dicta beneficia poſt ordinationem, non autem

tanto

tanto tempore poſtea, item confirmatur ex declaratione S.Congregationis,apud *Rotam deciſ.*731.*p.* 1.*nouiſſimarum*,& alios Doctores ſupracitatos,quòd vigore Trid. Concilij.dicti beneficij collatio debeat fieri ab Epiſcopo, non ſolum quando ordinat dictum fa-
481 miliarem ordinibus ſacris, ſed etiam ordinibus minoribus, & prima tonſura, quæ met *Rota deciſione ſuprac.* & ſi cotra omnes Doctores ſupracitatos, *ibid.nu.*11. ſupponit, dictam collationem beneficij debere præcedere ordinationem,quam opinionem ſequi videtur *Riccius p.*1. *praxis deciſ.*307. licèt in fine fateatur, ly *ſtatim*, includere biduum, &c.ſicut etiam *Alzedus p.*2. *ſua praxis epiſcopalis c.*5.*num.*32.quando dicit,quòd tenetur Epiſcopus dum ordinat conferre beneficium dicto familiari, itàut ordinatio concurrat cum collatione beneficij, qui allegat S.Congregationem apud dictam *deciſ. Rota* in qua non fit mentio alterius declarationis, quàm illius,de qua ſupra,quòd ſcilicèt obligatio prædicta,beneficij conferendi non ſolum ſit pro ordinibus maioribus, ſed etiam pro minoribus.Quęrunt Doctores præcitati, an Epiſcopus poſsit ordinare dictum fami-
482 liarem ad titulum patrimonij,vel penſionis,ſine dimiſſoriis ſui Epiſcopi? Et reſpondent, hoc ei fieri licitum, quando adeſt vtilitas,vel neceſsitas ſuæ Eccleſię:ita poſt alios *Barboſa cit.alleg.*5.*num.*13.*Garſias p.*2. *de beneficijs cap.*5.*num.*82. *& Bonacina ſuprac. p.* 12.*num.*11.vbi expreſsè docet,hoc caſu non teneri beneficium illi conferre, quia inquit ipſe, Concilium obligat Epiſcopum ad conferendum beneficium ad hoc,vt ceſſante familiaritate, habeat vndè ſe alere poſſit, & non cogatur cum dedecore ordinis,victum mendicare, &c. Contrarium tamen docet *Marchinus ſuprac. c.*9. *num.*15. quia inquit, patrimonium, & penſio non cauſant ſubiectionem, vt quis poſsit ordinari, & ſic ſupponit,non ſufficere triennalem familiaritatem ad contrahendam ſubiectionem Epiſcopo alieno,ad finē vt ab eo poſsit ordinari, ſed ad hoc *requiri*, *vt illi conferat beneficiū intra decem dies,quia ratione penſionis,vel patrimonij, nemo efficitur alieno Epiſcopo ſubditus,& ad collationem ordinū tam actiuā,quàm paſſiuā,requiritur ſubiectio ordinādi.*Sed licèt non ſit verum id, quod dicit *Bonac.* requiri collationem beneficij huic familiari,facien-
483 dā ad effectū,vt ſubſtentetur abſq.dedecore ordinis,cū hæc ratio vigeret in ordinandis ordinibus maioribus, & tamen collatio beneficij à Cōcilio pro familiari,requiritur etiā pro minoribus ordinibus,ac prima tonſura, vt dixi ſuprà,& confirmat *Barboſa cit. alleg.* 5.*num.*11. Item Sacra Congregatio declarauit, Epiſcopum non poſſe ordinare familiarem, ſi non conferat beneficium, etiam ſi
484 ille habeat beneficium in alia diæceſi, vt refert *Barboſa in collect. bullarum, & decretorum, verbo familiaris ad finem.* tùm etiam quia ex eius doctrina ſequeretur, quòd ſola familiaritas triennalis tribueret ſubiectionē ſufficientem ad ordines conferendos, & recipiendos, quòd non eſt verum,quia eadem S.Congregatio,& Doctores ſupracitati, & ſi concedant, quòd Epiſcopus talem familiarem poſsit ordinare, non ſolum per ſe, ſed
485 etiam per alium,& ſic quòd poſsit ei dare dimiſſorias, quādo ipſe eſt impeditus.*Ricc.p.* 1.*praxis deciſ.*309.*Marchinus ſuprac.cap.*9.*n. num.*10.( intellige cum probatione familiaritatis iuxtà ea, quę tradit *Barboſa cit.alleg.*5. *n.*10.)Negāt tamen, poſſe illū in irregularitate ex defectu natalium, ac etiā interſtitijs
486 ante collationem beneficij, diſpēſare, ſed benè poſt dictam collationem,quia tunc eſt ſuus ſubditus, vt per *Barboſam cit.allegat.*5. *num.*14. quòd ſignificat expreſsè, non effectum fuiſſe ſubditum per familiaritatem triennalem præcisè, & ſpeciale priuilegiū ordinandi illum ante collationem beneficij, cōſiſtere in hoc, vt id poſsit cū familiari, licèt non ſit factus ſuus ſubditus, ſed quia vult facere eū ſubditū ratione beneficij.Tamen ex his non ſequitur, quòd etiam non poſsint ſaluari declarationes S. Cōgregationis,nēpè quòd Epiſcopus poſsit ordinare ſuū familiarem triennalem titulo patrimonij, vel penſionis eo modo,quo loquuntur, ſcilicèt dumodo id fiat ob vtilitatem,vel neceſſitatem Eccleſiæ, & deſcribatur ſeruitio Eccleſiæ,pro cuius vtilitate, vel neceſsitate fuit ordinatus, nam hoc caſu fit ſubditus
487 ipſi Epiſcopo ratione domicilij, quæ ſubiectio cùm ſit ſufficiens ad conferendos, & recipiendos ordines, ac ſubiectio ratione beneficij, vt eſt certum, ſatisfit per eā menti ipſius Cōcilij, quæ vt dixi, eſt vt ordinatio iſta,fiat ſub ſpe proximę futuræ ſubiectionis, & ſi non adſit ſubiectio in re, in quo cōſiſtit priuilegiū cōceſſū Epiſcopis, & familiaribus Epiſcoporum. Nec obſtat, quòd in eo ſit in ſpecie mentio de collatione beneficij. Nam reſpondeo, quòd ideò fuit neceſſaria declaratio Congregationis,quæ interpretatur nō ſolum verba dicti Concilij, ſed mentem ipſius. Quòd autem per dictam deſcriptionē ſeruitio Eccleſiæ, efficiatur quis ſubditus Epiſcopo ratione domicilij, patet ex terminis, cū ex ipſa deſcriptione,talis teſtetur animū ſuū ibi perpetuò manendi,quòd ſufficit ad effectum, de quo agimus ad conſtituendum quem ſubditum ratione domicilij, vt concedit etiam ipſe *Marchinus ſuprac.p.*5. *cap.*7. *num.*5. *& ſeq.* quòd ſatis confirmatur ex *Concilio Trid.ſeſſ.*23. *c.*16. vbi adſcriptus Eccleſiæ, pro cuius neceſſitate, vel vtilitate eſt ordinatus,nō poteſt inconſulto Epiſcopo

Bbbb illus

Digitized by Google

illius Eccleſiæ, dictam Eccleſiam deſerere,
alias ſacrorum exercitio interdicendus,
refert poſt *Quarantam Paſcetum, & alios, idē*
*Marchinus cit.cap.7.num.*14. Sed quid ſi or-
dinetur familiaris, de quo ſuprà, non titulo
patrimonij, ſed ſub ſpe ſtatim beneficij col-
lationis, & Epiſcopus ſtatim poſtea non con-
488 ferat beneficium? *Bonacina ſupracit. p.11.*
*num 12.* poſt *Alterium* reſpondet, dictum or-
dinatum non incurrere ſuſpenſionem, quia
ſufficit, quòd bona fide ſit ordinatus, & lo-
quitur non ſolum in caſu, quo Epiſcopus
interim, verbi gratia, intra decē dies, vt exem
plificaui ſuprà, ſed etiam quando id proce-
dat ex negligentia Epiſcopi. nam vtroq. caſu
non adeſt culpa ipſius ordinantis. Non autē
quærit de Epiſcopo, ſi per eum ſtetit, quòd
ſtatim non prouideat dictum ordinatum de
beneficio, quia certum eſt illum incurrere
ſuſpenſionem, vt patet ex declarationibus
ſuprà relatis *num.*480. Adde, quòd ex eo,
quia in ſupracitato decreto Concilij, ſimpli-
citer dicitur, debere Epiſcopum ſtatim con-
ferre beneficium familiari triennali, quem
ordinat, & ex alia parte, vt dixi ſup. id, nō eſt
ſtatutum ad finem, vt familiaris ceſſante fa-
miliaritate non egeat, ſed tantum vt fiat ei
ſubditus; Sequitur, ſufficere ad hoc, vt verbis
Cōcilij ſit ſatisfactum, ſi Epiſcopus conferat
489 beneficium tenue, ideſt redditus exceden-
tis ducatos ſeptem, nam vt dixi in *tract. de*
*officio cappellani q.3. ſub num.*70. illud ſuffi-
cit ad reddendum quem ſubditum ratione
beneficii, & ſic vt poſſit ordinari ab Epiſco-
po dicti beneficii, quibus ibi allegatis, addo
*Campanilem rub.9.c.8. n.*12. vbi & ſi referat
declarationem S. Congregationis Concilii
ad Card. Acquauiuā Archiepiſcopū Neap.
promotum ſcilicèt ab alieno Epiſcopo ex
490 cauſa beneficii tenuiſſimi, fuiſſe malè pro-
motū, ipſumq. propterea ſuſpenſum ab exe-
quutione, atq. ordinatorē a collatione, ordi-
nū per annū. Concludit tamen, beneficium
tenuiſſimum, eſſe illud, quod ducatos ſeptē
non attingit, ſubditque ſe ordinaſſe quendā
familiarem ſuum Neapol. & ſi non trienna-
lem, poſſidentē in ſua diæceſi Laquedonēſi
beneficium ducatorum treſdecim, & grano-
rum duodecim cum dimidio, quia etiam
probauit habere patrimonium, quòd ſuffi-
ciebat ſimul cum dicto beneficio, à quo
*Campanili*, aliis allegatis, non diſſentiunt
*Marchinus ſuprac. p.5. cap.8. num.4. & Noua-*
*rius in ſumma bullar. veterum, & recent. cum*
*de ordinatis ab alieno Epiſcopo num.*5. vbi
ſubdit, litteras Pauli V. quas in contrarium
refert *Riccius p.3. deciſ.*77. pro Clericis Nea-
politanis, non fuiſſe per Cardinalem Carra-
fam, tūc Archiepiſcopū Neap. publicatas, &
proinde hodiè non ligare, ſed ſi iſtæ litteræ
ſint eædem cum declaratione, quam refer
*Campanilis loco ſuprac.* non declarat, & ſi al-
leget dictum auctorem, crederem tamen eſ-
ſe diuerſas, cùm illas declarationes, aſſerat
*Campanilis* fuiſſe directas ad Cardinalem
Acquauiuam, & *Nouar.* præſupponit, litte-
ras fuiſſe directas ad Cardinalem Carrafam.
Ad propoſitū igitur noſtrū redeūdo, diſtinctè
loquendo, dico, quòd ad hoc vt Epiſcopus
poſsit ordinare familiarem ſuum triennalē
prima tonſura, vel quatuor ordinibus mi-
491 noribus, ſufficiat iuxtà ſupradicta, ſi confe-
rat beneficium excedens ſummam ſeptem
ducatorum, ſi autem velit illum ordinare
ordine ſubdiaconatus, dictus familiaris præ-
ter dictum beneficium debet habere etiam
patrimonium, aut penſionem, quòd ſimul
cum dicto beneficio ſufficiat, ſicut dixi, ſuffi
cere patrimoniū, vel penſionem, ſimul cū
adſcriptione ſeruitio Eccleſiæ, ad cuius vtili
tatem, vel neceſsitatem fuit ordinatus. Fa-
492 miliarium Epiſcopi nomine non ſolum
venire conſanguineos ipſius, qui expenſis
ipſius viuunt vt ſuprà, ſed etiam famulos ip-
ſorum conſanguineorum, ſi & ipſi viuunt
expenſis Epiſcopi, fuit in facto obſeruatū, nā
etiā famuli familiariū, vt ſup. Epiſcopi expē-
ſis viuentium, fruuntur d. priuilegio, & poſt
alios adnotauit *Sanchez lib.7. conſil. moral. c.*
*primo dub.2. num.*24. ſequuntur *Diana p.4.*
*tr.4. reſol.*144. *& Marchinus ſuprac. c.8. ad*
493 *finē,* qui poſt alios, dicit *Magiſtrum actorū*
*curiæ epiſcopalis* etiam uenire ad hunc effe-
ctum appellatione familiarium, ſed *Bar-*
*boſa* ab eo allegatus, id non ſimpliciter affir-
mat, & *Marius Antoninus, ac Gratianus,* & ſi
dicant, eum eſſe familiarē, tamen nō loquū-
tur de hoc caſu particulari, vt poſſit tam-
quam talis ordinari, & ſi hoc eſſet verum,
idem dicendum eſſet de ſcribis ipſius magi-
ſtri actorū, de curſoribus, &c. ideò nō placet
494 Ordinans Vltramontanum abſque litteris
dimiſſorijs ſuorum Ordinariorum ſubſcri-
ptis, & recognitis à Nunciis, vel Collectori-
bus apoſtolicis, in illis partibus commoran-
tibus, & examinatione, recognitione, ac pro-
batione ſubſcriptionum dictorum Nuncio-
rum, ſeù Collectorū, facta à Vicario Vrbis,
ſuſpenditur per annum ab exercitio Pon-
tificalium; ſicut ordinatus incurrit perpetuā
ſuſpenſionem abſque ſpe obtinendę diſpen-
ſationis à Sede Apoſtolca; ita S. D. N.
Vrbanus VIII. in ſua Bulla incip. *ſecretis*
*æterna prouidentia*, quam referunt *Mar-*
*chinus ſuprà p.3. c.11 & Laurētus de Franbis*
*in ſuis controuerſiis inter Epiſcopos Regulares*
*fol. mihi* 231. Sed quia *Clemēs IV. in c.1. de tē-*
*poribus ordinationum in 6.* etiam prohibet, vt
nullus Epiſcoporum Italiæ de cætero, aliquē
Vltramontanum clericum ordinare præſu-
mat, niſi habeat licentiam ab ipſo Summo
Pontifice, vel ab Epiſcopo, de cuius diæceſi
traxit

Digitized by Google

traxit originem, vel in cuius diœceſi beneficium exiſtit; habeat patentes litteras, quia in iſta noſtra Bulla requiritur, vt dictæ litteræ patentes Ordinariorũ, etiã ſint recognitæ, vt ſuprà. Secundò, quia & ſi ibi imponatur ead. pœna ſuſpenſionis incurrendæ, &c. à ſic ordinatis: tamen contrà illos ordinare præſumẽtes, non fertur ſuſpenſio aliqua, prout in dicta Bulla, ſed tantum dicitur, quòd *pœnitentia condigna puniri debeant.* Declarantur etiã in dicta Bulla, quinam ſint Vltramontani: ibi *Hiſpanos Luſitanos, Gallos, alioſque quoſcumque Vltramontanos, & ex quibuſuis* (ſic enim habetur in Bulla, vt referũt *Lauret. de Franchis ſup. ac Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 2. p. 7. ad finem.* & non *quibuſcunque*, vt refert *Marchinus loco ſuprac.*) *locis extrà Italiã oriun-*
495 *dos*, vndè hic *Italia* debet magis largè accipi, quàm in *Decreto Clem. VIII. de abſolut. à caſibus reſeruatis*, circà quod dubitant Doctores, an Siciliæ, & Sardiniæ inſulæ, iudicari debeant intrà, vel extrà Italiam, cùm mare, in quo ſunt, non ſit totaliter Italum, ideoq. aliquando in quibuſdam aliis conſtitutionibus exprimitur à SS. Pontificibus ad tollenda dubia, *Italia cum inſulis adiacentibus* vt eſt videre apud *Dianam p. 2. tract. 17. ſeù 3. miſcellaneo reſol. 30.* ex quo enim prius faciat mentionem de regionibus, quæ ſunt Vltramontes, & de Vltramontanis, quando ſubdit illa alia verba, *& quibuſuis locis extrà Italiam, &c.* intelligi debet, de locis Vltramon-
496 tanis. Epiſcoporum autem Italorum, vt loquitur dictus *tex. in cap. 1.* ſeù in Italia exiſtentium, vt loquitur *Bulla*, qui prohibentur dictos Vltramontanos ordinare, veniunt Epiſcopi Siciliæ, & Sardiniæ, & tantò magis etiam Corſicæ, non autem regionum, quæ continentur in mediis limitibus inter Italiã, & Vltramontanas regiones, vt poſt *Barboſ. in collect. ad cit. c. 1. num. 4.* notat *Theſaurus de pœnis eccleſiaſticis p. 2. verbo ordo cap. 17. Ampliat. prima.* Ita etiam in dicta Bulla declaratur, dictas ſuſpenſiones procedere etiam in receptione ordinum minorum, & primæ tonſuræ (& ſi hoc non erat ita certum inſpecto præfato *cap. 1.*) ibi *non ſolum ad ſacros, ſed neque ad minores ordines, & clericalem characterem promouere audeant, vel præſumant.* Patet igitur, vt innui *ſup. num. 465.*
497 quòd licèt pro ordinatione Itali nõ requiratur ſimpliciter licentia in ſcriptis, pro recipiendis ordinibus ab alieno, ſed ſufficiat illa viua voce conceſſa, tamen id non ſufficiat pro Vltramontano, cùm requirantur dimiſſoriæ in ſcriptis recognitæ. Ita poſt *Sãchez & alios Theſaurus ſuprac. cap. 17. ad finem.* vbi quòd hic caſus ſit ſpecialis nota, quòd quando dixi, *ſufficiat illa viua voce cõceſſa*, intelligo fuiſſe conceſſam tàm Epiſcopo, quàm ipſo ordinando, ita tñ vt poſſit illã ordinandus probare per teſtes, quia Epiſcopus non debet ſtare dicto ipſius ordinãdi, cũ non ſimus in foro pœnitentiæ. Vndè quia in ordinatione Vltramõtani eſt impoſſibilis
498 licetia prætenſus cõceſſa Epiſcopo (niſi ſuus Epiſcopus reperiretur in Italia, quo caſu ceſſarent dictæ conſt. cũ ſicut & ipſe Epiſcopus Vltramõtanus, intellige ſiuè ratione originis ſiuè domicilii, vel beneficii, hoc. n. ſignificant illa verba Bullæ, *niſi dimiſſoriales ſuorũ Ordinariorum litteras*, cum licentia Ordinarii loci poſſet ipſos ſubditos ordinare; ita poſſet etiam alteri Epiſcopo concedere licẽtiam illos ordinandi) ſpecialitas conſiſtit in hoc, non poſſe ſ. ordinãdũ dictã licentiã probare per teſtes, vel per eoſdem teſtes probare amiſſionem dimiſſoriarum. Quòd dictæ conſtitutiones non procedant in ordinatione Vltramontanorum Regularium, ſed tantum Clericorum ſæcularium, notat *Marchinus ſuprac. cap. 11. ad finem.* ſicut etiam nõ
499 procedere cotrà clericum ſecularem Vltramontanum habentem domicilium, vel beneficium in Italia, aduertit *Theſaurus loco ſuprac. verſ. limita*, & ita vidi obſeruatum in praxi, in quodam Vltramontano familiari triennali cuiuſdam Epiſcopi Itali, qui ab eo fuit ordinatus iuxtà ea, quæ ſuprà dixi *à nu. 477.* de ordinatione dicti familiaris. In ead. Bulla Vrbani VIII. ſtatuitur, *Italos deinceps clericali charactere inſignitos, vel minoribus ordinibus promotos ab alieno Epiſcopo cum dimiſſoriis falſis, etiam ſi qualitatibus per Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 16. requiſitis, præditi ſint, quòd ſequuta iudicis declaratione, fori priuilegio minimè gaudeant, ſed ſæculari iuriſdictioni, vt antea, plenè in omnibus ſubiaceant.* De qua ſanctione feci mentionem, poſt *Squillantes ſup. recoll. 5. ſub num. 3.* vbi concludo,
500 quòd & ſi talis priuetur priuilegio fori, (intellige non ſolum in ciuilibus, ſed etiam in criminalibus, ac etiam immunitate, ab oneribus vniuerſitatis gabellis, & alijs, vt patet ex illis verbis, *vt antea plenè in omnibus ſubiaceant*, & notat *Theſaurus ſup. cap. 16. nu. 9. verſ. nota ſecundò*) tamen non remaneat
502 priuatus priuilegio canonis, quòd eſt ſemper coniunctũ cum charactere, qui certũ eſt quòd imprimatur hoc caſu, cùm factum teneat, & ſi remaneat ſuſpenſus quoad executionem, *Sanchez lib. 7. opuſculorum moralium cap. 1. dub. 10. num. 14.* qui ſic debet intelligi, quando *n. ſeq.* generaliter ſubdit, ordinatum abſque licentia proprij Ordinarij, non gaudere priuilegio clericali, & *Marchinus de ordine tract. 2. p. 1. cap. 15. difficult. 16.* è contrà docens, accipiẽtẽ tonſurã ab alieno ſinè dimiſſorijs proprij, gaudere priuilegio fori, & canonis, contrà id, quod dicit *tract. 1. p. 5. cap. 11.* vbi loquitur de priuilegio fori, ſicut etiam loquitur *Nouarius in ſumma*



Digitized by Google

*Bullarum veterum*, *& recentiorum tit. de or-*
*dinatis extra tẽpora, n. 23.* vbi quòd d. priuatio
503 priuilegii clericalis nõ habeat locũ in or-
dinatis abſq. litteris dimiſſorijs, quòd probat
etiã cõtrà *Dianã Theſaur. ſup. in primo nota-*
*bili*, quia diuerſũ, & grauius crimen eſt fal-
ſantis dimiſſorias (cum adſit crimen falſi in-
ducens in famiam, & irregularitatem, ac
ſit depoſitione dignum, in cuius depoſi-
tionis locum, ſuccedit hodie damnatio ad
triremes, vt per *Theſaurum loco ſuprac.* quæ
pæna poteſt irrogari ab illo Epiſcopo, cuius
iuriſdictio eſt offenſa per fabricationem di-
ctarum dimiſſoriarum falſarum, vt per *No-*
*uar. ſup. nu. 14.*) & ideo adeſt ſpecialis ratio,
quare ordinatus cum dimiſſorijs falſis, non
non autem ordinatus ſinè dimiſſorijs com-
prehendatur in dicta Bulla, intellige quòad
addita in eadem Bulla, prout eſt priuatio
priuilegij clericalis. quòad forum, quia ex
*Sacro Concil. Trident. ſeſſ. 7. cap. 10. de refor-*
*matione*, vt aliàs dixi ſuo loco, tantum pri-
uantur dicto priuilegio ſic tonſurati cũ di-
miſſorijs Capituli ſede vacante, & ſic debent
intelligi *Quaranta verbo ordo verſ. ſecundo,*
*limita, & Marchinus ſuprac. c. 11. ſub nu. 10.*
qui ſimpliciter aſſerunt, ordinatum ſine di-
504 miſſorijs eſſe priuatũ priuilegio clericali,
præſertim in criminalibus, in puncto, quòd
tales ſine dimiſſorijs ordinati, non priuen-
tur priuilegio fori de iure communi, notant
*Squillantes*, *& Nouarius locis ſupracit. De iu-*
*re etiam Concilij Trident.* patet, nam *ſeſſ. 14.*
*cap. 2.* vbi loquitur etiam de ſic ordinatis ab
505 Epiſcopo Titulari, ſolũ imponitur contra
ſic ordinatos pæna ſuſpenſionis ipſo iure ad
arbitrium ſui Prælati, & *ſeſſ. 6. cap. 5.* idem
dicitur de ordinato ab Epiſcopo exercente
pontificalia in aliena Diæceſi abſque licen-
tia Ordinarij. Quid autem dicendum de or-
506 dinatis cum dimiſſorijs veris, ſed ſubre-
ptitijs, ideſt ob falſam, & doloſam ſugeſtio-
nem factam Epiſcopo, *Theſaurus cit. c. 16.*
*ad finem.* dicit, communiorẽ ſententiã eſſe,
quòd ob hanc cauſam non reddantur dictæ
litteræ dimiſſoriales nullæ; & per conſe-
quens tales non incurrere pænas promoti
ſine dimiſſorijs, & ſinè licentia proprij or-
dinarij, fatetur tamen contrariam opinionẽ
eſſe probabilem. Quærunt etiam Doctores
an ordinatus ſine dimiſſorijs, vt ſuprà, ſit ca-
507 pax beneficij? & *Sanchez ſuprac. lib. 7.*
*opuſculorum moral, c. 1. dub. 20. num. 16.* re-
ſpondet negatiuè, ſubditq. collationem be-
neficij factam à S. Pontifice huic tali, eſſe iu-
dicandam ſubreptitiam, ſi non eſt expreſsũ
in ſupplicatione, quòd fuerit ordinatus à nõ
ſuo, &c. *Marchinus* verò *cit. c. 11. n. 9.* docet,
talem eſſe incapacem beneficij recipiendi,
non tamen priuatum ipſo iure beneficio iã
obtento, fundant enim talem incapacitatẽ
in ſuſpenſione ab vſu ordinis, quod funda-
mentum non eſt ita certum, quin non ha-
beat ſuos contradictores, vt fatetur idem
*Marchinus ſuprac. num. 10. ad finem.* Vndè
508 certius hoc dixerim de ordinato cũ falſis
dimiſſorijs, quia per Bullam S.D.N. Vrba-
ni VIII. priuantur priuilegio fori, & eos vult
ſubiacere, ſicut antea poteſtati ſæculari, ex
quibus ſatis clarè infertur dicta incapacitas,
& priuatio ipſo iure de beneficio obtempto
poſt tonſuram ſic acceptam: nã aliàs ratio-
ne beneficij, poſſet conſequi exemptionẽ
à foro ſæculari, qua priuatur per dictã Bul-
lam, & quòd vna via prohibetur, non cen-
ſeri debet alia via permiſsũ, vulgatis iuribus.
Quæres an Epiſcopus poſsit diſpenſare di-
ctum ordinatum abſque licentia ab alieno,
509 ad acquirendum beneficium? Reſpondet
*Sanchez ſuprac. dub. 20. num. 19.* Negatiuè,
ſed immeritò quidem, cùm Epiſcopus ex
Concil. Trid. poſſit ad ſui arbitrium non ſo-
lum abſoluere à ſuſpenſione, vt dixi *ſup. nu.*
*447.* ſed etiam diſpenſare in irregularita-
te contracta ob exercitium ordinis cum di-
cta ſuſpenſione, nàm licèt Sixtus V. abſolu-
tionem, & diſpenſationem iſtam ſibi reſer-
uaſſet, tamen Clemens VIII. dictã conſtitu-
tionem Sixti, reduxit ad terminos ſacrorum
canonum, conſtitutionis Pij II. & Concil.
Tridẽt. excepto caſu de ordinato ſimonia-
cè, vt eſt videre in ead. Bulla, vbi inſeritur
Bulla Sixti V. relata per *Quarantam verbo*
*ordo.* Ac certum eſt, neq. per Concil. neq. per
Pium II. neque de iure communi, talem ab-
ſolutionem, vel diſpenſationem eſſe reſer-
uatas ergò neq. diſpenſationẽ pro acquiren-
do beneficio. Accedat quòd Paulus V. qui
fuit poſt Clementem VIII in *Regula cancel-*
*lar. 23. apud Nouarium ſuprac. loco ſui Bul-*
*lar. num. 3.* præcipit, in hoc obſeruari debere
conſtitutionem Pii II. in qua eſt dicta ſuſpẽ-
510 ſio, ac irregularitas nõ eſt reſeruata, vt pa-
tet ex eius lectura, & notat *Bonac. to. 1. diſp. 3.*
*q. 1. p. 1. n. 11.* Vnde miror quomodò ita cer-
tè idẽ *Bonacina loco ſuprac. p. 11. ad finem, &*
*Marchinus cit. c. 11. num. 5.* tribuant hanc fa-
cultatem Epiſcopo; tantum quando caſus
eſt occultus, cum diſpoſitio *Trident. ſeſſ. 24.*
*c. 6.* ſit circà cenſuras, & irregularitates S.P.
reſeruatas, & qñ caſus nõ eſt reſeruatus S.P.
põt abſolui ab Epiſcopo tã vbi eſt occultus,
quàm vbi eſt manifeſtus. Ratio autem, qua
contrariũ probat *Campanilis poſt Catechiſm.*
*Neap. Rubr. 7. ſtidiurſorij c. 4. n. 2.* quòd hæc
ſuſpenſio, & irregularitas ex eo quia nõ ſit
per Pium ſecundũ reſtricta ad certum tem-
pus, ſed perpetuò lata, ideoq. non poſsit ab-
ſolutio, neque diſpenſatio dari, niſi à S. Põ-
tifice, nõ eſt certa, & de ſuſpẽſione loquen-
do, patet quia qñ illa eſt lata ad certum tẽ-
pus, tūc nõ poteſt abſolui intrà illud tẽpus,
niſi à conditore canonis, vt dixi ſup. *n. 468.*
quan-

Digitized by Google

511 quando verò imponitur abſolutè abſque
reſtrictione temporis certi, tunc habet locū
doctrina, de qua ſuprà, quòd ſcilicèt vbi
non eſt ſuſpenſio reſeruata à conditore ca-
nonis, poſſit ab ea abſoluere Epiſcopus, aliuſ-
que Prælatus habens iuriſdictionem epiſco-
palē, & ſi ex quo ſuſpenſionis abſolutio non
prærequiratur neceſſariò ad abſolutionē pec
catorum, non poſſit abſoluere ab illa quili-
bet cōfeſſarius expoſitus, vt dicitur de excō-
municatione; ita contrà *Suarez, Fabrum, &*
*Turrianum* poſt alios plures *Diana p.5. tract.*
*10. reſol.23.* qui benè declarat *p.4. tract.4. re-*
512 *ſol.105.* id quod dicitur de confeſſario, nō
procedere in eo, qui habet facultatem gene
ralē circà cēſuras v.g. ratione Bullæ cruciatæ,
iubilei, vel priuilegiorum, quibus fruuntur
Regulares, quo caſu ſubdit, poſſunt cōfeſſarii
ſecundum probabilem ſententiam etiam di-
ſpenſare in irregularitate contracta ex vio-
latione ipſius ſuſpenſionis per exercitium
ordinis, & ſi fateatur contrariam ſententiā
eſſe communiorem, & probabiliorem, & in
puncto, quòd ratio *Campanilis* procedat
duntaxat quando expreſsè additur, *quòd*
*perpetuò duret*, aut *quòd non relaxetur*,
vel *ſine ſpe relaxationis*, ex quo illo caſu ſit
vera cenſura, & non pura pæna, probat poſt
alios *Layman lib.1. ſuæ Theologiæ moralis tr.*
*5. par.1. cap.3. num.3.* Quòd autem idem dici
debeat de irregularitate, licèt iure ordina-
rio non poſſit, quando non eſt occulta, di-
ſpenſari niſi à Papa, poteſt probari ex eo,
513 quòd dicta irregularitas imponitur in dicta
Bulla tamquam acceſſorium ipſius ſuſpen-
ſionis, ergò ſi non eſt reſeruata ſuſpenſio re-
ſpectu Epiſcopi, neque etiam irregularitas,
Conſequentia patet ex regula ſatis vulgata,
acceſſorium ſequi naturam ſui principalis.
Confirmatur ex opinione, quam dixi proba
bilem ſupra *recoll.1. ſub num.40. iuncto num.*
*53.* quòd ſcilicèt conceſſa facultate circà ali-
cuius cenſuræ abſolutionem, cenſeatur cō-
ceſſa etiam facultas diſpenſandi circà irre-
gularitatem incurſam ob eius tranſgreſsio-
nem, quia hoc caſu potius eſt pæna, quàm
impedimentum eccleſiaſticum, vbi refero
*Conejo apud Dianam p.4. tr.4. reſol.81.* lo-
quentem de eo, qui ante ætatem ordinatus
celebrauit, qui caſus æquiparatur caſui no-
ſtro, cùm ſimul cum illo, & ordinato extrà
tempora, coniungitur à Pio II. in ſæpius ſu-
pracitata Bulla, hic caſus de ordinato ſinè
dimiſſoriis, ideòque ſi hoc eſt verum de
confeſſariis virtute conceſsionis generalis,
(excepto Iubileo vt dixi ſuo loco) tātò magis
hoc poteſt dici de Epiſcopis, vt ſcilicèt con-
ceſſa ſibi facultate abſoluendi à cenſuris,
poſsint etiam diſpenſare in irregularitate
contracta ex illarum violatione, quòd maxi-
mè affirmandum eſſe puto in caſu noſtro
ex eo, quòd in eadem Bulla, ſimul contrà di
ctos ordinatos fertur ſuſpenſio, & irregula-
ritas, quod indicat, non ſolum dictam irre-
gularitatem eſſe acceſſoriam dictæ ſuſpen-
ſioni, vt dixi (& ſi hoc neget generaliter lo-
quendo de irregularitate reſpectu cenſuræ,
*Suarez tom.4. de Religione lib.9. cap.2.*) ſed eſ-
514 ſe quoq; connexā cū ipſa ſuſpenſione, &
connexorum, vt aliàs dixi, idem debet eſſe
iudicium, fauet *Paſcerius in ſua praxi Epiſco-*
*pali p.1. cap.1. ſub num.58.* ibi *abſque dimiſſo-*
*riis à non ſuo Diæceſano, vel extrà tempora à*
*iure ſtatuta, per Epiſcopum quoque diſpenſari*
*poteſt c. conſultationi, iuncta gloſa in verbo po*
*terit de temporibus ordinat. Nau. conſ.38. eod.*
*tit. Nec Bulla Pii II. ſuſpenſionem in talibus,*
*Papa reſeruat*, hæc *Paſcerius*, qui notanter
vtitur verbo *diſpenſare*, vt ſignificet non ſo-
lum Epiſcopum poſſe abſoluere à ſuſpen-
ſione, ſed etiam diſpenſare in irregularitate
connexa dictæ ſuſpenſioni per Pium II. vt
dixi ſuprà. vide *infra n.556.* Aliam rationem
affert ipſe *Campanilis ſub num.4.* pro ſua
ſentētia, & eſt, quòd moderatio Clem. VIII.
conſtitutionis Sixti V. non ſe extendat ad
515 reſeruationē dictæ ſuſpenſionis, eo quod
ſit tantum quòad pænas, & cenſuras, & re-
ſeruatio non eſt neque pæna, neque cenſu-
ra, nā (prætermittendo, hanc ſuam doctrinā
eſſe contra omnes authores ſupracitatos,
quibus accedit *Diana alios citans p.5. tract.*
*10. reſol.31.* qui docent, per dictam modera-
tionem fuiſſe ſublatam reſeruationem Sixti
V. item quòd non eſt ita certum, hanc re-
ſeruationem non eſſe pænam, vt infrà cùm
*de caſibus reſeruatis*, Deo dante, videbitur)
ſi hæc ſua ratio ſubſiſteret, neque Epi-
ſcopus poſset abſoluere, & diſpenſare etiā
quando caſus eſt occultus, vt ipſe doctiſ-
ſimus auctor ſupponit, cùm in dicta Bulla
Sixti V. *verſ. vt autem* prohibeatur expreſsè
Epiſcopis abſoluere, & diſpenſare, etiam vi
*Concilii Trid. ſeſſ.24. cap.6.* & ſic quando
caſus eſt occultus. Nec inſtare poteſt, quòd
ex eo, quia per dictam moderationem, fuit
conſtit. Sixti V. redacta ad terminos Concil.
Trident. ideò liceat Epiſcopo vigore *eiu. cap.*
*6. eiuſdem Concil.* abſoluere quando caſus eſt
516 occultus, quod etiā videtur aſſerere *Bar-*
*boſa infra cit. allegat.8. n.12.* Quia reſpōdetur,
dictam inſtantiam poſſe procedere, quando
moderatio reduceret dictā conſtitutionem
Sixti V. ad terminos Concilii tantum, itē
quòd in dicto Concilio nō eſſet caput ſpe-
ciale, vbi ſit ſermo de ordinatis abſque di-
miſſoriis. At in caſu noſtro, dicta moderatio
non ſolum reducit dictam conſtitutionem
ad terminos Concilii, ſed etiam conſtitu-
tionis Pii II. vbi fertur ſuſpenſio non reſer-
uata pro ſuſcipientibus ordines ſacros ſine
dimiſſoriis, & in *Concilio Tridentino ſeſſ.23.*
*cap.8.* fertur contra eoſdē ſuſpenſio reſerua-
ta ad arbitrium Epiſcopi pro ſuſcipientibus
etiam ordines minores, vt ſuprà dixi, & ibi
citatis accedunt *Cherubinus ſcholio 2. a l cit.*
*Bull.*

Digitized by Google

Bull. Pij II. & Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcopi alleg. 8. num. 9. (vbi n. 10. quòd laicus ſuſcipiens primam tonſuram abſque dimiſſorijs ab alieno non incurrat aliquam cenſuram, ſed tantùm veniat puniendus arbitrio Epiſcopi ſui) Conſequentia probatur primò, nã cùm facta eſt reductio non ſolum ad terminos Concilij, ſed etiam conſtitutionis Pij II. cenſetur facta ad terminos eius loci Concilij, qui loquitur eodem modo cum conſtitutione Pij II., & non alterius loci, vbi generaliter loquitur Concilium de abſolutione caſuum S. Pontifici reſeruatorũ, ex regula tex. in l. ſi idem §. fin. de iuriſdictione omnium
517 iudicum. vbi quòd relatio ſit facienda ad proximiora. Quis enim negabit, proximiora eſſe illa, in quibus ſpecialiter agitur de ordinatis ſine dimiſſorijs, & remotiora, vbi generaliter tribuitur facultas Epiſcopis abſoluendi ab occultis in caſibus S. Pontifici reſeruatis. Ex qua ſpeciali ratione, confirmatur id, quod ſup. n. 503. dixi, cõtra aliquos auctores exiſtimãtes, ordinatos ſine dimiſſo-
518 rijs eſſe priuatos priuilegio clericali, ex eo quòd moderatio dictæ conſtitutionis, illam reducat ad terminos Concilij Trid. & in eod. Concil. ſeſſ. 7. cap. 10. ita multentur ordinati ordinibus minoribus, aut prima tonſura cum dimiſſoriis capituli ſede vacante, intrà primum annum, de qua re egi ſuprà verbo capitulum ſede vacante, quibus ſuprà allegatis pro d. opinione, accedit Gherub. loco ſupra cit. ad finẽ. Ex quo n. habemus aliũ locũ Concilii, ad quem poteſt, & debet referri dicta moderatio, vt dixi proximè ſuprà, in quo ſpecialiter agitur de ordinatis abſque dimiſſoriis ſui Prælati, & non fit mentio de priuatione priuilegij huius, non debemus dictam moderationem referre ad cit. cap. 10. vbi loquitur de caſu diuerſo, ſcilicet ordinato cum dimiſſoriis capituli ſede vacante, ex regula vulgata, quòd à diuerſis non fit illatio. Vnde rectè contrà Campanilem Riccium, & Macerat. poſt Molfeſ. concludit Nouarum ſumma Bull. veterũ, & recentiorum, cũ de ordinatis ext. tempora num. 8. abſolutionem huius caſus, vbi dimiſſoriæ non ſunt falſæ, ſpectare ad Epiſcopum, vel ad ſuperiorem, ad quem pertinebat dare dimiſſorias. Concedunt tamen auctores primæ opinionis, caſum hoc euentu iudicari occultum, quando eſt occultũ, quòd ordinatus fuerit abſq. dimiſſoriis, & ſi d. ordinatio fuerit publica, ita Cãpanilis loco ſupra cit. n. 5. qui ſimiliter ſubdit, ꝙ reſpectu irregularitatis, iudica-
519 tur caſus occultus, qñ excõmunicatio, ſuſpenſio, vel interdictum eſt occultum, celebratio verò publica, vt dixi ſup. p. 2. recoll. 9. num. 33. quibus ibi allegatis, accedunt alij authores, quos refert, & ſequitur Alzedus p. 2. ſua praxis epiſcopalis cap. 6. num. 55. Et quia circà hanc materiam, vidi ſepè dubitatum: An Epiſcopus Diæceſis vbi natus eſt, pater
520 ordinandi, non autem ipſe ordinandus, poſſit tamquam Epiſcopus originis ipſius filii legitimi, & naturalis, & ſi alibi nati, vel domicilium habentis, illum ordinare abſq. dimiſſoriis Ordinarii, vel propriæ ſuæ originis, aut domicilii, non deſinam hic, lectoris gratia, referre declarationem S. Congregationis ſæpius repetitam circà hoc particulare, his verbis tranſcriptam à Barboſa in collect. Bullarum, & decretorum verbo ordinare, ibi ordinari poteſt ab Epiſcopo originis paternæ, tametſi pater tempore natiuitatis illius filij ad aliam diœceſim tranſtulerit domicilium, de qua poſt Dianam noſtrũ, facit mentionẽ poſt hæc ſcripta Marchinus de ordine tr. 1. p. 5. cap. 6. num. 15. Vbi latè tractat hunc articulum, & poſt relatas tres opiniones circà illũ, tandem concludit cum dicta declaratione, & cũ alia declaratione recentiori, in vna. Cauen. vbi fuit dictum, hanc opinionem procedere, etiam in caſu, quo dictus filius non ſolum alibi moraretur, & ibi domiciliũ
521 cotraxiſſet, ſed etiam ibid. primam tonſuram, minores ordines, & beneficium recepiſſet.

Ordinans ſcienter aliquem maioribus ordinibus ante legitimam ætatem, non incurrit ſuſpenſionem ipſo facto à collatione
522 ordinum, ſed venit ſuſpendendus: ita Toletus. lib. 1. cap. 56. ſub nu. 3. & ante eum Silueſter verbo ordo 3. ſub num. 8. Maiolus, & alii, quos ſequitur Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſiaſticis cap. 1. num. 5. verſ. de iure autem communi, & clarius Barboſa de officio, & poteſt. Epiſcopi allegat. 16. n. 8. & 9. Quidquid Marchinus de ordine tract. 1. par. 5. cap. 3. nu. 17. qui & ſi concedat, eſſe diſſenſionem inter Doctores, an in infrac. cap. vel non eſt compos pro hoc caſu imponatur ſuſpenſio latæ, vel ferendæ ſententiæ: ſubdit tamen, hodie eſſe ipſo iure ſuſpenſum, & ſi miniſtret in ſuo ordine, fieri irregularem, inquiens, id ſe colligere ex conſt. Pii II. Alexandri VI. & Innocentii VIII. Sed Pius II. in ſua conſt. incip. cum ex ſacrorum, de qua ſuprà ſæpè feci mentionem, loquitur tantum de ordinato, non autem de ordinante, & Bonifacii VIII. conſtitutio in cap. fin. de temp. ordinat. in 6. tantũ loquitur de conferente primam tonſuram infanti, qui eſt caſus diuerſus, vt infrà, cõſtit. Alex. VI. non inuenire potui. Hãc eandem ſententiam docuit antea Campanilis in ſuo diuerſorio iuris canonici Rub. 7. c. 4. n. 8. & 6. vbi fatetur, poſt Tabienã, & Maiolũ vigore d. cap. vel non eſt compos, quòd eſt Honorij III. dictum ordinantem eſſe tantum ſuſpendendum, & per conſequens celebrando, nõ incurrere irregularitatem, tamen ſubdit, quòd vigore conſt. Sixti V. cõtrà male pro-

motos

Digitized by Google

motos, de qua ſuprà, qui ordinaret adhuc ætatem requiſitam non tangentem, eſſet ipſo iure ſuſpenſus à collatione ordinum, quorumcunque, & ab exequutione omniũ munerum pontificalium, tùm ſi ſacros, tùm ſi minores ordines conferret, ſed videte eundem authorem *ibidem num.* 7. *ad finem.* vbi mutare videtur ſententiam, his verbis. *Prædicta verò tradita ob Sixti legem, corruunt hodiè propter reuocatoriam Clementis VIII, & nimirum viget ſuſpenſio; de qua in adducto cap. vel non eſt compos: nam Concil. nullam hôc caſu apponit pœnam, neque conſtitutio Pij II. aduerſus ita promotos tantum loquens.* Primam opinionem *Campanilis* ſequitur etiã *Nouarius in Bullar. tùm de ordinatis extra tempora n.*4. & ſi ex errore citet conſtitutionẽ Clem. cùm vellet citare Bullã Siſti V. relatam à Clem. ideoque eadem ratione refellitur. Confirmatur noſtra concluſio ex eo, quia authores, qui enumerant ſuſpenſiones, quas incurrunt Epiſcopi reſpectu malæ ordinationis, non enumerant hũc caſum, vt videre eſt apud *Fillinccium lib.*17. *cap.*8. *Bonacinam tom.*3. *diſp.*3. *q.*2. *Reginald. lib.*32. *tr.*2. *ſect.*1. & alios, & tamen enumerant caſum, vbi Epiſcopus præſumeret ordinare prima tonſura infantem, niſi ratione
524 ingreſſus in Religionem id fieret, tunc. n. incurreret ſuſpenſionem per annum à collatione primæ tonſuræ, ex Bonifacio VIII. in *ſuprac. cap. finali de temporibus ordinat.* Nec primus caſus reuocari poteſt ad caſum tex. in *can. ſi qui Epiſcopi* 1. *q.*1. vbi quòd Epiſcopus
525 ordinans indignum, incurrat ſuſpenſionem à collatione omnium ordinum, (vel tantum ordinis ſacerdotalis, ſecundum alios) quia præterquàm quòd talis ſuſpenſio non incurritur in collatione cuiuſlibet ordinis, ſed tantum ſacerdotalis, eſt quoque opinio probabilis *Suarez*, quem ſequitur *Bonacina cit. q.*2. *p.*3. *num.*2. dictam ſuſpenſionem non eſſe latæ, ſed ferendæ tãtũ ſententiæ, quã ſententiã ſequitur *Theſaur. verbo ordo cap.*10. & ita intelligendus eſt *Fillincius loco ſuprac. num.*179. dum poſt *Sayrum* aſſerit, quòd quoties ordinatus propter malam ordinis promotionem eſt ſuſpenſus, tunc etiam Epiſcopus ſi ſcienter illum promouit, eſt ſuſpenſus à collatione ordinis ſacerdotalis. Dixi *ordinibus maioribus*, quia
526 quoad minores ordines, & primam tonſuram, non eſt præſcripta certa ætas, ſed ad hoc vt pro eis ſit legitima, ſufficit ſi ſit poſt ſeptennium completum, vt per Doctores ſupracitatos, & *Sanchez lib.*7. *opuſcul. moral. c.*1. *dub.*33. *& ſeq.* eſtq. verior ſenſententia vt teſtatur *Marchinus tr.*1. *de ordine par.*5. *c.*2. *num.*14. ordinatus autem ante vſum rationis recipit characterem; cùm vſus rationis non ſit de neceſſitate ſacramenti, ideoque
527 gaudet priuilegio canonis, & fori, ita poſt *Nau. Rodriq. p.*1. *ſumma cap.*65. *num.*2. De priuilegio fori, loquitur *Barboſa alleg.*8. *nu.*18. *& Nouar. ſup. num.*25.

Ordinatus autem ſcienter ordinibus maioribus ante legitimam ætatem, ſuſpenſus eſt ipſo iure ab exequutione ordinis ſic ſuſcepti, & hoc nõ ex iure cõmuni, *ſ. cit. c. vel non eſt compos, de tẽp. ordinat.* quo inſpecto nõ ſolum eſt probabiliſſimũ, vt dicit *Bonacina loco infrac.* ſed etiam eſt communis ſententia, vt poſt *Nau.* teſtatur *Campanilis in ſuo diuerſorio iuris canonici rubrica* 7. *c.*4. *ſub n.*8. ꝙ duntaxat ſit ſuſpendendus. Sed benè inſpecta Bulla Pij II. incip. *ſacrorum.* ſuprà ſæpius citata, confirmata à Clemente VIII. in moderatione cõſtitut. Sixti V. & à Paulo V. *in regula Cãcell.*23. de qua ſuprà, ita *Campanilis cit. n.*8. *ad fin.* & citatis *D. Anton. Couarr. Nau. Diaz. Suar. & Alterio, Bonacina to.*3. *diſp.*3. *q.*1. *p.*1. *n.*1. *cum alijs infracit.* communiter. Dixi primò *ſcienter*, quia ad incur-
528 rendã hanc ſuſpenſionem requiritur temeritas, vt ſuprà dixi *concluſ. præced. ſub nu.* 472. ex illis verbis Bullæ Pij II. *Nos eorundem temeritatem, &c.* & proinde excuſat ab illius incurſu ignorantia craſſa, & ſupina, quibus illic allegatis, accedit poſt alios *Diana p.*3. *tr.*4. *reſol.*32. quibus addo *Campanilem loco ſuprac. num.*11. vbi quòd requiratur contemptus. *Beyam par.*1. *reſponſ. caſ. conſcientia Bonon. caſu* 34. *verſ. non quidem,* qui requirit ad hoc dolum, & ſic ignorantiam affectatã, & *Nouar. in ſumma Bullar. cum de ordinatis ex. tempora num.*20. Quidquid contrariam ſententiam *Layman, Miranda, & Bonacina*, docentium, non excuſare ignorantiam quando non ſit affectata, dicat veriorem, & tutiorem *Theſaurus verbo ordo cap.*1. *num.*2. *lim.*3. nàm licèt ſit tutior, quia vt ait *Campanilis loco primo cit. ad fin.* licèt ſoleat ſæpè petere diſpenſationẽ à S. Pœnitentiaria iſti ſic ordinati, tñ id faciũt forſan ad tollẽdos ſcrupulos. Nã adeò eſt verior noſtra ſententia, vt pro ea Rota tenuerit, in illa Aquen 14. Maij 1607. coram Caualerio, quam refero de verbo ad verbum *in meo tract. de off. Cappellani q.*4. *praxi* 6. *num.*9. *& ſeq.* vbi expreſsè ſupponit Rota, ad incurrendã, tã iſtam ſuſpẽſionẽ, quàm celebrando cũ ea, quoq. ir-
529 regularitatem, requiri, *ipſum dolosè, & in contemptum ſuſcepiſſe ſacros ordines, & miniſtraſſe in ijs, non ſolum de iure communi, ſed etiam ex ipſa conſtitutione Pij II.* vbi quòd dictus dolus, vel contemptus excludatur, ſtante atteſtatione matris, quæ illi aſſerebat habere legitimam ætatem, vt erat in caſu deciſionis. Vndè nõ per hoc excluditur, quòd ſi aliàs aliorum parentum, vel ſuperioris teſtimonio, vt ait *Marchinus ſuprà nu.*10. vel etiã ex animi ſimplicitate, exiſtimans ætatẽ legi-

Digitized by Google

legitimam,& completam attigiſſe, vel ignorans legem, id prohibentem ſub pæna ſuſpenſionis (vt inquit *Bonacina cit. p. 1. ſub nu. 3.* & ſi contrarium doceat *Quaranta verbo ordo verſ. notandum fol. mihi 377.*) nõ etiam excuſaretur à dicta ſuſpenſione, & irregularitate, imò etiam ab excommunicatione,
530 quam Epiſcopi ante ordinum celebrationem, promulgare ſolent in eos, qui à iure prohibiti, ad ſuſcipiendos ordines accedere audent, ita *Beya ſuprac. caſu 34. in principio.* proſequitur *Cãpanilis cit. n. 11.* ideſt quando ſumus in foro conſcientiæ, in quo ſufficit d. bona fides, vt loquũtur Doctores, quãdo ve-
531 rò verſamur in foro externo, debet oſtẽdere ordinatus, cuius aſſertioni ipſe credidit, vel ſi ordinem ſuſcepit, putans vt ſuprà, etiam cum ignorantia vincibili habere legitimam ætatem, debet iuramento dictam bonam ſuam fidem probare, iuxtà ea, quę aliàs dixi de ignorantia loquendo *ſup. recoll.* 1. imò cùm ad incurrendam dictam ſuſpenſionẽ, requiratur ſciẽtia, & dolus, vt ſup. dixi, debet fiſcus probare ſcientiam ordinati ante legitimã ætatẽ, quando ordinatus allegat ignorantiam, iuxtà ea, quæ tradit *Coccinus deciſ. 239.* & in terminis ordinati cum falſis dimiſſorijs, diſcurrit *Nouar. in ſumma Bullar. vet. & recent. cùm de ordinatis ex. tempora num. 15.* Dixi *ordinibus maioribus*, quia ſic re-
532 cipiens ordines minores, nullam incurrit ſuſpenſionem, nam conſt. Pij II. quæ hodiè debet attendi in iſta materia, loquitur ſolũ de ſuſcipiente mala fide ordines maiores. *Cherubinus in ſcholio 2. ad dictam conſt. Pij II. Toletus, Suarez, & Quaranta*, quos ſequũtur *Bonacina ſup. num. 2. Marchinus nu. 9.* & *Theſaurus ſuprac. cap. 1. num. 3.* Quidquid *Campanilis in ſuprac. cap. 4. num. 9. ad finem.* contrarium defendat, innixus in cõſtitutione Sixti V. quæ (vt Doctores citati pro ſententia noſtra, quam fatetur ibid. *Campanilis* eſſe communem) abrogata fuit per Clem. VIII. Et nota, differre in hoc ſuſpenſionem latam contrà ordinatos ſine dimiſſorijs, de qua cõcluſione præcedenti, & ordinatos ante legitimã ætatẽ, nã primo caſu pæna & ſi non incurratur à ſuſcipiẽtibus ordines minores vigore conſt. Pij II. (vbi ſimul fertur cõtrà ambos) tñ incurritur vigore *S. Cõcil. Trid. ſeſſ. 23 cap. 8.* quòd tantum loquitur de ordinatis abſque dimiſſoriis, cui vt ſuppono pro certo, non derogatur per regulam Cancellariæ Pauli V. ſuprà relatam, ex quo non adſit ibi clauſula, quæ ſufficiat ad derogationẽ Concilii præfati, & indicat idẽ *Cãpanilis cit. n. 9.* Secundo verò caſu, quia ſuſpẽſio tãtũ incurritur, vt dixi, attẽta dicta conſtitutione Pii II. nec de ea fit mentio in *Concil. Trid.* erit tantum pro ordinibus maioribus, & ſic debet intelligi *Diana p. 5. tract. 10. reſol. 30. ad fin.* vbi poſtquã loquẽdo tã de prima, quã de ſecũda ſuſpẽſione, ſicut etiã de illa in ead. cõſt. Pii II. lata contrà ordinatos extrà tẽpora, dixerat, illã nõ afficere ordinatos minoribus ordinibus, ac prima tonſura, inſpectis verbis Bullæ Pij II. Subdit *ſic ordinatos, tamen ſuſpendi ex Concil. Trid. vbi ſup. ab ordinũ exequutione, quandiù Ordinario videbitur.* Dixi tertiò *ab exequutione ordinum*, intelligendo de ordinibus ſuſceptis ante dictam ætatem legitimam, non autem de alijs ordinibus
533 prius ritè ſuſceptis, ideòque qui Præsbiteratum antè legitimam ætatem ſuſcepit, non repellitur ab exequutione Diaconatus, vel Subdiaconatus legitimo tempore ſuſcepti, ſed tãtũ à celebrat. miſſ. & audition. confeſſionũ, ſicut qui Diaconatũ ſuſcepit ante legitimam ætatem ſuſpenſus eſt ab officio Diaconatus, & non poteſt promoueri ad Sacerdotiũ, ita poſt *Alterium, & Filliuccium, Bonacina ſuprac. puncto 1. num. 8. per totum* vbi teſtatur de communi, contrà *Nauarr. Auilam, & Rodriq.* fundantes ſe in conſtitutione Sixti V. quæ vt dixi fuit moderata per Clem VIII. Dicit eã probabilem *Diana p. 3. tract. 4. reſol. 182. ad finem.* illamque poſtea confirmat, addendo pro hac ſententia, *Scortiam p. 5. tract. 10. reſol. 35.* contra *Villalobos* quẽ *primo loco* citauerat pro noſtra ſentẽtia, teſtatur de valdè probabili *Marchinus cit. c. 3. num. 8.* & ſequitur *Theſaurus cit. cap. 1. in 1. limit.* Hæc concluſio ſic declarata, amplia-
534 tur primò etiam ad Regulares, non obſtantibus quibuſcunq. priuilegijs, & ſi enim in dicta Bulla Pii II. fiat tantum mentio de clericis, tamen ex eo quòd ſimus in materia, quę ęquè reſpicit clericos, ac Religioſos, nomen clerici extenditur ad Religioſos, accedat, quòd de eis fit expreſſa mentio in Bulla Sixti V. quæ in hoc cùm exprimat, quòd tacitè continebatur tàm in ſacris canonibus, quàm in Bulla Pii II. non eſt reuocata. ita *Marchinus cit. c. 3. n. 6. & 7.* ante eũ *Cãpanilis Rub. 1. c. 3. n. 29.* & in *Cõcil. Trid. ſeſſ. 23. c. 12.* expreſsè dicitur, Regulares debere habere eãdẽ ętatẽ. Ampliatur ſecundò, vt ab hac ſu-
535 ſpẽſione nõ excuſet paruitas materię, ideſt defectus etiã vnius diei, vel etiã vnius horæ. pro dicta ætate legitima, ſcilicèt de anno 21. pro Subdiaconatu. 22. pro Diaconatu, & 24. pro Sacerdotio, completis, cùm debeat eſſe annus 22. 23. 25. inceptus, quia in S. Concil. Trident. expreſsè dicitur, quòd *nullus in poſterum ad Subdianonatus ordinem antè vigeſimum ſecundum, ad Diaconatus ante vigeſimũ tertium, ad Præsbiteratus, ante vigeſimum quintum ſuæ ætatis annũ promoueatur.* quæ verba declarauit S. Congregatio, intelligi de dictis annis inceptis, & ſic docent communiter Doctores, vt teſtatur *Villalobos p. 1. ſumma tract. 11. difficul. 11. num. 2. Bonacina ſuprac.*

Digitized by Google

prae.p.1. num.4. ad finem. & Sanchez lib.7. opuſcul.moral.cap.1.dub.33.num.6.& 7. Vndè ſicut defectus,non ſolum diei, ſed horæ, non facit,quin ad hūc effectū aliquis habeat dictos annos completos, & per conſequens, quòd ordinatus die vel hora ante completum annum 21.non euadat ſuſpenſionem, vt præter Villalobos loco ſuprac. loquentem de eo, qui cum veſpere, vel nocte introiret
536 in 23. annū, mane eiuſdem diei ordinem Diaconatus ſuſcepit(cōtrà Ledeſmam,ibi ab eo relatū,quē ſequitur Diana p.2.tr.2.miſcellaneo reſol.29.cuius opinio nón eſt omninò improbabilis, vt eam more ſuo, iudicat Manriquez loco infrac. nam Marchinus ſup. cap.4.n.27. ita in hac re eſt anceps, vt reliquerit id aliis conſiderandum, & Gratianus in diſcept. forenſibus cap. 453. num. 16. id probat de anno probationis.) Notat Bellettus p.2.ſua diſquiſitionis clericalis §.27.n.7. cum aliis allegatis à Manriq.p.2. ſuarum qq. vicarialium q.42. fauent quæ dixi in meo tr. de officio Cappellani q.4. praxi 1.num.76. lo-
537 quendo de anno probationis requiſito pro profeſsione valida emittenda, quæ pari paſſu ambulat cum iſta materia ætatis ad ordines requiſitæ, quia vtroque caſu annus computatur de momēto ad momentū, ratione, de qua ibi, quidquid Marchinus loco ſuprac. de hac paritate dubitet hoc caſu.Ita non eſt neceſſe,quòd per medium diem (vt loquitur Bonacina ſupracit.pun.1.num.4.)ſequentes anni ſint inchoati, nec quòd iam tranſacta ſit media nox diei, qua cōplentur anni prædicti, vt loqui videtur Sanchez ſuprac. dub.33. num.7. ibi v.g. hodie impletur ætas 24. annorum, poſt mediam noctem poteſt ordinari Sacerdos, ſed ſufficit vna hora illius diei, ad hoc vt ordinandus dici poſſit, quòd annum 21. v.g. expleuerit, & 22. attingat, vt benè Manriq.cit. q.42. ad finem. Quòd ſi annus ſit biſextilis tunc vtraque dies cōputetur pro vna,notat Bonac.ſuprac. p.1.num.5.latius Marchinus ſuprac.cap.4.nu. 24.& Nouar.in ſūma bullar.veter.& recent. cū de ordinatis extempora n.29.Si quæris quomodo computanda ſit dicta ætas? Reſpondeo, computandam eſſe ab hora natiuitatis,
538 non autem conceptionis, vt aliqui falsò dixerunt, ita generali vſu receptū eſſe,teſtatur Sanchez loco ſuprac. n.8.proſequitur aliis citatis,Bonacina cit.p.1.num.6.& ſic tranſacta eadem hora anni 21.computando annos,vt cōſtant diebus 365.pōt quis ordinari Subdiaconus,& ſi pro Diaconatu,& Sacerdotio,anni non ita computentur, ſed ab illo ſabato quatuor temporum, vel alia feſtiuitate, in qua fuit quis ordinatus, ad aliud ſimile ſabatū,vel feſtiuitatē ſequentis anni,quòd eſt di-
539 cere,pro Subdiaconatu attenditur annus ſolaris, pro aliis,ſufficit annus eccleſiaſticus: nam hic annus ſufficit ad curſum horum interſtitiorum,ita declaraſſe S.Congregationem, referunt Campanilis Rub.6.cap.3. n.12. Proſper de Auguſtino in add.fin. ad Quarātam verbo ordo,& Marchinus cit.p.5.c.4.n.20. apud quos alios antiquiores citatos reperietis. Concluſio ita ampliata, limitatur primò
540 in Epiſcopo conſecrato ante ætatem legitimam(ſcilicèt trigeſimum annum completum Alzedus p.1. ſua praxis epiſcopalis c. 3.num.22. quia non incurrit ſuſpenſionem, ex regula aliàs ſuprà tradita, quòd Epiſcopi
541 non incurrant ſuſpenſionē, niſi de eis fiat ſpecialis mentio, hanc eſſe probabiliorem ſententiam,teſtatur Bonacina ſuprac.p.1. nu. 10. proſequuntur poſt alios Marchinus ſuprac. cap.3. num.13. & Theſaurus eod. cap.1. Limitatur ſecundò, quòd taliter ſuſpenſus nō priuetur ipſo iure fructibus beneficiorū, quæ habet, ſed benè poteſt illis priuari: ita poſt alios Marchinus ſuprac. cap.3. n.5. quomodo fiat inhabilis ad beneficia obtinenda Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi alleg. 8.num.13. Circà irregularitatem, ſuppoſito enim hanc ſuſpenſionem eſſe propriè cen-
542 ſurā, & non purā pænā, vt contrà aliquos probāt, Suarez, & alij apud Theſaurum ſuprac limit.4. Sequitur, quòd eius violatione, quæ fit per miniſtrationem ordinis ſuſcepti ante legitimā ætatem, incurratur irregularitats. Dixi ob adminiſtrationem, &c. quia irregularitas hoc caſu nō contrahitur ex exercitio aliorū actuum, qui nō ſunt characteris, ſed dignitatis ſacerdotalis, vt ſedere inter Sacerdotes, habere vocē, &c. March.ſup. n.14. ſed tātū peccatū. Hierony.Rodriq.reſol.116.n. 12. Hoc ſuppoſito eſt prima difficultas. De ordinato vt ſup. mala fide, ſi poſtea purgato ꝑ pęnitētiā peccato illius malę ordinationis, bona fide, credēs nō eſſe illicitū, miniſtraret
543 in ordine ſuſcepto, an contraheret irregularitatem? Affirmat poſt Fuſcum, Campanilis Rub.7. cap.5. n.14. ideoque concludit, hunc debere petere diſpenſationem à S. Pōtifice, quia inquit, non debebat ignorare, quòd communiter omnes ſui ordinis ſciunt. Cōtrarium autem præter Nau. Salzed. Graff.& Couarr. allegatos per Campanilem, docet Auila apud Dianam p.5 tract. 10.reſol.32. ad fin. cui opinioni etiam videtur poſt Toletum, ſe ſubſcribere Quaranta verbo ordo verſ. quibus fic. & ſi tantum id admittat, quando taliter ordinatus putabat id ſibi licuiſſe, probabili ignorantia facti, ſecus ſi craſſa facti ignorantia, aut ex ignorantia iuris, & hoc ex eod. Toleto. teſtatur, ſequi tribunal ſupremi Pænitentiarii, contrà id, quod ſuprà dixi, ſcilicèt quòd hoc caſu, licèt dubium ſit ex verbis expreſſis d.conſtitutionis Pii II. an ad incurrendam ſuſpenſionem iſtam, requiratur præſumptio, tamen ſit certum ad incurrendam irregularitatem, requiri præſumptio-



Digitized by Google

ptionem, quæ non adeſt vbi non adeſt ignorantia affectata, & dolus, videte infrà *n.* 556. Secunda difficultas eſt de eo, qui bona fide fuit ſic ordinatus, ſed poſteaquã cognouiſſet ſuũ errorẽ, & ſic poſitus iã in mala fide, celebrauit in ead. ætate illegitima, an incurrat irregularitatem? Affirmat poſt *Medinam, & Rodriq. ſibi contrarium, Quaranta loco ſuprac. verſ. notandum.* quòd verum dicit *Hieronym. Rodriq. in compendio qq. regul. reſol.* 116. *num.* 4. vbi talis per iudicem ex ca- cauſa fuit ſuſpenſus. Contrarium tamen poſt *Nau. Sayrum, Toletum, Vgolinum, Suarez, Garziam, & alios,* docet *Bonacina cit. tom.* 3. *diſp.* 3. *q.* 1. *pun.* 1. *num* 3. vbi ſubdit, talem tantum hoc caſu peccare mortaliter, vt etiam docet *Barboſa ſup. alleg.* 16. *num.* 21. quòd nõ incurrat irregularitatẽ, probat ex eo, quia vt dixi etiã ſup. qñ quis bona fide ita ordinatur, nõ incurrit ſuſpenſionẽ, ergò neq. qñ miniſtrat in dicto ordine, violat illã ſuſpẽſionẽ, & per conſequens non incurrit irregularitatẽ, quòd autem peccet mortaliter, probat ex eo, quòd faciat contrà prohibitionem Eccleſiæ in re graui, & contrà irregularitatem quæ inducitur ex defectu legitimæ ætatis, hanc eſſe communem opinionem, & ita practicari, teſtatur *Diana p.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 182. &
545 ſi opinionem, quòd talis neque peccet mortaliter, dicat probabilem poſt *Ledeſmam ab eo citatum, verſ. Nota etiam,* quia non reperitur talis prohibitio, neque etiam irregularitas aliqua à iure impoſita contrà hunc ordinatũ ante legitimã ætatem, quòd videtur confirmare *tom.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 34. *verſ. nota etiã.* ſed dũtaxat *Cõcilium Tridentinũ loco ſuprac.* ſtatuit ætatem legitimam pro quolibet ordine ſacro, fauent *Filliuc. & Villalobos,* quos ſequitur idem *Diana p.* 4. *tr.* 2. *reſol.* 55. *verſ. notandum,* vbi quòd ordinatus ante legitimã ętatẽ, nõ incurrat irregularitatẽ, ſed tantũ ſuſpẽſionẽ. Sed immeritò, quia ſufficit ſi prohibeatur ordinatio ante d. ætatẽ, vt cẽſeatur prohibita celebratio *Villalob. tr.* 11. *diff.* 11. *n.* 7. & communiter docent alij auctores. Vnde idem debet dici de eodem, abſoluto ante complementum ætatis à dicta ſuſpenſione. quidquid contrarium in puncto dicat *Corneyo* apud *Dianam ſuprac. reſol.* 34. Tandem hic Doctores tractant articulum illũ, an dicta irregularitas ab ordinato mala fide incurratur in ipſo a-
546 ctu ordinationis, celebrando v.g. cũ Epiſcopo, canendo in ead. miſſa epiſtolam, vel euangelium? in quo & ſi *Bonacina loco ſuprac. num.* 9. *& ante eum Campanilis cit. cap.* 4. *num.* 15. *&* 16. affirment & poſt alios *Barboſa allegat.* 16. *num.* 16. addat opinionem contrariam non eſſe recipiendam, ea ratione, quòd tunc ordinatus faciat duplicem actionem prohibitam, vnã ſub cenſura ſuſpenſionis, & aliam ſub pæna irregularitatis. Tamen contraria opinio non ſolum eſt probabilis, vt fatetur *Bonacina loco ſuprac.* ſed verior, vt poſt *Suarez Conink. & alios plures,* teſtatur *Marchinus de ordine tract.* 1. *p.* 5. *cap.* 3. *num.* 16. vbi refert *Quarantã, & Vgolinum* teſtantes, hunc eſſe Romanæ Cancellariæ ſtylum, vt tales, irregulares non cenſeat. proſequũtur *Villalob. p.* 1. *tr.* 18. *difficult.* 11. *nu.* 4. qui benè ex ly *præſumpſerit* poſitũ in dicta Bulla, arguit, quòd loquatur de exercitio ordinis moraliter diſtincto ab ipſa ordinatione. *Lezzana p.* 1. *c.* 14. *n.* 8. *Nouarius in ſumma Bullar. veterum, & recentiorũ eum de ordinatis extr. tempora nu.* 32. *& Diana p.* 5. *tract.* 10. *num.* 37. contra *Hurtadum* vocantẽ hãc noſtrã opinionẽ, falsã. Ratio eſt quam tetigi *in meo tract. de officio Cappellani q.* 7. *ſect.* 8. *à num.* 49. quòd tunc licèt ſacerdos cõcelebret cũ Epiſcopo, nõ tamen propriè
547 dici poterit, quòd celebrauerit miſsã, cùm adhuc non ſit completa eius ordinatio. Ad rationem aduerſariorũ, reſpondetur, negando, per eundem actum, & ſi diuerſas ſpecie malitias continentẽ, incurri duplicem pęnã, vt patet de eo, cui ſub pæna excommuni-
548 cationis latæ ſententiæ, miſſæ celebratio interdicitur, qui prima vice celebrando, & ſi incurrat excommunicationem, non tamen incurrit irregularitatem, ſed benè ſi poſt dictam primam miſſam, celebret ſecundam, vt aliàs dixi, & in puncto notat *Marchinus loco ſuprac.* Quò ad abſolutionem huius ſuſpenſionis, idem dicendum eſt, quòd dixi ſuprà *n.* 447. *concluſ. præced.* de ſuſpenſione contracta ob ordinationem abſque litteris dimiſſorijs, cùm eodem modo de vtraque diſponat Bulla Pij II. & in puncto, quòd non ſit reſeruata, ideòque ab ea abſoluere poſſe Epiſcopum, notant *Bonacina citato num.* 9. *Theſaurus limit.* 4. *Marchinus num.* 12.
549 vbi idem dicit de ſuperiore Regulari reſpectu ſui ſubditi, de qua re latè *Portellius verbo ordinis ſacri ſuſpenſio n.* 14. *& Hieronymus Rodriq. in compendio qq. regul. reſol.* 106. *num.* 25. & proſequitur alijs citatis *Diana p.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 31. contrà *Guttierez, & Ricciũ,* quibus accedit *Villalobos tr.* 18. *diff.* 11. qui dicunt, talem, & ſi deuenerit ad ætatem legitimã, nõ poſſe abſolui, niſi à S. P. quæ noſtra ſẽtẽtia intelligi debet abſolutè, vt dixi *loco ſuprac. & n.* 509. ſiuè caſus ſit publicus, ſiuè occultus, quidquid *Corneyo apud eũdẽ Dianã loco ſuprac. reſol.* 34. videatur id reſtringere, tantum vbi dictus caſus eſt occultus, quòd etiam dicta ſuſpenſio poſſit abſolui in foro conſcientiæ à quolibet confeſſario vi Bullæ cruciatæ (& per conſequens etiam vi iubilei, ac priuilegiorũ Religionis, vt dixi quoque ſuprà, de alia ſuſpenſione contrà ordinatos ſinè litteris dimiſſorijs) notat *Corneyo apud eundem Dianam cit. reſol.* 34. quamuis

con-

Digitized by Google

contrarium videatur aſſerere *Marchinus cit. cap.3.num.6.* poſt *Rodriq.p.1.ſumma cap.165. num.3.* vbi mutat circà hoc ſentẽtiã, quã tenuit in expoſitione Bullæ cruciatæ) & *Barboſam allegat.* 16. *num.*14. De irregularitate autem contracta ex exercitio ordinum, poſt incurſam dictam ſuſpenſionem, idem dicẽdum quoq. eſt, quòd dixi ſup.*n.*509. de irregularitate contracta ab ordinato abſque litteris dimiſſorijs ſui ordinarij, ex rationibus ibi adductis, & in puncto, quòd poſſit di-
551 ſpenſari ab Epiſcopo docet *Henriq. apud Portellium verbo ordinis ſacri ſuſpenſio n.*14. *verſ. ego perſuaderi non poſſum, & verſ. quo verò,* qui licèt loquatur in caſu, quò dicta irregularitas eſt occulta, & ſic quoad forum conſcientiæ *vi Concilii ſeſſ.*24. *cap.*6. prout concedunt omnes alij Doctores ſupracitati, quibus addo *Barboſam alleg.*59.*n.*41. vbi generaliter docet, poſſe Epiſcopum diſpenſare ab irregularitate occulta proueniente ab adminiſtratione ordinum malè ſuſceptorum, tamen *Portellius* notanter aduertit, *Concil.*
552 *Trident. non prohibere Epiſcopos diſpenſare in publicis, ſed tantum in deductis ad forum contentioſum, & ſic vt poſſit eſſe res publica, ſed nõ deducta ad forũ contentioſum, quòd videtur innuere, quòd ſi non ſit deducta ad forum contentioſum, etiam ſi ſit publica, poſſe diſpenſare.* Quòd autẽ queat etiã ſuperiores locales di-
553 ſpenſare Regulares in tali irregularitate, notat idẽ *Portell. loco ſuprac.* & proſequũtur *Hierony. Rodriq. in compendio qq. regul. reſol.* 106.*n.*26. *Nouarius ſup.n.*25. *& Diana p.*5.*tr.* 10.*reſol.*31. *ad fin.* (vide infra *n.*694.) quãuis *Campanilis Rub.*7.*cap.*5.*n.*4. *& ſeq.* de hoc dubitet. Dixi *de irregularitate contracta ob exercitium ordinis, &c.* quia ab irregularitate ob defectum ætatis legitimæ (vt vocat *Bonacina loco ſuprac.* ſeù impedimento canonico vt appellat *Theſaur. loco* etiã *ſuprac.* aut ſuſpẽſione, vt eam nominat *Hieronymus* Rodriq. *num.*14. *cit. reſol.*106. quo defectu durante prohibetur ipſo iure, dictum ordinem exercere, vt dixi ſup. talis ſic illicitè ordinatus, nõ põt diſpenſari ab alio præterquã à S. Ponti-
554 fice, vt docent communiter Doctores, & ſic declaraſſe S. Congregationem, refert *Bonacina ſuprac. p.*1. *ad fin.* & de communi poſt *Sayrum* teſtatur *Theſaurus ſup. num.*1. *ad finem.* latè *Bonacina loco ſuprac. ſub nu.*12. Adde, diſpenſationem præfatam S. Pontificis eſſe neceſſariam, etiam pro Regularibus, nam ſi quæ habebant eorum ſuperiores circà id priuilegia, illa hodiè non habent vim poſt Tridentinum, & aliàs conſt. SS. Põtificum, vt præter *Portellium, & Hieronymũ Rodriq. locis ſupracitatis*, eſt videre apud *Dianam p.*3.*tr.*4.*reſol.*59. *& Lezzanam p.*1.*c.*14.*num.*1. Rodriquez *p.p. ſumma cap.*165. *ſub nu.*4. & *Villalobos p.*1 *ſumma tract.*11. *diff.*11. *ad finem.* ità ſæpè declaraſſe S. Congregatio-
555 nem, nempè nequire Prælatos Regulares ſuos ſubditos in minori ætate conſtitutos, contrà Trident. & ſacrarum cõſtitutionum SS. Pontificũ diſpoſitionẽ, ad ſacros ordines diſpenſare, poſt alios teſtatur *Marchinus tr.* 1. *de ordine p.*5.*c.*2.*num.*9. & per conſequens contrariũ facientes (ſcilicèt ſic ordinati) erũt ſuſpenſi, & ſi celebrauerint, euadunt irregulares. Ex quo autem hic defectus legitimæ ætatis non ſit propriè irregularitas, prout illa quæ cõtrahitur ex quibuſdã alijs defectibus, vel ex delicto, ſed tantũ defectus cõditionis requiſitæ à Cõcilio, ſequitur, quòd aduenięte legitima ætate, illa ceſſet, & ſic ſi talis ordinem recepit mala fide, ſciens non habere legitimam ætatem, fuit iam abſolutus ab habente facultatem à dicta ſuſpenſione, ac diſpenſatus etiam ab irregularitate, ſi quam contraxit ob violationem dictæ ſuſpenſionis, vel bona fide dictum ordinem receperit: adueniente legitima ætate non eget alia abſolutione, vel diſpenſatione ad miniſtrandum ordines, & ſic intellige Doctores ſupracitatos, quando quærunt, (ineptè qui-
556 dem, eorum pace) vtrũ dicta ſuſpẽſio ceſſet adueniente legitima ætate, nã ſi fuit cõtracta ſuſpenſio ob malam fidem, quo caſu per exercitium ordinis contrahitur irregularitas, vt dixi ſup. nunquam poteſt illa ceſſare abſq. abſolutione, & diſpẽſatione; quæſitũ igitur procedere debet quoad hanc irregularitatẽ, ſeù defectũ, iſte .n. defectus eſt, qui ſemper ceſſat aduenięte legitima ætate, nec ex ſe eget aliqua abſolutione, vel diſpẽſatione. Quòd ordinatus ante legitimã æta-
557 tem gaudeat priuilegio canonis, & fori, patet ex dictis ſup.*n.*527. & accedit alijs allegatis *Theſaurus cit. cap.*1. *nu.*4. *verſ. adde.*

Ordinans aliquem extra tempora legitima abſque diſpenſatione S. Pontificis, & ſi peccet grauiter, tamen nullam incurrit ſuſpenſionem ipſo iure, ſed benè eſt ſuſpendendus à poteſtate ordines conferendi. *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.*17. *num.*9. *Marchinus tract.*1. *de ordine par.*7.*c.*5. *num.*16. nec obſtat conſtitutio Sixti V. quia illa fuit moderata per Clem. VIII. vt ſuprà ſepius dixi, & in puncto notat *Theſaurus p.*2. *de pœnis eccleſiaſticis, verbo ordo cap.*11. *nu.*4. Quidquid contrarium videatur aſſerere *Nouarius in ſumma Bullar. veter. & recentior. tit. de ordinatis extra tẽpora n.*4. Bulla Pij II. quæ hodiè attenditur, tam circà duos caſus præcedentes, quàm circà hunc caſum, vt dixi ſuprà, non loquitur de ordinante, ſed de ordinato, ideòque licèt olim inſpecto iu-
558 re communi, eſſet dubiũ an iſte ordinatus extrà tempora, fuerit ipſo iure ſuſpenſus, vel ſuſpendendus ab exequutione ordinum, ſic extrà tempora ſuſceptorũ. Hodiè



Digitized by Google

in dictam Bullam, ſit certum, eſſe ipſo iure ſuſpenſum, vt ſup. ita præter *Barboſam, Marchinum, & Theſaurum locis proximè citatis.* habetur per *Villalobos tract.* 18. *diff.* 11. *Bonacinam to.* 3. *diſp.* 3. *q.* 1. *pun.* 3. *num.* 4. *& Campanilem Rub.* 6. *cap.* 3. *ſub num.* 19. vbi probat, per *Concilium Trid. ſeſſ.* 23. *cap.* 8. *de reform.* nullã contrà iſtos infligi pænam. Circa quã ſuſpenſionem, eadem ferè repetenda ſunt, quæ dicta fuerunt de alijs duabus præcedẽtibus, cùm eodem contextu contrà omnes tres in ead. Bulla imponatur .ſ. ꝙ illa habeat locũ in ordinibus maioribus, non autẽ minoribus, nõ ſit ab exequutione omniũ ordinũ, ſed tantũ ordinis, ſic extrà tempora ſuſcepti. Ad illam incurrendam requiri dolum, & proinde ab ea excuſare ignorantiam craſ-
559 ſam, & ſupinã (& ſit ſit cum aliqua culpa. *Suarez tom.* 5. *diſp.* 31. *ſect.* 1. *num.* 26. vbi teſtatur de probabili, cum alijs, quos ſequitur *Villalobos p.* 1. *tr.* 11. *diffic.* 11. *n.* 6.) Quãuis *Lezzana p.* 1. *cap.* 14. *nu.* 4 contrarium ſentiat, & ante eũ *Toletus loco infrac.* ibi *ſecus ſi craſſa ignorantia facti, aut ignorantia iuris fuit.* Itẽ quòd eius abſolutio nõ eſt reſeruata S. Pon-
560 tifici, vt poſt *Auilam, Barboſãm, & Reginald. habet Theſaurus ſup. num.* 2. *not.* 1. Quidquid repugnet *Campanilis loco infrac.* cuius rationibus iã ſup. fuit reſponſum, quẽ *Campanilem* ſequi videtur *Toletus lib.* 1. *c.* 49. *verſ. quarta. & Villalobos tr.* 18. *difficult.* 11. *in principio.* qui loquutur generaliter, tàm de iſto caſu, quàm de alijs duobus caſibus .ſ. ordinati abſq. litteris dimiſſorijs, vel ante legitimã ætatẽ, iuxtà Bullã Sixti V. quæ vt ſæpius dixi, fuit moderata, *Villalobos* etiã ſubdit, ꝙ ſi quis inuincibiliter ignorauerit hanc legem (ſcilicèt extrau. Sixti V.) *aunque ſupieſſe, que bazia mal, peca, y no queda la cenſura reſeruada*, ꝙ puto ex errore id fuiſſe ſcriptũ, quia, ignorantia regulariter nõ excuſat à reſeruatione, ſed à cenſura, à qua excuſat nõ ſolũ ignorãtia inuincibilis, ſed etiã vincibilis craſſa, & ſupina, vt concedit idem auctor *ibid. n.* 2.) Sed eſt reſeruata Epiſcopo, vt in puncto habet *Bonacina cit. p.* 3. *num.* 6. vbi reſpondet ad textum in *cap. litteras veſtras de temporibus ordinat.* nã de iure communi Epiſcopus poteſt diſpenſare cũ ordinatis extra tempora, peracta pænitentia, vt poſsint in ſuſceptis miniſtrare *cap. conſultationi extrà de temporibus ordinat*, vbi gloſa finalis, ſoluit contraria. quòd Doctores intelligunt ſi dictus Epiſcopus non fuit particeps in culpa, vt poſt alios, habetur per *Theſaurum cit. cap.* 15. *n.* 1. *verſic. ſed poſtea*, quòd voluit dicere *Campanilis ſup. ſup. num.* 22. dum aſſerit, talem abſolutionẽ, non poſſe dari ab Epiſcopo ordinante, ſed à ſucceſſore (quaſi quòd ſemper expectari debeat mors, vel translatio Epiſcopi ordinantis) qui *Campanilis ibid.* conſequenter do-
561 cet, ꝙ irregularitas contracta à tali ordinato, per exercitiũ illius ordinis antè abſolutionẽ, nõ poſſit diſpẽſari ab Epiſcopo, ſed à S. Pontifice, quod etiam docet *Marchinus tr.* 1 *de ordine p.* 7. *c.* 5. *n.* 14. contrà id, quòd ſupra poſt alios probaui *d n.* 510. Et tãdẽ quòd talis ſic ordinatus poſsit conſequi fructus beneficij iã obtenti, tamen eidẽ nõ poſsit conferri de nouo beneficium, de qua re in puncto *Campanilis cit. cap.* 3. *num.* 20. vbi hanc *Couarr.* ſententiam dicit veriſsimam. Reſtat igitur, vt ea duntaxat ſit differentia inter ſu-
562 ſpenſionem latam in dicta Bulla, contrà ordinatum ante legitimam ætatem, & ordinatum abſque litteris dimiſſorijs proprij Ordinarij, ac extra tempora, quòd ſcilicèt primò caſu, & ſi quis à ſuſpẽſione abſoluatur nõ tñ poterit exercere actũ illius ordinis, niſi adueniẽte legitima ætate. Secũdò autẽ, & tertio caſu, poſſit quis ſtatim poſt abſolutionẽ celebrare. Dixi *abſque diſpenſatione* S. P. quia hoc impedimentũ eſt de iure poſitiuo, in quo diſpẽſat S. Pontifex, vt per *Cãpanil. cit. cap.* 3. *num.* 24. vbi habetis, quomodo ipſe Papa poſſit ordinare quocunque die, ac etiã ſolo verbo promouere ad Sacerdotium, vel etiam epiſcopatum, item quibus modis diſpenſare ſoleat, vt quis per alium ordinetur extrà tempora, vbi etiam de cauſis, ob quæ concedatur dicta diſpenſatio. Quòd Regulares Religionum approbatarum, quibus conceſſa eſt communicatio priuilegiorum aliarum Religionum, habeant hoc priuilegiũm, vt ſcilicèt poſſint diſpenſari ab eorùm ſuperiore Generali, ad ſuſcipiendos di-
563 ctos ordines ſacros extrà tempora (dummodo non recipiant plures eod. die) à quolibet Epiſcopo, poſt *Dianam noſtrum p.* 3. *tr.* 2. *reſol.* 31. *&* 112. probat nouiſſimè *Marchinus tract.* 1. *de ordine p.* 7. *cap.* 7. non ſolum e concesſione facta Societati Ieſu, circà hoc particulare à Gregorio XIII. in qua licèt prohibeatur communicatio pro alijs Religionibus, tamen per alios SS. Pontifices poſt Gregor. XIII. fuerunt priuilegia dictæ Societatis conceſſa, vel communicata abſque vlla limitatione, ſed etiam quia idem priuilegium reperitur conceſſum Mendicantibus, et poſt Concil. Tridẽt. à Clemẽte VIII. confirmatum, imò ab eod. Clem. VIII. conceſſum Congregationi, ſeù ordini Sancti
564 Ioannis Euangeliſtæ in Portugallia, quòd ſufficit ad hoc, vt S. Concilio Tridentino cenſeatur derogatum, vt præter citatos per eundem *Marchinum ſuprac. num.* 1. *habetur per Villalobos p.* 1. *tract.* 11. *cap.* 12. *ad finem.* cõtrà *Pierinũ*, quẽ ſequitur *Lezzana p.* 1. *c.* 14. *n.* 10. Vndè abſq. ſcrupulo poſsũt Epiſcopi (vt vtar verbis *March. loco ſupracit.*) dictos Regulares, vt ſup. ordinare. quia ita, addo ego, etiam in Vrbe dictum priuilegium non

ſemel

ſemel vidi illud à noſtris practicatum apud
565 acta Paſſarini. Tempora autem ſtatuta ab
Eccleſia pro ordinibus ſacris recipiendis, ſũt
ſex ſabata, nẽpè quatuor temporum, ſabatũ
ſanctũ, & ſabatum proximũ Dominicæ Paſ-
ſionis, vt habetur in *cap. finali, vbi gloſa 75.
diſtinct. Villalobos p. 1. ſumma tract. 11. c. 13.
num. 2. Sanchez lib. 7. opuſculorum c. 1. dub. 11.
in principio. Bonacina cit. p. 3. n. 1. & Theſaur.
ſupracit. cap. 16. num. verſ. aduertendum*, qui
vltimi Doctores, & ſi quòad ſabatum ante
Dominicam Paſsionis, & ſabatum ſanctum,
loquantur cum alternatiua, *vel*, prout loqui-
tur etiam tex. *in cap. 3, de temporibus ordinat.*
non tamen intelligi debent, quòd nõ poſsit
Epiſcopus, qui fecit ordinationem ſabato
Dominicæ Paſsionis, etiam illam facere
poſsit ſabato ſancto, cùm videamus contra-
rium in praxi obſeruari. Quare in ſabatis nõ
autem alijs diebus, ordinationes ordinariæ
pro dictis ſacris ordinibus, præſcribatur, ex-
plicat poſt alios *Campanilis Rub. 6. cap. 2. n. 9.*
quia ſcilicèt ſabatum ſignificat ceſſationem
ab operibus, & qui ordinibus ſacris initiã-
di ſunt, ab omnibus ſæcularibus curis ceſſa-
re debent. Non autem nego, quòd Domi-
566 nica ſequenti poſt dicta ſabata poſsit, in
caſu tantum neceſsitatis fieri Ordinatio, nẽ-
pè quando Epiſcopus non poſsit ſabato or-
dinare ratione infirmitatis. vel quando fuit
tanta multitudo ordinandorum, vt nõ po-
tuerint omnes ordinari dicto ſabato, vt per
DD. ſupracitatos cõmuniter, & hoc intelli-
gitur cõtinuato ieiuuio eccleſiaſtico ſabati,
tã ab Epiſcopo, ꝗ ab ordinandis cũ Domini-
ca ſequenti *can. quòd à patribus diſt. 75.* trã-
dunt communiter auctores, vt per *Sanchez
cit. dub. 51. n. 4. & ſeq.* vbi ſubdit, quòd nocte
reſurrectionis, vbi ſeruatur celebrari in di-
cta nocte, ſi fiat ordinatio debeat etiã con-
tinuari ieiunium, ꝙ intelligo tàm ſi pòſt me-
diam noctem celebratur miſſa, & fiat ordi-
natio, quàm ſi ante mediam noctem, & ſic
concordabis dictum auctorem cum *Campa-
nili loco ſuprac. n. 11. ad finem.* ſimpliciter lo-
567 quente (Sabato ſancto ſi fiat ordinatio)
quomodo debeat ab Epiſcopo celebrari
miſſa. videte in *meo tr. de iubilèo p. 3. ſub n. 32.
& gloſam in dicto cap. litteras, verſ. perti-
nere ad finem*, & ſic non ſufficit continua-
568 tio ieiunij, quando non adeſt quoque
neceſsitas, vt prẽter ſupracitatos, aduertũt
*Campanilis ſuprac. cap. 3. ſub num. 11. & Vil-
lalobos cit. tract. 11. diffic. 11. nu. 3.* & ſic in-
telligas *Bonacinam cit. p. 3. num. 1.* dum ait, nõ
ſibi placere, quòd alij docẽt, ſcilicèt in duo-
bus caſibus, id licere die Dominica. Primo
ſi ab ordinatore, & ordinandis continuetur
ieiunium, ſecundò ſi tantus adſit numerus
ordinandorum, &c. an autem in hoc dubio
iuris, quis ſequendo opinionẽ, quòd ſuffi-
ceret cõtinuare ieiuniũ, vt qui ſic ordina-
tur, euitet ſuſpẽſionem, non declarant Do-
ctores, quia prẽfatũ dubiũ nõ eſt probabile.
Quoniã habentes diploma Pontificũ, vt poſ-
ſint ordinari extrà tempora, id exequi de-
bent diebus Dominicis, vel ſaltem fæſtis,
569 ideſt habentibus officium duplex, quãuis
feriatis, ſeù quòd in illis vacetur operibus
ſeruilibus, vt eſt verior opinio teſte *Mar-
chino cit. p. 7. c. 6. n. 12.* (idem dico etiam de
collatione minorum ordinum, quidquid
*Campanilis Rub. 6. c. 2. num. 16.* putet, dictos
dies feſtos debere eſſe de præcepto, ſufficit
igitur ſi ſint dies fæſti, & ſic generaliter lo-
quitur *Sanch. ſuprac. c. 1. dub. 52. nu. 5.* Dixi
570 minores, quia prima tõſura omni die cõ-
ferri põt, vt per DD. ſupracitatòs.) ſequitur
ꝙ ſi conferrẽtur ordines nõ die Dominica,
vel fæſto, vt ſup. incurreret ordinatus ſuſpẽ-
ſionem, quòd talis habens diploma egeat
litteris teſtimonialibus ſuī ordinarij, dixi ſu-
prà *n.* quibus accedit *Marchinus ſuprac. c.
6. num. 15.* vbi *num. ſeq.* ſubdit, hoc caſu vitari
d. ſuſpenſionẽ, ſi tantum quis reciperet pri-
mam tonſuram abſque dictis teſtimoniali-
bus, ſicut dixi de litteris dimiſſorijs ſuprà
ſub *n. 516.* An habẽs ſupradictũ diploma, vt
poſsit ordinari tribus diebus fæſtiuis, ſi vno
571 ſabato ex ſupradictis aſsignatis pro ordi-
nationibus accipiat Subdiaconatum, Do-
minica ſequenti poſsit etiã accipere Diaco-
natum, & altera Dominica ſequenti ordi-
nem Præſbyteratus. Quærit *Marchinus ſu-
prac. p. 7. cap. 7. num. 3. & ſequentibus*, qui re-
ſpondet negatiuè, quia putat ſimpliciter, ꝙ
dies ſabati quatuor temporum ſit vna dies
cum mane Dominicæ ſequentis, & proinde
talẽ recipere Subdiaconatum, & Diacona-
tum eadẽ die, quòd eſt prohibitum ſub pæ-
na ſuſpẽſionis, vt infrà, & ſic eodem modo,
videtur à pari id negare ſi ſabatum, verbi
572 gratia, eſſet fæſtũ duplex, vt ſup. in quo re-
ciperet talis ſubdiaconatum, quòd .ſ. non
poſſet die Dominico ſeqũti recipere Dia-
conatũ, ſatiet *Sanchez lib. 7. opuſcul. moral. c.
1. dub. 51. n. 6.* vbi habet, quòd non poteſt ſa-
bato vnus ordo ſacer conferri alicui, & die
Dominica ſequenti alius ordo ſacer, etiam
continuato ieiunio, ꝙ ſignificat id prohibe-
ri quoq. nõ cõtinuato ieiunio, dictio .n. etiã
implicat caſũ magis dubitabilẽ. At cõtrariũ
probatur expreſsè in *cap. litteras de tempori-
bus ordinat.* vbi expreſsè S. Pontifex ſup-
ponit, diem ſabati, & mane Dominicæ ſe-
quentis, fictione canonica pro vna die repu-
tari, propter continuationem ieiunij, vnde à
contrario ſenſu, quòd eſt argumentum for-
tiſsimum in iure, quando non adeſt conti-
nuatio ieiunij, dies ſabati non debet reputa-
ri vna dies cum Dominica, quòd fit clarum
ex verbis *gloſa ibid. verbo continuationem*,
vbi

Digitized by Google

[illegible] quòd continuatio ieiunij de duo-
bus facit vnum, & coniungit illa, & ſic lo-
quuntur Doctores ab eodem. *Marchino ci-
tati*, clarius *Alzedus p. 2. ſua praxis epiſcop.
c. 5. n. 27.* vbi quòd Epiſcopus non debet vno
die, vel duobus diebus, ieiunijs continuatis
ordines ſacros conferre, ergò ſecus eſt ſi nō
continuato ieiunio, & *Filliucc. tr. 17. ſub n.*
86. expreſsè habet, quòd recipiens die ſabati
573 Diaconatum, ſi poſtea Dominica ſequē-
ti, abſque continuatione ieiunij recipiat ſa-
cerdotium, non incurreret ſuſpenſionem la-
tam cōtra ordinatū duobus ordinibus ſacris
eod. die, ſicut ſi fuiſſet cōtinuatum ieiuniū,
ſed benè ſuſpenſionem latam contrà ordi-
natum extrà tempora, vndè cùm talis ha-
beat diploma, in quo diſpenſatur vt extrà tē-
pora poſsit ordinari, licitè dicitur in dictis
duobus diebus cōtinuis ordinatus, & ſic ſer-
uatur in praxi, vt audiui à fide dignis. Dixi *ta-
lē incurrere ſuſpenſionē latā cōtrà ordinatū ex-
trà tēpora*, quia ſuppono, illū non incurrere
ſuſpenſionē latā contrà nō ſeruantes inter-
574 ſtitia, ex quo vel talis ordinatus eſt ſubdi-
tus ordinantis, & tunc neq. ordinans aliquā
pænam incurrit, neq. ordinatus ſuſpenditur,
quia cenſetur cum eo tacitè diſpenſaſſe, vt
poſt alios habetur per *Alzedū cit. c. 5. n. 25.* vel
non eſt ſubditus, & tunc quāuis non ſit di-
ſpenſatus à ſuo Ordinario, & ſi peccet mor-
taliter, non tamen incurrit aliquam ſuſpen-
ſionem. *Suarez cit. ſect. 1. num. 43. Barboſa al-
legat.* 18. *num.* 11. cum alijs allegatis per *Bo-
nacinam cit. pun.* 4. vbi idem dicit de ordinā-
te. *Diana par. 3. tr. 2. reſol.* 31. quòd eſt verum
etiam poſt conſt. Sixti V. *Theſaurus cit. c. 11.
ad finem. & Campanilis Rub. 6. cap. 3. num. 13.
verſ. ſuſpenſionem quoq.*
Ordinans aliquem eod. die duobus ordi-
nibus ſacris, incurrit ſuſpenſionem, quouſq.
abſolutionem obtineat à S. Pontifice, ita ha-
betur in *cap. dilectus ex. de temporibus ordi-
nationū*, quòd extenditur *in cap. litteras eod.
tit.* etiam ad ordinantem aliquem duobus
diebus, ſed continuato ieiunio, quo caſu di-
cti duo dies, vt dixi ſup. fictione canonica,
pro vna die reputantur, in quo textu non
ſuſpenditur talis ordinans ſimpliciter à col-
latione ordinum, vt fit *in dicto cap. dilectus*,
ſed à collatione illorum duorum ordinum
ſacrorum, quos illicitè contulit. Vndè pri-
ma difficultas eſſe poteſt, circà hāc materiā,
575 an effectus ſuſpēſionis reſpectu ordinātis,
ſit diuerſus, quando ordinat vno die vero,
& quando vno die ficto, vt ſuprà, ſcilicèt
quòd primo caſu incurratur ſuſpenſio ſim-
pliciter ab ordinum collatione, vt loquitur
tex. in *d. cap. dilectus.* ſecundo verò caſu tan-
tum à collatione amborum ſacrorum or-
dinum, quos contulit, vt loquitur *cit. cap. lit-
teras*, vel vtroque caſu ead. ſuſpenſio incur-
tatur, vel ſimpliciter, vel non ſimpliciter?
nam *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 1. p. 4. §. 1. num.*
4. videtur ſupponere, quod ſemper incurra-
tur ſuſpenſio ſimpliciter ab ordinum col-
tione, è contrà verò *Sayrus lib. 4. cap. 12. nu.*
19. *Barboſa allegatione* 111. *nu.* 12. *& Theſau-
rus verbo ordo cap.* 16. *n.* 1. citantes alios, ſup-
ponunt, vtroque caſu incurri tantum ab or-
dinante ſuſpenſionem à collatione illorum
duorum ordinum, quos contulit, ſiuè eod.
die ficto, ſiuè vero, quorum opinio, vt re-
ceptior, ita etiam verior iudicari debet, ex
quo tex. *in cap. dilectus* ſit poſterior textu in
*d. cap. litteras*, & habemus regulas, quòd lex
576 noua ſimpliciter loquens, recipiat deter-
minationem à lege veteri *l. ſciendum ff. qui
ſatisdare cogantur, auth. offeratur C. de litis
conteſtatione*, item quòd lex indiſtinctè lo-
quens debet diſtingui per aliam legem, *l.
quaſitum ff. de teſtibus*, & tandem quod in
577 pænis mitior lex eſt ſequenda *l. ſi pra-
ſes ad finem ff. de panis* cum concordantibus
allegatis, ibi per *gloſam finalem verbo mitior*.
Secunda difficultas eſt, an d. ſuſpenſio ſit la-
tæ, vel ferendæ ſentētiæ? in qua difficultate,
licèt receptior ſit DD. opinio, quòd illa ſit
latæ ſentētiæ, *Marchinus ſupra c. p. 7. c. 1. n.* 21.
*& Campanilis ſup.* tñ *Suar. t. 5. diſput. 31. ſect.*
1. *num.* 40. probat, illam non incurri ipſo
578 iure, hanc opinionē non videtur omnino
reſpuere *Layman lib. 5. tr. 9. c. 10. n.* 10. cùm
poſt relatā hāc opinionē *Suarez.* ſubdat hęc
verba. *communiter tamen DD. tradere, ſaltem
ipſum illegitimè ordinatum ipſo iure ſuſpen-
ſum cenſeri.* Quibus verbis videtur ſuppone-
re, eoſdem DD. communiter dubitare de
ordinante, an incurrat ſuſpenſionem ipſo
iure, huic ſententiæ videtur adherere *The-
ſaur.* poſt alios canoniſtas *loco ſupra c. n. 1. ad
finē.* cùm iſtam opinionem vltimo loco re-
cenſeat, & illam non impugnet. fauet *Villa-
lobos p. 1. ſumma tract. 8. difficult. 11. n. 7.* vbi
loquendo de ipſo ordinato, in quo eſt ma-
ior difficultas, vt patet ex modo loquendi,
*Layman loco ſupra c.*) aſſerit, opinionem *Sua-
rez* nos poſſe ſequi in praxi. Tertia difficul-
tas eſt, an Epiſcopus ex aliqua vrgenti cauſa,
licitè poſſit cōferre eod. die duos ſacros or-
nes? *Marchinus loco ſupra c. num.* 3. proponit
hanc difficultatem, & reſpondet pro nega-
tiua, .ſ. pro qualibet cauſa vrgente ſemper
eſſe recurrendum ad S. Pontificē, ex tex. in
*cap. dilectus*, vbi expreſsè ſupponitur, non po-
tuiſſe Metropolitanum in hoc diſpenſare,
& bene declarat quomodo ſint intelligen-
da illa verba conſtit. Sixti V. *ſine rationabili
cauſa.* Quarta eſſe poteſt difficultas, de con-
ferente eod. die ordines minores, & Subdia-
579 conatum, an incurrat pęnam aliquam,
certum eſt enim, non incurrere ſuſpenſio-
nē, de qua ſup. data etiā, & nō conceſſa opi-
nione

nione rigidiori) cùm valdè differat, eod. die conferre ordines ſacros, & tantum ordines minores cũ vno ſacro, itẽ neq; incurrere ſuſpenſionem in *c.2. de eo, qui ordinem furtiuè ſuſcepit*, ſecundum aliquos (vt infrà) latã, contra auſu temerario ſuſcipientem eodem die minores ordines cum Subdiaconatu, quia non ſemper quòd ordinatus incurrit ſuſpenſionem, etiam illã incurrit ordinãs, ſaltem ipſo iure, vt patet ex *Layman.* & alijs Canoniſtis loquentibus in eod. caſu, relatis per *Campanilem Rub.6. cap.3. ſub n.13.* & ſi ipſe contrariam ſequatur opinionem, igitur difficultas reſtringitur in eo tãtũ, an illicitè,
580 & ſic cũ culpa conferãtur eod. die ab Epiſcopo ordines minores, vel Acolytatus, tantum, cum Subdiaconatu, in qua re, diſtinguendus eſt caſus, vbi viget conſuetudo conferendi dictos ordines, vel ordinem cũ ſubdiaconatu, & vbi nõ viget dicta conſuetudo, & ſi vtroque caſu Doctores non concordant, nam primo caſu *Maiolus Lopez*, & alij, apud Doctores infracitandos, putant etiã exiſtente conſuetudine, peccare Epiſcopum dictos ordines conferentem, imò etiam fieri irregularem, vt in ſpecie eſt videre apud *Marchinum loco infrac.* ratio ipſorum eſt. quòd per *S. Concil. Trid. ſeſſ.23. cap.11. & 13.* dicta conſuetudo ſit ſublata. Alij verò è
581 contrà docent, ſtante dicta conſuetudine, licitè cõferri dictos ordines eod. die, ex quo per Concilium non fuerit ſublata dicta conſuetudo, ita *Campanilis cit. Rub.6. cap.3. n.10.* (& ſi reijciat dictum *Rebuffi, & Viualdi*, aſſerentium, dictam conſuetudinem, ubique vigere) *Sanchez lib.7. opuſculorum moraliũ cap.1. dub.53. n.7. & ſeq.* vbi ꝙ licèt per motũ Sixti V. videatur ſublata dicta conſuetudo, tñ ꝙ ille moderatus fuerit per Clem. VIII. ac demũ ita declaratũ fuiſſe à S. Cõgreg. teſtatur poſt *Suarez Bonacina, loquens de ſic ordinato cit. p.4. §.1. n.2. verſ. hoc tamen*, & alijs citatis, loquendo de ordinante. *Marchinus tract.1. de ordine p.2. cap.1. n.12.* vbi quòd in aliquibus locis Germaniæ, & Hiſpaniæ vigeat dicta conſuetudo quibus accedit, citatis *Villalobos, Hieronym. Rodriquez, Alzedo & Velaſco, Diana p.5. tr.10. reſol.36. ad finẽ.*
582 Secundo verò caſu, vbi .ſ. non viget dicta conſuetudo, & tunc licèt commuuis opinio habeat, quòd illicitè Epiſcopus conferat Subdiaconatum cum ordinibus, vel vltimo ordine minori eod. die, tamen, vt vtar verbis *Marchini loco ſuprac. nu.13. non deſunt graues authores, qui abſolutè docent, ſecluſa conſuetudine, noſtra etiam tempeſtate, licere Epiſcopo, eidem, ead. die ex cauſa iuſta minores omnes, & ſimul Subdiaconatum conferre*, citãs ad hoc *Guttierez, Vaſquez, & noſtrum Molfeſium* (teſtantem, ita etiam in aliquibus locis Italiæ vidiſſe practicatum) ac *Dianam p.2. tract.1. miſcellaneo, aliàs 16. reſol.30. ad finem*

& meritò quidem cùm hic talis contraueniat tali caſu prohibitioni de ſeruando interſtitia, in quibus iuxta *Concil. Trid. locis ſuprac.* idem Epiſcopus poteſt diſpenſare, fauet *Alzedus loco infracitando*, imò cùm illorum diſpẽſatio ſit commiſſa arbitrio Epi-
583 ſcopi, quælibet leuis cauſa reddit licitam dictam diſpenſationem, vt fatetur idem *Campanilis cit. c.3. n.14.* quidquid ſuprà *eod. loco ſub num.10.* poſt alios dixerit, quòd & ſi Concilium remittat facultatem abreuiandi interſtitia, non autem concedat eidem facultatem promouendi, vel diſpenſandi, vt promoueatur quis vna die, vltimo ordine minori, & primo maiori, ſeù ſacro, nam ſufficit, ꝙ hoc illi nõ ſit expreſsè prohibitũ, ſicut prohibetur ei, conferre duos ordines ſacros eod. die. Et confirmari poteſt ex dicto *cap.2. de eo, qui furtiuè ordinem ſuſcepit*, vbi punitur ſuſcipiens minores cum Subdiaconatu eod. die, quia auſu temerario id fecit, & ſic non præuia diſpenſatione Epiſcopi ex aliqua iuſta cauſa, vt ſup. & patet etiã ex titulo, ſub quo ſituatur dictus tex. ibi *de eo, qui furtiuè*, & ſic contrà ordinantis voluntatẽ, *ordinem ſuſcepit.* Quæ opinio licèt ſit vera, tamen vt benè aduertit *Molfeſius tr.2. ſua ſumma, cap.14. n.13.* tutiorem viam eli-
584 gẽdo, poterit Epiſcopus feria 6. ante ſabatum quatuor temporum conferre ordines minores, & Acolitatũ ordinandis ordine Subdiaconatu, & poſtea dictum Subdiaconatum conferre ſabato ſequenti, proſequitur alijs citatis *Marchinus ſuprac. cap.2. num. 15.* Ordines minores conferri poſſe de iure communi eod. die, patet in *d. cap.2.* & ibi notat *gloſa*. Ex Concil. Trid. locis ſupracitatis,
585 etiam in minoribus conferendis ſunt ſeruanda interſtitia, non vnius anni, ſicut inter Acolitatum, & ſubdiaconatũ, & inter alios ordines ſacros, ſed arbitrio Epiſcopi, vt per ſupradictos authores communiter, qui ſubdunt, maiorem cauſam requiri pro diſpenſatione interſtitiorũ pro ordinibus maioribus, quàm pro minoribus, nam pro diſpenſatione in maioribus, ſcilicèt à minoribus ad Subdiaconatum, & à Diaconatu ad Sacerdotium, requiritur cauſa neceſsitatis, vel vtilitatis Eccleſiæ, pro diſpenſatione verò in minoribus, vel Subdiaconatu, ad Diaconatũ, ſimpliciter id remittitur arbitrio Epiſcopi, vt per *Bonacinam cit. p.4. §.2. n.4.* vbi quòd etiã minor cauſa d. neceſſitatis, vel vtilitatis requiratur pro diſpenſando aliquem ordinatũ minoribus, ad hoc vt poſsit aſcendere ad Subdiaconatũ, quàm pro ordinãdo Diaconum in Sacerdotem, vndè *Campanilis cit. c.3. n.14. ad fin.* inquit, quòd prò diſpenſatione ad Subdiaconatũ, ſufficiat cauſa vtilitatis Eccleſiæ, pro Sacerdotio verò, requiratur vtraq; .ſ. vtilitatis, ac neceſsitatis cau-

Digitized by Google

cauſa, de qua te *Bonacina cit.num.4. verſ.*
*ego reſpondeo.* Idē etiā dicendū eſt de confe-
rente eod. die primam tonſuram, & qua-
tuor ordines minores, nam & ſi aliqui Do-
ctores communiter id non concedant, niſi
vbi hoc habeat conſuetudo, tamen vſus ob-
586 tinuit, vt poſſit ſimul prima tonſura cum
ordinibus minoribus eod. die dari, vt poſt
alios teſtatur *Sanch. cit.lib.7.opuſcul. moral.*
*c.1.dub.53.n.14. &* proſequitur *March. ſu-*
*prac.c.1.n.8.& duobus ſequētibus.* Quòd autē
587 eo ipſo quo Epiſcopus ordinat aliquem
ſubditum, vel illi concedit dimiſſorias, in
quo ſcit nō iā excurriſſe tēpora interſtitiorū,
cenſeatur cum illo diſpenſare in dictis in-
terſtitijs, ſecus ſi id ignorat, docet *Campanilis*
*cit.cap.3.ſub num.13 verſ.ſed vbicunque*, vbi
teſtatur, quòd hæc ſit vnanimis DD. reſpō-
ſio, proſequitur *Bonacina ſuprac.* §.2. *n.2.* &
ſic intellige *Alzedum p.2. ſuæ proxis c.5.nu.*
25. quando aſſerit, quòd ordinans proprium
ſubditum, licèt interſtitia non ſeruet, nullā
pænam incurrat, neq. ordinatus ſuſpēdatur,
quia cenſetur cum eo tacitè diſpenſare, ſed
hoc & ſi procedat vbi Epiſcopus ipſe ordi-
nat, ſecus tñ eſt vbi cōcedit dimiſſorias, quia
debet in eis expreſsè diſpēſare hoc caſu in
interſtitijs, vt declarauit S. Congreg. teſte
*Barboſa alleg.*18.*n.*13. Quòd ſup. dixi de cō-
ſuetudine, quòd excuſat etiam poſt Conci-
lium in caſu de minoribus collatis eodem
die cum Subdiaconatu, idem dicendum de
588 duobus ordinibus ſacris eod. die vero, vel
ficto, collatis, vt per *Barboſam allegat.*14.*nu.*
11.*& ante eum* docuit *Cāpanilis cit.c.3.n.*11.

Ordinatus eod. die duobus ordinibus ſa-
cris, incurrit ſuſpenſionem ab exequutione
vltimi ordinis ſacri ſuſcèpti, reſeruatam S.
P. ita habetur in *d.cap. litteras de temporibus*
*ordinationum*, latè *Campanilis Rub.6.c.3.n.*
13.*& Barboſa alleg.*10.*nu.*11. qui authores lo
quuntur tam de ordinato, quàm de ordi-
nante, teſtatur de communiori, & probabi-
liori ſententia *Bonacina tom.3. diſp.3. q.1.p.*
4.§.1 *n.*1. de communi teſtatur *Theſaurus*
*p.2.de pænis eccleſiaſticis verbo ordo c.15.n.3.*
vbi reijcere videtur ſententiā, *Nau.Toleti*, &
aliorum docentium, talem reddi irregularē
quoad omnes ordines, & declarat opinionē
communem de ſuſpenſione quòad ordinē
poſteriorem, limitandam eſſe in caſu, vbi
Epiſcopus non feciſſet prohibitionē ſub pę-
na excommunicationis, ne quis accederet
ad duos ordines ſacros ſuſcipiendos, quia
ſi feciſſet dictam prohibitionem, & talis
contra voluntatē Epiſcopi, illos ſuſciperet,
eſſet ſuſpenſus ab vtroque ordine, per tex.
in *cap. fin. de eo, qui furtiuè ordines ſuſcepit.*
589 quòd hęc ſuſpenſio ſit latæ ſententiæ, nō
autē ferendæ contrà *Suarez*, probat *Mar-*
*chinus tract.1. de ordine tr.7. cap.1. n.2.* ſed
*Suarez* opinionē poſſe nos ſequi, in praxi, di
cit *Villalobos loco ſuprac.* quem poſt hæc
ſcripta, & lecta, ſequitur *Diana p.5. tract.10.*
*reſol.36.* Hæc concluſio intelligenda eſt iux-
tà præcedentem, de eo etiam qui fuit ordi-
natus, nō ſolū eod. die vero, ſed etiā ficto, ſci-
licèt duobus diebus immediatis, continuato
ieiunio, item non extante conſuetudine, ac
etiam quòd habeat locum in eo, qui eodem
die recipit minores ordines, vel Acolitatum
tantum cum Subdiaconatu, ſecluſa conſue-
tudine, quo caſu opinionem rigidiorem, ſci-
licèt in *cap.2. de eo, qui furtiuè ordinem ſu-*
*ſcepit* ferri hoc caſu ſuſpenſionem latæ ſen-
tentiæ, dicit probabilem *Suar. diſp.31.ſect.*
1.*num.43. verſ. dubium*, & ſequitur *Pilliucc.*
*tract.17. num.86.* ſed hoc intellige, quando
id fieret abſque Epiſcopi licentia, & ſic te-
merario auſu vt loquitur *tex. in d.cap.2.* &
dixi ſup. vt benè *Rebuffus in praxi beneſic.*
*tit.de clericis ad ſacros ordines malè promotis*
*gloſa* 1. *nu.*18. quamuis contradicat *Sanch.*
*lib.7.opuſcul. cap.1. dub.13. n.4.* Hoc tamen
caſu, an talis licèt non ſit ipſo iure ſuſpen-
590 ſus, ſit tamen ipſo iure irregularis, quæ-
runt DD. & licèt *Theſaurus ſuprac. cap.15.*
*num.2.* ſimpliciter affirmet, tamen *Marchi-*
*nus loco ſuprac. num.*16. (vbi idem dicit de
recipiente duos ordines ſacros eod. die) di-
ſtinguit, an cū voluntate ordinantis minores
cū Subdiaconatu receperit, an verò contrà
eius volūtatē, primo caſu (ſubdit iſte auctor)
non erit irregularis ſed benè ſecundo ca
ſu; de quo loquitur tex. *in c.2. de eo, qui furti-*
*uè ordinem ſuſcepit.* Suſcipiens autem plures
ordines minores eod. die contra voluntatē
ordinantis, ſicut non incurrit aliquam cen-
591 ſuram, cùm nullibi illa hoc caſu repe-
riatur lata, vt poſt *Sayrum, & Suarez* aduer-
tit *Theſaurus ſuprac.nu.2. in principio.* ita
nec incurrit irregularitatem, quæ etiam nō
incurritur, niſi in iure ſit expreſſa, & *cit.c.2.*
loquitur tātū de recipiēte minores cū Sub-
diaconatu. *Marchinus ſup.n.*18. vbi benè id
limitat in eo caſu, quòd Epiſcopus id vetaſſet
ſub pæna excōmunicationis latæ ſententiæ,
vt dixi ſup. Quare autem ordinator magis
puniatur, quia contrà eum fertur ſuſpēſio
à collatione amborum ordinum ſacrorum,
quos contulit eodem die, ordinatus verò
minus, cùm tantum incurrat ſuſpenſionē
ab exequutione poſterioris ordinis, explicat
*Abbas in cit.cap.litteras num.3. verſ. oppono,*
*quòd hic*, nempè quia plus delinquit ipſe
ordinator, quàm ordinatus. Hæc ſuſpenſio
quòad ordinatum licèt regulariter ſit S.
Pōtifici reſeruata, tamen vbi talis ingredere-
592 tur Religionē, & ibi peracta pænitentia
perſeueraret, poterit abſolui à Prelato Reli-
gionis, vt habetur in *d.c.2.* qui & ſi loquatur
in caſu ordinati eod. die minoribus, & Sub-

dia-

Digitized by Google

diaconatu eod. die, tamen Doctores id docent ſimpliciter de recipiente plures ordines eod. die, vt eſt videre apud *Bonacinam ſuprac. §. 1. ad finem. & Theſaurum cit. cap. 15. n. 2. & 3.* eſtque caſus tex. in *cap. innotuit eod. tit. de eo, qui furtiuè ordinem ſuſcepit*, & ſic ceſſat hic difficultas, de qua ſup. an .ſ. poterit
593 abſoluere Superior tã vbi caſus eſt occultus, ſeù nõ deductus ad forũ contentioſum, quàm vbi eſt publicus, id eſt deductus ad forũ contentioſum, cùm d. tex non ſit correctus per Concil. Trid. nec eſt mirum, quia ratione ingreſſus Religionis conceduntur ea, quę aliàs non concederentur. Difficultas igitur
594 habet locum, quando talis iam ingreſſus Religionẽ, illegitimè vt ſup. ordinaretur, de qua præter ſuprà tradita, videte *Lezzanam p. 1. cap. 14. n. 21. ad finem*. qui & ſi fateatur, Regulares circà id habere plura priuilegia, quibus in his conceditur facultas abſoluendi ſuperioribus, ac etiam diſpenſandi in irregularitate contracta ob exercitium ordinũ, nõ legitimè ſuſceptorũ ſubditos ſuos: Stylũ Curiæ tamen dicit eſſe in contrariũ, quòd .ſ. ſemper petatur diſpenſatio à Papa, vel per Datarium, vel per S. Pænitentiarium, & tandem an conſtet de hoc ſtylo, aliorum iudicio ſe remittit. Dato autẽ ꝙ d. priuilegiũ haberent dicti Prælati, tamen certum eſt, non poſſe diſpenſare ſuos ſubditos, vt valeant di-
595 ctos ordines ſacros eod. die ſuſcipere, nã in *Concil. Trid. ſeſſ. 23. cap. 13. de reform.* reuocantur expreſsè priuilegia Religionum circà hoc particulare, & tenent omnes Doctores, vt ait *Sanchez lib. 7. opuſcul. moral. c. 1. dub. 53. num. 1.* poſſunt etiam dicti Prælati Regulares dare dimiſſorias ad ordines ſuis
596 ſubditis. (quòd eſt verum etiam in ſuperioribus fratrum Capellanorum militiæ, Hierosolymitanæ, *Hieron. Rodriq. loco infracit. num. 16.*) *Nau. conſ. 22. de temporibus ordinat.* & declarauit S. Congreg. vt refert *Quaranta verbo ordo in fine.* & proſequuntur *Nouarius in ſuis ſingularibus concluſ.* 104. *& Lezzana p. 1. c. 14. n. 12. iuncto n. 18.* in qua declaratione S. Congregationis refertur mo-
597 dus, & tẽpus, quæ obſeruare debent dicti Prælati in cõcedẽdis dictis dimiſſorijs, ad hoc vt euitentur fraudes, nẽpè vt illas dare poſſint ad quemcumq. alium Epiſcopũ, tempore, quo in illa diæceſi aſſignationis ordinandi, non habentur ordinationes, vel ſedes epiſcopalis vacauerit, & ideò huiuſmodi cauſã nõ habendarũ ordinationũ, eſſe ab eis exprimendam in dictis dimiſſorijs, dummodo ipſi Regulares non diſtulerint de induſtria conceſſione dimiſſoriarũ in id tẽpus, quo Epiſcopus diæceſanus, vel ſit abſens, vel nõ habiturus eſſet ordinationes. Quare in pęnas (de quibus infrà *n. 625.* in d. declaratione impoſitas, incidiſſe ſuperiorẽ, qui quendã ſuum ſubditum Regularem à diæceſano, qui ordinationes habebat, examinatum, fuit reprobatus, intrà eadem tempora ad aliam diæceſim tranſtulit ordinandum, poſt *Riccium* dixit *Nouarius loco ſuprac. n. 6.* Sed videte *Portelliũ verbo ordinis ſacri ſuſpenſio n. 2. ad finem.* Qui ſubdit, quòd hoc non videt in Hiſpania receptũ in praxi, & Paulũ III. conceſsiſſe Patribus Societatis Ieſu, vt poſsint ordinari à quocunque Epiſcopo non impedito per Eccleſiam, quaſi dicat iſte author, quòd hoc priuilegio gaudeant hodie omnes alij Regulares propter communicationem. Sed aduertite, quòd ex eo, quia dicta declaratio fuit facta de anno 1596. & Paulus III. iam obierat, dictum priuilegium in tantum poteſt prodeſſe, quatenus fuit poſtea per alios Pontifices confirmatum, prout de ſimili priuilegio
598 conceſſo Fratribus Cappellanis Militiæ Hieroſolymitanæ, cuius vigore, & ipſi etiam poſſunt ordinari ſacris ordinibus extrà tempora tribus diebus fæſtiuis (refert *Nouarius loco ſuprac. n. 4.* & repetit *in lucerna Regularium verbo ordo n. 12.* vbi confirmat id, quod probaui ſuprà *n. 564.* circà praxim priuilegij, præcipuè à noſtris, imò ſimile priuilegiũ conceſſum fuit poſt dictam declarationem à Clem. VIII. monachis Valliſoletanis, vt poſſint ordinari à quolibet Epiſcopo cum dimiſſorijs tantũ ſuorum ſuperiorum, refert *Peregrinus p. 2. compendij noſtrorum priuilegiorum* §. 1. quod priuilegium & ſi, con-
599 ceſſum ante Concil. nõ ſit per ipsũ Concil. reuocatum, probat *Hieron. Rodriq. ſup. n. cit.* Non tñ eſt ita certum vtrum etiam poſsint ſuperiores in d. dimiſſorijs diſpenſare eoſdẽ ſuos ſubditos in interſtitijs, quia licèt aliqui doceant, id ſpectare ad Prælatos Regulares, qui poſſunt dare dimiſſorias, quos probat *Sanchez lib. 7. opuſcul. moral. c. 1. dub. 54. n. 8.* & ante eum dicit valdè probabile *Suar. t. 4. de Relig. lib. 2. de Prælatis Relig. c. 12. n. 13.* qui vult, ad Prælatum tamquam ordinariũ propriè ſpectare talem diſpenſationem, ad Epiſcopum verò tamquã ordinantẽ, tantũ pertinere acceptationem talis diſpenſationis, & ſi concedat, illum non poſſe licitè abſque rationabili cauſa illam acceptationem denegare. Sed contrarium communiter docẽt omnes Doctores, ſcilicèt diſpenſationem
600 pertinere ad Epiſcopum cum atteſtatione ſuperiorum, ita declaratum fuiſſe à S. Cõgreg. poſt alios referunt *Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcopi allegat. 18. n. 12. Bonacina ſuprac. §. 2. ad finem.* Addentes *ad Quarantam loco ſuprac. Hieronymus Rodriq. loco infracit. num. & Lezzana cit. cap. 14. n. 15.* Atteſtatio ſuperioris debet eſſe de cauſa iuſta vtilitatis, vel neceſsitatis Eccleſiæ, iuxtà ea, quæ dixi ſuprà; dictæ atteſtationi debet ſtare Epiſcopus, nec aliàs inquirere de tali vtili-



Digitized by Google

tate, vel neceſſitate, *Hieronym. Rodriq. in compendio qq. Regularium reſol.* 106. *n.* 2. Vtilitas
601 erit quando ſunt pauci miniſtri idonei, & aliqualiter vtile, quòd aliquis ordinetur, neceſſitas verò erit quando deſunt idonei, & non idonei, *Portellius ſup. n.* 5. clarius pòſt *Molfeſium noſtrum, Nouar. in ſuis ſingularibus concluſ.* 78. *ad finem.* Superior in tali atteſtatione non debet ſcrupulizare, non ſolum vigore priuilegij, de quo ſup. *num.* 536. cuius vi cū poſsint diſpēſare ſuos ſubditos ad recipiendos dictos ordines ſacros in tribus diebus feſtiuis continuis, conceditur etiam vt poſſint Religioſi ordinari, etiā ordine Preſbyteratus abſque vlla ordinum functione, & abſque interſtitiorum obſeruatione, ſed etiam quia adeſt priuilegium particulare ab eodem Greg. XIII. conceſſum Patribus Societatis Ieſu, quòd communicant alij Regulares (quidquid contrarium dicat *Sanch. cit. dub.* 54. *ad finem.*) vt per *Hieronym. Rodriq. ſuprac. n.* 20. & ſi poſtea *n.* 24. dicat eſſe à ſuperiore expendendā cauſam. Sed quid ſi in dimiſſorijs, Prælatus Regularis expreſsè
602 non fecit dictam atteſtationem in caſu, quo ordinandus eget dicta diſpenſatione, an licitè poſsit Epiſcopus diſpenſare? & prima facie videtur reſpondendum affirmatiuè ex regula, quòd conceſſo aliquo fine cenſeatur conceſſa omnia tendentia ad finem. Contrarium tamen videtur verius, argumento ſumpto ex ratione, de qua ſuprà, & confirmat *Nouar. ſuprac. concluſ.* 78. *n.* 6. quòd Epiſcopus in ſpecie debet exprimere diſpenſationem in dimiſſorijs, quas dat ſuo ſubdito ordinando ab alieno, ergò à fortiori atteſtatio ſuperioris eſt exprimenda, cùm ſuper eā debeat fundari diſpēſatio interſtitiorū faciēda ab Epiſcopo, rogato ab ipſo ſuperiore. Nota in praxi, ꝙ ſicut ex declaratione ſup. relata *n.* 597. patet, non eſſe in Regularibus neceſſariā fidem Vicarij Generalis Epiſcopi, quòd iſtis temporibus non habeantur ordinationes, ſed ſufficere, ſi de hoc teſtetur ipſe ſuperior in dimiſſorijs, ita in facto dixi, ſufficere ſi dictus ſuperior teſtetur, quòd or-
603 dinandus ſit iam Subdiaconus, vel Diaconus, neq. Epiſcopus ordinator debeat petere ab ordinando Bullas dictorum ordinum, & ſi tutius ſit, habere ordinandos apud ſe bullas dictorum ordinum, ꝙ lætatus ſum, inueniſſe poſtea apud *Marcb. ſuprac. tr.* 1. *de ordine p.* 6. *c.* 5. qui poſt *Abb. Maſcard. & alios*, ſubdit, quòd litteræ dimiſſoriæ Prælatorum Regul. pro ſuis ſubditis, tàm plenam fidem
604 faciunt de contentis in eis, ac ſi eſſent publica inſtrumenta, & proindè Epiſcopum ordinantem, non ſolum poſſe, ſed debere illis fidem dare. Et quidem tales Epiſcopi cū Regularibus tantum zelantes, vel litteras illas habēt ſuſpectas de falsò, vel non, ſi habent ſuſpectas de falſo, debēt omninò illas reijcere, ſed ſi nō habēt eas ſuſpectas, etiā illis fidem præſtare debent quòad alia requiſita ibi contenta, atque eiſdem credere debent, dum præcedentium ordinum ſuſceptionem plenè atteſtantur. Nota circà id, quod dicit *Portellius loco ſuprac. num.* 4. non
605 poſſe ſcilicèt Regulares recipere ordines minores (& idem dico de prima tonſura) ead. die, quia eis tantum conceditur priuilegium, vt poſsint ordinari in ſacris, tribus diebus fæſtiuis, vel feriatis, continuis, vel interpolatis, nam id intelligi debet ſecluſa diſpenſatione Epiſcopi, vel alterius ordinantis, aliàs Regulares eſſent peioris conditionis, quàm Clerici ſæculares, vt in ſimli dicit *Bonacina loco proximè citato ad finem.* fauet *Lezzana ſuprac. c.* 14. *n.* 14. ibi *ad arbitrium Epiſcopi eſt hos ordines minores conferre, vel non, Regularibus.* Doctrina ſuprà tradita de Prælatis Regularibus, vt nō valeāt diſpēſare in interſtitijs, limitatur, quando ipſi habent facultatem conferendi dictos ordines ſuis
606 ſubditis, quia tunc, etiā poſſunt diſpenſare in interſtitijs pro eiſdem ordinibus, requiſitis, ita poſt alios *Lezzana ſuprac. cap.* 14. *n.* 15. *ad finem, & Barboſa alleg.* 18. *ad finem.* qui poſt *Mirandam* mouet dubium, an id poſsint efficere, non ſolum quando ipſi per ſe ordi-
607 nant ſuos ſubditos, ſed etiam quando per alios, & ſic dāt tantū cōmendatitias, qui & ſi illud non reſoluat, attamen illud iā reſolutū remanet pro affirmatiua, ex dictis ſup. *hac reſolutione verbo Abbas n.* 40. vbi quòd Abbas quando habet poteſtatem ordinandi ſuos ſubditos, poſsit dare dimiſſorias, & in illis diſpenſare dictos ſuos ſubditos in interſtitijs, quibus illic allegatis, accedit *Marcbinus ſuprac. c.* 2. *num.* 10. Tandem quæ dixi ſup de duobus ordinibus ſacris, eod. die, ſiuè vero, ſiuè ficto, non ſuſcipiendis; communiter Doctores ſupracitati limitant in eo caſu, quòd quis ſacerdotium, & conſecrationem
608 epiſcopalem, eod. vt ſup. die, reciperet, quia non incurreret ſuſpenſionem, vt dixi ſuprà *n.* 540. de ætate. Qidquid ſit de illa quęſtione, an Epiſcopatus ſit ordo, ſufficit enim ad propoſitum noſtrum, quòd Epiſcopatus in dictis iuribus, non annumeretur inter ſacros ordines, *Suarez, Alterius, & alij*, quos probat *Bonacina ſuprac. §.* 1. *n.* 3. Dixi *eod. die vero, vel ficto*, quia certum eſt, electū,
609 & confirmatū, qui die ſabati Sacerdos factus eſt, die dominico ſequenti poſſe conſecrari, etiam non continuato ieiunio, ex quo iſto caſu non requirantur interſtitia, vt poſt alios habetur per *Alzedum in ſua praxi epiſcopali p.* 1. *c.* 4. *n.* 10. *& per Theſaurum cit. c.* 15. *n.* 3. *verſ. recipiens ſacerdotium.* Dixi *die dominico ſequenti*, quia in dignitatis epiſcopalis reuerētiam, ab Eccleſia inſtitutum eſt,

tali

Digitized by Google

610 tali die, ſcilicèt dominico, fieri cõſecrationem epiſcopalem *cap.* 1. *diſt.* 75. vbi etiã additur hora, quã fieri debet in dicta die, talis conſecratio, ſcilicèt tertia, *& gloſa ibid. verbo tertia,* ſubdit rationes, quia Spiritus Sanctus hora tertia deſcendit linguis igneis in Apoſtolos, quorum loco ſuccedunt Epiſcopi, hora tertia Dominus crucifixus eſt, & illa hora Apoſtoli conſecrauerunt Barnabam, & Paulum, ſed vt dicit *ead gloſa* tale tempus, & hora nõ sũt de ſubſtantia, ſicut etiam dicit de celebratione miſſæ, de quibus videtè poſt alios, *Alzedũ ſuprac. c.* 4. vbi an etiã conſecrari poſſit Epiſcopus, qui nõ ſit ſacerdos,

Ordinans aliquem extrà propriã diæceſim abſque licentia expreſſa Ordinarij loci, prætextu cuiuslibet priuilegij, ſuſpenditur à Pontificalibus ex *Concil. Trident. ſeſſ.* 6. *cap.* 5. vbi & ſi ſit ſermo de exercente pontificalia extrà propriam diæceſim, tamen certum eſt includere caſum ordinationis, vt patet ibi, *& ſic ordinati ab exequutione ordinum*, &

612 hoc dixi ex eo, quia aliqui authores cõfundunt iſtam ſuſpenſionem cum alia lata ab *eod. Concil. Trid. ſeſſ.* 14. *c.* 2. vbi loquitur in ſpecie de Epiſcopis Titularibus ordinantibus in aliena diæceſi, etiam prætextu cuiuſlibet priuilegij, contrà quos fertur ſuſpenſio ab exercitio pontificalium, non indefinitè, vt in *d. cap.* 5. ſed per annum, quæ ſuſpenſio ſi rectè expendatur eſt maior, illa lata contrà Epiſcopos non Titulares, nàm iſta, intrà annum eſt reſeruata S. Pontifici, & ſi elapſo anno ceſſet, illa verò nunquam eſt reſeruata, & ſic ſtatim ab ea poteſt dictus ordinans abſolui à ſuo Confeſſario, *Bonac. q.* 2. *p.* 12. *ad fin.* quicquid *Barboſ. alleg.* 111. *n.* 13. dicat, illã eſſe S. P. reſeruatã. Sed cũ certũ ſit, hodie ſuſpẽſionẽ à põtificalibus incurrere ordinãtẽ, vt ſuprà, tã vbi ordinatus non ſit ſuus ſubditus, quàm ſi ſit ſuus ſubditus, quãdo ordinat aliquem in aliena diæceſi abſque licentia proprij Ordinarij (quidquid ſit de iure antiquo ante Concil. Trid. quo iure inſpecto, nõ eſt certum, an ſuſpenſio lata contrà ordinantem ſuum ſubditum extrà propriã diæceſim, ſit ipſo iure, necnè vt eſt videre apud *Marchinum tr.* 1. *de ordine p.* 5. *c.* 5. *num.* 11. *& duobus ſequentibus, & Bonacinam t.* 3. *diſp.* 3. *q.* 2. *p.* 12. *ſub nu.* 1. *verſ. oppoſitum.*) Eſt tamen dubium, an ordinans non ſubditum incur-

613 rat primam, ſeù indefinitam, vel ſecundã ſuſpenſionem per annum? Ratio dubitandi ſumi poteſt ex eo, quòd *in ſeſſ.* 14. *c.* 2. vbi fertur ſuſpenſio per annum, expreſsè agitur de ordinatione non ſubditi, vt patet ibi *ſed alienas oues*, & infrà ibi *alterius ſubditũ, etiam prætextu familiaritatis, &c.* Sed hoc nõ obſtante, dicendum eſt cum communi ſententia, Epiſcopum non titularẽ ordinantem, tàm ſubditum, quàm non ſubditum extrà propriam diæceſim, abſque licentia, vt ſup. incurrere ſuſpenſionem indefinitè latam in *d. c.* 5. & ſic in *cap.* 2. *ſuprac.* agi tantum de Epiſcopo Titulari ordinãte, & ordinato ab ipſo, nã vt aliàs dixi, pæna legis antiquę, nõ ceſſat per pænam legis nouæ, quando altera eſt in caſu ſpeciali, quòd maximè confirmatur ex eo, quia *cit. c.* 2. fuit editum propter fraudem, quam in intellectu *d. c.* 5. adinuenrant Epiſcopi Titulares, & ideò nihil mirum ſi contrà eos ibi maior pæna imponatur, vt ſuprà explicàui. Quæ autem veniant appellatione Pontificalium, à quibus ſuſpenditur ordinans, & qñ dicatur Epiſcopus eſſe extrà ſuã diæceſim, ac qui veniãt nomine ordinarij, à quo debeat habere quis licẽtiã ordinãdi, ad hoc vt ordinans euitet hanc ſuſpenſionem, ac tandem vtrum dictam ſuſpenſionẽ, violans incurrat irregularitatem, declaraui ſup. *v. Epiſcopus exercens Pontificalia.* quibus illic allegatis, accedit *Nouarius in ſuis ſingularibus concluſ.* 106 *per totum*, vbi ampliat noſtram concluſionẽ. Primò etiam in Archiepiſcopo ordinante in diœceſi ſuffraganeorũ, eſtque dicta ampliatio certa, *Bonacina tom.* 3. *diſp.* 3. *q.* 1. *p.* 12. Secundo etiam in ordinante

614 ſuum ſubditum in aliena diæceſi prima totum tonſura, contra *Barbat. Rebuffum, Henriquez, & Bonacinam,* qui *Bonacina loco proximè* à me *citato n.* 2. dicit hanc opinionẽ nõ carere probabilitate, & ſi fateatur rationem illam, *Henriq.* quòd ſcilicèt collatio primæ tonſuræ, non pertineat ad Pontificalia, cùm priuatim conferri poſſit in cubiculo (ob quã rationẽ, videntur eã opinionẽ ſequi auctores apud *Marchin. tr.* 1. *de ordine p.* 5. *c.* 10. *n.* 9.) non ſubſiſtere, quia benedictio calicis, vel corporalis fieri põt priuatim in cubiculo, & tñ pertinet ad Pontificalia, alia ergo ratione dicit iſtã ſententiã probabilẽ *Diana, non locis citatis à Marchino, loco ſuprac.* ſed *par.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 45. nempè ex eo, quòd Concilium loquatur de Epiſcopo conferente ordines, & prima tonſura non eſt ordo, & ideò ſoleat conferri abſq. exercitio Pontificalium, quæ ratio neque conuincit, nam Concilium non loquitur *cit. cap.* 5. de conferente ordines, ſed de exercente Põtificalia, & licèt prima tonſura poſſit conferri abſque exercitio Pontificalium, tamen pertinet ad Pontificalia, ideò non diſcederem à prima ſentẽtia ampliationis, verè enim primę tõſuræ collatio pertinet ad Pontificalia, quia illa regulariter non poteſt conferri, niſi ab habente vſum Pontificalium, & licèt per priuilegium poteſt talis facultas concedi non habenti vſum Pontificalium, hoc non facit ad rem, cùm lex reſpiciat ea, quæ frequenter, non autem quæ de rarò fiunt *l. nã ad ea, ff. de legibus.* Vnde meritò *Barboſa alleg.* 6. *n.* 15. dixit, opinionem contrariam non eſſe admittendam, &



Digitized by Google

*Marchinus ſup.n.*10. teſtatur noſtrā ampliat. eſſe ſecundū ſtylū,& cōſuet. Nota,ꝙ& ſi *ind. cap.5.ſeſſ.6. Concilij Trid.* quando decernitur,nulli Epiſcopo licere cuiuſuis priuilegii prætextu pontificalia in alterius diœceſi exercere, niſi de Ordinarii loci expreſſa licentia; videatur etiam ſtatui, quòd habita licentia Ordinarii,non poſſint ordinari, niſi tantū perſonæ ſubiectæ eidem Ordinario, qui dedit licentiam,tamen S. Congregatio Concilii declarauit,poſſe hoc caſu dictum Epiſcopum ordinare nō ſolum ſubditos proprios, ſed etiam omnes alios habentes dimiſſorias ſuorum Ordinariorum, vt poſt *Molfeſium noſtrum,refert Nouarius loco ſuprac. n.*5. *vbi teſtatur de praxi notoria*, qui inde colligit, ead. ratione,poſſe ordinare Regulares cum dimiſſoriis ſuorū ſuperiorum,vt dixi ſup. de Abbate, & ꝓſequitur *Marchetr.*1.*p.*5.*c.*10.*ad fin.* vbi probat,id nō aduerſari Cōcil.Trid. ex eo quia loquitur de Epiſcopo ordinante prætextu priuilegii alicuius, & ante eum *Campanilis Rubrica 9.cap.5. ſub num.6.* vbi reiicit dictum intellectum, & alios in medium affert, de qua re etiam *Sanchez lib.7. opuſcul.moral.c.1.dub.26.* vbi vult,hūc tex. intelligi de Epiſcopo exercente pōtificalia cū licētia Capituli ſede vacante infra annū,idē *n.ſeq.* quærit *Cāpanilis*, an Epiſcopus in aliena poſſit ordinare illū,qui habet dimiſſorias

615 ſine illis verbis, *vel in aliena de licentia Ordinarij loci pontificalia exercentem*, & probat contrà *Guttierez* ſententiam affirmatiuam, teſtaturque hoc iure omnes vti. Itemque *n.* 9. aduertit,Epiſcopum in aliena diæceſi ordines conferentem non teneri habere dimiſſorias à ſubiectis Ordinario loci,de cuius

616 licentia ibi Pontificalia exercet, ſed ſufficiat ſi illos ordinet ſciente,& patiente dicto Ordinario. Nota,ſingulare dictū *Campanilis Rub.9.c.5. n.4.* quā addere poteris ad *ſuprac. cit. concluſ. de Epiſcopo exercente Pontificalia*

617 *in aliena diæceſi, &c.* ſ. Epiſcopū habentē licentiā non ſolū ab Ordinario loci, ſed etiā à Parocho baptizādi,vel cōiūgēdi in matrimonio,poſſe baptizare, & cōiūgere cū mitra,ita etiā dixi in Epiſcopo habente licentiā monialem induendi habitum,quod fit cum miſſa. Pro clericis commorantibus in Vr-

618 be Roma,nota, quòd illis non ſufficit habere dimiſſorias ſuorum ordinariorum, ad hoc vt poſſint ordinari extrà vrbem prefatā, ſed etiam eſt illis neceſſaria licentia Cardinalis Vicarii in ſcriptis poſt examen,& c.aliàs dicti ordinati incurrunt ſuſpenſionē ab executione ordinum S. P. reſeruatā, ex edicto publicato in ead.vrbe ab Eminētiſſ. Vicario tūc temporis,refert *Bonacina to.3.diſp.3.q.1. ꝑun.11.n.5.* Quòd edictum,cùm emanatum ſit ex ſpeciali mandato Clem.VIII. S.Pontificis, vt aſſerit ibi idem Cardinalis Vicarius, cuius aſſertioni eſt credendum,non expirauit per mortem d. Vicarii, vt probat *Theſaurus p.2. de pœnis eccleſiaſticis verbo ordo c. 29. ad finem*, qui & ſi non explicet, quòd neque etiam morte S.Pontificis Clem.VIII. ceſſauerit, tū id præſupponere videtur,cùm de dicta ſuſpēſione faciat mentionem, tamquam de ea, quæ adhuc duret,& meritò,nā edicta Vicariorum tunc expirant eorū mor

620 te, quando non habent vim perpetuæ conſtitutionis, quando autem fiunt ab eis ex ſpeciali mandato perſonarum poteſtatem legem condendi habentium, vt eſt in caſu noſtro, in quo dictum edictum prodiit ex ſpeciali mandato S. Pontificis, habent vim conſtitutionis perpetuæ, vt ſuppono ex materia de legibus. Subiicit etiam *Theſaur. ibid.*

621 commorantes in Vrbe,dicit etiam illos, qui non habent ibi domicilium, quod intellige non de omnibus non habentibus domicilium; ſed tantum de non habentibus proprium domicilium, quia ſufficit ſi habeant ibi quaſi domiciliū,ex eo quia, & ſi v.g. nō conſtituerint aliqui ibi, perpetuò habitare, tamen habitent ibi de facto pro maiore parte anni ex aliqua cauſa, puta litis, vel ſtudiorū, animo aliò ſe transferendi, vt aliàs declaraui, & nota,quia hoc eſt ſpeciale,ex quo tale

622 quaſi domicilium, aliàs non ſit ſufficiens ad hoc vt quis poſſit ordinari ab Epiſcopo loci illius,vt dixi *cū de iubileo n.93.*& in ſpecie decōmorantibus,& habitantibus Romæ, habetur *per Nouar. in ſuis ſingular. concluſ.*100. *n.*11.*ad fin.* qui oſtēdit, nō habuiſſe notitiam huius edicti. Vndè ſicut is, qui Romæ reperitur tantū pro viſitandis locis ſanctis,vel curioſitatis cauſa, vel etiā pro negotio aliquo, minori tempore medietatis anni duraturo, nō poteſt dici habere ibi nec domiciliū,nec quaſi, ita nō dicitur cōmorans,vel habitans Romæ,ſed exterus,vt dixi *loco ſuprac. de iubileo n.109. & me citato* proſequitur *Boſſius de triplici iubilei gratia ſect.4.caſu 13.nu.14.* & per conſequens non includitur in dicto edicto. De Regularibus,quòd & ſi habeant priuilegium,vt poſſint ordinari extrà tempora à quolibet Antiſtite catholico cum dimiſſoriis ſuorum ſuperiorum,non tamen poſſint ordinari etiam in Eccleſia propria ab alieno Epiſcopo abſque, licentia Ordinarii loci, docent paſſim DD. vt eſt videre apud *Hieronimum Rodriq. in compendio qq. regularium*

623 *reſol.106. num.19.* aliàs ordinans incurrit ſuſpenſionem ab exercitio Pontificalium,de qua ſuprà, & ordinatus ab executione ordinum, de qua infrà: *ita Portellius in ſuis dubijs regularibus verbo ordinis ſacri ſuſpenſio, num.3.* quando ſuperiores volunt vti d. priuilegio concedendi dimiſſorias ſuis ſubditis pro ordinatione extrà tempora, non eſt ne-

624 ceſſe, quòd requirant Epiſcopū diœceſis,

vbi

Digitized by Google

vbi aſsignatus eſt ordinandus(per quam aſsi-
gnationē cōtrahit ibi domiciliū Regularis,
vt dixi *cũ de iubileo p.1.n.110.*)pro dicta ordi
natione, ſi dicti Regulares, ordinandi ſunt
extrà illius diæceſim, ſed ſufficit ſi ſuperior
dirigat dimiſſorias ad quēcunq. Antiſtitē, vt
ſonat priuilegiū: nàm etiā clericus ſæcularis,
qui habet diploma Pontificiū generale pro
ordinatione extrà tēpora, nō ſolū nō tenetur
requirere Epiſcopū, ſed nec eget dimiſſorijs
illius, ſed tantum commendatijs, vt dixi ſu-
prà, & ſic hoc caſu non habet locum decrē-
tū, de quo ſup.*n.*596. quòd tātū procedit qñ
Regulares ordinari volunt in illis tempori-
bus, in quibus Epiſcopi loci, faciunt ordina-
tiones generales, & ideò non extendendum
ad caſum iſtum, pro quo adeſt ſpeciale pri-
legium, ita ſe habet praxis; preterquàm quòd
eſt etiam opinio probabilis vt probat, & te-
ſtatur *Theſaurus par.2.de panis eccleſiaſticis c.*
625 *27. ad finem.* ſuſpenſionem latam contrà
ſuperiores Regulares non obſeruantes for-
mam dicti decreti, non eſſe latæ, ſed tantum
ferendæ ſententiæ, imò quòd tempore ordi-
nationum ſi Epiſcopus loci non faciat ordi-
nationem, ſufficiat de hac re teſtimonium ip
ſius ſuperioris in dimiſſoriis, neque Regula-
ris egeat teſtimonio curiæ, dixit idē *Marchi-
nus tract.*1. *de ordine p.6. c.4.n.4.* & ſi ſubdat,
non reprehendendam conſuetudinem con-
trariam, quòd vltimum videtur de directo
aduerſari ijs, quæ dixit *ibid.p.6.cap.*5. vbi nō
626 ſolum docet (vt retuli *ſup.n.607.*)dimiſſo-
rias ſuperiorum Regularium plenā facere fi-
dem de contentis in illis, ac ſi eſſent publi-
ca inſtrumenta, ſed etiam poſt *Rodriq.*ſubdit,
eum ſatis *mirari non poſſe rigidam nimium
nonnullorum Epiſcoporum examinationem
ergà Regulares ordinandos, non ſolum de ſcien-
tia, ſed etiam de alijs requiſitis, cùm tamen in
animarum ſalute procuranda, nullos habeant
meliores, aut efficaciores coadiutores.* Et iam
quod feci mentionem de examine Regula-
rium circà ſcientiam, non pigebit hic adno-
tare, quòd vi ſupradicti decreti, Epiſcopus
ordinans Regularem, illum poteſt examina-
re circà ſcientiam; nam & ſi antiquitus ha-
bebant Regulares priuilegium, quo exime-
627 bantur ab hoc examine, illud per Concil.
Trident. fuit reuocatum, vt per *Portellium lo
co ſuprac. in addit. num.*1. *ad finem.* Dixi, *illū
poteſt examinare, &c.* quia Epiſcopi tuta con-
ſcientia poſſunt de hac re ſtare approbationi
Prælatorum ordinis, vt dixi *ſup.p.*1. *recoll.*1.
*num.*13. vbi etiam ſubdidi, non requiri tan-
628 tam ſcientiā in Regulari ordinando etiā
pro ſacerdotio, quanta in clerico ſæculari,
quidquid contrariū velit *Campanilis in ſuo
diuerſorio iuris canon. rub.*1.*c.*2.*n.*4. qui hoc
nō obſtāte refert aliquos auctores docētes,
Regulares non eſſe examinandos de ſcien-
tia, ſed ſufficere, ſi ſint boni, & ſi illiterati, &
irregulares. Iſtis enim Religioſis ſat eſt ſi
ſciant benè legere, & cantare, & ſi in lingua
latina aliqualiter deficiant, vt benè *Barboſa
de off. & poteſt. Epiſcopi alleg* 46. *n.*14. & pro-
ſequitur *aliis citatis, contra Ledeſm. Diana p.*2.
*tr.*16. *aliàs* 2. *miſcell. reſol.*92. *& p.*4. *tr.*2. *reſol.*
74. *& p.*3. *tr.*2. *de dubijs regular. reſol.*86. *quem
refert, & ſequitur Marchinus de ordine tract.*
1. *p.*5. *cap.*5. *num* 9. Dixi, *etiam pro ſacerdotio,*
629 quia pro ordinibus minoribus *Cōcil. Trid.
ſeſſ.*23. *cap.*11. videtur hoc remittere arbitrio
Epiſcopi etiam pro clericis ſæcularibus, per
illa verba, *niſi aliud Epiſcopo expedire videbi-
tur,* quæ non magis diſpenſationi interſtitio-
rum, quàm ſcientiæ congruunt, vt poſt *Pie-
rinum* notat *Diana loco vltimo citato*, quid-
quid contrarium velit *Sanchez lib.*7. *opuſcu-
lorum moral. cap.*1. *dub.*45. *num.*14. & ſic ex-
plicandus *Marchinus* non ita clarè loquens
*cit. c.*1. *n.*10. & *ſeq.* Hac occaſione nō præte-
ream hic innuere reſolutionem quæſiti, his
diebus de quodā clerico ſæculari, propoſiti,
qui & ſi optimæ vitæ, tamen non benè cal-
lens linguam latinam, fuit ordinatus ſubdia-
conus, & diacōnus à prædeceſſore Epiſcopo,
an ſcilicèt tuta cōſcientia poſsit illū promo-
uere ad ſacerdotium Epiſcopus ſucceſſor, &
reſolutio fuit (præſuppoſito dictum diaconū
ex dicto defectu linguæ latinæ non eſſe om-
nino inhabilem ad munus ordinum ſuſce-
ptorum, & ſuſcipiēdi obeundum.) Quòd nō
ſolum poſsit dictus Epiſcopus ſucceſſor illū
promouere, ſed ad hoc teneatur. Prima pars
reſolutionis, patet, quia talis non eſt, nec per
ius commune canonicum, neque per S.Con-
630 cilium Tridentinum ſuſpenſus, neque ir-
regularis, vt benè probat *Cāpanilis cit.c.*2.*n.*3.
*& proſequitur aliis citatis Marchinus ſuprac.
cap.*10.*n.*14. Si ergò non eſt ſuſpenſus, neq.
irregularis, ergò tuta conſcientia poteſt illū
Epiſcopus promouere. Conſequentia patet,
quia tunc ordinat aliquem non impeditum.
Neque obſtat, quòd & ſi ipſe ordinatus non
eſt ſuſpenſus, neque irregularis, tamen ipſe
ordinans nō ſufficienter litteratū, peccabit,
vt fatetur *Campanilis loco ſupracitato*, & pa-
tet *in cap. ſi qui Epiſcopi q.*1. vbi fertur contra
dictum ordinantem ſuſpenſio à collatione
talis ordinis immeritò collati, & ſi non ſit
certum an dicta ſuſpenſio ſit latæ ſententiæ
vt aliàs dixi: & in terminis notat *Theſaurus
verbo ordo c.9.n.3.* Quia hæc procedunt in or
dinante omninò indignū ratione literaturæ,
& ego ſuppono, diaconum, de quo quæritur,
non eſſe omninò indignum, & ſic intelligo
*Suarez diſp.*51. *ſect.*1. quando & ſi fateatur,
talē nō eſſe irregularē quòad ſuſceptos, ſub-
dit tñ illū eſſe irregularē quòad ſuſcipiēdos.
*et infrà n.637.* Secūdę partis probatio con-
ſequitur ex ſupradictis, nā ſuppoſito etiā, ꝙ
per

Digitized by Google

per dictum diaconum non ſtat, quin acquirere poſſit maiorem habilitabilem in dicta lingua latina denegando illi Epiſcopus promotionẽ ad ſacerdotium, ipſũ puniret abſq. eo quod de iure ſit illi pro hac re impoſita aliqua pæna, item abſque ſua culpa, contrà omnia iura, quæ volunt, neminem poſſe cõdemnari niſi vel ſit in eo ſtatu, pro quo in iure ſit impoſita pæna, vel quòd adſit delictũ, & culpa, ad allegata in ſimili caſu per *Sãctarellũ variar. reſol. q.78. n.10.* Quòd autẽ per non promotionem ad ſacerdotium talis punirentur, patet, nam ex eo quia reperitur Subdiaconus, & Diaconus, iã acquiſiuit ius
633 ad ordinem Præsbyteratus, & priuatio cuiuslibet iuris eſt pæna. *Riccius p.2. deciſ.25. n.6.* & eò grauior, quò res, qua quis priuatur, eſt charior. *Chartarius deciſ. curiæ Archiep. Mediolan.30. num.32.* Accedat quòd pæna priuationis nunquã incurritur, niſi expreſsè à iure imponatur. *gloſa in c. fin. de iure patr.* quę eſt cõmuniter recepta, teſte *Nau. conſ.5. de verborũ ſignificat.* igitur cũ hæc pæna non promotionis ad Præsbyteratus ordineob defectũ linguæ latinæ, nõ ſit de iure impoſitæ neq. debet Epiſcopus illa multare d. Diaco-
634 nũ. Dixi, *ob talẽ defectũ*, quia tantũ pro Sacerdotio requiritur, vt ſciat quis myſteriũ ſacramẽti, ꝙ cõficere, recipere, tractare, & miniſtrare debet, & ſciat taliter legere, vt intelligat illud idioma, in quo eſt miſſam celebraturus. *Molfeſius tract.2. cap.13. num.5.* qui benè ſubdit, id ſcilicèt, quod additur in *Concil. Trid. ſeſſ.24. cap.14.* de ſcientia eorum, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, vt valeat in illis inſtruere populum, requiri præcipuè in Parocho, nam etiam vt dixi ſupra *p.1. recoll.1. num.26.* non requiritur tanta ſcientia in Sacerdote, quanta in Parocho, & etiam *Marchinus ſup. c.1. n.12.* poſt *Rodriquez* affirmat, quòd neque talis debet tanta ſcientia eſſe præditus, vt valeat confeſsiones audire, & ita intelligo eundem *Marchinum loco ſupracit. ſub num.14.* quando dixit, Conciliũ Tridentinum nullam ſcientiam in eligendis ad Epiſcopatum, & ad Præsbyteratum defi-
635 niſſe. Imò quòd ſufficiat ſi mediocriter intelligat dictam linguam, ac etiam mediocrem habeat ſcientiam, vt poſsit ritè ſeruare ea, quæ ſpectant ad miſſam conficiendam, & euitare defectus occurrentes in miſſa, dixit *Sanchez lib.7. opuſculorum moralium c.1. dub.45. num.16.* Qui ad finem *numeri.* quærit,
636 vtrum omninò idiota, ſed verſatus in officio diuino (vt ſacriſta, vel monachus) qui poteſt choro inſeruire, poſsit ſacris initiari, qui licèt quæſitum non reſoluat, tñ remittit lectorem ad *Henriq. Rodriquez, Suarez, & Cãdelabrũ Sacramentorũ*, ex quibus & ſi *Henriq. & Rodriquez* loquantur de Religioſo, & *Suar. diſp.51. ſect.1.* vbi agit de dicta irregularitate (qui vt dixi, & ſi putat, illiteratum ordinatum non eſſe irregularem pro ordinibus ſuſceptis, ſubdit tamen eſſe irregula-
637 rẽ quòad ordines ſuſcipiendos, quòd intelligo de eo, qui omninò eſt talis, vt etiam aduertit *Auila p.3. diſp.4. dub.1. ad finem.* non autem de eo qui benè legit miſſam, & ſi mediocriter, vt ſuprà, intelligat, quòd legit, &c. qui nõ eſt omninò grãmaticę illiteratus, in qua re iuxtà opinionẽ, de qua ſup. *n.629.* habet locũ arbitriũ Epiſcopi) tamen nullũ verbum dicit de hoc particulari, & tantum *Viualdus in candelabro aureo, cum de irregularitate ex defectu animæ* §.5. *num.95.* docet,
638 *non eſſe iudicandum idiotam, & illiteratũ illum, qui & ſi litteras multas non didicerit, in rebus tamen eccleſiaſticis, & diuinis officiis dicendũ, ita expertus eſt, vt quodam magno vſu omnia norit*, atque *multos ſacerdotes in hoc ſuperet, nam tales ſic experti, ordinandi ſunt*, vbi allegat non ſolum ad hoc *Panorm.* ſed etiã ſubdit, quòd *de multis Sanctis legimus, non propter litteras (quas non habebant) fuiſſe ordinatos, ſed propter eccleſiaſticarum rerum peritiam, ac morum ſanctitatem*, & *num. ſeq.* teſtatur, ſe vidiſſe in Archiepiſcopatu Toletano, quendam, qui nunquam litteris latinis operam dederat, propter inſignem in eccleſiaſticis officijs, miniſtrandis, & officiandis, peritiam (erat enim inſignis, diligentiſsimuſque ſacriſta) fuiſſe ad ſacros ordines admiſſum, ſubdens hæc verba. *Nec miror, nam Sacerdotes innumeros literatos inuenies, perfectum autem in cæremoniis eccleſiaſticis, diuiniſque officiis celebrandis expertum, vnum intermille, experientia docet*, & licèt ſubdat *num.96.* quòd potius ordinandus ſit Religioſus illiteratus, quàm clericus ſæcularis, non per hoc dicendũ eſt quòd recedat à ſupradictis quæ ſup. probauit, cùm nemo præſumatur ſtatim ſe ipſũ corrigere, ſed potius eum loqui non de caſu particulari, de quo paulò antea doctrinas, & exempla adduxit, ſed generaliter iuxtà regulam, quam etiam ſup. poſui *n.628.* cõtrà *Cãpanilẽ, & Ledeſmã*

Ordinatus ab Epiſcopo exercente Pontificalia in aliena diæceſi ſine licentia Ordinarii loci, vbi ordines conferuntur, incurrit ſuſpenſionem ab exequutione ordinum, habetur in *cit. ſeſſ.6. Concilij Tridentini cap.5 de reformat.* intellige vt ſuprà, ſiuè Epiſcopus ordinans ſit proprius, ſiuè alienus, item excepto ordinato prima tonſura, nam neq. Epiſcopus, ſecundum magis communem ſententiam, illam cõferendo, incurrit aliquã ſuſpenſionem, & ex illis verbis Concilij, *& ſic ordinati,* clarè percipitur, quòd vbi Epiſcopus ordinans extrà diæceſim abſque licentia, non incurrit ſuſpenſionem à Pontificalibus, vt ſuprà declaraui *cõcluſ. præced.* neque illam incurrat ab exequutione ordinũ

ipſe

Digitized by Google

ipſe ordinatus, ꝙ credo eſſe in cauſa, vt DD. ſupracitati, de ſecũda ſuſpẽſione ordinati, ferè nihil dicant, cũ de prima latè tractet. Suſpẽ-
639 ſio ab exequutione primæ tonſuræ, & ſi nõ inducat irregularitatem. *Nau. conſ. 26. de temporibus ordinat.* tamen operatur inhabilitatem quoad ordines alios ſuſcipiendos, & ad beneficia acquirenda, & ſic indiget abſolutione, fauet *Nau. conſ. 30. num. 3.* ibi *Eſt ſuſpenſus ad effectum, quòd non licet ei vti ordine, donec Papa, vel Epiſcopus ſuus ratificet*, ſi enim non licet vti ordine, ergò eſt inhabilis ad alios, & ad beneficia acquirenda, quæ præſupponunt liberum vſum primæ tonſuræ, vt clarius percipitur ex eod. *Nau. ibidem conſ. 25 ſub num.* 5 *Barboſa allegat.* 5 *ſub n.* 10. *& Teſaur. cit. c. 16. in princ. verſ. contraria.* & ſi loquatur de ordinato ab alieno Epiſcopo, qui non eſt ſuſpenſus ipſo iure, ſed ſuſpen-
640 dendus. Iſta ſuſpenſio nõ eſt reſeruata eadratione, qua ſup. de ordinãte, quia eſt indefinitè lata, *Theſaur. verb. Epiſcopus cap 4. nu.* 1. & *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 1. pun. 12. ad fin.* qui ſubdit; quòd ideò poteſt abſolui ab Epiſcopo, vel eius delegato. Nõ autem declarat à quo Epiſcopo, crederem tamen; quòd intelligendum ſit de Epiſcopo, cuius iuriſdictio fuit oſtenſa, ſicuti dictum fuit ſuprà ſub *n.* 518. de ordinato ab alieno ſine dimiſſorijs, ordinibus minoribus, vbi quòd ſuſpenſio, illa ſit reſeruata Epiſcopo, ad quem pertinebat dare dimiſſorias. Quia verò dicit Cõcil. talem eſſe ſuſpenſum ab exequutione ordinum, poteſt dubitari, an intelligat de
641 exequutione omnium ordinum, vel tantum ordinum ſuſceptorũ ab Epiſcopo exercente Pontificalia in aliena diæceſi abſque licentia, ſicut dubitant DD. de ſimili ſuſpenſione lata à Pio II. in ſua Bulla *cùm ex ſacrorum.* contrà ordinatos ante legitimã ætatem, aut abſque litteris dimiſſorijs, vel extrà tempora, vndè cùm ſup. *n.* 519 533. *&* 544. de illa, dixi intelligi debere de exequutione ordinum ſic ſuſceptorum, non autem omnium prius legitimè ſibi collatorum, idem conſequenter loquendo, dico etiam de iſta,
642 eadẽ enim res, non debet diuerſo iure cẽſeri *l. eum, qui ædes ad finem, ff. de vſucapionibus.* Et ſi enim ſuſpenſio lata contra ordinatos ab alieno ſine dimiſſoriis, proprij Epiſcopi, in hoc conueniat cum iſta ſuſpenſione, de qua hic, tamen differt tam reſpectu ordinãtis, quàm reſpectu ordinati; Reſpectu ordinantis, quia primo caſu eſt dubium vtrũ Epiſcopus conferendo primam tonſuram, incurrat ſuſpenſionem, vt dixi *ſup. n.* 462. Secundo verò caſu, eſt certum incurri ſuſpenſionem, quando prima tõnſura confertur cũ vſu pontificalium, & ſi ſit dubiũ in caſu, quo ſine dicto vſu, ſecretè, priuatim, v.g. in cubiculo, conferatur, vt dixi etiam *ſup. n.* 614. Reſpectu ordinati differt primò, quia de prima ſuſpenſione, eſt difficultas vtrum incur-
643 ratur ob ſuſceptionem ordinum minorũ, vt in ſpecie eſt videre apud *Theſaurum verbo ordo cap.* 16. *num.* 7. *ad finem, & Marchinus tract.* 1. *de ordine par.* 5. *c.* 11. *n. &* 8. de ſecunda autem eſt certum, incurri ob ſuſceptionem ordinum minorum, & ſi ſit dubium de prima tõſura vt dixi ſup. *n.* 614. Secũdò differt, nam etiã de prima, eſt difficultas inter DD. vtrum ſufficiat ratihabitio proprij Ordinarij pro abſolutione, vt dixi etiam ſup. *num.* 464. de ſecunda autem eſt certum, non ſufficere
644 ratihabitionem, ſed eſſe neceſſariam abſolutionem, cùm in *d. c.* 5. *ſeſſ.* 6. ſimpliciter tales ordinati declarentur ſuſpenſi ipſo iure, & non ad arbitrium Epiſcopi, vt dicitur in *ſeſſ.* 14. *cap.* 2. de ordinatis ab alieno Epiſcopo abſque dimiſſorijs, & *ſeſſ.* 23. *cap.* 8. de ordinatis ab Epiſcopo Titulari, &c. quidquid *Marchinus*, hæc tria loca Concilii confundat *tract.* 1. *par.* 5. *cap.* 11. *in principio.* Quando autem Epiſcopus ordinans in aliena diœceſi, incurrat etiam excommunicationem, videte ſuprà *recoll.* 4. *verſ. Epiſcopus ſe ingerens.*

Ordinans ſcienter clericum ſęcularem ſacris ordinibus abſque ſufficienti titulo beneficii, vel patrimonii, hodiè abſolutè loquendo, non incurrit ſuſpenſionem aliquã, ſed tantum tenetur prouidere ordinato de ſufficienti beneficio, & interim ſubminiſtrare ei vitæ neceſſaria, ſecundum qualitatem perſonæ, loci conſuetudinẽ, ac Eccleſiæ ſuæ redditus. *cap. cum ſecundum de prabendis*, & explicat *gloſa inſignis in cap. Epiſcopus verbo neceſſaria eod. tit. de prabendis.* & ſi n. tex. loquatur de ordinante, intelligitur tamen de Epiſcopo. *Sayrus lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 22. *de cenſuris* Dixi, *hodiè non incurrit, &c.* quia & ſi Sixtus V. in ſua conſtitutione, contrà dictum ordinantem impoſuit pœnam ſuſpenſionis, ipſo facto incurrendam à collatione quorumcunque ordinum, etiam primæ tonſurę, & ab exequtione omnium munerum Pontificalium, ac etiam pænam interdicti ab ingreſſu Eccleſiæ, tamen vt aliàs ſuprà dixi ſæpiùs, dicta conſtitutio Sixti V. per Clem. VIII. in ſua conſtitutione incip. *Romanum decet.* 40. in ordine, fuit redacta ad terminos ſacrorum canonum, conſtit. Pii II. & Sacri Cõcilii Tridentini. Vndè cùm conſtitutio Pii II. non loquatur de hoc caſu, neque de ordinante, & in *S. Cœil. Trid. ſeſſ. c.* 2. *de reformat.* vbi eſt ſermo de titulo, quo quis debet ordinari, innouantur tãtum pænæ ſacrorum canonum ſuper his, & in ſacris Canonibus nõ reperiatur contra ordinantem lata aliqua ſuſpenſio, remanet probata prima pars noſtræ concluſionis, ſcilicèt ordinantem aliquem, &c. non incurrere ſuſpenſionem aliquam. Notanter addidi illa verba, *abſolutè* loquẽdo,

...do, quia datur caſus, præter caſum, de quo
*ſup. verbo Nouitium*, in quo poteſt ipſe ordi-
645 nans incurrere ſuſpenſionē, & eſt quando
inter ipſum, & ordinatum interueniret pa-
ctum, vt ordinatus nihil ab eo poſſit petere
in defectum tituli, vt habetur in *cap. ſi quis
ordinauerit. ſeu panult. extrà de ſimonia*. vbi ſu-
ſpenditur talis ordinans per trienniū à col-
latione ordinum, & dicta ſuſpenſio reſerua-
tur S. Pontiſici, quod intelligit *Bonacina to.
3. diſp. 3. q. 1. p. 8. nu. 31.* intra triennium, nam
extrà triennium ceſſat; qui reſpondet tacitæ
obiectioni, quæ poteſt fieri de conſtitutione
Sixti V. ſuprà mentionata, vbi dicta ſuſpen-
ſio abſolutè S. Pontifici reſeruatur, inquiens,
quòd dicta cōſtitutio fuit à Clemente VIII.
redacta, vt ſuprà ad terminos iuris cōmunis,
&c. non aduertens ad inſtantiam, quę poteſt
fieri, quòd ſcilicèt in dicta moderatione
Clem. VIII. ſint relictæ in ſuo robore pænæ,
& cenſuræ per dictā conſtitutionem inflictæ
contra ordinantes, & ordinatos ſimoniacè,
quales videntur, quòd ſint iſti tales, vt patet
ex Rubrica, ſub qua ponitur dictus *tex. in c.
ſi quis ordinauerit*, & videntur clarè ſuppone-
re *Silueſtr Ordo n. 8. verſ. quintum, & Sanchez
lib. 7. opuſculorum moralium c. 1. dub. 34.* Sed
*Bonacina* forſan ſupponit *cit. c. pæn.* non fun-
dari im malitia ſimoniæ, ſed tantum in tali
pacto, & promiſſione, & per conſequens,
vt alij DD. loquūtur, quòd licèt dicta decre-
646 talis ponatur ſub titulo de ſimonia, non ta
men illi contraueniens, incurrat pænas latas
contrà ſimoniacos in ordine, quia hic non
datur, neque remittitur aliquid de præſenti
debitū, propter ordinē, vt clarè docet *gloſ. loc.
ſupracit. verbo ab exequutione*, & ſequuntur
*Innocentius ibid. Abbas n. 4. & Quarāta verb.
ordo. verſ. Erit igitur*. & id mihi pſuadeo, nō
647 ſolum ex eo, quia ad hoc vt incurrātur pæ-
næ ſimoniæ cuiuſcunq. eſt opus, quòd pro-
miſſio, & renunciatio (ſecluſa ſimonia) ſit vali
da, vt ſingulariter poſt *Nau.* declarat *San-
chez loco ſuprac. cap. 3. dub. 34. ad finem.* qui &
ſi loquatur de ſimonia in beneficio, tamen
idem à pari dicendum de ſimonia in ordine,
nàm hoc caſu habet locum regula, quòd
pæna non incurritur ex actu nullo, de qua re
videete *Sperellum dec. 39. n. 40. & ſeq.* & dicta
promiſſio etiam iuramento confirmata eſt
de ſe inualida, non ratione ſimoniæ, ſed vel
quia contra bonos mores, vt per *gloſam in cit.
cap. pæn. verbo promiſſionem*, vel quia nemo
validè renunciare poteſt iuri publico, vt poſt
alios habet *Sanchez loco primo citato*. Sed etiā
quia ſimoniacus in ordine quacunque ful-
geat dignitate, etiam Pontificatus, & Cardi-
nalatus, præter infamiam, & depoſitionem,
incurrit ſuſpenſionem perpetuam, & excō-
municationem S. Pontifici reſeruatam, vt di
ctum fuit *ſup. recoll. 4. verbo Simoniam in ordi-
ne*, & tamen *in d. c. pen.* contra Epiſcopum
paciſceētē, vt ſup. imponitur ſuſpenſio tan-
tum, & illa etiam per triennium duntaxat,
ergò ſignum eſt, quòd non ſit propriè ſimo
nia, vt poſt alios in puncto clarius loquēdo,
dixit idē *Sāch. cit. c. 3. dub. 104. n. 38.* ꝙ forſan
voluit dicere *Barboſa loco ſuprac. alleg. 20.
n. 29.* dūdixit, nō eſſe ſtricto, ſed largo modo
ſimoniā, quæ indicant, ꝙ talis ordinans, &
ordinatus non incurrāt pænas, neque à iure
communi, neque à Sixto V. in præcitata cō-
ſtitutione cōtra ſimoniacos in ordine latas,
nam ſi pænę contrà ſimoniacos in ordine
abſolutè haberent locum in talibus impro-
priè, & largo modo, vtiq. illę nō reſtringerē-
tur, ſed extenderentur, contrà regulam vul-
gatam, quòd pænæ ſint reſtringendæ, & nō
extendendæ ad alium caſum, etiam ſi ead.
ratio id ſuadeat, *cap. pænæ diſt. 1. Nau. conſ. 42*
648 *de tēporib. ordinat.* vndè ſi verba regulariter
debent capi propriè, & in vero ſignificato,
nō autē in improprio, & ficto. *l. non aliter ff.
de legatis 3. cap. ad audientiam de decimis*. tan-
tò magis id eſt verum in pænalibus. Hanc
ſententiam clarè poſt hæc ſcripta, allegatis
*Nau. Quaranta, & alijs*, ſequitur *Theſaurus
p. 2. de pænis eccleſiaſticis verbo ordo cap. 11.
num. 4. verſ. Aduertendum. In d. cap. penult.* ſu-
ſpenditur etiā ab exequutione ordinum per
triennium præſentator ad ordinem cum ta-
649 li pacto fiduciario, pro quo præſentatore
licet *Ioannes Andreas ibid.* intelligat Archi-
diaconum, tamem alij intelligunt quemli-
bet beneficiatum præſentantem ad titulum
ſuæ Eccleſiæ, vel beneficij, iuxtà *tex. in c. per
tuas 37. eod. tit.* ita *Garzias p. 2. de beneficiis c.
5. num. 168. ad finem.* vndè idem dicendum
eſt de patrono præſentante cum dicto pacto
aliquem ad ordinem, ad titulum Eccleſiæ
iuriſpatron. vt indicat *Sayrus lib. 4. ſui Theſauri
caſuū conſcientia cap. 15. n. 27.* intellige
de Patrono eccleſiaſtico, & ſic explico *Ioā-
nē Andreā ſup.* qn̄ ſubdit, ꝙ tex. *nō loquatur
de laico, etiā præſentāte ad Eccleſiā, vel etiā de
clerico*. Sicut nō extēdi ad donatoré patrimo
nij, cum quo ordinatus paciſcitur nō petere
aliquid, probat *Barboſa cit. alleg. 20. nu. 29.*
Concordant authores in eo, quod diſpoſi-
tio *d. cap. pæn. & etiam cap. per tuas*, non
habeat locum in ordinante, vel præſentan-
te, qui verè aſsignant patrimonium, vel con-
ferunt beneficiū, ordinādo, cū pacto dūtaxat
650 & promiſſione, vel poſtea retrocedendi
dictum patrimonium, aut beneficium, vel
non petendi illius fructus, &c. licèt ſecundo
caſu de retroceſsione beneficij, aut non pe-
titionis fructum illius, fateantur, poſſe inter-
uenire ſimoniam, ſequuto adimplemento
ex vtraque parte, ſcilicèt confidentialem,
quando pactum eſt de retroceſsione bene-
ficii, ordinariam autem quādo ſolū eſt pa-
ctum de non petitione fructuū, vt poſt alios
habe-

Digitized by Google

habetur per *Theſaur. loco ſuprac. verſ. ſi autẽ & ſeq.* Ordinatus autẽ cũ d. pacto fiduciario, incurrit ſuſpenſionem, nõn triennalem, vt ordinator, vel præſentator; ſed perpetuam, donec cum illo Papa diſpenſauerit, & ſi iſta ſuſpenſio ſit tãtũ ab ordine ſuſcepto, vt habetur *in cit. cap. pan. & cap. per tuas*, ita omnes ferè Doctores ſupracitati, & infracitandi, licèt ex illis, aliqui negent, incurrere ſuſpenſionem alioquin ſine titulo, vel ẽmẽtito, ordinatum ex alijs iuribus; quidquid ſit de illa quæſt. an *d. cap. pan. & per tuas ſint* innouata *per Concil. Trid. loco infracit. concluſ. ſeq.* In qua *Auila p. 2. diſp. 2. dub. 3. cõcluſ.* 1. poſt *Henriq.* affirmatiuã ſententiam docet. *Nau.* verò *conſ.* 42. quẽ ſequitur *Sanch. cit. cap. 1. dub. 31. ſub n.* 10. probabilius negat ex eo, quod ibi ſit caſus valde diuerſus ab eo, de quo loquitur Concil. Quòd ab hac ſuſpenſione excuſet in foro conſcientiæ ignorantia iuris probabilis, quæ ſcilicèt nõ non ſit craſſa, & vincibilis, probat poſt *Suar.* & alios *Sanctarell. variar. reſol. q.* 49. *n.* 21. qui tex. *in d. c. per tuas* contrariũ ſtatuẽtem, explicat de foro externo, ſequitur alijs citatis *Diana p. 5. tr. 10. reſol.* 54. An dicta ſuſpẽſio poſſit abſolui Epiſcopo, quãdo eſt occulta, patet ex regulis generalibus, ſicut quòd præter dictã ſuſpenſionẽ teneatur Epiſcopus tali ordinato prouidere, dicit *Campanilis rub. 8. c. 5. num.* 20. Quòad ſecundam partem concluſionis de obligatione ordinantis, ad prouidendum ordinato. Notandũ *pro ordinante* hic intelligi non ſolum Epiſcopum per ſe ipſum ordinantẽ ſuũ ſubditũ, ſed etiã quẽlibet dantẽ dimiſſorias ad ordines ſacros; quia antequã illas dat, tenetur inueſtigare de titulo requiſito, vndè extenditur ad Capitulũ ſede vacante, ſeù eius Vicariũ *Barboſa ſupra allegat. 20. n.* 21. *Alzedus loco infracit. n.* 68. itẽ etiã ad Epi-
651 ſcopum alienum, quãdo Epiſcopus proprius dedit illi licentiam generalem conferendi ordines ſuis ſubditis, nullis perſonis in particulari explicatis; quia tunc etiã illi cenſetur commiſſum, vt antequam ordinaret, inueſtigaret de circunſtantijs requiſitis, & per conſequens etiam de titulo Ordinãdorum. *cap. ſi Epiſcopus de prabendis in 6.* & præter *Barboſam loco ſuprac.* notant *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 1. p. 8. n.* 18. *Alzedus in praxi epiſcopali p. 2. cap. 5. n. 70. & Sanchez lib. 7. opuſculorum moralium cap. 1.*
652 *dub. 34. num.* 9. neque iſta obligatio extinquitur per tranſlationem, vel quamcunq. amotionem ab Epiſcopatu, aut officio, aut per mortem ordinantis vt ſuprà, nam vtroque caſu ipſe ordinans, vel eius hæredes in patrimonialibus, ſi habeant vndè prouideant dicto ordinato, tenentur ad id, ſi verò non habeant, hæc obligatio tranſit ad ſucceſſorem in Eccleſia, ſiuè ſit Epiſcopus, ſiue etiam Capitulum ſede vacantẽ, ſi tali promotioni non reſtitit. *Barboſa in ſuprac. num. 23. Bonacina ſup. n.* 29. & ſi non ita clarè dum primò reſpondeat ſiñ opinionẽ, quòd teneatur ſucceſſor, & poſtea vltimo loco refert opinionẽ, ꝙ teneatur hęredes. *Alzed. n. 68. & 69. & Sanchez n. 11.* vbi *n. ſeq.* quod
653 alimentorũ appellatione hic cõprehẽdũtur cibaria, veſtes, habitatio, & medicinę conſideratis, vt dixi *ſup.* facultatibus Eccleſiæ, qualitate perſonæ ordinati, & conſuetudine loci. *Sanctarellus cit. quaſt. 9. n.* 32. vbi probabilius putat, hoc caſu non eſſe attendendam qualitatem ordinati, ſed tantum neceſſitatem, ne cogatur mendicare. Pro *ſcienter* ordinante, &c. intelligitur, qui in adhibendo diligentiam in inueſtigatione tituli, fuit in culpa, ideò
654 hanc obligationem non contrahit, quando culpa fuit tantum ex parte ordinantis, qui per fraudem, & mendacia decepit dictum ordinantem *Garſias par. 2. de beneſ. c. 3. num. 32. & ſeq. Sanchez ſup. n.* 7. idẽ dico de iis, qui per mẽdacia ſe profeſſos eſſe finxerũt, quia tunc neq. ordinãs incurrit ſuſpẽſionẽ, neq. tenetur illos alere, iuxtà ea, quę dixi ſup. *v. Nouitiũ.* & notat *Alzedus ſupra c. 5. n.* 53. Sed quid ſi negligentia, &
655 culpa fuit in delegatis ab Epiſcopo, nempè Archidiacono, examinatore, vel Vicario, vtrum teneatur Epiſcopus? Reſpõdet *Marchinus tr. 2. de ordine p. 6. cap. 7. num. 7. verſ. ſecundò deducitur. poſt gloſam in cit. cap. cũ ſecundum, & Quarantam verbo obligatio Epiſcopi.* quòd tunc Archidiaconus examinator, & Vicarius erunt ad hoc principaliter obligati, & in eorum defectum, ſi non habent, vndè eum alere poſſint, teneatur Epiſcopus. *Pro clerico ſæculari ordinato*, ergà quem contrahitur hęc obligatio, intelligitur qui non habet vndè ſufficienter omnia alimẽta ſibi poſſit ſubminiſtrare. Dixi *om-*
656 *nia*, quia ſi habeat, ſed nõ quòd ſufficiat debet ſupplere id quod deficit *cap. ſuis de prabendis*, vbi *gloſa verſ. congruè*, & alii, quos ſequitur *Sanchez ſupra. dub.* 34. qui *dub. 32. n.* 8. hoc intelligit, vbi deficit notabilis quantitas, qualem putat eſſe quinque reſpectu 25. ducatorũ, ſecus ſi tãtũ eſſent v. g. duo, ſequitur *Diana p. 4. tr. 4. reſol.* 42. Dicitur habere aliundè ſufficientẽ ſubſtentationem ſecundum omnes, habens patrẽ diuitem, quia poteſt cogere ad ſibi alimẽta præſtãda, vt poſt *Barboſ. ſup. n. 4. contra Pariſijs* probat *Marth ſup. verſ. quarto deducitur* Quidquid de illa quæſtione, an poſſit quis
657 ordinari ad titulum hęreditatis paternæ, de qua per *Alzedum loco ſuprac. nu.* 62. vbi refert opinionem affirmatiuam *Garſia cit. cap. 5. num. 91. & 98.* ac negatiuam *Surdi, Barboſa, & Nau.* & conatur dictas opinio-



Digitized by Google

nes concordare quadam diſtinctione, quæ
nô facit ad rem, cùm hoc ſit in quæſtione,
vtrùm ſimpliciter nulla facta aſſignatione
rei certę, in portionem filii, poſſit habens pa
trem diuitem, ordinari ad titulum hæredi-
tatis, & licèt Concil. requirat, quòd ordinā-
dus habeat aliquod fixum vndè viuat, & hę
reditas paterna ſic indefinita non ſit res fi-
xa, cū alienari, & conſumi poſſit à patre, vt
ait *Cāpanilis loco ſuprac.* ſimplicitar tamen
dicēdū, ſufficere, ſi de præſenti titulus ordi
nandi ſit res fixa ad hoc, vt Epiſcopus non
obligetur vt ſupra, vt patet de ordinato tit.
658 beneficii, vel patrimonii poſtea euicti,
vel caſu perempti, (quidquid *Campanilis
cit. cap.* 5. *num.* 17. *&* 18. id ſimpliciter non
admittat) ita *Sanchez lib.* 7. *opuſcul. moral. c.*
1. *dub.* 34. *nu.* 8. *& Marchinus loco ſuprac.
verſ. Hinc deducitur primò.* vbi in ſpecie lo-
quitur de patrimonio euicto ob magna pa-
tris debita, & benè vterq. author declarat,
authores contrarium docentes, explican-
dos de obligatione generali, quam habet
Epiſcopus prouidendi omnibus pauperi-
bus, & præcipuè conſtitutis in ordinibus ſa-
cris, ex quibus ſatis probabilis mihi videtur
opinio affirmatiua *Garſia* pro vtroque ca-
ſu. Sed an dicatur habere aliundè, vndè ſe
659 alat is, qui ſuis honeſtis laboribus, vt do-
cēdo Grāmaticā, vel alio modo, poteſt ſibi
victum ſibi cōparare? Affirmat *Marcb. ſup.
verſ.* 3. *deducitur.* contrarium tamen videtur
poſt *Imolam*, docere *Sanchez lib.* 7. *opuſcul.
moral. cap.* 1. *dub.* 34. *nu.* 35. & ante eum *Cam
panilis rub.* 8 *cap.* 5. *num.* 27. ſimpliciter aſſe-
rētes, hanc obligationē habere locum, licèt
ordinatus poſſit ex artificio viuere, ac etiā
ſubdunt, neque poſſe dictum ordinantem,
petere ab ordinato, vt ſibi ſeruiat, vel com
moretur ſecum in domo. (Quid de donante
patrim. an poſſit apponere pactum, quod
ordinatus ſecum habitet, &c. infrà *ſuo loco.*)
ſed explicandus eſt *Sanchez* de artificio mi
nus decēti, ſtatui clericali. Dixi *ſacris ordi-
nibus*, tū quia pro initiādo aliquē ordinibus
660 minoribus, non eſt neceſſarius aliquis ti-
tulus, & per conſequens Epiſcopus non te-
netur eum alere, vt contrà *Panorm. &
Hugonem.* docet poſt *Nau.* teſtantē de com-
muni obſeruantia, & alios *Sanchez ſuprac.
cap.* 1. *dub.* 37. ſicut etiam de recepta conſue-
tudine, teſtatur poſt alios, *Theſaurus p.* 2. *de
pœnis eccleſiaſt. v. ordo c.* 24. *n.* 2. *ad finē vbi ci-
tat Garſiam, & Rotā diuerſ. p.* 1. *dec.* 731. *n.* 13.
Tū etiam quia non ſolum tenetur Epiſco-
pus inueſtigare de titulo in collatione or-
dinis primi ſacri ſcil. Subdiaconatus, ſed in
aliis etiā, vndè ſi Epiſcopus Diaconatū cōtu
661 lerit ei, qui iā fuit ordinatus Subdiacona-
tus abſq. titulo vero, & hoc ſciat Epiſcopus
vel ſaltem debebat ſcire, quia fuit negligēs,
ac proinde in culpa circà huius rei inueſti-
gationem, tenetur, vt ſuprà, ei prouidere,
quia tali non ſunt conferendi alij ordines.
Ex quo ius commune & Concilium Trid.
ſimpliciter prohibent ordinationem ad
ſacros ordines ſine titulo vero: ita deciſum
refert poſt *Forn. & Bonac. Barboſa allegat.*
20. *n.* 22. vbi etiā allegat *Quarant. & Vgolinū*,
& id confirmat *Bonac. t.* 3. *diſp.* 39. *p.* 8. *nu.* 4.
In ſpecie de regulari ſic ordinato, ſi profeſ-
ſio poſtea fuit declarata nulla, dixi *ſup. n.*
457. de qua re etiam agit *Nouar. in ſua
ſumma bullar. cū de ordinato ſine titulo n.* 11.
*&* 15. accedit quoq. *Sanchez lib.* 7. *conſil. mo-
ral. cap.* 1. *dub.* 42. vbi contrà *Henriq.* probat,
in hoc non poſſe Epiſcopum diſpenſare.
Dixi *ſine titulo vero*, quia ſecus eſt ſi fuit or-
662 dinatus Subdiaconus cum titulo vero,
quòd poſtea alienauit, vel renunciauit, &
nullum aliud beneficium, vel patrimoniū
habeat, ex quo licèt dictus renuncians pec-
cauerit, & poſſit ab Epiſcopo puniri, vt per
*Sanchez ſuprà dub.* 40. tamen ex eo, quod
renunciatio ſit inualida, talis non poteſt di-
ci ordinatus abſq. titulo, vndè non incurrit
ordinans ſuſpenſionē, vt per eundē *Sanch.
ſuprà, Villalobos p.* 1. *tract.* 28. *cap.* 10. *verſus
finem*, & alios infracitandos *concluſ. ſeq.* cū
de ordinato abſque patrimonio. Ideò autē
*Sanchez loco ſupracit.* dixit, *& ſi nullū aliud
beneficium, vel patrimonium habens, &c.* quia
*ibid. dub.* 43. vult, dictam alienationem, &
663 renunciationem, factam abſque licentia
Epiſcopi in caſu, quo talis ordinatus ha-
beat aliud patrimonium, vel acquiſierit be-
neficiū, eſſe validā, prout etiā poſt alios do-
cet *Molfeſius in ſumma tract.* 2. *cap.* 18. *n.* 31.
qui dicit, omnes Doctores in hac ſententia
conuenire, *Barboſa alleg.* 19. *n.* 90. qui & ſi fa
teatur, dictam opinionem eſſe receptam,
ſubdit tamen contrariā validioribus funda
mentis niti, & pro hac ſententia citat *Qua-
rātā, & Vgolinū*, quibus nouiſſimè accedit
*Marchinus tract.* 2. *de ordine p.* 6. *cap.* 7. *ſub n.*
12. Dixi tandem *clericos ſæculares.* nam pro
Regularibus profeſſis in religione approba
ta nō eſt neceſſarius titulus patrimonij, ſed
ordinantur titulo paupertatis. Dixi *profeſ-
ſis, &c.* quia de non profeſſis, eſt certum, vt
patet ex dictis ſuprà *à num.* 445. vbi ſub *nu.*
450. tetigi caſum de nulliter profeſſis
de quo tractat poſt *Bonacinam de clau-
ſura q.* 2. *p.* 10. *diffic.* 5. *n.* 4. *& Dianam p.* 4. *tr.*
2. *reſol.* 82. *Marchinus tract.* 2. *p.* 6. *cap.* 5. qui
ſupponit, nulliter profeſſum peccare mor-
taliter, tamen euitare hanc ſuſpenſionem,
664 ſi verè haberet patrimonium, vel bene-
ficium, cùm vellet egredi Religionem, ex
eo, quod putat, talem incurrere poſſe d. ſu-
ſpenſionem, ex eo capite, quia ordinatur ſi-
ne titulo, vt etiam dicit *Portellius verbo or-
dinis*

Digitized by Google

*dinis ſacri ſuſpẽſio n.*8. ac etiam vt *Bonacina*
dicit, quia ordinatur ſine litteris dimiſſo-
rijs proprij Prælati, & ſequitur etiam *Hiero
nymus Rodriquez in compendio qq. Regul.
reſol.*106. *num.*25. Quod fundamentum, vt
patet ex infradicendis *concluſ. ſeq.* non eſt
ſolidũ, nã ibi oſtẽdimus, probabiliſſimã eſſe
opinionẽ ꝙ ordinatus ſine titulo, vel emẽ-
tito titulo (quod magis accomodatur caſui
noſtro) non incurrat ſuſpenſionem, vbi
etiã quod neq. hoc caſu incurratur ſuſpen-
ſio ex defectu dimiſſoriarũ, ergò ſi incurrit
ſuſpenſ. illam incurrit ex Bulla Pij V. quæ
extenditur vt ex S. Congreg. dixi ſuprà *nu.*
446. *ad finem.* ad nulliter profeſſum, & hoc
modo loquuntur *Sayrus lib.*4. *cap.*13. *num.*
14. *citatus à Portellio, & Rodriq. locis citatis*
& ſic confirmatur, quod ibi dixi, ſcilicèt in
re, dictam ſuſpenſionem incipere habere
ſuum effectum poſtquam fuit iudicialiter
declarata nulla profeſsio, cùm ex vna parte,
videmus in praxi, dictos prætendentes talẽ
nullitatem ſemper celebrare, & ex alia par-
te poſtquam iidem egrediuntur à Religio-
ne, illos nõ admitti ad celebrandas miſſas,
vt poſt *Riccium p.*4. *deciſ.*17. *teſtatur practi-
cari in curia Archiepiſcopali Neapol. Noua-
rius loco ſuprac. n.*11. & etiam non ſufficere
ad euitandam dictam ſuſpenſionem ipſi
665 nulliter profeſſo, quòd egrediendo Re
ligionem ex bonis patrimonialibus ſufficiẽ
tem ſubſtentationem habeat, quia hoc
iuuat, quoties ſuſpenſio incurri poſſet ex
defectu ordinationis abſque titulo, vt infrà,
non autem quando incurritur ex vi ſpecia-
lis conſtitutionis, vt in caſu noſtro.

Ordinatus ſine titulo patrimonii, bene-
ficii, aut penſionis perpetuæ (ſecluſo omni
pacto cum Epiſcopo, de quo ſuprà) licèt de
iure antiquo, ſcilicèt *can. neminem, & San-
ctorum diſt.*70. incurrebat ſuſpenſionem ip-
ſo facto. Hodiè tamen illam non incurrit,
ex quo canones illi fuerunt correcti per
*cap. cum ſecundum Apoſtolum de præbendis,
& cap. ſi* Epiſcopus *eod. tit. in 6.* vbi dicta ſu-
ſpenſio fuit mutata in obligationem Epi-
ſcopi, prouidendi taliter ordinato de ne-
ceſſariis, vt ſuprà explicaui, & hæc iura nem
pè *cum ſecundum, & ſi Epiſcopus.* fuerunt à
S. Concilio innouata, non autem dicti ca-
nones *neminem, & Sanctorum,* vt declarauit
S. Congreg. & poſt *Gonzalez,* teſtatur *Paſe-
cius p.*1. *ſuæ praxis epiſcopalis c.*1. *ſub num.*
42. qui non ſolum refert declaratum *Con-
cil. innouare tantum pœnas cap. cum ſecundũ,
&c.* Sed etiam *quòd ordinatus contrà formã
huius decreti ſine beneficio, & patrimonio, non
666 ſit per hoc ſuſpenſus, nec aliquam pœnam
incurrat; ſed cogendus ſit ordinarius ei proui-
dere, iuxtá cap. cum ſecundum extra de præ-
bendis, & hic ſolus canon, & non alij, à Con-
cilio, innouatus.* refert eandem declarationẽ
*Garzias p.*2 *cap.*5. *ſub num.*29. & nouiſſimè
*Marcb. tr.*2. *de ordine p.*6. *c.*7. *diff.*6. qui poſt
alios, latè probat hanc opinionem, quam
dicit multò veriorem, reſpondendo con-
trariis, ac præcipuè conſtitutioni Sixti V.
contrà malè promotos, & præter ab eo ci-
tatos docent *Villalobos p.*1. *ſumma tract.*18.
*difficult.*10. *n.*1, *& Sanctarellus var. reſolut.
q.*49. *num.*13. Contrà alios Doctores, quos
citãt *Garzias, & Marchinus locis ſuprac.* &
præcipuè contrà *Bonacinam,* qui id confir-
mat *tom,*3. *diſp.*3. *q.*1. *pun.*8. *num.*1. Sed quo-
niam dicta obligatio Epiſcopi videtur præ-
ſupponere eius culpam, circà defectum ta-
lis tituli. Maior difficultas eſt inter Docto-
667 res, an id ſit verum etiã quando adeſt cul
pa ipſius ordinati, vel coniuncta cum cul-
pa Epiſcopi, vel ſola abſque culpa Epiſco-
pi, & licèt primo caſu, aliqui Doctores,
quos ſequuntur *Campanilis Rub.*8. *c.*5. *n.*1.
*ad finem. Sanchez lib.*7. *opuſculorum mo-
ralium cap.*1 *dub.*35. *nu.*12. *ac etiam Bonaci-
na loco citato num.*3. *ad finem.* putent, decla
rationes, de quibus ſuprà, non procedere in
caſu, quo ſit in culpa etiam ipſe ordinatus,
ſed tũc per Concilium innouari etiã *can. ne-
minem, & Sanctorum,* quòd mihi videtur
omninò improbabile pro hoc caſu, vbi etiã
concurrit culpa ipſius Epiſcopi, ſicut im-
poſsibile eſt, moraliter loquẽdo, quòd poſ-
ſit interuenire ex parte Epiſcopi, abſq. culpa
ipſius ordinati, præterquã quod, vt inquit
*Laym. lib.*5. *tr.*9. *c.*10. *ſub n.*7. talis non po-
teſt dici ordinatus abſque titulo; nam ex
quo Epiſcopus ſciens ordinat carentem ti-
tulo, non ſolum non poteſt dici decipere
ordinantem, ſed etiam tacitè illi prouiſio-
nem ex epiſcopali ſua menſa promittere
cẽſetur, ideòq. nullo modo poteſt ordinatus
eſſe ſuſpenſus, vt tanquã certum ſupponit
*Fornarius,* quem ſequitur *Sanctarellus cit.
q.*49. *ſub num.*14. ac etiam ſupponunt alii
Doctores infracitandi, *caſu ſeq.* qui docent,
eſſe omninò inueriſimile, per Concilium
Tridentinum innouari diſpoſitionem ca-
nonum *neminem, & Sanctorum,* vtpotè iam
correctam per aliam diſpoſitionem *cit. cap.
cum ſecundum Apoſtolum,* nulla facta huius
rei expreſsione, vt in ſpecie eſt videre apud
*Marchinum cit. difficult.*6. *verſ. at multò ve-
rius, ad finem.* Reſtringitur ergò diffiltas ma
gis probabiliter ad caſum, in quo adeſt cul-
pa ex parte duntaxat ipſius ordinati, nã tunc
non videtur Epiſcopus ordinans obligatus
668 miniſtrare ipſi ordinato neceſſaria, tum
quia pœna præſupponit delictum, tùm etiã
quia nullus debet reportare commodum
ex ſua culpa, & tandem quia deceptis, & nõ
decipientibus iura ſubueniunt, vt per *Cãpa
nil. ſuprac. c.*5. *n.*1. *Sãctarel. cit. q.*49. *ſub. n.*24

Eeee 2 (intel-

Digitized by Google

[illegible]ge extrà obligationem generalem, quia ſemper Epiſcopus tanquam pater pauperum tenetur ſubuenire indigentibus, vt dixi ſuprà, & in terminis notat *Sanctarellus ad fin. d. q.* vnde poſſe Epiſcopũ, illũ ſuſpendere, dixit *Paſcicus p. 1. c. 1. ſub n. 42.* Iſte au-
668 tem caſus poteſt accidere dupliciter, primò quando ordinatus per falſa inſtrumenta oſtendit habere titulum, quem non habet, vel ſi vera ſint inſtrumenta, tamen ante ſuſceptionẽ ordinis Subdiaconatus, vel fuerũt ipſo ſcẽte alienata, vel retroceſſa bona contenta in dictis inſtrumentis; Secundò qñ inſtrumenta ſunt vera, & adſunt bona ibi promiſſa, tamen ordinatus per antapocam, vel alio modo, promiſit, poſt ſuſceptionem ordinis Subdiaconatus, retrocedere dicta bona, vel aliquid non petere ab ipſis donantibus. Et licèt aliqui confundentes dictos duos caſus, ſimpliciter, vel affirmant, ordinatum cũ patrimonio ficto, & ſi abſq. vlla ordinantis culpa circà ipſius fictionis inueſtigationẽ, incurrere ſuſpenſionem, ita *Campanil. cit. rub. 8. c. 5. ſub n. 1. ad fin. Bonac. ſuprac. p. 8. n. 3. & Diana p. 4. tr. 1. reſol. 28.* qui malè ſua pace id cõfirmãt ex Bulla Vrbani VIII. contrà Vltramontanos, & benè aduertit *Theſaur. ſuprac. cap. 11. ad finem. par. 2. de panis eccleſiaſticis verbo ordo cap. 11. num. 3. ad finem.* vbi hanc opinionem non ſolum dicit probabiliorem, & in praxi receptam ex *Reginaldo. & Filliuccio, ab eo citatis*, ſed etiam teſtatur eſſe veriorem ex ſtylo curiæ, & Sacrę Pænitentiariæ recepta ſententia. Vel negant, incurri dictam ſuſpenſionem ex ordinatione cum titulo ficto, vt per *Sanctarellum*, qui id latè probat referendo auctores, & rationes pro vtraq. opinione. *citata q. 49. à n. 14. Hurtadũ de ſuſpenſione n. 38. & Dianã p. 2. tr. 16. ſeu ſecundo miſcell. reſol. 5. & p. 5. tract. 10. reſol. 50.*

669 Tamen alij, rectius, diſtinguũt dictos duos caſus, & meritò, quia ſecundo caſu promiſſio, & pactum de retrocedendo titulum poſt ordinationem, aut non petendi aliquid non habet aliquem effectum, vel quia retroceſſio indè ſequuta eſt inualida, & nulla, vel ſaltim, quia nõ obſtante dicta retroceſſione, põt adhuc ordinatus petere d. titulos donatos, ac promiſſos, & per conſequẽs talis non poteſt dici ordinatus abſque titulo, ſicut verè dicitur ordinatus abſque titulo, qui iuxtà primũ caſum ſup. indicatũ, fingendo habere titulum, ordinem Subdiaconatus accepit; ideòque vel de primo tantũ caſu quærunt, an talis ſit ſuſpenſus, ita *Villalobos loco ſuprac.* vel clarius loquendo, & ſi de primo caſu, doceant, talem eſſe ſuſpẽſum, ita DD. apud *Dianã p. 3. tr. 4. reſol. 184.* Contrarium tamen defendunt de ſecundo caſu: ita poſt alios *Bonacina ſuprac. p. 8. n. 8.* & ſi poſtea approbet opinionem contrariã ex conſtitutione Vrbani VIII. quæ vt ſuprà dixi, nullo modo facit ad caſum noſtrũ, & clarius nouiſſimus *Raphael Auerſa q. 3. de ordine ſect. 10. verſ. Dubitũ, & verſ. Hine inferunt.* Vel in vtroq. caſu negant ſimpliciter, incurri ſuſpenſionẽ, vtpote nullibi in iure expreſſam, & ita poſt alios *Marchinus tr. 2. de ordine p. 6. cap. 7. diffic. 7.* qui præſupponit pro certo, quòd ſecundo caſu non incurratur ſuſpenſio; & quòad primum caſum id, latè probat tamquam probabilius, reſpondendo omnibus, quę in contrarium adduci poſſunt, quibus accedit *Villalobos cit. diffic. 10. num. 3. verſ. al cap. per tuas, ad finem,* qui non ſolum teſtatur, hanc opinionem eſſe probabiliorem, ſed etiam ſubdit, *que puedeſe mui bien ſequir en practica.* Quorũ opinio-
670 nẽ ſequẽdo, tantũ reſpõdere conabor declarationi S. Cong. à nemine hucuſq. tactæ, quã refert *Barboſa in collect. Bullarũ, & Decretorũ v. ordinatio, & ordinatus n. 3.* his verbis. *Ordinati ſine patrimonio ſunt ſuſpenſi.* In primis dico, hanc declarationẽ reddi valdè ſuſpectã, ex quo de brocca eſt cõtraria alijs declarationibus, itẽ licèt eſſet vera, & vti vltima deberet attẽdi, tamen ex quo eſt valdè vniuerſalis, & ſic includens caſũ, in quo ſecundum omnes, talis non incurrit ſuſpenſionem, ſcilicèt vbi etiam Epiſcopus eſt in culpa, videtur inueriſimilis, & per cõſequens exhibẽda erit in forma authentica, vt videri poſſit eius verus tenor, & interim
671 cùm ſuſpenſio nunquam incurratur, niſi clarè, & indubitatè in iure reperiatur expreſſa, argumento *tex. in c. 15. qui de ſententia excommunicationis in 6.* ſtante iſta ſuſpicione, cũ reddatur dubia dicta declaratio, poteſt quis iuxtà alias declarationes, ſe non reputare ſuſpenſum, & ſaltem ex
672 quo declarationes S. Congregationis nõ faciunt ius, ſed tantùm reddunt opinionem probabilem, & tutam, vt per *Dianam p. 1. tr. 10. de legibus reſol. 29* (me citato pro contraria ſententia) poteſt tutò quis ſequi ex his opinionibus, quam maluerit. Quòd his caſibus non contrahatur ſuſpenſio ab eo, qui cum dicto patrimonio ficto, vt ſuprà, dictos ordines ſuſcipit ab alieno Epiſcopo cũ dimiſſorijs proprij Ordinarij, vbi per conſtitutiones ſynodales non reperitur hoc caſu impoſita ſuſpenſio (vt de aliquibus diæ-
673 ceſibus, & pręcipuè in mea Neapolitana, fuiſſe illam impoſitam, poſt *Genuenſem*, teſtatur *Marchinus loco ſuprac. diff. 7. ad finẽ.*) ex eo, quòd talis hoc caſu ordinatus cum dimiſſorijs ſubreptitijs, cenſeri debeat, ac ſi ordinatus ſit abſque dimiſſorijs, vt poſt *Suarez, & alios, putant Bonacina ſuprac. p. 8. num. 5. Quaranta verbo ordo* Patet ex ſuprà
674 à me dictis *n.* vbi quòd dimiſſorijs ſubre-

ptitijs

Digitized by Google

ptitijs ordinatus, non ſolum non incurrat pœnas latas contrà ordinatos abſque dimiſſorijs, ſed neque pœnas latas contrà ordinatos cum dimiſſorijs falſis, & in terminis noſtris loquendo docent *Villalobos loco ſuprac. Hurtado n.* 39. *Diana cit. reſol.* 50. & ex authoribus, qui docent, primo caſu incurri ſuſpenſionem. *Raphael Auerſa ſup. verſ. Addit Suarez.* Concordant Doctores, quòd, ſecundo caſu retrocedendo quis poſt ordinationem patrimonium, non incurrat ſuſpenſionem, vt per *Campanilem cit. cap. 6. ad finem, & Marchinum ſuprac. c. 7. difficult.* 8. & dubitant an quando quis promiſit, ſiuè cum iuramento, ſiuè abſq. iuramento, poſt ordinationem retrocedere donationem patrimonij factam, teneatur in conſcientia il-
675 lam retrocedere? in quo dubio, & ſi aliqui authores defendant, talem teneri in cõſcientia illam retrocedere, tamen concedunt, poſſe poſtea in foro exteriori petere reſciſsionem talis retroceſsionis, & cum iſta opinione videtur reſidere *Diana tom. 3. tract. 4. reſol.* 184. Semper autem mihi placuit opinio ſimpliciter docens, talem non teneri in conſcientia ſtare dictæ promiſsio-
676 ni, & iuramento, vt per *Bonacinam tom. 3 diſp. 3. q. 1. p. 8. verſ. aduerti,* ex qua ſequitur, quòd neque teneatur clericus retrocedre donationem, & poſse petere fructus, ſi illis indiget ad ſubſtentationem, quæ opinio eſt ſecundum communem modum loquendi authorum, de quibus ſuprà, nempè illam promiſſionem, & obligationem clerici non valere, neq. valoris alicuius eſſe retroceſſionem patrimonij, & proindè poſſe adhuc clericũ exigere annuos prouentus, & donantem teneri ſoluere, ex quo enim talis retroceſsio poſt ordinationem abſque licentia Epiſcopi, eſt prohibita *à Sacro Concilio Tridentino ſeſſ. 21. cap. 2. de reformat.* illa promiſſio fuit irrita, & per conſequens nullum poteſt parere effectum, tàm in foro fori, quàm in foro conſcientiæ, & hoc procedit etiam in permutatione tàm beneficij, quàm patrimonij, de qua re etiam *Riccius p. 1. deciſ. 17.* Quid de caſu, quem habui de facto eius, qui patrimonium aſsignauit ordinato cũ obligatione patris ordinati, reddendi aſsignantẽ indẽnẽ? Dixi hunc verè eſse ordinatũ cũ patrimonio. Quòd requiratur licẽtia Epiſcopi, qñ clericus habet
677 aliundè, vndè viuere poſsit, docent magis cõmuniter DD. vt eſt videre apud *Cãpanilem rub. 8. cap. 6. ſub num. 8. & Marchinũ cit. cap. 7. difficult.* 8. vbi ſimiliter agunt de reſignatione ſinè dicta licentia, beneficij ad cuius titulum quis fuit ordinatus. Subdit quoq. *Campanilis cit. c. 6.* patrẽ nõ poſſe reuocare donationem factam filio in titulũ patrimonii, ad ſuſcipiendos ordines, quod dictum ſic ſimpliciter acceptum, non habet difficultatem, cùm etiam Doctores cõmuniter doceãt, patrem poſſe cogi ad aſsi-
678 gnandum filio dictum patrimonium, ſicut obligatur dotem dare filiæ volenti ingredi Monaſterium, & ibi profiteri, vt per *Marchinum loco ſuprac. difficult.* 1. vbi *difficultate* 10. probat, in dubio dictum patrimonium computandum eſſe in legi-
679 timam eiuſdem filii, & ſi contrarium doceat *Campanilis citato cap. 6. ſub num.* 11. qui author ſubdit, dictam aſsignationẽ patrimonii non debere fieri cum præiudicio legitimę aliorum filiorum, hoc ſenſu, vt penè nihil remaneat pro aliis fratribus, vt in caſu ab eo poſitò, & ſi fratres alii conſenſerint, & ita teſtatur fuiſſe deciſum in curia Archiepiſcopali Neapolitana, & ſi contrarium perperam doceat *Marchinus loco ſuprac. difficult.* 3. Amplia vt dicta donatio neque poſsit reuocari ob ingratitudinem, tradit deciſum *Riccius p. 1. deciſ.* 11. Caſum de eo, qui in aſsignatione patrimonii appoſuit
680 conditionem, *ſed manducabimus, & conuiuemus ſimul,* ponit *Portellius p. 3. ſuorum reſponſ. caſu* 14. qui concludit, non poſſe donatorem dictam donationem reuocare ex eo, quòd clericus ordinatus nolit ſecum conuiuere. Donatio patrimonii facta clerico cauſa ſuſcipiendi ordines ſacros, an ad
681 hæredes ipſius poſt eius mortem tranſeat, vel ad donantem reuertatur, tractat *Marchinus ſuprac. cit. cap. 7. diff.* 11. qui *diff. ſeq.* agit poſt *Dianam,* & alios de illo articulo, an patrimonium aſsignatum in titulum ordinati, connumeretur inter bona eccleſiaſtica,
682 & ſit exemptum à collectis, & aliis oneribus vniuerſitatis, de qua re egi *ſup. p. 1. recoll.* 11. n 720. Ordinatus in titulum beneficii, ſi dicto beneficio poſtea priuetur ob debitum, debent relinqui ex eo fructus pro eius alimentis, ſufficientes. *Bellettus par. 1 diſquiſit. cleric. tit. de clerico debitore cap.* 1. *num.* 13. De pœna clerici renunciantis beneficium, ad cuius titulum eſt ordinatus, videte *Vgolinum de poteſtate Epiſcopi cap.* 25. § 8. *num.* 5.

Ordinans aliquem etiam prima tonſura ſimoniacè, hodiè incurrit ſuſpenſionẽ perpetuam, ac S. Pontifici reſeruatam, à collatione ordinum, etiam primæ tonſuræ, & à pontificalibus, item etiam interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ ſimiliter reſeruatum, ex conſtitutione Sixti V. *incip. Sanctum, & ſalutare, apud Quarantam verbo ordo,* contrà malè promotos, & promouentes, quæ vt ſuprà ſępè dixi, & ſi fuerit moderata per Clement. VIII. quò ad alia ibi cõtenta, tamen quoad ſimoniacè ordinatos, & ordinantes fuit relicta in ſuo vigore, & robore. Dixi
683 *hodiè,* quia non eſt certum, an iure communi

muni

Digitized by Google

muni, inſpecto, talis ordinans, ac etiam ordinatus, præter excommunicationem, quam incurrit *vi extrauagantis 2. eod. tit.* (de qua egi ſuprà *recoll. 4. verbo ſimoniam in ordine.*) fit ipſo iure ſuſpenſus; nam *tex. in cap. pan. de ſimonia*, quem ad hoc quidam Canoniſtæ allegant, loquitur in caſu ſpeciali ſimoniæ non propriæ dictæ, vt dixi ſuprà *concluſ. præced. n. 650.* quibus illic allegatis accedunt *Sanchez lib. 2. opuſculorum moralium cap. 3. dub. 104. num. 38. & Sopranus apud Filliuc. tract. 45. ſub num. 12.* hanc opinionem videtur ſequi *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 2. p. 11. n. 1. ad finem.* eo quòd illam referat vltimo loco, & ſi opinionem contrariam dicat eſſe probabilem, quam ſequitur *Gordonus tom. 2. lib. 6. q. 14. cap. 5. in principio*, vbi nullam facit mentionem conſtit. Sixti V. Quòd or-
684 dinans non obſeruans dictam ſuſpenſionem, vel interdictum, incurrat ſuſpenſionẽ à regimine, & adminiſtratione Eccleſiæ, & perceptione fructuũ, habetur in ead. cõſt. *Bonac. de ſimonia q. 7. § 6. n. 4. & repetit cit. p. 11. n. 5.* vbi benè aduertit, hoc intelligi debere, quñ violatur d. ſuſpenſio, vel interdictũ, abſque exercitio ordinis ſacri, quia tunc incurreret quis etiã irregularitatẽ. Scio aliquos Doctores in dubium vertere, an conſtitu-
685 tio prædicta Sixti V. ſit in vſu, vt patet ex modo loquendi *Gordoni loco ſuprac. q. 9. ſub num. 13. & Leſſij apud Bonacinam cit. op. de ſimonia q. 7. § 6. n. 11.* qui meritò probat, illã eſſe in vſu. Iſtæ ſuſpenſiones à Pontificalibus, & à regimine, &c. quid importet iam declaratum fuit ſuis locis. Ad hanc ſuſpenſionem incurrendam, non ſufficere neque mentalem, neque etiam conuentionalem ſimoniam, ſed eſſe neceſſariã realẽ, habetur latè per *Sopranum apud Filliuccium loco ſuprac. num. 8. & 35.* vbi teſtatur de praxi Pœnitentiariæ, eſtque id, quod dicũt alij DD. requiri ſimoniam ex vtraque parte completam, ſeu vt clariùs loquitur *Sanchez lib. 2. opuſculorum moralium cap. 3. dub. 104. num. 29.* vt pretiũ, vel pretij pars, vt etiã loquitur
686 *Sopranus loco ſuprac.* iam ſolutũ ſit tempore ordinationis, nec. n. ad incurrendam talem ſuſpenſionem ſufficit, ſi ſequatur ſolutio prætij vel, datio rei temporalis, vt per *Graſſium lib. 1. de 5. caſibus cap. 9. num. 28.* Dixi *hanc ſuſpenſionem*, quia certum eſt, per ſequentem ſolutionem, contrahi excommunicationem, cùm enim ſuſpenſio impoſita ſit pro ſimonia in ordine, & talis ſolutio non retrotrahi poſsit ad tempus ordinationis, ideò non incurrritur ſuſpenſio, & ſic intellige *Sopranum vbi ſup. num. 17.* Ab iſta ſuſpenſione vtrum Epiſcopus poſsit abſolui à confeſſario per ipſum electo, vbi illa eſt occulta, pendet ex deciſione alterius difficultatis, de qua *concluſ. ſeq.* an à ſuſpenſione, quam incurrit ſic ordinatus, ſi eſt occulta, poſsit Epiſcopus abſoluere, quia certum eſt, Epiſcopum circà ſuam perſonã, per dictum confeſſarium, poſſe omne id, quod poteſt circà ſuos ſubditos, vt dixi *p. 2. recoll. 9 num. 83.* quòd autem à dicta ſuſpen
687 ſione excuſet ordinantem, ignorantia etiam culpabilis, dummodo non ſit affectata, poſt *Sayrum* habet *Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſiaſticis verbo ordo, cap 9. ſub n. 4.*

Ordinatus ſimoniacè ſcienter, præter excommunicationem, de qua egi *ſup. recoll. 4 verbo ſimoniam in ordine*, incurrit ſuſpenſionem perpetuam ab exequutione ſuorum ordinum, ita habetur *in extrau. 2. de ſimonia* & clarius per *Sixtũ V.* in conſtitutione contrà malè promotos ſuprà *concluſ. præced. citata*, vbi declaratur, quòd etiam talis ſit ſuſpenſus ab omni ſpe, & facultate aſcendendi ad alios ordines ſuperiores, ac etiam ad-
688 ditur reſeruatio ipſius ſuſpenſionis S. Põtifici, quæ non aderat in dicta extrauag. ſaltem quando eſt publica, vide infrà *n.* In quibus concordant authores communiter, vt eſt videre apud *Bonacinam opuſculo de ſimonia q. 7. § 6. n. 11. & t. 3. diſp. 3. q. 1. p. 5. n. 11. & Theſaur. cit. c. 9. ſub n. 2.* Dixi *ſaltem quando eſt publica*, quia apud me nõ eſt ita, certũ, quòd Epiſcopus non poſsit ab ea abſoluere, quando dicta ſuſpenſio eſſet oc-
689 culta, vigore facultatis ſibi conceſſæ à *Concil. Trident ſeſſ. 24. cap. 6. de reformat.* vt prò certo ſupponunt *Sanchez lib. 2. opuſcul. moral. cap. 3. dub. 20. num. 4. & 9. ad fin. Layman lib. 4. tract. 10. cap. vltimo n. 71. Leſſius lib. 2. de iuſtitia cap. 35 num 134. Suarez tom. 1. de relig. cap. 61. de ſimonia num. 6. Campanilis rub. 11. cap. 27. num. 66. Sopranus apud Filliuccium tract. 45. cap. 13. num. 38. & Graſſius lib. 1. de quinq. caſibus cap. 9. nu. 30.* quos ſequitur *Theſaurus loco ſuprac. in 3. ampliat.* quod etiam videtur probare *Bonacina opuſculo de ſimonia q. 7. § 6. n. 11. & tom. 3. diſp. 3. q. 3. puncto 5. num. etiam 11.* Quia hi omnes fundantur in conſtitutione Sixti V. ſuprà relata, in qua præſupponunt, expreſsè derogatum non ſolum iubileis, Bullæ cruciatæ, & priuilegiis Regular. & Pænitentiariorũ Vrbis, ſed etiam facultati conceſſæ Epiſcopis per Concil. Trident. Vndè ipſi conce-
690 dunt, Epiſcopũ poſſe abſoluere ab excõmunicatione incurſa ob ſimoniam, quando eſt occulta, quia de illa non fit mentio in dicta conſtitutione Sixti V. item etiam à ſuſpenſione, quando eſt occulta ſecundum eos, qui volunt illam incurri ab ordinato, & ordinante ſimoniacè, de iure communi, præciſa præfata cõſtitutione Sixti V. & negant id, inſpecta, & attenta dicta conſtitutione Sixti V. Rationem dubitandi mihi præbet, quòd in dicta conſtitutio-

ne

Digitized by Google

ne Sixti V. poſt dictam rigoroſam reſeruationem factam pro alijs caſibus ibi contẽtis eſt ſermo de ordinante, & ordinato ſimoniacè, vbi additur alia etiã rigoroſa reſeruatio, abſq. tamen derogatione facultatis conceſſæ à Concilio Tridentino Epiſcopis vt patet ibi. *Cæterum ſi quis Antiſtes, vel Abbas, ſeruatis quidem cunctis præmiſſis, & cæteris omnibus, quæ in ipſius tonſura, & ordinum collatione obſeruari debent, perſonas habiles, & idoneas, ſed tamen recepta ab ijs, quibus tonſuram, aut ordines conferret, pecunia, pretio, vel præmio, ſimoniacè in futurum inſigniuerit; Volumus præter alias cenſuras, & pœnas contrà ſimoniacè ordinantes, & ordinatos, à Sacris Canonibus, & conſtitutionibus Apoſtolicis, aliàs inflictas, & irrogatas, quibus nequaquam derogare intendimus, etiam omnia, & ſingula ſupradicta, in ſic promouentibus, & promotis, locum habeant. Decernentes, præſentes litteras, ſub quibuſuis conceſſionibus, facultatibus, & gratijs, etiam in caſibus quibuſcunque Sedi Apoſtolicæ quomodolibet etiam in Bulla cœnæ Domini reſeruatis, etiam ſub nomine iubilei plenarij, vel Cruciatæ ſanctæ, abſoluendi facultatem, quibuſuis perſonis generaliter, vel ſpecialiter tribuentibus, minimè comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, & cenſeri. Sicque in præmiſſis vniuerſis, & ſingulis per quoſcunque iudices, & commiſſarios etiam cauſarum Palatij Apoſtolici, &c.* Certum eſt enim ly *etiam, & omnia, & ſingula ſupradicta, &c.* referri ad ſuſpenſionem, tùm quia in illa oratione ſit ſermo de pœnis, tùm etiam quia ex alijs verbis non poteſt deduci ſuſpenſio perpetua S. Põtifici reſeruata, quã omnes fatentur, contineri in dicta conſtitutione contrà ſimoniacè promotos, & promouentes. Et tandem nõ poſſunt referri ad reſeruationem, nàm aliàs eſſent ſuperflua illa alia verba *Decernentes, &c.* ſi igitur in illis verbis *Decernentes, &c.* adeſt reſeruatio particularis, & non reperitur reſeruatio expreſſa reſpectu Epiſcoporum virtute facultatis ſibi tributæ à S. Concilio, ſicut reperitur pro ſuſpenſione circà alia prohibita in dicta conſtitutione, ſequitur vigere d. facultatem Epiſcoporũ. Confirmatur. nàm *Sopranus apud Filliuccium tr. 46. num. 38.* ſupponit, hunc caſum abſolui à
691 Pœnitentiaria, & tamen ſtando in prima reſeruatione facta in dicta conſtitutione, prohibetur dictæ Pœnitẽtiariæ talis abſolutio, expreſsè habetur ibi, *Vt qui abſolutionẽ, & diſpenſationem huiuſmodi petent, ſemper quamuis delictum adhuc occultum extiterit, non per officium S. Pœnitentiariæ; ſed à nobis, & pro tempore exiſtente Romano* Pontifice *in vtroque foro abſolutionem petere teneantur, alioquin ipſæ abſolutiones, etiã cum clauſula, quòd præſentis conſtitutionis tenor, & alia prædicta habeantur pro expreſſis, prorſus nulla, irrita, & inualidæ exiſtant, ac nemini penitus ſuffragentur.* Vndè miror, quomodo *Scortia in ſelectas SS. Pontific. conſtit. epitom. 147. & Theorem.* 380. agnoſcens hanc diſtinctionẽ reſeruationis, doceat, ꝙ etiam quando caſus iſte eſt occultus, abſolui debeat à S. Pontifice. Adde, quòd iſta ſecunda reſeruatio particularis pro ſuſpenſione ordinãtis, vel ordinati ſimoniacè, probabiliter dici poteſt facta quòad forum externum, dum immediatè ſubdit S. Pontifex. ita per *commiſſarios, & iudices quoſcunque debere iudicari.* Nec refragatur clauſula *Non obſtanti-*
692 *bus*, quę ſubſequitur, vbi fit mentio Cõciliorum generalium, quia plures auctores docent, illam non ſufficere pro derogatione Concilij Trident. vt eſt videre apud *Garziã de benef. p. 4. c. 5. n. 36. & 41.* qui licèt contrarium aſſerat, ſeruari in praxi, tamen id intelligendum eſt, vt benè *Gonzalez gloſa 6. num. 20. in regul. 8. Cancellariæ*, quando aliàs appareat de intentione S. Pontificis, volentis derogare etiã Concilio Trident. at in caſu noſtro apparet contrarium, cùm in prima reſeruatione expreſsè illi derogetur, non autem hac ſecunda reſeruatione; prò hac opinione quòd Epiſcopus poſſit abſoluere etiam à ſuſpenſione ob ſimoniam in ordine, quando eſt occulta, ideſt nõ deducta ad forum contentioſum, reperio *Reginaldum lib. 23. nu. 185.* & quòd Epiſcopus poſſit diſpenſare in irregularitate occulta deſcendente à ſimonia. *Nauarr. conſ. 67. de ſimonia.* Dixi in principio
693 *ſcienter*, quia ſi ordinatus ignorauerit inuincibiliter, vel nõ craſsè, aut ſupinè, ſeù inculpabiliter (vt ait *Laym. lib. 4. tr. 10. cap. vltimo num. 7.*) dictam ſimoniam commiſſam à tertia perſona in ſua ordinatione, & ſi aliqui velint, eum remanere ſuſpenſum, ſed poſſe abſolui ab Epiſcopo, quando illa eſt occulta, & à Papa, quando eſt publica, & alii ſimpliciter, quòd tunc abſoluendus ſit ab Epiſcopo, vt per *Azorium p. 3. lib. 12. c. 22. in principio.* Tamen verius eſt, hoc caſu, talem non egere abſolutione aliqua, neq. diſpenſatione *ità Suarez tom. 1. de religione cap. 61. de ſimonia num. 6. ad finem, cum aliis* quos refert, & ſequitur *Bonacina locis citatis num. 2.* & ſi contrariam opinionem dicat communẽ *Theſaurus cit. c. 9. verſ. limita 1.* (qui *in fine d. verſic.* cõfundere videtur hũc caſum cum alio caſu de ordinato ab ordinante ex alio capite ſimoniaco, de quo infrà *concluſ. ſeq.*) & *Sanch. lib. 2. opuſculorũ moral. cap. 3. dub. 104. num. 35.* qui *Bonacina nu. 3.* ſubdit, iuxtà ea, quæ dixi ſuprà *n. 586.* non ſufficere ad incurrendã, ſecũdũ com-
694 nem ſententiam, hanc ſuſpenſionẽ, ratihabitionem ipſius ordinati poſt ordinatio-

nem

Digitized by Google

...ſit impoſita pro ſimonia in ſuſceptio-
ne ordinũ commiſſa, & quòd tunc dicatur
ſimonia commiſſa ignorante ordinato,
695 quando antequam ordines quis ſuſcipit,
non aduertit ſimoniam ab altero commiſ-
ſam fuiſſe, occaſione ordinis à ſe ſuſcipien-
di, aliàs ſi id animaduerteret, eſſet craſſa,
vel ſupina ignorantia, & deberet retrahere
influxum ſimoniacum alterius, vel abſtine-
re ab ordinis ſuſceptione, eo modo, quo
præfatæ ſuſceptioni cauſam dedit, qui ſi-
moniam commiſit, alioquin ſuſpenſionem
incurrat. Qui *Sanchez cit. dub.* 104. *num.* 37.
ſubdit, quòd ſoluens amico pecuniam, quã
ſe inſcio, pro ordine dedit, quando non
complacet de ſimonia, nec per hoc ratam
habet ſimoniã, ſed id facit ne amicus dãnũ
patiatur pro eo, ꝙ amicè ſoluit, nec peccet.
agit de hac re *Diana p.* 5. *tr.* 10. *reſol.* 56. An
autem ad effectum incurrendi ſuſpenſio-
nem hanc, ſufficiat dare pecuniam non or-
dinanti, ſeù Antiſtiti, vel Abbati, vt ſonant
verba conſtitutionis ſuprà relata, ſed inter-
696 ceſſori apud eundẽ Antiſtitem, vel Ab-
batem, non ob laborem, & induſtriam, quo
caſu certum eſt non incurri ſimoniam ſed
ob interceſſionem quo caſu committitur
ſimonia, vt per *Azor. p.* 3. *lib.* 12. *cap.* 21. *ad
fin.* (quãdo verò hoc caſu cõmitti poteſt pec
catum iniuſtitiæ, videte *Dianam p.* 2. *tract.* 2.
*miſcellaneo reſol* 39. *ad finem.*) Videtur affir-
mandum, quia talis ſimonia eſt prohibita
*in d. extrauag.* 2. *de ſimonia*, vt probat *Nau.*
contrà quendam, conſulentem contrariã
ſententiã. *conſ.* 58. *in antiquis, &* 67. *in nouis*,
vbi etiã de pretio dato examinatoribus, vt
eum idoneum probent, de quibus *Campa-
nilis rub.* 11. *cap.* 27. *num.* 43. quam opinionẽ
ſequitur *Sanchez cit. dub.* 104. *num.* 21. *&* 22.
qui *dub.* 26. loquendo in ſimili, de ſimonia
in beneficio, licèt *n.* 11. aduertat, dictam
ſententiam intelligendam, quando ſimo-
nia dedit cauſam promotioni, quia ſcilicèt
Epiſcopus fuit motus precibus illius, qui
prætium ob preces accepit, non autẽ quan
do eius præces nihil mouerunt ad dictam
promotionem. Tamen *n.* 8. probabilius pu
tat, dictam ſententiam principalem habere
locum, non ſolum quando datur pecunia
interceſſori immediato, ſed etiam quando
697 datur interceſſori mediato, qui monet
potentem mouere eum, qui ordines con-
ferre habet. Contrarium tamen dicendum
eſſe arbitror, inſpectis verbis ſuprà relatis,
conſtitutionis Sixti V. in qua vt dixi, fertur
ſuſpenſio, de qua hic loquimur, ibi *recepta
tamen ab iis, quibus tonſuram, aut ordines
conferret, pecunia, pretio, vel præmio, ſimo-
niacè in futurum inſigniuerit, vel promoue-
rit*, quę ſonant, ſimoniam cõmiſſam imme
diatè cum ipſo ordinante. cũ .n. ſimus in
pœnis, interpretatio ſtricta debet fieri. Cer-
tum eſt autem, dictum interceſſorem, ſeù
mediatorem non incurrere aliquam ſu-
ſpenſionem *Sanchez ſuprac. dub.* 104. *num.*
6. *&* 30. *Nau. conſ.* 98. *num.* 2. *& alibi. Theſau
rus ſuprac. cap.* 9. *nu.* 2. *ad finem. Azor. p.* 3 *lib.*
12. *cap.* 21. *&* 22. *q.* 1. incurrunt tamen di-
cti mediatores excommunicationem tan-
tum, vt dixi ſuprà *recoll.* 4. *verbo ſimonia
mediatores. Bonacina ſupracit. p.* 5. *num.* 6. &
ſic intellige *Nouar. in ſumma bullar. cum
de ſimonia n.* 9. dum ait. mediatores incur-
rere pœnas *contentas in hac bulla*, qui licèt
loquatur de conſtitutione Sixti V. tñ vt vi-
dere eſt in præced. & ſequentibus numeris,
ſemper loquitur de excommunicatione.
Hæc ſuſpenſio ſecundum communẽ Do-
ctorum ſententiam, non eſt ſolum ab ordi-
ne, vel ordinibus ſimoniacè ſuſceptis, ſed
698 etiã ab illis, quos antea ſuſcepit. *Cãpanilis
rub.* 11. *cap.* 27. *num.* 64. teſtatur de commu-
ni *Layman lib.* 4. *tract.* 10. *cap. vltimo num.* 71
*& Bonacina ſuprac. p.* 5. *num.* 8. vbi allegat
pro contraria opinione *Fillinceium*, qui &
ſi doceat, de iure communi, talem ſuſpen-
ſionem eſſe ab ordine ſic ſuſcepto, ſubdit
tñ, quòd inſpecto extrau. ſit quis ſuſpenſus
etiam ab alijs ordinibus, citãs etiam *Suarez*
qui *tom.* 1. *de Religione cap.* 61. *de ſimonia n.* 6.
docet noſtram ſentẽtiam. Ex hoc ſequitur,
quomodo ſit verum id, quod docent ali-
qui, Epiſcopũ .ſ. poſſe diſpenſare, vt ordina
699 tus aliquibus ordinibus ſimoniacè, alijs
verò nõ ſimoniacè, poſſit miniſtrare nõ ſi-
moniacè ſuſceptos, non autem ſimoniacè
ſuſceptos, aut aſcendere ad ſuperiores, ita
*Reginaldus lib.* 23. *praxis num.* 185. *ad finem.*
cùm enim pro omnibus ordinibus eſt ead.
reſeruatio, ſicut non poteſt Epiſcopus di-
ſpenſare in ſimoniacè, ita neque in non ſi-
moniacè ſuſceptis, aliàs ead. res diuerſo iu-
re cenſeretur. ita *Sopranus apud Filliuc.
cit. tr.* 45. *c.* 13. *n.* 37. Nota multum deſeruire
quòd aliquis ſit ſuſpenſus ab vno ordine
700 tantũ, vel ab omnibus, nàm primo caſu
põt obtinere beneficium, & ſic præſentari
ad beneficium, ad quod ſufficit ordo, in
quo non eſt ſuſpenſus, ſecundo verò caſu
nullum poteſt obtinere beneficium, neque
præſentare, vel eligi. *Mar. Antoninus lib.* 1.
*var. reſol.* 19. *num.* 6. Violantes dicti ordina-
701 ti præfatam ſuſpenſionem, præter irre-
gularitatem, etiam priuantur ipſo facto,
ſi ſint clerici ſæculares, vel militares *qui-
buſcunque per eos in titulum, commendam,
aut aliàs obtemptis dignitatibus, officiis, be-
neficiis eccleſiaſticis cum cura, quomodo-
cunque qualificatis ſæcularibus, vel cuiuſuis
ordinis, aut militia Regularibus, ac ſi ipſi cle-
rici Regulares fuerint, actiua, & paſſiua vo-
ce. & declarãtur inhabiles, &c.* vt in d. con-
ſtitu-

Digitized by Google

ſtitutione Sixti V. §. *& nihilominus*, quæ verba, cùm contineant quid acceſſorium ad pænas, abſque dubio referuntur ad hanc partem, de ſimoniacè ordinatis, & ordinantibus, per illam clauſulam *Etiã omnia & ſingula ſupradicta in ſic promouentibus & promotis, locum habeant. Rota p. p. nouiſſimarum deciſ. 246. num. 2.* Ad incurrendas dictas pænas, quò ad forum exter-
702 num requiritur declaratoria, vt notat *Canpanilis Rub. 11. c. 27. num. 61.* Quomodo autem intelligatur id, quòd ſimoniacus pendente accuſatione, prohibeatur celebrare, dixi aliàs ſupra. Quòd autem ſimonia hoc caſu committatur, quando datur aliquid ordinatori, vel eius miniſtris occaſione ordinationis, quamuis ſpontè
703 offeratur, videtur definire *S. Concil. Tridentinum ſeſſ. 21. cap. 1. de reformat.* quæ intelligenda ſunt, iuxtà doctrinas communes de ſimonia, quòd ſcilicèt non appareat alia cauſa, ob quam promiſſio, aut datio iſta, interceſſerit; item oblationem longo tẽpore nõ anteceſſiſſe ordinationem, vel ſtatim ſubſequutã fuiſſe dictam ordinationem, vt latius agam in ſua *recollect. particulari de Simonia.* pro nunc videte *Campanilem* (& ſi loquatur in terminis collationis beneficij) *Rub. 11. cap. 27. num. 21. & ſequentibus & loquendo in terminis noſtris, Sanchez lib. 2. opuſculorũ c. 3. dub. 19. & dub. 104. n. 21. ad finẽ & n. 57. & Villalobos tr. 37. diffic. 20.* qui ad finẽ, expreſsè aduertit: *que ſi deſpues de las ordines, recibieſſe el Obiſpo algo, o ſu ſecretario ſin pacto, o cõcierto, que antes huuieſſe, non ſeria ſimonia.* Addo *Layman lib. 4. tr. 10. cap. vltimo num.* 8. qui etiam ſubdit, *Neque referre, ſi donum temporale offeratur, etiam ſimul, ſiue etiam ante*
704 *ſpirituale præſtitum, idque etiam cum intentione, vt donatarius ex gratitudinis virtute, moueatur ad ſpirituale beneficium præſtandum, ſicut neque vice verſa ſimoniacum eſt, conferre alicui quodcunque donum, aut beneficium ſpirituale, etiam cum intentione, vt alter ex gratitudine, moueatur ad remunerandum*, & licet ad finem *numeri*, fateatur, *interdum præſumptionem eſſe poſſe, affectionis ſimoniacæ, præſertim ſi munera antecedant, quamobrem talia tamquam ſimoniaca vere prohibentur*, non per hoc negat, quin talis in foro conſcientiæ non ſit, quia in iſto foro non habent locum præſumptiones, fauet *Leſſius lib. 2. de iuſtit. cap. 35. n. 61*, docens, quòd ſi ſpontè etiam liberaliter donaretur aliquid ante ordinationem, non intentione mouẽdi animum Epiſcopi, vel miniſtri, non fieret contra dictum decretum. Quod Epiſcopi in ordi-
705 natione poſſint recipere ab ordinatis cãdelas, declarauit S. Congregatio Epiſcoporum 2. Ianuarii 1601. apud *Gauantum in manuali Epiſcoporum, verbo ordo in genere, num.* 25. quæ Congregatio etiam ſubdidit, derogatam fuiſſe conſuetudinem recipiẽdi ab ordinatis forcipes, pectines, & mappas, vt teſtatur *Nouarius Canonicus in ſua ſumma Bullarum veter. & recentiorum, cùm de ſimonia num.* 8. *verſ. infertur ſecundo*; qui ſubdit, præter candelas, accipi fortè poſſe etiam ſtrophiola, quibus ſacerdotum manus ſacro oleo linitæ, vinciuntur, illaque aliquibus in locis, Magiſtrum cæremoniarum retinere conſueuiſſe, & ſic hoc non fundat ratione paruitatis materię, quæ non excuſat à ſimonia, ſecundum communem ſententiam, quam ſequutus fui *ſup. p. p. recoll. 7. num. 36.* & in puncto illi adheret *Nouarius ibid. num. 14. & Sanchez cit. lib. 2. c. 3. dub. 110. n. 3.* & ſi cõtrariam opinionem dicat probabilem *Diana p. 5. tr. 5. recoll. 2.* neque ratione Ritus, prout recipiuntur candelæ, ſed ratione conſuetudinis, qua inſpecta, contrarium dicendum eſſet, quando conſuetudo eſſet offerendi vltra candelas, etiam pecuniam; nam tunc conſuetudo non debet attendi *Villalobos ſupradicta difficult. 20. num. 2.* De notarijs vel alijs miniſtris Epiſcopi, an recipiendo aliquid committant ſimoniam, & ſic ſubijciantur huic ſuſpenſioni, percipi poteſt ex his, quæ dixi ſupra *Recoll.*
705 *4. ver. Notarius.* De Epiſcopis Titularibus *Sanchez ſup. c. 19. ad finẽ.* Quomodo probetur ſimonię crimen, ad effectum imponẽdi pænam ordinariã, videte *Mar. Antoninum lib. 3. var. reſolut. 34. & latius per nouiſſimum Iuliũ Chartarium in deciſ. criminalibus Curiæ Archiepiſcopalis Mediolan. deciſ. 91. & ſeq.*

Ordinatus ſcienter ab Antiſtite excommunicato, ſuſpenſo ab ordine, ac interdicto perſonaliter non tolerato, incurrit ſuſpenſionem ab exequutione ordinum ſic ſuſceptorum S. Pontifici reſeruatam. Allegatur ad hoc *textus in cap. ab excommunicatis 9. quæſt. prima* vbi eſt ſermo rãtum de excommunicatis, ſed Doctores id cõmuniter intelligunt etiã de ſuſpenſo, & interdicto, ac etiam extendunt ad ordinatum ab irregulari, Simoniaco, Heretico, Schiſmatico, Depoſito, ac Degradato, vt poſt alios, quos refert, teſtatur *Bonacina tom. 3. diſp. 3. quæſt. 1. Pun. 10. nu. 1. & alijs allegatis, ſequitur nouiſſimus Theſaurus p. 2. de pænis eccleſiaſticis verbo ordo cap. 24. in principio*, qui etiam ſubdunt rationem, ſumptam à regula illa, quòd nemo dat, quod non habet, ſed tales non habent vſum ſui ordinis, ergo neque dictum vſum poſſunt alijs dare. Eſt concluſio iſta, contrà aliquos Hereticos, & alios, qui ſomniabantur, Epiſcopum excommunicatũ, hereticum, ſchiſmaticum, aut degradatũ,



Digitized by Google

non ſolum non conferre ordinatis ab ipſo vſum, ſed nec characterem, & gratiam,
707 & ſic non conferre ordines validè, vt eſt videre apud *Marchinum tr. 1. de ordine par. 2. cap. 15. tribus ſequentibus*. vbi contrarium oſtendit ex ſcripturis, S. S. Pōtificibus, & Concilijs generalibus. Vnde quando in aliquibus canonibus *cit. 9. quæſt. prima* dicitur, quòd ordinationes prædictæ nullas vires obtinent; intelligi debet, quò ad vſum, non autem quò ad characterem, ita poſt *Suarez, & Alterili, Bonacina ſuprac. pun. 10. num. 7. ad finem*, videte etiam *ſup. recoll. 3. num. 81*. Dixi *ſcienter*, quia eorum ſemper mihi placuit ſententia, qui docent,
708 ignorantiam ordinati circa impedimenta ordinantis, de quibus ſuprà, excuſare ordinatum; Non ex eo, quia dicta ſuſpenſio lata ſit in pœnam ordinati, & non ratione defectus ipſius ordinantis, ſed ex *tex. in can. ordinationes 9. q. 1.* vbi clarè decernit Vrbanus Papa, *ordinationes, quæ ab hæreticis nominatim excommunicatis, factæ ſunt, irritas eſſe; niſi probare valuerint, ſe cùm ordinarentur, eos neſciſſe damnatos.* ita *Marchinus loco ſup. & Turrianus, quem ſequitur Diana p. 5. tr. 10. reſol. 39. Hurtado de ſuſp. num. 34.* hanc ſententiā dicit valde probabilem *Sanchez lib. 2. opuſcul. moral. cap. 3. dub. 104. num. 46.* qui *n. ſeq.* id dicit verum, etiam eo caſu, quo ignorantia prædicta eſſet culpabilis; niſi fuerit craſſa, vel ſupina, contra aliquos, quibus adherent *Turrianus, & Diana locis ſupracitatis*, qui & ſi fateantur, ignorantiam probabilem excuſare, negant tamen de culpabili, quo caſū volunt, tales ſic ordinatos poſſe diſpenſari ab Epiſcopo: ita *Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſiaſticis verbo ordo c. 24. in princip.* Eſt ēt contra alios, quos ſequitur *Bonacina cit. p. 10. num. 4.* qui affirmant ſimpliciter, ignorantiam hoc caſu non excuſare, quibus accedit *Villalobos p. p. ſumma tr. 18. diffic 8. num. 10. Et Barboſa alleg. 3. n. 20.* qui ſubdit, ignorantiam reddere duntaxat diſpenſationem S. Pontificis faciliorem.

709 Quid autem dicendum, quando ſcienter, ſed ex metu cadente in conſtantem virum, ſic aliquis eſſet ordinatus? *Bonacina loco ſuprac. num. 5.* affirmat, incurrere ſuſpenſionem ſupradictam, quem ſequitur *Theſaurus cit. c. 24. ad finem.* in caſu ignorantiæ culpabilis, vbi quòd talis poſſit diſpenſari ab Epiſcopo, Negant tamen probabilius *Villalobos loc. ſupracitato, & Sanchez clarius cit. dub. 104. num. 48.* & ſi eum alleget, tam primo, quàm ſecundo caſu, *Theſaurus* prò contraria ſententia, Dixi *non tolerato*, nam concordant autores ſupracitati, quòd ſi Epiſcopus, vel alius Antiſtes ordinans excommunicatus, ſuſpenſus &c, ſit ab eccleſia toleratus, ab eo ordinatum, ſiuè ignoranter, ſiuè ſcienter, non incurrere ſuſpenſionem. Ità *Bonacina cit. p. 10. num. 2. Sanchez cit. dub. 104. n. 42. & Villalobos loco ſuprac.* qui fundantur in *extrauag. ad euitanda*, qua attenta, tenemur vitare tantum excommunicatos, ſuſpenſos, & interdictos denunciatos, & notorios Clerici percuſſores, vt ſuprà *recoll. 3.* explicatum fuit, & per conſequens tunc, & non antea excommunicati priuantur vſu ordinis, quò ad alios. At quia non eſt certum, an ſufficiat ad hoc, vt quis ſit ex dicta extrauaganti euitandus, ob id tantum, quia fuit contra aliquem lata, & denunciata ſententia declaratoria criminis, cui de iure eſt annexa excommunicatio, ſi expreſsè non fuerit quoq. denunciatus excomunicatus, vt patet ex his, quæ dixi *ſup. p. 2. recoll. 1. n. 209. & 213. & ſup. recoll. 3. num. 109. & 111* redditur etiā incerta ampliatio noſtræ concluſionis principalis, in ea parte, quæ pertinet ad ordinatum ab hæré-
710 tico, ſciſmatico, & ſimilibus, an ſolū ſufficiat ſi ſit denunciatus tātū talis, vel ſit neceſsè, ꝙ ſit quoq; denunciatus excōmunicatus? Autores ſupracitati ſimpliciter aſſerētes, ordinatū ab his nō toleratis, eſſe ſuſpēſū, videntur ſupponere, ſufficere denūciationem ſeu declarationē criminis hereſis, ſchiſmæ, aut ſimoniæ, vt in ſpecie explicat *Theſaurus cit. cap. 24. verſ. dicitur.* vbi ſubdit, non ſufficere, quem eſſe hereticum notorium, & ſi alleget *Sanchez loco infracitando.* pro contraria ſententia. Et ita etiam ego concluſi *loco ſuprac.* Cuius tamē contrarium, præter autores ibi à mē allegatos, docet *Sanchez cit. lib. 3. opuſculorum moralium cap. 2. dub. 104. num. 43.* Redditur etiā incerta eadem Ampliatio quòad aliam
711 partem de ordinato, ab irregulari ex his, quæ dixi *ſup. p. 2. recol. 1. à n. 200.* ſaltem loquendo de illa irregularitate, quæ non venit appellatione cenſuræ. Remanet igitur dicta ampliatio certa, quò ad ordinatū à degradato realiter, vel verbaliter, qualis eſt depoſitus vt explicaui ſupracit. *recoll. 1. à n. 185.* Ex his patet primò, quid dicēdum
712 ſit de Epiſcopo cōſecrato ab excōmunicato, ſuſpenſo, interdicto, &c. vt ſupra declaraui, an .ſ. incurrat hanc ſuſpenſionem? Doctores enim, qui volunt, iſtā ſuſpēſionē non eſſe cenſuram, & pœnam, ſed defectum in ordināte, Affirmāt, etiam eo caſu; quo adſit ingnorantia talis defectus ex parte conſecrati: ita *Bonacina ſup. p. 10. num. 6.* quem ſequi videtur *Theſaurus ſupracit. cap. 24. verſ. de Epiſcopo* vbi tantum dubitat, à quo talis Epiſcopus conſecratus cum ingnorātia excommunicationis, &c. conſecrantis, poſsit diſpenſari, à Metropolita.

Digitized by Google

litano nempè, vel à Papa? & concludit,
quòd à Papa debeat diſpenſari, illi verò
autem, qui docent, hanc ſuſpenſionem
eſſe pœnam, & cenſuram, hoc etiam debet
negare: nam in pœnis, & cenſuris non fit
extenſio de caſu, ad caſum, nec ex maiori-
tate rationis, vt ſæpe fuit ſuprà probatum.
Caſuum diuerſitas eſt clara ex opinione,
de qua aliàs dixi, quòd Epiſcopatus non ſit
ordo. Sequitur ſecundò, quid dicendum
ſit circa aliud quæſitum, quod tangit *Vil-
713 lalobos loco ſup. num. 11. ad finem.* An vio-
lans talem ſuſpenſionem, incurrat irregu-
laritatem? Nam qui negant, iſtam ſuſpen-
ſionem eſſe cenſuram, negant etiam, illam
violantem incurrere irregularitatem, quæ
conſurgit ex violatione cenſuræ, & hanc
opinionem poſt *Auilam* docet *Villalobos
loco ſup.* cui & ego adhereo, qui autem af-
firmant, hanc ſuſpenſionem non eſſe defe-
ctum ſed cenſuram debent fateri, illam
violantem incurrere irregularitatem, vt
patet ex terminis.

Ordinatus, excommunicationis vinculo
ligatus; incurrit ſuſpenſionem à ſuſceptis.
*c. cum illorum de ſententia excommunicatio-
nis*, vbi quòd à tali ſuſpenſione ſolus Papa
abſoluit, niſi aliquo modo ignoranter id
ſit factum, vel ſi ſcienter, tamen vel talis ſit
Religioſus, aut religionem ingrediatur,
quibus caſibus, à Prælato proprio poteſt
quis abſolui, *Barboſa poſt alios, allegatione*
50. *num.* 21. Et nota, quòd licèt in citato *c.
cum illorum* ſit ſermo de excommunicato
714 ob clerici percuſſionem, tamen hæc cõ-
cluſio habet locum in qualibet excom-
municatione, qua irretitus ſit ordinatus.
*Bonacina tom. 3. diſp. 3. quæſt. 1. p. 6. num. 1.
verſ. Ampliari.* vbi teſtatur, hanc opinionẽ
eſſe probabiliſſimam, ſicut de communi
teſtatur *Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſiaſti-
cis verbo ordo cap. 4. verſ. Amplia primò*, ex
quorum modo loquendi, clarè præcipitur,
opinionem contrariam eſſe probabilem.
Quando dixi *ordinatus*, intelligunt magis
communiter DD. non ſolum de promotis
ad ſacros ordines, ſed etiam de promotis
715 ad minores, vt eſt videre apud *Bonacinam
ſup. p. 6. num. 2. verſ. Ampliatur* 3. qui citat
*Suarez, Alterium & Filliuccium, & per
Theſaurum cit. cap. 4. verſ. Ampliant etiam*
qui addit *Layman, ComincK & alios*. Qui
conueniunt, in eo, quòd hic non includa-
tur initiatus prima tonſura, nec conſecra-
tus Epiſcopus; de quare etiam agit *Diana
p. 5. tr. 10. reſol. 41.* Contrariam verò ſentẽ-
tia, nempè concluſionem procedere tantũ
in ordinato ſacris ordinibus, eſt probabi-
lis, quam præter *Nauarr. Auilam Rodri-
ques, & Emanuelẽ Sà allegatos*, per ſupra-
citatos authores, docet etiam *Barboſa cit.
num. 21. & Diana p. 5. tr. 10. reſolut. 47. verſ.
ſed contrariũ.* Subdidi, *excommunicationis
vinculo ligatus*, quia hæc ſuſpenſio non
716 habet locum in ſuſpenſionis, vel interdi-
cti, & tantò magis excommunicationis
minoris, cenſuris irretito: ita *Bonac. cit. n. 2.
in principio*, vbi quòd contraria ſententia,
nullo ſufficienti textu probari poſſit, ſe-
quitur alijs citatis *Theſaurus loco ſup. am-
pliat. 2* qui etiam communiter docent, nõ
717 ſufficere ad hoc, excõmunicationẽ, quæ
incurritur in ipſo actu ordinationis, quia
v.g. quis ordinatus fuit contra prohibitio-
nem ſub pœna excommunicationis ipſo
facto incurrenda, &c. Hoc enim mihi clarè
probatur ex eo, quia in *d. tex.* fit mentio de
excommunicatione ob clerici percuſſio-
nem. Dixi, talem ordinatum in dicto textu
ſuſpendi *á ſuſceptis*, tum quia eorum ſe-
quor opinionem, quòd hæc pœna non ſit
irregularitas, vt alij opinati ſunt, ſed ſuſpẽ-
ſionis cenſura, ex cuius violatione per exer-
citium ordinis prohibitum, quis contrahit
irregularitatem, quæ eſt opinio magis cõ-
munis, teſte *Theſauro cit. cap. 5. verſ. aduer-
tendum ad finem*, tum etiam quia talis ſu-
ſpenſio non eſt niſi ab exequutione ordi-
num in excommunicatione ſuſceptorum,
718 & ſi reſpectu Regularium etiam in dicto
*tex.* addatur etiam ſuſpenſio ab officijs.
Quod crederem eſſe in cauſa, vt aliqui
DD. iſtam ſuſpenſionem referant tantum
pro Religioſis, cùm in textu ſit ſermo tam
de clericis ſecularibus, quàm Religioſis:
ita *Hurtado de ſuſpenſione num.* 40. *& Præ-
poſitus, apud Dianã p. 5. tr. 10. recol.* 18. Di-
ctã ſuſpenſionẽ ab exequutione ordinum
in excommunicatione ſuſcepto, impe-
dire tantum aſcenſum ad maiores or-
dines, non autem exercitium inferiorum
iã ritè ſuſceptorũ, conſtat ex ſupradictis,
& notat in puncto *Bonacina ſup. num. 5. ad
finem.* Qui *num.* 7. declarat, quomodo in-
telligatur id, quod ſupra vltimo loco dixi,
ſcilicet *ſolum Papam abſoluere ab hac ſuſpẽ-
719 ſione; niſi aliquo modo ignoranter id ſit fa-
ctum*, nempè abſolutionem ipſius ſuſpen-
ſionis reſpectu clerici ſæcularis eſſe reſer-
uatam S. Pontifici, quando delictum eſt
publicum, ſeù *vt alias dixi*, deductum ad
forum contentioſum, quãdo verò non eſt
tale, tunc ſiuè fuerit contracta ſcienter, ſi-
uè ignoranter ignorantia craſſa, ſupina,
vel etiam affectata, poſſe ab ea abſoluere
Epiſcopum. Reſpectu verò Regularis, eſſe
reſeruatam S. Pontifici, vbi ſcienter ex
contemptu Eccleſiaſticæ diſciplinæ fuit
contracta, quando verò ex inaduertentia
facti, vel ignorantia iuris (intellige etiam
craſſa vel ſupina, vt explicat *Præpoſitus
apud Dianam loco ſupra cit.* & meritò qui-

 dem,

Digitized by Google

720 dem, quia quando ignorantia eſſet incul-
pabilis, non eſſet opus abſolutione vt ſub-
dit. *Bonacina ſup. num. 6. ad finem qui nu. 2.*
*verſ. limitatur 2.* idem docet de ſic ordina-
to ob vim, vel metum cadentem in virum
conſtantẽ) reſeruatã eſſe ſuo Prælato. *Niſi*
*graue fuerit, & notabile factum, & is qui fe-*
*cit, adultus fuerit, & diſcretus, vt violenter*
*contra obliuionem & ignorantiam, præſu-*
*matur.* Hæc ſunt verba *tex. in d. c. cum illo-*
*rum*, quę continent duas limitationes circa
hanc authoritatem Prelati ergà ſuos ſub-
ditos religioſos. Prima eſt, quòd intelligi
debeat in caſu percuſsionis leuis, vel me-
721 diocris, non autẽ quando fuit enormis,
à qua de iure communi non abſoluit Præ-
latus ſuos ſubditos Religioſos, quæ limi-
tatio hodie nõ habet locum, ob priuilegia
conceſſa ipſis Prelatis vt dixi *ſup. recoll. 5.*
*num.* 583. Secunda eſt pro caſu, in quo ex
circunſtantijs, in ipſo excommunicato pre-
ſumi poteſt ſcientia, quę limitatio neq. ha-
bet locum in foro conſcientię, qui eſt forus
veritatis, & per conſequens non procedit
per preſumptiones, Quando dixi, *reſpectu*
722 *regularis*, intelligo non ſolum de eo, qui
poſt ingreſſum Religionis ſed etiam de eo,
qui ante ingreſſum, incidiſſet in dictam ſuſ-
penſionẽ, vt poſt *Barboſam* innui in princi-
pio huius cõcluſionis, & notat *Additio Io-*
*annis Andreæ in d. c. cum illorum.* Si Epiſco-
723 pus de more, dicit. Ne quis hereticus, ex-
communicatus, irregularis ad ſuſcipiendos
ordines accedat, claraque voce declaret, ſe
non intendere illos ordinare, an tales he-
retici, &c. hoc non obſtãte accedentes, ordi-
nes recipiant? dixi ſupra n. . quibus illic
allegatis adde *Marchinum tr. pri. de ordine*
*p. 2. cap. 11. num.* 17.

Ordinatus ſcienter per ſaltum (ideſt or-
dinem ſuperiorem ſcienter recipiẽs, omiſ-
ſo inferiori) eſt ipſo iure ſuſpenſus, ab exe-
quutione ordinis ita ſuſcepti, abſque diſ-
penſatione Epiſcopi antè miniſtrationem
in d. ordine ſuſcepto, aut p̃termiſſo, S. verò
Põtificis, poſt hãc miniſtrationẽ *c. vn. de cle-*
*rico per ſaltũ promoto, Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 14.*
*ad finem de reformatione.* Vbi quia diſpo-
nitur, quòd cum ſic promotis, *ſi non mini-*
*ſtrauerint, Epiſcopus ex legitima cauſa*
*poſſit diſpenſare.* Supponitur, non ſolum (vt
ampliant cõmuniter DD. infra citandi) ta-
724 lẽ prohiberi primò miniſtrare in ordine
ſuſcepto, ſecundò prætermiſſũ ſuſcipere,
& tertio ad ſuperiorem ordinem aſcende-
re: nam aliàs non eſſet neceſſaria diſpenſa-
tio, ſed etiam quòd dicta prohibitio ſit nõ
ratione irregularitatis (vt aliqui Canoniſtæ
putauerunt) neque ratione ſuſpenſionis
ferendæ, ſeu requirentis declarationem (vt
aliqui etiam Theologi loquuntur) ſed ra-
tione ſuſpenſionis ipſo facto latæ, cum
ibi violatio talis ſuſpenſionis per miniſtra-
tionem in tali ordine ſuſcepto, vel præter-
miſſo, reſeruetur Summo Pontifici, nam
irregularitas ex violatione cenſuræ ipſo
ipſo iure latæ, regulariter eſt Summo Pon-
tifici reſeruata: ita poſt alios *Barboſa de of-*
*ficio, & poteſtate Epiſcopi allegatione 47.*
*Bonacina tom. 3. diſputatione 3. q. 1. pun. 2.*
*num. 1. & 2. Theſaurus de pœnis eccleſiaſticis*
*verbo ordo cap. 13. in principio*, qui poſt *Lay-*
*man.* teſtatur de magis cõmuni, *Hurtado de*
*ſuſpen. n. 39. verſ. Sextò, Villalo 605. p. p. Sũ-*
*mæ, tr. 18. difficult. 11. n. 8 & Marchinus tr. 1.*
*de ord. p. 2. cap. 7. num. 8. & ſequentibus.* fate-
tur etiam *Diana p. 5. tr. 10. reſol. 27. verſ. no-*
*tandum tertio*; quamuis paulò antea videa-
tur ſequi, iuxta ſuum inſtitutum opinio-
nem benigniorem, ſcilicèt hanc ſuſpenſio-
725 nẽ non eſſe latæ, ſed ferendæ ſententiæ,
quam dicit eſſe probabilem. Ex iſtis autho-
ribus *Barboſa Bonacina & Diana* declarant,
dictam reſeruationem factam ab eodem
Concilio S. Pontifici, poſt miniſtrationẽ,
intelligi debere ſecundum diſpoſitionem
alterius decreti eiuſdem Concilij, nempè
niſi talis irregularitas fuerit occulta, ſeu nõ
deducta ad forũ cõtentioſũ, quia tunc & ſi
ſcienter fuerit contracta, poterit in ea diſpẽ-
ſare Epiſcopus. Addo ego contra *Aſugna*
*relatũ à Diana ſup. reſol. 29. ad finem.* dictã
726 reſeruationem S. Pontifici, poſt miniſtra-
tionem, de qua ſupra, efficere non ſolum
vt taliter promotus miniſtrans in ordine
ſic ſuſcepto, vel prætermiſſo, nequeat diſ-
penſari ab Epiſcopo ad ſuperiores ordi-
nes, ſed etiam quod neque poſſit ab codẽ
diſpẽſari ad miniſtrandum in ſuſcepto, vel
ſuſcipiendum ordinem prætermiſſum, Di-
xi *ordinatus*, abſolutè quia ſecundum
communem DD. opinionem, hæc ſuſpe-
ctio incurritur non ſolum ob omiſſionem
ordinis ſacri inferioris, ſed etiam ordinis
727 minoris, quamuis *Portellius p. 3. ſuorum*
*reſponſorum moral. reſponſo 41. num. 3.* pro-
bare nitatur, probabilem eſſe opinionem
contrariam, quam refert, & ſequitur *Dia-*
*na p. 5. tr. 10. reſolut.* 47. qui tamen *ibid. re-*
*ſol. 29.* ſupponit S. Congregationum decla-
raſſe pro prima opinione, allegando ad
hoc *Riccium, & Gampanile* & forſitan iſta
declaratio eſt eadem cũ ea, quã refert *The-*
*ſaur. cit. c. 13. verſ. Amplia* his verbis *In-*
*curri ſuſpenſionem à recipiente ordines*
*omiſſa prima tonſura, quia ſic dicitur per*
*ſaltũ promoueri, cùm à ſtatu laicali, imme-*
*diatè ad ordinem clericalem tranſeat*: ergo
a fortiori, idem dicendum eſt de alijs or-
728 dinibus minoribus, qui ſecũdum com-
muniorẽ opinionem teſte *eod. Portellio vbi*
*ſup.* ſunt ſacramenta imprimentia chara-
cterẽ, & prima tõſura è cõtra nõ ſit verũ
ordinis ſacramentum, cùm non habeat
ne-

Digitized by Google

neque materiam, neque formam, vt contra Canoniſtas, docet cômuniter theologi, & latè poſt alios, notat nouiſſimus *Marchinus tr.2.p.p.c.12.ad finem.* Vnde Epiſcopus conſecratus, omiſſo aliquo ordine ſacro, non incurrit hanc ſuſpenſionem, ſecundum omnes authores, qui tractant hanc materiam, licèt non conueniant in eo, An recipiens conſecrationem Epiſcopalem antè ſacerdotium, validè illam recipiat, vt videre eſt apud *Marchinū loco ſuprac.n.7. ad finem.* qui refert, aliquos authores ſuſtinere, poſſe aliquem validè conſecrari in Epiſcopum, etiam ſi non ſit ille ſacerdos, & ſi hoc caſu non poſſit epiſcopalem poteſtatem exercere, quem partim ſequi videtur *Alzedus in ſua Praxi Epiſcopali lib. 1.cap.4.num.4.* vbi quòd conſecrari poſſit quis & ſi non ſacerdos, qui exercebit omnia ſicut alius Epiſcopus, ordinem tamen ſacerdotalem quem non habet, alteri cō-conferre non poterit ſed contraria ſententia, nempè conſecrationem prædictam hoc caſu non eſſe validam, eſt communis, ita *Sanchez lib.7.opuſculorum moral. cap.1. dub.14.num.8.* vbi hanc opinionem dicit
729 eſſe comunem: nam iuxtà *D. Thomam* character epiſcopalis non eſt diuerſus a ſacerdotali, ſed eſt idem magis extenſus. Docent etiam *Bonacina cit.p.2.num.7. & Theſaurus ſupracit.cap.13.verſ. limita* vbi teſtatur de magis communi, & ſic præſupponit, primam ſententiam non ſolum eſſe probabilem, ſed etiam communem. Quòd Epiſcopus nō habēs ordinē aliū præter Sacerdotiū, poſſit illū alteri conferre, contrà *Homobonum* docet poſt noſtrū *Molfeſ. Marchinus tr.1.par.1.cap.18.* & ſi loquatur de defectu in Epiſcopo minorū tātū ordinū. Dixi *ſcienter* quia ad hoc vt quis incurrat hanc ſuſpenſionem, requiritur, ꝙ ſciens, vel
730 ſaltem cum ignorantia culpabili mortaliter, ordinetur ſic per ſaltum, & ſic vt ſubdunt authores, quando ignorantia fuit inculpabilis, vel culpabilis tantum venialiter, non per hoc quia non incurrerat ſuſpenſionem, ſi poſtea habuerit ſcientiam huius defectus, poterit abſque culpa mortali miniſtrare in ordine per ſaltū ſuſcepto, vel aſcendere ad ſuperiores ordines, nondum ſuſceptis ordinibus prætermiſſis: ita *Bonacina poſt alios ſup.p.2.num.15. cum duobus ſequentibus.* Ex quo modo loquendi, inferri poteſt, hunc talem non prohiberi ordines prætermiſſos etiam abſque diſpenſatione, ſuſcipere, & ſi poſitus in mala fide miniſtrauerit, quia per iſtam miniſtrationem non incurrerat irregularitatem, quæ ſuppōnit ſuſpenſionē iā incurſā; ſi autem poſitus in mala fide, abſque receptione ordinum prætermiſſorū, aſcenderet ad ordines ſuperiores, tunc incurreret ſuſpēſionem, & haberet locum noſtra
731 i concluſio. Ad incurrendam irregularitatem, de qua ſuprà per miniſtrationem in ordine ſuſcepto per ſaltū, vel prætermiſſo, an etiam requiratur ſcientia, vel ſaltem ignorantia culpabilis, mortaliter, vel ſufficiat ſi ſit talis venialiter tantum, patet ex dictis *ſuprà recoll.1.à num.493. & 398.* vbi quòd ignorantia mortaliter culpabilis
732 quando non eſt craſſa, vel ſupina, excuſet ab irregularitate incurrenda. Præſuppono enim, vt ibi explicaui, ignorantiam poſſe eſſe culpabilem mortaliter & ſi non ſit craſſa, vel ſupina, & notat etiam *Portellius p.p.ſuorum reſponſorum moralium c.27. ſub num.4.* vbi de modo probandi ignorātiam in foro exteriori pro excuſatione à
733 pænis priuationis officiorum, &c. impoſitis in Conſtitutionibus SS. Pontificū, quē exornat *Diana p.5 tr.14 reſol.24.* Ex quibus patet, quomodo ſit verum id, quod docent *Barboſa ſup. alleg.47.num.6. Alterius & alii.* Promotum ſcilicèt per ſaltum miniſtrantem cum ignorantia excuſante à mortali, non poſſe diſpenſari ab Epiſcopo, ſed debere diſpenſari à S. Pontifice, quem ſequi videtur *Diana ſuprac.tr.10.reſolut.27 finem.* dum concludit, numquam Epiſcopum diſpenſare poſſe, vbi talis fuit adminiſtratio, quæ irregularitatem induxerit, (quod dicitur de ignorātia culpabili, idem dicas demetu vt ſup.) cuius contrarium probat, *Bonacina ſupracitato p.2.num.12. ad finem.* Ea ratione, quòd ceſſante culpa mortali, ceſſet etiam reſeruatio, allegat tamen pro ſua opinione præter *Nau. etiam Suarez t.5.diſp.31 ſect.1.num.52.* quem *Diana citat* pro ſua ſententia. Quòd etiam miniſtrans in ordine per ſaltum ſuſcepto, ex eo quia ſuſcipiendo ordines omiſſos, maximè minores timeat infamiam, vel
734 magnam pœnam ſibi imponendam à ſuo ordinario, ſi id ſibi manifeſtauerit; excuſetur ab irregularitate, & ſic quòd hoc caſu ſufficiat diſpenſatio Epiſcopi, docet *Portellius p.3. reſp. moral. reſp.41.num.5.* quā opinionem (quid quid ſit in ſpeculatiua) in praxi non conſulerem, ſaltem pro tēmpore diuturno, in quo poſſet talis recurrere ad S. Pœnitentiariam pro diſpenſatione, fauet eiuſdem Pœnitentiariæ pra-
735 xis, de qua teſtatur *Theſaurus cit. cap.13. ad finem.* quæ non diſpenſat cum tali promoto per ſaltum, niſi in occultis, quando periculum eſſet grauium ſcandalorum, ſi non diſpenſaret, & tunc concedit litteras ad effectum, omiſſum ordinem recipiendi à quocunq. Antiſtite catholico, etiā extra tēpora, & non ſeruatis inter ſtitijs, & abſq. dimiſſorijs proprij ordinarii: ita *Theſaurus.* Dixi, *ideſt recipiens ordinem ſuperiorem omiſſo ordine ſuperiori,* quia hanc ſuſpen-
736 ſionem non incurit ille, qui antè confir-

firm ationis ſacramentum, ordines, ſiuè
minores,ſiuèmaiores, ſuſcipit; cùm cenſu-
ra non incurratur, niſi in iure ſit expreſſa.
poſt alios *Bonacina cit. p. 2. num. 5. verſ.*
*Dico* 2.qui tamen concedit, hunc grauiter
peccare, quia *Concil.Trid. ſeſſ. 23. cap. 4.*
id expreſsè prerequirit. Sed quòd tantum
id ſit peccatum veniale, poſt *Barboſam*
*ConinK, & Dianam, probat Theſaurus cit.*
*cap.13.limit.*2.Si autem ordinem quis reci-
737 peret antè *B*aptiſmum, certum eſt, illum
non incurrere ſuſpenſionem, cum Eccle-
ſiæ cenſuris non ſit ſubiectus, inualidè ta-
men ordinaretur & grauiter peccaret, vt
per eundem *Bonacinam ſup.num.5.in princ.*
Dixi, talem ſuſpenſionem eſſe.*ab exequu-*
*tione ordinis ſic ſuſcepti, & vlteriori promo-*
*tione.* tum quia ſecundum receptam ferè
ab omnibus Authoribus ſententiam, talis
738 non remanet ſuſpenſus ab ordinibus ri-
tè ſuſceptis *Bonacina ſup.pun.2.n.* 10. qui-
bus ab eo citatis,*addo Hurtado de ſuſpẽſione*
*num.39.Marchinum tr.1.de ordine p. 2. c.7.*
*ad finem,& Dianam p.5.tr.*10. *reſol.* 28. qui
ſubdit, non eſſe audiendos *Maiolum &*
*Nau.*contrarium docentes,tum etiam quia
impedimẽtũ ab vlteriori promotione, &
739 ſic ad ſuperiores ordines ſuſcipiẽdos,hoc
caſu, nõ eſt irregularitas vt poſt alios ha-
bet *Diana ſupra c.recol.*27. *in ſecundo notabi*
*li*, qui ſubdit,quòd & ſi irregularitas eſſet,
740 poſſet tñ illã diſpenſare confeſſarius per
Bullam cruciatæ, nam etiam dictus con-
feſſarius, vt idemmet author ſubdit *in*
*fine dicta reſolutionis*, poteſt tollere hanc
ſuſpenſionem. Vnde idem dicendum de
confeſſario tempore iubilei, vel Religioſis
habentibus, priuilegium abſoluendi a cẽ-
ſuris Papalibus, iuxta ea quæ dixi ſuprà
*recoll.1.num.* .Dixi tandem, *Antè diſpen-*
*ſationem Epiſcopi priuſquam miniſtrauerit*
*in ordine ſic ſuſcepto, vel prætermiſſo, aut*
*Summi Pontificis, poſt dictam miniſtrationẽ.*
741 vt oſtenderẽ primò, quòd Epiſcopus po-
teſt cum tali diſpenſare ante dictam mini-
teſtrionem,non ſolum vt miniſtret in or-
dine ſuſcepto, ſed etiam vt ordinem præ-
termiſſum, recipiat, ac quoque ad ordines
ſuperiores aſcedat, non tãtum quando de-
lictum eſt occultum, ſed etiam quando
eſt publicum, & non ſolum vbi ignoran-
ter fuit commiſſum ſed etiam quando
ſcienter,quia ita impliciter ſibi conceditur
facultas a Concilio Tridentino & ſolum
facienda eſt differentia inter caſum occul-
tum,& publicum (aut etiam vbi ignoran-
ter vel ſcienter,ſecũdum aliquos authores,
de quibus ſupra) quando non agitur de ſo-
la ſuſpenſione, ſed de irregularitate con-
tracta ex ipſa miniſtratione poſt incurſam
ſuſpenſionẽ.Hæc enim ſunt certa. Difficul
tas prima eſt, an Epiſcopus poſſit diſpen-
742 ſare etiam in caſu, quo talis abſq. diſpẽ-
ſatione eiuſdẽ Epiſcopi ante miniſtrationẽ
ſuſcepiſſet ordinem prætermiſſum? Nam
*Suar. Alter. & Barboſa, apud Bonac. infra*
*citandum.* Negant non ex eo, quòd ſu-
ſcipere ordinem prætermiſſum verè ſit
miniſtrare in ordine per ſaltum ſuſce-
pto, ſed maximè quia talis ſuſcipit ordi-
nem, dum eſſet ſuſpenſione ligatus. *Con-*
trarium tamen concludit *Bonacina ſup.*
*p.2.num.* 12. ea ratione, quia vt dixi ſu-
pra, ligatus duntaxat excommunicatione,
ſic ſuſcipiens ordinem,non autem ſuſpen-
ſus; aut interdictus, incurrit hãc ſuſpenſio-
nẽ. Vndè idẽ diceret de eo,qui ad ſuperiorẽ
ordinem aſcenderet abſque diſpenſatione
Epiſcopi,ex paritate rationis. Quod autem
hic nulla fiat mentio de exercitio ordinis
prætermiſſi,ea eſt ratio, quia vt dixi ſupra,
& latius dicam infrà *cùm de irregulari-*
743 *te*, verior & receptior eſt opinio, quod
exercens actum ordinis, quem quis non
habet,non incurrat ſuſpenſionem,ſed irre-
gularitatem,à qua licèt Epiſcopus diſpen-
ſet pro ſuſceptis,non tamen poteſt diſpen-
ſare pro ſuſcipiendis, quia hoc ſpectat
ad S.Pontificem videte pro nunc *Bellettũ*
*p.2.ſua diſquiſitionis clericalis §. 26. num.* 2.
*& Theſaurum cit.verbo. ordo c.31.n.1.&* 2.
Reſtat igitur, tunc eſſe neceſſariam diſpẽ-
744 ſationẽ S.Pontificis in caſu noſtro,quã-
do eſt publicum, ſeù deductum ad forum
contentioſum, aliquem miniſtraſſe in or-
dine ſuſcepto per ſaltum,quia hoc caſu,ex
iſta cauſa incurritur irregularitas, non au-
tem quando miniſtrauit in ordine ritè ſu-
ſcepto,vel abſque diſpenſatione Epiſcopi,
ſuſcepit ordines pretermiſſos,aut ſimiliter
ad ſuperiores ordines aſcendit. Dixi,*quãdo*
*eſt publicũ* quia vbi dicta iregularitas eſſet
occulta ſeù non deducta ad forum con-
tentioſum, tũc poſſet Epiſcopus ab ea di-
ſpenſare, vt per ſupradictos authores, &
præcipuè *Bonacinam cit.p.2.* Qui *num.* 13.
ſubdit,quòd diſpenſatus ad ſuſcipiendum
ordinem prætermiſſum, cenſeatur diſpẽſa-
tus ad exercẽdũ ordinẽ per ſaltũ ſuſceptũ,
(intellige, poſt ſuſceptum ordinem præ-
termiſſum) item etiam ad aſcendendum
ad ordinem ſuperiorem. Et diſpenſatus
ad exercendum ordinem per ſaltum acce-
ptum, cenſeatur diſpenſatus ad ſuſcipien-
dum ordinem prætermiſſum.

Ordines ſacros ſcienter ſuſcipiens vir
coniugatus,extrà caſus conceſſos (de qui-
bus infrà in limitationibus) incurrit ſuſpẽ-
ſionem ab exequutione ordinum ſic ſu-
ſceptorum, & ab alijs ordinibus ſuperiori-
bus recipiendis, & promotione ad officia,
& beneficia eccleſiaſtica,etiam ſoluto ma-
trimonio. *extrauagan. vnica, de voto, & vo-*
*ti redemptione* vbi DD. communiter, & ſi

non

Digitized by Google

non deſint authores, qui velint, hanc ſuſpenſionem poſſe communerari inter irregularitates: ita *Laymon lib.5.tr.9. de ordinum cap.10. num. 12. Hurtado de ſuſpenſione n.4. præter & alios citatos per Sanchez lib.7. de matrim. diſp.49. n.2. ad finem.* Dixi, *ordi-*
745 *nes ſacros,* quia ſic ſuſcipiens ordines minores extrà caſus conceſſos, non ſolum non incurrit hanc ſuſpenſionem (in quo conueniunt authores, vt per *Bonacinam tom.3.diſp.3.q.4.p.7.num.8.*) ſed neque efficitur irregularis ad ordines ſuperiores ſuſcipiendos, ſoluto matrimonio, ſecundum veriorem opinionem, vt poſt *Sanchez* contrà *Sayrum & Maiolum* teſtatur *Theſaurus p.2. de pœnis eccleſiaſticis verbo ordo cap.3.num.4. Auerſa q.4. de ordine ſect. 9. ſub verſ. Tertio ſi quis,* ſicut quòd neque incurrat pœnas Conſtitutionis Sixti V. ex quo fuit redacta ad terminos iuris communis, notant iidem DD. ſupracitati. Certum eſt autem, talem ſuſcipientem dictos ordines minores, peccare mortaliter, & poſſe puniri grauiter, quia facit contrà prohibitionem eccleſiæ in re graui, vt ſupponit *gloſa in c. coniugatus, lit. H. de conuerſione coniugatorum,* & ſi ad hoc alleget *tex. in c. diuerſis fallaciis, de clericis coniugatis,* qui textus id non probat, ſed benè hoc probat, *tex. in cap. finali de temporibus ordinat in 6.* vbi prohibetur Epiſcopo conferre primã tonſurã cõiugato in quo textu DD. fundant ſuſpenſionem à collatione primæ tonſuræ per annum, contrà Epiſcopum,
746 ipſam primam tonſuram, conferentem coniugato, de qua poſt *Tolitum & Nauarr.* agit *Bonacina de cenſuris in genere q. 6. p.5. num.22. & t.3. diſp. 3. q. 2. p.5.* Circà quod nota, ibi fieri mentionem de prima tonſura, non gratia exempli vt cenſuit *gloſa in cit. c. finali verbo duntaxat,* docens conſequenter, quòd ſi conferret Epiſcopus vlteriores ordines dicto coniugato, etiam à collatione ipſorum remaneret ſuſpenſus per annum, ſed ex eo quia tantum pro collatione primæ tonſuræ, ibi imponitur contra eum dicta ſuſpenſio, vt eſt verior opinio, teſte *Theſauro cit. cap. 3. ad finem.* Quod pro dictis ordinibus minoribus ſuſcipiendis non ſufficiat licẽtia Epiſcopi, vt aliqui voluerũt, dixit *Sanchez lib.7.diſp.38. num.6.* Dixi *ſcienter,* quia vt legitur in citata *extrauag. vnica,* ad incurrendam hanc ſuſpenſionem, vel irregularitatem, requiritur præſumptio, quæ non ſolum præſupponit ſcientiam, ſed etiam dolum ſeu ignorantiam affectatam, aut ingentem temeritatẽ, vt aliàs dixi ſupra *recoll. 1. num. 371. & ſequentibus* & notat in puncto *Sanchez citata diſp. 49. num. 3.* Vndè qui ex
747 ignorantia facti, verbi gratia, validitatis matrimonij, vel vitæ vxoris, aut etiam ignorantia iuris (quæ vt ibi dixi, vix dari poteſt in eccleſia latina) eſſet ſic ordinatus; ſoluto matrimonio, abſq. alia abſolutione, vel diſpenſatione, poterit ordines ſic ſuſceptos exercere, & ad ſuperiores aſcendere, non autem conſtante matrimonio. *Bonacina cit. p. 7. num. 4. & Prapoſitus apud Dianam p.5. tr.10. reſol. 59.* idem dico de ordinato ſic per vim vel metum cadentẽ in virum conſtantem, quia neque in eo reperitur præſumptio. Dixi tandem, *ab executione ordinum ſic ſuſceptorum,* cùm non remaneat ſuſpenſus ab ordinibus ſuſceptis ante matrimonium, ſaltem in hoc ſenſu (vt ait *Bonacina ſupracit. p.7. nu.9.*) vt mortua coniuge, poſſit in illis miniſtrare, dat tamen exemplum de ordinato ante matrimonium ordine ſubdiaconatus, quod hodie non habet locum, cùm dictus
748 ordo dirimat matrimonium poſteà contractum, nam vt dicetur *infra cum de matrim.* hodie dictus ordo eſt ſacer, habens annexum votum continentiæ ex ſtatuto Eccleſiæ; videre pro nunc *Bellettum p. p. ſua diſquiſitionis clericalis tit. de diſciplina clericali §.9. num. 11. & Marchinum tract.2. de ordine p.6. cap.8. difficult.6.* Poterit igitur dari exemplum de ordinibus minoribus antè matrimonium ſuſceptis, à quibus cũ non ſit ſuſpenſus, poteſt rationabiliter inferri, quòd ratione ipſorum, vbi ipſis vte-
749 retur, in rigore, frui poſſit priuilegijs conceſſis clerico coniugato, quia vtile per inutile non vitiatur. Dixi *in rigore,* quia in praxi ſi id eſſet deductum in foro contioſo, ſcilicèt poſt coniugium, talem fuiſſe ordinatum, deberet puniri & cogi ad habitum dimittendum, ita ego intelligerem *Theſaurum cit. cap.3. num.5.* & certum eſt, clerici coniugatũ in tantũ gaudere fori, & canonis priuilegijs, quatenus incedit in habitu, & tonſura. Notanter addidi ly *ratione ipſorum,* quia, ratione ſuſceptorum poſt coniugium (pro quibus non nego, recepiſſe characterẽ *Bellettus p.2. §.10. n.7.*) ſicuti non poteſt illis vti, ita nec poteſt dici clericus coniugatus, de quo *in c. vnico de clericis coniugatis in 6.* & ſi duxerit Virgineum, vt benè *Marcellus Vulpe in ſua praxi*
750 *iudiciali fori eccleſiaſtici cap. 40. num. 10.* ita non poteſt gaudere priuilegijs in dicto textu, ipſi clerico coniugato conceſſis, nam in d. tex. eſt ſermo de clerico ordinato ante contractum matrimonium & ſic nullo modo poteſt extendi ad ordinatum poſt matrimonium, & hoc intelligo verum, etiam ante quam talis cogatur per Epiſcopum ad habitum clericalem admittendum, quia ſemper eſt verum, in eo non concurrere omnia requiſita per dictum tex. & S. Concil. Tridentinum ſeſſ. 23. c.6. de reformatione, fauet Garzias p. 2.



Digitized by Google

*de beneficiis cap.2.num.18.ad finem*, & ſi non ita clarè, quamuis allegetur à *Theſauro ſuprac. num. quinto, cum Sanchez* pro contrario ſenſu. Hæc concluſio ſic declarata, Ampliatur primo, vt procedat non ſolum vbi matrimonium fuit conſumatum, ſed etiam quando eſſet ratum duntaxat, vt habetur in *ead. extrauag.* non ſufficiunt tamē ſponſalia de futuro ad contrahēdam hanc ſuſpenſionem, ſicut etiam illa non incurritur vbi matrimonium fuit contractum, ſed nulliter, cū paria ſint aliquid non eſſe,
751 vel eſſe nullum, *c. veniēs ex. de Preſbitero baptizato, cum aliis cumulatis per Surdum conſ.3. à num. 12.* ita *Sanchez cit. lib. 4. diſp. 49. de ma... num.4. cum aliis quos ſequitur Theſaurus cit. cap.2. ſub num.3.* Ampliatur 2. vt dicta ſuſpenſio, vel irregularitas duret, etiam ſoluto matrim. ex parte vxoris, quia tunc eſt neceſſaria diſpenſatio, vt miniſtret in ſuſceptis, & aſcendat ad ordines ſuperiores. *Sanchez ſupracitata diſp. 49. num. 1.* vbi benè ſubdit, hoc intelligi, ſiue dictum matrimonium ſoluatur morte, ſiue ingreſſu in Religionem dictæ vxoris. Vndè idē à pari dicerē quādo dicta vxor præmittēdo votū cōtinētię daret licētiē marito ingrediēdi vir Religionē, vel id poſsit facere ea inuita, vt infrà. Ampliatur 3. vt talis poſ-
752 ſit puniri à tribunali S. officij, vt in ſimili dixi *in tr. de offic.* Cappellani q.4. *Praxi p.n. 58. ad finē* de eo, qui conſtitutus in ordine ſacro, ducit vxorem, quibus ibi allegatis accedunt *Bellectus p. 2. ſua diſquiſitionis clericalis* §.10. *num.*5. idem aſſerens de Regulari profeſſo. *Marchinus ſup. c.8. difficul. 11. & Diana p.4. tr.7. recol.* 5. vbi de modo procedendi contrà tales; à pari enim idem dicendum eſſe in caſu noſtro, arbitror, & ſic fuiſſe obſeruatum in Tribunali inquiſiotinis Hiſpanię, poſtea reperi apud *Simancas in ſuis inſtitutionibus chatolicis* licis *titulo* 48. *de matrimonio num.* 14. vbi ait, placuiſſe omnibus, qui de propoſito dubio poſtulabantur, vt inſtar eorum, qui poſt ſacros ordines vxorem ducunt, iſti quoque punirentur: & ideò cum in facto quæſtio tractaretur, reum ſuſpenſum fuiſſe ab officijs & beneficijs eccleſiaſticis, & præter publicam pænitentiam, quam blaſphemis iniungi ſolet, multa pecuniaria impoſita, in monaſterium ad certum tempus incluſum fuiſſe, accedit *Farinac. de hæreſi q.182. n.87.* vbi quod talis vt hæreticus, ſit puniendus, agit etiam *Cantera cap.* 1. *de hæreticis num.* 71. Hæc concluſio ſic ampliata. Limitatur primò vbi præcedit diſpē-
753 ſatio S. Pontificis, cùm enim hoc impedimentum ſit de iure poſitiuo, ſuprà quod eſt S. Pontifex, certum eſt, in ipſo quoque eum poſſe diſpenſare, ſicut in caſu contrario de eo, qui ordinibus ſacris eſt inſignitus, vel profeſſus in Religione approbata, vt poſſit ducerè vxorem ex aliqua graui cauſa, concedunt omnes authores, apud *Bellectum cit.* §.9. *de diſciplina clericali n.11. & ſeq.* ita in puncto *Bonacina cit. p.8. nu.2.* Adde quòd ſicut diſpenſatio, vt ſupra præcedens dictam ordinationem operatur, vt talis non incidat in hanc ſuſpenſionem: ità quando illam ſubſequitur, ſi ſit vt poſſit miniſtrare in ſuſceptis, efficit talem etiam capacem priuilegiorum clericalium, vt de clerico in ſacris ad nuptias contrahendas, diſpēſato, dixi ſupra *recoll.* 5. *n.* 10. Limitatur 2. vbi ante conſumationem matrimonii ipſe vir ingrederetur Religionem, vel poſt conſumationem iudicio eccleſiæ inter ipſum, & vxorem ob legitimas cauſas, factum ſit diuortium perpetuum. Primo enim caſu, etiam inuita vxore, & abſque alia diſpenſatione poteſt vir ingredi Religionem; ſecundo verò caſu, poteſt vel ingredi Religionem, vel etiam ordines ſacros ſuſcipere abſque eo quod incurrat ſuſpenſionem & pænas de quibus ſupra. ita poſt alios *Bonacina ſup. par.7. num. 3. in primo & 4. reſponſo, Villalobos*, qui teſtatur de cōmuni, *p.p. Summæ tr.11. diffic.* 19. & poſt alios latius, *Auerſa q. 4. de ordine ſect. 9. verſ. nec licet. & ſect. 10. verſ. poſtremo ſimiliter.* Ad hoc caput reduci poteſt, quod dicitur de viro innocente, qui inuita vxore adultera
754 poteſt intrare Religionem, & profiteri, quantuncumque reclamet adultera, quia licèt doctores diſtinguant, vbi adulterium eſt publicum, vel eſt occultum, & primo caſu, concedunt, hunc habere ad hoc licentiam à iure ingrediendi, &c. ſecūdo verò caſu, ſubdūt ratione ſcādali, eſſe quòad forum externum neceſſariā ſententiam diuortij, vt poſt *Sanchez, habetis per Portellium in ſuis dubiis Regularibus verbo Profeſſio num.36.* tamen in praxi, ſi non adeſt conſenſus coniugis, vt infra, ſemper debet præcedere ſententia ſaltem declaratoria adulterii vxoris ex qua diſoluitur habitatio, & ammittatur ius petādi debitū, quod ſufficit ad hoc vt fas ſit ingredi vt ſupra Religionem. Dixi *ratione Scandali*, quia ceſſante ſcandalo, poterit talis innocens ingredi abſque alia ſententia, nam poteſt in foro conſcientiæ id facere, ſecundum omnes; videte *Villalobos tr. 15. diff. 3. & 4.* Limitatur tertiò vbi ille, qui iam conſumauit matrimonium nec obtinuit diuortium, de licentia tn̄ vxoris ordinaretur. *cap. coniugatus ex de conuerſione coniugatorum* dum enim in iſto tex. & in dicta extrau. prohibetur ordinatio abſq. licētia vxoris, videtur conceſſa, qn̄ adeſt d. licētia. Pro huius limitationis inteligētia, notādū,
755 Primò, ꝙ licētia iſta vxoris debet ēe libera & ſpōtanea, vndè ſi vel metu, aut dolo, vel frau-

Digitized by Google

fraude, extorta eſſet, non ſolum non præiudicaret vxori pro reuocatione viri iam ordinati, ſed neque etiam illum excuſaret à ſupradictis pænis, vt communiter docent Doctores poſt *Sanchez lib 7.diſp.49.num.7. ad finem*, vbi concedit, ſufficere, quòd dicta licentia tacitè, & implicitè detur ab ipſa vxore, & ſic non opus eſſe, dictam licentiã eſſe expreſſam, explicatq; hanc tacitã licentiam in eo caſu, quòd vxor videret virũ ſuũ ad ordinẽ promoueri, & potens reclamare, taceat, ac diſſimulet, ſciens præiudicium ſibi ex tali ordinatione proueniẽs, fauet textus in *l. ſæpè ff. de re iudicatà. gloſa in cap. is qui de regulis iuris in 6. Creſcentius diuiſ. 2. alids 17. vt lite pendente*, *cum alijs allegatis per Ciarlinum in ſuis controuerſijs cap. 44. num.*20. vbi, quòd tacens quando repugnãdo impedire poteſt, videtur conſentire. Ex quo autem, vt infrà proximè dicetur, non ſufficit ad hoc, ſola licẽtia vxoris, ſed eſt etiã neceſſariũ, quòd ipſa voueat continentiã, ideò contrariam ſententiam amplector, ne coincidam cum opinione eorum, qui volunt, nullum votum vxoris deſiderari, & aliorum, qui dictum votum requirunt in iuuene, & ſuſpecta, non autem in ſene, de quibus opinionibus *Sanchez lib. 7. diſp. 29. num. 3. & 4.* Notandum ſecundò, cum dicta licentia requiri, quòd vxor ſi ſit iuuenis ingrediatur monaſterium, ſi verò ſit ſenex, vel non ſuſpecta, vt votum emittat cõtinentiæ. *cap. cum ſis. cap. vxoratus de conuerſione coniugatorum, cap. Agatoſa 27. q. 2. Sanchez lib. 7. de matrimonio diſp. 32. num. 15.* quòd fæmina dicatur ſenex, & nõ ſuſpecta, nõ ſolũ ſexagenaria, ſed etiã quinquagenaria. docet *Sãch. loc. cit. & ſequitur poſt noſtrũ Dianã p. 4. tr. 4. reſol. 73. Marth. de ordine tr. 2. p. 7. cap. 5. n. 13. ad finẽ.* Adde, quòd licèt non ſit dicta mulier quinquagenaria, ſit tamen infirmæ valetudinis, etiam ſufficeret, ſi manendo in ſæculo, votum emitteret continentiæ, quia in citatis iuribus non ſolum fit mentio de vxore ſene, ſed etiam de non ſuſpecta de incontinentia, qualis eſt illa, quæ infirmæ eſt valetudinis, & ita vidi practicatũ de facto, inquodãdiploma S. P. Sed an hæc diſtinctio in vxore, vtrũ ſit ſenex, vel iuuenis habeat locũ, nõ ſolũ qñ vir vult in-
756 gredi Religionẽ, ſed etiã qñ ipſe vellet manens in ſæculo, ordinibus ſacris initiari, non concordant authores, vt eſt videre apud *Sanchez cit. diſp. 39. n. 2. 5. & 6.* qui ſequitur opinionẽ affirmatiuã, quã dicit probabiliorem, qui etiam ſubdit *n. 8.* ſi illi cõiuges ſuſpecti ſint, poſt ordinationẽ, ꝙ nullatenus permittẽdi ſunt, ſimul cohabitare, ſecus ſi ſuſpecti nõ ſint, probat hãc opinionẽ *Conink diſp. 35. de ſacrã. n. 32. & poſt hæc ſcripta, ſequitur Auerſa cit. q. 4. de ordine ſect. 10. verſ. ſexto vlterius*, vbi teſtatur de communiori. Contrariã autem ſententiã, nunquã ſ. deſiderari in vxore ingreſsũ in Religionem, ſed ſufficere votum continentię, ſiuè ſit ſenex, ſiuè iuuenis, fatetur ipſe *Sanchez ſub n. 2.* eſſe probabilem, & illam poſtea probant *Hurtadus de matrimonio diſp. 11. nu. 29. Pontius lib. 7. de matrimonio cap. 27. num. & Diana par. 4. tract. 5. reſol. 129.* Hæc opinio & ſi ſit probabilis, tñ prima ſententia nunc eſt cõſuetudine recepta, nẽpè vt non admittatur ad ſacros ordines, niſi iuuenis vxor ingrediatur, & profiteatur Religionem, & quæ ſenex eſt, voueat continentiam, vt teſtatur idem *Pontius num. 7. ad*
757 *finem.* Euectus tamen ad Epiſcopatũ, ob decentiam ſtatus ſi habeat vxorẽ, & ſi ſenex illa ſit, quòd debeat ingredi etiã Religionẽ, teſtatur de communi *Bonacina ſuprac. p. 5. num. 3. verſ. idem dicendum*, qui ſecus dicit de euecto ad Cardinalatum, ex quibus patet, nullam eſſe differentiam inter vxorem eius, qui ingreditur Religionem, & ad alios ordines eccleſiaſticos aſſumitur, niſi in hoc caſu de euecto ad Epiſcopatũ. Si autẽ de facto vir, præcedente licentia vxoris, ordinaretur, ipſa vxore manente in ſæculo, abſque dicto voto continentiæ, non incurreret dictam ſuſpenſionem, ita idem *Sanchez cit. lib. 7. diſp. 49. n. 6.* vbi teſtatur de veriori opinione, ſequitur alijs allegatis *Bonac. ſuprac n. 3. in 2. & 5. reſponſo.* In his autẽ caſibus, in quibus de licentia vxoris, poteſt quis ordinari, vel ingredi Religionem, & ſi
758 requiratur, authoritas Epiſcopi, ad hoc vt d. ordinatio, & ingreſſus licitè fiat, non tñ requiritur vt validè fiat, ita poſt *Scotũ, & Sotum, Sanchez lib. 7. diſp. 59. n. 3. & 7. & Villalobos tract. 14. diff. 7. num. 4.* ly autem *licitè*, intelligo, quòad peccatum, non autẽ quòad ſuſpenſionem contrahendam, quæ non incurritur, vt dixi in *principio concluſionis*, niſi extra caſus conceſſos à iure, & hic eſt vnus de caſibus, in quibus de iure cõiugatus ordinari, & ingredi põt, quãdo ſ. adeſt licentia vxoris. Nota ꝙ & ſi ſufficiat de iure licẽtia Epiſcopi, ad maiorẽ tamen cautelam, ſæpè vidi recurri ad S. Pontificem, qui in hoc diſpenſat, committendo Epiſcopo dictam explorationem voluntatis vxoris, & ita vidi obſeruatum à non paucis illuſtribus perſonis coniugatis, qui hiſce noſtris tẽporibus, meã Religionẽ ingrediẽdo, mũdo vale dixerũt. Quòd votũ requiſitũ ab vxore dãte licẽtiã pro ordinatione, vel profeſſione viri, quando ipſa poteſt remanere in ſæculo, vt ſuprà explicatũ fuit, nõ ſuf-
759 ficiat, ſi ſit tẽporale, donec vir eſt viuus, ſed debeat eſſe perpetuũ, licèt per profeſſionem viri, tale vxoris votum non efficiatur ſollemne, & per conſequens mortuo viro, ſi illa de facto contraheret matrimonium cum alio, illud matrimonium, & ſi



Digitized by Google

ſi illicitũ, tã erit validũ. probat *Sãch. cit. diſp. 32. n. 8.* qui nõ ſolũ cõſequẽter loquẽdo, cõcludit, d. vxorẽ hoc caſu peccarẽ tãtũ cõtrà votũ ſimplex, & ſubdit, id eſſe verũ etiã qñ tenebatur votũ emittere vxor, & illud non emiſit, quia v.g. ea diſsimulante vir ingreſſus fuit Religionẽ, ſed id extendit etiam ſi vxor tũc ignorabat, tale ſibi inferri præiudicium, ſed contrarium huius extenſionis, meritò probant alij, quos ſequitur *Auerſa ſup. quæſt. 4. de ordine ſect. 10. verſ. ſed & aliqui.*

760 Limitatur quartò in Græcis Orietalibus, quia cùm ipſi non voueant in ſuſceptione ordinum ſacrorum, continentiam, poſſunt vtendo matrimonio antea contracto, ordines ſuſcipere in ſua regione, non autẽ in noſtris regionibus, vbi ſe cõferrent, vt per *Bonac. cit. p. 7 n. 5.* de qua re *Marchinus cit. c. 8. difficult. 3.* vbi in ſpecie, quãdo Græci poſt ordines ſacros ſuſceptos, poſſint impunè cõiugium contrahere. Quando autem quis, vt ſuprà declaratum fuit, incurriſſet in dictam ſuſpenſionem, & petit diſpenſationẽ, ſciat, illam ſibi non poſſe prodeſſe pro exercitio ordinum, aut aſcenſu ad maiores ordines, niſi ſoluto matrimonio, (intellige ſiuè per mortẽ uxoris, ſiuè per eius ingreſsũ in Religionem, ſiuè diuortiũ, ſiuè ex diſpenſatione S.P. quod vltimũ in praxi põt cõtingere in matrimonio rato, & nõ cõſumato, vt p *Bonac. ſupræc. p. 7. n. 10. ad finem.*) quo matrimonio diſſoluto, ſi vult manere ſic ordinatus in ſæculo, debet petere diſpenſationem à

761 S. Pontifice, ſi autem velit ingredi, & de facto ingrediatur, & profiteatur aliquam Religionem approbatam, ſufficit obtinere diſpenſationem ab Epiſcopo, vt patet ex ead. extrauag. & notat *Sanchez ſupræc. diſp. 49 n. 8.* vbi poſt *gloſam* declarat, id intelligi debere de Epiſcopo Diæceſis, in qua is cõiugatus ingreſſus eſt Religionem, & quòd pro viro profitente Religionem, intelligatur etiam emittens vota poſt triennium in ſua Societate. Præter ſuſpenſione, & irregularitatem, coniugatus inuita vxore ordinatus, ſi ab vxore reuocetur, perdit ius petendi debitum, & tantum tenetur reddere, *Sanchez cit. lib. 7. diſp. 38. num. 21.* vbi *n. ſeq.* veriorem opinionem dicit eorum, qui docent, vxorem non teneri hoc caſu redde-

762 re debitum tali viro, cum peccato petenti debitum, & ſi fateatur, contrariã opinionẽ eſſe probabilẽ; ſed quia vt dixi ſup. talis venit puniendus iiſdem pænis, quas patitur ordinatus in ſacris, ducens vxorem, & præter ibi citatos, proſequitur *Lopez ad Diaz in ſua pract. crimin. canon. c. 84. lit. B.* raro euenit iſte caſus. Ex quibus patet, quomodo verũ id, quod dicit *Theſaur cit. c. 3. n. 8.* Epiſcopũ .ſ. poſſe cõpellere talẽ ad dimittẽdũ habitum, ſi ille ſcandalum vxori generet.

Ordinatus furtiuè (ideſt qui ſinè admiſſione Superioris, examine, ac inquiſitione,

763 ſe ingerit cum multitudine ordinandorum) ignorante ordinatore, ordines recipit, eſt ſuſpenſus ab exequutione ordinis ſic ſuſcepti, & alijs ordinibus ſuſcipiendis. ita cõmuniter Doctores per plures *tex. ſub titulo de eo, qui furtiuè ordinẽ ſuſcepit,* in quibus ſupponitur, tàm miniſtrationem in ordine ſic ſuſcepto, ac aſcenſũ ad ſuperiores ordines, illi eſſe illicita. Verè autẽ prima tãtũ pœna eſt ſuſpenſio: nã ſecunda, nẽpe prohibitio aſcẽdẽdi ad ordines ſuperiores, pertinet ad irregularitatẽ, vt dixi *ſup. cõcluſ. præced.* vñdè de illa tractant in materia de irregularitate *Layman lib. 1. tr. 5. p. 2. c. 3. n. 1. & Hurtado diſp. 2. de irregularitate num. 4.* fauet etiam *Villalobos p. 1. ſumma tract. 18. difficult. 11. num. 9.* vbi agendo de ſuſpenſione tantum facit mentionem de prohibitione circa exequutionem ordinis. Vndè ſecundum hanc opinionem, violans dictam ſuſpenſionem, exercendo actus ordinis ſic ſuſcepti, incurreret irregularitatem, quã vtiq. non incurreret, ſi ſequeremur opinionem, talem .ſ. non incurrere ſuſpenſionem, ſed irregularitatem, quam ſententiam poſt alios, dicit eſſe communem. *Carolus Ant. Theſaurus par. 2. de pœnis eccleſiaſticis verbo ordo cap. 7. in principio,* qui tamen videtur reſidere in noſtra opinione, dum illam refert vltimo loco. Dixi *exercendo actus, &c.* quia ſecus eſſe ſi tãtũ ad ſuperiorem ordinem aſcenderet, ſecundùm probabiliorem opinionem, de qua teſtatur *Layman lib. 1. tract. 5. p. c. 2. 3. n. 5.* hanc ſententiam probat *Vulpe in ſua praxi fori eccleſiaſtici cap. 8. n. 32.* Tam ſuſpenſio ſupradicta, quàm irregularitas pro aſcẽſu ad ordines ſuperiores,

764 eſt reſeruata S. Pontifici in caſu, quòd ante ordinationem, ab Epiſcopo ordinãte fuiſſet lata excõmunicatio ipſo iure incurrẽda, cõtra ſic furtiuè accedẽtes ad ordinationẽ, intellige vbi dictũ crimen fuit deductũ ad forũ contentioſũ, quia aliàs vi Cõcil. Trident. poteſt abſolui talis ab Epiſcopo. *Lopez ad Diaz in ſua praxi criminali c. 25. verbo lata excommunicatio. Villalobos, & Layman locis ſupracitatis.* primus loquens de ſuſpenſione, & ſecundus de irregularitate, imò etiam ſi fuerit dictum crimen publicũ, & ſic ordinatus ingrederetur Religionẽ, poſſet peracta pænitentia abſolui ab Epiſcopo, vel ſuperiore illius monaſterij, vt clarè habetur in *c. 2. & 3. de eo, qui furtiuè ordinem ſuſcepit, & notat Hurtado loco ſupræc.* Si verò nõ fuit ab ordinante fulminata d. excõm. abſolutio põt dari ab Epiſcopo. vt ſupponũt DD. citati. Addit *Barboſa alleg. 10 n. 2.* ꝙ Epiſcopi melius facerent, ſi ab huiuſmodi excõmunicationibus abſtinerẽt, & alias

alias pænas comminarentur, ſed ſi loqui-
tur de excommun. latæ ſententię iuxtà for-
mulā relatā *à Sāch. lib. 7. cōſil. moral. c. 1. dub.
28. nu.* 10. & vt cōmuniter (& ſi cōtra ali-
quos) docēt DD. debere eſſe, ad hoc vt iſtæ
pænæ reſeruentur S. P. iam prouiſum fuit
765 per Pōtificale reformatū à Clemēte VIII.
in quo concipitur dicta excomunicatio ver-
bis continētibus excōmunicationē ferendæ
ſētētiæ. Vnde ſequitur, hodie poſſe epiſco-
pū ſēper diſpenſare cū ſic ordinatis, ante-
quā adminiſtrauerint dictū ordinem ita
ſuſceptum, non autē poſt, quo caſu ob irre-
gularitatem contractam, ſecundum opi-
nionem, quòd talis nō ſit irregularitas ſim-
pliciter, ſed ſuſpēſio ab ordine ſic ſuſcepto,
non poteſt abſolui niſi a Papa, quando ca-
ſus non eſt occultus, quod poſtea reperi
aduertiſſe etiam *Theſaurum loco ſupracita-
to verſ. aduerte ſecundò ad finem.* Qui ad *finē
dicti capitis*, etiam aduertit, quòd S. Pænitē-
766 tentiaria, nō abſoluit à cenſura ſuſpenſio-
nis, neque diſpenſat ab irregularitate cum
furtiuè ordinatis; niſi eos per ſecretum exa-
men, idoneos reperiat, vnde idem deberet
obſeruare Epiſcopus, quando ad eum ſpe-
ctat abſolutio, ac diſpenſatio. Quid ſi Epi-
ſcopus cominando excommunicationem
cōtrà furtiuè, inter ordinādos, ſe imiſcentes,
etiam proteſtatus fuerit, non intendere il-
767 los ordinare, an hoc non obſtante reci-
piāt characterem, & ſic vtrū debeat iterum
ordinem præfatū recipere. Dixi ſuprà n.
quibus ibi citatis accedit *Theſaurus citato
cap. 7. ſub num.* 2. vbi quod S. Pænitentiaria,
in tali caſu, mandat, vt tales maximè ad ſa-
cerdotium promoti, (vt potè in cuius or-
dinis inualiditate imminet graue præiu-
dictum, & ideò in eo ſequēda veniat tutior
opinio, & ſi cōtraria ſit ſpeculatiuè proba-
bilior) iterum ſe faciant promoueri ſub cō-
ditione. De Religioſo contra expreſſam ſu
768 perioris voluntatem, vel contra regulam
ordinato, quòd recipiat characterem, vt
probabilius, contrà aliquos canoniſtas, do-
cet *Marchinus de ordine tr. 1. par. 4. cap. 5.
per totum*, Secundo autem caſu (qui eſt
de admiſſis ad habitum pro laicis) quòd
abſque diſpenſatione S. Pontificis non
poſſint promoueri ad ordines, etiam duran
te nouitiatu, ibidem *Marchinus* probat ex
Bulla Leonis X. & ante eū *Sorbus in cōpēdio
priuileg. Mendic. verbo laici fratres n.* 4. adeſt
etiā Bulla Vrbani VIII. apud *Theſaur. ſup.
c.* 10. Quod etiā furtiuè ordinatus cēſeatur
is, qui ſe præſentat epiſcopo pro alio iam
examinato, & ſic quaſi examinatus ordina-
tur, *notant Hurt. & Villal. locis ſupracitatis.*
766 Ordinans in Regno Neapolitano ſæcu
lares, vel clericos prima tonſura, aut ordi
nibus minoribus, non ſeruatis conditioni-
bus (præter illas requiſitas à S. Concilio
Tridentino) inductis per S. Congregationē
annuente Greg. XV. S. P. ſub die 10. kalen-
das Iulii 1623. eſt ſuſpenſus ipſo iure a col-
latione ordinū per annū, vbi idem diſponi-
tur de dāte dimiſſorias; Sicut etiā contrà ip-
ſū ordinatum, ſtatuitur, quòd ipſo iure ſit
perpetuò ſuſpenſus ab executione ordinis
collati, & ſuſceptione ſuperioris ordinis, &
inſuper cōdignis pęnis ſit puniendus. Cōdi-
tiones requiſitæ, cū ipſo decreto, reperiūtur
in Bullis recentioribus *fol.* 287. & refertur
á *Nouar. in ſumma Bullar.* & ſi nō integrū,
quia reticet; vbi decretum ijſdem *Ordina-
riis enixè iniungit, vt decreta per ſacros cano-
nes, Sacrumque Concil. Trid. & Apoſtolicas
conſtitutiones quoad delationem habitus, &
tonſuræ, ſeruitiumque Eccleſiæ præſtandum,
ita curent, per huiuſmodi Clericos obſeruari,
& in eos, qui contrafecerint, ſtatutis per ea,
pænis animaduertere, vt ipſi nequeāt de hac ne
gligētia redargui.* Conditiones in dicto De-
creto requiſitę ſūmatim ſūt iſtę, vt antequā
fiat promotio, Parochus, ſeù alter de man-
dato Epiſcopi denūciet publicè in Eccleſia
nomina, & deſideria promouendorū, & in-
quirat de ipſorum natalibus, vita, & mo-
ribus à fide dignis (quòd in praxi fit per in-
inquiſitionem, vt vulgò dicitur *per le ban-
che*, ſeù apud actuarios criminales, an repe-
riātur inquiſiti) qui Parochus, vel tales alius
litteras teſtimoniales, ipſam inquiſitionem
factam continentes, ad ipſum Ordinarium
committentem, quam primum traſmittat,
vt ipſe Ordinarius tàm ex his, quàm ex aliis
à Tridentino Concilio ſeſſ. 23. cap. 7. præ-
ſcriptis, adhibitis diligentiis, ſibi conſtet de
idemptitate promouēdorum, item quòd in
litteris dimiſſoriis exprimatur quòd dictæ
diligentiæ præceſſerint, & tandem quòd di
ctæ litteræ dimiſſoriæ ad vnum tantum de-
terminatum Ordinarium dentur, ita quòd
ſi fuerint pluribus directæ, nullius ſint mo-
menti. Faciunt de tali decreto mentionem.
*Vulpe in ſua praxi fori Eccleſiaſtici cap. 8. ad
finem, & Riccius p. 4. ſua praxis reſol.* 48. *&
ſeq.* vbi quòd in dicto decreto non includā-
tur Regulares, nec etiam milites Hieroſo-
lomitani. Dum enim ordinati citrà formā
dicti decreti, tantū ſuſpenduntur, & condi-
gnis pęnis puniendos illos eſſe ibi, decerna-
769 tur, non ſunt priuati priuilegio fori, nā
vbi voluit S. Pontifex eos priuare dicto pri
uilegio, ſcilicèt quando ordinantur cum
dimiſſoriis falſis, id expreſſit Sanctiſſimus
Vrbanus VIII. relatus *ſup. n.* 409. *& duobus
ſequentibus.* Certum enim eſt frui priuile-
gio canonis. Nō tangunt autē Doctores ſu-
pracitati, an hæc ſuſpēſio reſpectu ordinati,
ſit reſeruata S. Pōtifici, nec nè? Et licèt pri-
ma faciè videatur, eſſe illā Epiſcopo reſer-



Digitized by Google

uatam, iuxtà regulam illam, quòd vbi non eſt facta reſeruatio, cenſeatur abſolutio cōmiſſa Epiſcopo, quæ habet locum ſecundū omnes, etiam in ſuſpenſione, vt aliàs dictū fuit, intelligo etiam in caſu, quo eſſet hic caſus deductus ad forum contentioſum, & publicus, quia certum eſt ſuſpenſionem etiam reſeruatam S. Pontifici, quando eſt occulta, poſſe abſolui ab Epiſcopo vigore facultatis S. Concil. Trid. vt per *Layman lib.1.tract.5.p.1.cap.4.ad finem. Hurtadum de ſuſp.nu.33.* vbi idem dicit & de Cōfeſſariis vi Bullæ Cruciatæ, vel priuilegiorum ſuæ Societatis, His tamen non obſtantibus, contrarium eſt probabilius ex eo, quia expreſsè iſta ſuſpenſio fertur in perpetuum, & perpetuitas ſuſpenſionis, expreſſa in canone, arguit reſeruationem Pōtificiam, nam tunc videtur habere rationē puræ pænæ, & non cenſuræ, maximè quādo fertur ob crimen præteritum, *qui id fecerit, &c.* vt dixi ſup. *ſub nu.*512. (& ſi errore typographi, ly non, ſit traſpoſitum, & ſic mutet ſenſū à me intētū,) & ita quoq. ſuadet ratio, dum hoc crimen non poteſt cōmitti, niſi etiam culpa ipſius Epiſcopi dantis dimiſſorias, imò cùm ipſe Epiſcopus in dicto decreto puniatur, non eſt probabile, quòd fuerit mens S. Congregationis, abſolutionē illi reſeruare. Dixi, *reſpectu ordinati*, quia certū eſt, reſpectu ordinantis eſſe infrà annū reſeruatam S. Pontifici, & elapſo anno illam ceſſare abſque alia abſolutione iuxtà regulam generalem, quam ſuprà probaui. Et quia feci mentionem hic de ordinatis cum falſis dimiſſoriis, qui vt dixi ſunt priuari priuilegio fori. Nota, quòd & ſi ratihabitio proprii Epiſcopi, hoc caſu ſufficiat pro abſolutione prout ſecundum probabilem opiniònem aliquorum, dixi ſuprà
771 *num.* Tamen iſta ratihabitio non ſufficeret in præiudicium iudicis ſæcularis, vt benè *Nouar. in ſumma Bullarum, cum de ordinatis extrà tempora num.*31. vbi declarat. nihil obeſſe, quòd in dicta Bulla ad amittēdū dictū priuilegiū, requiratur declaratoria iudicis. Contrarium autem dicendū eſſet, vt habui in facto, ſi taliter ordinatus obtinuiſſet diſpenſationem à Summo Pontifice, nā ſicut Summus Pontifex potuit illum priuare dicto priuilegio, ita etiā poterit diſpenſando, reſtituere illi idem priuilegium.

Ordinans bigamum, per Concil. A relaten *in cap. nullus 55. diſt.* præcipitur, quòd ab ea die, qua ei potuerit hoc approbari, anno iutegro miſſas facere non præſumat, vnde aliqui inter ſuſpenſiones, iſtam prohibitionē enumerāt, quibus fauet *ſummariū dicti tex.* ita aliis allegatis *Barboſa de officio, & poteſt. Epiſc. allegat. 3. Addit Nau. conſ. 3. de bigamis.* talem eſſe ſuſpenſiom quoq. à collatione ordinis, quē cōtulit bigamo per vnum annum, ſed vt benè habet *Additio*
772 *ad d. Conſil. Nau. S. Congreg.* declarauit, nō poſſe Epiſcopum ordines cōferre bigamis; ſi autem conferat, non incurrere aliquam pænam ipſo iure. & referunt *Campanilis in ſuo diuerſorio Rub.11.cap.6.num.24. ad finē. & Garzias p.7.c.6.n.6*, fauet *Bonacina tom.3. diſp.3.q.2.p.6.* qui eius eſt opinionis, quòd hæc non ſit ſuſpēſio propriè dicta, ſed prohibitio, vndè certum eſt, peccare ordinantem, ac quoq. poſſe per ſententiam declaratoriam ſuſpendi, vt ſup. quod procedit non ſolum in ordinante bigamum verum, ideſt qui poſt primam vxorē duxit aliā, ſed in etiā ordināte bigamū interpretatiuū, nēpè qui vnā duxit vxorem, ſed corruptam. intellige ab alio, non à ſe, vt ſignificat *tex. allegatus*, vbi loquitur de marito viduarum & *in cap. ſi quis viduam 34. diſt. cum aliis cōcordantibus.* idem dicunt Doctores de bigamo ſimilitudinario, nempè qui voto ſollemni aſtrictus, vel ſacro ordine initiatus, de facto contraxit cū duabus, vel cum vnica,
773 & corrupta. Ipſe autem bigamus ordinatus, non ſolum caret exequutione ordinū tāquā irregularis; ſed etiam fit inhabilis ad acquirenda beneficia eccleſiaſtica, ac priuatur omni priuilegio clericali, & cogi poteſt ad nō deferēdum habitū, & tonſurā, intelligendo tamē has duas vltimas pænas, vt iacent, pro clericis ſæcularibus, conſtitutis in ordinibus minoribus, nam ſecus eſt in Religioſis profeſsis, vel conſtitutis in ordinibus ſacris, vt latè poſt *Sayrum lib.6.cap.6. & alios, Campanilis in ſuo diuerſorio iuris canonici. Rub.11.cap.6.n.11. & duobus ſequentibus.* vbi *n.*19. declarat, bigamiū prohiberi à ſuſceptione quorumcunq. ordinum, etiam primæ tonſuræ. Reſtat vt agamus de facul-
774 tate diſpēſandi, an ſcilicèt Epiſcopus poſſit diſpenſare bigamos, vt miniſtrent in ordinibus minoribus illis, ſuſceptis ante bigamiā, vel etiā vt mortua vltima vxore, poſsīt ſi ſint laici aſcendere ad ordines minores? Dixi *minoribus ordinibus*, quia certū eſt S. Pōtificē dūtaxat diſpenſare pro ordinibus ſacris. In hoc quæſito, licèt primo caſu cōcordent Doctores, Epiſcopum poſſe diſpēſare cum bigamo, *vt in ſuſceptis minoribus miniſtret, ac propterea habitum deferat, priuilegioque potiatur, ſi antequam contraxiſſet bigamiam, nullaque diſpenſatione, uſus fuiſſet aſcendere ad ordines prædictos.* hæc ſunt verba *Cāpanilis cit. c.6. ſub n.29. verſ. et multò magis*, qui paulò ante etiā quò ad 2. caſum docuit, poſſe. ſ. Epiſcopū diſpenſare dictum bigamū (intellige vt ſuprà poſt mortē vxorum, vel vxoris corruptæ) ad ordines minores ſuſcipiendos, maximè ſi adſit aliqua cauſa legitima, ſcilicèt litteraturæ, vel no-

bili-

Digitized by Google

bilitatis, ſubditque, id eſſe verum non tantũ de bigamo vero, vel interpretatiuo, ſed etiam de ſimilitudinario, ſi tantum contraxit cum vnica, & virgine, & teſtatur de communi contra communem, cum quo *Cãpanili* & ſi eũ nõ alleget, conſentit, teſtãdo de probabiliori *Sanchez lib.7 de matrim. diſp.86. num.*11. vbi etiam agit de alijs caſibus, in quibus poteſt diſpenſare Epiſcopus in hac bigamia. Hanc opinionẽ eſſe non ſolum probabiliorem, ſed communẽ, teſtatur *Comitolus lib.1.reſponſ.moral.q.*106. qui reſpõdet declarationi S.Cõgregationis adductę in contrarium per *Toletum*, illã.ſ.procedere in caſu ſuo particulari, vbi Epiſcopus a collatione tõſuræ ad collationem benefi-
775 cij progrederetur. Quod per ingreſſũ Religionis abſque diſpenſatione, non tollatur iſta irregularitas communiter docẽt authores, vt per *Campanilem cit. c.6. n.*32. & ſi diſſentiant in eo, an Epiſcopus hoc caſu, ne detur Religioſo occaſio vagandi, poſſit cum eo diſpenſare, etiam ad ſacros ordines, in qua re, more, & vſu, probatur opinio negatiua, vt per *Campanilem ſuprà n.29.ad finem, & Sanchez cit diſp.86.nu.*13. & quod neq. poſſit in hoc diſpenſare Religioſus Prælatus, arguit *Comitolus cit.qu. 106. ad finem.* ex eo, quod priuilegia Religionibus conceſſa ad diſpenſandum in irregularitatibus, ſẽper excipiãt eã, quæ manat ex homicidio voluntario, & bigamia, ſed de hac re, videte quæ ſcripſi ſuprà *p 2. recoll.11. à n.* 236. vbi declaro, hanc exceptionem intelligi de bigamia vera, & interpretatiua, non autem de ſimilitudinaria, ꝙ nõ ſit improbabilis opinio, quã ibi innui
776 *n.* 237. poſſe ſuperiores Regulares etiã in bigamia vera, & interpretatiua diſpenſare ad minores ordines, teſtatur *Sygiſmundus à Bononia de electione dub.*71. *ſub num* 2. vbi quod ſit improbabile, poſſe ſuperiorem tales bigamos diſpenſare, quòad dignitates, Adde idẽ dicẽdũ de Moniali bigama, quod nõ poſſit eſſe Abatiſſa abſq. diſpenſatione. Ordinator autem violans dictam ſuſpenſionem, ſcilicèt præſumendo infrà dictum annum celebrare, ſubdit *Concil.in d.cap.nullus eccleſiæ communione priuetur, & ab omnium fratrum communione, nouerit ſe eſſe alienum,* quod exponit *gloſa*, ideſt poſt excommunicationem deponatur. In eod.textu, quod dicitur de ordinante Clericũ bigamum, dicitur etiam de ordinante Clericum pænitentem publicum, ſed vt benè aduertit *Bonacina ſuprà c. p.6.* iſta pæ-
777 nitentia publica non eſt hodiè amplius in vſu, & conſequenter, quòad hanc partẽ, ceſſat diſpoſitio d. tex. Nota quòd ex eo quia tex. loquitur de ordinante Clericum bigamum. *Bonacina loco ſuprà c.* infert, has pœnas non incurri ab ordinante Bigamum laicum prima tantum tonſura.

Ordinatus abſq. dimiſſorijs proprij Epiſcopi, eſt ſuſpenſus ab exequutione ordinũ ad arbitriũ Epiſcopi. *Cõcil.Trid.ſeſſ.23.c.8.* (Hæc cõncluſio errore typographi fuit cõfuſa ſup. à *n.*467. vbi habetis limitationes.) Dixi, *Ordinatus* ſimpliciter, quia & ſi cõmunis opinio, ſit, hanc ſuſpenſionem locũ habere tàm pro maioribus, quàm minoribus ordinibus ſic ſuſceptis, tamen eſt opinio valde probabilis, quòd procedat tantum in ordinibus ſacris, quam opinionem præter alios allegatos per *Theſaurum loco à me citato ſuprà ſub num.*473. ſequitur *Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat.8. nu.*11. probabilitatem huius ſententiæ ſumo ex eo, quia verba conſtitutionis Pij II. tantum ſonant de ordinibus ſacris, ergò quando Concil. Trident. loquitur generaliter de tali ordinato, probabiliter intelligi debet iuxtà diſpoſitionem præfatæ conſtitutionis, ex regula illa, quòd lex indiſtinctè lo-
778 quens, debet diſtingui per aliam legem *l.quæſitum ff. de teſtibus, c. ſolitè de maioritate, & obed.* itẽ quia prompti eſſe debemus cõcordare vnã legẽ cũ alia lege. *l. vnica C. de inofficioſis dotibus.gloſa in c.cum conſuetudinis de conſuetudine,* quòd eſt verum, etiam vbi altera lex ſit poſterior, vt in caſu noſtro, per tradita à *Romano conſ.*40.*n.*5. vbi quòd procedat etiam ſi ſecunda, & poſterior contineat clauſulam derogatoriam. *Non obſtantibus*, vel aliquã dictionẽ taxatiuam, & ꝓſequitur *Perez de Anniuerſariis, & cappellaniis lib.1. c. 11.nu.*46. quod hæc ſuſpenſio ſit latæ ſentẽtiæ, dixit *Marchinus tr.1.de ordine p.5.c.11.n.4.* An, & quãdo per ratihabitionem proprij Epiſcopi cenſeatur abſoluta, & an interim ſit talis priuatus priuilegiis clericalibus, dixi loco citato, quib[9] ibi à me dictis, accedunt notata à *Barboſa loco ſuprà c.* Quia verò Epiſcopus proprius poteſt eſſe triplex, nempè originis, domicilij, & beneficij, *cap.cum nullus de temporibus ordinat. in 6.* dubitatum fuit, an ordinandus poſſit variare dictos Epiſcopos, ſeù an ordinatus ab Epiſcopo domicilij, aut cum eius
779 dimiſſorijs vno ordine, poſſit poſtea alio ordine, ordinari ab Epiſcopo originis, vel beneficij, & è cõtrà, & licèt id negẽt *Riccius Molfeſius, & alij, quos ſequitur Marchinus loco ſuprà c.*10. *n* 6. Tamen contrariũ probat *Nouarius in ſuis ſingularibus concluſ.* 102. *n.*22. cui opinioni fauet declaratio S. Congregationis, quam poſt eundem *Marchinum* refero *ſuprà n.*521. item confirmatur ex eo, quòd DD. notant in *c. cùm in diſtribuendis, de temporibus ordinationum* quòd ſcilicèt ordinatus ab vno Epiſcopo, non prohibeatur ordinari ab alio, ſed benè tantum ordinatus à Papa non poſſit recipere ab alio, cæteros ordines ſine licentia, & aliàs ſit ab eod. S. Pontifice puniendus ad ſui arbitrium.

Pa-

Digitized by Google

P

PArochus benedicens nuptias temporibus prohibitis, de iure communi non incurrit aliquam ſuſpenſionem, ſed arbitrio Epiſcopiſcopi poteſt puniri pœna graui, vt poſt *Sanchez, notant Molfeſ. tract. 4. cap. 11. n. 10. in fine. & Bellettus p. 2. ſua diſquiſit. clericalis, cum de pœnis Clericorum* §. 32. *num.* 7. vbi
780 poſt eundem *Sanchez* ſubdit, quòd tempus, quo prohibentur ſollemnitates nuptiarum in Aduentu, incipiat à primis veſperis Sabbati præcedentis primam Dominicam Aduentus, quia per ſe officium tunc incipit, in feria verò quarta Cinerum incipiat à media nocte diei præcedentis, quia totum officium diei præcedentis etiam cũ completorio non pertinet ad diem ſequẽtem; excuſabitur tamen à peccato mortali, vbi id Parochus fecerit inaduertenter, vt habui in facto in quadam Ciuitate Lombardiæ.

Parochus qui omiſſis denuntiationibus ſine licentia Ordinarij, aliquos deſponſauerit, neque incurrit aliquam cenſuram de iure, ſed arbitrio eiuſdẽ Ordinarij venit puniendus: ita Sacra Congregatio *Concil. in ſeſſ. 24. cap. 1.* apud *Bellettum loco ſupra proximè citato num.* 3. vbi quòd ſi nullum detegatur impedimentum (intellige dirimẽs) matrimonium ſit validum.

Parochus coniungens proprios ſubditos extrà ſuam Parochiam ſiuè per ſe, ſiuè per alium a ſe delegatum, non ſolum non incurrit aliquam cenſuram à iure impoſitã, ſed etiã nullo modo (ceſſante ſcandalo) peccat, & per conſequens neque venit puniẽdus, vt volebat *Lopez ad Diaz in ſua practica criminali canonica cap. 76. verſ. vndecimo*, eſt probabilior opinio, vt poſt *Sanch.* teſtatur *Bellettus loco ſupra n.* 5. Cætera vide ſuprà *hac ead. recollect. verbo matrimonium.*

Patrocinando clericus in ſacris, vel in minoribus, ſeù beneficiatus coram iudice ſæculari in caſibus non conceſſis, licèt non incurrat de iure aliquam cenſuram, pecca-
780 ret tamen mortaliter, ſi non ſemel, aut bis, ſed ſæpè, & ex propoſito id faciat. *Sanchez lib. 6. opuſculor. moral. cap. 7. dub.* 3. ea ratione, quia ſuſcipit officiũ ſibi ſeuerè interdictum. In quibus autem caſibus ſit id conceſſum, videte *Bellettum p. 1. ſua diſquiſitionis clericalis de diſciplina clericali* §. 27. qui benè *ibid. n.* 10. & 11. ſubdit, non indè prohiberi allegationes domi conficere, vel conſulere in camera, nam etiam clericus poteſt eſſe conſiliarius Principis, tractat etiã *Sanchez ſup. dub.* 2. qui vult, ſacerdotibus nec coram eccleſiaſtico licere patrocinari; ſed contrarium ſeruatur. Quid de Religioſis *Bellettus loco ſuprac. & Sanchez ibid. remiſſiuè* vbi etiam de Epiſcopis.

Peccator publicus, ſi fuerit Clericus, q non ſit ipſo iure ſuſpenſus, probaui ſuprà *recoll. 1. n. 219.* & patet etiam ſuprà hac *recoll. verbo concubinarius.* Hanc eſſe communem opinionem, aliis allegatis, ſcilicèt *Couarr. Toleto, Alterio, Suarez, Auila, & Henriquez,* teſtatur *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 7. p. 1.* Contrariam eſſe falſam, dixit *Hurtado de ſuſpenſione ſub num.* 41. *Concil.* autẽ *Trid. ſeſſ. 22. in decreto de vitandis, & obſeruandis in celebrat. miſſarum* decernit, vt Ordinarii *neminem qui publicè, & notoriè criminoſus ſit, aut ſancto altari miniſtrare, aut ſacris intereſſe permittãt.* ſupponitur autem conſtare de crimine, quia delictum, & peccatum non præſumitur, niſi probetur, maximè in foro fori *l. merito ff. pro ſocio.* An autem liceat audire miſſam eius, qui eſt peccator publicus, hoc quærunt tantũ Docto-
781 res de Miſſa cõcubinarii publici, de quo loquitur *tex. in cap. nullis diſtinct. 32. c. ſi qui ſunt diſt. 81. & cap. quæſitum eſt, de cohabitat. clericorum, & mulierum,* ob rationẽ particularem, ſcilicèt frequentiam tunc tẽporis huius criminis, vt per *Marchinum de ordine tr. 3. p. 3. cap. 14. nu. 15.* qui benè ſubdit, hanc prohibitionẽ hodiè ceſſare ex *extrauag. ad euitanda.* per quam fuerunt dicta iura reſtricta, cùm ſolum, nominatim excommunicatum, ſuſpenſum, & interdictum denunciatum, ac publicum clerici percuſſorem, euitandum ſub mortali, decreuit, *Comitulus lib. 1. reſponſorum moral.*
782 *q. 17. cocluſ. 8.* qui excipit primò, caſũ vbi vir nobilis, credens, quòd declinando ab auditione talis Miſſæ concubinarius reſipiſceret, & hoc nõ obſtãte, vellet illius Miſſã frequentare, ſecundò ſi nulla ſuadente neceſſitate, quis dictum Sacerdotem concubinariũ induceret ad Miſſam celebrandã, quæ declarãda sũt, iuxtà ea, quæ dixi ſuprà *recoll.* 3. & declarat in terminis *Fagundez lib. 2. in primũ præceptũ Eccleſiæ c. 5. n. 46. & ſeq.* vbi habetis quid dicendum etiam de irregulari denunciato. *Qui etiam lib. 3. in tertiũ præceptum eccleſ. n. 19. ac c. 10.* docet, quãdo à Sacerdote publico peccatore, poſſumus recipere ſacramẽta, & qñ etiã illa deneganda publicis peccatoribus, vbi de doctrina *Nau. c. 25. n. 79.* docẽtis, ſciẽtes, aut ſcire debentes dictã legẽ *Cõcil. Trid.* peccare mortaliter, Miſſam concubinarij audientes. Quòd clericus nõ poſſit donare concubinæ, ſicut nõ poteſt quoq. ſæcularis, habetur *in cap. duo ſunt diſt. 96.* & poſt alios notat *Genuenſis in ſuis practicabilibus eccleſiaſticis q. 634. ſub num.* 4. Peccatum publicum concubinatus an ſit de iure reſeruatum, habetur per *Fagundez lib. 8. in ſecundum*

præ-

Digitized by Google

*præceptum Eccleſiæ cap. 2. numero* 4.

Periurus Clericus, id eſt de iſto crimine conuictus, non eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſed eſt ſuſpendendus, & beneficio, ſi quod habet, priuandus. *cap. At ſi clerici, vbi Abbas n. 39. de iudiciis, c. querelam vbi DD. de iureiurando, Marius Antoninus lib. 1. variarum reſol.* 112. *caſu* 75. teſtatur poſt alios de communi *Bellettus p. 2. ſuæ diſquiſitionis clericalis, de pœnis clericorum* §. 22. *n.* 11. vbi *n. ſeq.* à quo iudice veniat puniendus, ſi dictum periurium coram iudice laico commiſerit, & de magis communi, contra aliquos volentes, talem clericum eſſe ipſo iure priuatum beneficijs, teſtatur *Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſiaſticis, verbo periurium, verſic. quinta pœna*; idem de Epiſcopis venientibus contrà iuramentum defendendi libertatem Eccleſiæ, quòd non ſint ipſo facto depoſiti à dignitate epiſcopali, ſed deponendi per ſententiam, poſt alios notat idē *Theſaurus ibid. verbo cenſura cap. 6. ſub n.* 2. Periuro qñ non proſit abſolutio à iuramento. *Marius Antoninus lib. 2. variar. reſol.* 17. *num.* 2. vbi *n.* 13. quod non dicitur periurus, qui ex cauſa non ſeruat iuramentum, quia requiritur dolus. *ibid. reſol.* 11. *nu.* 40. *&* 41.

Permittentes, ac non ſe opponentes clerici, aut Religioſi eorundem Eccleſiarum, vſurpantibus cuſtodiam, &c. vacantis Ec-Eccleſiæ, non incurrūt veram ſuſpenſionē, ſed ſolum prohibentur eo tempore percipere fructus, & prouentus eiuſdem Eccleſiæ, vt dixi *ſup. recoll. 4. verbo vſurpantes cuſtodiam verſ. extenditur.* quibus illic allegatis accedunt *Reginaldus, Rodriq. Filliuc. & Emanuel Sà*, quos refert, & ſequitur *Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſiaſticis verbo vacantium cap. 2. verſ. nota* 2. Quidquid aliqui hāc prohibitionem inter ſuſpenſiones numerent, vt videre eſt apud *Megal. p. 3. lib. 5. cap. 4. n.* 11. Dixi clerici, vel Religioſi eorundem Eccleſiarum, quia dicta pæna procedit in ijs clericis, & Religioſis, qui tenetur ex iuſtitia (& ſic non tantum ex charitate) impe-
783 dire, & verum eſt, clericos, &c. eiuſdē Eccleſiæ, non autem extraneos, ad hoc teneri ex iuſtitia, vt de famulis reſpectu furti ab extraneis, domino facti, eſt probabilior opinio, quam poſt *Leſſium, & alios ſequutus ſui ſup. p. 1. recoll. 26. ſub num.* 7. & in terminis poſtea reperi, adnotaſſe *Theſaurum cit. cap. 2. ad finem.*

Poſtulantes minorem 27. annis, ſaltē inchoatis, ad Eccleſiam Cathedralem, vel Religioſum profeſſum Ordinis mendicantis, ad quaſcunq. Eccleſias, Chatedralibus inferiores extrà ſuum ordinem, præter irritationem talis actus, incurrunt ſuſpenſionem per triennium à beneficijs, quæ poſſident in ea Eccleſia, ad quam talem poſtulauerunt, & priuantur poſtulandi poteſtate, ac eligēdi pro illa vice. Et poſtulanti, ſi hāc ſuā poſtulationem in Romana curia fuerunt proſequuti, facientes illā proponi in S. Cōciſtorio, ſcientes ſe non attigiſſe vigeſimum ſeptimum annum, euadunt inhabiles ad omnia beneficia, & dignitates eccleſiaſticas vſque ad annum ſuæ ætatis 35. *Extrauaganti vnica, de poſtulatione Prælatorum.* facit de hac ſuſpenſione mentionem *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 4. ſub num. 4. latius agit nouiſſimus Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſiaſticis verbo electio c. 3. n. 3.* vbi cum *Alterio* putat, veriorem intellectum dictæ extrauantis eſſe, vt ad Cathedralem nullus, ſiuè ſæcularis, ſiuè Regularis poſtulari poſſit, qui 27. annum non attigerit. Regulares verò Mēdicantes etiam maiores 27. annis non poſſint poſtulari ad Eccleſias, Cathedralibus inferiores extra ſuum Ordinem, eiuſdemq. opinionis videtur eſſe *Layman lib. 4. tract. 2. de beneficiis cap. 12. n. 8.* vbi habetis in quibus differat, & conueniat electio, & poſtulatio, & latius per *Caſtellinum de elect. canonica cap. 1. & 2.* poſtulatio enim habet locum in illis electionibus, quæ egent diſpenſatione in defectu, aut impedimento diſpenſabili, ipſius poſtulati, vnde *DD. in Rub. de poſtulatione Prælatorum*, illam de-
784 ſcribunt, his verbis, eſt quædam petitio gratiæ facta ſuperiori de promouendo aliquem ad Prælaturam, ad quam iure communi propter defectum aliquem, eligi, ſeù promoueri non poterat, tamen largo ſumpto vocabulo, vocatur etiam Poſtulatio illa, quæ fit pro electionis, confirmatione ab alio Prælato ſuperiori, facienda, de qua confirmatione vide eundem *Layman in quæſtionibus canonicis de Prælatorum eccleſiaſticorum electione, poſt ſuam Theologiam moralem cap. 10. Sigiſmundum à Bonia tract. de elect. & poteſtate Prælatorum regular. dub. 45. & duobus ſequentibus, & dub.* 119. vbi de poſtulatione ſollemni, & non ſollemni, & *Caſtellinum locis citatis.*

Poſtulantes indignū ad dignitates, ac prælaturas inferiores cathedralibus, & ſi non incurrant aliquam ſuſpenſionem, tamen priuantur facultate poſtulandi, & eligendi pro illa vice. Prima pars, quòd tales non incurrāt ſuſpenſionem, patet quia non incurrūt ſuſpēſionē impoſitā *in c. cum in cunctis de electione, n.* 61. de quo textu fecimus tionem *ſuprà verbo indigno.* quia ibi præter priuationem facultatis ea vice eligendi, imponitur pæna ſuſpenſionis à beneficijs, quæ in eadem Eccleſia, tales obtinent, per triennium contra eligentes, aut poſtulantes, (vt explicat *Layman in ſuis quæſt. canon.*
785 *de elect. n.* 63.) indignū ad Eccleſiā cathedralē, ſeù Epiſcopalē; ita habetur per eundem

Digitized by Google

dem *Layman loco ſupracitato, & Sanchez citatum ſuprà indicato verbo indigno.* & teſtatur de communi, contrà *Suarez, & Bonacinam. Theſaurus p.2. de pœnis eccleſiaſticis verbo electio cap.3. in principio*, qui ſubdit, *ibid. verſ. item aduerte ad finem.* certū eſſe, in non procedere contra Epiſcopum habentem ius eligendi, Adde excepto caſu ſpeciali *extrau. vnica, de poſtulatione prælatorum*, vt *per Bonacinam tom.3. diſp.3. q.4. p.1. num.4.* in quo cum eo conuenimus, non autem in eo, quòd putat, in d. tex. prohiberi, vt nullus ſæcularis poſtuletur ante vigeſimum ſeptimū annum ad Epiſcopatum, & nullus Regularis Ordinis Mendicantium ad vllam Eccleſiam, inferiorem cathedrali extrà ſuū ordinem, itidem ante annum 27. poſtuletur, quia vt dixi *concluſ. præced.* alius intellectus *Alterii*, magis placet. Secunda pars, ꝙ poſtulantes indignum ad beneficia inferiora, priuentur facultate pro illa vice poſtulandi, & eligendi, colligit *Layman loco ſuprac.* ex alijs iuribus nempè *cap. dudum de elect. & c. quanquam, & c. perpetua eod. tit. in 6.* item ex regula illa, quòd quis debeat puniri in eo, quod deliquit, hanc eſſe non ſolum probabilem, ſed etiam communem opinionem, poſt alios teſtatur *Theſaurus ſuprà num.4.* Qui *cit. verſ. item aduerte.* probat, hanc pœnam eſſe latę ſententiæ, & ligare ante omnem ſententiam declaratoriam. Vndè ſequitur, hoc caſu deuolui ad ſuperiorem prouiſionem dictarum dignitatum &c. vt per *Layman loco ſuprac.* Illi autem
786 dicuntur indigni pro poſtulatione, quorum defectus ſunt indiſpenſabiles à Prælato, apud quem fit poſtulatio, vt patet ex terminis, videte *Sūmiſtas in verbo poſtulatio.* Quãdo indignus aliquis iudicãdus ſit, vt poſtuletur pro Prælatis Regularibus, qui nō eſt in eadē Religione profeſſus, videte *Silueſtr. & Tabienā verbo poſtulatio.* qui dicunt, talem non poſſe poſtulari, niſi neceſſitate inſtāte, & modo in regula ſit cōpetēter inſtructus, quādo autē quis eſt profeſſus, ſubdit *Silueſter ibid. n.3. verſ. quartum.* hodie indiſtinctè teneri, quòd ſiuè in ſuo monaſterio, ſiuè extrà, ſiuè ad Epiſcopalem dignitatē, poſt electionem poſtulabitur, quia ſine ſuperioris licentia nō poteſt cōſentire. Iſte autē ſuperior, maximè pro Epiſcopatu eſt S. Pontifex. Quòd hodiè Regulares pro beneficiis ſæcularibus obtinendis, ſiuè illa ſint curata, ſiuè ſimplicia, egeant diſpenſatione pontificia, & ſic poſtulandi ſint à Papa, declarauit S. Congregatio apud *Sanchez to.2. ſumma moralis lib.7. c.29. n.71.* videte *Lezanam p.1. cap.2. num.17. & c.16. nu.24.* qui *c.17.* latè tractat, à quibus obſeruantiis primæ Religionis, abſoluatur aſſumptus ad dignitatem alterius Religionis, vel dignitatem ſæcularem.

Prælati eccleſiaſtici procurantes apud dominum temporalem, vt perſonæ eccleſiaſticæ capiantur, ad vnum de duobus
787 effectibus, nēpè vel vt beneficia reſignent, vel vt citati a Sede Apoſtolica, non obediant; effectu ſequuto, ſcilicèt reſignatione, ne, vel impedimento acceſſus ad Sedem Apoſtolicam (quòd fit quando lapſum eſt tempus comparendi apud Sedem Apoſtolicam) incurrunt ſuſpenſionem per triennium à perceptione fructuum ſuorum beneficiorum, quòd eſt idem quàm quòd per triennium ſit ſuſpenſi à beneficiis: ita habetur in *Clem. multorum de pœnis*, & explicant magis communiter DD. infracitandi. Dixi *apud Dominum temporalem*, quia eandem ſuſpenſionem incurret id procurans apud Prælatum aliquē habentē dominium temporale, & ſpirituale in illo loco, ſi hoc ab eo petat, vt dominus temporalis eſt; ita *Bonacina tom.3. diſp.3. q.4. p.13. n.3.* vbi *nu. ſeq.* id dicit verum, etiam ſi ipſe Prælatus habeat etiam dominium temporale in illo loco, & procuret eccleſiaſticam perſonam capi à ſuis miniſtris ad effectus, de quibus ſuprà, dummodo apud ipſos miniſtros hoc procuret tamquam dominus temporalis. Dicta autem carceratio, vt ſubiaceat huic ſuſpenſioni, debet eſſe facta ex publica authoritate, non autem audacia priuatata, vt benè poſt *Vitalinum*, aduertit *Theſaur. p.2. de pœnis eccleſiaſticis, verbo electio c.3. in fine. 1. notab.* Ex quo ſequitur, quòd ſi Prælatus talem perſonam caperet per ſe, & ſi ad hos effectus, non tamen incurreret ſuſpenſionem, vt per *Bonac. loco ſupra cit. num.7. verſ. ſecunda eſt.* qui *num.11.* probat contra *Sanchez, Nau. & alios*, dictam ſuſpenſionem eſſe latæ ſententiæ, & non ferendæ ſententiæ, & *n.9.* poſt *Suarez, Alterium, & Filliuccium*, quòd hic nomine Prælatorum, veniat Epiſcopi, ſequitur *Theſaurus cit. cap.5. ad finem*, qualiter autem procurans dictam carcerationem, illa iam ſequuta, præter dictam ſuſpenſionem, incurrat excommunicationem. *can. ſi quis ſuad.* patet ex dictis *ſup. recoll.* 5. Contrà alios eccleſiaſticos non Prælatos idē procurātes, in *ead. Clemētina.* eſt impoſita pœna priuationis beneficiorū, perpetua, vt per ſupracitatos authores, vbi de nullitate talis reſignationis
788 ſic extortæ, & ſi aliàs reſignatio per metū, etiam cadentem in conſtantem virum extorta, regulariter non ſit nulla ipſo iure, ſed annullanda per iudicem, vt eſt magis communis, & verior opinio, de qua poſt *Pariſium de reſignatione lib.13. q.2. n.8.* teſtatur *Theſaurus cit. c.3. in ſecunda notabili.*

Profeſſionem Nouitij recipere præſumentes Religioſi mendicantes infrà annum probationis, ſeù illo non dum expleto, inſpecto



Digitized by Google

ſpecto iure communi, certum eſt, quòd incurrant ſuſpenſionem à receptione aliarũ profeſſionum in ead. Religione, vt patet in *cap. non ſolum*, vbi illa fertur tantũ pro fratribus Minoribus, & Prædicatoribus. *& cap. conſtitutionem de Regularibus in 6.* vbi dicta ſuſpenſio extenditur à Bonifacio VIII. ad aliorum Mendicantium ordines, & declaratur expreſsè, *in aliis Religionibus, profeſſionem expreſſam, vel tacitam fieri poſſe licitè infrà annum.* latè *Bonacina tom. 3. diſp. 3. q. 8. p. 2.* vbi benè declarat *à n. 12.* pro *Religioſis*, hic intelligere nos debere Prælatum, & ſingulares perſonas ſuffragantes in capitulo in fauorẽ dictæ receptionis, & pro *Mendicantibus*, non ſolũ eos ordines, qui tales erãt tempore, quo Bonifacius edidit dictam ſententiam, ſed etiam alios poſtea inſtitutos, & approbatos tamquam tales (quod eſt
789 dicere, non ſolum eſſe Prædicatores Minores Aguſtinianos, & Carmelitas, qui de iure ſunt Mendicantes. *cap. Religionum §. ſanè de Religioſis domibus in 6.* ſed alij etiã, qui poſtea declarati ſunt tales à S.S. Põtificibus in confirmationibus eorum conſtitutionũ, & Regularũ, quales fuerũt inter alios à Pio V. S. Põtifice declarati Seruitæ, Minimi, Ieſuati Sancti Hieronymi, & Ieſuitæ, vt poſt *Azorium*, notat *Lezana p. 2. cap. 1 n. 1. ad fin.* vbi latè de iſta materia Mendicantium, tales etiam eſſe Carmelitas diſcalceatos, declarauit Clem. VIII. apud *Barboſam in collectan. Bullarũ, & Decretorum v. Mendicantes*, vbi per extenſum de illis Religionibus, quæ participant priuilegia Mendicantium. Et tãdẽ nõ ſolũ Religioſos Mendicãtes maſculos, ſedetiam fœminas dictorum Ordinum. Et loquendo de Ieſuitis, ipſe *Bonacina loco ſupracit. num. 3.* & ſi probabilem putet, dictam ſuſpenſionem incurrere Patres, ſeù Generales Societatis Ieſus admittentes ad profeſſionem non ſolum ſollemnem, verũ etiam ad vota ſimplicia Nouitium ante completum annum, ſubdit tamen, contrarium non carere probabilitate, ſed non recedendum puto à prima ſententia, quia ipſi Ieſuitæ comprehenduntur. *in cap. 15. ſeſſ. 25. Concil. Trid.* vt poſt *Sanchez* habetur per *Lezanam p. 1. cap. 2. ſub n. 10.* Limitat *Bonac.* ſimpliciter noſtram concluſionem in Equitibus Sancti Iacobi, Sancti Ioannis Alcantaræ, & Calatrauæ, *nam iſti* (vt vtar verbis illius) *ſtatim elapſo 13. anno, & ante nouitiatus annum, profeſſionem emittunt, neque hoc reprobatur à Concilio Trident. vt Sacra* Cardinalium *Congregatio declarauit, teſtibus Azorio lib. 13. cap. 4. quæſt. 2. P. Marſilla & aliis, quibus adhæret Sanchez lib. 5. operis moralis cap. 4. n. 17.* hucuſque *Bonacina*: Quę limitatio præterquam quod eſt extrà rem, nec ad propoſitũ noſtrũ, nã ſicut nõ eſt certũ, an omnes equites ab eo receſiti ſint verè Religioſi, vt per *Lezanã loco ſuprac. c. 5. n. 5. & 6* (Dixi, *ab eo recenſiti*, quia milites Sancti Mauritij, & S. Stephani, qui tantum duo vota emiſerunt, vt eſt compertũ apud omnes, non ſunt veri Religioſi, vt per *Lezanam loco ſuprac.*) ita certum eſt non eſſe
790 Mendicantes, cùm pertineant potius ad ordines monachales. Fallitur ſua pace cum *Sanchez*, dum Equites etiam Hieroſolymitanos, aſſerat, declaraſſe S. Congregationem non comprehendi *in cap. 15. Concil. Trid. ſeſſ. 25. de Regularibus.* ſicut etiam falluntur alij plures auctores apud *Sperellum deciſ. 21 num. 49.* quia hæc declaratio fuit facta pro ordinibus militaribus generaliter, antequã ipſa Congregatio informata eſſet de ſtabilimento huius militiæ, *cit. cap. 15. Tridentini*, inhærente, & ideo melius informata, de illis in particulari declarauit, illos comprehendi in *d. cap. 15.* ex eorum nouo ſtatuto, vt per *Barboſam de offic. & poteſtate Epiſcopi allegat. 100. n. 5. cũ duobus ſequẽtibus, & in collectanea Bullarum, & decretorum verbo milites Regulares n. 4.* iuncto *v. Milites Hieroſolymitani. &* Lezanam *t. 2. cap. 5. n. 17. & clarius per Sperellum loco ſuprac.* qui citat *Rotam deciſ. 779. ante n. 11. p. 3. recentiorum* facientem mentionem de dicto ſtabilimento, inhærente Concil. Trident. & *n. 50* concludit, quod *cum hodiè priuilegia huius militiæ ſint redacta ad formam Concil. Trid. vtique in d. Concilij* Trid. *decreto (& ſic etiã ſecluſo ſtabilimento) comprehendutur ſecundum Genuenſem in praxi cap. 21. in addit. n. 12. in fine*, quẽ ſequitur *Gratian. t. 2. diſcept. forenſ. c. 363. n. 27.* Hæc *Sperell.* fauet *Portell. verbo profeſſio n. 19. verſ. at iuxtà probabiliorem*. vbi poſt *Sanchez* ait, *Trident.* non obligare in Religionibus militaribus, excepto D. Ioannis, confirmatur, nã S. Congreg. etiã declarauit, d. milites Hieroſolymitanos comprehendi in *cap. 19. eiuſdem ſeſſ. Concil. Trid.* circa annullationẽ profeſs. ratione vis, vel metus. *Lezan. p. 2. c. 5. n. 19.* Ex quibus patet quomodo intelligẽdus ſit *Sãch.* allegatus à *Bonac. loc. ſuprac.* dũ hanc limitationẽ ponit non ſimpliciter, prout eam refert *Bonacina*, ſed *ſecluſo peculiari ſtatuto*, ſi quod habent; ex quibus probaui, illos etiã comprehendi in decreto *eiuſdem ſeſſ. 25. cap. 16.* vbi agitur de ſollemnitatibus requiſitis pro re-
791 nunciatione facienda à nouitijs, ſcilicèt vt fiat ante duos menſes proximos profeſſioni, & cum licentia Epiſcopi, vel Vicarij, cum enim iſtud *cap. 16.* veniat continuatiuè ad *cit. cap. 15.* immediatè præcedens, vt per *Pariſium de reſign. lib. 6. cap. 2. num. 117. & Menoch. in addit. ad lib. 2. de Arbitrarijs caſu 136.* qui hoc benè probant ex illa dictione, *quoq;* poſita in principio huius *c. 16.*



Digitized by Google

ſequitur quòd vbi requiritur annus pro-
bationis,vt diſponitur in d.cap.15. etiam re-
quiratur,quòd in renunciatione adhibean
tur dictæ ſollemnitates, vt diſponitur in
iſto cap. 16. quid enim ſignificat veni-
re continuatiuè ad aliud? niſi eſſe coniun-
ctum cum illo alio, ergò ſi coniunctorum
ead.debet eſſe diſpoſitio, vt ſuprà ſæpius di-
xi, ſicuti comprehenſi ſunt milites Hie-
roſolymitani in cap.15.comprehendi etiam
debent in cap. 16. & ita deciſum refert poſt
Maynardum Riccius in collect. deciſ. collect.
454.& latius dixi in ſupracitata conſultatio-
ne,qua occaſione, & viſa dicta mea cõſulta-
tione, ita fuit declaratum à S. Congrega-
tione Concilij die 15. Nouembris 1642. &
in authentica forma d.declaratio tranſmiſ-
ſa, ſcilicèt dictos milites Hieroſolymitanos
comprehendi in d.c.16. ſicut in alia conſul-
tatione latè, & clarè explico,præter ea, quæ
notat Bonacina ſuprac.p.5. à n.7. quomodo
dictus annus probationis debeat eſſe conti-
nuus, ad hoc vt profeſſio poſtea emiſſa non
poſſit inualidari. Dixi in principio conclu-
ſionis, inſpecto iure communi, quia non eſt
certum,an etiam poſt Concil.Trid.cit.cap.15
791 (vbi talis profeſſio recepta ante comple-
tum annum probationis,expreſſè irritatur,
ac inualidatur, adhuc dicti Religioſi in-
currant dictam ſuſpenſionem, ſi ante dictũ
tempus, nouitium aliquem ad profeſſionẽ
recipiant, nam & ſi affirmet poſt Suarez
& Alterium,Bonacina cit.p.5.num.19.Negat
tamen id Sanchez lib.5.cap.4.n.10.quem ſe-
quitur Theſaurus cit. verbo profeſſio cap.1.
ad finem. Ratio Sanchez, eſt,quia pæna alicui
actui ſtatuta, locum non habet, quando ir-
ritè dictus actus fieret. Bonacina autem, hãc
793 regulam dicit eſſe veram, quando reſpi-
cit lex valorem actus, non autem, quando
reſpicit factum ipſum, ſed in caſu noſtro im-
ponitur in d.cap.non ſolum, & cap.conſtitut.
ſuſpenſio pro facto ipſo, ergò. Supponit au-
tem Bonacina, non irritari d. profeſſionem
in dictis iuribus,& per conſequens illam eſ-
ſe validã,quòd ſuppoſitũ,pace ſua,non eſt ve-
rum,nam inſpectis verbis dictorum iurium,
non ſolum imponitur pæna ſuſpenſionis
contrà Religioſos recipientes ad profeſſio-
nem nouitium ante annum completum,
ſed ipſa profeſſio declaratur inualida,vt per
Nauar. conſ.32.n.1. de Regularibus, quia vt
clarius loquitur idem Nau.ibid. conſ.22. di-
cta profeſſio non obligabat ad Religionẽ
in qua quis profitebatur,ſed tantum ad Re-
ligionem in genere, quòd idem eſt, quàm
d.profeſſionẽ eſſe nullã, ex quo illa reſolue
batur in votũ ſimplex Religionis,nõ faciẽs
aliquẽ verũ Religioſũ,prout facit profeſſio
valida, & ita loquitur Theſaurus ſuprac.cap.
764 1.in principio. Quando enim profeſſio eſt
inualida ob defectum iuris poſitiui, tunc re-
ſoluitur in vim voti ſimplicis Suarez tom.3
de Religione lib.7. cap.2.n.3. Stante hac veri-
tate,ratio Bonacinæ retorquetur pro ſenten-
tia Sanchez,quam & ego ſequor, nempè in
d.cap.ſpectari non ſolum factum, ſed etiam
valorem actus,cùm iure communi attento,
profeſſio vt ſup. nõ tantũ erat prohibita,ſed
etiam inualida. ergò dum in S. Concilio
Trident. prohibetur etiam, & inualidatur
profeſſio eod. modo facta ante dictum an-
nũ abſq. impoſitione pœnæ ſuſpẽſionis,iſta
ſuſpenſio poſt Concilium ceſſauit. Quòd
computandus ſit dictus annus probationis
de momento ad momentum, dixi in tract.
de officio Cappellani q.4.praxi 1.n.77. quibus
illic allegatis, adde Gratianum tom.3.c.413.
n.15, & Ciarlinum c.108. nu.15. vbi latè de
modo inualidandi profeſſionem,& in ſpecie
de profeſſione facta eod.die, in quo habitus
fuit receptus. Quòd etiam computandus ſit
annus ſextus decimus de momento ad mo-
mentum.Portellius v. profeſſio n.13.ſcilicèt
à die natiuitatis extrà vterum, vt poſt Sanch.
& Bonacinam,notat Lezana p.1.c.2.n.10. ad
finem. Et nota, ad profeſſionem recipientes
ante completum annum 16. in ordinibus
mendicantibus,ſecundum omnium ſenten
tiam, non incurri ſuſpenſionem, de qua
ſuprà,quia in d.cap.non ſolum,& cap.conſti-
tutionẽ, licèt fiat mentio ætatis, in qua quis
debeat recipi ad profeſſionem, tamen ſu-
ſpenſio imponitur tantum contrà recipien-
tes ante annum, vt patet ex verbis ipſorũ
iurium. De profeſſione emiſſa ante dictum
795 annum expletum in articulo mortis, ex
priuilegio conceſſo Fratribus Prædicatori-
bus,quòd communicant alij Regulares, di-
xi p.1. de iubileo n.236. quibus illic allegatis
adde Megal. 3.p. lib.5. cap.4. n.50. quòd tali
priuilegio non ſit derogatum à Greg. XIII.
probat Diana p.3 tract.2.reſol.17.vbi latè de
illo articulo,an monaſterium ſuccedat tali
profeſſo ab inteſtato decedenti,videte etiam
Portellium verbo Nouitia ſub nu.5. vbi quòd
neque dictum priuilegium ceſſauit per re-
uocationem factam à Paulo V. quòd talis
ſi ſuperuixerit poſt profeſſionem non de-
beat finito anno iterum profiteri, dixit San-
ch.cit.lib.5.c.4.n.16.ad finem ſequitur Theſau
rur cit.cap.1.verſ.limita 1. vbi allegat Beyam.
Cõtrarium autem,poſt Rodriquez in ſumma
tom.3.cap.63.n.4.& in addit.num.5. ſequitur
Portellius verbo Nouitia n.5. verſ. quæris ſe-
790 cundò. Annũ præfatum requiri etiam in
tranſlato de vno ordine non Mendicante
ad alium ordinem non mendicantem,con-
trà Cordubam, & Henriquez cõcludit Por-
tellius ſuprac.verbo profeſſio n.19.vbi n.præ-
cedenti.idem aſſerit de coniugato intrà bi-
meſtre, Religionem ingrediente ante con-
ſuma-

Digitized by Google

ſummatum matrimonium, & ſic ſeruatur in praxi, vndè ſępè vidi expedita breuia pro dicti anni abbreuiatione in ſupradictis caſibus, quæ nota, quia ſi vera eſt prima opinio à nobis ſuprà relata, de ſuſpenſione incurrenda à Religioſis ordinum Mendicantium recipientibus nouitium ante expletum annum, quam videtur ſequi præter ſupracitatos *Portellius verbo ſuſpenſio n.3. In 4. ſuſpenſione cōtrà Prælatos*, illam incurrerent etiam in his caſibus.

## R

RApinæ Eccleſiarum, clerici conſentientes, incurrunt ſuſpenſionem ab ordinis exequutione. *cap. ſuper eo de raptoribus*, hos etiā incurrere excommunicationem latam in *Concil. Trid. de qua ſup. recoll. 4. verbo vſurpantes*. ſubdit *Bonacina loco infrac. n.9* In hoc *eod. tex.* fertur ead. quoque ſuſpenſio contrà eoſdem clericos, oblationes, vel eleemoſinas accipientes à raptore, vel violatorè publico Eccleſiarum, qui in vita non reſtituit, nec in morte, cùm potuiſſet cauere de iſta reſtitutione, noluit cauere, de qua per *Bonacinam tom.3. diſp.3. q.4. p.6. n.7.* Nota modū loquendi dicti textus, quando agit de participante tali rapinæ, vel accipiente oblationes. ibi. *Ordinis ſui damnum irrecuperabiliter patiantur, ac beneficio careant*, quæ verba non continent ſuſpenſionem, neque priuationē latæ ſententiæ, ſed ferendæ, vt per *Bernard. Diaz in ſua pract. cap, 109. in nouiſſ. n.2.* & ſequitur *Theſaurus verbo incediar. cap. 2. ad finem.* eiuſdem ſententiæ eſt *Bellettus p.2. ſua diſquiſit. cleric.* §.41. *n.1.* loquēdo de participante, quia licèt ly *careant* ſignificet ſententiam latam, tamen illa alia verba præcedentia (quæ declarant ſequentia) *ordinis ſui damnum patiātur.* continent ſententiam ferendam, quidquid Portellius *verbo ſuſpenſio*
797 *n.3. & Bonacina loco ſuprac.* hāc inter alias ſuſpenſiones latas ipſo iure contrà Religioſos, annumerent. Subdit autem *Bonac. ibid.* intelligi dictum textum de raptore Eccleſiæ nominatim declarato, ſeù denunciato iuxtà *extrau. ad euitanda* Huic tamen, *qui Presbyterorum, in vita, vel in morte pœnitentias dare, aut ſepulturæ intereſſe, vel eorum eleemoſinas accipere, attentauerint, ſeù huiuſmodi rapinæ, participes inuenti fuerint*, poſſunt declarari ſuſpēſi, & depoſiti, & tūc quādo declarātur tales, diſpenſatio ſpectat ad S. Pontificē, hoc mihi ſignificat, ly *irrecuperabiliter.* videte *Diaz loco ſuprac.* Idem diſponitur in dicto textu de manifeſtis violatoribus Eccleſiarum, non declarant autem ſupracitati authores, an ibi ſumantur pro eod. quòd ſignificat ly *raptores*, vel quid diuerſum. Nam violatio Eccleſiæ, ſæpè accipi ſolet pro violatione immunitatis ipſius, ſed vt nigrum congruat rubro, dicendum eſt, ſignificare violationē circa bona, nō autē circà immunitatem eccleſiaſticam, cuius violatores ſunt excommunicati, vt dixi *ſuprà recoll. 4. verbo extrahentes.*

Religioſi accipientes aliquid pro receptione in Religionem, videte ſuprà *Accipientes.*

Religioſi tàm ſuperiores, quàm ſubditi introducentes in eorū monaſteria mulieres etiā nō virtute alicuius facultatis Papalis reuocatæ, incurrunt ſuſpenſionem à diuinis. ex Pio V. vt dixi ſuprà *recoll. 4. verbo ingreſſum mulierum, &c. in principio.* vbi quòd non incur-
798 rant hoc caſu excommunicationem latā à Gregorio XIII. quòd etiam ſuppono *p.2. recoll. 11. num. 214.* vbi ago de facultate ſuperioris, abſoluendi Regulares ſuos ſubditos à dicta ſuſpenſione, non ſolum quando caſus eſt occultus, in quo concordant omnes, ſed etiam vbi eſt publicus. quibus ibi allegatis, addo *Portellium in ſuis dubijs Regularibus verbo clauſura monachorum ſub num. 1.* vbi refert opinionem *Suarez* docentis, tales Religioſos ſubditos, vel Prælatos non incur-
799 rere neque excommunicationem, neque ſuſpenſionem, niſi per ſtatutum Religionis, prædictæ pœnæ etiā ſint impoſitæ, ſubditq. quòd licèt opinio *Rodriquez* contraria, ſit ſecurior; tamen hæc opinio *Suarez* ſit probabilis, & per conſequens liberū ſit cuilibet, ſequi vtrāq. opinionē, nec ſcrupulum ingerere poſſe, volenti amplecti opinionem *Suarez*, declarationes aliquas in contrariū adductas (intellige vnā relatā *à Quaranta v. monaſteria, & conuentus fol. mihi* 306. & aliā *à Cōſcecto in collectan. litterar.* Apoſtolicarū *inter conſtitutiones Pij V. conſt. 6.* apud *Sanch. lib.6 ſum. moralis c.16. n.79. & c.17. n.22.* qæ nō sūt authenticæ, ſequitur *Diana p.4. reſol. 179. tr.4.* ſed & ſi diſpliceat hæc opinio *Portellij* ex quo vt certū eſt, nō ſolū eſt indecēs, ſed ſeuериſsimè vltioni ſubdendum crimen (vt vtar verbis D. Gregorij relatis à *Gratiano in can. peruenit 18. q. 2.*) introducere mulieres in monaſterium Regularium, non tamen recedo à ſententia *Sanchez, & aliorū* quam *loco ſupracitato* ſequutus fui, hoc ſcilicèt caſu, incurri tantum ſuſpenſionem à diuinis, non autem excommunicationem, & in hoc ſenſu mutauit ſententiam *Suarez*, vt fatetur *Lezana eod. loco* à me allegatus, dū aſſerit, illam mutaſſe propter conſtitutionē (voluit dicere *Declarationem*) Pij V. quæ declaratio eſt (vt patet ex eius verbis relatis à *Quarāta loco ſuprac.*) prò conſtitutione eiuſdem Pij V. quæ loquitur de ſuſpenſione, nec facit mentionem de ſimili declaratione Gregorij XIII. loquente de excommunicatione, vt faciunt *Ioannes Cruz lib. 1. cap. 5. de ſtatu Religionis dub. 1. concluſ. 2. & Scortia in*



Digitized by Google

*ſelectas* SS.*Pontificũ theorematе* 235. *&* 335.
ſed quidquid ſit de hoc, id eſt certum, requi
ri in dictis ſuperioribus, & ſubditis præſum-
800 ptionem ad incurrẽdas dictas pænas, ideò
que ab eis excuſare ignorantiam, quæ non
ſit affectata, inaduertentiam, aut obliuionẽ,
vt aduertit *Scortia loco ſuprac. ad finem.* vbi
idem dicit de mulieribus ingredientibus in
dicta monaſteria, item quia etiam data opi-
nione, ſcilicèt ipſos Regulares ſcienter in-
troducentes mulieres incurrere excommu-
801 nicationẽ Greg. XIII. adhuc ſuperior poteſt
ab ea abſoluere ſuos ſubditos, ita loquuntur
*Suarez, Cruz, & alij à me citati in ſupra alle-
gata p. 2. recoll* 11. *n.* 214. contrà *Filliucc.* aſſe-
rentem, non poſſe dictos Regulares abſolui
niſi à Pœnitentiarijs S. Petri, & præter ibi à
me dicta, fauet priuilegium conceſſum ab
Eugenio IV. & Sixto IV. Generali, vel ab eo
deputatis, abſoluendi facultatẽ eis tribuẽs, in
confeſsionibus audiendis, qualẽ minores Pæ-
nitẽtiarii Papæ in Romana curia præſentes,
ex officio exercebant, & habebant, & per
conſequens cùm poſsint Pænitentiarij Sum-
mi Pontificis (ſecundum *Filliuccium*) qui
ſunt Pænitentiarii minores Romanæ curiæ,
vt dixi *p. 2. recoll.* 7. ab his cenſuris abſoluere,
poſſunt etiam ipſi deputati à Generali, vi-
dete *Lezanam p.* 1. *cap.* 18. *n.* 33. *et ſeq.* vbi re-
fert priuilegium conceſſum ab eod. Sixto
IV. quod eſt mare magnum ordinis Prædica-
torum, in quo confirmat priuilegia dicto or-
dini conceſſa à Gregorio XI. cui idem
Gregorius facultatem conceſſerat, non ſo-
lum Generali, vel ab eo deputatis (vt ſo-
nat mare magnum Carmelitanorum ſuprà
relatum) ſed etiam Prioribus Prouinciali-
bus, & Conuentualibus, & eorum Vicariis
abſoluendi Fratres dicti ordinis ab exceſſi-
bus, & cenſuris omnibus, exceptis quibuſdã,
interque certum eſt, vt etiam aliàs dixi, non
eſt iſta. Nec quicquam contrà id facit, quod
802 ſit hæc reſeruatio poſterior dicta conceſ-
ſione, nàm verba illorum priuilegiorum, cũ
ſint generalia, & indefinita, comprehendunt
non ſolum tempus conceſſionis, ſed tem
pus abſolutionis, vt poſt *Suarez tom.* 4. *de Re-
ligione tr.* 8. *lib.* 2. *c.* 21. *et* P*ierinum t.* 1. *priuile
giorũ Minim. in conſt.* 4. *Sixti IV.* §. 4. *n.* 24. no-
tat *Lezana loco ſuprac. n.* 41. *ad fin.* videte etiã
*Beyã p.* 4. *caſu* 37. *verſ. Hinc etiã colliges.*
804 Religioſi profeſſi recipiẽtes ordines abſq.
dimiſſoriis ſuorum Prælatorum Regulariũ,
licèt recipiant characterem, vt dixi ſuprà *n.*
768. Tamen incurrunt ſuſpenſionem ab exe
quutione ordinum ſuſceptorum ad arbi-
trium ſui Prælati, ad quem ſpectabat dare ei
dictas dimiſſorias *ex Concil. Trid. ſeſſ.* 23. *c.* 8.
vbi cùm ſimpliciter decernatur, *quòd ſi quis
ab alio promoueri petat, nullatenus id ei, etiam
cuiuſuis generalis, aut ſpecialis reſcripti, aut*
*priuilegij permittatur, niſi eius probitas, ac mo
res, Ordinarij ſui teſtimonio comẽdentur, et ſi ſe
cus fiat, ordinans à collatione ordinũ per annũ,
et ordinatus à ſuſceptorum ordinum exequu-
tione, quandiù proprio Ordinario videbitur ex-
pedire; ſit ſuſpenſus.* omni dubio procul cõ-
prehenduntur in dicto decreto Regulares,
quia eiſdem Superioribus competit dare di-
miſſorias ſuis ſubditis pro ordinibus, vt dixi
*ſupra n.* 596. quòd ſignificat etiam ipſos hoc
caſu eſſe ordinarios (de quibus loquitur Cõ-
cil. Trid.) reſpectu ſuorum ſubditorum exẽ-
ptorum ab aliis ordinariis, præterquã quòd
id præſupponit declaratio S. Congregatio-
nis Concilij relata etiam ſuprà *num.* 597. dũ
aſſignat formã, modũ, & tẽpus obſeruanda
à Superiore Regulari dante dictas dimiſſo-
rias, confirmatur etiam ex eod. *Concil. Trid.
ead ſeſſ.* 23. *c.* 10. vbi ſuperiores exempti pro-
hibentur tantum dare dimiſſorias clericis
ſæcularibus, ergò à contrario ſenſu, conce-
ditur ab ipſo Concilio, ipſis ſuperioribus
exemptis dare dictas dimiſſorias Regulari-
bus, de quibus S. Concil. in eod. *cap.* paulò
antè fecerat mentionẽ, ibi *Cuiquam qui Re-
gularis ſibi ſubditus non ſit*, & latè poſt alios
habet *Marchinus tract.* 1. *de ordine p.* 6. *cap.* 4.
*in principio, & latius nouiſſimè Lezana p.* 4.
*verbo Dimiſſoria.* P*ortell. verbo ordinis ſacri
ſuſpenſio in addit. n.* 1. vbi expreſsè dicit, *non*
803 *teneri Religioſos ferre dimiſſorias Epiſcopi, in
cuius Diæceſi manent, quando vadunt ad Epi-
ſcopum alterius Diæceſis pro ordinibus ſuſci-
piendis.* Adde neque teneri illos, ferre fidem
curiæ, quòd ibi non habeantur ordinatio-
nes, vt dixi *ſup. n.* 602. vbi ꝙ qñ monaſteriũ
reperitur in locis nullius Diæceſis; dimiſſo-
riæ dandæ ſint ad Epiſcopũ viciniorem. Ex
quibus ſatis apparet, illa verba *cit. cap.* 8. ibi
*eius probitas, ac mores, Ordinarij ſui teſti-
monio commendentur*, non tantum intelligi de
commendatitijs, vt aliqui authores voluerunt,
apud *Theſaurum par.* 2. *de pænis eccleſiaſticis
verbo ordo c.* 23. ſed etiam de dimiſſorijs pro
priè dictis, de quibus loquitur *Concil. in iſto
c.* 10. Prò hac ſuſpenſione allegaui Concil.
Trid. & non conſtitutionem Pij II. vt alij
allegant, tũ quia d. cõſtitutio loquitur de cle
ricis, & per conſequens non extenditur ad
Regulares, vt in ſimili fatetur *Marchinus* lo
quendo de conſtitutione Santiſſ. Vrbani
VIII. aduerſus malè promotos *tract.* 2. *de
ord. p.* 5. *cap.* 11. *ad finem.* quidquid in termi-
nis huius conſtitutionis Pij II. contrarium
antea dixerat *ibid. c.* 3. *n.* 7. Hæc doctrina no-
ſtra, eſt ſecundum *Bonacinam diſp.* 3. *de cen-
ſuris in genere diſp.* 3. *p.* 6. *p.* 5. *n.* 37. qui docet,
Regulares non incurrere ſuſpenſionẽ ſim-
804 pliciter latam in clericos, & clarius con-
ſequenter loquendo, idem *Bonacina tom.* 3.
*diſ.* 3. *q.* 1. *p.* 11. *n.* 3. hanc noſtram concluſio-
nem

Digitized by Google

nem probat ex generali loquutione ipſius Concilij Trident. non autem ex dicta Bulla Pij II. Si igitur ſuperior dat dimiſſorias propriè dictas tamquam Ordinarius, ſequitur vt etiam ordinatus abſque dictis dimiſſorijs,
805 ſit ſuſpenſus ad arbitrium ipſius ſuperioris qui etiā eſt ordinarius, cui cōpetit illas dare, vt loquitur *Sacrum Concil. loco ſuprac.* quòd ſignificat, poſſe ab iſta ſuſpenſione dictos Religioſos abſoluere Superiorem præfatum, tam vbi caſus eſt occultus, quàm vbi eſſet publicus, & non ſolum à ſuſpenſione, ſed etiam ab irregularitate inde contracta, vt ſubdit *Diana p.5.tract.10 reſol.31. ad finem.* & præſupponit pro certo poſt *Capuccinum, Portellius verbo ordinis ſacri ſuſpenſio n.14.* & tantum dubitat de ordinato ante ætatem, & proſequitur *Diana p.3, tract.2. reſol.5.* Qui *Portellius ibid. in additione n.3.* ſubdit, peccare mortaliter Prælatum concedentem dimiſſorias indigno, addens, maiorem probi-
806 tatem morum requiri in Religioſo, quā in ſæculari ordinando, de qua re *Marchinus tract.1. de ordine p.6. cap. 2.* ſubdens, reprehenſibilem eſſe illorum Epiſcoporum conſuetudinem, qui in conceſſione dimiſſoriarum, nulla facta mentione ſcrutinij, conſcientiam ordinantis onerant, cùm per dictam onerationem ipſi non ſe exonerent, conce-
807 dendo indigno dimiſſorias, æquè ac ſi indignum ordinarent, & è contrà ordinans alienū indignū, habentē ſecum dimiſſorias, excuſatur, ꝙ intelligo, excepto ſciētiæ defectu, &c. quia poteſt, & debet illū examinare. Dixi in principio concluſionis *Religioſi profeſſi*: nam illis poſſunt dare dimiſſorias ſuperiores, non autem Nouitiis, de iure communi loquendo, quidquid ſit inſpectis priuilegiis, vt dixi *ſup. verbo Nouitium n.454. & ſeq.* quibus ibi allegatis accedūt poſt alios *Diana p.3. tract.2. recoll.7. & p.5. tract.10. reſol.43. & Lezana to.3. verbo dimiſſoria ſubn.* 6. De nulliter profeſſo ordines recipiente cum dimiſſoriis ſuperioris Regularis, an incurrat hanc ſuſpenſionem, dixi *etiam ſup. nu.*450. quibus illic allegatis, addo *Bonacinā de clauſura q.2.p.10. difficult.5.n.4. Dianam p.4.tr.2. reſol.82. & Marchinum tr.2. de ordine p.6.c. 3.n.2.* qui docent, hunc talem ſi poſtea celebrauerit, euadere irregularem, quod intelligendum etiā erit iuxtà ea, quæ ibi dixi, .ſ. vbi aliquo modo non fuit dicta ordinatio ſimpliciter voluntaria, quòd reperi poſtea etiam docuiſſe *Sanctarellū lib. variar. quæſt. 48. num.26. & ſeqq.* quo caſu tantum ſuſpenſio, & irregularitas vendicabūt locū (vt dixi *loc. ſuprac.*) poſt declaratā nullā profeſſionē, fauet *Riccius p.4. decis.17. apud Nouar. Canonicum in ſumma Bull. cum de odinandorum titulo n.*15. Vbi quòd talibus egreſſis, Neapoli nullatenus detur licentia celebrandi. Quinā Prelati Regulares poſſint dare d. dimiſſorias deſumēdū eſt à cōſtitutionibus particularibus cuiuſque Religionis, hoc autem eſt certum, illas non expirare morte concedentis, vt per *Bonacinam ſuprac. p.11.n.26.* & ita declaratum à S. Congregatione Epiſcoporum & Regular. refert *Barboſa in collectanea Bullarum, & Decretorum v. Dimiſſoria.* An autē poſſit dictus ſuperior dando dictas dimiſſorias, diſpenſare in interſtitiis, dixi *ſup. n.599. & ſeqq.* De admiſſis pro laicis, quomodo poſsint ordinari, dixi quoq. *ſup. n.768.* Ali-
808 quas alias ſuſpenſiones contrà Religioſos in iure latas, refert ſummatim poſt *Rodriq. Portellius verbo ſuſpenſio ſub num.3.* ex quibus aliquas ſuprà explicaui, & alias vt ipſe *Portellius ad finem d. numeri*, aduertit, vel nō ſunt in vſu, vel ſaltem parum frequentes, & multæ aliæ cōtinentur in Bullis particularibus, quas moraliter loquēdo, impoſsibile eſt recēſere. Hęc *Portell.* ex q̄bus vltimis verbis, excipi pōt, ꝙ *pœna priuationis vocis actiua,*
809 *& paſſiua, ac priuationis officiorum, & inhabilitatis ad illa*, quæ apponi ſolēt in Bullis SS. Pontificū in materia concernente Regulares, & ſi largo modo poſſint dici ſuſpenſiones, quia ſuſpendunt ab officiis, vel à voce eligendi, &c. tamen ſtricto modo non poſſunt dici tales, cùm ipſæ nunquam incurrantur, ſecundum veriorem opinionem, etiam in conſcientia ipſo iure, ſed ſēper expectanda eſt ſententia declaratoria, vt dixi *ſup. p.2. recoll.11. n.*215. vbi de earum pœnarum abſolutione, quòd eſt verum etiam ſi addita reperianrur in dictis Bullis, illa verba *abſque aliqua declaratione*, vt dixi ſuprà *recoll.1. num.84. & ſeq.* quibus ibi allegatis adde *Scortiam in ſelectas SS. Pontificum conſtit. theoremate 382. ad finem.* & latè poſt ſuprad. *typis* exarata *Theſaurus p.1. de pœnis eccleſ. cap.28. & 29.* & ſi non omninò conueniat cum dictis à nobis *loco ſuprac.* ſicut etiam latius tractando hanc materiam etiam diſcordat *Iſnardus in codice Minimorum* 1. Hoc tamen certum eſt, ex violatione talis pænæ, non incurri irregularitatem, vt infrà cum de irregularitate. quòd ſufficit, vt dictæ pænæ non ſint ſuſpenſiones propriè dictæ, ſcilicèt quatenus cenſuræ ſunt. Quod autem quando in iure, vel aliqua Bulla infertur
810 pœna priuationis vocis, debeat intelligi tantum de actiua, & non de paſsiua, poſt *Garziam, probat Caſtrus Palaus tom.2. tr.13. diſp.6.p.6. num.15.* quamuis contrarium doceat *Leſsius lib.2. de iuſt. cap.34. nu.*105. Hæc doctrina poteſt multū deſeruire pro his, qui ſequuntur opinionem, docentem, ſuffragio actiuo neminem priuari per legem pænalē, antè ſententiam iudicis, ne omnes electiones reddantur incertæ, ſecus de ſuffragio paſſiuo, de qua re *Diana p.1. tr.10. reſol.24.* Reſi-

Reſidentiam abſque legitima cauſa,& ſine ſuperioris licentia non facientes illi,qui beneficia ſæcularia curam animarum habent, & ſi peccent, & ante omnem ſententiam priuentur fructibus dictorum beneficiorum pro rata temporis,quo non reſident non tamen incurrunt aliquam cenſurã ipſo iure, vt habetur in *Concil. Trid. ſeſſ.23. c.1. de reformatione*, vbi hanc reperietis differentiam inter Epiſcopos, ſeù alios cathedralium Eccleſiarum (etiam ſi S.E.R. Cardinales ſint) Præfectos, & alios quoſcunque, qui beneficium aliquod, vt ſuprà ſæculare curam animarum habentẽ,obtinent,quòd Primis cõceditur,vt abſque culpa,& pæna priuationis fructuum, vt ſuprà, poſsint abeſſe per tres menſes. Secundis autem tantum per duos menſes, nam vltrà dictos tres, aut duos mẽſes, vtriſque, non ſufficit legitima cauſa, ſed etiam eſt neceſſaria licentia ſuperioris, qui reſpectu Epiſcopi,eſt Summus Pontifex, ſeù Sacra Congregatio Epiſcoporum,reſpectu verò aliorum inferiorum curam animarum habentium,erit Epiſcopus, imò dicta licentia debet eſſe validè cõceſſa, ſcilicèt abſq. dolo,& fraude,quia tunc nihil ſuffragaretur *Bonac.infracitãdo p.4. n.11. vbi n.n. ſequentibus*,& ſi probet,non ſufficere tacitã, & tantò magis nec petitam, non autem obtentam, concedit tamen in foro conſcientiæ,non eſſe neceſſarium,quòd ſit in ſcriptis Adde ſecundùm communem ſententiam, dictam licentiam etiam pro bimeſtre eſſe

811 neceſſariam in inferioribus curatis, quia ipſum bimeſtre in *dicto cap.1.* illis non conceditur, vt Epiſcopis conceditur trimeſtre,tanquam parua materia, reſpectu totius anni, ſed ſimpliciter decernitur, ibi *diſcedendi licentiam inſcriptis,gratiſque concedendam vltrà bimeſtre tempus, niſi ex graui cauſa,non obtineant,&c.* ita *Sanch.de matrim. lib.3.diſp.31.n.11. Vgol.* Leſsius, *&* Poſſeuin. quos refert,& ſequitur *Barboſa de offic.& poteſtate Epiſcopi allegat.* 53. *num.*96. teſtatur de communi *Theſaurus p. 2. de pænis eccleſ. verbo reſidentia n* 1. ſic fuiſſe per S. Congregationem declaratum,refert *Garzias p.3.c.2 n.23.* Et ſi hac declaratione nõ obſtante contrarium poſt *Nau. & alios*, doceat tamquam probabile *Bonacina opuſculo de beneficiatorum obligatione p.4. num.* 5. quod etiam tenuerunt plures Doctores apud *Graziam loco ſuprac.* ac etiam fatetur eſſe probabilem opinionem *Azor.t.2. lib.7. c.4. quæſito* 10.ex eo, quia, eſt probabile, d. bimeſtre pari modo ratione paruitatis materiæ cõcedi Parocho, ſicut trimeſtre Epiſcopo,quod mihi ſuadent verba illa *eadem omninò*.poſita *à S.Concilio in d.cap.*1. loquens de iſtis Curatis, poſtquam loquutus fuerat de Epiſcopis, quæ comprehendunt omnes caſus,& ſic idem eſt ac ſi dixiſſet ead. *totaliter,ac indiſtinctè* ita enim exponitur dictio illa *omninò. Rolandus conſ.*48. *num.23.& 24.lib.1.Grauetta conſ.* 201. *n.*44. *apud Ciarlinum in ſuis controuerſiis cap.4.n.*21.& ſaltem vt dicit *Layman lib.4.ſuæ theologiæ moralis tr.2. cap.6. ad finem*. Securiſſimum eſt,cuiuſque Diæceſis conſuetudinem hac in re ſequi. Stando tamen in prima opinione; puto pro dicta abſentia in Parocho, non eſſe neceſſariam cauſam legitimã abeſſendi intra dictum bimeſtre, vt de Epiſcopo loquendo,docet idem *Bonacina ſup. num.8. & 9.* & ſequitur cõtrà *Garziã,Theſaurus ſup. cap.1.num.3.* quòd dicitur de Parochis habet

812 locum in eorum coadiutoribus perpetuis: ita declarauit S.Congregatio apud *Scortiam in ſelectas* SS. *Pontificum conſtitutiones theoremate* 253. quã poſt *Barboſam allegat.* 53.*num.*78.& allegat 63.*n.*9. refert *Gauantus verbo* Parochi *non reſident n.*8. his aliis verbis.*Cappellani, & Coadiutores* Parochorum *inſtituti à Sede Apoſtolica tenentur ad perſonalem reſidentiam*. Quo caſu non liberatur à reſidentia ipſe Parochus, ita poſt *Barboſam alleg.53.n.8.Gauantus ibid.n.*19.qui etiam refert deciſum, non poſſe abeſſe Rectorẽ, cui datus eſt Coadiutor,ſecus tamen erit de Parocho, qui Vicarium habet perpetuum,cui tota incumbit cura,vt poſt *Gonzalez ad regulam 8 gloſa 6. num.99. refert deciſum idem Gauantus ſup.n.*14.de qua re habeo declarationem nouiſſimam S. Congregationis Cõcil.ſub die 3.Maij 1642.his verbis *Sacra Congregatio Eminentiſſimorum DD. Cardinaliũ S.Concilii Tridentini interpetrum, reſpondit, Franciſcum* Spaccaſaſſum *firman. Comenda-*

813 *tarium Abbatiæ S. Mariæ de Poſitano Ordinis S. Benedicti, Amalphitanæ Diæceſis, non teneri perſonaliter reſidere, nec per ipſum curam animarum exercere,ſed conſtitui debere Vicarium perpetuum cum congrua aſſignatione ſaltem 50. ſcutorum moneta, qui reſideat, ibique curam animarum, & ſacramentorum adminiſtrationem exerceat. Cardinalis Pamfilius. Franciſcus Paulutius C. Secretarius.* & ſic de facto fuit obſeruatum, conſtituendo dictus Spaccaſaſſus Vicarium perpetuũ approbatum ab Archiepiſcopo Amalfit. Quòd *Vicecuratus non teneatur ad reſidentiam ex edicto, quod fit ad Curatos.* declarauit Congregatio Epiſcoporum 24. Ianuarij 1617.apud *Gauantum verbo Parochorum reſidentia ad finem.* qui *nu.29. & 30.* poſt *Garziam*,refert etiam declaratum,valere conſtitutionem Epiſcopi inhibentis, ne Parochi abſint vltrà duos dies ſine licentia, ſub pæna tamen pecuniaria,quæ non excedat decimã dimidiam,non autem ſub pæna excommunicationis, quæ declaratio an procedat in abſentia per dictos duos dies vltrà bimeſtre vel etiam infrà bimeſtre, patet ex ſupradi-

ctis

ctis,& ex dictis ſuprà *num.*184.vbi explicaui, an vltrà bimeſtre,ratione paruitatis materię poſſit excuſari Parochus, & Epiſcopus abſens per duos, tres, vel plures,paucos tamen dies.) Dixi. quòd *priuantur fructibus pro ra-*
814 *ta temporis ante omnem ſententiam*, ob verba Concilij *in cit. cap.*1. ibi: *eum pro rata temporis abſentiæ fructus ſuos non facere, nec tuta conſcientia,alia etiam declaratione non ſequuta,illos ſibi detinere poſſe, prohibita quacunque conuentione,vel compoſitione, quæ pro fructibus malè perceptis, &c.* & ita docent communiter omnes DD. ſupracitati,præter *Layman lib.*4.*tract.*2.*cap.*6. *num.*6. *ad finem.* qui putat, *eo rigore acceptum non eſſe, ſi per abſentiam, damnum notabile Eccleſiæ illatum non fuit, quando Vicarius interim conſtitutus eſt.* hæc ſunt verba huius authoris, & ſaltem ſecundùm omnium Doctorum ſententiam, poteſt retinere aliquam partem ob alia munia, v.g. recitationis officij,aut alterius pro grege ſuo,operis,tempore abſentię impenſi, *Bonac.ſuprac.p.*4.*de beneficiatorũ onere n.*10. *verſus fin.* vbi idẽ dicit de ſalario dato ſubſtituto. latè *Barboſ.alleg.*53.*n.*191.*& Theſaur. v.reſidentia cap.*1.*&* 2.Qui *Theſaurus* ex eo, quod in c.1. *Concil. Trid.verſ. ſi quis autem.* dicta pæna amiſſionis fructuum pro rata temporis abſentiæ, imponatur, poſt illa verba. *præter alias pænas aduerſus non reſidentes ſub Paulo III. impoſitas, & innouatas,* ſubdit, non per hoc,dictos Epiſcopos,& Curatos, ſi abſque legitima cauſa, vt ſuprà, abfuerint à reſidentia,liberos fore ab alia pæna impoſita in eod. *Concil. Trid.ſeſſ.*6. *cap.*1. nempè ſi ſex menſibus continuis abſint, amittant
815 quartam partem fructuum, & ſi alijs ſex menſibus in tali abſentia perſeuerauerint, amittant aliam quartam partem, & creſcente contumacia Epiſcoporum, certior fiat S. Pontifex,&c.Quamuis enim *cit.cap.*1.*ſeſſ.*6. loquatur de Epiſcopis, Parochis, &c. ex eo, tamen,quòd *in c.*1.*ſeſſ.*23.( in quo eſt ſermo tàm de Epiſcopis, quàm de alijs curatis) fit relatio ad *cit.c.*1.*ſeſſ.*6.per illa verba ſup.relata.*præter alias pænas.*ead.pæna cenſetur etiã repetita reſpectu Curatorum.Hoc apertè ſignificant verba declarationis S. Congregationis relata *à Garzia p.*3.*cap.*2. *ſub num.* 32. vbi quærentibus, *An Epiſcopus procedens per ſubtractionem fructuum aduerſus Parochos non reſidentes iuxtà Concil. Trid. debeat obſeruare interualla, eandemq. rationem,quã contra Epiſcopos non reſidentes,ſtatuit,cap.* 1. *ſeſſ.*6.Reſpondet S. Congregatio.*teneri, quoties in pænam omiſſæ reſidentiæ, & ſubtractionem fructuum,quos ſuos fecerunt;non verò teneri obſeruare dicta interualla in exequutione facienda ſuper illis fructibus, quos Parochi pro rata temporis abſentiæ, ſuos non fecerunt.* Ex illis enim verbis, *quos ſuos fecerũt,*& *quos ſuos non fecerunt,*clarè percipitur, etiam Parochos ligare pænam ſubtractionis fructuum pro abſentia vltrà ſex, vel alios ſex menſes,prout in d. *ſeſſ.*6.*c.*1. diſponitur de Epiſcopo; & dũtaxat differentia ſit inter primã,& ſecundã amiſſionẽ fructuũ,nempè quòd prima ſcilicèt poſt ſex menſes non incurratur,niſi poſt ſentẽtiam,ſecunda autem nempè pro rata &c.incurratur ante omnem ſententiam,vt dixi ſuprà, vndè non requiri-
816 tur neque citatio, neque monitio aliqua, ſed ſufficit ſi citetur ad dicendum cauſam quare, non debeat priuari dictis fructibus pro rata temporis abſentiæ, vt declarauit ead.S.Congreg.apud eundem *Garziam ſup. num.* 37. quæ etiam declarauit, poſſe Epiſcopum ſucceſſorem exequi dictam ratam à Parocho, qui ita abfuit tempore prædeceſſoris,& ſi ab eo non fuiſſet citatus, neque monitus,& nunc reſideat actu, & ſic citatio, & monitio requiritur pro ſubtractione dictæ quartæ partis, & creſcente contumacia vltrà annũ, pro priuatione ipſius Parochiæ. *Garzias loco ſuprac. n.*139. *& latius per Barboſam allegat.* 53. *num.*146. 148. *& ſeq.* Sicut autem iſta rata debet computari à tempore, quo elapſum ſit bimeſtre ( intellige ſi non excuſetur ratione paruitatis temporis,iuxtà ea,quæ dixi ſup.*cit. n.*184. maximè pro foro conſcientiæ.*Garzias ſup.n.*36. *Beya p.*4. *caſu* 2. exempla alia habetis apud *Barboſam cit. allegat.*53.*à num.* ) vt declarauit S.Congregatio apud eundem *Garziam ſuprac.n.*37.ita hæc quarta pars fructuum intelligenda eſt, vt ſit de fructibus etiam futuris,quos reuerſus,ſuos facturus eſt, vel quos aliàs abſens ſuos facturus eſſet, aliàs eſſet eluſoria. *Theſaurus cit.verbo reſidentia cap.*2. *verſ. apparet.*Iſtorum fructuum tàm ipſo iure, quàm poſt ſententiam amiſſorum, applicatio debet fieri fabricæ Eccleſiæ, vel pauperibus Diæceſis,ſi eſt Epiſcopus,qui non reſidet,Si autem eſt Parochus, applicatio debet fieri fabricæ Eccleſiæ parochialis, etiam ſi non indigeat, nec pauperes inueniantur intrà fines Parochiæ, quæ Eccleſia poteſt ſemper indigere,ſaltem quoad ornamenta,vt declarauit S.Congregatio apud eundem *Garziã loco ſuprac.n.*26.vbi quòd hoc caſu nõ poſſit fieri compoſitio, etiã vigore Bullæ Cruciatæ, vel aliarum facultatum, aut priuilegiorum obtentorum in genere. Dixi *beneficia ſæcularia*, quia habentes beneficia Regularia curata, & ſi peccent nõ reſidẽdo,tamen non ſubiacent dictis pænis.*Bonacina ſuprac. num.* 14. *Sopranus apud Fillinccium tr.* 43.*num.*31.*Leſſius lib.*2.*de iuſt.c.*34. *nu.*161.

Reſidentiam non facientes hi, qui obtinent in Cathedralibus,aut Collegiatis,dignitates,canonicatus, præbendas, aut portiones, vltrà tres menſes quolibet anno ( ſaluis tamen cõſtitutionibus Eccleſiarum,quæ longius tempus

pus

Digitized by Google

pus ſeruitij requirunt) *primo anno priuantur dimidia parte fructuum, quos ratione etiam prabendæ, ac reſidentiæ, ſuos fecit,* quod ſi iterum eadem fuerit vſus negligentia, priuatur omnibus fructibus, quos eodem anno lucratus fuerit, creſcente verò contumacia contrà eos iuxtà S.S. Canonum conſtitutiones proceditur (intellige ad priuationem beneficij. *Garzias p.2.cap.2. num.*140. *Barboſa cit.alleg.*t.53.*num.* ) ita *S. Concilium Tridentinum ſeſſ.*14. *cap.*12. *de reformatione.* vbi hæc concluſio ampliatur, etiā ſtāte quolibet ſtatuto, vel cōſuetudine in cōtrarium. Hanc ampliationem in multis Eccleſijs, præſertim Germaniæ, non eſſe receptam; teſtatur *Layman lib.*4.*tr.*2.*c.*6. *p.*2. nam vt ipſe ſubdit, alicubi tantum medio anno, alicubi tantum tribus menſibus reſidere coguntur, qui etiam ex P. *Nau.* addit, eſſe Eccleſias, in quibus vno certo die, verbi gratia, Sancti Michaelis, reſident. Hæc cōcluſio limitatur, vbi fuerit quis abſens ex cauſa legiti-
818 ma, nempè ob vtilitatem Eccleſiæ. *cap.eū non dedeceat de elect. in* 6. item ratione ſtudij per quinquennium, *cap. fin. de magiſtris, adeſt declar. S. Congregationis apud Duranū deciſ.*15.59 quod intelligunt probabiliter aliqui auctores, non ſolum de ſtudio Theologiæ, ſed etiam iuris canonici. *Layman lib.* 1. *tract.*2. *de beneficijs c.*6.*n*5.*verſ. ad quartū.* Vel ex priuilegio, aut particulari conceſſio generali à iure, vel à S. Pōtifice, percipiendi fructus in abſentia. De iure enim habet hoc
818 priuilegium. Primò Canonicus, qui eſt Vicarius Epiſcopi, qui non ſolum percipit fructus in abſentia pro tempore, quo actu aliter occupatur in officio, ſed abſolutè durāte officio, poſt alios Rota apud *Duranum deciſ.*133.*ad finem.* vbi ex hoc arguit, quòd habens Canocicus ſimile indultum à S.Pontifice, intelligi debeat non tantum pro tempore, quo ſit occupatus in officio, ratione cuius ſibi cōceditur indultū, ſed etiā pro tēpore integro, quo durat officium, & *deciſ.*59. habetis, quomodo iuſtificetur ſimile indultum conceſſum Canonico ob familiaritatē Cardinalis Habent etiam ſimile indultum à iure, Papæ, vel Apoſtolicæ Sedis ſeruitio occupati. *cap. ad lecti. & c. ad audientiam de clericis non reſidentibus.* in ſpecie de Cantoribus Cappellæ Papæ, quòd tamquam familiares, habeant tale indultum, fuit deciſum apud *Duranum deciſ.*44.*n.*2 qui id eſſe verū, aſſerit ex declaratione S. Congregationis, etiam in ſubſtituto Diaconi, & Subdiaconi dictæ Cappellæ. Habent etiam idem indultū duo Canonici inſeruientes Epiſcopo, vt habetur *in cap. de cætero, & cap. ad audientiam eod. tit. de clericis non reſidentibus.* ſupponit Rota *cit. deciſ.*44.*num.*3.*apud. Duranum,* & ſi *Gratianus tom.*2.*ſuarum diſcept. forentium cap.* 168. quem non videtur reſpuere *Barboſa ſuprà allegat.*13. *num.*144. *ad finem.* velit, hodie non tutò Epiſcopum vti dicta facultate, inſpecta vbertate redditnum Epiſcopatuū & multitudine peritorum, ſequitur *Alzedus lib.*1. *ſua praxis epiſcopalis cap.*5. *n.* 129. vbi *num. praced.* quod & ſi poſſit aſſumere canonicū doctoralē, vel magiſtralē, non tamen poſſit apud ſe habere curam animarum habentē extrà Diæceſim vltrà bimeſtre, licèt Vicarij, ſeu Secretarij officiū gerat. videte etiā *Layman loco ſuprà c. n.*6. vbi & ſi cōcedat cum *Nau. conſ.*2. *de clericis non reſidentibus.* Prælato Eccleſiæ collegiatę, vt poſſit ſaltem vnum Canonicum occupare in obſequio ſuo, negat tamen ex S, Congregatione id Legato Papæ, ex eo, quòd ſit ſpecialis ratio in Epiſcopo, & ſimili Prælato imò docet Epiſcopum, non poſſe aſſumere ad ſuū ſeruitium Canonicos, & clericos inferioris Eccleſiæ, niſi in caſu, quòd ex cathedrali, idoneos habere non poſſit. Adde, quòd ex legitima cauſa poteſt Epiſcopus concedere, vt Canonicus abſit ab Eccleſia per quatuor menſes, (quòd ego intelligo comprehenſis tribus menſibus conceſſis à Concilio) imò per maius tempus, ſi cauſa legitima, ſit de comprehenſis in *cit. cap. vnico de clericis nō reſidētibus. Barboſa alleg* 53.*n.*142. *&* 144. & ſic nota quòd quando Canonicus vult abeſſe vltrà tres menſes, per notabile tempus, vt infrà, & ſi adſit legitima cauſa, tūc requiritur licentia Epiſcopi, non autem quādo vult abeſſe per tres menſes ſibi conceſſos à Concilio, & ſi hoc caſu, ſit obſeruandū, ꝙ nō eod. tēpore abſint oēs, ne Eccleſia deſtituatur debito ſeruitio, ſed abeſſe debet eo tempore, quo remaneat ea pars, quæ arbitrio Epiſcopi videtur ſufficiens pro dicto ſeruitio Eccleſiæ, qui Epiſopus etiam debet aduertere, ne dicta abſentia contingat in Natali, Paſcha, & alijs ſimilibns feſtiuitatibus ſollemnioribus, vt ex S. Cōgregatione poſt *Garziā, refert Barboſa in collect. Bullarum, & decretorum verbo canonici* 2. Alias autem cauſas legitimas, ex quibus & ſi abſens à loco Canonicus, & alij, qui ſuprà, lucrētur tamen fructus, enumerant DD. ſupracitati, qui agunt de abſente ob timorem peſtis, præcipuè *Layman, Garzias, Barboſa, & Sanch. lib.*2. *opuſc. mor. c.*2. vbi de abſentia, rōne Concilij Generalis, vel lectionis theologię, aut concionis. Sed nota, quòd abſentes à loco beneficij ex cauſis, de quibus ſup. licèt lucrentur fructus, regulariter tamen
819 non lucrantur diſtributiones quotidianas, vt per DD. ſupracitatos communiter, & præcipuè *Sanch.* qui agit *dub.*93. de abſente ratione negotiorū Eccleſię, & *dub.* 95. de abſente ratione ſtudij, lectionis theologię, ſeruitij Epiſcopi, vel Papę. Amplia primò

etiam

Digitized by Google

etiam contraria conſuetudine, vel ſtatuto
Eccleſiæ exiſtente, eſt communis opinio, vt
teſtatur *Layman cit. cap. 7. n. 3. ad finem.* qui
tamen fatetur, contrariam opinionem eſſe
probabilem, quam opinionem ſequitur *Sā-
chez ſupra dub. 93. verſ. nota.* In caſu, quo Ca
nonicus abeſſet ex cauſa negotiorum Eccle
ſiæ. Nota ꝙ S. Congregatio Concil. decla-
rauit, non prodeſſe dictam conſuetudinem,
ſi eſſet, quòd illis tribus menſibus lucretur
Canonicus abſens diſtributiones, refert *Bar-
boſa in collect. Bullarum, & Decretorum, ver-
bo Canonici 2.* Ampliatur ſecundò, etiam ſi
priuilegium conceſſum ſit, vt poſsit inſerui-
re per ſubſtitutum *Sanchez loco ſuprac. dub.
96.* vbi idem dicit eſſe obſeruandum, ſi pri-
uilegium eſſet de percipiendis fructibus, ac
ſi reſideret, & præſens eſſet, niſi quoque ad-
derentur iſta alia verba, *& diuinis officiis in-
tereſſet.* proſequitur aliis allegatis *Barboſa
ſuprac. cit. allegatione 53. n. 135.* Ampliatur ter-
tiò, etiam quando abſens à loco, ibi infirma
retur, vel vacaret negotiis Eccleſiæ, ita ut ſi
foret præſens in loco, nequiret intereſſe di-
uinis officiis, quia licèt quando præſens eſ-
ſet in loco, hæ cauſę, vt infrà, eſſent ſufficiē-
tes, vt poſsint non intereſſendo, lucrari di-
ſtributiones, tamen non ſunt ſufficientes,
dum eſt abſens, ita ſupponunt Doctores om
nes, & præcipuè *Layman loco ſuprac, & cla-
rius explicat Theſaurus cit. c. 3. verſ. ex dictis*
Hæc concluſio ſit ampliata. Limitatur vbi
fructus omnes canonicatus, ſeù præbendæ
820 conſiſterent in diſtributionibus quotidia-
nis: nàm iſto caſu, qui poteſt ex cauſa le-
gitima abeſſe, recipiet duas partes tantum
dictarum diſtributionum, tertia parte accre
ſcente intereſſentibus, vt poſt alios refert de-
ciſum, *Barboſa cit. alleg. 53. num. 124. & 142.*
Limita ſecundò in canonicatibus Eccleſiæ
collegiatæ, quando collegiata eſt Ruralis, &
propter ruinam amplius ex conſuetudine
non reſideatur, vel & quando illius red-
ditus ſunt ita tenues, quòd non ſufficiant ad
ſubſtentationem victus, & adſit conſuetudo
immemorabilis non reſidendi, ita declara-
uit S. Congregatio apud *Barboſam in collect.
Bullarii, & Decretorum v. Reſidentia prope
finē.* Fructus præbendæ, quibus priuātur Ca-
nonici non reſidentes in loco vltrà tres mē-
ſes, non explicat *Concilium*, cui ſint appli-
candi ab Ordinario, & licèt Nau. velit, quòd
ex quacunque cauſa Canonicus non faciat
fructus ſuos, facienda ſit reſtitutio aliis Ca-
821 nonicis, tamen communis ſententia eſt,
quòd ſint dicti fructus applicandi fabricæ
Eccleſiæ, cuius eſt Canonicus, vel præben-
da, aut pauperibus, ſicut dixi ſuprà, de habē-
tibus beneficium curatum. ita *Sanchez lib. 2.
opuſculorum moral. cap. 2. dub. 88. ad finem. &
Barboſa cit. allegat. 53. n. 150.* qui *poſt Garziā,
& Armendar,* refert deciſum, dictos fructus
applicandos eſſe in vsū Eccleſiæ, atq. illius
vtilitatē, & ſubdit quoq. Epiſcopū in ſen-
tentia poſſe illā applicationē minuere, vel au
gere, nō tamen in totum tollere, vndè poſſe
applicari Eccleſiæ, vel alteri loco pio. dixit
*Gratianus tom. 5. diſceptat. forenſium cap. 990.*
Notanter dixi *in ſententia*, quia iſta pœna
priuationis fructuum ex cauſa non reſiden-
822 tiæ, non eſt latæ ſententiæ, & ſic non in-
curritur ipſo facto, & ſi habeat rationem la-
tæ ſententiæ, quatenus ad hanc priuationē
non requiratur monitio, ſed ſufficiat citatio
ad dicendum cauſam, quare non debeat
priuari: ita ex Sacra Congregatione *Gar-
zias p. 3. de benef. cap. 2. n. 145. apud Theſauru
par. 2. de pœnis eccleſiaſticis verbo reſidentia,
cap. 3. num. 4. de qua re etiam Barboſa ſuprac.
allegat. 53. n.* *Gratianus ſuprac. cap. 990.* &
*Bonacina de onere, & obligatione beneficiato-
rum p. 3. num. 17. verſ. reſpondeo.* Qui *ibid. ad
finem.* ex Sacra Congregatione ſubdit, non
eſſe priuandum d. fructibus, Canonicum,
vltrà tres menſes, per aliquos dies duntaxat
abſentem. Dixi *Quibus Canonici non reſiden
tes, &c.* quia ex aliis cauſis poſſunt priuari di
ctis fructibus ipſo facto, ita ut in conſcientia
teneantur Canonici illos reſtituere Eccle-
ſiæ, & paperibus, nempè ratione non recita-
tionis diuini officii. vel quia ſunt excommu
nicati, &c. de quibus caſibus loquitur *San-
chez cit. dub. 88.* & latius agimus cùm de ho-
ris canonicis. Hucuſque loquutus ſum de
abſente à loco, quia præſens in loco cano-
nicatus, vel alterius ſimilis beneficii, ſem-
per lucratur fructus, & tantum ſi abſque le-
gitima cauſa non intereſt diuinis officiis, eſt
823 aliis officiādo, amittit diſtributiones quo-
tidianas, quæ accreſcunt aliis intereſſenti-
bus, quacunque colluſione, aut remiſſione
excluſa, vt habet Concil. Trid. *ſuprac. cap. 12
verſus finem.* vbi etiam reprobat quæcunq.
ſtatuta, vel conſuetudines in contrarium, ꝙ
in ſpecie quomodo intelligendum, ſit, expli
cat *Sanchez cit. lib. 2. opuſculorum moral. c. 2.
dub. 110.* & latius pro declaratione totius
huius concluſionis videndus *Barboſa, poſt S.
Congregationem, Rotam, & alios ſuprac. alleg.
53. n. 140. & 152. & 154.* vbi habetis, quomo
do intelligatur Decretū aliud *Concil. Trid.*
diſponens, quòd diſtributiones quotidianæ
non intereſſentium diuinis officiis, applica-
ri debeant fabricæ Eccleſiæ, quatenus indi-
gent, vel altero pio loco, ad arbitrium Epi-
ſcopi, de qua re etiam agit *Sanchez ſuprac.
dub. 88. nu. 4.* qui optimè *dub. 109.* ſubdit, ꝙ
vbi d. diſtributiones accreſcūt intereſſētibus,
nō prohibētur ipſi intereſsētes, poſtquā ipſas
realiter acceperūt, eaſdē donare ei, qui illas
amiſit, & per conſequens non prohibeatur
hic, talem donationem accipere, dumodo

Iiii non

Digitized by Google

non præceſſerit pactū inter eos ante dictam
reſtitutionem, quia tunc eſſet colluſio ma
nifeſta. Notanter addidi ly *ſi abſque legitima
cauſa non intereſſet, &c.* quia ſi adeſſet legi-
824 tima cauſa, nempè infirmitatis (quod eſt
verum, & ſi ex ſua culpa infirmitatem ac-
quiſiuiſſet, vt per *Sāchez loc. ſupr. ac. dub. 91.*)
vel negotiorū Eccleſiæ, aut iniuſtæ carcera-
tionis, vel cenſuræ, non intereſſet in choro
diuinis officiis, lucraretur diſtributiones, vt
per *Sanchez ſupr. ac. dub. 90. 91. & 93.* latius
per *Barboſam cit. allegatione 53. à num. 134.*
Adde, eſſe cauſam etiam legitimam ad hūc
effectum, vbi propter impedimentum pro-
ueniens ex facto Capituli iniuſto, v.g. ob li-
tem, non potuit intereſſe, nam ſi eſt præſens
in loco, & per eum non ſtetit, lucrabitur di-
ſtributiones, ita poſt *Rotam apud Seraph. de-
ciſ. 1239. n. 2. & Burattam deciſ. 204. num. 5.* no-
tat *Theſaurus alib. cap. 3. ad finem.* Addo vnū
caſum, in quo abſque legitima cauſa non
intereſſens, etiam lucratur diſtributionum
partem, & eſt is, de quo ſup. n. 820. quando
ſcilicet fructus Canonicatus omnes conſi-
ſterent in diſtributionibus, vt per *Sanchez
loco ſupr. ac. dub. 111.* nam quando beneficiū
nullos alios fructus habet, quam diſtributio-
nes, tunc illæ habentur loco fructuum, ſicu-
ti etiam quando in Canonicatibus, non
adeſt certa præbenda, diſtributiones dicun-
tur habere rationem præbendæ, vt per *Rotā
apud Dunozam deciſ. 188. num. 98. & ſeq.* vbi
ex hac ratione infert, prædia aſsignata pro
diſtributionibus, ſi illi ſufficiant pro compe-
tenti victu, habenda pro dote dictæ dignita-
tis, itaut per talem aſsignationē acquiratur
825 aſsignatariis ius patronat. Quādo autē di-
cunt Doctores, requiri intereſſentiam in
choro ad lucrandas diſtributiones, intelli-
gunt prout loquitur *Concilium loco ſupr. ac.*
nempè non ſolum cantando cum aliis, vt
per *Sanchez, & Barboſam locis ſupra citatis*
ſed etiam vt ita interſint cum habitu cano-
nicali, & ſuperpelliceo, quia aliàs debēt pū-
ctari, ita declerauit Sacra Congregatio Ri-
tuum in [illegible] *Sarzan* 2. Martii 1633. Quo-
modo autem intelligantur illa verba Con-
cilii in eod. *cap. 12.* ibi *omnia verò diuina per
826 ſe, & non per ſubſtitutos compellantur obi-
re, aſſiſtendo* declarauit S. Cōgregatio apud
*Garziam cit. cap. 2. num. 503. & Bonacinam ſu-
pra q. 4. ſub num. 15. his verbis: Porrò facul-
tatem ſubſtituendi in ſeruitio Canonicatus
quempiam alium Canonicum, qui eo tempore
non ſit abſens, Sacra Congregatio exiſti-
mauit nimimè illud negādū eſſe.* & ſic ita ſub-
ſtituendo lucratur diſtributiones. Quòd pa
ri paſſu cum diſtributionibus ambulent, re-
827 licta Canonicis pro Anniuerſariis defun-
ctorum, quoad intereſſentiam, vt ſupra [illegible]

quiſita, notat *Sāchez loco ſupr. ac. dub. 105.* &
habetur expreſsè in *c. unico de clericis non
reſidentibus in 6.* latius *Perez de Anniuerſa-
riis, & Cappellaniis lib. 1. c. 17.* vbi benè decla
rat, qn pars iſtorū relictorū non intereſſentiū.
(intellige iuxtà *Sanchez loco proximè cit.*
828 abſq; legitima cauſa) accreſcat, vel nō accre
ſcat intereſſentibus, nō enim accreſcit, quā-
do teſtator iuſsit dari cuilibet clerico, ſeù
Canonico talis Eccleſiæ pro anniuerſario,
&c. Accreſcit autē qn̄ cōiunctim clericis lo-
ci, vel Canonicis alicuius Eccleſiæ pro anni-
uerſario celebrādo, teſtator iuſsit dari, &c. vt
ſuprà. Ac idē dicit obſeruandū in cereis, vel
candelis, quæ dantur Canonicis, qui vadunt
perſonaliter ad ſuperādū corpus defūcti, &
eis quoq. quæ relinquūtur p ſeptimonono,
tricesimo, vel alio die. Hæc *Perez.* Tādē pro
cōplemento huius materiæ, nota, *Barboſ. in
collect. an. Bellarum, & Decret. verbo reſiden-
tia* referre poſt *Garziā, & Armēdar.* decisū,
Canonicos preſentes, nō per hoc, nō intereſ-
ſēdo, excuſari ex eo, quia nō curāt amittere
diſtributiones, quia *vt ipſemet ex ead. Cōgre-
gatione poſt Paſerium, declarat ibid. verbo Ca-
829 nonici reſidētes.* hoc caſu nō ſolū Canonici
peccāt, ſed etiā poſsūt puniri, qn̄ antem pec-
cēt mortaliter, vel venialiter, explicat *San-
chez cit. cap. 2. dub. 112.* qui poſt relatas tres
opiniones circà hunc articulum, concludit,
quòd ſi propter talem, abſentiam, non læ-
deretur notabiliter cultus diuinus, nec adeſ
ſet contemptus, tales non peccarent morta
liter, ſed tantum venialiter.

S

SAcerdos, aut quiſquam Baptiſmum, vel
alia Sacramenta prò pretio adminiſtrans,
& ſi regulariter non ſit ſuſpenſus, aut excō-
municatus ipſo iure, tamen eſt ſuſpenden-
dus à diuinis, ita poſt *Vgolinum de ſimonia
tab. 1. c. 6. num. 8. Bellettus p. 2. ſuæ diſquiſitio-
nis clericalis* § 31. *num. 9. allegans plura iura
decreti* 1. q. 1. & *decretalium ſub tit. de ſimonia,*
quæ cùm non loquantur de ſuſpenſione
ſed de depoſitione (quæ differt a ſuſpenſio-
ne, ſaltem quia depoſitus celebrando non
efficitur irregularis, ſicut ſuſpenſus) quali
pœna eſt digna regulariter ſimonia, extra
tres caſus, ſ. in benefic. ordine, & ingreſſu
Religionis, de quibus aliàs ſup. Præſuppo-
no enim primò hic pro Sacramentis intel-
ligi materiam illorum propinquam, quæ in
actione tranſeunte conſiſtit in cæteris Sa-
cramentis, excepto Euchariſtia, non autem
remotam, vt explicat *Laymen lib. 4. tract. 10.
830 num. 33. & ſeq.* Ac dictum pretiū recipi
tanquam pretium ipſorum, ſecus ſi recipia-
tur pro pretio laboris, qui in ipſis impendi-
tur, vel vt ſtipendiū ſuſtentationis, vt poſt
alios

Digitized by Google

alios, declarat *Sanchez lib. 2. opuſcul. moral. c. 3. dub. 7.* & dixi in *meo tract. de officio Cappellani q. 6. ſect. 2.* qui *Sanch. dub. 19.* loquẽdo de Epiſcopo, vel eius miniſtris accipiẽtibus aliquod ſtipendiũ ſubſtentationis pro ordinũ collatione (vbi idẽ dicit de Epiſcopo titulari, probat cõmittere ſimoniã de iure eccleſiaſtico, & ſi excuſet dantes, bona fide dictis Epiſcopis titularibus. Adde ſi reciperetur ob conſuetudinem laudabilem pia, &
831 ſpontanea deuotione fidelium introducta ab ipſis laicis, vt per *Marcellum Vulpe in ſua praxi fori eccleſiaſtici cap. 14. n. 2. & ſeq.* vbi declarat, qualis ſit laudabilis conſuetudo, & quæ non laudabilis in iſta materia, nã circa Sacramentum ordinis, vt aliàs dixi, nõ valet aliqua cõſuetudo Sum. n. Pontifex iubet obſeruari d. cõſuetudinẽ in *c. ad Apoſtolicã 42. de ſimonia,* vbi *gloſa litt. D.* ſubdit, videtur, ꝙ clerici nihil petere poſsint pro talibus Sacramẽtis, ſi verò cõſuetudo *laudabilis ſuper his obſeruari cõſueuit, quòd per Superiorẽ cogi poſſunt* (ſupple laici) *officio iudicis implorato ad illam ſeruandam, quæ ex pietate introducta eſt.* proſequitur *Bellett. loc. ſupracit. & Sanch. loco ſuprac. dub. 11. n. 12.* qui *n. 9.* tra-
832 dit duas regulas ad reſoluẽdos (vt ipſe ait) multos caſus de ſimonia. *Prima eſt, quòd eũ multis titulis, poſſit temporale dari, dum ſpirituale recipitur, ſcilicèt per modum ſubſtentationis, vel liberalis doni ad gratiam referendam, vel ineundam, vel per modum eleemoſinæ, vel per modum reuerentiæ, & honeſtatis. vel pro ſolutione obligationis legis, vel conſuetudinis; Nullus horum conſtituit ſimoniam, ſed tantum quando datur temporale pro ſpirituali, vt pretium. Secunda, quòd miniſtrans ſpiritualia, accipiat temporalia, non detorquendo intentionem, ideſt non intentione emendi, vel vendendi, ſed dicendo. Accipio hoc, ſicut ſolent communiter clerici probi accipere, non eſt ſimonia.* Hæc *Sanchez,* qui ſupponere debet in hac ſecũda regula, dationẽ tẽporalẽ actu eſſe ſpontaneam, vel ex aliquo titulo, de quo in prima regula. De datione ad redim. vexationem, agit *ibid idem author dub. 8. & 9.* Hanc
833 Sacramentorum venditionem, & emptionem eſſe ſimoniam de iure diuino, & naturali, eſt certum apud oẽs, qui idẽ dicũt de ſacramentalibus, vt per *Sanchez loco ſuprac. dub. 15. Layman. ſup. & Villalobos tr. 32. diffic. 9.* Qui *Sanchez dub. 8.* tractat articulũ illum, an liceat pretium offerre pro Sacramentis miniſtrandis ad redimendã vexationem, & concludit, probabilem eſſe opinionem affirmatiuam, non ſolum pro paruulo extremè indigente, ſcilicèt in articulo mortis, ſed etiam in adulto, qui poteſt per contritionem ſaluari, intellige vt explicat *Villalobos ſup. difficult.* 10. dando cũ intentione remouendi duntaxat impedimentum, & ſic redimendi vexationem. latè *Layman lib. 4. tr. 10. c. vlt. n. 21.* qualis autẽ debeat eſſe iſta vexatio, vide, quæ (& ſi loquendo in materia electionis) diſcurrit acutiſsimè, vt aſſolet noſter *Paſqualiquus in dec. ſuis moralibus dec. 31. & ſeq.* Dixi *& ſi regulariter,* quia fallit hæc concluſio in Sacramento ordinis, de qua re ſuprà *Ordinatus.* Hæc cõcluſio eſt cõtrà *Sotum lib. 9. de iuſt. q. 8. art. 2. propè finem,* docentem, omnem ſimoniacum incurrere excommunicationem *extrau. 2. de ſimonia,* quẽ reijcit *Sanchez loco ſuprac. dub. 107.* docens cum communi, pœnas ipſo facto contrà ſimoniacos in extrauag. latas, & alibi in iure, ligare tantum ſimoniacos in ordine, beneficio, & Religione, ac etiã probaui in *meo tr. de officio Cappellani q. 6. ſect. 6.* vbi quòd
834 hic, beneficiorum appellatione non veniant prælaturæ, & officia Regularia, quã opinionẽ poſtea & ſi nõ me citato, ſequitur *Diana p. 4. tr. 4. reſol. 156.* eſt etiã cõtrà alios, qui docuerunt, pœnas cõtrà ſimoniacos in alijs materijs, præter ꝙ in ordine beneficio, & ingreſſu Religionis, pluribus in iuribus antiquis, latas per modum comminationis, & ſic ferendæ ſententiæ, hodiè per *d. extrau. 2.* in qua à S. P. cõfirmãtur, & innouantur d. pœnæ, incurri ipſo iure, quos authores, cũ eorũ doctrina, impugnat poſt alios *Benac. t. 3. diſp. 2. q. 3. p. 24. num. 18. & ſeq.* Quòd neque
835 ante ſententiam iudicis, quis teneatur reſtituere pretium ſimoniacè receptum, extrà ſimoniam in ordine beneficio, & Religionis ingreſſu, dicit eſſe probabiliorem opinionem *Sanchez ſuprac. c. 3. dub. 111. num. 5. & dub. 113.* Adde habere locum etiam hoc
836 caſu doctrinã de paruitate materiæ, quæ licèt excuſet in foro fori, tũ non excuſat in foro conſcientiæ à peccato mortali, vt dixi *p. 1. recoll. 7. n. 36.* & proſequitur, me citato *Diana p. 5. tr. 5. reſol. 2.* & ſi contrariã opinionem dicat eſſe probabilẽ, ſed magis cõſtanter illã probat *Paſqualiq. ſup. deciſ. 478. & ſeq.* qui hoc dicit verum *deciſ. 381.* quando præcedit pactum. Immiſcẽtes Sacramenta, vel ſacramentalia in ſortilegijs, etiam ſine inuocatione Demonis ad ea, quæ de ſui natura facere non poteſt, ſecundum opinionem, quam ſequitur praxis, puniuntur ab Inquiſitoribus S. Fidei, vt poſt alios oſtendit *Diana p. 4. tr. 4. reſol. 13. & 14.* vbi idẽ docet de admiſcẽtibus in d. ſortilegiis verba ſacra, & Reliquias Sãctorũ, latè *Farin. q. 181. de hæreſi à n. 15.* vbi habetis, quòd ſic abutentes Sacramento altaris, traditur curiæ ſæculari, videte etiã eũdem *p. 1. praxis q. 20. à n. 85.* An autem idem
837 ſit de vendentibus Sacramenta ad talem finem, conſulenda eſt praxis. Hoc enim eſt certum, id eſſe ſacrilegiũ, & ſi ita venderetur Sacram. Euchariſtiæ. ſubbit *Laym. loco ſuprac. num. 35.* eſſet ſacrilegium geminũ, &



Digitized by Google

peccatum ſimile proditioni Iudæ, quamujs pecca um Iudæ propriè non fuit ſimoniæ, quandoquidem ipſe, Chriſtum vendidit Iudeis, tanquam naturalem hominem, ſine vlla extimatione ſanctitatis, Diuinitatis, alteriuſque ſpiritualitatis. Hæc *Layman.*

838 Sacerdos Miſſam inceptam ſine graui cauſa dimittere præſumens, eſt ipſo iure ſuſpenſus à celebratione Miſſarum. *cap. nullus Epiſcopus de conſecratione diſt.* 1. Hanc eſſe ſuſpenſionem, vt ſup. partialem, non autem excommunicationem minorem, vt aliqui dixerunt, nec excomm. maiorem, vt alij nituntur probare (forſan ex *tex. in can. nihil ad finem* 7. *q.*1. qui textus eſt ſumptus *à Concil. Toletano* 7. *cap.* 2. quod non eſt generale, ſed prouinciale, vt infrà. *hoc eod. verbo ad fin.* quam opin. ſequuta aliquãdo fuit *Rota p.*1. *diuerſ. deciſ.* 426. *n.* 6. vbi tenuit collationẽ beneficij factã tali Sacerdoti eſſe nullã.) Hãc noſtrã cõcluſionẽ poſt *Nau. Fillius. & alios,* quos citat. dicit, eſſe probabiliorem *Bonac. t.* 3. *diſp.* 3 *q.* 3. *p.* 2. *n.* 6. *& Theſaur. p.* 2. *de pœnis eccleſiaſticis verbo Miſſa cap.* 3. *verſ. ſed quæres.* teſtatur de veriori. Ex quo ſequitur, dictum Sacerdotem dictam ſuſpẽſionem violantem per celebrationem Miſſæ, incurrere irregularitatem, ad quam incurrendam, ſufficit quòd quis violet ſuſpẽſionem per exercitium ordinis ſacri, ex qua

839 ratione etiã ſequitur, ſuſpenſum à ſuſceptione Sacramentorum non incurrere irregularitatem, ſuſcipiendo illa abſque dicto exercitio ordinis, vt benè contrà *Bonacinã aduertit Diana p.* 5. *tract.* 10. *reſol.* 26. Vndè quia in caſu iſto noſtro, tantũ talis Sacerdos ſuſpenditur à celebratione Miſſarum, ſumendo Euchariſtiam, more laicorum, nõ ſolum non incurrit irregularitatem aliquã, ſed neque etiam peccat, vt per *Bonacinam loco ſuprac. num.* 4. Ex cuius ratione (quæ eſt quòd in dicto canone fertur ſuſpenſio à corpore, & ſanguine Chriſti, quæ duo ſuſcipiunt Sacerdotes ſoli in Miſſa) ſequitur, neque incurrere irregularitatem, aut peccare ſumendo etiam Euchariſtiam non more laicorum, ſed Sacerdotum cum ſtola, quia per hoc, talis non ſumit, corpus, & ſanguinẽ, vt loquitur tex. Quidquid ſit de illo articulo, an ſuſceptio Euchariſtiæ facta à Sacerdote cum ſtola, ſit exercitium ordis, necne, de quo infrà cum de irregularitate, pro nunc, nota, plures Doctores docere apud *Dianam p.* 1. *tr.* 14. *de celebrat. Miſſarum reſol.*

830 20. Sacerdotem Euchariſtiam ſumentem ab alio miniſtro ob deuotionem, non teneri illam ſumere cum ſtola, & proinde hoc caſu nullum commicti peccatum, vt ſubdit *Theſaurus loco citato cap.* 4. *verſ. limita* 3. de qua re *Perſiens de officio Sacerdotis lib.* 1. *c.* 4. *n.* 11. *&* 12. vbi teſtatur de communi, & probabiliori, & ſi *n.* 14. ſubdat, quòd vbi eſſet conſuetudo recepta, & abſque magna difficultate, & incomodo, ſeruari poſſet, eſſe probabile, illam non ſeruari, fore pecc. mortale. Adde, talem ſuſpenſum à celebratione Miſſarum, neque eſſe priuatum iure eligendi, quia neque d. iure priuatur ſuſpenſus ab ordine, vt poſt *Corneyo, probat Diana p.* 5. *tract.* 16. *reſol.* 11. Et quia ead. ſuſpenſio in *cit. can. nullus,* expreſsè fertur contrà Epiſcopũ, Miſſam inchoatam, relinquẽtẽ vt ſup. abſq. graui cauſa, imperfectam? Aduerte, per dictã ſuſpenſionem non prohiberi Pontificalia exercere, vt per *Bonacinam ſup. q.* 2. *p.* 2. *n.* 2. vbi *num. ſeq.* contrarium probat in caſu, quo Epiſcopus eſſet ſuſpenſus ab ordine ſacerdotali, tractat *Bonacina loco ſuprac.* has quæſtiunculas, occaſione alterius ſimilis, ſuſpenſionis per annum latæ contrà Epiſcopũ ordinantẽ, irrationabiliter inuitũ, de qua ſu-

832 ſpenſione non feci mẽtionem ſuprà, quia vt ibid. *Bonacina* notat, & ſi communiter per DD. hæc pœna inter ſuſpenſiones enumeretur, tamen ex verbis *tex. in cap. Epiſcopus. diſt.* 74. in qua fundant DD. ipſam ſuſpenſionem, non probatur, dictam pœnam habere vim ſuſpenſionis, ſed potius ſimplicis prohibitionis, ita dicit *Bonacina,* & nõ d. pœnam non eſſe in vſu, vt illi id tribuit *Theſaurus ſup. verbo ordo cap.* 8. *n.* 4. Ab hac ſuſpenſione, quòd poſsit abſoluere Epiſcopus, etiã quando caſus non eſt occultus, probat *Bonacina* ex eo, quia in d. textu, nulla reperitur facta reſeruatio, quòd eſt verum ſecundùm opinionẽ probabilẽ, nõ ſolũ vbi lata fuit ob cõtumaciã, ſed etiã vbi lata fuit vt pura pœna ſed indefinitè, quia ſi eſt lata ad certum tẽpus, vel exprimendo perpetuitatem, quæ ſignificant, authorem canonis ſibi reſeruare abſolutionem, non poteſt ſe ingerere Epiſcopus, vbi caſus non eſt occultus, vt per *Layman lib.* 1. *tract.* 5. *cap.* 4. *de ſuſpenſione ſub num.* 3. teſtatur de communi *Theſaurus p.* 1. *cap.* 24. §. 4. vnde ſequitur, quòd ſi Epiſcopus in illam inciderit, poſsit abſolui per cõfeſſarium à ſe electum, cùm id totum poſsit hoc modo cum ſe ipſo, quòd poteſt cum ſibi ſubditis, vt dixi *p.* 2. *recoll.* 9. *num.* 83. item ſi Sacerdos iſte eſſet Regularis, poterit abſolui à ſuo Prælato, & ipſe Prælatus à proprio confeſſario, nam ipſe Prælatus reſpectu ſuorum ſubditorum Regularium, habet eandẽ authoritatẽ, ac Epiſcopus ergà ſuos ſubditos diæceſanos; Nõ vigore conceſsionis factæ à Pio V. Ordini Prædicatorum quam communicant aliæ Religiones, vt vult *Portellius verbo Prælati poteſtas ad abſoluendos ſuos ſubditos in principio.* ſed eò quia habent iuriſdictionem epiſcopalem. *Lezana p.* 1. *cap.* 10. *num.* 30. & aliàs à me ſæpè dictum fuit. Difficultas eſt inter DD. an id poſsint etiã Parochi,

Digitized by Google

835 rochi, & alij confeſſarij, ſicut dicitur de excommunicatione non reſeruata, quæ difficultas procedit, vbi ſuſpenſio eſt ſimpliciter lata ſicut in caſu noſtro, & non ad tempus certum, quo caſu eſt certum, ab illa non poſſe Parochum, vel confeſſarium abſoluere infrà dictum tempus, cùm neque poſſit ab ea abſoluere Epiſcopus, & elapſo dicto tempore nõ eſt neceſſaria aliqua abſolutio, vt dixi ſuprà, & ibi allegatis accedit *Bonacina cit. q.3. p.3. ad finem.* Hanc difficultatem tractat *Diana p.5. tr.10. reſol.23.* qui more ſuo, refert authores tàm pro opinione affirmatiua, quàm negatiua, non explicat autem an vtraque ſit probabilis, vel vna, alia probabilior, ſed *Theſaur. ampliat.4.* loquendo de caſibus, in quibus vt ſuprà explicaui, caſus eſt publicus, aſſerit, probabilem eſſe opinionem, idem poſſe Parochum, vel confeſſarium in foro conſcientiæ, & ſi fateatur, contrariam opinionem eſſe communem, & quidem licèt pro parte negatiua illa afferatur in medium ratio, quòd abſolutio à ſuſpenſione non neceſſaria ſit vt præcedat abſolutionem peccatorum, ſicut abſolutio ab excommunicatione. Tamen pro parte affirmatiua, allegari poteſt ratio expreſſa in *cap. nuper 29. ad finem ex. de ſententia excommunicationis* (vbi tribuitur etiam expreſsè dicta facultas eodem modo Epiſcopo, quàm proprio Sacerdoti, & tamen certum eſt, Epiſcopum poſſe abſoluere etiam extrà Sacramentum confeſsionis) ibi *quia tamen conditor canonis eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi.* ergo dato, ac conceſſo, diſpoſitionem *dicti cap. nuper*, habere locũ in ſuſpenſione (de interdicto infrà ſuo loco, pro nunc videte *Dianam cit. tract. 10. reſol. 71. & Theſaurum cit. cap. 24. § 6.*) concedi debet, id poſſe in foro conſcientiæ, etiam quẽlibet confeſſarium, ſicut id poteſt tàm in foro fori, quàm in foro poli Epiſcopus, vel eius Vicarius. Cauſa autẽ grauis relinquẽ-
836 di Miſſam imperfectam poſt conſecrationem (quo caſu incurritur ſuſpenſio iſta, nõ autẽ ante conſecrationem, vt benè ſupponit *Bonacina cit. p.1. verſ. Hanc tamen limitationem.*) excuſans à dicta pæna, non ſolum erit morbus improuiſus, metus mortis, ſed etiã ſi ſuperuenerit excommunicatus denunciatus, qui non vellet exire, aut quia aduertit ſe nõ ieiunũ, irregularẽ, aut vinculo cẽſuræ, aut etiã peccato lethali obſtrictũ, vel Eccleſiam eſſe pollutam, aut interdictam, ita *Bonacina cit. p.2. n.2.* Nota quòd & ſi iſtis caſibus, & alijs, de quibus latè *Fagũd. lib.3. in primũ præcepti Eccleſiæ c. 19. 20. & 21.* poſsit Sacerdos relinquere Miſſam inchoatã, etiam poſt cõſecrationem alterius, vel vtriuſque ſpeciei, tamen ad hoc non tenetur, ſed poteſt abſq; incurſu d. ſuſpenſionis, ac alicuius culpæ cũ ſola cõtritione progredi (vbi illa eſt neceſſaria) ad abſoluendã Miſsã, nàm tũc neceſsitas ſacrificij perficiendi, eſt cauſa ſufficiens ad excuſandum dictum Sacerdotem, vt eſt communis ſententia, teſte *Perſico in ſuo tr. de officio Sacerdotis lib.1. cap.2. n.108.* vbi *n. ſeq.* Ampliat etiam ad eum caſum, quòd ſine ſcandalo, aut nota, poſſet ibi in altari confiteri, v. g. quia cantat Miſſam ſollemnem, in qua aſſiſtentes ſolent eſſe Sacerdotes, & *num.122.* tangit caſum de recordante, vt ſu-
837 prà poſt conſecrationem, ſe non eſſe Sacerdotem ob id, quod non tetigit materiã, vel ob alium defectum ſubſtantialem (de quare etiã *Ioannes Baptiſta de Bertis in ſuis reſolutionibus moralibus ſacrificij Miſſæ q.1. art.1. dub.2.*) & concludit, hoc caſu debere deponere conſcientiam, & perficere ſacrificiũ inchoatũ. Sicut *n.123. ad finẽ.* de eo, qui poſt conſecrationem, ante tamen communionem, recordatur peccati mortalis obliti in confeſsione, de quo non poteſt habere contritionem, ac dicit, eſſe veram illã ſententiam, quæ docet, hoc caſu etiam ſi id accidat ante conſecrationem, poſſe Sacerdotem Euchariſtiam ſumere abſque nouo peccato, de quo articulo *Diana par.4. tract.4. reſol.98.* fauẽt etiã DD. apud *Dianam p.2. tr. 14. reſol.48. & p.5 tract.34. reſol.5* qui aſſerunt, hoc caſu non teneri Sacerdotem contritionis actum elicere, qui etiam idem dicunt de ſæculari, qui poſitus ad ſcamnũ cõmunionis, immediatè recepturus ſit Euchariſtiam, & ſi ipſe in ea opinione videatur reſidere, quando adeſſet periculum ſcandali in relinquendo Miſſam imperfectam, vel in exeundo à Scamno communionis, imò quod talis non teneatur ſtatim poſt Miſſam confiteri, probant alij Doctores apud eundem *Dianam cit. p.2. tract.14. reſol.6. & p.5. tr.14. reſol.6.* De caſu, quo poſt conſecrationem intret excommunicatus euitandus, & non vult exire, poſſe ſcilicèt Sacerdotem Miſsã perficere, egi *ſup. recoll.3. à num.224.* quibus ibi allegatis accedit *Diana p.6. tract.9. reſol. 92.* Quid faciendum vbi Sacerdos poſt ſumptionem corporis, & ſanguinis vrgeatur ſputo, vel tuſſi, aut ſcreatione, aut patiatur vomitũ, vel quid ſimile. *Io. Baptiſta Bertis loco ſupra cit. q.5. art.6. dub.4. & 5.* De modo ſupplendi ab alio ſacerdote dictum ſacrificium inceptum, præter ea, quæ dixi in meo *tract. de offic. Cappellani q.8. ſect.14. ad finem.* vide *Bertis ſupra c. q.1. art.2. dub.15. Fagũdez ſup. c. 19. & Perſicũ vbi ſup.* Qui *Bonac.* ex eo, quòd ad incurrendam hanc ſuſpenſionem requiratur in dicto textu præſumptio, concludit, ad euitandam dictam pænam, ſufficere in relinquente Miſſam vt ſup. inchoatam, cauſam talem, ob quam Sacerdos bona fide

ſibi

Digitized by Google

ſibi perſuadeat, neceſſarium ſibi eſſe, dictam Miſſam inchoatam dimittere, vbi remiſſiuè etiam tangit caſum, de neceſsitate baptizandi infantem morientem. Addo, id eſſe verū etiam ſi ex tali dimiſsione ſequeretur ſcandalum, quia tunc & ſi peccaret, non tamen eſſet peccatum dimiſsionis Miſſæ inchoatæ, abſque cauſa legitima, ſed peccatum ſcandali, & proindè non incurreret ſuſpenſionem. An ceſſante ſcandalo, Sacerdos poſt inchoatam Miſſam, ſi recordetur ante conſecrationem alicuius peccati mortalis obliti, teneatur relinquere Miſſam imperfectam, vt confiteatur, vel ſufficiat elicere actum contritionis, tractat ex profeſso. *Perſicus in ſuo tract. de officio Sacerdotis lib. 1. cap. 2. nu.* 114. vbi & ſi referat authores docentes poſse, ac alios qui dicunt debere perficere ſacrificiū, tñ cōcludit, probabiliorem eſse opinionem illorum, qui liberum relinquunt Sacerdoti, vel perficere ſacrificium, vel illud inchoatum relinquere. Qui id extendit *num.* 112. quòd etiam quando dicta recordatio ſit ſtatim
838 poſt introitum, vel poſtquā induerit veſtes ſacras, & poſſit commodè habere confeſſariū, recedēdo ab altari, vel in eod. altari, aut exuendo ſe veſtibus ſacris, ꝙ nō tenetur Sacerdos ad hoc, cū practicè, & moraliter, nūquam ferè hoc fieri poſſit, ſine aliquo ſcādalo adſtantiū, ſaltem miniſtri, quòd etiā videtur ſequi *Diana p. 3. tract. 4. reſol.* 77. & ſi *ibid. reſol.* 78. contrariam ſententiā dicat eſſe probabiliorē. Qui *Perſicus* licèt *ibid. n.* 119. hoc caſu, vbi ceſsat periculum ſcādali, dicat eſſe probabilē opinionem, teneri Sacerdotē ante cōſecrationē recordātē, ſe nō eſse ieiunū, vel excōmunicatū, aut ſuſpenſū, vel irregularem, Miſſam relinquere imperfectam, fatetur tamen, cōtrariā opinionē eſſe quoq. probabilem, quam opinionem loquendo de non ieiuno ſequitur poſt *Trappoſitum, Diana p. 4. tract. 3. reſol.* 104. *ad finem.* qui contrarium ſupponit, vt dixi ſuprà, quādo dicta recordatio ſit poſt conſecrationem *p. 2. tr. 14. reſolut. 66. ad finem.* in quibus reſolutionibus agit de cauſis, in quibus poteſt quis Miſſam celebrare non ieiunus, de quibus etiam poſt alios, agūt *Marchinus tract.* 4. *de ordine p. 3. cap. 3. & Bellettus p. 2. ſua diſquiſit.* §. 38. *nu.* 7. qui etiam *Perſicus ibid. n.* 122. probat, data opinione probabiliori de recordante ſe eſse excommunicatum, vel ſuſpenſum ante conſecrationem, quòd ſcilicèt teneatur Miſsam relinquere, ſi id poteſt facere abſq. ſcandalo, & ſui nota, tantum eo caſu Sacerdotem peccare perficiendo Miſsam, non autem incurrere irregularitatem. Nota *Bonacinam cit. p. 2. num. 1. verſ. hac propoſitio.* putare, non improbabiliter concluſionem noſtram principalem de ſuſpenſione incurrēda ab eo, qui Miſsam vt ſuprà inchoatam poſt conſecrationem dimittit; intelligi poſse, tantum in eo caſu, quo ea intentione dimitteretur, at ab alio Sacerdote perficiatur, ob illa verba canonis, ibi. *vt ab alio Epiſcopo, vel Præsbytero Miſſarum ſollemnia ſuppleantur.* ſed vt verum fatear, nullam video huius intellectus probabilitatem. Ex quo *n.* in dicto canone tantū excipiatur caſus ſuperuenientiæ alicuius paſsionis in Sacerdote, ob quam non poſsit proſequi Miſsam, ſequitur, quòd ex quauis cauſa, Sacerdos relinquat Miſsam incompletam, dum poteſt illā proſequi vſque ad finem, incurrat ſuſpenſionem, iuxtà regulam *tex. in can. Dominus* 23. *q.* 7. ad hoc citatum ab *Abbate in cap. ſi verò el 1. de ſent. excommunicat.* exceptionem
839 ſcilicèt firmare regulā in alijs non exceptuatis. Ex eo autē, quod dixi, *incurri dictā ſuſpenſionem vbi poſt conſecrationem Sacerdos relinquit Miſſam imperfectam.* Non ſequitur, quòd relinquendo ita ante conſecrationē, abſque etiam cauſa rationabili, non peccet mortaliter, cùm ſemper faciat contrà ſubſtantiam Miſſæ, vt poſt *Nau.* habet *Marchinus tract. 3. p. 3. cap. 16. de ordine,* qui pro hoc caſu, ſcilicèt ante conſecrationem, explicandus eſt, dum ſubdit, *talem nullam de facto incurrere excommunicationem, quia citata iura ſolum ſtatuunt, talem Sacerdotem eſſe excommunicandum, & ab officio remouendum.* nam vt dixi ſuprà, contrà Sacerdotem, poſt conſecrationem illam relinquens imperfectam, imponitur illa ſuſpenſio, quæ eſt latæ, non ferendæ ſententiæ, vt ſupponit *Bonacina,* & clarius expreſsit *Theſaur. cit. loco* pro noſtra concluſione, & docet *Bellettus p. 2.* §. 18. *n.* 27. An & quādo Miſsam ceptam poſſit, & debeat Sacerdos ante conſecrationē relinquere imperfectam, & iterum illam inchoare. *Facūd. lib. 3. in praecep. eccleſ. c. n. Bonac. cit. p. 2. n. 2. ad fin. & Marcb. cit. c. 16.* Qui poſt *Azor. Nau. & Rodriq.* ait, quòd ſi vel cœtus peregrinorum, qui alias Miſſa carerent in die de præcepto, Cardinalis, Epiſcopus, Dux, Marchio, vel Comes acceſſerit, & peteret, Miſsam ceptam inchoari, poſse, & deberi hoc à Sacerdote fieri, etiam ſi ſit dicta epiſtola. Sed de hac re videte *Bellettum p. 2. ſua diſquiſitionis clericalis* §. 28. *ſub n.* 4. vbi refert caſus, in quibus Sacerdos poteſt duas Miſsas eod. die celebrare ob ſupradictas, & alias cauſas ſimiles, & poſtea ſubdit hæc verba. *In ſupradictis autem caſibus, & ſimilibus, ſi peracta ſit conſecratio, vel cepta, debet Miſſam finire, & poſtea poterit aliam incipere, ſi verò Euangelium dictum ſit, vel canon inceptus, aut finitus, poterit ea iterum repetere, & Miſſam ab introitu incipere, vt aduertit Henriq. in ſumma lib. 9. c. 30. n. 7. At ſi tantum epiſtola ſit finita, neceſſe non erit Miſſam reſumere, cùm eod. ſufficiat ad impletionē*

pra-

Digitized by Google

*præcepti, neque enim epiſtola videtur pars notabilis, &c.* Sed quod dicitur de Marchione, Duce,&c. intellige, vbi in d. loco eſt dominus in temporalibus.

Sacerdos Miſſam celebrans, & ſine cauſa
841 legitima, in ea non ſe communicans, eſt ſuſpenſus per annum à communione *cap. relatum §. non ne, de conſecratione diſt. 2. Bellettus p. 2. ſua diſquiſitionis clericalis §. 28 n. 9. & Bonacina tom. 3 diſp. 3. q. 3, p. 3,* qui poſt *Alter.* pro ſuſpenſione à communione, intelligit ſuſpenſionem à celebratione Miſſæ, & ſic à communione more Sacerdotum, non autē more laicorum (vt ſuprà *concluſ. præced.* explicaui.) Sed contraria opinio, ſcilicèt eſſe talem ſuſpenſum à communione, ſimpliciter, etiam more laicorum eſt magis conformis verbis, & rationi dicti textus, ibi *in ipſa, quâ ſe indecenter priuauit gratia communionis, vno anno repulſum ſe noverit.* Sed iſte non peccauit ſolum in celebratione, ſed etiam in communione; ergò, ad hoc vt puniatur in eo, quo deliquit, debet eſſe priuatus etiam communione, more laicorum, quare aliqui docuerunt, iſtam non eſſe verā ſuſpenſionem, ſed potius excommunicationem minorem, vel etiam maiorem, ſed neque hoc videtur verum, quia excommunicatio non fertur ad tempus, ſed indefinitè, & tolli debet per abſolutionem, at iſta pœna finito anno ceſſat. Vndè *Maiolus lib. 3. de irregular. cap. 16. n. 2.* dum aſſerit, talem Sacerdotem eſſe ipſo iure excommunicatum, nō habet fundamentum, iure communi inſpecto, ſed forſan in iure ſpeciali alicuius Diœceſis, vel Prouinciæ. Imò addo *cit. can. relatum*, eſſe canonem non Concilij generalis, ſed Prouincialis, ſcilicèt Toletani, vt dixi ſup. *recoll. 4. verbo extrahētes ad finem,* & per conſequens non eſt recenſenda talis
642 ſuſpenſio inter ſuſpenſiones iuris communis; vt benè obſeruat *Theſaurus p. 2. de pœnis eccleſiaſticis, verbo Miſſa cap. 2.* tunc autem dicitur, non ſe communicare Sacerdos in Miſſa, quando conſecrauit vtramque ſpeciem, corpus ſcilicèt, & ſanguinem Chriſti, & dictam vtramq. ſpeciem non ſumpſit, vndè ſequitur, quòd ſufficit ad incurrendā hanc pœnam in ſua Prouincia, ſi vnam ſpeciem ex duabus conſecratis, non ſumpſerit, & è contrario, quòd illam non incurrat, ſi ex inaduertentia vnam tantum ſpeciem conſecrauit, & illam tantum ſumpſit. ita *Bonacina ſuprac. p. 3. n. 2.* qui ſubdit, quòd quoties quis conſecrauit vtramque ſpeciem, ſed vnā tantum ſumpſit, remaneat ſuſpenſus à communione illius ſpeciei, reſpectiuè dumtaxat, quā nō ſumpſit. Cōtrariū autē præſupponit *Bellettus loco ſuprac.* & alij, qui referunt dictam ſuſpenſionem, his verbis, *Celebrans, & non ſumens corpus, & ſanguinem D. N. ſiue ſumens corpus ſine ſanguine, eſt à communione per annum ſuſpenſus*, eſtque magis conforme verbis dicti textus, ibi *ſe à communione ſe ſuſpenderit,* quæ intelligi debent ſecundum eandem ſubiectam materiam, & per conſequens de communione ſolita, quam tenetur ex præcepto Sacerdos facere in Miſſa, quæ eſt vtriuſque ſpeciei, nàm vt inquit *D. Thomas 3. p. q. 80. art. 12.* & proſequuntur ibid. DD. cōmuniter, & habetur per *Villalob. p. 1 ſumma tract. 7. diff. 44. n. 1.* ſicut pro integritate ſacrificij requiritur, vt vna ſpecies nō conſecretur ſine alia, ita etiam requiritur pro integritate eiuſdem ſacrificij, vt vna nō conſumetur ſine alia, excipe tamen caſum, vbi Sacerdos ſumpto iam corpore, videt per inconſiderationem ſe conſecraſſe in calice ſolum aquā, quo caſu, & ſi tunc deberet ſecundum omnes, ponere vinum in calice cum aqua, & conſecrare (licèt inter authores ſit diſſenſio, vtrum talis conſecratio debeat incipere ab illis verbis *Pridiè quàm pateretur,* vel ſufficiat incipere ab illis *Simili modo, &c.*) tamen vt benè poſt *Nau. & Silueſt.* habet *Diana p. 1. tract. 14 de celebrat. Miſſarum reſol. 79. ad finem* Sacerdos non peccaret mortaliter, vbi ei id acciderit, & perturbatus ex inopinato caſu, non conſecraret vinum, ſed dictam aquam ſumeret. Ex quibus deſumitur, quòd iſtud ſit grauiſsimū peccatum ſacrilegij, vt dicitur in *cap. comperimus de conſecratione diſt. 2.* ex cuius verbis, rectè arguit *Marchinus tract. 3. de ordine p. 2. cap. 2.* contra *Suarez,* hanc obligationem ſumendi vtramque ſpeciem à ſe conſecratam, eſſe non iuris humani, ſed diuini, & proinde eſſe partem
843 ſacrificij eſſentialē. Qui *ibid. c. 3. n. 1.* ſubdit, in caſu, quo Sacerdos poſt conſecrationem ſub vtraque ſpecie nihil ſumeret, ſacrificij ſubſtantiam tolli, & ſic ſacrificiū, quò ad ſubſtantiam, non eſſe validum, non autē vbi vnicā ſolam ſpeciē conſumeret, relicta alia, vnde hoc caſu talis mitius veniret puniendus. Notanter addidi, *à ſe conſecratam*, nā ipſe *Marchinus cit. cap. 3. n. 3.* contrà *Henriq. Bonacinam & Stephanum* Fagundez probat, non eſſe verum ſacrificiū vbi Sacerdos Hoſtiam à ſe iā cōſecratā, in pixidē reponeret,
844 & ſumeret aliā ab alio, vel à ſe ipſo pridiè conſecratam. Non eſt tamen obligatus Sacerdos conſumere totam quantitatem materiæ ab eod. conſecratæ, vndè deficientibus particulis, fas ei eſt partem Hoſtiæ à ſe conſecratæ præbere laico, ſiuè cauſa infirmitatis, ſiuè cauſa deuotionis, volenti communicare, vt poſt noſtrum *Dianam, & alios,* probat *Marchinus loco ſuprac. c. 4. ad finem.* Qui *num. 14. & ſeq.* tractat articulum illum, an oblatione Hoſtiæ grandioris iam facta, ſi
845 offerantur Sacerdoti particulę pro communicandis laicis, poſſit illas conſecrare, & non ſolum contrà *Bonacinam* docet

Digitized by Google

uet affirmatiuam ſententiam, ſed etiam
contra Bonacinam, & Dianam, probat, id li-
cere etiam poſt præfationem, oblatione illa-
rum mente concepta, quia vt ipſe ſubdit,
neque de neceſsitate ſacrificii, neque ex vi
legis præceptiuæ, dictâ particularũ oblatio,
debet coniungi cum oblatione Hoſtiæ gran
dioris, neque apparet ratio maior, cur ante
præfationem id admitti debeat, minimè ve-
rò poſt ceptam præfationem, & proindè ſuf-
ficere debet, eaſque ſimul tempore conſecra
tionis in eod. corporali reperiri, vt omnes verba
conſecratoria æqualiter recipiant, & ſequi-
tur nouiſſimè idem Diana p. 6. tract. 6. reſol.
7. Cauſa legitima excuſans à culpa ſacrilegii
vt ſuprà in hoc caſu, qualis ſit, patet ex dictis
ſuprà concluſ. præced. ſufficit enim, quòd im-
pedimentum ſit tale, vt impediat, ne ſacrum
ceptum finiatur, nec tale impedimentum ce-
dat in contemptum fidei, vt poſt Diaz in
ſua practica criminali cap. 46. n. 3. notat Belle
ctus ſupra n. 26. Dato autem, hanc ſuſpen-
ſionem eſſe vniuerſalem, ſecundum com-
munem opinionem, infrà annum non po-
846 teſt abſolui, niſi à S. Pontifice, vt alias di-
xi, generaliter loquẽdo de ſuſpenſione lata
prò certo tempore, vbi etiam ſubdidi, quòd
tranſacto dicto tempore, illa ceſſet abſque
alia abſolutione. At in terminis huius ſu-
ſpenſionis loquendo. Bonacina cit. p. 3. ad fin.
ſubdit, non eſſe improbabilem opinionem,
poſſe infrà dictum tempus etiam abſolui ab
Epiſcopo, quod neceſſariò debet intelligi, vbi
caſus eſt publicus, nam certum eſt, Epiſcopũ
poſſe abſoluere, quando caſus eſt occultus,
ex Concilij Tridentini ſeſſ. 14. c. 6. Quod autẽ
magis peccet Sacerdos ſimulans cõſecrare,
ſed nõ cõſecrans in Miſsa, ex eo quod ſit in pec
cato mortali quàm conſecrans; dixi in tr. de
officio Cappellani q. 8. n. 23. vbi etiam de Sa-
cerdote porrigente hoſtiam non conſecra-
tam pro conſecrata mulieri, quam cogit ma
ritus ad communicandũ, vel alteri occulto
peccatori petenti ſibi communionẽ dari, pro-
pter vitandã infamiã; de qua re agit Diana
nõ ſolum loco ſupr. cit. allegatus, ſed etiã p. 4.
tract. 4. reſol. 47. qui primo loco, loquendo
de caſu ſcilicèt porrigentis, &c. dum aſſerit,
eſse probabiliorem opinionem negatiuam,
videtur concedere, eſse quoque probabilẽ
opinionem affirmatiuam, quam citata re-
ſol. 47. fatetur, ſe non audire, illam nota im-
probabilitatis incurrere. Ex rationibus tamen
vtroq. loco ab eo allatis, poteſt lector perci-
pere, an ſit periculum idolatriæ, & per cõſe-
quens ſit ſuſpectus de hæreſi, ille Sacer-
dos, qui non conſecrans in Miſsa, eleuat
847 particulam non conſecratam, & extra-
ctã à tabernaculo, ante Hoſtiam grandio-
rem non conſecratam; ſicut eſt ſuſpectus
de hæreſi, ſecundum eundem authorem, ead. p.
4. tract. 7. reſol. 12. ad finem. ille Sacerdos, qui
ex ead. cauſa, quòd ſit in peccato mortali,
verba conſecrationis profert, non ſuper Ho
ſtiam, quam eleuando oſtendit populo, ſed
ſuper particulam iam conſecratam, quam
extraxit è tabernaculo. Dixi ſit ſuſpectus
de hæreſi, quia certum eſt peccare mortali-
ter non conſecrando, &c. vt per Ioannem
Baptiſtam de Bertis in ſuis reſolut. moralibus
Miſſæ ſup. Ex rationibus adductis per Dianã
locis ſupracitatis. colligi etiam poteſt, an ſit
abſque graui ſcrupulo id, quod aliquando
audiui obſeruatum, eo caſu, quod abſq. ſcan
dalo non poteſt fieri, quin non exponatur
Sanctiſsimum, tempore veſpertino, & Sacer-
dos mane oblitus fuit conſecrare, Hoſtiam
magnam, ſcilicèt exponere ante Hoſtiam
848 magnam particulam conſecratam.
Sacerdos Miſsã celebrare præſumẽs in al
tari non conſecrato, ſeù extrà Eccleſiam, &
locum ſacrum conſecratum, ſeù benedictũ,
non eſt ſuſpenſus ipſo iure, ſed ſuſpenden-
dus à Diuinis, & alijs pœnis, Epiſcopi arbi-
trio puniendus: ita poſt Diaz, Bellettus p. 2.
ſua diſquiſitionis clericalis §. 24. n. 19. vbi idẽ
dicit de celebrante in Oratorijs priuatis abſ-
que licentia, aut ſine aqua, aut igne, vel in
pane fermentato, ſeù vaſe ad id inepto, &
ſine debitis circunſtantijs, ritibus, cæremo-
nijs, & præcibus, quæ ab Eccleſia probatæ, &
frequenti, ac laudabili vſu recepta ſunt. Al-
legans ad hoc quædam iura Decreti ſub ti-
tulo de conſecratione diſt. 1. & Concilium Tri-
dent. ſeſſ. 22. in decreto de obſeruandis, & vi-
tãdis in celebrat. Miſſar. vbi imponitur Ordi
narijs, vt prò delegati à ſacroſancta Synodo po-
teſtate. ac etiam vti delegati Sedis Apoſtolicæ,
prohibeant, mãdent, corrigant, ſtatuant, atque
ad ea inuiolabiliter obſeruanda, cenſuris eccle-
ſiaſticis, aliiſque pœnis, quæ illorum arbitrio
conſtituentur, fidelẽ populum compellant. &c.
& in dictis iuribus vel comminantur pœ-
næ depoſitionis, vel excommunicationis.
Tamen vt benè cõcludit poſt Rodriq. Suar.
& Fagũdez, Perſicus lib. 1. de officio Sacerdotis
c. 6. n. 11. cõtrà Sacerdotem, vt ſuprà celebrã-
tem extrà locum ſacrũ, non imponitur ali-
qua pœna, vel cenſura ipſo iure, & tex. in
cap. Epiſcoporum de priuilegijs in 6. addu-
ctus ab aduerſarijs, loquitur de celebran-
te in loco interdicto, quòd eſt diuerſum à
caſu noſtro. Vndè neceſse eſt, vt loquatur
Bellettus iuxtà praxim, qua inſpecta, in ſi-
milibus caſibus, pro ſimilibus criminibus ſo-
let imponi ſuſpenſio à Diuinis, ad hoc vt
quis puniatur in eo, in quò deliquit, & pra-
848 xis, ac obſeruantia (vt habetur in l. de in-
terpretatione, vbi Bart. ff. de legibus, & in c. cũ
dilectis ext. de conſuetudine, cũ alijs allegatis à
Ceſpedes reſ. 123. n. 9.) eſt optima legũ interpres.
Hoc autẽ facere ſine licẽtia Epiſcopi, vel gra
ui

Digitized by Google

ui neceſsitate,eſſe pecc.mort, docēt frequē
tius authores, quos ſeqtur *Perſic.loc.ſuprac.*
849 *n.8. & 9.* ꝙ an ſit verum,etiā ſecluſo ſcan
dalo, ac contemptu, quando non intercedit
iuſta cauſa,quærit in terminis celebrationis
extrà Eccleſiam, ſeù locum ſacrum, noſter
*Diana par.1.tract.14.reſol.38.* qui contrà *So-
tum,& Emanuel Sà.* Reſpondet affirmatiuè.
& probat, & ſi non eum citet, *Marchinus
de ordine tract.3.p.3.cap.11. num.1.* ac etiam
*Perſicus ſup.n.7.* hāc ſententiā nō improbā-
do, firmat opinionem, quod ſit peccatum
mortale celebrare in loco non ſacro abſq.
licētia Epiſcopi,vel magna neceſſitate. Dixi,
*quādo nō intercedit iuſta cauſa*,quia illa inter
850 cedēte,veluti ſi aliàs, milites in caſtris ca-
rerent Miſſa die feſto, niſi Miſſa celebrare-
tur in tentorijs,vel ſub diu, vel ſi nauigātes
appellerēt ad aliquod littus in aliqua ſollē-
ni feſtiuitate, aut per plures dies Miſſa carue
runt, aut multitudo foret tàm magna. vt
Eccleſia illam capere non poſſet, aut tem-
pore peſtilentiæ, vel Eccleſia in aliquo
oppido corruiſſet,& nō ſit ibi alia Eccleſia,
& ſimil. De quibus per *noſtrum Paſ-
qualiqum in ſuis deciſionibus moralibus de-
ciſ.167. & ſequentibus.* qui id admittit pro
*Duce*, & alijs exercitus Superioribus maio-
ribus, etiam in die non fæſto, ſi velint illam
audire ex deuotione, & tantò magis ( ego
adderē ) ad implorandā diuinam opem. Et
in ſpecie *deciſ.168.* probat, id licere in dictis
caſibus,quando neceſsitas eſt euidens, etiā
851 ſine licentia Epiſcopi, quòd videtur etiā
admittere *P.Naldus loco infracitando n.33.*
qui benè declarat, hoc intelligi dummodo
adſit altare portatile,vt vulgo dicitur *la pie-
tra ſacrata.* Ego id autem admitterem quan
do Epiſcopus, vel Ordinarius non poteſt fa-
cilè adiri, ſecus ſi poteſt facilè adiri, nàm
*Concil. Trident. in ſupracit. Decreto.* tribuit
hanc facultatem Epiſcopo pro caſu neceſsi-
tatis tantum, & per conſequens reſtricta fuit
facultas ſibi data à iure,non in totū,vt vide-
tur aſſerere *Marchinus cit.c.9 ſub n.2.* ſed prò
caſu ſolum, vbi adeſſet neceſsitas euidens,
ſi ergò qñ adeſt euidēs neceſſitas, & poſſet
facilè Epiſcopus,vel eius Vicarius adiri,non
teneretur quis petere d. licentiam, fruſtra-
toria eſſet dicta conceſsio S. Concilij facta
Ordinarijs pro exequutione prohibitionis,
&c. *Dixi celebratione extrà locū ſacrū.* quia
diuerſa eſt ratio de celebratione in Oratorio
852 priuato,extra caſus neceſsitatis,de quibus
ſup.in quibus,ſicut nō prohibetur vt ſup.ce
lebratio in plateis,vel tentorijs,& littore, ita
eſſet quoq.licita in Oratorio priuato. Adeſt
Decretū Sacræ Cōgreg.Cōcil.ſub Paulo V.
latum à noſtro P. *Naldo verbo Miſſa nu. 31.
& ab eod. Paſqualiquo deciſ. 165.* vbi prohi-
betur omninò Epiſcopis,ne concedāt licen
tiam ibi celebrandi,& reſeruatur Sanctæ Se-
di Apoſtolicæ facultas, d. licētiā cōcedendi.
Vndè certū eſt, ꝙ hodiè ſecluſo ſcādalo, ac
cōtēptu, ac ſtante iuſta cauſa,non poſsit ali-
quis poſt dictum Decretum, abſque pec-
cato ibi celebrare,ſine licentia S. Pontificis,
& dubitant tantū DD. an poſt dictū decre-
tum,fas ſit Epiſcopo pro aliquibus vicibus,
in caſibus neceſſitatis concedere dictam
facultatem v. g. infirmitatis diuturnæ in
aliqua perſona, ex aliqua cauſa inſigni, vt
videre eſt apud *Paſqualiq.* qui affirmat *ſup.
dec.170. & ſeq.* Nomine autem Oratorij pri
853 uati non venit oratorium, quòd & ſi ſit
priuatæ domus, tamen eſt permanenter di-
catū cultui Diuino,& habet quoq. ingreſsū
expoſitum in loco publico, ita vt quilibet
ingredi poſsit, hoc enim dicitur Oratoriū
publicum, quod arbitrio Ordinarij viſitan-
tis,poteſt declarari aptum,& habile vt Miſ-
ſæ in eo celebrentur, vt dixit *Naldus ſupra
cit.loco n.32.ad finem & Paſqualiq.ſup.deciſ.*
113.& ſi dicat,hoc non reperiſſe in termi-
nis apud DD. Secundò non venit locus de-
putatus ab Epiſcopo in ſuo palatio, vbi ha-
854 bitat,non ſolum pro caſu infirmitatis, aut
alterius neceſsitatis, ſed pro ſuo libito, &
commoditate, quia ibi poteſt tùm per ſe
ipſum,tùm per alium celebrare abſque licē-
tia Summi Pontificis, ex priuilegio particu-
lari Altaris portatilis, quod habet locum,
etiam dum eſſet in itinere. *cap. quoniam de
priuilegijs*,habetur *per Marchin. ſuprac.c.9.
num. 11. in principio*, & latius per *noſtrum
Paſqualiquum ſuprac.deciſ.55. vbi deciſ.ſeq.*
ampliat,etiā eo caſu, ꝙ Epiſcopus fuerit ex-
trà Diæceſim. Tertiò nō veniunt Oratoria à
Regularibus in ſuis domibus, prædijs, vel
Grācijs deputata ad diuinū cultū cū licētia
Generalis,vel Prouincialis,vt per *Nald. loco
ſuprac. nu.33. Lezanam p.1. cap.21. num.14.
Marchinū ſuprac.cap.9. ſub n.12. & Paſqua-
liqum deciſ. 175.* quia in eis poſsunt cele-
brare, & celebrari facere per alios Sacer-
dotes extraneos abſque licentia Epiſcopi, &
hoc intelligitur etiam pro diebus ſollemnio-
ribus,in quibus prohibetur celebrari in ora-
torijs priuatis, quia vt dixi ſuprà,non veniūt
appellatione oratorij priuati. Quòd id face-
re poſsint in Grācijs,& prædijs, etiam abſq.
licentia Epiſcopi. *Lezana p.1.cap.21. nu.15.
& Diana p.6. tract.8. reſol.30. & ſeq.ad me-
dium.* ſicuti in dictis oratorijs Monaſterio-
rū,& Granciarū, ꝙ poſſint etiam alij ſæcu-
lares celebrare,patet ex notatis *à Perſico ſu-
prà nu.44.ad finem.* Qui *Paſqualiq. & Mar-
chinus*, referunt etiam priuilegium conceſ-
ſum dictis Regularibus faciendi celebrare,
vel celebrandi,vt ſuprà cum altari portatili
in cubiculo proprio, durante infirmitate,
quòd eſt verum etiam ſi reperirentur infir-

Kkkk mi

Digitized by Google

mi in domibus ſæcularium, vt eſt videre in ſpecie apud *Paſqualiqum dec.* 177. vbi *decſ. ſeq.* probat, hoc priuilegium communicare etiam moniales ſubiectas dictis Regularibus. Ac etiam probabiliter exiſtimat, per Concil. Trident. non eſſe reuocatum priuilegium ipſorum Regularium, celebrandi in quocunque loco honeſto cum altari portatili, ſaltem non contradicentibus Epiſcopis, intellige extra Miſſiones, quia in Miſſionibus poſſunt abſque dubio, altari portatili vti, vt contra aliquos, qui volebant hoc priuilegium non communicare alios Regulares miſſionarios, habetur per *Lezanam loco ſuprac.* & clarè ſupponit *Perſicus* Ieſuita *lib.*1. *cap.*6. *ſub num.*49. *de offic. Sacerdotis.* Tandem nota; ita eſſe verum, quòd non liceat Sacerdoti celebrare, niſi ſeruatis Eccleſiæ præceptis, ſcilicèt niſi azimum panē habeat, ac vinū vitis, & veſtes omnes ſacras,
856 vt neque ſine illis, nequeat apud Anglos Turcas, & ſimiles, ad ſolamen fidelium ibi exiſtentium, abſque illis celebrare; vt per *Marchinum tract.*2. *de ordine p.*3. *cap.*14. *ad finem.* intellige niſi adſit S.P. diſpenſatio.

Sacerdos celebrans Miſſam ſine ſtola, excommunicationi ſubiacet ex Concil. Bracarenſi in *cap. eccleſiaſtica diſt.*23. quam excōmunicationem aliqui volunt ſignificare; ſuſpenſionē à diuinis. Sed vt bene poſt *Suarez* aduertit *Theſaurus p.*2. *de pænis eccleſiaſticis cap.*3. *in* 1. *limit.* illud Concil. eſt Prouinciale, & per conſequens non ligat extrà Prouinciam illam; erit tamen dictus defectus ſcienter commiſſus, peccatum mortale ob ritum Eccleſiæ vniuerſalis, vt ſubdit idē author, imò ſi deſit ſtola debet vti manipulo pro ſtola, vt euitet peccatum, ita poſt *Layman*, & alios etiā notat *ibid. Theſaur. limit.* 2. de qua re ante eū agit *Diana p.*1. *tr.*14. *reſol.*57. vbi idem putat probabiliter, vbi Sacerdos vteretur in caſu neceſſitatis dicta ſtola, vel manipulo, aut alijs veſtibus ſacerdotalibus nō benedictis. Dixi *celebrans Miſsā,*
857 quia ſi tantum extrà Miſſam ſumeret Euchariſtiam ob infirmitatem, vel aliam rationabilem cauſam (veluti in die Iouis Sancti) abſque ſtola, non peccaret neque venialiter, vt dixi ſuprà, quibus ibi allegatis accedit *Marchinus tract.* 2. *de ordine p.*8. *cap.*8. *ſub num.*6. contrà *Fagundez* contendentē, eſſe peccatum lethale. Subdit tamen *Marchinus vbi ſup.* ſe non excuſare à pecc. veniali eum, qui ſtola non vteretur in adminiſtranda Euchariſtia, ob antiquiſsimum Eccleſiæ ritum à S. P. Paulo V. in Rituali Romano nouiſsimè inculcatum.

Sacerdos, Miſſas plures celebrans eodem die, extra diem Natiuitatis D.N.I.Chriſti, & ſi peccet mortaliter, & veniat puniendus grauiter, tamen non incurrit aliquam cenſurā, aut irregularitatem; vt probaui *in tract. de officio Cappellani q.*8. *num.*130. quibus ibi allegatis accedit *Theſaurus p.*2. *de pænis eccleſiaſticis verbo Miſſa cap.*5. vbi hoc intelligit, niſi condemnatus fuerit ad triremes, prout ob hoc crimen, quando ſcilicèt ob lucrum, quis celebrauit pluries eod. die, condemnari, ſolitam fuiſſe Curiam Archiepiſcopalem Neapolit. teſtatur *Genuenſis in ſua praxi cap.*65. ſcilicèt per triennium cum ſuſpenſione à Miſſæ celebratione, & proſequūtur *Riccius p.*1. *praxis decſ.*351. *Molfeſius par.* 1. *ſumma tract.*3. *cap.*10. *num.*42. & *Bellettus loco infrac.* nam hac pæna damnatus, incurrit hoc titulo ſpecialiter, infamiæ pænam, &
858 per conſequens irregularitatem, etiam à triremibus poſtea liberatus, vt dicam infrà cum de irregularitate. videte pro nunc Doctores citatos per *Dianam p.*4. *tract.*2. *reſol.*83. qui & ſi dicat, vtramque opinionem eſſe probabilem, tamen in facti contingentia cuiuſdā Sacerdotis, qui dictā pænam iam abſoluerat, ad quam neque condemnatus fuerat ob crimen ad S Inquiſitionem ſpectans, vt loquitur *Diana*, neque ob hoc delictum celebrandi pluries, vt loquitur *Theſaurus*, tamen nunquam fuit admiſsus ad celebrandum, niſi obtenta diſpenſatione à S. P. Nota tamen, quòd hodiè, vt audiui à fide dignis, non punitur hoc crimen per d. Curiā
859 Archiepiſcopalem, vt prius, pæna triremium, ſed carceris, nam de iure venit puniendus pæna arbitraria; ita *Menoch. Farin.* & *alij apud Marchinum loco infra citando*, & hæc pæna infligitur ab Ordinario, quando non adeſt error in intellectu circa veritatē huius ſacrificij Miſſæ, in quo ſenſu, *ſup. p.*1. *reſolut.* 22. *num.* 12. *verſ. trigeſimus ſextus.* hunc caſum enumeraui inter alios caſus, quos quis tenetur denunciare S. Officio. Quod huculq. dixi de celebrante duas Miſſas eod. die, idem dicendum erit de Sacerdote non ieiuno celebrante, nam id faciens extrà caſus permiſſos, poterit priuari beneficio, & officio *Bellettus p.*2. *ſua diſquiſit. clericalis* §.28. *num.*8. Caſus, in quibus præter diem Natiuitatis, poterit quis abſque culpa & pæna celebrare plures Miſſas; habetis apud *Bellettum ſupracit.* §.28. *in principio*, & *Marchinum tract.*3. *de ordine p.*2. *cap.*36. Dixi *Sacerdos*, nam qui non promotus ad ſacrū Presbyteratus ordinem repertus eſſet Miſſarū celebrationē vſurpaſſe, vel ſacramentalē fideliū cōfeſſiones excepiſſe, venit à Sancto Officio puniendus, imò tradendus Curiæ ſæculari, dummodo vigeſimum annum compleuerit; vt nouiſsimè ſtatuit Vrbanus VIII. in ſua Bulla, incipiente *Apoſtolatus officium* anno 1623. & habetur per *Bellettū ſup.* §.29. *nu.*4. *Theſaurum p.*2. *de pænis eccleſiaſticis, cap.* 32. *Nouar. in ſumma Bullar.* cum

de

*de Sacerdote nō ordinato miniſtrante, &c.*

Sacerdos Græcus, Latino ritu, vel Latinus Sacerdos, Græco ritu, Miſſas, ac diuina officia celebrans, peccat mortaliter, non tamen eſt ipſo iure ſuſpenſus, ſed eſt ſuſpendendus à diuinis: ita Pius V. in ſua conſtitutione 12. incip. *Prouidentia*, cuius verba refert nôſter *Naldus verbo Sacerdos num. 12. & Marchinus tract. 2. de ordine p. 8. cap. 10. ad finem. tangit Bellettus p. 2. ſuæ diſquiſ. clericalis.* §. 28. *num.* 32. Ex hoc autem non ſequitur, quòd quis audiendo dictam *Miſſam* die fæ-
860 ſto non ſatisfaciat; ſufficit enim, quòd ſit verus Sacerdos, qui celebret, vt per *Fagnd. lib. 2. in primum præceptum Eccleſiæ cap. 3. n. 2.* vbi *n. ſeq.* idem dicit de qualitate Miſſæ, non eſſe ſcilicèt neceſſarium vt ſit de Dominica, vel fæſto dici, an autem ſit opus, vt audiatur in certo loco, dixi aliàs ſuprà.

Sacerdos non habens Beneficium Parochiale, vel nō approbatus ab Ordinario abſoluens à peccatis, & ſi ex verbis *can. placuit de pænit. diſt. 6. & cap. placuit 9. q. 2.* videatur, quòd incurrat ipſo iure ſuſpenſionē ab officio, per illa verba *gradus ſui periculo ſubiaceat.* tamen quòd per illa verba ſignificetur tantū ſuſpenſio ferendæ ſententiæ, vel alia pæna arbitrio Epiſcopi imponenda, dixi *ſup. par. 2. recoll. 5. ad finem.* quibus ibi allegatis, accedit *Theſaurus p. 2. de pænis eccleſiaſticis verbo abſolutio ſacramentalis c. 2.* & ante eum dixit poſt *Rodriq. Bellettus p. 2. de pænis clericorum* §. 30. *nu.* 1. qui expreſsè ſubdit, hoc nō eſſe crimen hæreticæ prauitatis, & à S. Officio puniendū, ſed benè à ſuperioribus, ſic delinquens, eſſet ſuſpendendus ab audiendis confeſsionibus, atque alia pæna arbitraria afficiendus. Datur tamen ca-
861 ſus, in quo talis poſſet incurrere excommunicationem, non ſolum *Concilij Trident. ſeſſ. 22. cap. 11.* ſed etiam Bullæ cænæ *can.* 17. ſecundùm *Theſaurum loco ſuprac.* nempè ſi vſurpando ius Eccleſiæ Parochialis, Abbatialis, & ſimil. vi ipſius iuris, abſolueret, nā vt dixi *ſup. recoll. 4. verbo vſurpantes*, ſufficit ad incurrendam dictam excommunicationem, ſi quis vſurpet iuriſdictionem pertinentem ad perſonam eccleſiaſticam ratione beneficiorū, ſeù Eccleſiarū ipſius perſonæ eccleſiaſticæ. Sed de *Theſauri* doctrina valdè dubito, non ſolum ob opinionem P. *Duardi in cit. cap. 17 Bullæ cænæ q. 3. num. 15.* putantis, dictā excommunicationem procedere contrà vſurpantes vſurpatione propriè dicta (id eſt quaſi ex iure ad ipſam iuriſdictionem) non autem contrà furtiuè exercentes dictam iuriſdictionem, qualiter eſſet in caſu noſtro, abſolutio data ab intruſo in beneficio Parochiali, &c. item etiam ob opinionem *Nauarr.* probantis, dictum canonem Bullę cænæ, intelligendum eſſe de vſurpantibus dictam iuriſdictionem publica laicali poteſtate, non autē de vſurpantibus illā priuata authoritate, vel non laicali, ſed eccleſiaſtica, vt eſſet in caſu noſtro, quas opiniones non videtur improbare *Theſaurus loco ſuprac. verbo vſurpantes c. 2. num. 2. verſ. limitant DD.* Sed etiam quia dato, contrà *Alterium* (quem poſt *Duardum*, *reijcit etiā* Bonacina *to. 3. diſp. 1. q. 8. p. 2. ſub num. 3.*) dictum canonem intelligendum eſſe tàm de iure temporali, quàm ſpirituali, nunquā mihi perſuadere poſsū, canones Cōcil. Trid. & Bullæ cęnæ, intelligēdos de hac iuriſdictione ſpirituali volūtaria abſoluēdi à peccatis, de qua nō eſt certū an illā recipiat Sacerdos totaliter ratione beneficij, fauet *Concil.* Trid. *ſeſſ.* 23. *c.* 15. *de reformat.* vbi præſupponitur, quòd iam in ordinatione recipiat Sacerdos aliquam poteſtatē ad audiēdas confeſsiones, antè adeptionē beneficij, & antè approbationē per examen. Hæc ſunt verba d. capitis. *Quāuis Presbyteri in ſua ordinatione, à peccatis abſoluēdi poteſtatē accipiāt; Decernit tamen S. Synodus, nullū etiā Regularem poſſe confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audire, nec ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat.* Si igitur nō eſt certū, an totalis ſit hæc iuriſdictio, ſequitur, nō poſſe neq. Concil. neq. Bullam cænæ intelligere *locis ſupracit.* de illa, ex quo ſumus in pænis, in quibus non debet recedi à propria ſignificatione verborum, & in illis non eſt facienda extenſio ètiam ex maioritate rationis, vt aliàs ſæpè fuit dictum, & probatum. Nec obſtat quòd *ſup. p. 2. recoll. 3. num. 42. ad finem.* dixi, magis communē opinionem Doctorum eſſe, in ordinatione, Sa-
862 cerdoti nullam iuriſdictionem conferri, ſed illam tribui ſic ordinato, per extrinſecā Eccleſiæ conceſsionem: nàm præterquam hoc dicitur ſecundùm magis communem modum loquendi DD. qui non excludit, quin ipſa poteſtas ordinis poſsit dici iuriſdictio inchoata, eo modo, quo nouiſsimè explicat *Ioannes de Lugo de ſacram. pænit. diſp. 15. ſect. 2. num. 21.* Negari nō poteſt, cum iſta iuriſdictione non accipere Sacerdotem totā poteſtatem abſoluendi, quia ſi non accepiſſet poteſtatem abſoluendi in ordinatione, per illa verba *Accipite Spiritum Sanctum, quorum, &c.* non poſſet eſſe miniſter huius ſacramēti, vt dixi ſup. *cit. recoll.* 3. *n.* 6. & poſtea proſequutus fuit *Ioannes de Lugo diſp. 18. de ſacram. pænit. ſect. 1. num. 2.* & hoc ſufficit ad propoſitum noſtrum. Certum autem eſt, hunc peccare mortaliter, & confeſsionem eſſe inualidam. *cap. omnis vtriuſque ſexus de pænit. & remiſſionibus.* vbi dicitur, nō



Digitized by Google

poſſe alienum Sacerdotem abſoluere, vel ligare eum, qui licentiam non obtinuit à proprio Sacerdote. *Siluester verbo Beneficium 3.num.1. ad finem.* quòd communiter intelligitur, niſi concurrat communis error, & titulus putatiuus, idest authoritas Superioris (vt oẽs explicant) ex quibus acquiritur iuriſdictio iſta, vt dixi *ſup.p.2. recoll.5. n.41.* quibus ibi allegatis, addo *Laym. lib. 1.tr.4 cap.22.à num.9.* & tantum reſtringitur difficultas, in caſu, vbi deficiat titulus colora-
863 tus, & ſolum adſit cõmunis error, quòd contingit vbi Sacerdos ex falſa licentia, vel abſque alia licentia, & conſenſu Ordinarij, vel abſq. aliqua legitimi ſuperioris collatione, intruſus in beneficio Parochiali, confeſsiones audiat, an iſte cõmunis error ſufficiat ad tribuendã iuriſdictionẽ, & cõſequẽter abſolutio, ac cõfeſsio ſit valida, itaut poſt quã quis reſcierit hunc defectũ, tunc tẽporis, & in eo loco, quo confeſſus fuit, communiter ignoratum, non teneatur dictam confeſsionem reiterare; nàm licèt communis opinio id neget, quã ſequor *cit. recoll. 5.num.44.* vbi quòd non ſufficiat vnum ſine altero, vt etiam in puncto, ꝙ nõ ſufficiat communis error abſque titulo, poſt *Vgolinum, Aragon. Nauarr. Silu. Rodriq. Lopez, & alios,* dicit *Lauorius de indulg. & iubil p.2.c. 12.n.15.* tñ aliqui id affirmant, quã opinionẽ ſequitur tanquam ſatis probabilẽ, & bono communi magis conſulentem; poſt *Baſil. Pontium, & Sancium, Diana p.2.tract 2 miſcellaneo reſol.45.* & repetit *p.3.tract.4. reſol. 122.* addendo pro dicta opinione noſtrum *P. Molfeſ.* ſicuti *p.6.tr.6.reſol.12. addit alios.* Dixi 1. *ex falſa licentia, vel abſque vlla licentia,* quia ſecus erit, ſi habuit aliquam licentiam, ſed illa fuit ex aliqua cauſa, nulla, talis enim nullitas non facit, quin non interueniat authoritas ſuperioris, & ſic titulus coloratus cum communi errore: ita *Siluester verbo confeſſor 1. ſub num.15. in 2.caſu.* Dixi 2. *ad tribuendam, &c.* quoniam ad nõ amit-
864 tendam dictam iuriſdictionem, iam aliquando obtentam cum authoritate ſuperioris, & ſic cum titulo, ſufficit tantum communis error ortus ex titulo iuſto, licèt nunc non adſit dictus titulus. *Siluester loco ſuprac. in 3.caſu.* vt de eo, qui fuit approbatus ad audiẽdas cõfeſsiones ad tẽpus, qui elapſo tẽpore ſedet inter alios cõfeſſarios, dixi *ſup.p. 2. recol.5.n.167.* vbi idẽ dico de eo, cui fuit reuocata licentia à ſuperiore, quam reuocationem, & ſi ipſe ſciat, tamen ab alijs communiter illa ignoretur, contrà *Bonac. ibi à me citatum,* quibus in omnibus, accedunt *Sperellus deciſ. 30. fori eccleſiaſtici num. 26. & 28.* (apud quẽ inuenietis optima ſimilia pro interpretatione *l. Barbarius*) *Vgolinus de offic. & poteſt. Epiſcopi* §.26.n.6. *ad finem. & Lauorius de indulgẽtijs, & iubileo, loc. ſuprac.* Amplia etiam in eo caſu, quòd dictus error ſiuè iuris, ſiuè facti non ſit iuſtus, vel quia
865 dubitatur de dicta expiratione, aut reuocatione, etiam poſt factam debitam licentiam, vt per *Lauor. & Sperellum locis ſuprac.* & dicit eſſe probabilem opinionem, *Layman lib.3.tract.4.cap.13.n.9.* aut etiã quia pœnitẽs ſciat, licentiam expiraſſe, vel fuiſſe reuocatam, quòd tantum ignorat confeſſarius, & ab aliis communiter etiam ignoratur, vt per *Dianam par. 3. tract. 4. reſol.122. ad finem.* Quod dixi de confeſſario, idem dicendum de Parocho, v.g. qui occultè titulum amiſit, vt poſt *Fagundez dixi ſup. recoll.5. ſub n. 44.* Caſus in quibus Sacerdos poſſit abſoluere abſque alia approbatione ſunt tres, ſcilicèt à venialibus, à mortalibus, ſed ritè confeſſis, & in articulo mortis, quos habetis explicatos *ſup.p.2. recoll.3.nu.43.* vbi etiam *recoll.11.num.84. & ſeq* reperietis, an id procedat etiam inter Regulares, vbi quis prohibetur cõfiteri, nõ niſi vno ex cõfeſſarijs deputatis à ſuperiore. Dixi, *inter Regulares,* nã ipſi Regulares aliquando poſſunt eligere, nõ approbatum. Addit *Valerus apud Dianam p.2.tr.2. miſcellaneo reſol.46.* aliũ caſum, de
866 peccatis mortalibus oblitis, quia inquit ipſe, iam fuerunt indirectè abſoluta, ſed huic opinioni non me ſubſcribo, nam ex quo fuerunt indirectè abſoluta, non ſequitur, quin nõ ſint materia neceſſaria confeſsionis, vt communiter Doctores affirmant, quod etiã poſtea reperi, aduertiſſe *Manriq. p.2. ſuarum qq moralium q.19.*

Sacerdos poſt cibum, potumque, quamlibet minimum, ſumptum, miſſam facere præſumens, excommunicationis ſententiã ſubſtinet *ex Concil. Toletano 3.c.2.* relato in *can. nihil 7.q.1.* ſed quia vt aliàs dixi, tale Cõcil. nõ eſt generale, non ligat extrà Prouinciã, erit tñ peccatũ mortale ſacrilegij, & poterit talis excõmunicari, ac priuari officio, & beneficio, ita poſt alios *Bellett. p 2. ſua diſquiſ. clericalis,* §.28. qui benè declarat, id intelligi extrà caſus permiſſos. Ex illis autẽ verbis d. canonis, ibi *quamlibet minimum ſumptum,* fundatur, quod probaui *p.1. huius tract. recoll.7. nu.39 & de officio cappellani q.8.num.* 153. paruitatem ſcilicèt cibi, aut potus ſum-
867 pti ante Euchariſtiã, non excuſare à mortali, quod etiam poſtea confirmauit *Diana par.5. tract.5. reſol.12.* vbi contrariam opinionem vocat improbabilem, à qua nota licèt noſter *Paſqualiqus* ſubtiliter, vt aſſolet, *in ſuis deciſ. moralibus deciſ.335.* nitatur dictam opinionem liberare (& ſi ipſe proteſtetur, dictam ſententiam nequaquam ſequi) tamen idem *Diana par.6. tr.8. reſol.8.* reſpondet ad rationes excogitatas ab ipſo *Paſqualiquo*, qui *loco ſupracit. à deciſ. 11.*

latè

Digitized by Google

latè declarat, quod ego tetigi *loco ſecundo citato* circà modum, quo violatur, vel non violatur ieiunium naturale, ad finem de quo ſuprà.

Secretum, ſeù ſigillum confeſsionis violans Sacerdos, non incurrit aliquam pænam ipſo iure, ſed per ſententiam venit deponendus, & ad triremes tranſmittẽdus (in hanc n. pænam triremium commutata fuit pæna peregrinationis, & alia pæna detruſionis in arctũ monaſterium, quæ vigebant de iure antiquo) præter depoſitionem, vt per Farinac. *q.* 119. *num.* 55. *& refert Theſaurus p. 2. de pænis eccleſ. verbo confeſſio c.* 4. vbi quòd huius criminis cognitiò pertineat ad S. Officium, quando dicta reuelatio eſt coniuncta cum hæreſi, alias pertineat ad Ordinarium, allegans *Molfeſ. tract.* 7. *cap.* 23. *nu.* 68. quem antea ad hoc allegauit *Diana p.* 4 *tr.* 8. *reſol.* 95. qui ita amicè declarat, qñ *ſup. p.* 1. *recoll.* 22. *n.* 15. ego numeraui iſtũ casũ inter caſus, qui denunciari debent Sãctæ Inquiſitioni. Dicitur autem dicta reuelatio coniuncta hæreſi, quãdo etiã dixiſſet, licitam eſſe dictã reuelationem, vel aliter oſtenderet, ſe malè ſentire de eccleſiaſticis Sacramentis, vt per *Ioannẽ de Lugo diſp.* 23. *de ſacram. pænit. ſect.* 5. *n.* 348. vbi ſupponit, me nõ fuiſſe primũ, nec ſecundũ, (vt aliqui putãt) qui diceret, expedire, vt d. crimen deferatur ad inquiſitores, cũ pp iniuriã illatã ſacramento, reddatur delinquens ſuſpectus de fide, & tandem *à n.* 149. agit de modo probandi dictum crimen, de qua re, videte etiã *Bellettum p.* 2. *ſua diſquiſitiauis clericalis* §. 30. *à num.* 3. Quod aliqui dixerunt, talem Sacerdotem effici irregularem, non eſt ratione criminis, ſed ratione pænæ, in quã ob d. crimen fuit fortaſſe quis condemnatus, vt per *authores ſupracitatos.* Dictas pænas infligi tantum ob peccati reuelationem, non autem ob reuelationem eius, quod non ſit peccatum, & ſi ignominioſum, poſt *Granadũ*, notat *Diana ſup. recoll.* 11 *ad finem.*

Simoniacus realis in ordine vide ſup. Ordinans, & Ordinatus ſimoniacè, & quia ibi dixi, non ſolum hoc caſu incurri excommunicationem, ſed etiam ſuſpenſionem, nota quòd ideò ab vtraque debet abſolui: ita poſt Nau. *cap.* 23. *num.* 103. *Naldus verbo ſuſpenſio num.* 4. Vbi quòd iſtæ ſit effectus ſu-
866 ſpenſionis, quæ incurritur pro eod. delicto, cum excommunicatione, & ſi excommunicatio per ſe ſola operetur eundem, & maiorem effectum, quàm ſuſpenſio.

Simoniacus in beneficio, quòd (præter excommunicationem, de qua *ſuprà recoll.* 4 *verbo ſimoniam.*) incurrat ſuſpenſionem ipſo facto ab ordine, & beneficio, plures authores docuerunt, poſt *Silueſtrum verbo ſuſpenſio num.* 6. Sed contrarium eſt verius, vt poſt *Nau. Suarez*, *Filliuc*, *Auilam*, *Valentiã*, *& Garziam*, probat *Bonacina tom.* 3. *diſp.* 3. *q.* 1. *p.* 5. *nu.* 12. *& q.* 7. *p. etiam* 6. *n.* 2. ea ratione, quòd cenſura non incurratur, niſi ſit expreſſa in iure, quibus ibi allegatis, accedit, poſt alios *Scortia in ſelectas SS. PP. conſtitutiones, theoremate* 86. *num.* 4. *& Sanchez lib.* 2. *opuſculorum moralium cap.* 3. *dub.* 104. *nu.* 9. vbi poſt relatam opinionem contrariam (quam dicit communem *Ricc. p.* 2. *deciſ.* 275. *ad finem.*) ſubdit hæc verba. *At verius eſt, ſimoniacum in beneficio etiam notorium non eſſe ſuſpenſum, quia nullus eſt tex. clarè ſuſpenſionem imponens, & in dubio in mitiorem partem eſt propendendum. Notorius ſimoniacus in beneficio, non eſt depoſitione dignus, & ſic propter hanc notorietatem non eſt irregularis. At ſequuta ſententia condendatoria, quia infamat, eſt irregularis*, quod vltimum dictum *Sanchez*, ſequitur *Theſaurus p.* 2. *de pænis eccleſiaſticis verbo ſimonia c.* 1. *verſ. Adde.* & clarius *ibid. c.* 2. *num.* 9. qui licet *cit. cap.* 1. *in prima Ampliatione*, ſubdat, quòd in iſta pæna infamiæ, & irregularitatis, poſſit Epiſcopus diſpenſare quando delictum eſt occultum, tamen *cap.* 2. *cit. num.* 9. *verſ.* 7. ex eo quia ſupponimus, hanc pænam non incurri, niſi in caſu publico, ſcilicèt notorio iuris, vel facti, ſimpliciter, dicit, Epiſcopũ nequire diſpenſare in hoc caſu, imò neque maiorem Pænitentiarium, qui tamen ſecundum eundẽ *Theſaurum ibid. verſ.* 6. poteſt diſpenſare in pæna inhabilitatis ad alia beneficia acquirenda, ob hoc crimen cõtracta, & ſi id non poſſit Epiſcopus, etiam ſi caſus fuit occultus, ita *Theſaur.* & ſic tefert declaratũ à S. Congreg. *Alzedus p.* 2. *ſua praxis epiſcop. c.* 8. *n.* 41. Sed contrarium, vbi caſus eſt occultus, probat *Bellettus p.* 2. *ſua diſquiſitionis clericalis* § 35 *n.* 22. videte tamen *Rotam in Nouiſſimis p.* 3. *lib.* 1. *deciſ.* 83. quia ſupponit, poſſe Epiſcopũ diſpenſare etiã quando caſus eſt publicus in d. pæna inhabilitatis, de qua re agitur quoq. *ibid. lib.* 3. *dec.* 411. Ampliatur cõcluſio, etiã in accuſato, & inquiſito de tali crimine, vt cõtrà aliquos, qui contrarium docent (quorum ſententiam dicit communem *Riccius p.* 2. *deciſ. Curia Archiepiſcopalis Neap. deciſ.* 265. *ad finem.*) dixi in *tract. de officio Cappellani q.* 4. *praxi* 5. *num.* 214. *aliàs* 314. excipe caſus vbi talis, non ſolum fuiſſet proceſſatus, inquiſitus, & citatus, ſed etiam ob indicia, & probationes ſufficientes ad condendandum, vel ſaltem ad torquendum, aut ſuſpectionem de fuga, vel de ſubductione teſtium, (quibus caſibus proceditur ad carcerationem, vt per *Genuenſem in ſua praxi Archiepiſcopali* Neap. *cap.* 28. *num.* 4. *in* 2. *editione*, de qua re agit etiam *Marcellus Vulpe in ſua praxi iudiciali fori eccleſiaſtici cap.* 21. *num.* 15. vbi de appellatione ab indebito

debito

Digitized by Google

debito carcere.) Nā & ſi fuerit poſtea habilitatis, ex eo tñ quia habilitatus, quouſq. non abſoluitur, debet reputari delinquens, non poteſt Miſſam celebrare, ſicut neque poteſt miniſtrare in ſuſceptis, vel aſcendere ad maiores ordines, quod procedit non ſolum in crimine ſimoniæ, ſed in alio quocunque crimine, iuxtà iura, & authoritates allegatas p *Riccium ſuprac. deciſ.* 265. antequam igitur procedatur ad carcerationem, vel habilitationem, non eſt cogendus abſtinere à celebratione accuſatus de ſimonia, & ita fuit deciſum anno 1622. in illa Arimin. ſimoniæ coram Domino Auditore confidentiarum. Quando dixi ſup. *quouſque non abſoluitur.* intelligas etiam ſi abſolueretur cam clauſula, *nouis ſuperuenientibus indiciis*, quia tūc non ſolum poſſet miniſtrare in ſuſceptis, ſed etiam ordines maiores ſuſcipere, ac beneficia. *Hieronymus Campanilis in ſuo diuerſorio iuris* Canonici *Rub.* 11. *cap.* 27. *num.* 89. *& ſeq.* Loquor hic de ſimoniaco in beneficio, quia de ſimoniaco in òrdine, & ingreſſu Religionis dixi ſuprà *recoll.* 4. *verbo Dantes, & verbo* Simonia.

Sodomiæ crimen eccleſiaſticus exercēs, an ipſo iure incurrat ſuſpenſionem ab exequutione ordinum, itaut poſtea celebrans, vel alio modo miniſtrans in ordine, etiam poſt peractam pænitentiam, incidat in irregularitatem à ſolo Summo Pontifice diſpēſabilem, controuertitur inter Doctores, tantum eo caſu, vbi dictum delictum eſt occultum, vt videre eſt apud *Proſperum de Auguſtinum ad Quarantā in ſumm. Bullar. hoc eodē verbo, Bellettum p.* 2. *ſuæ diſquiſitionis clericalis* §. 13. *num.* 12. *Floronum p.* 2. *de caſibus reſeruatis caſu.* 6. §. 1. *noſtrum P. Dianam p.* 2. *tr.* 17. *reſol.* 67. *& Theſaurum p.* 2. *de pœnis eccleſiaſticis, hoc eodem verbo verſ. Addunt multi.* qui concludunt, illam eſſe magis communē ſententiam, quæ docet, talem non eſſe ſuſpenſum, quia neque in iure communi pro dicto crimine, nec in ſpecie, nec in genere pro immanitate criminis (cùm nullū crimen quamuis enorme, etiam degradatione dignum, inducat ſuſpenſionem, vel irregularitatē, excepto homicidio. *c. ex tenore, & c. fin. de tēporib. ordinat.*) reperiatur impoſita d. ſuſpenſio neq. in cōſtit. Pii V. incip. *Horrendum* apud *Quarantam hoc eod. verbo*, vbi tantum imponitur clericis vt ſup. pæna priuationis priuilegii clericalis, officii, dignitatis, & beneficii eccleſiaſtici, & deſuper pæna depoſitionis, quæ pænæ valdè differunt à pæna, & cenſura ſuſpenſionis, præter quā quòd, dicta conſtitutio Pii V. non procedit in foro conſcientiæ, ſed tantum in foro fori, & ſaltē in foro cōſcientiæ nō fuit recepta, vt dixi ſup. *p.* 1. *recoll.* 9. *n.* 230. & habetur per *Proſperū de Auguſtino loco ſuprac. in* 4. *limitat.* hāc eſſe probabiliorem ſententiam, teſtatur *Bellettus ſuprac. num.* 12. qui *ad finem numeri* id extendit, quamuis dictum crimen eſſet notorium, quibus ab eo allegatis, adde *Floronum loco ſuprac. num* 8. *verſ. Quarto dico, & ſequen. Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcopi alleg.* 44. & proſequitur *Diana ſuprac. tr.* 17. *reſol.* 61. 67. *&* 68. Huiuſmodi modus loquēdi Doctorū de clerico etiam occulto ſodomiæ crimen exercente, ꝙ non ſit ſuſpenſus non ſignificat hoc loco, in eo magis verſari dubium, quàm in notorio, iuxtà ſonum dictionis, *etiam*, quæ implicat caſum magis dubitabilē, ſed quia ipſi authores impugnant eos, qui docent, etiam occultum, &c. incurrere ſuſpenſionem, ſupponentes, illam certò, incurrere notoriè talem, in quo alluci-
871 nantur, quia neque notorius talis incurrit ſuſpenſionem, vt per *Bonacinam de matrim. diſp.* 4. *p.* 11. *& diſp.* 3. *de cenſuris p.* 4. *diſp.* 5. *dub.* 3. quia notorietas criminis quamuis grauis, & immanis, non reddit quem ſuſpēſum, vt dixi *ſup. peccator publicus*, ſed irregularem, non ex delicto, nam vt dixit *Sanchez lib.* 6. *opuſculorum mora. cap.* 3. *dub.* 6. *nu.* 11. non reperitur in iure, quòd ob tale cimen (quidquid aliqui id affirment) incurratur infamia, ſed propriè ex infamia, quæ oritur ex ſcandalo, & notorietate, vt ſubdit *Proſper de Auguſtino loco ſuprac. ad finem primæ limitationis.* Et ſic debent intelligi authores, qui probant, primò, dictum clericum occultum ſodomitam, non eſſe ſuſpenſum, & poſtea ſubdunt, *ſecus eſt in notorio, & publico &c. ita Proſper de Auguſtino in* 1. *limitat. & Bellettus ſuprac. num.* 11. confundendo ſuſpenſionem cum irregularitate. vt benè poſt hæc ſcripta, & lecta, reperi declaraſſe *Marchinum tract.* 1. *de ordine p.* 8. *cap.* 4. *num.* 36. & *Nouarium in ſumma Bull. cū de hoc crimine num.* 8. An autem dicta irregularitas incurratur ante ſententiam tàm vbi adeſt notorietas facti, quàm iuris, tetigi ſuprà *& ſup. par.* 1. *huius tract. recoll.* 9. *num.* 231. vbi quòd *Nau. cap.* 26. *n.* 249. teſtatur, nunquam vidiſſe, nec audiuiſſe diſpenſationem ſuper hanc irregularitatem à Sede Apoſtolica, certum eſt. Quòd qñ hoc crimen fuerit deductum in iudicio, non poſſit quis promoueri, ac inualida ſit collatio, illi interim facta, beneficii *Barboſa cit. alleg.* 44. *nu.* 27. qui nam dicatur exercere d. crimen, ꝙ prodeſt occaſione caſus, qui ſimili modo poteſt reſeruari de exercente dictū crimen, notat *Nau. cit.* 27. *num.* 250. vbi aſſerit tantū comprehendere eos, qui quaſi ex vſu continuato id exercerēt, ſicut mercaturam, vel
872 artem exercens non dicitur, qui ſemel, ac iterum mercaturam, vel artem exercet, ſed is, qui toties, vt vulgi opinione habeatur pro tali, & tandem concludit, ſaltem quò

quòad forum conſcientiæ, dictam extrauagantem Pij V (ob dictum verbum *exercentes*, ibi de induſtria poſitum, vt ipſe aſſerit, & ſic præſumere debemus, & eodem verbo vti Ordinarios in reſeruatione) vt ſolum cõprehendat eum, qui ſic labitur in præfatum crimen, vt boni viri arbitrio dici poſsit exercitor eius, non autem, qui tantũ aliquoties cadit, & pænitet cecidiſſe. Hæc Nau. proſequitur *Proſper de Auguſtino loco ſupracit. in 4. limitatione.* alijq; Doctores, quos refert *Diana ſuprac. tract.* 17, *reſol.* 65. & ſi non ità clarè, quando autem caſus cantat de committente dictum crimen, ſufficit vnicus actus *Marchinus ſup.* Dixi, *ſaltem in foro conſcientiæ*, quia ſecus eſt in foro fori, in quo nõ ſolum punitur pæna ordinaria, qui ſemel, aut bis dictum crimen commiſerit, ſed etiã

873 qui illud conatus fuit cõmittere, deueniẽdo ad actum proximum, *Bellettus loco ſupracit. num.* 16. *Riccius p. 1. praxis reſol.* 367. *Marcb. ſupracit. c. 4. n. 26. & Diana p. 4. tr. 7. reſol.* 20. & ſi ſubdat ex *Scortia* hoc nõ intelligi, pro vno actu, ſed pro actibus repetitis, loquitur in terminis Portugalliæ, vbi de hoc crimine, Inquiſitores cognoſcunt, & ita intelligẽdi ſunt *Afflictus, Clarus*, & alij adducti à *Molfeſio tr. 7. cap. 20. nu. 209. & Coriolano de caſibus reſeruatis caſu 9. ſect. 10. num.* 18. quos non reſpicit *Homobonus de examine eccleſiaſtico tract. 7 c. 38. q. 111. apud Dianam loco infracit.* vndè eodẽ modo attentata ſodomia cũ vxore, eſt cauſa legitima deuortij, vt per *Mar. Antonin. lib. 1. variar. reſol.* 46. vbi quomodo ad hunc finem illa probetur, & an ſit crimen mixti fori, de qua re etiam *Marchinus ſuprac. cap. 4. num.* 22. Ex quibus non benè (eorum pace dixerim) inferunt *Coriolanus, & Molfeſ. locis ſupracit.* incurrere caſũ reſeruatum ſodomiæ illum, qui tantum intromiſerat membrum in vas præpoſterum, & ſi poſtea eũ extraxerit, foras ſemen emittendo, hic enim agitur in foro conſcientiæ, & in caſu reſeruato, vbi verba accipienda ſunt cum effectu, & licèt eo caſu, quo intromiſsio fiat cum animo non ſeminandi intra dictum vas copulæ ineptum, eſt peccatum mortale, vt poſt *Sanchez, & Bonacinã contrà Nauar.* habet *Homobonus loco ſupracit. in 6. exceptione.* loquendo de ſimili peccato imperfectæ, & inchoatæ ſodomiæ inter virum, & vxorem, tamen non eſt perfecta, & conſumata ſodomia, prout deberet eſſe ad hoc vt in caſu reſeruato comprehẽderetur, vbi verba cum effectu intelligi de-

874 bent, vt infrà cũ de caſibus reſeruatis. At ſodomia perfecta non eſt, niſi vbi ſeminatio fiat intra vas, vt per *Proſperum de Auguſtino loco ſupracit. limit. 2. Floronũ de caſibus reſeruatis p. 2. caſu 7. n. 8. Diana cit. tr. 16. reſol. 63. ad finem.* qui & ſi ſupradictam noſtram rationem afferat, ex qua apparet, non comprehendi prædictam copulam ſodomiticam inceptã in caſu reſeruato de ſodomia, tamen non ſe declarat, cui opinioni adhereat, ſed quidem non recedendum à noſtra ſententia, quam probaui *ſupra p. 1. reſol. 9. num.* 212. & ſequutus fuit poſtea *Marchinus tr. 1. de ordine tract. 1. p. 8. cap. 4. n. 28. & ſi nu.* 25. citet *Homobonum, & Dianam pro hac ſententia*, qui id non dicunt clarè. Poſita autem opinione contraria noſtræ concluſioni principali, ſcilicèt ſodomitam clericum eſſe ſuſpenſum, non tamen erit ſuſpenſus clericus beſtialitatis vitium immaniſsimum exercẽs, ex eo, quia beſtialitas non eſt propriè ſodomia. Vndè meritò *Homobonus citato caſu 4. ſect. 6. in principio.* appellat falsã opinionẽ

875 *Rodriq.* docentẽ, beſtialitatem eſſe caſum reſeruatum in locis, vbi ſodomia reſeruatur, & docuit poſt *Bonacinã Marchinus ſupracit. cap. 4. num.* 10. & in terminis dictæ Bullæ Pij V. contrà *Proſperum de Auguſtino*, & alios plures, probat *Diana cit. tract.* 17. *reſol.* 66. vbi *reſol.* 62. etiam cõtrà eundẽ *Proſperũ de Auguſtino, & alios*, quibus accedit *Nouar. ſup.* idẽ probat de habente rem cum muliere in vaſe prępoſtero, & in terminis caſus reſeruati, probat *Floronus p. 2. caſu 7. in principio n. 6. verſ. quid igitur*, & clarius poſt *Dianam, Floronum, Capeauille, & Bonac. Marchinus loco ſuprac. n. 9. & ſi Homobonus cit. caſu 4. ſect. 5. in 3. comprehenſione*, contrarium doceat.

An etiã patiens cõprehendatur in dicto ca-

876 ſu reſeruato de cõmittente, vel exercente dictum crimen, non conſtat certè apud recentiores: nàm *P. Diana ſuprac. tract. 17. reſol.* 61. poſt relatos authores, & rationes pro negatiua, pro qua allegat tantum *Graff. de quinque caſibus lib. 1. cap. 13. num.* 7. tandem ſubdit hæc verba. *An verò hæc opinio ſit probabilis, iudicent viri docti, &* Marchinus *tr. 1. de ordine p. 8. cap. 4. num.* 29. probat opinionẽ negatiuam, vt patet ex ſummario, pro qua citat *Dianã loco ſupracit.* ac deinde refert alios authores, præter citatos à *Diana* pro affirmatiua, & demum ſubdit *Alicubi tamen, vt Bononiæ, ad tollendas opinionum diuerſitates, in hoc caſu reſeruato, tàm agentes, quàm patientes exprimuntur.* Item addo ego, *Fauentiæ* expreſsè caſus reſeruatus loquitur de agente, & hoc dicit *Floronus loco cit. à Marchino*, & ſic non poteſt allegari pro opinione negatiua, vt facit ipſe *Marchinus*, vndè ex hoc, quòd exprimi ſolet ab ordinarijs, quando volunt, patientem comprehendi, vel non comprehendi, puto probabilẽ eſſe opinionẽ negatiuã, & per cõſequens cũ hoc ſit dubiũ iuris poſitiuum, poſſit confeſſarius in eo iudicare, caſum non eſſe reſeruatũ. Quòd nõ

877 teneatur pænitens exprimere in cõfeſsione, an fuerit agens, vel patiens in hoc crimine,

Digitized by Google

mine, probaui ſuprà *p.* 1. *recoll.* 9. *n.* 218. & ſequitur *me citato Diana p.* 3. *tract.* 4. *reſol.* 159 cui opinioni, & ſi contradicat *Ioannes de Lugo diſp.* 16. *de pænit. nu.* 142. *me* & *Diana citatis*, tamen ratio ipſius tantùm concludit, debere pænitentem, qui erubeſcit dicere, ſe fuiſſe patientẽ, exprimere, ꝙ prouocauerit cõplicem ad pollutionem, cum pollutione ſui ipſius, vel abſque ſui ipſius pollutione.

Sollicitans tàm ſæcularis, quàm regularis confeſſarius, cuiuſcunq. dignitatis, præeminentiæ, aut quouis priuilegio munitus exiſtat, perſonas quęcunque illæ ſint, ad inhoneſta, ſiuè inter ſe, ſiuè cum alijs, quomodolibet perpetranda in actu confeſsionis ſacramentalis, ſiuè antè, vel poſt immediatè, ſeù occaſione, vel prætextu confeſsionis huiuſmodi, etiã confeſsione non ſequuta, ſiuè extrà occaſionem confeſsionis, in confeſſionario, aut loco quocunque, vbi confeſſiones ſacramentales audiantur, ſeù ad confeſsionẽ audiendã electo, ſimulantes ibidẽ cõfeſsiones audire, d. pſonas aut ſollicitare, vel prouocare tentauerit, aut cum dictis perſonis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſeù
879 tractatus habuerit, non eſt ſuſpenſus ipſo iure ab exequutione ordinis, vt videtur poſſe percipi ex modo loquendi *Franciſci Antonii Llanes in ſuo libello, cuius titulus eſt Summa cenſurarum, & irregularitatum. ver. Confeſſor ſollicitans*: Nam in conſtit. Greg. XV. incip. *Vniuerſi Dominici Gregis* 30. Auguſti 1622. apud P. *Naldum in ſua ſumma v. Confeſſor num.* 41. *Lauretum de Franchis in ſuis controuerſiis inter Epiſcopos, & Regulares fol. mihi* 187. P. *Dianã poſt* 4. *p. ſuarum reſol. moral. de qua feci mentionem ſup. p.* 1. *huius tractatus recoll.* 22. *n.* 15. *& hac ead.* 3. *p. recoll.* 4. *hoc eod. verbo.* quam dictus author ad hoc allegat, non imponitur aliqua pæna ipſo iure contra dictum confeſſarium, ſed tantum indicatur pæna, quæ pro tali crimine imponi poſsit, & debeat, vt patet ibi. *Ac præterea ne in futurum de pæna, his delinquentibus imponenda, & de modo contrà eoſdem procedendi, ab aliquo dubitari poſſit, ſtatuimus*, &c. *& infrà. Et quos in aliquo ex huiuſmodi exceſsibus, culpabiles repererint, in eos pro criminũ qualitate, & circũſtantiis, ſuſpenſionis ab exequutione ordinis priuationis beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetua inhabilitatis ad illa, nec non vocis actiua, & paſsiuæ (ſi Regulares fuerint) exilii, damnationis ad triremes, & carceres, etiam in perpetuum, abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſque pænas decernant*, & ſi in omnibus ferè Diæceſibus pro tali crimine, vel
880 impoſita eſt ſuſpenſio à diuinis, vt in Diæceſi Cuſentina, vel excommunicatio ipſo iure incurrenda, vt Neap. & alibi, apud *Graſſium lib.* 2. *ſuæ praxis quinque caſuum reſeruatorum cap.* 12. quã ſuſpenſionem, & excommunicationem, quando confeſſarius incurrat, deſumere debet quis ex verbis, quibus vtitur Ordinarius in reſeruatione dicti caſus cum cenſura, nam diuerſo modo ſolet exprimi, vt eſt videre apud eundem *Graſſium loco ſuprac.* Quia *ſupracit. reſol.* 4. aliqua recollegi in ordine ad obligationem pænitentis ſollicitatæ, denũciandi dictũ cõfeſſariũ ſollicitantẽ. Ac dicta obligatio ead. eſt cũ obligatione ipſius confeſſarij audientis cõfeſsionẽ ipſius pænitentis ſollicitatæ, ſci-
881 licèt ſub peccato mortali, vt per *Boſsium in Appendice de ſollicitantibus, poſt ſuum tr. de triplici iubilei gratia n.* 72. non ſolũ vt non abſoluat (vt dixi *loco ſuprac.*) niſi ſaltẽ promiſerit denũciare, ſed etiã vt moneat illã de tali denũciatione, vt patet in ead. cõſt. Gregorij ibi *Mandamus omnibus Confeſſariis, vt ſuos pænitentes, quos nouerint fuiſſe ab aliis, vt ſup. ſollicitatos, moneant de obligatione denunciandi ſollicitantes, ſeù vt prafertur tractantes Inquiſitoribus, ſeù Ordinariis locorum prædictis, quòd ſi hoc officium prætermiſerint, vel pænitentes docuerint, non teneri ad denunciandum, iidem ordinarii, & Inquiſitores, pro modo culpæ, punire non negligant.* Non erit præter noſtrum inſtitutum, & lectori inutile, alia notabilia breui, & clara methodo, quæ prętertim reſpiciunt munus confeſſarij, cui pænitens ſollicitata confitetur hic ſubnectere. In primis. n. pro *ſollicitante* hic intelligitur prout verbum *ſollicito ſollicitas* ſignificat allicere, & prouocare ad actus inhoneſtos, vt percipitur ex verbis conſtitutionis Pij IV. inſertæ in conſt. Gregorij ibi *pænitentes ad actus inhoneſtos dum earum audierint confeſsiones alliciendo, & prouocãdo, ſeu allicere, & prouocare tentãdo.* ex quibus verbis vltimis, clarè deſumitur, nõ ſolũ dici hoc caſu ſollicitatorẽ, qui verbis expreſsis, dicat pænitenti animum ſuũ libidinoſum; ſed etiam qui tacitè, & indirectè, ſcilicèt nutibus, tactibus, alijſque ſimilibus ſignis, prouocaret ad libidinẽ, quòd etiam ſignificat Gregorius XV. ibi *ſollicitare, vel prouocare tentauerint.* vndè ſollicitãs confeſſarius erit, qui pænitentem nonſolum *oſculatur, vel amplectitur, vel illius manus aut aliam corporis partem, libidinoſè tangat, luxurioſo obtutu aſpiciat, & alia luxurioſa & amatoria ſigna erga illam exhibeat,* vt vtar verbis *Boſsii cit. Appẽdice n.* 43. *in principio.* ſed etiam qui pænitentem laudat à faciei pulchritudine, à venuſtate, geſtu, & motuũ elegantia, vt per eundem *Boſsium ibid. n.* 46 & ante eum poſt *Pierinum, Sanctarellum, Barboſam, & Bonacinam.* Contrà *Souſam, & Freitam*, probauit *Diana p.* 4. *tract.* 5. *reſol.* 18. qui cum *Bonacina* ſubdit, hanc ſententiã eſſe veram, *modo non conſtet, aut rationabiliter*

Digitized by Google

ter non præſumatur, talem confeſſarium protuliſſe hæc verba alio fine, quàm intentione al-
882 liciendi ad actus inhoneſtos, vt ſi v.g. fœminæ pænitenti dicat, ſuæ pulchritudini, ac venuſtati iniuriam facere, proſtituendo ſe ipſam alijs, & ſi moneat, ab iſtis verbis, etiam debere confeſſarium abſtinere, cùm poſſit aliam rationem efficaciorem inuenire ad hunc finem magis tutã, & alijs allegatis proſequitur Boſſius n. 46. & ſeq. vbi nu. 48. licèt adhereat ſententiæ affirmatiuæ, tamen quia res, vt ipſe ait, eſt dubitatiſsima, & viri docti, de ea conſulti, variè ferè reſponderunt, ſubdit ideirco antequam confeſſarius audiens fœminam, quam alias in confeſsione à pulchritudine laudauerit, vrgeat ad denunciandum, ſed antequam inquiſitores admittant fœminæ delationem, & contra delatum inquirãt, cautè ſe gerere debent, & prius ex veriſimilibus coniecturis & conſiderata confeſſarij qualitate, rem inueſtigare, vt prudenter, non leuiter exiſtimetur, huiuſmodi verba tendere ad prouocationem turpem, vt in vtroque foro, de re tam graui, rectiſsimè fiat iudicium. Hæc Boſsius, ex cuius verbis patet, in hoc officiũ confeſſarij eſt monere ad denunciationem, & Inquiſitorũ diligenter aduertere, quando expediat vocare confeſſariũ, vt explicet mẽtẽ ipſius, vt quoq; loquendo generaliter de confeſſario ſollicitante verbis, aut ſignis dubijs; notat poſt alios Diana cit. tract. 5. reſol. 25. Pro confeſſario ſollicitante, & ſi non
883 intelligatur laicus, vel clericus non ſacerdos, fingens ſe confeſſarium, vt fæminam ad ſe accedentem ſollicitet, vt poſt Aeunnam, Sanctarellum, Portellium, & Dianam. probat Boſsius ſup. n. 23. (qui benè probat, quod ex alio capite talis ſit denunciãdus & latè Trimarca diſp. 7. ſect. 1.) neque interpres, vt per Dianá ſup. reſol. 9. tamen intelligitur ſacerdos non habens poteſtatem abſoluendi, vt contra Souſam, Portellium, & Fagundez probat Diana p. 1. tract. 4. reſol. 17. & p. 4. tract. 5 reſol. 8. qui hoc dicit verum, etiã vbi pænitens eſſet conſcia huius defectus confeſſarij, maximè in terminis Bullæ Gregorij, quòd ego intelligerem vbi adſtantes putare poſſunt, illum ſacerdotem habere poteſtatem, & ſic audire illam in confeſsione, nam in dicta bulla Gregorij, requiritur in hoc caſu, quo extrà occaſionem cõfeſsionis, habentur tractatus de inhoneſtis, non ſolum electio loci pro confeſsione audienda, ſed ſimul etiam ſimulatio confeſsionis. An autem ex illis verbis. cuiuſcunque dignitatis præeminentia, aut priuilegio, munitus exiſtat
884 cõfeſſarius. cõprehẽdãtur Epiſcopi ſollicitãtes, vt ſuprà in actu cõfeſſ. &c. (intellige quãdo nõ ſolum ſunt electi, ſed etiã cõfirmati, & conſecrati.) Quærit Boſsius loco ſupra c. & contrà Bonac. reſpondet negatiuè, & confirmat diſceptat. 5. defenſione 3. ſed ſi hæc opinio eſſet vera, illa verba cuiuſcunque dignitatis præminentia, &c. eſſent fruſtratoriè ibi poſita, vtraque tamen opinio concordari poteſt hoc pacto, non includitur Epiſcopus in dicta conſtitutione, itaut ab inquiſitore particulari alicuius loci, poſsit inquiri condendari, &c. includitur aũt in dicta conſtiturione, itaut Eminentiſsimi Cardinales, Inquiſitores generales in vniuerſa Chriſtiana Republica poſsint procedere contrà dictos Epiſcopos, latè Trimarca ſup. diſpu. 8. vbi de Cardinalibus, Generalibus, Religionum, & alijs. Adde ꝙ ex eo, quia in iſta Bulla nõ fiat mẽtio diffamationis cõfeſſarij de hoc crimine, vt in alijs Bullis, & decretis; certum eſt, nunquam requiri ad hoc vt pænitens te-
885 neatur denũtiare cõfeſſariũ ſollicitantẽ, ꝙ Cõfeſſarius ſit diffamatus de tali ſollicitatione, vt habetur per Dianam cit. tract. 5. reſol. 1. & latius per Boſsium ſupra c. appendice n. 84. qui benè declarat, illa verba aliarum Bullarum de præmiſsis quomodolibet diffamatos, referri ad Inquiſitores, qui attendere debent dictam diffamationem in inquirendo, vel puniendo dictum crimen. Pro ly perſonas quæcunque illæ ſint, certum eſt, vt dixi cit. recoll. 4 hoc eod. verbo. comprehendi confeſſarios ſollicitantes maſculos, vt præter ibi citatos, habetur per Naldum verbo confeſſor num. 41. verſ. quarum prima eſt, Homobonum de caſibus reſeruatis p. 3. c. 5. fol. mihi 348. in magnis, Bellettum p. 2. ſuæ diſquiſit. clericalis §. 8. n. 5. qui ait, poſt dictam conſtitutionem Gregorij, nulli amplius relinqui dubitandi locum. Nouar. in ſumma Bullarũ p. 1. cum de ſollicitantibus, &c. n. 13. vbi ſubdit hæc verba, ita audiui practicari in Tribunali Sanctæ Inquiſitionis, vt comprehendatur hic caſus in dicta conſtitutione Gregorij, quod etiam teſtatur Lauretus de Franchis in ſuis controuerſijs inter Epiſcopos, & Regulares f. mihi 188. poſt Sanc. Diana p. 4. tract. 5 reſol. 5. (Ubi ſe defendit ab eo, ꝙ ſupponit Nouar. loco cit ſcilicèt ipsũ, contrariã ſequi opinionẽ in p p. trac. 4. reſol. 26.) & Boſsius in ſupra c. Appendice n. 3. & clarius n. 71. Ratio eſt manifeſta nam cùm in aliis conſtitutionibus, & decretis SS. Pontificum, fieret expreſſa mentio de fæminis, hic Gregorius vtitur vocabulo magis generali, ſcilicèt per-
886 ſonarum, quarũ appellatione veniunt tam maſculi, quàm fæminæ. Rota Romana p. 2. diuerſorum deciſ. 125. n. 36 & ſeq. & in Bonon. ſucceſsionis 19. Nouembris 2627. coram Durano, quæ eſt deciſ. 07. in nouiſsimis diuerſorum. imò ad maiorem cautelam addũtur illa alia verba, quæcunque illæ ſint, quæ negari non poteſt, oſtendere eiuſdem S. Pontificis intentionem, comprehendendi etiam maſculos, cùm dicta verba non poſsint re-



Digitized by Google

ferri ad aliam conditionem, quàm ſexus,
Quod maximè confirmatur, quia iam Pau-
lus V. id declarauit die 29. Nouēbris 1612.
reſcribente id Inquiſitori Luſitano, Cardi-
nali Mellino die 28. Februarij 1613. vt teſta
tur *Scortia in ſelectas S.S. Pontificum conſtit. Theoremate* 147. *& Boſsius in suprat. appendice n.*3. *ad finem.* & Gregorius in hac con-
887 ſtitutione proteſtatur ſe velle extendere
conſtitutiones SS. Pontificum ſuorum præ
deceſſorum pro Regnis Hiſpaniarum, ad
omnia Regna, & Prouincias Chriſtianitatis
ibi *Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris promiſum fuit, &c. igitur vt littera prædicta perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum, &c. illaſque non ſolum in prædictis Hiſpaniarum Regnis, ſed in quibuſcunque Chriſtiani orbis partibus, firmiter, & inuiolabiliter obſeruari præcipimus, & mandamus.* vnde fallitur, ſua pace, *Scortia loco suprac. Theoremate* 146. *in princip.* dum aſſerit Clementem VIII. feciſſe hāc
extensionem in ſuo decreto edito die 3.
Decemb. 1592. nam dictum decretum, quod re-
fertur à *P. Diana poſt quartam partem ſuarum reſol. moral. fol. mihi* 291. *editionis Venetæ* dirigitur ad Inquiſitores Hiſpaniæ, pro
articulo, an dicti Inquiſitores contrà Regu-
lares de hoc crimine denūciatos, poſsint pro
cedere priuatiuè, quòad ipſorum Regula-
rium Superiores, quòd decretum hodiè ni-
hil prodeſt, ex quo per Paulum V. (& non
Clem. VIII. vt putauit *Homobonus loco ſuprac. fol.* 543.) vt retuli *ſup. recoll.* 4. *verbo Hereſis*, prohibetur ſuperioribus Regulari-
bus cognoſcere ſuos ſubditos de omni cri-
mine ſpectante ad S. Officium ſub pæna
excommunicationis. Stante hoc, quòd dicta
extenſio ſit facta à Gregorio in hac conſtit.
dubitari poteſt, an pænitentes teneantur de-
888 nuntiare ſollicitationem commiſſam ex-
trà Regna Hiſpaniæ, ante promulgationem
dictæ conſtitutionis Gregorii, ſecluſa emen-
datione (ſicut dubitāt DD. de denūciatione
facienda dictæ ſollicitationis ante promulga
tionē aliarum conſtitutionum in d. Regnis)
in qua re extāt ſduę opiniones cōtrarię, ambo
habentes bonos authores, & ſi probabiles, vt
teſtatur *Diana p.*4. *tract.* 5. *reſol.* 40. *& Boſſius suprac. appendice n.* 64. poſt relatas illas
duas opiniones, ſcilicèt negatiuam, et affir-
matiuam, ſubdat hæc verba, *his in vtramq. partem adductis, quid veriſimilius ſit, conſideret, & iudicet lector, & ſi ille arriſerit prior* (*ſcilicèt negatiua*) et poſtea proſequitur ſoluē
do rationes pro affirmatiua, vnde videtur ſe
qui opinionē negatiuā. Sed quia ante d. cō-
889 ſtitutionem Gregorij, de facto in hoc ca-
ſu, et extrà Hiſpaniā poſt conſtit. Pij IV. of-
ficium Sāctæ Inquiſitionis, sēper proceſsit,
& recepit denunciationes contrà tales con-
feſſarios tamquam vehementer ſuſpectos
de fide, quomodo ſcilicèt ſenſerint de ſacra-
mento pęnitentiæ, vt patet ex his, quæ notat
*Praxis Archiepiſcopalis Neapolitana c.* 67.
quæ fuit edita multò ante quàm Grego-
rius XV. fuiſſet Pontifex, & tamen refert
quendam Parochum, qui fuit inquiſitus in
dicta curia, quod mulieres tentauerat ad
turpia in actu confeſsionis, contra quem
plures ex eis deponebant, fuiſſe tactu, & ſi-
gnis tētatas, & vna verbis, fuiſſe tortum, qui
licèt non confeſſus, tamen ſuſpenſus fuit
à cura per annum, & hoc de ordine Sacræ
Congregationis S. Officij in vrbe, quod etiam
habetur per *Campanilem in ſuo diuerſorio iuris canonici Rub.* 11. *cap.* 32. *num.* & ſic
per iſtam praxim, & obſeruantiam, quæ le-
gē interpretatur *c. cum dilectis de conſuetudine*, fuerunt aliæ idcircò conſtitutiones editæ
pro Hiſpania extenſæ, etiam extrà Hiſpaniā.
Meo iudicio tm̄ reſtringitur difficultas à me
890 ſuprà tacta, quòad pænas de nouo impo-
ſitas, & caſus ad quos fuerunt de nouo ex-
tēſæ aliæ cōſtitutiones à Greg. an. ſ. extendā-
tur ad ſollicitationes præteritas. Cui difficul
tati reſpondet negatiuè poſt *Souſam, Diana cit. reſolution.* 40. & ſic etiam reſpondet
*Boſſius loco suprac. n.*6. & ſic declarandus
*Nouar. loco suprac. n.*16. qui generaliter aſ-
ſerit, non eſſe denunciandum confeſſarium,
qui ſollicitauerit ante publicationem Bul-
læ Gregorij, quia ita loquitur *Diana p.*1. *tract.*4. *reſol.* 15. ab eo allegatus, ſcilicèt de
confeſſario ante dictam Bullam, ſollicitan-
te puerum in confeſſ. (poſito, quòd hic ca-
ſus non comprehenderetur in alijs SS. Pon-
tificum conſtit.) vel fæminā extrà actū con-
feſsionis in confeſsionario, aut in loco
quocunque electo ad confeſsiones exci-
piendas, an ſit denunciandus poſt dictam
Bullam. Dixi in principio quæſiti vltimi *ſe-*
891 *cluſa emendatione*, quia (vt ſubdit *Boſſius ibid. nu.*69: ſi multi ſint elapſi anni, *v.g.*
tres ad minus, poſt factam ſollicitationem
circà ea, quæ de nouo ſtatuit Gregor. XV.
& fæmina, vel maſculus ſollicitatus de no-
uo accedens ad ipſummet confeſſarium, ani
mo confitendi, ipſum inuenit iā emendatū,
vel alio modo illi veroſimiliter cōſtaret de
confeſſarij emendatione, poſt promulgatio-
nem Bullæ, non teneretur illū denunciare,
nec hoc caſu contrarium docet *Carena ſup. num.* 128. de qua re etiam *Diana cit. tr.*5. *reſol.* 23. qui *ibid. reſol.* 49. probat, præſumi
etiam emendatum, quando pænitens ſollici-
tatus, vel ſollicitata (idem dicas de confeſ-
ſario, cui nunc dictus pænitens confitetur,
ſe fuiſſe ſollicitatum) ſcit, dictum confeſſa-
rium ſollicitantem fuiſſe punitum ab inqui
ſitione, & abiuraſſe ob idem crimen, licèt
propter alterius ſollicitationem, proſequi-
tur

Digitized by Google

quitur latè *Boſſius ſup. n.89. & ſequentibus,* qui *num.94.* idem concludit, quando etiam fuerit talis confeſſarius abſolutus ab Inquiſit. ob idem crimen, vt ſuprà, quia vt ipſe ſubdit, debet quoque cenſeri emendatus, & ſaltem, quòd futurus ſit cautior, & amplius ob id quòd paſſus eſt, ſollicitationis crimen non commiſſurus, ſed vide *Dianam ibid. reſol.21.* quia limitat ſupradictam doctrinam contrà *Sancium*, quoties confeſſarius poſt abiurationem, & punitionem, (& tantò magis hoc eſſet verum poſt abſolutionem) perſeueraret in ſollicitando. Per illa verba, *ad inhoneſta*, certum eſt, intelligi de venereis,
892 vnde ſollicitans confeſſarius ad alia peccata extrà venerea, nempè furtum, homicidium, &c. nõ comprehenditur in hac cõſtitutione, ſicut nec in alijs, vbi fit expreſſa mentio de laſciuijs: ita contrà *Pennã, Zeebiũ Acunã, & Caſtrũ Palaum.* probat cum multis DD. *Diana p.1. tract.4. reſol.20.* & confirmat *p.4. tr.5. reſol.17.* vbi reſoluit obiectionem, quæ fieri poſſet ex illis aliis verbis dictæ Bullæ, ad finem periodi, ibi *aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, &c.* ac pro iſta ſententia teſtatur de praxi DD. inquiſitorũ ac proſequũtur *Boſſius ſup. n.4. Noua. n.18. & Bellet. n.7.* an autẽ caſu, quo Cõfeſſarius ſollicitat ad alia peccata extrà venerẽ, poſſint alio ex capite cõtra eũ procedere inquiſitores, & ſit etiã denunciãdus à pænitẽte? Negatiuè reſpondet poſt alios *Boſſius in ſuis de ſceptat. deſcept.5. defenſione 5. & in ſupracit. appẽdice n.5.* Item quòd vbi pænitens fuit ſollicitatus ad venerea quæcunque, ſcilicèt tactus, oſcula, &c. non per hoc excuſetur ab obligatione, de qua ſuprà, denunciandi, eò
893 quòd ipſe pænitens cõſenſerit ſollicitationi, & ſi de hoc fuerit dubium, hodie tamen reſoluitur in litteris tranſmiſsis ad omnes Epiſcopos, & Vicarios, à S. Congregatione S. Officij in vrbe, de quibus feci mentionem *ſup. p.1. recoll.22. n.32.* ibi *che qualſiuoglia penitente è tenuto di denunciare il confeſſore, dal quale ſarà ſtato ſollecitato nel luoco, o atto di confeſſione, ancorche egli habbia conſentito, e non è tenuto di propalare il proprio cõſenſo, ne ſoprà ciò s'interroghi dal Veſcouo, Inquiſitore, o loro Vicario, & in caſo, che lo dichi egli da ſe, non ſe ſcriua nel ſuo detto, come in ordine alla perſona ſollecitata, non ſpettãte allo S. Officio,* vt videre eſt in dictis litteris, quas referunt *Diana ſuprac. tract.5. reſol. 11. Lauretus de Franch. loco ſuprac. fol.189. Marcellus Vulpe in ſua praxi cap.30.6. n.14.* agũt de noſtro caſu præter *Dianam loco ſuprac. Nouar. ſup.11. Boſſius n.83. & Bellettus n.9.* & ſi dicat ſic reſpõdiſſe S.P. Vrbanũ VIII. cuidã cõfeſſario. Nec excuſatur ex eo, ꝙ ſciat, Cõfeſſariũ ſollicitaſſe, nõ ob id, qa malè ſẽtiret de ſacramẽ-
894 to pænitẽtiæ, ſed ex mera fragilitate, vt cõtrà *Valeru, poſt Freitas,* probat *Boſſius in ſuprac. Appendice n.95.* ſicut neque excuſatur, ſi ſibi conſtet, dictũ confeſſariũ ſtatim pænituiſſe dictæ ſollicitationis, vt poſt *Sãctarell. & Bonac.* habet *Diana reſol.22. & Boſſius ſupra nu.34.* Qui n. . . idem dicit de ſciente, quòd dictus confeſſarius nullam aliam ſollicitauerit, niſi ipſam, Quod autem hoc caſu non excuſet paruitas materiæ dixi *ſupracit. recoll.4. hoc eod. verbo ad finem.* Per illa ver-
895 ba, *ſiue inter ſe, ſiuè cum aliis quomodolibet perpetranda.* comprehenditur confeſſarius, ſollicitans pænitentem, non tantum reſpectu ſui, ſed etiam reſpectu alterius perſonæ, v.g. quando confeſſarius ſollicitaret pęnitẽtem, vt conſentiat alteri, vel alteri filiam ſuã, nurum, aut aliam fæminam inducat ad conſentiendum alteri, quòd ante dictam cõſtit. Gregorii, non erat certum, vt per *Boſſium ſupracit. Appendice n.14. & 15.* qui *num.16.* benè probat contrà *Riccium*, quem ſequitur *Nouarius loco ſuprac. num.10.* non com-
896 prehẽdi in dicta conſtitutione, & eius pænis, mandantes confeſſario, dictam ſollicitationem, ſcilicèt vt pro ſe ſollicitet fæminam, vel maſculum. An autem ſub iſtis verbis, vel ſub aliis verbis, de quibus infrà *aut cum pænitentibus illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiuè tractatus habuerint,* reducatur caſus in quo cõfeſſarius ſollicitat pęnitẽtẽ ad lenociniũ, ſcilicèt quando confeſſarius fæminam ſollicitat, non quidem ſibi vel aliis copulandam; ſed quòd mediet, & intercedat, vt alia fæmina in fornicationem conſentiat, latè *Boſſius in diſceptat.5. defenſ.4.* aduerſus *Trimareũ*, ſed meo iudicio eſt quæſtio de nomine, cũ ad vtrãq; partẽ verba prędicta poſſũt referri, vt videre eſt apud *Dianam ſuprac. tr.5. reſol.12.* qui *in principio* id refert ad illa verba *aut cum pænitentibus illicitos, &c.* & in fine ad alia verba, *ſiuè inter ſe, ſiuè cum aliis,* & clarius loquendo *idem Diana ibid. reſolut.45.* de confeſſario petente à pænitentę domum, vt ibi adducat concubinã (quòd etiam ſpectat ad lenocinium vt patet in *Authent. de lenonibus tit.10. collat.3.*) probat includi in dictis verbis, *ſiuè inter ſe, ſiuè cum aliis,* & ſic eundem *Dianam* allegat *loco primo cit. Nouarius p.1. bullar. cum de ſollicitãt. n.10.* & quidem quòd iſte caſus includatur in dictis verbis, *ſiuè inter ſe, ſiue cum aliis,* fit mihi certũ, ex verbis illis immediatè ſequentibus, *quomodolibet perpetranda.* quæ magis in ſpecie poſſunt comprehendere
897 hunc caſum lenocinii, quàm illa alia verba generalia *aut cum pænitentibus illicitos ſermones, &c.* & ſic poſt *Lezanam cit. c.9. n.34.* concludit *Diana cit. reſol.12.* qui ex his verbis, redarguit *Antonium Souſam* indicantem, eſſe probabile, quòd iſte caſus ſollicitationis ad lenocinium, neque comprehendatur in



Digitized by Google

Bulla Greg. Per illa alia verba *in actu ſacra-
mentalis confeſsionis.* fit manifeſtum in pri-
mis, quòd confeſſarius ſollicitans aliquã fæ-
minã ad inhoneſta in aliis Sacramẽtis Baptiſ-
mi, Euchariſtiæ, Matrimonii, & aliis, mini-
ſtrandis, non comprehendatur in aliqua ex
898 iſtis cõſtitutionibus, vt poſt *Sanctum San-
ctarell. Lezan. p.* 1. ſum *qq. Regul c.* 19. *n.* 34.
*Caſtro Palaũ* Bonacin. *Freitas, & alios,* contrà
*Mourã* notat *P. Diana cit. tr.* 5. *reſol.* 16. proſe
quuntur. *Trimar de confeſſar. abutente ſacr.
pænit. diſp.* 3. *ſect.* 7. *&* Boſſius *ſuprac. Appẽdice
n.* 7. & ſi talis veniret grauiter puniẽdus; ſi.n.
Sacerdos, qui dum cantaret Miſſam, ex quo
bis protulerat quædam verba inconuenien-
tia, & contra eum deponebat Acolytus, de
quibuſdẽ verbis, & Diaconus de aliis, & ſic
erant ſingulares, fuit per curiã Archiepiſco-
palẽ Neap. ſuſpenſus à celebratione Miſſæ per
annũ, vt *per Praxim d. Curiæ c.* 67. *ad fin.* quã-
tò magis venit puniẽdus Sacerdos, qui admi
niſtrãdo ſacramenta, ſollicitaret ad turpia. Se-
cundò per ly *in actu ſacramẽtalis confeſſionis*
nõ ſolũ debet intelligi pro tẽpore, quo pænitẽs
ſe accuſat de peccato in ordine ad abſolu-
tionem, vt patet ex definitione confeſsionis
tradita à me ſuprà *p.* 1. *recoll.* 17. *num.* 1. vndè
*Layman. lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 6. *n.* 2. *&* 3. aſſerit,
ſacramentalem confeſsionem abſolutè, &
ſecundum eſſentiam, ſpectatam, conſiſtere
poſſe in quocunque ſigno propriæ accuſa-
tionis de peccato in ordine ad abſolutionẽ
conſequendam, ex Eccleſiæ autem traditio-
ne, & cõſuetudine illã eſſe faciendã vocis ſer
mone, ſi pænitẽs loqui poteſt. Sed etiam de-
bet intelligi pro toto eo tempore, quo pæ-
nitens accedit animo confitendi, & præmit-
tit actus ordinatos ad confeſsionem, nem-
pè genuflectendo ſe ante confeſſarium, vel
ſignando ſe ſigno Sanctæ Crucis, vſquequo
ſurgit, vel recedit à confeſsionario. Vndè
confeſſarius perſonam aliquam ſollicitans,
poſtquã fuit genuflexa, vel ſe ſignauit ſigno
crucis, in ordine ad Cõfeſsionem faciendã
899 & ſi antequã incipiat aliquod peccatũ con
fiteri dicitur ſollicitator non ſolũ prætextu
ſed in actu confeſsionis, ideóq; eſſet denũciã-
dus ſecluſa hac conſtitutione Gregorii, vt
poſt *Acunam, Freitas, Dianam, &* Fagundez,
probat *Boſsius cit. Appendice n.* 30. qui hoc di
cit verum, & ſi non fuit ſequuta confeſsio,
vel quia pænitens noluit poſtea ſe accuſare,
vel impediatur malitiosè ab ipſo cõfeſſario,
remittendo illam ad alium confeſſarium,
vel ſuadendo, vt confeſsionem differat in
aliud tempus, & ante eum, *Diana p.* 4. *tra* 5.
*reſol.* 30. *&* 49. vbi idem dicit in caſu, vbi
ideò non ſequitur abſolutio, quia aliqua
900 ex cauſa, illa ſit incapax pænitens, cùm ex
hoc non deſinat, quin talis confeſsio non ſit
ſacramentalis. his enim caſibus, adeſt ſacra-
mentalis confeſsio reſpectu pænitentis in
animi præparatione, quòd ſufficit vt ipſi pę-
nitentiæ ſacramẽto, fiat iniuria; quam ob rẽ
ſecus eſſet, ſi fæmina, & confeſſarius accede-
rent ad locum confeſsionum, illa abſque
animo confitendi, & hic abſque animo ali-
quo, adminiſtrandi ſacramentum pæniten-
tiæ, ſed propter circunſtantes ſigno Crucis
præmiſſo, ac etiam fingendo confeſſarius in
fine, illam abſoluere, nam ſi interim confeſ-
ſarius prouocaret dictam pænitentem ad tur-
pia, non diceretur propriè ſollicitator *in actu
ſacramentalis cõfeſsionis ſed tantũ prætextu cõ-
feſsionis ſimulando confeſsionem,* & per conſe
quẽs, ſecluſa cõſtitutione Gregorij, non eſſet
talis denunciãdus, vt per eundem *Trimarcã
ſup. ſectione* 2. *& Boſſium loco ſuprac. nu.* 32.
qui *n.* 25. *&* 29. idem dicit de fæmina acce-
dente ad Sacerdotem in loco confeſsionũ
exiſtentem, illique aperiat peccatum non
animo cõfitendi, ſed conſilium capeſſendi,
vel ob alia negotia, & confeſſarius dum cũ
ea loquitur, illam ſollicitaret, ſicut etiam di-
cerem de illa, quę ſe genuflecteret ante con-
feſsarium non animo tunc confitendi, ſed
vt à confeſſario exquirat, ſi velit v. g. in cra-
ſtinum audire illã in confeſsione, nam ſeclu-
ſa conſtitutione Gregorii, ſi illam tali loco
ſollicitaret, non eſſet denunciandus, quia
non eſt ſollicitatio facta in actu confeſsionis
ſacramentalis, imò poſita declaratione Cle-
mentis VIII. quòd comprehendantur etiã
ſollicitantes proximè antè, vel proximè poſt,
neque diceretur iſta ſollicitatio, facta proxi-
mè antè confeſsionem, ita poſt alios *Diana
ſupracit. tract.* 5. *reſol.* 6. Dixi *tali loco*, quia
ſi dicta fæmina extrà locum confeſsionis, id
ab eo requireret, an velit eam audire in cra-
ſtinum, certum eſt, neque includi hunc caſũ
in hac conſtitutione Gregorii. De confeſſa-
rio, qui dum audit pænitentem in confeſ-
901 ſione, illi tradit chartam legendam poſtea,
in qua illam ad venerem ſollicitat, agit poſt
alios *Diana ſuprac. tr.* 5. *recoll.* 2. qui contrà
*Caſtrum Palaum* (putantem non eſſe talem
comprehenſum in dictis Bullis, vbi talis
charta non legeretur, ſtatim poſt confeſsio-
nem, ſed aliquo tempore iam tranſacto) con-
cludit cum *Sancio, & Fagundez* affirmatiuè,
cõprehendi ſcilicet non tãquã ſollicitationẽ
factã ſtatim poſt actum confeſsionis, ſed tam-
quã in actu confeſsionis. Fauet quia in deli-
902 ctis, & quaſi, ſpectandum eſt initium, *l.
quòd ait §. quod ait vbi* Bart. *ff. de adulteriis,
vbi Bartolus, cum aliis allegatis per gloſam in
cap. dudum* 22. *verbo electionis tempore ex. de
electione,* & quod principiũ eſt potiſsima cau
ſa cuiuſque rei *l.* 1. *ff. de origine iuris.* Pro ly
*ſiuè antè, vel poſt immediatè*, hodiè poſt con-
ſtitutionem Gregorii, intelligi debet, quan-
do pænitens reperitur extrà confeſſionariũ,
ſeu

Digitized by Google

ſeù locum deputatum, & electum ad confeſ-
ſionem illius audiendam, quidquid ſit ante
dictam conſtitut. inſpectis aliis Bullis cum
declaratione Clem. VIII. de qua ſuprà, nam
vi conſtit. Gregorii ſufficit, ſi ſollicitatio fiat
in confeſsionario cum aliqua ſimulatione
confeſsionis. Vndè rectè *Diana p.4. tract.5.*
*reſol.39. & ibid. reſol.46.* circà illos caſus de
confeſſario, qui præuenit pœnitentem ac-
cedentem animo confitendi ante ſignum
crucis, illam ſollicitando, præſupponens, illã
iam genuflexam in confeſsionario, & ſi po-
ſtea dum eſſet in confeſsionario mutauerit
animum confitendi, ſubdit, certum eſſe, illũ
debere denunciari in terminis conſtitutio-
nis Gregorii XV. & difficultatem eſſe, an
idem ſit dicendum in terminis aliarũ Bul-
larum, & ſi vtrobique hic author pro nega-
tiua citans *Souſam eod. loco* ſcilicèt *opuſculo*
*de confeſſar. ſollic. tract.1. cap.18. n.7.* nõ eod.
modo illum reiiciat, quia primo loco, dicit,
*meritò contrà ipſum inſurgere* Freitam, ſecun
do verò loco ſubdit, *quæ quidem an ſint pro-*
*babilia in terminis Decreti Pauli V. remitto me*
*iudicio aliorũ*, ideò clarius *Boſsius in ſupra cit.*
*Appẽdice dub.15.* vbi proponẽs dubiũ, iſtis ver
bis *An confeſſarius fœminã ad turpia ſollicitãs*
*non in actu ipſo materiali audiendi confeſsio-*
*nes, ſed proximè, antè vel proximè poſt confeſ-*
*ſionem in ipſo loco confeſsionis, ſeù in altero ad*
*audiendam confeſsionem electo, comprehenda-*
*tur præfatis conſtitut. & earum pœnis, & ſit In*
*quiſitoribus denunciandus.* Reſpondet, cer-
tiſsimum eſse, comprehendi in Bulla Grego
rii XV. & eſse difficultatẽ iuxtà alias Bullas.
quã difficultatẽ latè examinat. Ad propoſitũ
autem noſtrum; dico quòd in terminis con-
ſtitutionis Gregorij iudicari debeat quis, ꝙ
903 ſollicitaſset immediatè antè actum con-
feſsarius, quando ſtatim antequam illa, quæ
accedit animo confitendi, ingrederetur cõ-
feſsionarium, aut genuflecteret ante ipſum
confeſsarium, vel ſi confeſsio fiat in lecto,
ſtatim antequam ſignaret ſe crucis ſigno,
vel inchoaret peccatum aliquod aperire
ſollicitata fuit, ſicut iudicari debet, quòd
ſollicitaſset *immediatè poſt actum confeſsionis,*
quando ſi confeſsio facta ſit in confeſsiona-
rio, ſollicitata illa fuit, ſtatim poſtquam egre
deretur ab ipſo cõfeſsionario, vel ſi tantũ ge
nuflexa ante dictũ cõfeſsariũ, ſtatim ſit ſollici
tata poſtquã erecta fuit, & tandẽ ſi in lecto,
vel alio ſimili loco, ſtatim poſtquam fuit ei,
vel impenſa, vel denegata abſolutio. Primã
partem exemplificarem in ea, quæ vt dixi
ſuprà accederet ad confeſsarium, exiſtentẽ
in loco, vbi ſolent audiri confeſsiones, ani-
mo ingrediendi confeſsionarium, vel genu-
flectendi ante confeſsarium, vt confitere-
tur, & antequam ingrediatur, vel genufle-
ctat, ſollicitetur, ita eod. modo quando acce
dit confeſsarius vocatus à iacente in lecto, vt
illius audiat confeſsionem, ſi ſtatim verbis,
tactibus, vel aliis ſignis, illam ſollicitare ten-
tauerit, in his caſibus militat ead. ratio, quã
afferunt Doctores, in caſu, quo dicta fœmina
ingrederetur confeſsionarium, vel genufle-
cteret, aut ſe ſignaret ſigno crucis, ſcilicèt
quia id, quod fit immediatè antè, vel poſt
factum, moraliter loquendo, & communi
exiſtimatione, cenſetur vnum, & idem cum
facto, vt per *Boſsium ſup. ſub n.37.* & ſic intel-
ligo *Freitas relatum per eundem Boſsium ſup.*
*n.30. ad finem* quando ait, *ſe vidiſſe inquiſito-*
*res cognouiſſe de caſu, ſi accedens fœmina ad*
*confeſsarium confeſsionis cauſa, ab eod. confeſ-*
*ſario præueniatur, vt confeſsio in aliud tempus*
*differatur, vt tunc eã ſollicitet.* Nec poteſt ali-
quis obiicere, hoc nõ poſse procedere quã-
do non ſequitur poſtea confeſsio, nam ly
*ante* præſupponit confeſſionem ſequutam;
quia reſpondetur ex dictis ſuprà, ſufficere,
quòd in animi præparatione ſollicitata ac-
ceſsiſset vt cõfiteretur, & ſic intelligo verba
*Boſsii cit. n.30. ad finem*, vbi quod talis con-
feſsarius *non ſolum ſit ſollicitator prætextu cõ-*
*feſsionis ſacramentalis*, ſed etiam moraliter
loquendo cenſeatur ſollicitator in ſacra-
mentali confeſsione, ipſique ſacramento in
actu ſacramentalis confeſsionis iniuriam
inferre. Dixi *in loco vbi ſolent &c.* quia ſi cõ-
feſsarius non exiſtens in loco confeſsionum,
neque paratus ad audiendas confeſsiones
904 ſollicitet, fœmina verò negato cõſenſu, re-
iectaque ſollicitatione, diſcedat, vel etiam
illam audiat, non incidit in pœnas, neque
etiam in iſtam Bullam Gregorii, quia non
eſt ſollicitator neque in confeſsione, neque
in loco confeſsionum, ita poſt Freitas, *Boſsius*
*ſupra cit. Appendice nu. 31.* An autem id ha-
beat locum, etiam vbi in quo loco, non ſo-
lent audiri confeſsiones, fœmina petierit au-
diri in cònfeſsione, & poſt dictam petitio-
nem fuerit ſollicitata? Pendet ex declaratio-
ne illorum verborum *occaſione, vel prætextu*
*confeſsionis*; de qua infrà. hoc enim caſu, etiã
ſi reiecta ſollicitatione à muliere, & ſimul à
confeſſario illa omiſſa, in eod. loco ſtatim
illã audiẽdo in confeſsione; crederẽ incidere
in pœnas, &c. ſecus ſi id faciat poſt aliquod
tẽpus, pergens ad locũ confeſsionũ, quia tũc
licèt dicta ſollicitatio ſit ante actum confeſ-
ſionis, non tamen eſt immediatè antè, vt re
quiritur in Bulla Gregorij, & ſi talis confeſ-
905 ſarius ab Ordinarijs puniri poſſit, & de-
beat, ſicut ante Bullas prædictas, quæ decla-
rauerunt, hunc caſum ſpectare ad S. Officiũ,
vt in ſimilibus caſibus notat *Cæſar Carena,*
*in ſuo tract. de officio S. Inquiſitionis p. 2. tit.*
*6.* poſt hæc ſcripta, & ferè typis exarata, viſus
vndè meritò *Diana tom.4. tr.5. reſol.6.* quan-
do agit de confeſſario, qui dicente fœmina,
ſe

Digitized by Google

ſe velle in craſtinum confiteri, illam ſollici-
tat, præſupponit, dictam ſollicitationẽ fieri
in confeſſinnario, & ſimulando audire eius
confeſſionem, & ideò comprehendi in
Bulla Gregorij, & ſi *reſol.* 11. *ad finem.* de ea-
dem re agens, id non declaret. Secunda au-
906 tem pars de *ſollicitatione immediatè, poſt*
*actum confeſſionis* exemplificari poteſt in
confeſſario audiente in confeſſione mulie-
rem eſſe leuem & immediatè poſt quam è
confeſſionario egreditur, ſiuè abſolutione
obtenta, ſiuè non, illam ſollicitat, id enim eſt
neceſſe, vt fateantur omnes, qui ly *antè*, *vel*
*poſt immediatè* intelligunt, prout dixi ſuprà,
non pro tempore, quo pænitens exiſtit in
confeſſionario prout videtur intelligere
*Diana cit. tr.* 5. *reſol.* 7. ſed pro tempore, quo
exiſtit extram confoſſionarium, prout ſup-
ponunt *Lezzana*, Boſſius, *& Carena locis pro*
*ximè citandis*, non ſolum quia vt dixi in præ
ſenti Bulla Gregorij ly *actus confeſſionis* in-
telligitur pro toto illo tempore, quo exiſtit
pænitens in confeſſionario prætextu, aut
occaſione confeſſionis, ſed etiam quia in
907 hoc caſu habet locũ regula, illa quæ parum
diſtant, nihil diſtare videtur, & quæ inconti-
nenti fiunt, cenſentur ineſſe, & ſimiles, quæ
probant, non ſolum eſſe ſollicitatorem in
terminis noſtris, qui in actu confeſſionis ſol-
licitat, ſed etiam, qui immediatè antè, vel
immediatè poſt; Difficultas igitur reſtringi-
tur, quando dicta ſollicitatio dicitur facta
*poſt immediatè*. Cõcordant authores in hoc,
quòd quando fit ſollicitatio poſt tranſactũ
aliquod tẽpus, vt ſi dictã fæminã, quã leuẽ co
gnouit in confeſſione, etiã ſtatim domi viſi-
tet, & viſitãdo alliciat, non includatur in di-
ctis Bullis, ita Boſſius *ſup. n.* 39. *& Carena ſu-*
*pra cit. tit.* 6. *n.* 18 *poſt Dianam, & alios*, & ſi di-
ſcordent in alio caſu, ſcilicèt vbi confeſſa-
rius cognoſcens in confeſſione aliquã leuẽ
finita confeſſione ſtatim, ac proximè, &
908 immediatè mittat lenam, quæ ſequatur fæ
minam, vt illam in itinere, vel ſtatim ac do
mum peruenerit, ſollicitet, an comprehen
datur in dictis bullis, & pænis earum. Nã ali
qui Doctores affirmant, ea ratione, quòd cũ
id faciat immediatè poſt confeſſionem, cen-
ſeatur moraliter loquẽdo facere in confeſ-
ſione. (Quæ ratio magis mihi placet, quàm
illa alia, qua eã probant *Pierinus in priuileg.*
*Minim. to.* 2. *conſt.* 4. *Greg. XV. reſol.* 2. *n.* 2. *&*
*Lezzana p.* 1. *cap.* 19. *ſub n.* 34. nempè *quia hoc*
*facit occaſione confeſſionis*, cũ illa vigeret etiã
quando ſollicitatio fieret poſt aliquod tem-
pus notabile) ita Boſſius *ſup. ſub num.* 40. &
ſi non reijciat dictam rationem *occaſionis*
*confeſſionis. P.* Diana verò hanc opinionem
*Lezzana, ac Pierini*, nõ amplectitur, & prote-
ſtatur *in hac q. nihil de ſuo aſſerere velle*, ſed
quidquid ſit de hoc, Eius ratio, ſcilicèt qa nõ
fit in locis prohibitis à S. Pontif. ſaltem ſola,
abſque alia ratione, de qua ſuprà, non
ſufficit, vnde potius pro ea allegarem, quòd
licèt mandatum fiat ſtatim, tamen ſollici-
tatio nõ ſit facta ſtatim immediatè, cũ fiat in
itinere, vel domo ipſius fæminæ, vt ſupponit
*Carena loco ſuprac.* DD. tñ ſupracitati nõ de-
909 clarãt quomodo accipiẽdũ ly *ſtatim*, ſeu ly
*immediatè*, *Boſ. ſup. n.* 38. & ante eũ *Sanc.* ve-
niẽdo adhoc particulare, dicit ꝙ *in noſtro ca-*
*ſu actus ſollicitãdi dicetur talis, inter quem, &*
*cõfeſſionẽ non poteſt alius magis proximus da-*
*ri*, qui per cõſequens cõcludit, non dici ſol-
licitationem factam ſtatim, & immediatè,
quando poſt abſolutam fæminam, confeſ-
ſarius ad extraneum actum alium, ſe diuer-
terat. Sed quis non videt, hoc modo ly *ſta-*
*tim, ſeù immediatè* accipi phyſicè, & non mo
raliter, vti etiam ipſi fatentur debere accipi,
Dicerem igitur, moraliter ſumendo dicta
verba, ꝙ immediatè poſt, dicetur facta *ſolli-*
citatio in terminis noſtris, quando pænitens
adhuc nõ diſceſſerat ab Eccleſia (quidquid
cõtrarium dicat, fuiſſe dictum ab aliquibus
recentioribus conſultis, *P. Diana cit. reſol.* 7.
*ad finem*) quod videtur ſequi ex eo, in quo
vt dixi ſuprà, conueniunt Doctores, nempè
non dici immediatè poſt, quando poſt audi
tam confeſſionẽ mulieris, confeſſarius ac-
cedit in domũ mulieris, & ibi eam *ſollicitet*
ita in ſpecie *Diana poſt* Molſ. *p.* 1. *tra.* 4. *reſol.*
14. *ad fin. & Carena ſup. n.* 29. ergo, dicetur im
mediatè poſt moraliter, quando poſt con-
feſſionem, adhuc pænitens eſt in Eccleſia,
alias dicta ampliatio deſeruiret de vento,
vndè hoc caſu potius attendẽdum eſſe arbi-
tror, quando pænitens diuertit ſe ad extra-
neos actus, diſcedendo ab Eccleſia,
quàm vbi confeſſarius, quia facilè con-
feſſarius in fraudem, poſſet prius ſe diuerte-
re, aliam perſonam audiendo in confeſſio-
ne, vel ingrediendo Sacriſtiam, &c. vt euita-
ret pęnas dictæ Bullæ, maximè quando eſſet
denunciandus à pænitente, & aliàs non poſ-
ſit illa abſolui, quę obligatio nõ eſt, quando
ſolum veniret puniendus ab Ordinario, vt
ſupponit *Carena loco ſuprac.* & ita intelligo
etiam caſum propoſitum ab *eod. Diana cit.*
*tract.* 5. *reſol.* 11. de confeſſario, ſtatim poſt
910 confeſſionem ducente ad cellam puerum,
vt confeſſionis chirographum tradat, & ibi
eum ſollicitet, qui comprehenditur in dicta
bulla, non tantum ratione dependentiæ à
confeſſione, quia ibi ducitur vt tradatur chy
rographum confeſſionis, quæ ratio vt dixi
ſuprà non ſufficit (cùm illa ratio vigeret
etiam ſi promitteretur dictum chirographũ
in craſtinum, vel poſt plures dies) ſed ratio-
ne immediationis (vt ita dixerim) moralis in
ter confeſſionem, & ſollicitationem. Illa
autem verba ſequentia, *ſeù occaſione vel præ-*

*textu*

Digitized by Google

*textu confeſſionis huiuſmodi, etiam ipſa cõfeſſione non ſequuta.* Stant expoſitiuè ad verba præcedentia,& non disiunctiuè, nàm aliàs vt innui ſuprà,ſi ſola occaſio, & prætextus cõfeſsionis in ſollicitatione ſufficeret ad illã ſubendam pænis huius conſtitutionis, redderetur hæc diſpoſitio exorbitans,& vna ex coniecturis, ex qua dignoſci poteſt,an dictio
911 *ſeù* ſtet declaratiuè,& expoſitiuè,eſt iſta,vbi ſcilicèt aliàs fieret diſpoſitio exorbitans, vt per Rotam Romanam apud *Seraph. dec.* 393. vndè rectè *P. Diana ſuprac. tract.* 5. *reſolut.* 37. circà illũ casũ,an ſit denũciandus cõfeſſarius qui prætextu confeſsionis vocatus in domo,ſollicitaret;cõcludit prætextũ (idẽ dicas de occaſione) confeſsionis debere eſ-
912 ſe proximum, non autem remotum à loco,& ſtatu confeſsionis, quaſi dicat,ſi tantum prætextus confeſsionis,ſit ad decipiendum,vel ſuperiorem, vt det licentiam ſubdito, adeundi dictam domum mulieris, vel maritum, vt ſinat vxorem adire Eccleſiam,cùm tamen ex præcedenti tractatu, tã confeſſor, quàm fæmina intentionem habuerint venereorũ,non erit locus pænis huius conſtitutionis, quia dictus prætextus eſt remotus à loco,& ſtatu confeſsionis.ita *Diana loco ſuprac.* vndè è contra ſi prætextus confeſsionis ſit proximus,quia verè pænites confeſſarium vocauit, vt audiret eam,& antequã illa confeſsionẽ inchoaret,vel etiã nõ ſequta cõfeſsione ſollicitaretur,locus fieret dictæ conſtitutioni. Ex eo enim, quòd dicitur, etiam *confeſsione non ſequuta*, clarè oſtenditur primò,id quod ſuprà dixi, ſufficere ſcilicet pænitentem acceſsiſſe animo cõfitendi, vt ſit caſus cõprehenſus in primo capite huius conſtitutionis,ac cõfirmari poteſt: nam in ſecundo capite, de quo mox infrà, licèt ſit ſermo de ſollicitatione extrà occaſionẽ cõfeſsionis in loco ad cõfeſſiones audiendas ſolito, vel electo, tamen non requiritur prætextus cõfeſsionis,ſed ſimulatio tãtum cõfeſsionis,quòd ſignificat,in primo capite ſupponi confeſsionem ſacramentalẽ ſaltem in animi præparatione ipſius pænitẽtis, ſicut neque requiritur, quod confeſsio ſit ſequuta,vt in tex. non autem in ſecundo capite.Oſtenditur ſecundò, à fortiori, id affirmandũ eſſe ſequuta cõfeſsione,& ſi abſolutio non ſit data pænitenti,vt dixi ſup. quia incapax,&c.nã per hoc non deſinit,quin dicta confeſsio non ſit ſacramentalis, vt per *Carenã loco ſuprac.n.29.& Boſsium n.19.* Sequitur ſecunda pars, ibi *ſiuè extra occaſionẽ confeſsionis in confeſsionario, aut in loco quocunque vbi confeſsiones ſacramentales audiũtur,ſeu ad confeſsionem audiendam electo, ſimulantes ibid. confeſsiones audire.* Loquutus fuit huc vſque S.Pontifex de ea,quæ ſaltem in præparatione animi acceſſit,vt confiteretur peccata ſua, & ſic pro actu ſacramentalis confeſsionis,quod contingit, vt explicat *Boſsius loco ſuprac. num.*28. quoties fæmina accedit genuflectendo ante confeſſarium cũ intẽtione accuſandi ſe in illo foro,& ſatisfaciendi Eccleſiæ,& ſi abſque intentione recipiendi abſolutionem, & abſque contritione,& propoſito emendæ, vt in meretricibus,habentibus inimicitias,& ſimilibus.Nũc autem loquitur de alio caſu,quando ſcilicèt
913 fæmina accedit nõ animo confitendi, ſed ſolum confabulandi cauſa, vel etiam gratia conſultationis,& petendi conſilium, vel ob alia negotia,& ſi dicta negotia,proteſtetur ſibi communicare ſub ſigillo confeſsionis, & tanto magis ſi accederet vt confeſſarium ſollicitaret, vt per *Boſsium ſup. n.25. & duobus ſequentibus*, & ſubdit idem S. Pontifex, hoc caſu confeſſarium eſſe denunciandum, ſi *in confeſsionario,aut loco quocunque,vbi confeſsiones audiantur,&c.* dictam fæminã, vel maſculũ, *ſollicitauerit, aut prouocare tentauerit,vel cum eis,illicitos,& inhoneſtos ſermones,ſiue tractatus habuerit*, hoc idem fuiſſe ante hanc conſtitutionem decretum per S. Congregationem S.Romanæ vniuerſalis Inquiſitionis 10. Iulij 1614. refert poſt *Coriolanum,Carena loco ſuprac.nu.*32. Circa iſtotũ verborũ intellectum, præſuppoſito dicta
914 verba turpia habita inter eos ſufficere;& ſi habeãtur abſq; ſollicitatione.Certum.n.eſt vi huius conſtitutionis Gregorij XV. ſi dicti ſermones illiciti, & inhoneſti haberentur à confeſſario cum pænitente, dum illa iam acceſſerit animo confitendi, & ſic in actu ſacram.confeſſ.vel ante,aut poſt immediatè,ſeu occaſione,aut prætextu dictę cõfeſſionis,eſſe Cõfeſſariũ à fortiori denunciãdũ. *Boſsius in cit. Appendice n.*49. vbi id dicit verũ,etiã attentis aliis conſtitutionibus aliorũ S.S.Pontificum. Vndè Doctores, qui docẽt, confeſſarium, qui non ſollicitauit, ſed tãtũ
915 concubinã redarguit de zelotipia in actu confeſsionis, vt per *Dianam p.4. tract.5. reſol.*45. vel ſollicitãti fæminæ in actu confeſſionis conſenſit, eſſe denunciãdum,inſpecta conſtitutione iſta Gregorii. id probant ex iſtis verbis, *vel cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones tractatus habuerint*, de quo ſecundo caſu *per Dianam p.1. tract.4. reſol. 11. & p.4. tract.5. reſol.4. & 42. cum aliis allegatis à Carena ſupra. tit.6. num.35. ad finem.* qui concludit,hunc caſũ vti difficillimũ,egere Pontificia declaratione,& ob id inconſulẽdũ eſſe ſupremũ Senatum,qui *n.*95. id ampliat etiã
916 quòd cõfeſſarius conſentiat non liberè,ſed ex metu,quia v.g. fæmina, à qua ſub colore egritudinis fuit vocatus, minatur ſe exclamaturam, ſibi à confeſſario vim inferri, niſi conſentiat ſuæ ſollicitationi. Pro opinione autem negatiua, præter allegatos à

*Care-*

Digitized by Google

*Carena*, addo *Bellettum ſupra e* §.8.*num*.6. *&*
*Boſsium cit. Appendice num*.12. ſicut pro caſu
metus, facilius confeſſarium excuſati, pro-
bat Diana *cit. tract*.5.*reſol*.15. qui *ibid. reſol.*
14. agit de caſu, vbi pænitens ſollicitaret ad
917 fornicandum, & confeſſarius renuat, cõten
tus tantum de oſculis, vel tactibus, ſicut *Boſ-
ſius ſup. n*.13. ponit alium caſum de confeſ-
ſario poculo, vel alia arte, procurante dictam
ſollicitationẽ à pænitẽte. Quod autẽ ad hoc
vt ſubiaceat pænis dictæ cõſtitutionis ſollici-
tatio, aut loquutio illicita, & inhoneſta, aut
tractatus etiam inhoneſtus, aut illicitus, habi-
tus in cõfeſsionario, vel in loco quocũq. &c.
ſit neceſſarius, quòd adſit etiam ſimulatio
confeſsionis, hoc mihi, ni fallor, videntur ſi-
gnificare ſequentia illa verba *ſimulantes
ibidem confeſsiones audire*, pondero enim di-
918 ctionem illam *ibidem*, quæ refertur ad lo-
cum confeſsionis, &c. & eſt idem, quàm ſi
diceret *illic*, vt per *Briſsonium hoc verbo*,
& per conſequens præſupponitur, dictã ſolli-
citationem extrà occaſionem cõfeſsionis, nõ
ſolum debere fieri in confeſsionario, vel in
quocunque loco, &c. ſed etiam ſimulando
confeſsionem, quæ ſimulatio ferè ſemper
interuenit, cũ fæmina ad eã confeſsionarij
partẽ, vbi cõfeſsio fieri ſolet, accedit, vel ante
eùm genuflectat, vel ſe ſigno crucis ſignat,
aut cõfeſſarius in fine, fingit abſoluere, vt per
*Boſsiũ locis infracitãdis*, qua ratione, idẽ *Boſ-
ſius in Appẽdice n*.43. *in ſuis diſceptationibus,
diſceptat*.5.*nu*.3. *poſt Lezanam, & Freitam*
contrà *Dianam* docet, quòd ſi cõfeſſarius ſe-
919 dens in cõfeſsionario, & extrà occaſionem
confeſsionis loquens cum fæmina ſtante, vel
ſedente ante confeſsionarium, non ſimu-
lando audire confeſsionem, cum illa ſermo-
nes illicitos, & inhoneſtos haberet, vel il-
lam ſollicitaret, aut quòd peius eſt, cum ea
rem haberet, vt loquitur *Lezana*, non com-
prẽderetur, in d. cõſtitut. Ac fauet quòd hoc
caſu, vbi non adeſt ſimulatio confeſsionis,
quis non abutitur ſacramento, ex qua cau-
ſa redditur ipſe cõfeſſarius ſuſpectus de here
ſi, & per conſequens erit denunciandus Sã-
ctæ Inquiſitioni, ſicut quando adeſt ſimula-
tio confeſsionis, non poteſt negari, quin ad-
ſit abuſus dicti ſacramenti, qnatenus cære-
monijs ipſius, ac ipſo ſuppoſito ab adſtanti-
bus, talis confeſſarius vtatur ad explendum
ſuum animum libidinoſum, quidquid con-
trarium oſtendere conetur *Boſsius in diſce-
ptat*.5.*n*.1. Suppoſita autẽ dicta ſimulatione
confeſsionis, poteſt dubitari, an cõfeſſarius ob
inhoneſtos ſermones debeat denunciari, &
920 ſi confabulatio inhoneſta habuiſſet or-
tũ non à confeſſario, ſed à pænitente? Reſp.
pẽdet ex reſolutione difficultatis ſupra ta-
ctæ de fæmina, quæ in actu confeſsionis ſolli
citauit confeſſariũ, qui conſenſit dictæ ſol-
licitationi, ideò *Boſsius in appendice n*.12. *ad
finem & in cit. diſceptat*.5. *nu*. docet, hanc
confabulationem debere habere ortum à
confeſſario. Cuius tamẽ contrarium reſpon-
derẽt *Diana, & Carena*, docẽtes, dictũ cõfeſſa
riũ ſollicitatũ cõſẽtiẽtẽ vt ſuprà, eſſe denun-
ciandum, & ſi minus puniendum, ſed quid
ſi confabulatio à fæmina habuit ortum, ſed
poſt diuertiſſet ad alios actus, & confeſſarius
illectus à præcedenti fæminæ confabulatio-
ne iam interrupta, illã prouocet, &c? Reſol-
uitur ex illo quæſito facto à DD. in caſu, vbi
ſollicitatio fuit ad inuicem, vt per *Dianam
ſupra e. tract*.5. *reſol*.14. *&* *Boſsium in appen-
dice n*.9. Qui *Diana ibid. reſol*.20. *poſt* Bonae.
probat, non dici poſſe pænitentem ſollici-
taſſe confeſſarium, quando tantum animo
confitendi, ſe accuſat habuiſſe animum pec-
921 candi cum ipſo confeſſario, ex quo ſequi-
tur, quòd ſi id ei aperiat extrà cõfeſsionis oc-
caſionẽ, & confeſſarius annuat, neq; confabu
latio inhoneſta haberet ortum ab ipſa pæni-
tente. Quòd neque paruitas materiæ in hac
loquutione excuſet, ſicut dixi ſuprà de ſolli
citatione, generaliter loquẽdo de incurſu pæ-
narum conſtitutionis Gregorij, notat. *Care-
na ſupra e. tit*.6. *n*.37. *in principio*. Sermones
laſciui enim, & alij actus, & ſi leues, ſicut ef-
ficiuntur graues ratione ſanctitatis Sacra-
menti, cui detrahitur quando habentur in
actu confeſsionis ſacramentalis, ita etiam ef-
ficiuntur graues, quando ſimulatur ipſum
ſacramentum, iuxtà ea, quæ ſuprà dixi; Circà
illa verba, *aut in loco quocunque, vbi confeſ-
ſiones ſacramentales audiuntur*, poteſt dubi-
tari de confeſſario monialium ſollicitante,
vel turpes ſermones, vel actus, habente in
922 parlatorio cõmuni, in quo etiam ſolet ipſe
earum monialium confeſsiones excipere,
& alij etiam ſolent ibi indiſtinctè cum eiſdẽ
monialibus loqui? Cui dubitationi occurrit
*Sancius in ſelectis diſp*.11.*n*.68 *in fine*, & pro-
bat *Carena de officio S. Inquiſit. tit*.6. *ſub nu*.
32. his verbis, *ſaltem non comprehendi ſub
hac conſtit. quia locus ille non poteſt dici con-
feſsionale, niſi ſollicitaret in die, quam monia-
les haberent deſtinatam pro confeſsionibus*, ſed
vt conſequenter loquar, iuxtà ea, quæ ſuprà
dixi, non ſufficit, quòd moniales deſtinatam
habeant illam diem pro confeſsionibus, ni-
ſi etiam ſimularetur confeſsio, quòd contin-
geret, quando ab ipſa moniali, vel à confeſ-
ſario ille locus eligeretur ad confeſsionem
audiendam, ob illa alia verba, *ſeù ad cõfeſsio-
nem audiendam electo*, vndè ſi monialis iſta
ſollicitata, &c. proteſtatur nolle confiteri, ſed
loqui cum confeſſario, vel confeſſarius vo-
cet dictam monialem in dicta die cum ead.
proteſtatione, velle tantum cum ea loqui,
non ſubiaceret dictis pænis, quia in tali lo-
co, non ſimulatur regulariter confeſsio, niſi
ex hoc, quia dicit monialis, velle ibi cõfiteri;
Di-

Digitized by Google

Dixi, *regulariter*, quia alicubi ſolet eſſe dif-
ferentia inter moniales(etiam in confeſsio-
nario, vel loco quocunque,eas non exci-
piendas ſolito) volentes confiteri, & volen-
tes loqui,nam primo caſu clauditur oſtium,
non verò ſecundo caſu. Quòd non compre-
hendatur in dicta conſtitutione cōfeſſarius,
923 qui dum inhoneſta ageret cum aliqua per-
ſona in loco ſecreto, ſi vbi alios aduenire
animaduerteret,ſimularet ſacr. pænit.,nō vt
medium ad dictū crimen, quod crimen de
facto tunc fiat, ſed quod ante efficiebatur,
notat *Sancius cit. diſp.* 11.*num*,40 *ad finem*,
vnde idem dici poſſet de eo, qui in cella re-
pertus cum adoleſcente diceret,ſe cōfeſsio-
nem ipſius audire. Ex dictis proximè ſuprà,
decidi poteſt caſus,quem habui in facto,de
cōfeſſario vocato ab adſtantibus,vt audiret
confeſsionem cuiuſdam fęminę,graui paro-
xiſmo correptæ, qui cùm adueniret iam
ceſſato paroxiſmi rigore,ac ab eo (vt ita di-
xerim) expergefactam inueniret,dixit hæc
verba, *ſtà bene, non è niente, non ſon quì per
confeſſarla*, quibus verbis nō obſtātibus,re-
ceſſerūt adſtātes à cubiculo infirmę,& rema-
nēs ſolus dictus confeſſarius cū egrota, illā
tactibus obſcęnis fędauit? Quibuſdam enim
viris doctis viſum fuit, hunc caſū non com-
prehendi in dicta conſtit. Gregorij, cum
nec prætextus confeſſionis proximus, neq;
illius ſimulatio in illo verè interuenerit,
quæ vt dixi ſuprà, requirūtur ad hoc vt ve-
rificetur ſecunda pars dictæ conſtitutionis
præfati Gregorij, loquens de ſollicitatione
*extra occaſionem confeſſionis*, & ego adde
bam, ſaluo meliori iudicio,neq; in eod. ca-
ſu interueniſſe electionem loci ad confeſ-
ſiones audiendas, quæ in ead. ſecunda parte
conſtitutionis, expreſsè requiritur, ex quo
neq; ipſa infirma dictū confeſſarium voca-
uerat,ſed aliæ adſtantes, & Confeſſarius ex-
preſsè proteſtatus, fuit, huc non adueniſſe,
vt illius confeſſionem audiret, quia illa
neceſſaria non erat, & ſic iſte caſus eſt di-
uerſus à caſibus,de quibus ſuprà, vbi Con-
feſſarius malitioſè differt in aliud tempus
audire eam,quæ animo tunc confitendi ac-
ceſſerat, vel ab illo propoſito omninò retra-
hit,vt illam ſollicitet:nam in eis ſupponitur
electio loci,ac prætextus, & ſimulatio con-
feſsionis,quæ non adſunt in iſto caſu. Dixi
924 *iam ceſſato paroxiſmo*. quia ſi eo durante,
cum ſpſa aliquid obſcænum perpetraſſet,nō
ſollicitantis, ſed fornicarij munus,dictus cō-
feſſarius excercuiſſet, *Sancius ſuprac. diſp.* 11.
*n.* 32. De intellectu illorum aliorum verbo-
rum *Dantes etiam facultatem venerabilibus*,
&c. *etiam ex teſtibus ſingularibus*, &c. non
q̄ habētur Conſtitutione Gregorij nō perti-
net, ad noſtrum inſtiturum, ideò, remi-
ttimus Lectorem ad *Carenam in tract. de
officio ſanctæ inquiſitionis, tit.* 6. *num.* 37. *ad fi-
nem, & n.* 10. *ac ſequentibus*, vbi latè de fide
925 adhibenda mulieribus denunciatibus,
aut teſtificantibus, in qua re, placet, quòd
probat *Sancius loco ſupracitato, nu.* 46. nem-
pè id remicti arbitrio inquiſitoris, vel ordi-
narij recipientis, dictam denunciationem,
aut teſtificationem. Addit *Lauretus de Frā-
chis in ſuis controuerſiis, intèr Epiſcopos, &
Regulares, cum de hac* Conſtitutione, *Gregorij
q.* 2. ipſum Inquiſitorem, aut ordinarium
in caſu occurenti,conſulere debere, ſacram
Congrecationē Vrbis, referendo tèſtes exa-
minatos, & fidem, quæ illis adhiberi poteſt,
ꝙ denotat,id pertinere ad arbitriū,eiuſdem
Cōgregationis,cui partim fauēt litterę eiuſd.
Congregationis datæ ſub die 17. Iulij 1627.
relatæ à *Trimarca in ſuo tract. de Confeſſario,
abutente Sacramento pœnitentiæ, diſp. vltima
num.* 11. *his verbis. M. R. Sig. Acciò più fon-
datamente ſi proceda contro li ſollicitanti in
confeſſione, queſta ſoprema Congregatione,
ordina, che per il detto d'vna ſola donna V. S.
non faccia conſtituire, è carcerare il preteſo
reo, ſenza darne prima quà auiſo, con la rela-
tione della qualità della donna, del denuncian-
te, e del denunciato, & all'hora ſarà V. S. ſigni-
ficato ſi deba, o nò procedere à conſtituirlo, e
carcerarlo, e tanto ella eſſequirà, men-
tr'io dal Signor Iddio li prego ogni bene,
&c.* Iſtæ litteræ, non ſolùm fuerunt directè
Vicario Generali Ianuenſi, vt refertur, a
dicto *Trimarca poſt Pierinum*, ſed omnibus
ordinarijs, & Inquiſitoribus Italiæ, vt etiam
innuit ipſe *Trimarca*, & ſupponit *Lauretus
de Frāch. loco ſuprac.* Quia verò poteſt dicta
obligatio denunciandi confeſſarium ſolli-
citantem, reſpectu perſonæ ſollicitantæ, eſſe
non ſolùm ſub mortali, vt dixi *ſuprà num.*
881. (quibus ibi allegatis, addò *Sanctarel-
lum de hæreſi. cap.* 46. *num.* 10. *& Trimarcam
ſup. diſp.* 4. *ſect. prima*, qui teſtatur de cōmu-
ni) ſed etiam ſub pęna excommunicatiois
926 in locis, vbi Inquiſitores (vt in Lombar-
dia, Statu Pontificio, Veneto, & Hetruſco,
paſſim obſeruatur) per eorum edicta, præci-
piunt infra certum terminum dierum, dè-
nunciari Hæreticos, ac ſuſpectos de hæreſi,
quod ſufficit, & ſi non exprimantur ſolli-
citantes in confeſſionibus pœnitentes, vt
quis teneatur, ſub eadem pœna, illos denun-
ciare, vt dixi *ſup. p. p. recollect.* 22. *num.* 15.
Notanter addidi illa verba, *in locis, vbi In-
quiſitores*, quia *per eorum edicta, &c. Boſſius
in ſupracit. Appendice ſub num.* 74. *poſt Ba-
riolam.* refert, quodam edictum gene-
rale Eminentiſſimorum Cardinalium In-
quiſitionis vniuerſalis, emanatū die 3. Ianua-
rii 1623. in quo ſub pęna excommunicatio-
nis, Summo Pontifici, ac eiuſdē generalibus



Digitized by Google

Inquiſitoribus reſeruata, in quo præcipitur vniuerſis Chriſti fidelibus, in Vrbe, & vbiq; locorũ exiſtentibus, vt omnes hæreticos, vel de hæreſi quomodolibet ſuſpectos, de quibus notitiam habuerint, debeant Inquiſitoribus, vel Ordinarijs locorum, vel eorum Vicarijs generalibus, denunciare. Et *Trimarca ſup. diſp. 4 ſect. 3. ad finem, poſt Pierinum* ſubdit, tale præceptum eſſe perpetuũ, & per conſequens durare donec reuocetur per eãdem S. Congregationem, ſicut, etiam dicitur de edictis Inquiſitorum particulariũ; vndè colligi poteſt, hodiè, etiam in locis vbi non adſunt Inquiſitores particulares, & fiũt dicta edicta per ipſos ſub dicta pęna excommunicationis, nõ denunciantes confeſſarios ſollicitantes, incurrere pœnam excommunicationis reſeruatæ; vt ſuprà, quod maximè confirmari poteſt, ex eo, quod conſtitutio Gregorij XV. quę confirmat, & ampliat alias conſtitutiones, circa hanc materiam ſollicitationis, fuit ædita antè dictum edictũ ſcilicèt die 30. Auguſti 1622. Item quòd non videtur maior ratio, quarè inedictis Inquiſitorum particularium, in quibus præcipitur, denũciatio hæreticorũ, ac ſuſpectorũ de hæreſi, includantur, ſollicitantes in confeſſione, et non in edicto Inquiſitoris Generalis Vrbis; Et tandem, quòd ſufficiat publicatio dicti edicti facta in Vrbe, vt obliget, vbiq; poſt notitiam. Quapropter vbi confeſſarius habet notitiam dicti edicti (& eius ſit opinionis, hodiè præfatum edictũ vbique vim habere, ꝙ mihi ſicut eſt nouum ita eſt incertum) ſciat, quòd terminus ibi, appoſitus, ſicut termin⁹ appoſitus in edictis Inquiſitorum particulariũ, non apponitur
927 ad extinquendam, ſed ad differendam obligationem pęnitentis ſollicitatæ, ad denunciandum, vt poſt *Fagundes, Acunam, Fraitam, & Portellium*, probat *Boſſius ſupra cit. Appendice, num. 77.* quod ſignificat, non ſolùm dicta edicta habere vim ſtatuti, & legis, & per conſequens, vt ſuprà dixi, obligare donec reuocentur ab ipſis Inquiſitoribus, vel eorum ſuperioribus, aut ſucceſſoribus; ſed etiam, quod qui intra terminum ibi præfixum non denunciauerit, ſemper teneatur denunciare; & ſi id non omiſerit ob culpã, ſed vel ob ignorantiã inculpabile, vel moralẽ impotẽtiã, nõ eo modo, quo putat *Bonacina*, nẽpè, ꝙ elapſo termino pfixo, id ſciens, & nullo impedimento legitimo
928 excuſatus, toties incurrat excõmunicationẽ, quoties cõmodè poteſt denunciare, & tamen negligit, id exequi, ſed quod tantùm vnicam incurrat excommunicationem, ob vnicam violationem præcepti continuatam, vt contrà eundem *Bonacinam*, probat *Boſſius ſupra cit. Appendice, nu. 81. qui nu. 78.* ſubdit poſt alios, dictum terminum non eſſe computandum à die publicationis ipſius edicti, ſed à die notitiæ illius criminis denunciandi, quod præter alios authores ab eo citatos, antè eum dixit, etiam *Sancius cit. diſp. 11. num. 19.* Non explicant autem authores, an dicta perpetuitas obligationis intelligenda ſit de ſollicitationibus factis, antè dictum edictum, vel etiam factis poſt dictum edictum, ſed licèt de rigore ex verbis, & occaſione quare emanant in dictis locis ab Inquiſitoribus. d. edicta quorum tenor habetur, *in Directorio inquiſitorum, par. 3. num. 53. antè quæſtiones* ibi, *infra dies 12. proximè computandos*, & infrà, ibi *ſciuerint, viderint, & audiuerint*, quibus verbis vtitur, etiam præceptum Sanctæ Inquiſitionis vniuerſalis Vrbis, de quo ſupra, & eius tenor refertur à *Bariola poſt eius Flores, & noſtrum P. Dianam, poſt. 4. par. ſuarum reſolut.* Item quia talia edicta fiunt ab Inquiſitoribus, cùm de nouo inſtituuntur in aliquo loco videantur intelligenda de ſollicitationibus factis antè edictum. Tamen DD. ſupponunt communiter, debere intelligi
929 dictam perpetuitatem obligationis, non ſolùm, quò ad denunciationem hæreticorum, vel de hæreſi ſuſpectorum, de tempore publicationis ipſorum edictorum, ſed futurorum, quoq;, vt patet, ex notatis à *Suarez diſp. 20. de fide ſect. 4. ad finem, & Sanctarellum de hæreſi. cap. 9. etiam ad finem* (qui benè probant, contrà *Pegnam* in Extrauag. Gregorij IX. non reperiri excommunicationẽ, latæ ſententiæ contra dictos non denunciantes, ſed tantùm ferendæ) *Clarius Sancius ſupra cit. diſp. 11. num. 48.* & confirmari poteſt, ex eo, quod dixi ſuprà, Talia ſcilicèt edicta habere vim legis, nàm lex de ſui natura reſpicit futura, *l. fin. in fine, C. ſi certum petatur, §. Prouinciarum, verſ. vndè. Authen. vt facta noua conſtitutione.* Accedat, quod ratio finalis, qua mouentur Inquiſitores publicare dicta edicta, vt patet ex prohemio ipſorum (ex quo dicta cauſa *finalis* deſumitur, vt ſæpe dictum fuit,) quæ eſt extirpatio talium hæreticorum, ſeu de hæreſi ſuſpectorum, vt patet, ibi *ex omnibus noſtris præcordijs affectãtes, populum Chriſtianũ in vnitate, ac ſinceritate Catholicæ fidei confoueri, ac ab omni peſte prauitatis hæreticæ, viſceraliter elongari, idcirco, &c.* Conuenit hæreticis, ac de hæreſi ſuſpectis, tàm ante, quàm poſt dicta edicta, ideòq; de illis eſt ſumenda interpretatio, per quàm plenior fiat prouiſio; ad notata in ſimili à noſtro *Patre Duardo de cenſibus, §. 2. q. 21. num. 13. verſ. ex quibus patet, & ſequentibus.* Ex dictis
930 patet, obligationem de quà ſupra, ſub mortali denunciandi in pœnitentibus ſollicitatis, oriri immediatè ex Bullis SS. Pontificum; Implicitè, nàmque ex Bullis Pauli IX. Pij IV. & Clem. VIII. ex quo in eis tribuitur

Digitized by Google

buitur Iuriſdictio Inquiſitoribus, vt contrà ſollicitantes procedere poſſint, tanquàm contrà ſuſpectos de fide,& ſuſpecti de fide ſunt denunciandi ſicut Hæretici, & ſicut alij, qui ſciunt aliquod delictũ, quod vergit in damnum publicum, de quarè latè egi, *p. p. Recoll.* 22. Explicitè autem ex Bulla Gregorij XV. in qua expreſsè imponitur dicta obigatio denunciandi, ibi. *Mandantes omnibus confeſſarijs, vt ſuos pœnitentes, &c.* & retuli *ſupra ſub num.* 881. obligationem verò ſub pęna excõmunicationis, immediatè oriri ex edictis Inquiſitorum; Qui modus loquẽdi magis meum animum implet, quàm alij modi, quibus vtuntur cæteri authores, qui vel docent, hanc obligationem oriri immediatè à Bullis, vel immediatè oriri, ex edictis Inquiſitorum, & alij, qui diſtingunt, dicentes, hanc obligationem originaliter, & radicaliter oriri ex Bullis, proximè autem, & formaliter, ex edictis Inquiſitorum, vt per *Trimarcam diſp.* 4. *ſect.* 3. *& Carenam de officio S. Inquiſitionis, tit.* 6. *num.* 121. Ex hoc autẽ, quòd extet præceptũ naturale denũciandi, vt ſuprà, ac etiam poſitiuum, ſiuè conſtitutionis Greg. XV. S. Pontificis, ſiuè edicti Inquiſitorum, non ſequitur, non denunciantem committere plura peccata, quàm vnũ, vt notat *Sancius ſuprac. diſp.* 11. *ſub num.* 17. hoc enim peccatum eſſe contrà virtutem Religionis, probat *Trimarca ſup. diſp.* 4. *ſect.* 2. An verò dicta obligatio includat, vt ne-
931 queat abſolui pænitens ſollicitatus, vel ſollicitata antequam denunciet, vbi confeſſarius ſollicitans eſt viuus? (quia ſi mortuus, vel apud Turcas, ceſſat hæc obligatio, vt per *Trimarcam diſp* 14. *num.* 42. qui idem dicit, vbi eſſet in loco remotiſſimo) Eſt duplex opinio; prima, quæ negat, dari poſſe abſolutionem antequam fiat à pænitente denunciatio, quam opinionem præter authores loquentes generaliter de caſibus ſpectantibus ad officium S. Inquiſitionis, quos citaui, & ſecutus fui ſuprà *part.* 1. *Recoll.* 22. *nu.* 26. habetur per *Sanctarellum de hæreſi, cap.* 36. *num.* 10. qui in terminis noſtris loquendo, ſeqtur *Rodriq. quæſtionũ Regul. to.* 2. *q.* 27. *art.* 1. *& p. p. ſumma, cap.* 208. *in princ. & Acunam q.* 21. *num.* 6. *de confeſſariis ſollicitantibus.* expreſsè docentes, dictum pænitentem, non poſſe abſolui à confeſſarijs quantumcunquè priuilegiatis, donec hoc delictum Inquiſitoribus patefaciat, & *Roriquez in loco ſecundo citato,* vbi clarius loquitur, ſubdit, non ſolũ abſolutionem aliàs datam, antè dictam denunciationem eſſe inualidam, ſed etiam confeſſarium fore puniendum; quæ ſecunda pars, hodiè eſt certa ex conſtitutione Gregorij XV. vt dixi ſuprà, de quà materia adſunt, etiam literæ S. Congregationis ſub die 3. Octobris 1626. Vbi Eminentiſſimi reſcribunt Archiepiſcopis, & Epiſcopis, eorumq; Vicariis, quæ referuntur à *Trimarca in principio ſui tractatus de confeſſario, abutente Sacramento pœnitentiæ.* Ibi. *Che nell' auuenire à ciaſcheduno Sacerdote Regulare, o Secolare, che ſia, quando verrà dall'Ordinario per eſſere approuato alle confeſſioni, nell'atto iſteſſo d'approuarlo, ſi legghi, & intimi la Bolla ſudetta di Gregorio, particolarmente l'vltimo §. d'eſſa Mandantes omnibus confeſſarijs, & c. accio nel medeſimo tempo intendano la grauità delle pene impoſte à tale eccesſo, & ſappino, che non eſſortando, come deuono, li penitenti ſollecitati à denunciare, ò inſegnando loro, non eſſer tenuti, haueranno da eſſere caſtigati dall'Ordinario, ò dall'Inquiſito-*
932 *re*; Quid ſi ipſemet confeſſarius, qui ſollicitauit, audiat in confeſſione pęnitentem ab eo ſollicitatam, quærit *Sancius in ſelectis diſp.* 11. *num.* 48. *ad finem,* & reſpondet *his verbis, quod ſi fœmina ſollicitata rogaſſet confeſſarium, an ipſa conſtringeretur denunciare, poterit confeſſarius æquiuocatione, veritatem occultare, reſpondendo, fœminam ad deferendum ſcelus, non teneri, videlicèt ex ſuo cõſilio; repugnat nanque naturali iuri, quòd aliquis ſit obnoxius, conſilium contra ſe præſtare, ſed videte Freitum ad Acunam loco ſuprac. n.* 26. qui probat, dictam punitionem confeſſarij
933 poſſe difficilitèr practicari, quia delictum iſtud fit in actu cõfeſſionis, q eſt actus ſecretus, & ſic neqt probari, ſed fallitur (ſua pace) quia eodẽ modo dictus actus eſt ſecretus, ſicut actus ſollicitationis, ergò ſicut poteſt probari per dicta pęnitentium abſolutorum, ſollicitatio: ità etiam iſtud aliud delictum confeſſarij. Secunda opinio, quæ eſt verior, ac probabilior diſtinguit, intèr eum caſum, vbi pœnitens habet firmum propoſitum denunciandi, vel non habet tale propoſitum, ſed eſt in propoſito non denunciandi. Primò caſu, maximè vbi ex aliqua cauſa rationabili moraliter, non poteſt, antè abſolutionem præmittere dictam denunciationem, poterit abſolui, non autem, ſecundò caſu. Hæc ſecunda pars eſt hodiè certa, ex literis tranſmiſſis à S. Congregatione Inquiſitionis vniuerſalis Vrbis (de quibus ſuprà feci mẽtionem) ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, & eorum Vicarios Generales, ſub
934 die 27. Septembris 1624. Ibi. *Et ſe oltre le coſe ſudette occorrerà altro caſo graue, per il quale non ſe poſſa il penitente indurre à denunciare. Vuole Sua Santità, che ſi ſcriua qui, e ſi aſpetti la riſpoſta, in tanto ſi ſoſpenda nell'aſſoluere.* Prima autẽ pars poſt *Pierinũ, & Dianam,* probatur à *Trimarca ſup. diſp.* 14. *ſect.* 7. *num.* 41. ex eo, quòd ſic practicatur, non ſolum in omni peccato requirente ſatisfactionem partis, ſed etiam in caſu hæreſis formalis, qua ratione *Sancius ſuprac it.*



Digitized by Google

*diſp.*11.*nu.*61.*ad finem*,ſubdit, poſt *Acunam*,
*q.*21.*ſuprac.num.*10.*Quod qualiter, rem alie-*
*nam, inuito Domino retinens , abſoluendus*
935 *non eſt, donec eam reddat, quando bis, aut*
*ter fuit abſolutus ob fidem datam de reſtituen-*
*do, eodem quoq; modo, fœmina ſollicitata pro-*
*mittens, ſe denunciaturam habita opportuni-*
*tate, bis, terue, abſolui poterit, vlterius tamen*
*non, donec praeceptum denunciandi adimple-*
*uerit*, qui benè, *num.*61.aduertit, ſecus obſer-
uandum, vbi id præceptum reperitur ab In-
quiſitoribus ſub pœna excommunicationis,
nàm ſi confiteatur ſollicitata poſt habitam
notitiam edicti, & termini lapſum (Intellige
ſecundum piam, & probabilem opinionem,
de qua, *idem author, ibidem. num.*59.de ter-
936 mino computãdo à die notitæ, & ſi verio-
rem dicat contrariam ſententiam) ſe negli-
gentem fuiſſe in denunciatione talis crimi-
nis, nequidem ſemel abſolui poterit, quan-
tumuis fidem det, ſcillicò denunciandi: nã
à peccato nemo abſolui valet, niſi à cenſura,
prius ſit immunis, & a cenſura iſta, nemo ab-
ſoluere poteſt, niſi ſatisfacta parte (ſcilicèt
Inquiſitoribus) Sed contrà *Sancium, & alios*,
quòd pænitens, qui non denunciauit intra
terminum, & per conſequens incurrerat in
excommunicationem in edicto impoſitam,
937 ſi habeat animum firmum denunciandi,
poſſit abſolui virtute Bullæ Cruciatæ, ac Iu-
bilei, probat poſt *Acunam, & Fraitas, Tri-*
*marca ſupracit.ſect.*7.*num.*47.qui idem affir-
mat *num.* 70. de Regularibus priuilegiatis,
dummodò dictus caſus non ſit reſeruatus
Epiſcopo in dicto loco, vbi Regulares au-
diunt confeſſiones, vt benè idem author
ſubdit, *nu.*73.ob conſt.Clemen. VIII.Apud
quem *Trimarcam*, habetis doctrinam ſingu
larem, nempè quòd facta conceſſione, ab
Epiſcopo prò aliquibus diebus, Parochis,
938 & Curatis, abſoluendi à ſibi reſeruatis, ab
eis poſſint abſoluere, etiam Regulales priui-
legiati, nàm aliàs reſeruatio eſſet reſpectu
Regularium tantum, quòd non poteſt fieri,
& tandem concludit, potiori iure, ab hac
excomunicatione, ſi eſt occulta, poſſe abſol-
uere Epiſcopum. Eodẽ modo, quando ſcili-
cèt adeſt firmum propoſitum denunciandi,
quòd in articulo mortis quilibet Sacerdos,
dictas perſonas ſollicitatas poſſit abſolue-
re, patet ex his, quæ de abſolutione in eo-
dem articulo danda ijs, qui ſunt excomuni-
cati ob intereſſe partis, dictum fuit ſuo loco,
quandò nempè non adeſt tempus adeundi
Epiſcopum, vel Inquiſitorem, vt det autho-
ritatem confeſſario recipiendi denuncia-
tionem in ſcriptis, & cùm iuramento, prout
in litteris S. Congregationis de quibus ſup.
*p.p.recollet.*22.Imò idẽ *Sãc.poſt alios cit.diſp.*
939 11.*n.*63.cõcedit, quòd *ſi poſt incurſam ex-*
*communicationem, inſtum impedimentum ſu-*
*peroriatur non denunciandi ſtatim, aut*
*quia tribunal longè diſtat, aut magnum Iubi-*
*leum intercedat, quod lucrari intendit fœmina*
*ſollicitata, aut quãdo ſi Eucharistiam nõ ſuſci-*
*piat, notam in fama pateretur, poſſit ab excom-*
*municatione abſolui, data cautione iurato-*
*ria comparendi confeſtim, ac opportunitas lo-*
*cum præſtiterit, quia hoc medio meliori, quò*
*poteſt, datur parti ſatisfactio, & ita interpre-*
*tanda eſt pia Inquiſitorum conditio.* Qui *San-*
*cius ibid.num.ſequenti.* Clarè docet, facta
940 denunciatione, poſſe quemlibet Sacerdo-
tem à dicta excommunicatione abſoluere,
iuxtà ea, quæ dixi etiam *ſuprac.par.*2.*Recoll.*
6.*num.*66.Hæc procedunt in terminis primi
caſus diſtinctionis, nempè, vbi pænitens ſol-
licitatus, vel ſollicitata, vult denunciare.
An autem procedat, etiam in terminis ſe-
cundi caſus, quando nullo modo vult de-
941 nunciare, & immineat articulus mortis,
vel infamia, ſi Euchariſtiam non ſuſcipiat,
aut intercedat magnum iubileum, quòd lu-
crari intendat, & ſic non adſit tempus con-
ſulendi S. Congregationem, vt ſonant litte-
re S. Congregationis verbis relatis, *ſupra*
*num.* 934. non reperio tactum in ſpecie ab
authoribus ſuprà citatis, & quidem (ſuppo-
ſito, hanc ſuam obſtinationem non fundari
in aliqua cauſa legitima, *ex qua* excuſari
poteſt à dicta denunciatione, verbi gratia
942 ob damnum graue, quòd timet ſibi eueni-
re, ſi denunciabit, de qua re latè, *Sancius cit.*
*diſp.*11.*à num.*51. *Boſſius cit. Appendice à nu.*
96.*Trimarca ſuprac.diſp.* 13. *& alii*) ſed in
mera intentione non nocendi confeſſario,
res eſt dubia, cum ex vna parte talis ſit indi-
ſpoſita, & incapax recipiendi abſolutionẽ,
ex quò ſit in propoſito perſeuerandi in pec-
cato inobediẽtiæ erga præceptũ Eccleſiæ, &
ius naturali, quibus obligatur ad denuncian-
dum, quæ ratio militat, non ſolum, vbi in
ſanitate, & extrà aliam neceſſitatem, quis
vult ſuſcipere Sacram. pænitentiæ, vt loqui-
tur, *Trimarca cit. ſect.*7. *num.*46. *Sed etiam*
in articulo mortis, & vrgente *omni alia* ne-
ceſſitate, cum ſit defectus ſubſtantialis; Ex
alia parte, ex quo, quando reſcribitur caſus
S. Congregationi, ipſa piè procedendo, con-
943 cedere ſolet licentiam abſoluendi, dum-
modò in poſterum, amplius non confitea-
tur ipſi confeſſario, qui eam ſollicitauit, (vt
aliquoties vidi fuiſſe reſcriptũ,) iudi*cari* põ-
teſt, ꝙ talis pænitens ſit õnino, & ſimplicitè
indiſpoſitus, ideòq; in caſu iſto neceſſitatis
videtur, quòd poſſit confeſſarius eam abſol-
uere à mortalibꝰ cũ ead. cõditione, nõ confi-
tendi amplius ipſi confeſſario, qui eam ſolli-
citauit, & expectandi reſponſum S. Congre-
gationis, ſi ſuperuixerit, interpretando mẽ-
tem S. Congregationis, quòd in *præſenti* ca-
ſu conſentiat, quæ ſententia *magis* placet,
quàm

Digitized by Google

quàm aliorum authorum, apud *Trimarcam cit.num. 46.* qui volunt,hoc caſu,poſſe confeſſarium abſoluere, ſequendo opinionem
944 probabilem, quòd non teneatur denunciare,niſi facta correctione fraterna. An autem quando pænitens, id aperuit in confeſſione, nec tanquam materiam, neceſſariam,neq; voluntariam,ſed alia ex cauſa, & monitus à confeſſario renuat denunciare,
945 poſſit,& teneatur confeſſarius ipſe denunciare,pendet non ſolum ab articulo de quo ſupra n... an ſcilicèt non ſolum perſona ſollicitata obligetur denunciare, ſed ēt alia quęlibet, id ſciens ab ipſa ſollecitata, vel à perſona fide digna,ſed etiā ab alio articulo, quem tractant DD. in materia de ſigillo confeſsionis, nempè an dicatur confeſſarius
946 fractor ſigilli, ſi ea, quæ peccata non ſunt audita in confeſsione, & alios concernunt, reuelauerit, vel potiùs fractor ſecreti naturalis,quo caſu, vt *loco ſupra c.* dixi, non eſſet omittenda denunciatio, (quibus ibi citatis accedit *Carena cit.tit.6.nu.123.* vbi contrariam opinionem *Fagundez*,dicit non eſſe conſulendam,)neq; ſequendam,de qua re *Malderus apud Dianam,par.5.tract.11. reſolut. 38.* qui videtur,confeſſarium excuſare à tali obligatione, etiam propoſito edicto cum pæna excommunicationis,dùm caſum ſcandali excipit,quòd meo iudicio abſque dubio interuenire facilè poteſt in caſu noſtro,ex quo iudicatur plerumque, id fuiſſe dictum,tanquam ad confeſsionem pertinēs. Hæc de officio,& poteſtate confeſſarij,circa ſollicitatā. Quò autem ad officium eiuſdem
947 confeſſarij circa confeſſarium ſollicitantem,cuius pænitentiam excipit, dico quòd debet proponere ei grauitatem huius criminis,& ei conſulere, quòd ſpontè ſe deferat Inquiſitoribus, quia ſi non fuit, adhuc denunciatus, gaudebit beneficio ſponte comparentium de qua re *Farinac.de hæreſi q.193.num.8.verſ.& ſcias*,& in terminis noſtris loquens *Carena ſupra cit.tit.6.num.109.* Cæterùm ſi non adeſt in tali confeſſario error in intellectu,(quo caſu eſſet irretitus excommunicatione reſeruata Summo Pontifici in primo capite Bullæ Cænę)videndum eſt, an ſit in ea Diœceſi caſus reſeruatus, & cum qua cenſura, quia tunc non poteſt dictum confeſſarium abſoluere, niſi habeat facultatem circa dictum caſum reſeruatum in ſpecie,vel in genere ab omnibus caſibus reſeruatis, etiam cum cenſura, ſi verò talis caſus non eſſet,ibi reſeruatus,poterit abſolui à quolibet confeſſario, vt poſt *Pierinum,& Trimarcam,habetur per Carenam loco ſupra cit. nu. 106. & ſeq.* ſemper autem imponendum eſt dicto confeſſario, vt non audiat āplius cōfeſsionē ipſius pſonę ſollicitatæ. Quòd verò nō ſit neceſſe tali confeſ-
948 ſario explicare ſimul in ſua cōfeſſione,an tact⁹ impudicos, an oſcula, an copulā, aliaq; inhoneſta cū pænitēte ſollicitata habuerit, ſed ſufficiat dicere ſe ſollicitaſſe, imò iuxtà ſatis pbabilē opinionē, ſatis eſſe confeſſario ſollicitanti,fateri ſe ſacrilegium commiſiſſe, tacendo, an illud fuerit commiſſum ſollicitationis actu, aut alio crimine;aduertit *Sancius cit.diſp.11.num.82.ad finem.* An autem
949 confeſſarius,qui ſtatim poſt confeſsionem ſollicitauit pænitentem, & eodem die rem habuerit cum illa,teneatur hāc circumſtantiam confiteri,quærit *Diana par. 4. tr. 5.reſol. 34.* & poſt alios reſpondet, affirmatiuè, vbi ſecus putat,ſi vnico die poſt cōfeſsionē, cū ea rem habuerit,loquuntur hi authores, ſuppoſito, quòd neque ſit reſeruatus caſus ſollicitationis, neque concubitus cum filia ſpirituali, quia tunc ratione reſeruationis, omnia iſta ſunt exprimenda. Vndè ità eſt
950 ſeruandum Neapoli, vbi reſeruatur, non ſolum caſus cum cenſura excommunicationis, his verbis.*Omnes ibidem,& quicunque confeſſarii approbati,ſiuè approbandi ad confeſsiones audiendas,quomodolibet, etiam Parochi,qui (quod Deus auertat) inducerent,ſiue ſollicitarent,quamcumque perſonam ſibi confitentem ad res laſciuas,ſiuè carnales,in actu confeſſionis,vel poſt immediatè, pœnam excommunicationis incurrant*,ſed etiam alius caſus ſinè cenſura,reſeruatur,his aliis verbis.*Confeſſarii,quoq; etiam Curati ad turpia,ſiuè obſcena, filias ſpirituales, ſiuè quoſcumque ſibi confitentes, quamuis non immediatè poſt confeſſionem inducentes, vel ſollicitantes.* Vbi autem iſte ſecundus caſus, non eſt reſeruatus, an & quando iſta circumſtantia ſit neceſſariò confitenda,dixi *ſupra.par. 1.recoll. 9. num.74.& ſeq.*Quibus ibi a me dictis,ſcilicèt ſollicitationem,quæ præceſſit copulam, vel
951 alios actus inhoneſtos,ſemper eſſe circunſtantiam neceſſariò confitendam,& ſi ſola filiatio ſpiritualis medio, hoc ſacramento, non ſit neceſſariò aperienda, accedit *Diana par. 1. tract. 7.de circumſtantiis reſol. 12. & 56.& par.2. trac.3. Miſcellan.reſolut.11. & Clarius par.4.tr.5.reſolut.34.*& partim fauet *Fagundez lib.ſecūdo in 2.pręceptū Eccleſ. cap.3.nu.31.*& ſi contendat,dictam circumſtantiam filiationis, ſpiritualis eſſe circumſtantiam mutantem ſpeciem,contrà communem ſententiam.

## T

TRiremibus,ob crimen mancipatus, Clericus, eſt abſq; aliquo dubio ſuſpenſus, ſi enim ēt habilitatus è carceribus prohibetur celebrare *Genuenſis in praxi Archiep. Neap. cap.29.in 2. edit. num.10.* & dixi ſuprà *verbo ſi moniacus in beneficio,ad finem*,quanto magis

gis

Digitized by Google

gis, triremibus mancipatus. An autem poſtquam à triremibus reuertitur, poſſit in ordinibus ſuſceptis miniſtrare, vel ad alios maiores aſcendere abſque diſpenſatione, dixi remiſsiuè, *ſup. n.* 858. Sicut etiam an dùm ibi reperitur mancipatus amittat priuilegiũ canonis, dixi *ſupra recoll. 5. num.* 98. quibus ibi allegatis, addò *Chartarium in ſuis deciſionibus criminalib. Curia Archiepiſ. Mediol. deciſ.* 8. Quòd collatio canonicatus facta, ei qui ad triremes fuit condemnatus à Prælato Regulari, & exindè fugiens, fecit declarare ſuam profeſſionem nullam, ſit irrita, ſi non præceſſit diſpenſatio, probat *Hieron. Rodriquez in Compend. quaſt. regular. reſolut.* 56. *n.* 15. *verſ. ſed hac, ad finem.*

Vacantis Eccleſiæ bona pertinentia ad ipſam Eccleſiam, vel ad Prælatum defunctum, aut ad ſucceſſores, occupantes, vide *ſuprà Capitula num.* 158.

Venationi, Clerici, & Religioſi vacantes, vide *ſuprà Abbas, & Bellectum, par. 2. ſua diſquit. Clerical.* §. 29.

Veſte virgata, & partita publicè, abſque rationabili cauſa vtens, ſi eſt beneficiatus ſimplicitèr, eſt ipſo iure ſuſpenſus per tres menſes à perceptione fructuum beneficiorum, quæ obtinet, dixi *ſimpliciter*, quia ſi dignitatem, perſonatum, vel beneficium cui cura imminet animarum, habebit, erit vt ſuprà ſuſpenſus per annum, ſi autem non eſt beneficiatus, neq; ſacerdos, redditur ad ea inhabilis, ẽt per ſex menſes, quòd eſt verum, etiam in clericis, quatuor tantum ordinibus initiatis, vel toſuratis, ſi talem veſtẽ ſimul, & tonſuram deferant, ſi verò eſt ſacerdos, redditur, etiam inhabilis per annum ad quodcunque beneficium Eccleſiaſticum obtinendum, *Clemen. quoniam, de vita, & honeſt. Cleric.* quæ expresſè innouatur, & ampliatur, à S. Conc. *Tridentino ſeſſ. 14. cap. 6. de reforma.* Vndè licèt in dicto decreto ſit ſermo de ſuſpenſione, tantũ ferendæ ſententiæ, ibi. *Per ſuſpenſionem ab ordinibus, ac ab officio, & beneficio, &c. coerceri poſſint, & debeant.* Tamen non ceſſat ſuſpenſio ipſo iure lata in *d. Clemen.* quæ eſt particularis pro certo genere veſtium. Nam Concil. anteà loquitur in communi de his, *qui poſtquam ab Epiſcopo ſuo, etiam per edictum publicum, monitis fuerint, honeſtum habitum clericalem, illorumque ordini, & dignitati congruentem, & iuxtà ipſius Epiſcopi ordinationem, & mãdatũ, nõ detulerint*, & poſtea innouat, & ampliat noſtram *Clementinam.* fauet *glo. in dicta Clementina, quoniam, verbo partita*, vbi dicit, quòd licèt *veſtes rubei, & viridi coloris, prohibita ſint clericis ſuprà eod. cap. penult. Pœna autem ipſius conſtitutionis locum habent,*
952 *ſolùm in veſtibus, hic expreſſis*, ſcilicèt, vt exponit, *gloſ. in princ. & eodem, verbo partita.* Diuerſo colore colorata, ſeù diuerſi coloris, & diuerſæ partis, vel variorum colorũm ornamenta habẽtibus. Quia verò prohibetur talium veſtium delatio publica, ſecus erit, dicit *gloſ. ibid. in princip. verſic. colligo aliqua notabilia ad finem*, ſi occultè, putà in camera, vel in prandio, dictis veſtibus, quis vteretur, & *Additio ad ead. gloſ. poſt verbum publicè.* Idem dicit, quando domi tantũ illas deferret, quia vt illa ſubdit, domus rem ſecretam, & non publicam denotat, ſequuntur, *Silueſter, verbo clericus, n.* 1. *poſt finem, Filliuc. tract.* 17. *num.* 106. teſtatur de communi *Bonacina t. 3. diſp. 3. pun. 6. num.* 1. *ad finem*, quòd intelligerem, quando id domeſticis tãtum pateret, ſecus ſi multitudini, ibi accedenti, & dictam domum frequentanti, ex ratione, quàm adducit ad hoc probandũ eadem additio, ibi. *Dicitur publicè portare cum multitudini, hac patent, ſicut dicitur publicus aleator, vſurarius, maleficius, meretrix,* &c. & habet etiã *Silueſt. loco ſuprac. n.* 7. quæ omnia domi etiam fiunt, & tamen indè publicitas, quoque oritur. Itemque adeſſe hãc publicitatem, vbi dictæ veſtes partitæ, & coloratæ geſtentur, ſubtus aliàs veſtes clericales, ſed apertas ita vt omnib' pateãt, fit manifeſtũ, ex verbis eiuſdẽ clemẽtinæ. ibi, *oportet per habitus extrinſeci decentiam, morum intrinſecam honeſtatem oſtendere*, vbi *gloſ. verbo extrinſeci*, ſubdit quòd hæc *verba, & principiũ capituli, ibi in publico portare, faciũt ad quæſtionem de Monaco, qui benè portat habitũ, quem tamen cooperit habitu clericorum ſecularium, quòd ſit Apoſtata, &c.* Ex quibus verbis ſatis colligi poteſt, ſupponere dictam *gloſam*, non excuſari ab his pœnis, portantes dictas veſtes prohibitas ſubtus aliàs veſtes
953 Clericales, non clauſas, vt decet, & habetur *in cap. fin. extrà eodem tit. de vita, & honeſtate clericorum*, ſed apertas, ità vt publicè appareant, & etiam fatetur *Bonacina loco ſupracit.* quòd ſatis confirmat, ea quæ dixi *ſupra n. præced.* de his, qui illas veſtes deferunt domi, &c. Excipit tex. expreſsè ab his pœnis, dictis veſtibus vtentes, ex cauſa rationabili,
954 quàm dicit *gloſ. ibi verbo rationabilis.* eſſe cauſã timoris, *& citat tex. in d. cap. fin.* vbi habetur, quòd ex iuſta cauſa timoris, liceat habitum decentem, & clericalem traſmutare, ſequitur etiam *Syluest. ſup. num.* 2. quòd mihi ſignificat, timorem debere prouenire ex geſtatione habitus clericalis, ſi ex eo cognoſceretur ab inimicis, clericum inſidiantibus; vel propter illum habitum, ab hæreticis, vel infidelibus, ideò verberabitur, vel aliud notabile incõmodum pateretur, *Bellectus p. 2. ſua diſquiſitionis clericalis*, §. 19. *n.* 15. *Bonacin. ſup. num.* 2. *in principio.* Ex quo ſequitur, quòd tales habentes beneficium, etiã extrà cauſam timoris, deferentes veſtes omni-

Digitized by Google

omninò laicales diuerſorum colorum, non incurrant hanc ſuſpenſionem, niſi etiam deferant tonſurã. *Fauet Silueſt. verbo Apoſtaſia num.* 6. vbi quòd clerici in minoribus, & ſi non teneantur incedere in habitu, quia non habent beneficium, tamen incurrant in habilitatem, quando dictas veſtes geſtant cum tonſura, quòd etiam habet, idem *Sylueſt. ſup. verbo clericus, num.* 1. Dixi, in primo caſu non incurrere, *hanc ſuſpenſionem*, quia præter culpam mortalem, incurrunt aliam cenſuram de qua ſuprà *hac ead. recoll. verbo clerici in ſacris.* Aliqui ad hanc cauſã rationabilem reducunt id, quod dixit *Nauar. c.* 27. *n.* 157. celebratione ſcilicèt nuptiarũ, vel doctoratus, aut ſimilis fęſti, ſed vt benè *Scort. in ſelectas S.S. PP. Conſtitut. Theoremate* 381. *verſ. nota tamen, poſt Cardinalem, & Suarez.* aduertit, id intelligere *Nauar.* non ſimpliciter; ſed vbi ſemel, & iterum tantum, ex dicta occaſione, clericus vteretur dictis veſtibus prohibitis, & per conſequens, ſi hoc caſu excuſatur ab incurrenda ſuſpenſione, non eſt ex cauſa rationabili; ſed quia in *d. Clement.* prohibetur vſus dictarum veſtium, qui vſus non verificatur in vnica, vel iterata etiam delatione, ſaltem ex communi vſu loquendi, vt poſteà, etiam inueni apud *Sylueſt. in verbo Apoſtaſia ſub num.* 6. quòd magis placet, quã quòd hoc caſu excuſetur ob paruitate materię, ob quam non committitur peccatem mortale, vt vult Bonacina *loco ſuprac. verſ.* 4. *limitatur*, nàm (etiam ſecluta quæſtione, an ſuſpenſio incurri poſſit, cum ſolo peccato veniali,) non eſt certum: an grauitas materiæ, & ſic peccatum mortale in hac re, ſint metienda ex vicibus, vel ex ſcandalo, quod vitare intendit noſtra Clementina, vt patet in verbis ſupra relatis ibi. *Oportet per habitus extrinſeci decentiam, &c.* Quòd cauſa rationabilis, ſit etiam paupertas, notat *Silueſt. verbo Apoſtaſia ſub num.* 6. *in* §. *ſed, & tales.* Fertur eadem pæna ſuſpenſionis, contra clericos, & religioſos vtentes epithogio, ſeù tabardo foderato, vſque ad oram, & ità breui, quod veſtis inferior videatur, ſi intra menſem clerici, & religioſi adminiſtrationem habentes, dictum epithogium non dederint pauperibus, vel cæteri religioſi intrà idem tempus, illud non conſignauerint, ſuis ſuperioribus, in pios vſuſus aliquos
955 conuertendum. Epithogium, eſt idem, quam mantellum, ſeù vt vulgo dicitur, *ferraiolo*, vt per *Bonacinam cit. nu.* 6. *in principio* ſed vt aduertit *gloſ. in verbo videatur*, ad pænas prædictas ſubeundas, non ſufficit breuitas, dicti mantelli, ſi etiam non ſit foderatum vſque ad oram, ſeù extremitatem, quòd intelligitur, extrà neceſſitatem itineris, & peregrinationis, quibus caſibus liceret clericis, habere veſtes breuiores, vt notat *Bellectus loco ſuprac. n.* 14. *& latius Praxis Archiepiſcopalis Neapolit. cap.* 39. *num.* 4. *in* 2. *edit.* dummodò dicta veſtis itineris, & peregrinationis, & ſi breuior; tamen ſit clericalis, vt per *Bonacin. ſup. verſic. Addunt aliqui.* Fertur etiam ſimilis ſuſpenſio *in eadem Clement.* contrà beneficiatos ſacerdotes, & religioſos infulam, ſeù pileum lineum publicè portantes, quam tamen qui non eſt beneficiatus, neque ſacerdos, aut Religioſus non incurrit, *vt notat gloſa ibidem verbo infulam*
956 Prò infula, &c. intelligit, poſt alios *Bonacina ſupra ſub num.* 1. pileolum, quod de nocte haberi ſolet, & vulgò dicimus *toccato, ſcuffia*, & Hetrurię *beriola di notte*, ſequitur *Theſaurus par.* 2. *de pænis eccleſiaſticis verbo habitus, cap.* 3. *nu.* 2. de qua re dubito, ob id, quod *gloſ.* ibi intelligit pro *infula*, faſciolam capitis ſacerdotalis, quæ eſt valdè diuerſa à pileolo, vndè potiùs putarem ſignificare id, quod vulgò dicitur Turbante, quod eſt pileum propiè lineum, ex faſcia linea compoſitum; fauet *gloſ. ibidem in verbo lineum*, quàm ſequitur *Sylueſter verbo clericus* 2. *ſub num.* 1 *ad finem*, dùm idem putat, ſi tale pileum ſic ſericum, nàm pileolum de noctæ non eſt ſericum. Tandem in eadem Clement. prohibetur clericis, præſertim beneficiatis, vti publicè caligis ſcaccatis, rubeis, atque viridibus, & quia ibi nulla imponitur pæna, veniunt tales puniendi arbitrio Epiſcopi, vt ſubdit *gloſ. ibidem verbo ſanctioni.* Nota, quòd *Henriquez lib.* 13. *de excommunic. cap.* 39. *num.* 3. *in gloſ. lit. A.* aſſerit, quoſdam Recentiores aſſerere, quòd hæ
957 pęnæ, ſint conſuetudine derogatę, & probare videtur *Auila par.* 3. *de cenſuris, diſp.* 5. *dubio* 8. ac ſequitur *P. Diana par.* 5. *tr. x. reſol.* 51. ſed Bonacina *loco ſuprac. num.* 2. *verſic. tertiò, intelligitur*, ait, ſe non facilè id concedere, quia *Trident. ſeſſ.* 22. *cap.* 1. *de reformat*, conſuetudini in contrarium derogat, idem vult *Theſaur. loco ſupracit. ſub num.* 3. *verſic. nota, quod*, & ſi, alia ratione, quòd nempè dicta pęna ſit innouata per *Concil. cit. ſeſſ.* 14. *c.* 6. *de reformat.* ſed neutra ex his rationibus (pace eorum dixerim) me conuincit; non ratio *Bonacinæ*, quia in *d. cap.* 1 *Concil. ſeſſ.* 22. *de reform.* non derogatur conſuetudinibus, circa ea, *quæ à SS.PP. & à Sacroſanctis Concilijs, de clericorum, vita, honeſtate, cultu, &c. copioſè, & ſalubriter ſancita fuerunt*, ſed tantum ordinarijs pręcipitur, *vt ſi quæ ex his in deſuetudinem abiiſſe compererint, ea quàm primum in vſum reuocari, & ab omnibus ſtudeãt obſeruari, nõ obſtãtibus conſuetudinibus quibuſcunque, ne ſubditorum neglectæ emendationis, ipſi condignas, Deo vindice, pænas perſoluant*, ex quibus verbis patet, ly *non obſtantibus, &c.* refrri ad Ordinarios, ad effectum, dictã conſuetudinem reuocandi, &c.

Digitized by Google

&c. non autem ad particulares perſonas, ad
quas deberet dicta clauſula dirigi, ad hoc vt
cenſeretur derogata cōſuetudo, prout com-
muniter DD. loquuntur, maximè quia di-
ctæ conſuetudines non ſunt ibi reprobatæ,
958 vt irrationabiles, prout fit in *cap. quod ſu-
per de conſanq. & affinit.* vbi & ſi ferè eodem
modo loquatur, tex. ſicut, *Concil. loco ſuprac.*
ibi, *ne infra gradus prohibitos, matrimonium
contrahatur, debet publicè inhibere, & præ-
ſumptores, Eccleſiaſtica diſtrictione puniri,
non obſtante conſuetudine,* tamen vlterius
procedendo, ſubdit iſta alia verba, (per quæ
reprobat, dictam conſuetudinem, tanquam
irrationabilem,) *quæ dicenda eſt potius cor-
ruptela,* qua ratione *Layman lib. 1. tr. 4. cap.
24. num. 13. in principio.* impugnat *Sanchez*
docentē, quòd & ſi ibi S. Pontifex reproba-
uit conſuetudinem, non tamen prohibuit,
quin ex iuſta ſuperueniente cauſa, de nouo
illa introduceretur, vndè cum in caſu no-
ſtro non reperiatur reprobata dicta conſue-
tudo, tanquam irrationabilis, neq; cenſeri
debet ab eodem concilio prohibitum, quin
de nouo poſſit illa introduci. Quòd nihil
959 officiat conſuetudini futuræ innouatio, *d.
Clement.* facta in *S. Concilio Trid.* vt putat
*Theſaurus*, patet ex eo, quòd *Concil. Trid.* ſit
lex poſitiua, & humana, & lex poſitiua, &
humana, nulla admiſſa exceptione, contra-
ria conſuetudine tolli poteſt, dummodò illa
ſit rationabilis, & legitimè præſcripta, vt per
*Layman loco ſupra num.* 12. Data autem opi-
nione, quòd hæc ſuſpenſio non ſit conſue-
tudine abrogata, ſciat Lector, eſſe probabi-
lem opinionem, quòd Epiſcopus poſſit di-
960 ſpenſare, in dicta ſuſpenſione, vt dixi *ſupra
nu.* 844. *& ſeq.* & non negat loquendo inter-
minis noſtris *Bonacina cit. pun. 6. num.* 10. &
ſi fateatur, communem eſſe opinionem in
contrarium, ſcilicèt quòd infrà ſex menſes,
vel annum reſpectiuè, abſoluat tantum S.
Pontifex. Licet autem dictæ veſtes clericis
ſint interdictæ, non eſt tamen definitum in
961 iure, quæ veſtes ſint propriè, & verè cleri-
cales, & ideò tales cenſebuntur, quæ ſecun-
dum communem vſum fuerint admiſſæ in
ea Prouincia, *Hieronym. Campanilis in ſuo
diuerſorio Iuris Canonici Rub. 4 ſub num.* 14.
& eſt communis opinio, de qua alijs allega-
tis, teſtatur *Sanchez lib. 7. conſil. moral. cap.
1. dub. 49. num.* 2. Quod habet locum etiam
vbi agitur de veſtibus clericorum coniuga-
torum, vt dixi *ſup. Recoll. 5. n.* Quid autem
obſeruandum, quando tractatur, an clericus
debeat, ex deſertione habitus amittere
962 priuilegium fori, *Diana par. 3. tract. 1.
reſol. 6 & par. 4. tr. 1. reſol.* 81. & 89. vbi loco
primo citato q̄rit à quo Iudice id cognoſci
debeat, de qua re iterū agit, *ibidē reſolut.* 10.
*& Ciarlinus in ſuis controuerſiis, cap. 20. n. 7.
& 8.* Dùm hæc ſcriberem fuit à me, per Epi-
ſtolam cujuſdam religioſi, quæſitum; ſub
963 qua culpa, & pæna teneatur, clericus poſ-
ſidens beneficium tenue quatuor, vel ſex
ducatorum Regni, incedere in habitu cleri-
cali, & vtrum talem incedentem in habitu
laicali, poſſit Epiſcopus ſub pæna excomu-
nicationis cogere ad reaſſumendum habi-
tum, vel ad renunciandum beneficium? &
reſpondi, quòd generaliter loquendo, Do-
ctores communiter docent, dictum cleri-
cum beneficiatum continuatè incedentem
in habitu laicali, peccare mortaliter, vt dixi
*ſup. verbo clerici in ſacris, &c.* Tamen *San-
chez in opuſculis moralib. lib. 7. cap. 1. dub. 49.
n.* 18. limitat dictam communem ſententiam
in caſu, quòd beneficium ſit tenuæ, rationi-
bus, quæ reddunt, dictā opinionem, meo iu-
dicio valdè probabilem, maximè iuncta
authoritate ipſius Doctoris, cui etiam fauet
*Sotus lib. 10. de Iuſt q. 5. art. 6.* dùm ibi docet,
obligari ſub peccato mortali, ſaltem ad de-
ferendum habitum, & tonſuram, habentem
beneficium requirens ſeruitium clericale.
præter aliam opinionem de qua, per *Syueſtr.
verbo apoſtaſia,* & aliorū, ꝙ ſufficiat ad euitā-
dū peccatū mortale, ſi diſiūctiuè deferat, vel
habitū, vel tonſuram. Circa pænā, dixi nul-
lam eſſe impoſitam; *nam vt loco ſuprac.* in-
nui, & ſi ex verbis conſtitutionis *Sixti V.* vi-
deatur, talem priuari ipſo facto *beneficijs.*
Tamen contrarium eſt verius, ſcilicèt quòd
tantum poſſit cogi ab Epiſcopo ad reaſſu-
mendum dictum habitum, vt habetur in
*Concil. Triden ſeſſ. 14. cap. 6. de reformat.* vbi
tantum facit Concilium, mentionem de ſu-
ſpenſione à beneficio, & officio, & à fructi-
bus beneficij, percipiendis, & priuatione,
quoq; beneficij imponendis ab Epiſcopo in
in nolentem reaſſumere, dictum habitum, ex
quo ſequitur, non per hoc tolli, quin Epi-
ſcopus antè quam, deueniat ad dictas pęnas,
non poſſit in edicto generali, vel particula-
964 ri, id præcipere ſub pęna excommunicatio-
nis, quia de iure tales etiam ſunt excommu-
nicandi, vt patet, ex iuribus, quæ ad hoc citat
*Sanchez ſupra num. 13. & Bellet. par. 2. ſuæ
diſquiſitionis clericalis,* §. 24. *num.* 2. Loquor
de beneficiatis; quia clerici in minoribus
carentes beneficio, cogi non poſſunt per
Epiſcopum ad deferendum habitum cleri-
calem, niſi quatenus ipſi velit gaudere
priuilegio fori, *Praxis Archiepiſcopalis Neap.
cap. 39. in 2. addit. & 86. in. p.* vbi benè aduer-
tit, ex eadem *Clement. noſtra*, quòd tales
clerici in minoribus, ſi volunt incedere in
habitu, poſſe Epiſcopum illos cogere, vt ve-
ſtibus decentibus, tàm in ciuitate, quàm in
itinere incedant, iuxtà morem, & conſuetu-
dinem locorum, & proſequuntur *Riccius
part. 1. ſuæ praxis, deciſ.* 368. *& Marcellus
Vulpe*

Digitized by Google

*Vulpe in ſua Praxi,cap.*41.*num.*11.Sed quid
965 in caſu contrario, an poſſit cogere Epiſcopus clericum in minoribus conſtitutum, deſerere habitum, ex quo non vult inſeruire Eccleſiæ; & in facto,reſpondi prò negatiua, quia cum eo caſu priuetur priuilegio fori(nam,vt aliàs dixi,ex Concilij Tridentini diſpoſitione, tria copulatiuè, ſeù cumulatiuè requiruntur,vt clericus in minoribus, poſſit gaudere, dicto priuilegio. Primò ſcilicèt,vt deferat habitum, ſecundò, vt deferat tonſuram, tertiò, vt ſeruiat alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, & etiam nouiſſimè aduertunt,poſt alios *Marcellus Vulpe .loco cit.num.*8. *&* *Diana par.* 1.*tra.*2.*reſolut.*33.*&* 34.)cenſetur ſatis punitus,& ideò non debet amplius puniri,remaneret enim magis punitus, ſi cogeretur deſerere habitum,quia amitteret priuilegiū canonis, quod non amittitur per ſolam negligentiam in ſeruiendo Eccleſiæ, ſicut amitteret,ſi ex mandato Epiſcopi, vel eius Curię dimitteret habitū,ex dictis *ſup.rec.*5.

Vicarius capitularis Sede vacante. Vide *ſuprà,Capitulum Sede vacante.*

Viſitatores Epiſcopo inferiores, viſitantes iure ordinario, pęcuniam, aut munus quòdcumque ſit, et qualitercunque offeratur; vltrà procurationem ſibi de iure debitam, ratione viſitationis, recipere præſumentes,& infra menſem, duplum non reſtituentes,elapſo menſe,incurrunt ſuſpēſionem ab officio,& beneficio,non obſtante, quauis remiſſione partium,& non obſtante conſuetudine, etiam immemorabili, *cap. exigit de cenſibus in* 6. cuius diſpoſitionem innouauit, *Concil. Trid. ſeſſ.* 24. *cap.*3. *de reformat.* vbi conceditur,dictam procurationem in victualibus debitam, ad optionem eorum,qui viſitantur, pecunia redimere,vt etiam innui,*ſup.recoll.*4.*verbo munera,ad finem*, quòd vltimum declarat S. Congregatio, apud *Franciſcum Leonem in Theſauro fori Eccleſiaſtici lib.*2. *cap.*16.*n.*33.*ad fin.*intelligi de redēptione totius,pcu rationis,quia non poſſunt inuito Epiſcopo, viſitati redimere illā, tantùm quòad partē, nempè,vt pars in victualibus,& pars in pecunia exhibeatur. *Pro Viſitatoribus viſitantibus iure ordinario.*quò ad iſtam ſuſpenſionem incurrendam, intelliguntur, ſecundum omnes, præter nominatos in *cit.cap.*3.*Triden.* Abbates,Prepoſiti, aliijque Prelati, iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentes in eorum ſubditos; Vtrum autem etiam intelligantur illi Prelati,qui & ſi habeant dictam Iuriſdictionē, nō tamē habēt territorium, cuiuſmodi ſunt viſitatores in-
966 ter Regulares. Dubitant aliqui authores? Et affirmatiuam ſententiam, poſt alios ex verbis, *c. Romana, eod. tit. de cenſibus in* 6. ſaluis in hoc rationalibus, & approbatis Religioſorum conſuetudinibus, & Regularibus Inſtitutis,docet *Bonacina tomo* 3. *diſput.*3.*quæſt.*5.*pun.*4. *nu.*7. de qua doctrina nihil certò affirmo:nam apud DD.qui referunt ſuſpenſiones, in quas incurrere poſſunt Regulares,illam non inuenio.Suppoſita,tn̄ dicta doctrina. Apud regulares, Viſitatores,qui iure ordinario viſitāt Monaſteria, ſunt Prelati ipſi,ſcilicèt Generales,vel Prouinciales,dùm viſitant Religionem, aut Prouinciam,nàm cæteri,qui Commiſſarij Generales, vel Viſitatores dicuntur, regulariter habent tantum delegatam Iuriſdictionem,& ſi eligantur à capitulo, ex ſtatutis, & Conſtitutionibus Religionum, vt dixi *ſup.p.*2.*recoll.n.*37. & ſi in hac ſecunda p.ãpliationis, videatur cōtrariū defendere, *Lezana par.*2.*ſua ſumma q.q. Regular. cap.*13.*num.*28.remiſſiuè ad *num.*15.vbi latè de eorum poteſtate tempore viſitationis. Ex quibus ſequitur,aliam perſonam nomine dictorum Prelatorum, tàm ſæcularium, quàm Regularium, & ſic ex delegatione viſitātem,non ſubijci huic ſuſpenſioni,ſicuti de legatis,& Nuncijs Apoſtolicis viſitantibus,expreſsè poſt alios,docet *Bonacina vbi ſupra num.* 6.*verſic. Hinc ſequitur*, qui *num.* 5. etiam aduertit, dictos Prælatos,
967 per alios viſitantes, non poſſe ipſos recipere procurationem,ſeù victualia,ſed illa recipere, iuxtà eorum conditionem, quòd autem viſitantes nomine Epiſcopi, ſubijciantur dictę ſuſpenſioni, ſi contraueniant, patet in *cit. c.*3. *Conc. ità Sanchez lib.*2.*Opuſcul.Moral.cap.*3.*dub.*18.*n.*2. Dixi,*Epiſcopo Inferiores*,quia ipſi Epiſcopi Archiepiſcopi,& Patriarchæ pecuniam,vel munus, vt ſuprà,vltrà procurationem recipere præſumentes, loco ſuſpenſionis, ſi elapſo menſe non reſtituant dictum duplū, incurrūt interdictū ab ingreſſu Eccleſię,vt in *d.cap.exigit*, *&* *c.*3.*S.Concil.Trid.Per ly quodcumque ſit*, non excluditur, ſecundum
968 omnes DD.citatos,quin leuis materia,hoc caſu, ſicut excuſat à peccato mortali, ita etiam excuſet à cenſura, vt videre eſt apud *Manriquez,loco infracit. n.*1. licèt diſcordent in hoc,an eſculenta,& poculenta non modica, ſint iudicanda grauis materia,nec ne. Nàm & ſi *Gloſa, Alterius, & Sanch.* affirment,etiā vbi Viſitator aſportaret illa ſecū, extrà locum viſitatū; Tamen id negat,poſt *Barboſam*, *Bonacina loco ſupracit. num.*2.*limitatione* 1. quem ſequitur *Theſaurus de panis Eccleſiaſticis,par.*2.*verbo viſitatio,cap.*2.*num.*4.*verſic.limitatur* 1. poſt aliquos canoniſtas, quæ opinio eſt probabilis, maximè vbi conſumanda ſunt dicta eſculenta ibidē, vt poſt *Silueſt.notat Rodiq tomo* 1. *ſumma, cap.* 186. *num.*4. *ad finem*, *Villagut*



Digitized by Google

*in ſpeculo viſitatorum, part.2. num.21.* quos ſequitur *Gauãt. in manuali Epiſcoporũ, verbo viſitatio Epiſcopi, num.* 47. quòd in re etiam velle mihi videtur *Manriquez par. 1. q. q. Vicarialium quaſt.16.num.7. Pro ly qualitercumque offeratur*, patet non excuſare, ſi dicta munera non exigantur, ſed ſpontè, & vltrò tradantur, vt expreſsè habetur, in dicto *cap. exigit, & in cit. cap. 3.* Conc. *Triden.* & apud authores citatos. *Per illa verba, vltra procurationem*, fit clarum, ſupradictos viſitantes ratione viſitationis non poſ-
969 ſe recipere ſalarium prò vectura equorum, nec etiam pro laminis ferreis ſuorum equorum, nec medicinas, quia hæc non veniũt appellatione expenſarũ, vel victualiũ, de quibus loquuntur, dicta Iura. *Bonacina ſupra cit. num.2. verſ. ex dictis ſequitur.* Viaticum, autem & mercedes equorum deberi delegato à Papa, poſt *Barboſam*, & *Azorium*, *notat idem* Bonacina *ſupra num. 6. ad finem*, quòd etiam præſtari debeant vecturę equorum à viſitatis Epiſcopo, qui verè eget, & aliàs impediretur viſitatio, item etiam diuiti, ſi adeſt conſuetudo, poſt *Franciſcum Leonem, habet* Gauantus *ſupra num. 59. & ſeq.* quibus accedit *Manriquez par. 1. q. q. Vicarialium, q 16. nu.7. ad finem.* Si vna die viſitentur plures Eccleſiæ, debetur vna procuratio, & non plures, poſt *Zerolam* Ga*uantus ſupra num.*57. vbi concedit, procurationem accipere poſſe, etiam ſi domi ſuæ
970 comedat Epiſcopus, & ſi rationem, quàm affert *Salod* (ſcilicèt in ſignum ſubiectionis) ſibi diſplicere, ſubdat; Ne autem videatur, hic author ſibi contradicere cum his, quę anteà dixerat, *nu.54. poſt Barboſam*, non poſſe nempè recipi procurationem ab Epiſcopo, vbi habitat: hic ſecundus locus interpretandus eſt de loco, vbi ſita eſt ſua Cathedra, vt loquitur. *Paſce p.2 ſua praxis, c.3.n.* 65. ibi autẽ de alio loco habitationis, vbi per accidens, ratione aeris, vel ſuorum conſanguineorum reſideat, de quo etiam intelligi debet, *Sanch. lib. 2. opuſcul. moral. cap.3. dubio 18. in principio*, & alij relati, per *Azorium, apud* Naldum *Verbo viſitare, nu. 4. ad fin.* Adde, dari caſum, in quo neq; poteſt recipi à viſitante ipſa procuratio, ſcilicèt vbi adeſſet conſuetudo, vt nec victualia, nec pecunia, nec quicquam aliud accipiatur à viſitatoribus; quia illa ſeruanda eſt, vt expreſsè ſancitum reperitur in *cit. c.3. Tridẽ.* 4. quomodo autẽ intelligenda, & pobanda, hæc conſuetudo, declarat *Manriquez cit. q.16. num.9. & ſeq.* Alium caſum, addit *Sanchez ſupra cit. dubio 18. ad finem*, quando Eccleſia ob paupertatem nequeat dare procurationem, hoc tamen caſu accipiendo, nõ incurreret ſuſpẽſionẽ, qa ad hoc tenetur, ex charitate tantũ, & non vi, *d. cap. exigit, aut Concil. Trid.* Dixi, *ratione viſitationis*; Primò quia prohibitio accipiendi, eſt reſpectu eorum, qui viſitantur, ac viſitari debent, quibus incumbit onus præſtandi victualia, ſeù procurationem, qui ſunt regulariter Rectores Eccleſiarum, *vt dixi ſupra eo loco, Recollectionis* 4. Vnde recipiens viſitator, vltrà victualia ab alio, quã à Recto
971 re, nẽpè à communitate, vel à laicis, non improbabiliter dici poteſt, nequaquam teneri viſitatorem ſub pæna ſuſpenſionis, aut interdicti ad reſtitutionem dupli, vt per *Bonacinam loco ſupra cit. num.* 16. & ſi probabilẽ quoq; appellet opinionẽ contrariã affirmatiuam, fauet etiam *Manriquez cit. q.16. num.*4. & 8. vt infrà *num.*985. quod nota ob ea, quę poſt *Genuenſem in manuali Paſtorum*, dicit Gauantus *ſuprà nu.*48. ibi *Fugiat Epiſcopus hoſpitia laicorum, & eorum conuiuia*, & *num.*48. ibi *neque recipiat munera ab vniuerſitate laicorum.* Quid ſi recipiat ab exemptis à contributione procurationis, vt ſunt Hoſpitalia, Domus pauperum, milites Hieroſolymitani, & ſimiles *Leo cit. c.16. & Quarãta verb. Priuil. Regular.* videte *Bonac. ſup. n.*12. vbi ſupponit, partẽ negatiuã eſſe pbabilẽ dũ opinionem affirmatiuã, ſcilicèt talem receptionem, etiam ſubijci, dictis pænis, vocat probabiliorem, loquens de locis, qui ex conſuetudine non ſolent contribuere. Dùm enim prima opinio excuſat, dictos viſitatores à reſtitutione dupli intra menſem, excuſat etiam à ſuſpenſione, & interdicto, quia iſtæ cenſuræ imponuntur contrà eos, qui tenentur reſtituere duplum infrà mẽſẽ, & nõ reſtituũt, vt infrà. Quia feci mẽtionẽ de Cõmunitate, & laicis, addò ex S. Congregatione, apud eundem, *Leonem cit. cap.16. num.*34. quòd, *ſi ſit conſuetudo, vt à communitatibus præſtentur victualia, ſeruanda eſt, & ſi laici procurare ſolent viſitationem, ea etiam conſuetudo ſeruari de-*
972 *bet, quàmdiù ipſi voluerint, ſi verò recuſauerint, non ſunt cogendi.* Et *num.* 33. idem *Leo ſubdit ex ead.* Congregatione, quòd *vbi adeſt conſuetudo immemorabilis, vt ab oppidis viſitatis tribuantur victualia, & hoſpitia, à clericis verò certum quid in pecunia, ſi communitates nõ cõquerantur, ſeruãda ſit cõſuetudo*, & ſic non poſſunt cogi laici ad ſeruandas dictas conſuetudines, Bonacina *ſupra num.*13. ſed contrarium ſeruari in Diœceſi Toletana, teſtatur *Manriquez ſup. num.7. ad finem.* Secundò, neque Epiſcopum ſubiacere interdicto, tempore viſitationis recipiendo Cathedraticum, quòd ſingulis annis exigi ſolet, *Gauantus loco ſupra cit. num.*41. & Bonacina *num. 2. ad finem.* Addè, quòd licèt expreſsè prohibeatur, in *d. cap.* 3. *Concil. Triden.* accipere aliquid ratione viſitationis teſtamentorum, tamen fuit decla-

clara

claratum à S. Congregatione, apud *eundem Leonem citato num.* 33. quòd ſi ex conſue-
973 tudine antiqua cautum fuerit, vt ex omnibus legatis pijs, certum quid, pro Epiſcopo detrahatur, poſſit Epiſcopus, etiam in viſitatione, taxam eiuſmodi exigere, præter id, q expreſsè conceditur in *eodem cap.* 3. *Concil. Tridentini.* Tertiò, quòd non excuſatur quis ab incurſu harum cenſurarum, ſi accipiat munera, finita viſitatione, ſi dentur ratione viſitationis. Ità intelligo *Genuenſem, apud Gauantum ſup. num.* 44. ſecus igitur, ſi alia ratione dentur. Quod autem Epiſcopus, non poſſit recipere victualia, vel quid aliud dùm per villas, & oppida exit, vt ſacramen-
974 tum confirmationis conferat, declaratum refert à S. Congregatione, *Barboſa de officio & Poteſtate Epiſcopi allegat.* 73. *num.* 10. *ſequitur Bonacina ſupra num.* 9. qui ſubdit, eadem ratione, Epiſcopum recipientem, dicta victualia, ſubiacere pœnis de quibus ſupra, ſed contrarium docent *Genuenſis, & Capanilis, hic nō ſolū loco cit. à Gauanto ſup. ſed etiā Rub.* 11. c. 26. n. 107. *& in Repertorio verbo ſumptus,* vbi allegat pro hac opinione *Archidiac. in cap. cauendum, x. q.* 3. *propè n.* 1. qui docet, quòd ſumptus debeantur à communitatibus ad quas, accedit adminiſtraturus dictum Sacramentum confirmationis, quos ſequi videtur *Gauantus verbo confirmatio, num.* 26. ex quo redditur mihi valdè ſuſpecta, dicta declaratio ſupra allegata, per *Barboſam, & Bonacinam,* vſq; quo de ea conſtet Autenticè, vt eadem Congregatio decreuit. Quòd autem poſſit accipere, non ſolùm victualia, ſeù ſumptus, ſed etiam
975 ſalarium, quandò exit ad conſecrandam Eccleſiam, vel illam reconciliandam, notat *Campanilis locis ſupradictis, vbi citat Gratianum in ſuis diſceptationis Forenſibus, cap.* 57. & præſupponit prò certo, *Sanchez ſupra lib.* 2. *Opuſc. Moral. cap.* 3. *dub.* 18. *in princip.* vbi, quòd licet recipere dictos ſumptus, vel ſalarium, vt pretium conſecrationis, vel viſitationis, ſit ſimonia, tamen ſecus ſit, vbi recipitur quaſi debitum ſtipendium, ac à iure permiſſum, latè *Franciſcus Leo in ſuo Theſauro Iuris Eccleſiaſtici lib.* 1. *cap.* 5. vbi de ſimilibus alijs functionibus Epiſcopalibus, prò quibus poſſit ab Epiſcopo accipi ſalarium. Vt autem incurratur; hæc cenſura, præter peccatum mortale, quòd committitur in acceptione talium munerum, requiritur, quòd infrà menſem non ſit facta reſtitutio dupli, tùnc enim (vt dixi in Concluſione) elapſo menſe, non facta dicta reſtitutione (ſcilicèt à potente reſtituere, nàm hoc caſu, impotentia excuſat, ſicut in omni alia reſtitutione, vt benè *Naldus n.* 8. *infrà cit. ad finem,* dicitur autem impotens, qui ſinè graui incommodo reſtituere ne-

quit *Bonacina ſupra num.* 18. *ad finem.*) Incurritur cenſura interdicti ab Epiſcopo, & ſuſpenſionis à Prælatis inferioribus, & alijs, de quibus infrà. Vndè imprimis, & ſi probabilem exiſtimen opinionem, *Nau. conſ.* 3. *de cenſibus in* 6. quòd ad euadendam dictam ſuſpenſionem, antequam incurratur, & poſt eā incurſam, vt illa ceſſet, vt infrà, ſufficiat,
979 reſtituere ſimplum, ex quo in eodem foro, pæna non debeatur, antè condemnationem, tamen contraria opinio vocatur verior à *Naldo verbo viſitare, num.* 8. & communior, ac tutior à *Gauanto eod. verbo*
980 *num.* 68. Sicut, quòd confeſſarius habens ex Bulla, vel priuilegio facultatem abſoluendi à cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, non poſſit abſoluere ab obligatione reſtituendi duplum, & quòd ſolum teneatur pænitens ſoluere ſimplum, contrà *Emanuelem Sà,* probat *Theſaurus ſupra ad finem, cap.* 2. Secundò ſequitur, *quòd opinio Suarez tomo* 5. *diſput.* 37. *ſect.* 1. *num.* 7. putantis, hodie terminum reſtituendi eſſe duorum menſiū, & per conſequens non incurri dictas cenſuras, niſi poſt duos menſes, eſt contrà modum loquendi omnium Doctorum, quos ſupra citaui, & alios, qui tractant de hac materia, & contrà verba citati, *cap.* 3. *Concil. Triden.* vt aduertit *Theſaur. par.* 2. *de pœnis Eccleſiaſticis verbo viſitatio, cap.* 2. *num.* 4.
981 *verſic. itaque hodiè.* Reſtitutionem prædictam faciendam eſſe Eccleſiæ grauatæ, vel alteri loco pio, à quo fuit dictus exceſſus datus, & à viſitatoribus acceptus, patet in *cit. cap. exigit,* cuius diſpoſitioni ſe accommodat *Concilium Triden. loco ſupra allegato* ità *Gauantus ſupra nu.* 64. & Bonacina *cit. cap.* 4. *num.* 15. vbi ſubdit, ſecundum probabilem opinionem, prò Eccleſia intelligi hic miniſtros, qui loco Eccleſię, vel loci pij dederunt. Quòd ſubdidi *non obſtante, qua-*
982 *uis remiſſione partium* Intelligitur, antè reſtitutionem realem factam, quia non prohibentur dicti Viſitatores, poſt reſtitutionem, & peracta viſitatione, ex interuallo, eandem quantitatem, tanquam ex noua cauſa liberalitatis, à viſitatis oblatam, recipere, vt poſt *Azorium, Suarez Fuſcum, & alios,* notat *Theſaurus ſuprà limit.* 2. Ex eo, quòd tandem dicitur, *& non obſtante quaſlibet cōſuetudine, etiam immemorabili,* patet, quomodo ſit vera doctrina, quā docet, poſt *gloſā in d. cap. exigit, verſic. Viſitationis, Alterius, & Sayrus;* quam etiam ex S. Congregatione confirmat *Leo apud* Bonacinam *loco infrà cit.* nempè dictas pænas non habere locū, vbi in cōtrariū extat antiqua cōſuetudo, vel conſtitutio, aut pactum appoſitum in fundatione: Eſt enim vera, quoad cōſtit, & pactū, nō autem quò ad cōſuetudinē, cui expreſsè derogatur, per *Concil. Triden. ita Bonacina ſupra n.* 2. *verſi. limitatur ſecundo,*



Digitized by Google

quicquid eadem ratione, qua ſuprà, *Manriquez par.* 1. *ſuarum, q.q. Vicarialium q.* 16. *n.* 7. *ad finem*, affirmet, conſuetudines laudabiles præſtandi, tàm victualia, quàm equorum vecturam, eſſe ſeruandas. Concluſio ſic declarata. Ampliatur in familiatibus,
983 viſitantium, tempore viſitationis recipientibus aliquid vltrà victualia, *Bonacina ſuprà num.* 8. Declaro, ſi enim ſunt clerici incurrunt ſuſpenſionem eodem tempore, ſcilicet ſi infrà menſē, dupli ab eis reſtitutio non fuit facta, ſi laici incurrunt interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ, & communione Euchariſtiæ, ſi dicta reſtitutio dupli quoq; nō fuit facta infrà mēſem, & nō infrà duos menſes, vt putat *Theſaurus loco ſupracit. verſic. an familiares, &c.* qui præſupponit, *cap. exigit*, quod innouatur, per *Conc. Trid.* loqui generaliter de violantibus conſtitutionem, *cap. Romana*, cum in eo expreſſè nominentur familiares, ibi: *Viſitantibus, eorumque familiaribus*; quòd laici incurrant interdictum, vt ſuprà, ex *d. cap. exigit*, notat *Gauantus citato verbo viſitatio Epiſcopi, nu.* 65. quòd clerici incurrant ſuſpenſionem, patet, quia illa lata eſt prò inferioribus Epiſcopo, ita de vtroq; idem *Theſaur. ſupra num.* 3. *ad finem.* An autem Epiſcopus, vel Prælatus teneatur ad reſtitutionem dicti dupli in defectum familiaris non reſtituentis? quærit *Bonacina loco ſupracit. num.* 18. & contrà *Altrium*, concludit cum negatiua, tanquam probabiliori, quoties Prælatus
984 culpæ particeps non fuit. De Notario viſitantium dubitatur apud DD. vtrum poſſit ſua emolumenta accipere pro decretis, & ordinationibus ſpectantibus ad viſitationem, nam *Villagut*, id concedit, vbi Notarius non habet ſalarium, *Zerola*, verò id negat ſimpliciter, apud *Gauantum loco ſupracit. num.* 58. qui adhæret huic opinioni negatiuè, prò qua ſententia, declaratum fuiſſe à S. Congregatione dicit, *Theſaur. ſupra limitat.* 3. Opinionem autem affirmatiuam, poſt Nauar. *conſil.* 1. *de cenſib. & Barboſam alleg.* 73. *num.* 42. loquendo generaliter de Epiſcopo, eius Secretario, Auditore, & Cancellario, non obſtante, dicta declaratione, probat *Bonacina cit. pun.* 4. *n.* 2. *verſic. tertio Epiſcopum*, his verbis: *Ego tamen exiſtimo competentē mercedē accipi poſſe, prò copia Actorum, ſeù decretorum viſitationis ab ijs, qui ea petunt.* Limitatur tamen concluſio in viſitatoribus recipientibus aliquid
985 vltrà procurationem non ab Eccleſijs, ſed ſed ab alijs. Ità *Manriquez part.* 1. *ſuarum q.q. Vicarialium, q.* 16. *num.* 45. prò Eccleſijs intellige perſonas, quas dixi *ſup. num.* 970. *ad finem.* Qui *Manriquez num.* 8. ſupponit, tantò magis, dictam limitationem eſſe veram, vbi id reciperetur à laicis, & ſi reciperetur intuitu viſitationis, incidenter ad ipſos laicos directam; concedit tamen, tales facere contrà leges prohibentes Iudicibus, munerum acceptionem. Hæc ſuſpenſio incurſa poſt menſem, vt ſuprà, ſecluſa abſolutione S. Pontificis, durat, quouſque reſtituatur duplum, aut ſimplum iuxtà opiniones, de quibus ſupra n. 979. Cuius reſtitutione facta, ceſſat ſuſpenſio, vt in *terminis*, notat Bonacina *ſupra pun.* 4. *num.* 19. & ſic non intrat, ꝓ hoc caſu opinio probabilis, de qua *ſup. num.* 960. quæ procedit, vbi ſimpliciter eſt temporalis ſuſpenſio, & non, vbi lata eſt, vſque quo fiat reſtitutio. Vndè, nec vi Iubilei, vel alterius priuilegij concedentis facultatem confeſſarijs abſoluendi à cenſuris, & pœnis Eccleſiaſticis, poteſt talis ſuſpenſio abſolui, quia vt dixi ſuprà, neque poteſt remitti eadem reſtitutio dupli, dicta enim facultas Iubilei, vel Priuilegiorum cenſetur conceſſa in ordine ad abſolutionē à peccatis non impediendam, & certum eſt, nec pœnam pecuniariam, nec dictam ſuſpenſionem impedire talem abſolutionem, vt eſt videre, apud *Suarez, tom.* 5. *de cenſuris diſp.* 1. *ſect.* 3. *num.* 6. *& tom.* 4. *de Religione lib.* 9. *de medijs, ſeù miniſtris, cap.* 2. *ſub num.* 46. & dixi cum *de Iubileo par.* 2. *num.* 54. Prò coronide huius concluſionis, nota, *Gauant. ſup. cit. verbo viſitatio Epiſcopi, num.* 50. poſt *Genuenſem in Manual. Paſtorū*,
987 docere, teneri viſitantē victualia, quæ ſuperſunt, erogare pauperibus, quòd etiam poſt alios dicit *Gratianus lib.* 1. *diſceptat. Forenſium, cap.* 57. *ad finem.* Additq; *Naldus verbo viſitare, num.* 10. quòd ſi ipſi, loco victualium, aliquid pæcuniæ recipiunt, teneantur, id, quòd ſupereſſet de pecunia reſtituere, quia de victualibus nihil deferre poſſunt; Quæ velim intelligatis, non de præcepto, ſed ex conſilo, vndè non ſolum viſitatores, id non obſeruantes, minimè ſubijciuntur pœnis, de quibus ſuprà, ſed *ſecluſa* alia prohibitione, non peccant, *vt patet, ex* praxi non paucorum Prælatorum, etiam timoratæ conſcientiæ.

Vltramontanus ordinatus ab Epiſcopo Italo in Italia, videte *ſup. ordinans vltramontanum, num.* 444. *& ſeq.* Quibus ibi notatis, addè, quòd conſtitutio Vrbani loquitur de vltramontanis ordinatis in Italia, non è contrà de Italis ordinatis, vltrà montes, ab Epiſcopis vltramontanis, & ſic ordinantes
988 dictos Italos in locis vltramontanis, non tenentur obſeruare conditiones requiſitas, in *d. conſtit.* ſicut, nec etiam ordinati ab eiſdem, hic caſus omiſſus à dicta conſtitutione, remanet ſub diſpoſitione, *Concil. Tridentini*, iuxtà regulam, *tex. in l. commodiſſimè, ff. de liberis, & poſthumis, cum alijs apud Coccinum deciſ.* 111. *num.* 15. Vndè ſuffice-

ſufficeret, ad euitandam ſuſpenſionem, vt ordinentur cum dimiſſorijs veris proprij ordinarij; Iuxtà ea, quæ dixi ſuprà n. 461. vel acquiſierint domicilium ibi, aut fuerint familiares triennales Epiſcopi ordinantis, vt dixi, ſeruandum quoq; poſſe; vbi in Italia ordinãtur vltramotani, in quibus terminis, iuxtà *tex. in c. 1. de temp. ordinan. in 6.* hoc adnotarunt *Barb. allegat. 8. n. 6. & Megalius par. 5. lib. 5. cap. 4. num. 15. & ſeq.* qui ſcripſerunt, antequam emanaret conſtitutio S.D.N. Vrbani VIII. de qua ibi, qui *Barboſa* in ſpecie notat, dictam ſuſpenſionem comprehendere, etiam ordinatos prima tonſura, ſtante conſtitutione, Sixti V. contra male promotos, quàmuis contrarium doceat *Nauar.* de quà rè egi *ſuprà num.* 362. Caſus hic mihi accidit, cùm etiam quidam italus ordinatus fuiſſet vltrà montes, non ſolùm cum literis falſis, ſed etiam per ſaltum, & pluries celebrauerit miſſam, et tempore Iubilei acceſſiſſet, ad confitendum peccata ſua, vt lucraretur Iubileum, & ſi dicta ſuſpenſio eſſet occulta in italia, ac in eo loco, vbi illum audiebã, tamen eũ duntaxat abſolui à peccatis, & cenſuris, tantumodo ad finem lucrandi Iubileum, & nolui eum abſoluere à ſuſpenſionibus, quia debebat reaſſumere ordines, quos per ſaltum omiſerat, antè quorum ordinum ſuſceptionem non poterat celebrare, abſque Epiſcopi, vel S Pontificis (reſpectiuè iuxtà ea, quæ dixi *ſuprà num.* 724. *& ſeq.*) diſpẽſationem, & aliàs incurritur irregularitas, ad quam ſuſpenſionis diſpenſationem, non extenditur facultas data
989 in Iubileo, & ſi illa ſuſpẽſio occulta, quia & ſi Iubilei tempore confeſſarius poſſit abſoluere à cenſura ſuſpenſionis, non poteſt abſoluere ab hac, quæ ſimul requirit diſpenſationem, vt poſſit talis miniſtrare in ordine ſuſcepto per ſaltum, vel prętermiſſum ſuſcipere, ſed eum remiſi, ad S. Pœnitentiariam, prout ad eam perſonaliter acceſſit, à quà fuit diſpenſatus, dummodò ingrederetur aliquam Religionem arctæ obſeruantię, vt ipſi poſteà mihi retulit.

Vſurarios manifeſtos alienigenas; permittentes Epiſcopi, Archiepiſcopi, aut Patriarchæ, &c. Dixi ſuprà, *Epiſcopi permittentes*, quibus ibi notatis, addè quòd ſi dicti Epiſcopi, non habent dominium temporale, incurrunt eandem ſuſpenſionem, quando domos illis locarent, vel aliò modo concederent, vt percipitur, ex *eod. text.* & notant *Megal. par. 3. lib. 5. cap. 4. num. 12. & Barboſ.*
990 *allegat.* 111. *num.* 75. Si laici particulares, ſunt, qui locant, vel concedunt, dictas domos prefatis vſurarijs, vel alias in terris ſuis habitare permittant, à ſuis ordinarijs cenſuris compeſcantur, ſcilicèt ſententiæ ferendæ, omni priuilegio ceſſante. Ità habetur in *cap. primo de vſur. in 6.* vbi DD.

Vſurarios manifeſtos ad ſepulturam Eccleſiaſticam, vel ad oblationem in miſſa, admittentes clerici, vel Religioſi, antequam præſtauerint cautionem de ſatisfaciendo, ſunt ſuſpenſi ab officio, donec ſatisfacerint ad arbitrium Epiſcopi, de qua ſuſpenſione egi *ſup. hac eadem recollect. Verbo oblationes.* Aliqui referunt iſtam ſuſpenſionem, et prò admittentibus dictos vſurarios manifeſtos ad communionem altaris, vel ad pænitentiæ Sacramentũ, ità *Sayrius lib. 4. de cenſuris cap. 15. num. 5. cum alijs,* ſed licèt in *cap. quia in omnibus de vſuris,* fiat men-
991 tio de admittentibus ad communionem, & in *cap. quamquam eod. tit.* prohibeantur Sacerdotes miniſtrare Sacramentum pænitentiæ dictis vſurariis manifeſtis, tamen ſuſpenſio fertur, tantum pro illis duabus actionibus, ſcilicèt ſepulturæ, & oblationũ. Ità referunt dictam ſuſpenſionem, *Megalius par. 3. lib. 1. cap. 4. n. 9. verſic. 4 ſuſp. Conink. num. 41. & Bonacina tomo 3. diſp. 3. q. 3. pun. 6. ſub. num. 1.* (& ſi cùm de cenſuris in genere, *tom. 1. diſp. 3. pun. 5. num 19.* aliter locutus fuiſſet), & antè hos omnes *Suarez. tomo 5. diſp. 31. ſect. 2. num. 6. & Filliuc. tr. 17. num.* 100. quos refert, & ſequitur, teſtando de veriori, nouiſſimè *Theſaurus par. 2. de pœnis Eccleſiaſticis, verbo vſura, cap. 3. ad finem.* Vnde tantum dicti recipientes ad communionem dictos vſurarios denunciatos, veniunt puniendi pæna arbitraria.

Vſurarius clericus non eſt ſuſpenſus, ſed ſuſpendus arbitio Iudicis, & ſi ſe non correxerit, eſt degradandus. (Intellige verbaliter, ſeù deponendus) ità poſt *Hoſtienſ. & Diaz Campanilis Rubr. 11. cap. 20. nu. 60. ad finem, & n. 61.* vbi benè declarat, intelligi hoc deberi, de ſuſpenſione ab ordinibus ſuſceptis, & beneficijs impetratis, & quòd niſi hoc crimen conſtet, non impediat, ab ordinibus ſuſcipiendis, & beneficijs impetrandis, imò vbi obijceretur electo, vel præſentato, eſſe talem, ſuſpendi debeat ordinatio, & collatio, aut inſtitutio, vel confirmatio, vſq; quò conſtet de veritate, latè *Belleti. p. 2. ſua diſquiſitionis clericalis, §. 47.* Vbi quomodò poſſit Epiſcopus peracta pænitentia, & præſtita ſatisfactione diſpenſare, & reddere dictum clericum habilem ad beneficia, & *num.* 4. poſt *Beroum Conſil. 84. num.*
992 13. *volu.* 3. aſſerit, eſſe quoque ſuſpendendum Clericum, noua pacta, vel contractus vſurarios reperientem, quòd aliquando vidi practicatum à quodam zelantiſſimo Prælato in ſimili caſu.

Vſurpationis (de quo ſuprà *Recollect. 4. verbo vſurpare præſumentes*) clerici fabricatores, vel conſentientes, præter excommunicationem,

Digitized by Google

tionem,de qua ibi,incurrunt, etiam priuationem beneficiorum quoruncumque, & inhabiles efficiuntur, ad alia obtinenda, non tamen incurrunt ſuſpenſionem, nec irregularitatem ipſo iure,ſed tantum mandantur ſuſpendi ab ordinibus, arbitrio ordinarij, in *S. Conc. Trident. loco ibi cit.* Pro fabricatoribus dictæ vſurpationis,intelligitur, ſi ipſi clerici vſurpauerint, *vt ſuprà in eo tex.* habetur,vbi et fit mentio de patronis
993 vſurpantibus bona Eccleſiæ patronatæ, cuius ipſe ſit patronus, & additur præter excommunicationem, prò ipſis patronis, pœna priuationis ipſius Patronatus, & ſi talis pæna non incurratur,niſi poſt declarationem,vt poſt alios notat *Theſaurus par. 2.de pænis Eccleſiaſticis,Verbo vſurpare,cap. 1.* de qua re,*Sanchez lib.2.Opuſcul. Moral. cap.3.dub.12.nu.3.* vbi de caſibus, in quibus
994 Patronus vltrà alimenta, poſſit exigere aliquid temporale ab Eccleſia patronata, vel aliquod grauamẽ illi inferre, ſcilicèt,ſi id appoſitum fuit in limine fundationis,& adſit licentia ordinarij, vel vt ſubdit,*num.7* extet conſuetudo immemorabilis, qua ratione ſaluat Excellentiſſimum Comitem de Monte Regio,nunc Prorege iuſtiſſimo Regni Neapolitani, qui habet præſentationem ad Beneficia ſui Status,& ex ſingulis præſentationibus recipit vnum Marcum, & eius Secretarius vna dobla, & præter, hæc,Curati ſoluũt ſingulis annis perpetuò certum quid. Videte eum per totum dubium, quia reperietis optimas doctrinas circa hanc materiam.

Aliæ plures ſuſpenſiones reperiuntur, latæ in corpore iuris, quæ vel ſunt ferendæ ſententiæ, vel non ſunt in vſu, ideò hic conſultò prætermittuntur.

### *De culpa requiſita ad incurrendam ſuſpenſionem.*

CErtum eſt apud omnes, quòd ad incurrendam ſuſpenſionem requiratur culpa,eſt enim cenſura,& per conſequens pœna priuans vſu Eccleſiaſticæ poteſtatis, quę præſupponit culpam,*Caiet,verbo ſuſpenſio*. Huc ſpectat,quæ *Nauarr.cap.27.num.151.* notat, ſuſpenſionem ſcilicèt, quæ ob ſenectutem, lepram, aut debilitatem, vel aliam ſimilem cauſam, fertur in iure, non eſſe propriè ſuſpenſionem, vt cenſura eſt, quia id accidit, ſinè culpa. Vndè tantũ dubitari poteſt. Primò, an requiratur,quòd iſta culpa ſit propria, vel ſufficiat aliena, & ſecundò,an dicta culpa propria, vel aliena, debeat eſſe mortalis, vel ſufficiat, ſi ſit venialis. Sit igitur.

Prima Concluſio: Ad incurrendam ſuſpenſionem latam contrà perſonam determinatam,requiritur culpa propria, nec ſufficit aliena: Ratio ſumitur, eſt regula iuris, quòd pæna debeat ſequi ſuum authorem, *l. Sancimus,C de pænis,l.2.§.fratris,ff ſi quis aliquẽ teſtari prohibuerit.* quòd idem eſt,ac quòd pæna iniquè irrogatur innocenti. *cap.2.de conſtit.* ſed ſuſpenſio,vt dictum fuit, eſt propria pæna, ergò. Ità *Nau. ſupracit. num.151.& num.165.ac Conſilio 40.num.6. de temporibus ordinationũ, Suarez,Auila, & Connik. quos probat Layman. lib.1. ſua Theologia Moralis,tr.5.par.3.cap.3. num.1. Villalobos par.1.tr.18.difficult.5.num.5.* vbi reſoluit iura, in quibus fertur ſuſpenſio, contrà ordinatos ab Epiſcopo, qui renunciauit Epiſcopatui,vel antè legitimam ætatem,cum culpa Epiſcopi, vel alterius, ſed
995 abſque culpa ordinati,ſubdens, iſtas potius eſſe irregularitates, quàm ſuſpenſiones. Addens quoque,*ibidem.diff.3.num.57.* tales violando dictas ſuſpenſiones non incurrere irregularitatem, quòd an ſit verum,dixi ſuis locis, & latius dicam infrà cum de irregularitate. Ab hac concluſione non diſcedere *D.Thomam,Silu. & alios*, aduertit,*Corneyo,apud Dianam par.5.tract. 10.reſolut.22.* loquuntur.n.nõ de ſuſpẽſione lata in perſonas determinatas, *ſed lata* contra communitatem, vt etiam patebit ex infrà dicendis, concluſione ſequenti.

Secunda Concluſio: Ad incurrendam ſuſpẽſionem latam contrà communitatem Eccleſiaſticorum(vt ſuppono: nàm iſti ſubijciuntur,huic pænæ)collectiuè ſumptã, ſeù vt alij dicunt, vt communitas eſt, poteſt ſufficere culpa aliena. Hæc concluſio probatur, ex differentia, quàm communiter DD tradunt,inter ſuſpenſionem,& excommunicationẽ; quòd nẽpè licèt excommu-
996 nicatio nõ poſſit ferri cõtrà cõmunitatẽ, tñ cõtra eã feratur ſuſpenſio,qa excõmunicatio afficit animã, & bona interiora, non autem ſuſpenſio, *Nau. cit. num. 165. in 4 differentia,*& alii Authores infracitandi communiter,qui ex hoc inferunt, quòd ſuſpenſio lata his verbis,*quicunque,id fecerit,omiſerit,&c.* cõprehendat dictã cõmunitatem,id facientem,vel omittentem, *Layman ſup.cap.2.num.3. & Gordonus tomo 2. lib.7.q.14.num.61.* Excipias autem ſuſpen-
997 ſionem ab ordine, quã nõ incurrit communitas, quia actus ordinum, quò ad exercitium non ſunt actus communitatis, ſed ſingularium perſonarum, *vt poſt Suar. habent* Villalobos *ſupracit. diff.5.num.3. & Gordonus loco ſupracit. num.60.* Dixi *collectiuè ſumptam,ſeù vt communitas eſt,*(quòd accidit quãdo ſimpliciter ſuſpenditur Capitulum, prout fit in *S.Concil. Trid.ſeſſ.24. cap.16.* in caſu, quòd Capitulum Sede va-

cante

Digitized by Google

cante intrà octo dies non conſtituit Vica-
riũ,& æconomum.) Nàm ſecus eſt vbi cõ-
munitas *diſtributiuè*, ſuſpenditur, quod
contingit, non ſolum, vbi fertur ſuſpenſio
contrà aliquem clerum, qui cùm non fa-
ciat vnum corpus fictum, ex quo non
habet beneficia, & officia communia, non
eſt propriè communitas, & perconſequens
ſuſpenſio contrà eum lata, iudicatur, ac
lata in ſingulares, & determinatos clericos,
quæ vt dixi ſuprà concluſione pręcedenti,
non incurritur, ab alienam culpam, ſed ab
his, qui delinquerunt, *poſt Suares Villalo-
bos ſup. num. 4 Cordonus ſup. num.* 59. Sed
etiam, quandò fertur contra communita-
tem, propriè ſumptam, ſcilicèt capitulũ, vel
collegiũ habens officia, & beneficia cõmu
nia nõ ſimpliciter, ſed ita, vt ex audiunctis
verbis, etiã extẽdatur, ad ſingulares perſo-
nas ipſius capituli, vel collegij, vt fit in *cap.
quia ſæpe, de elect. in 6.* quò caſu, & ſi *Silue-
ſter, & aliqui Canoniſtæ*, velint, ſufficere
998 culpam alienam, tamen in contrarium,
eſt communis opinio, de qua allegatis, *Na
uar. & ConintK.* teſtatur *Hurtadus de ſu-
ſpenſione, nu. 25. ad finem*, ſequitur *Gordo-
nus loco ſupra num.* 63. & ſic intelligendus
*Corneyo* relatus *ſup. in fine, concluſ. præced.*
dùm declarat opinionem, *Silueſtri, &c.*
Concluſio ſic declarata eſt, *Suarez, & Co-
nintK. quos ſequitur, Hurtadus ſuprac. nu.
25. in principio, & Gordonus ſup. num. 63.*
qui & ſi opinionem contrariam eorum,
qui volunt, quòd reſpectu innocentium
ipſius capituli, non ſit vera ſuſpenſio, ſed
tantum quædam prohibitio (quòd etiam
velle, præſuppono, Auctores, quos innomi-
natim, refert *Hurtadus loco proximè citato*)
dicat nõ carere probabilitate, fatetur, tamẽ
illam non multum diſtare a quæſtione
de nomine. Tandem aduertendum, con-
cluſionẽ habere locũ, vbi ſuſpenſio contrà
collegium, aut capituulm fuit lata ob cul-
pam, ipſam communitatem regẽtis, quia
ſi ob culpã membrorum duntaxat eiuſdẽ
communitatis lata fuerit, certum eſt, eos
qui innocentes ſunt excuſari, etiam à ſu-
ſpenſione.

Tertia concluſio: Ad incurrendas ſuſpenſio-
nes, quæ communiter, ab Eccleſia ferri ſo-
lent, requiritur culpa mortalis. Hæc con-
cluſio patet, ex dictis ſuprà *Recollect. 1. à n.*
116. quibus ibi allegatis accedunt, *Hurtad.
Vaſquez, Suarez, Conintk. & Corneyo*, quos
iterum, atque iterum, de hac re agendo, re-
fert, & ſequitur; *Diana par. 5. tr. 10. reſol.*
19 (quidquid *ead. p. tr. 9. reſol. 46. verſ. ſed
an ſuſpenſio.* loquendo in ſpecie de culpa
pro qua ferri, & incurri poteſt, tàm ſuſpen-
ſio, quàm interdictum, citatis ferè eiſdem
authoribus, aſſerat, ſe putare, vtramque
opinionem eſſe probabilem) *Layman. citat.
lib. 1. tr. 5. par. 3. cap. 3. num. 2. Gordonus cit.
quæſt. 14. num....* & alii communiter.
Dixi, *quæ communiter ab Eccleſia ferri ſo-
lent*. Quia iſtę ſunt ſuſpenſiones maiores
999 ſecundum totam ſuam latitudinem, &
perconſequens pænæ graues, quibus debet
correſpondere, etiam culpa grauis ad hoc,
vt culpa proportionetur pænę, ac delicto,
*l. expilatores, ff. de effractoribus, l. ſacrilegij, ff.
ad l. Iuliam, peculatus.* Vndè, *vt ſuprac. loco
recollec.* 1. latius explicaui, concedunt magis
communiter DD. aliquando ferri poſſe ab
homine leuem ſuſpenſionem. v. g. ab ali-
quo actu ordinum, &c. ad quam incurren-
dam ſit ſufficiens culpa venialis, & ità in-
telligendos eſſe, *Caiet. Nau. Auilam, &
Henriquez*, allegatos pro contraria ſenten
tia, ſcilicèt ſufficere culpam venialem, ad
incurrendam ſuſpenſionem, notant *Lay-
man. & Gordonus locis proximè citatis.* Qui
etiam ſupponunt, ſuſpenſiones ſuprà à no-
bis relatas non incurri niſi ab culpam pro-
priam, & etiam culpam mortalem requiri
ad illas incurrendas.

### *De effectibus ſuſpenſionis ab officio.*

ET ſi in ſingulis ſuſpenſionibus ſuprà re-
latis, etiam fuerit declaratus effectus, cu-
iuslibet ex eis; non deſinam tamen hìc,
tamquam in proprio loco, aliquos effectus
principales recolligere.

Suppoſito enim, ſuſpenſionem ab officio, ab-
ſolutè latam, priuare ab omni uſu, & actu
non ſolum ordinis, ſed etiam iuriſdictionis,
quia vt inquit *Panormitanus in cap. cum
dilectus, num. 19. de conſuetudine*, nomen
officij comprehendit vtrumque, & eſt
communis opinio contrà *gloſam in cap.
audiuimus 24. q. 1.* quæ vult, ſuſpenſum ab
officio, tantum eſſe ſuſpenſum ab ordine,
non autem à iuriſdictione, vt teſtatur *To-
letus lib. 1. ſumma cap. 43. n. 3. latè Suares de
cenſuris diſp. 26. ſect. 1. num. 4.* ità docere ferè
omnes Doctores, allegato etiam *D. Thoma
in addit. ad 3. part. quæſt. 21. art. 3.* teſtatur
*Villalobos par. 1. ſummę tract. 18. difficult.
3. num. 3. in principio.* Dixi, *abſolutè latam*,
quia aliquando, quis ſuſpenditur, ab aliquo
actu, vel aliquibus actibus ordinis, vel
iuriſdictionis, quo caſu non erit ſuſpenſus,
ab aliis actibus, qui non ſunt cum illis an-
nexi, vt eſt communis opinio teſte *Villalo-
bos ſup. num. 6.*

Prima concluſio: ſuſpenſus ab officio, exer-
cens actus, ſiuè ordinis, ſiuè iurisdictionis,
peccat mortaliter, quia violat præceptũm
Eccleſię in re graui, vt dixi quæſito præce-
denti, eſt communis. *Portellius in dub. regu-
lari-*

Digitized by Google

laribus, verbo ſuſpenſio, n. 1. ideò de ſuo genere, eſt peccatum mortale, *Toletus ſupra cap. 46. n. 1.* quod eſt dicere, excuſari poſſe, ex leuitate materiæ, vt proſequitur *Hurtado de ſuſpenſione ſub n. 13. v. g* quando actus ordinis, vel iuriſdictionis, cōtrà d. ſuſpēſionē exercitus, fuit leuis. ꝙ eſt verū, nō ſolum, vbi dicti actus exercerētur in Diæceſi Epiſcopi, à quò fuit, quis ſuſpenſus (quando cenſura eſt ab homine, quia vbi eſt à iure, eſt magis certū) ſed ēt extra illā, quia vbiqꝫ tenetur qs ſuo Epiſcopo obedire, & ſicut dixi de excommunicatione cenſura afficit ita perſonam in quam fertur, vt illā ſemper comitetur, ſicut lepra leproſum, *gloſa finalis in cap. Paſtoralis 53. de appellationibus, vbi Bald. n. 22. & Decius num. 24. Suarez ſup. ſect. 1, à nu. 9. Bonacina de cenſuris, diſp. 3. quaſt. 6. pun. 3. à num. 6 Sayrus,* Vgolinus, *& alij communiter, quos ſequitur, Layman lib. 1. tr. 5. parte 3. cap. 1. ad finem, verſ. ad extremum.*

Erunt autem dicti actus validi, & ſi illiciti antè denuntiationem, poſt verò denunciationem erunt inualidi, tantum actus iuriſdictionis, non autem puri ordinis, Nàm extrauagans ad euitanda non ſolum habet locum in excommunicatione, ſed etiam in ſuſpenſione, vt aliàs dixi, & in terminis, notat *Villalobos loco ſup. num. 6. verſic. Haſe de aduertir, & Hurtado de ſuſpenſione, num.* 14. qui benè ſubdit, per accidens poſſe etiā actus iuriſdictionis exerceri à ſuſpēſo,
999 denunciato, validi, ratione .ſ. tituli colorati, & communis erroris. Inter actus iuriſdictionis inualidos, ſtante denunciatione certū eſt, eſſe abſolutionē ſacramentalem, vt poſt alios, notant *Bonacina diſput. 3 de cenſuris, pun. 4. nu. 8. & Villalobos cit. verſ. ad fin. & n. 8. & 9. Gordon. ſup. n. 28.* & ſic cōcordabis, *Portelliū verbo ſuſpenſio, n. 2.* dicentē abſolutionē, datā à ſuſpenſo eſſe validā, & *Dian. par. 1. tract. 10. reſol. 12. aſſerunt em illam eſſe inualidam.*

Præter peccatum mortale, ſuſpenſus ab officio ob delictum, ſiuè ſit toleratus, ſiuè non toleratus (ꝙ tantò magis eſt verū, vbi quis foret ſuſpenſus ab ordine, in genere, vel in ſpecie) exercēs actus ordinis maioris ſollemniter, incurrit irregularitatem, vt docent communiter Doctores, qui hoc dicunt, eſſe verū contrà aliquos, & ſi dicta ſuſpenſio non feratur, per modum cenſurę propriè dictæ; ſed pænæ, vt fit quando fertur, *donec pæniteat, donec ſatisfaciat, &c. Silueſter ſuſpenſio, n.* 5. teſtatur de magis communi, *Toletus ſup. cap. 46. num. 2. ad finem,* hoc eſſe certum, poſt *Suares,* teſtatur *Villalobos ſup. difficult. 3. ſub num. 3.* & ſi differentia ſit inter toleratum, ac non toleratum in hoc, quòd toleratus exercens dictos actus ordinis ad petitionem fidelium, excuſetur, vt per *Hurtadum loco ſup. num. 13.* Dixi, *ob delictum*, quia ſecus eſt in ſuſpenſo, ob, defectum, ob quem à iure prohibetur, quis vel promoueri ad ordines, vel illos exercere, nā ſi promoueatur, & celebret, nō incurrit irre gularitatē, eſt cōmunis, opinio quàm ſeruat Romana Curia, vt teſtatur *Toletus ſuprac. cap. 46. num. 4. Sayrus cit. cap. 16. num....* vbi tanto magis, id aſſerit, de prohibito à confeſſario ne celebret, & docent omnes communiter. Dixi *ordinis maioris*, quia ex exercitio ordinum minorum, nō incurritur irregularitas, cū hoc tempore, non videantur veſtes, & ſollemnitates, ità propriæ minorum ordinum, vt etiam illæ non liceant laicis. *Tabiena verbo ſuſpenſio, num. 10. ad finem, Nau. lib. 5. Conſ. 28. aliàs 45. de ſentent. excommunicat. Sayrus lib. 4. cap. 16. num. . . . . Auila par. 3. diſp. 9. ſect. 2. dub. 3.* ConinK. *diſput. 18. num. 3* quòd eſt idem cum his, quæ ſubdit poſt alios, *Layman lib. 1. tr. 1. par. 3. cap. 5. nu. 3. verſic. ex quo infertur primo, clericos ſcilicèt in minoribus vix poſſe exercendo actum proprium ordinis, irregularitatem contrahere, quando conſuetudo fermè obtinuit, vt eorum miniſteria, ēt à laicis ſolēniter* (*id eſt*, vt declararē, cum ſuperpelliceo) *exerceantur*. Dixi, *ſollemniter*, quia exerceri poſſunt priuatim, vt exerceri poſſunt à laicis, v. g. canere Epiſtolam non ſollemniter, miſſam celebranti miniſtrare, in neceſſitate baptizare, mortuos ſepelire, cum alijs orare diuinis officiis intereſſe, &c. *Sayrus, Auila, & ConinK quos ſequitur Layman cit. cap. 1. num. 2. verſ ſuſpenſ. totalis, & Bonacina ſupra diſp. 3. q. 6. pun. 3.* §. 1. hæc enim non ſolum fieri poſſunt, abſque incurſu irregularitatis, ſed etiam abſque peccato, nam etiam ſuſpenſus à diuinis, ſi illis, vt laicus aſſiſtat, neq; incurrit irregularitatem, neque peccat, intellige niſi expreſsè ſit ſuſpenſus ab officio prædicandi, vel à receptione ſacramentorum, quia & ſi tunc non incurrat irregularitatem violans dictam ſuſpenſionem, nam recipere ſacramentū, & prædicare non eſt officiū, nec ordinis actus, cùm etiam laici, id facere poſſint, *Silueſter ſupr. num. 1. Sayrus, & alij ſuprac.* magis communiter, tamen peccat mortaliter *Filliuccius, tr. 17. nu. 33.* Diſplicet autem, quod dixit, *Didacus Perez, apud Dianā tr. 2. par. 4. reſol.* 40. nempè tunc ſacerdotem ſollemniter, exercere actum ordinis, abſoluendo ſacramentaliter ad finem incurrendi irregularitatem, quando id facit cum orationibus, ſtola, & pſalmo *Miſerere*. Tùm quia fruſtra d. excomunicato (de hoc enim loquitur, dictus authot, at à pari, idem ſequitur dicendum de ſuſpenſo) prohiberetur abſoluere, cùm hoc poſſint facere, ſinè ſtola,

Digitized by Google

ſtola, & Pſalmo, tùm ex eo, quòd ly *ſollemniter* à Doctoribus intelligitur, prout ſignificat, dictos actus geſtos eo modo, quo fieri illi non poſſunt à laicis, & vt aliàs dixi, etiam abſq; orationibus, & cæt. non poteſt laicus abſoluere ſacramẽtaliter. Certũ autẽ eſt, Sacerdotẽ ſic abſoluentẽ, quãdo eſt excommunicatus, vel ſuſpenſus, peccare mortaliter, cõtrà ꝓhibitionẽ excõmunicationis, vel ſuſpẽſionis, quãdo extrà leuitatẽ mate-
1000 riæ, nõ excuſatur, vel ex defectu plenæ aduertẽtiæ, aut ex ignorãtia inuincibili, ſiuè iuris, id eſt ꝓhibitionis, ob cuius trãſgreſſionem fertur, ſiuè facti prohibiti, vel etiam probabili ipſius ſuſpenſionis latæ ab ordinarijs, aut ex metu grauis mali, ſiuè in corpore, ſiuè in fama, & honore, ſiuè in diuitijs, quando opus, cui eſt annexa ſuſpenſio, non eſt aliàs prohibitum de iure naturali, vt latè dixi ſuprà *hac 3. par. Recoll. 1. à nu. 340.* & in noſtris terminis loquendo habetur, per *Suarez tomo 5. diſput. 26. ſect. 2. num. 3. & Hurtadum de ſuſpenſione, num. 26.* qui facit expreſsè mentionem de ſupra relatis cauſis, ob quas, quis excuſatur à culpa mortali, & per conſequens à ſuſpenſione incurrenda, ac irregularitate, quę õnia requirũtur ad earum incurſum, dictam culpam mortalem. Vndè, rectè *Silueſter verbo ſuſpenſio, nu. 9. ad finẽ*, ait, ꝙ quãdo ab homine fertur ſu-
1001 ſpenſio ob culpam venialem (quòd fieri poſſe, dixi ſuprà, quęſito præcedenti) illam violans non incurrit irregularitatem. Cætera circa hanc materiam irregularitatis incurrendæ à ſuſpenſo vide apud *Sayrum cit. lib. 4. de cenſuris, cap. 16.* vbi inuenietis plura, quæ à quibuſdam recentioribus, tanquàm noua, & ſingularia traduntur.

Secunda Concluſio: ſuſpenſus ab officio
1002 impeditur, nè poſſit ordinẽ ſuperiorem ſuſcipere. Ratio eſt: nam, qui actus ordinis, non poteſt exercere, nec ad ordines poteſt promoueri, non quia ordo eſt ſacramentum, quoniam talis ſuſpenſus poteſt recipere ſacramenta, ſed quia ſuſceptio ordinis ſuperioris, eſt via ad exercendum officium, quo eſt priuatus, *cap. finali de clerico excommunicato miniſtrante*, ità poſt *Suarez*, & alios *Villalobos, tr. 18. difficult. 3. num. 4. Layman lib. 1. tr. 5 par. 3. cap. 1. nu. 6. verſicul. ſed dubium eſt, ad finem*, qui benè ſubdit, ſuſpenſum ab exercitio actus ordinis inferioris, ſuſcipientem ordinem ſuperiorem, quidem peccare propter indecentiam; ſed irregularem fieri non videri, cum non propriè exerceat actum ordinis, à quo ſuſpenſus eſt, quòd poſteà, contra *Couarr. Nauarr. & alios, cum Suarez, Sayro, & cæteris*, loquendo de ſuſpenſione ab ordine, quã includit ſuſpenſio ab officio, vt dixi ſuprà, reperi reſolutum à *à Diana p. 4. tra. 2. reſol. 92.* & ſi pro opinione contraria reſoluiſſe Rotam, refert *Campanilis Rub. 11. c. 18. n. 5.* qui *Diana*, ead. ratione, loquẽdo generaliter de ſuſpẽſione à ſuſceptione ſacramentorum, *par. 5. tr. 10. Reſolut. 26.* probat cum *Bonacina, & Maiolo*, malè allegato ab eodem *Bonacina*, illa ſuſcipientem, dicta ſuſpenſione irretitum, non incurrere irregularitatem, quod etiam antè docuerunt, poſt alios, *Silueſter verbo ſuſpenſio, & Sayrus lib. 4. cap. 16. num.*

Hac occaſione nota, quòd licèt communiter Auhores doceant, ſuſpenſum ab ordinis inferioris exercitio, eſſe ſuſpenſum ab exercitio ordinis ſuperioris, ſecus, tamẽ eſt è contrà, nã ſuſpenſus ab ordine
1003 ſuperiori nõ eſt ſuſpenſus ab ordine inferiori, quarè ſacerdos ſuſpenſus ab officio ſacerdotis, poteſt Epiſtolam, & Euangelium canere, ea ratione, quia inferior ordo ſupponitur à ſuperiori, nõ è cõtrà: ſed probabiliter, hanc ſecundam partem limitant, *Sayrus, Emanuel Sà, Suarez, & ConinK.* quos ſequitur, *Layman loco ſupra cit.* ad actus inter ſe connexos: ità vt exercitium ordinis ſuperioris contineat exercitium ordinis inferioris, à quo eſt ſuſpenſus, v. g. ſacerdos ſuſpenſus, ab ordine, aut officio Diaconi, nõ poteſt celebrare miſſã, quia talis celebratio nõ poteſt fieri ſinè Euangelio, ſuddit tamen *Layman ibid.* ex eiſdem authoribus, talem
1004 ſacerdotẽ ſuſpẽſum ab officio Diaconi, alia munia Sacerdotis, vt confeſſiones audire, ſollemniter baptizare, benedicere, &c. præſtare poſſe, licèt non decenter, attamen, vt irregularitatem non contraheret, probat alijs allegatis, *Diana par. 5. tr. 10. reſol. 1.* ex quibus ſequitur, tunc non ſolum peccare, ſed etiam incurrere irregularitatem, quando vel talis ſuſpenſus ab officio Diaconi, celebraret, aut ſuſpenſus ab officio ſacerdotis, vel celebraret, aut ſacram. Pænitentiæ, Euchariſtiæ, Extremæunctionis miniſtraret, aut ſolemniter baptizaret, vel benediceret, vt ſupponit, *Layman ibid. verſ. corollarium 6.* Quibus omnibus me ſubſcribo; niſi ex eo, quod dicunt, ſacerdotem ſuſpenſum ab officio Diaconi, audiendo confeſſiones, ſollemniter baptizando, &c. *indecenter*
1005 *agere*, velint, illum peccare mortaliter, cùm enim tali ſacerdoti non ſit prohibitũ, dictos actus, ordinẽ ſacerdotis ſupponẽtes tantũ, & nõ includẽtes illud officiũ Diaconi, à quo determinatè eſt ſuſpenſus, exercere, vt cõtra communem ſententiã, docent nonnulli, apud *Suar. ſupra c. ſect. 4.* quod etiam ipſe probabile cenſet, non



Digitized by Google

video, quomodo hoc caſu poſſit interue-
nire peccatum mortale, quod ſubſequi-
tur prohibitionem, fauet *Hurtado de*
*ſuſpenſione, nu. 9.* qui non ſolum non facit
mentionē dictæ indecētiæ, de qua ſuprà,
ſed ēt ſubdit, actus audiendi confeſſiones,
&c. non includere, nec ſupponere actum
Diaconatus. De Epiſcopo ſuſpenſo à
collatione ordinum minorum, quod poſ-
ſit conferre ordines maiores, & ſuſpenſo
à conferendo ſubdiaconatum, quod poſſit
conferre Diaconatum, & Presbiteratum;
ac ſuſpenſo ab officio confirmandi, non
ſit ideò ſuſpenſus ab officio conſecrandi,
dixi ſuis locis, quibus ibi allegaris, addò
nunc, *Layman cit. cap. 1. verſ. illud verò*
1006 *probabilius.* Quod ſuſpenſus ab exequ-
utione ordinis ſubdiaconatus, non ſit in-
capax recipiendi beneficium ſimplex,
pro quo obtinendo ſufficit p. tonſura, no-
tat *Marius Antonius lib. 1. variar. reſolut.*
19. qui etiam *num.* 10. ſubdit, clericum
primæ tonſuræ non habere gradum, à
quo poſſit ſuſpendi, vt infrà.

Tertia Concluſio: ſuſpenſus ab officio non
poteſt nouum officium, vel beneficium
recipere, probatur, ex *cap. ſi celebret de*
*clerico excommunicato miniſtrante.* Vbi
traditur regula generalis, ſcilicèt eum,
qui eſt priuatus aliquo actu, vel munere,
priuari etiam ſuſceptione eorum, quæ ad
tale munus, aut talē actū ordinantur, ſed
ius in beneficio ordinatur, ad aliquod of-
ficium Eccleſiaſticum, ergò ſuſpenſus
ab officio non ſolum, non poteſt nouum
officium, ſed neque etiam nouum bene-
ficium recipere: ita *Suarez diſp.* 26. *ſect.* 2.
*num.* 6. *Conink. diſp.* 15. *num.* 7. *Reginaldus*
*lib.* 32. *tract.* 2. *n.* 9. *Corneyo tr.* 5. *de ſuſpenſ.*
*diſp.* 2. *dub.* 1. *Campanilis loco infracit. num.*
14. *Layman lib.* 1. *tr.* 5. *par.* 3. *cap.* 1. *num.* 3.
*Mercerus de ſacramentis p.* 3. *q. dub.* 2. *Vil-*
*lalobos cit. tr.* 18. *diff.* 3. *num.* 4. & *Gorde-*
*nus tomo* 2. *ſuæ Theologiæ Moralis lib.* 7. *q.*
14. *ſub num.* 19. qui communiter ſubdunt,
talem receptionem non eſſe ipſo facto ir-
ritam, ſed irritandam, quia talis ſuſpen-
1007 ſus, tantum prohibetur, vt ſupra, non
tamen redditur inhabilis. Hanc opinio-
nem eſſe probabilem, fatetur *Leſſius lib.*
2. *de iuſtitia cap.* 34. *num.* 116. licèt ipſe
ſequatur contrariam, quæ etiam eſt com-
munis, teſte *Campanili Rubrica* 11. *cap.*
16. *nu.* 14. & probatur, *ab Auila. par.* 3. *diſp.*
2. *dub.* 10. *Bonacina ſup. p.* 2. *num.* 11. &
*Garzia de benefic. p.* 7. *cap.* 14. qui teſtatur:
ita Rotam iudicaſſe, nempè dictam rece-
ptionem non ſolam eſſe illicitam, ſed
etiam inualidam; ſed quidquid ſit de
foro externo. Non deſunt DD. qui illam
1007 neque eſſe illicitam, affirment, & per
cōſequens, decēt, talē ſuſpēſū recipiendo
nouū officium, vel beneficium, non pec-
care; ita *Hurtadus de ſuſpenſ. num.* 8. *Acu-*
*na in Decretum Gratiani p.* 1. *dict.* 71. *cap.*
3. *num.* 3. quos ſequitur, *Diana p.* 5. *tr.* 10.
*Reſol.* 2. *ad finem*, huius opinionis videtur,
etiam *Campanilis loco ſupracit. numer.* 16.
benè id limitans in duobus caſibus, nem-
pè quando beneficium requireret eum
ordinē, à quo talis eſt ſuſpēſus, & ſecūdò,
quando beneficium requireret perſona-
le ſeruitium, (quomodò autem poſſit di-
cto ſuſpenſo ſuffragari abſolutio genera-
lis data in Bulla collationis ab omnibus
cenſuris, patet, ex dictis *ſup. reſol.* 1. *à n.* 57.)
hæc opinio tollit de medio difficultatem,
quæ (data etiam *prima opinione noſtra*)
poteſt excitari, vtrum ſcilicet, ly *illicitè*
referatur ad primum actum, quo talis ſu-
ſpenſus recipit officium, vel beneficium,
vel etiam ad totum tempus, quo benefi-
cium poſſidet; aut officium, antè decla-
rationem Iudicis. Ampliant DD. ſupraci-
1008 tati. Primò, vt nec talis ſuſpenſus poſſit
eligi ad beneficium, accedit *Toletus lib.* 1.
*ſumma, cap.* 46. *nu.* 7. qui ad hoc citat, *tex.*
*iuncta gloſa in cap. cum dilectus, extrà de*
*conſuetudine.* Secundò ampliant, vt neq;
1009 poſſit talis præſentari, ad beneficium,
quia tàm electio paſſiua, quàm præſenta-
tio, ordinatur ad officium vel beneficium
aliquod Eccleſiaſticum, *Mar. Ant. lib.* 1. *var.*
*reſolut.* 19. vbi quòd licèt capacitas clerici
prò beneficijs, attendatur de tempore præ-
ſentationis; tamen ad hoc vt ſuſpenſus
1010 ab officio, vel ordine, ſit incapax præ-
ſentationis ad beneficium, ſufficiat, ſi non
ſit ſuſpenſus ab ordine, quem requirit di-
ctum beneficium, vndè quia beneficium
ſimplex non requirit aliquem ordinem,
ſed ſufficiat ad illud recipiendum prima
tonſura, & clericus primæ tonſuræ, (vt
ſubdit idem author) non habet gradum
à quo poſſit ſuſpendi, numquam ſuſpen-
ſus ab officio, vel ab ordine, erit incapax
præſentationis, vel collationis ſimplicis
beneficij, proſequitur *Campanil. loco ſuprac.*
quod autem dicitur de beneficio, idem
dicendum eſſe de penſione Eccleſiaſtica,
patet ex notatis per *Sanchez lib.* 2. *opuſcu-*
*lorum moral. c.* 2. *dub.* 10. *n.* 19. & *dub.* 15. *in*
*principio*; Quandò diſpenſatus ad ordines
cenſeatur diſpenſatus ad beneficia, de-
clarat *Marius Antonius loco ſupracitato.*
Quoniam autem ſuſpenſus ab offi-
1011 cio non cenſetur ſuſpenſus à benefi-
cio, vt eſt verior ſententia, teſte *Campanil.*
*citato loco, num.* 6. & probabilior teſte
*Gordono ſup. num.* 17. latè *Layman ſupracit.*
*cap.* 1.

Digitized by Google

cap.1.num.3.Barboſa allegatione 32.n.165. & omnium optimè Sanchez lib.3. de matrim.diſp.51.n.10. qui id extendit, etiam ad ad ſuſpenſum perpetuò ab officio (contrà Nau.cap.27.nu.16.& Henriquez, quos ſequitur teſtando de communi, vbi etiam beneficium requirit perſonale ſeruitium, Campanilis cit.cap.16. num.16.ad fin.) de qua re latè idem Sanchez lib.2. opuſculorum moral.cap.2.dub.15.num.8. ſeq.ConinK. cit.diſp.15. nu.6. Diana par. 5.tr.10. reſol.1. Hurtadus de ſuſpenſ.nu.7. & alij apud ipſos. Qui indè inferunt, talem poſſe percipere fructus beneficij antè ſuſpẽſionẽ, ſibi collati, ſi aliàs beneficio inſeruiat, per ſe in his, quę ſibi ſunt conceſſa, vt recitare horas canonicas, &c. Et per alium in his, quę non poteſt per ſe, vt curam animarum exercere, & cæt: Addit Barboſa de officio, & poteſtate Epiſcopi allegat. 8. num. 15. quòd vbi voluntariè, quis ſteterit per annum in ea ſuſpenſione, vel in ea miniſtrauerit, & ſic effectus fuerit irregularis; licèt de facto non ſit priuatus beneficijs, poſſit tamen illis priuari, ſed quò ad primum caſum, nota, quod (vltra denunciationem, quæ debet præcedere, vt infrà) Campanilis cit.cap.16. num.17. probat, non ſufficere in ſuſpenſo

1012 inſordeſcentiam vnius anni, ſicut in excommunicato, ſed requiri triennium, & teſtatur de magis communi, & tutiori, per textum in cap.bonè de ætate, & qualitate ordinãdorum. Limitant tamẽ communiter Doctores, id quòd dixi de perceptione fructuum beneficij facienda à ſuſpenſo ab officio, in his fructibus, qui dantur intereſſentibus diuinis officijs, Nau.cap.27 num. 160. ſeù vt alij loquuntur in diſtributionibus quotidianis, quas amittit iſte ſuſpenſus ab officio (intellige durante ſuſpenſione, ſi illa fuerit iuſta, nàm ſi iniuſta, poſtea illas recuperabit, ſi aliàs horis canonicis intereſſe ſolebat, vt preter ea, quæ dixi ſup. nu.824. in puncto notant Campanilis cit. cap.16. num.23. & Bellettus par. 1. ſuæ diſquiſitionis clericalis, tit.de clerico debitore § 1. num.31.) teſtatur de communi, Suarez, tom.5.diſput.26 ſect. 2.num 4. Campanilis ſup.num. 19 Gordonus num.18.& 20. latè Sanchez lib.3. de matrim. diſput. 11. ſub.num.10. qui benè, num.12. loquendo de his ſuſpenſis, qui de facto interſunt dictis horis, & ſi cum peccato, ſubdit, ſatis probabile eſſe, quòd licèt peccent, lucrentur tamen diſtributiones, ea ratione, quòd tale eius miniſterium, ſic ſit vtile Eccleſiæ, ac ſi exiberetur à miniſtro non ſuſpenſo, vel non excommunicato, & probat Bonacina diſp. 3.q.5.p.2. §. 2. cui opinioni ſe ſubſcribit, etiam Bartolomeus à Sancto Fauſto de horis Canonicis lib.4.q.37.& ſequenti, eo caſu, quòd tales ſint tolerati, & ſic non fuerũt ad hoc denunciati, quia hoc caſu, inquit ipſe, non ſolum, quò ad Deum, ſed etiam quò ad Eccleſiam non ſatisfacit, ſed melius diceremus, hoc prouenire ex eo, quia ſuſpenſi non tolerati, non poſ-

1013 ſunt ex officio cãtare in choro publicè, ſicut tenentur ad hoc, vt lucrentur diſtributiones, ex cap.ſi Epiſcopus el 4.11. q.3.& c.nolentes de celebrat.miſſarum, dicuntur, autem canere ex officio, quandò nõ vt laici, id faciũt, ſed vt Canonici, vel beneficiati cum habitu canonicali, &c. iuxta declarationem S.Congregationis, quã reſuli ſup.n.825. & hoc voluit dicere, Sanch.ſup. limitãdo ſuã doctr. in caſu, quo diſtributiones debentur ratione officij, fauet, Bonacina cit.§.3. ad finem, loquens de ſuſpenſo à Diuinis, de quo etiam loquitur Bellectus p.1.diſquiſitionis clericalis tit. de diſciplina clericali, §. 5. num. 94. ſi autem de facto ſuſpenſi, vt ſupra, ſiuè tolerati, ſiuè non tolerati aſſiſtant publicè, & ex officio in choro, ſi non peragunt officium Hebdomatarij, non euadunt irregulares, quia hoc tantum modo exercent actum ordinis, & alio modo exercent actum officij, ob quem non incurritur irregularitas, Portellius in ſuis dubiis Regularibus verbo ſuſpenſio, num.2. & Campanilis ſupracit. cap. 16. numer. 7. Quòd dixi in principio de receptione beneficij, electione, & præſentatione paſſiua, intellligit Barboſa ſuprac. alleg. 32. nu.98.

1014 licèt d. ſuſpenſio ſit occulta, & tolerata, quòd etiam præſupponit M. Antoninus cit. Recoll. 19. Debet, igitur talis vbi non fuit prouiſus à S.P. vel legato à latere (qui in Bullis iuxta ſtylum Curiæ dant abſolutionem generalem à cenſuris, ad finem duntaxat talis collationis, &c. vt dixi ſup.Recoll.1.& notat in puncto, Sanc. lib.2. opuſculorum moral.c.2.dub.15.nu.2.) recurrere ad S.Pænitentiariam.

Quarta Concluſio: ſuſpenſus ab officio non poteſt eligere, vel conferre beneficium, aut dignitatem Eccleſiaſticam. Patet in cap.cum dilectus, vbi gloſa verbo à ſuſpenſis, de conſuetudine, vbi Abbas. Confirmatur ea ratione, quia electio, & collatio beneficij ſpectat ad actum iuriſdictionis, ſicut ferre cenſuras, abſoluere à cenſuris in foro exteriori, ius dicere, & ſimil. actus ex gloſa recepta in cap. traſmiſſam, de electione, & ſuſpenſus ab officio, eſt priuatus uſu actuum iuriſdictionis: ita DD. ſupracitati, præcipuè, Gordonus ſupracit. quaſt.



Digitized by Google

14.*num.12.ad finem,& num.28.*intellige, talem eligentem, vel conferentem peccare mortaliter, & electionem,aut collatione eſſe inualidam,ſi fuerit etiā denunciatus,ſecus ſi fuerit toleratus,quia vt dixi etiam ſuprà, *Extrauagans ad euitanda,* habet locum in ſuſpenſo, & præter ibi citatos,notat *Gordonus ſuprà ſub num.25.* vbi ſubdit, aliquando dictos actus exercendo toleratum,non peccare,ſcilicèt vbi ipſe ſe non ingerit,ſed alij ab illo exigunt tamquam debitos,de quarè nos latè, *ſup. Recoll.* 3. proſequitur *Pierinus in Prælato Regulari,q.2.cap.5.nu.*30.*&* 33.ſed videte *Sigiſmundum à Bononia de electione, dub. 67.nu.*9. quia poſt *Rotam Romanam deciſ. 534.num.5.p.1. recentiorum.* Probat,non eſſe parem rationem de ſuſpenſo, ac de excommunicato occulto, & tolerato, & ideò, quòd ſuſpenſus etiam occultus, & toleratus, cenſeatur prohibitus à iuriſdictionis exercitio, & per conſequens collationem,& electionem, quæ ſunt iuriſdi-
1015 ctionis facta à tali,eſſe inualida. Dixi, *peccare,&c.*quia ob exercitiū ipſorū actum fori iuriſdictionis exterioris,nōincurritur irregularitas, vt dixi ſuprà,quibus ibi allegatis,accedit *Diana ſuprac. Reſolutione 92.verſus finem;*qui id,quod dixi de abſolutione excommunicationis in foro exteriori, intelligit,niſi fuerit data ſollem-
1016 niter,cū ſtola,pſalmis,&c.Quod apud me non eſt ita certum, ex quo vbi vtitur,quis ſtola, & pſalmis,non per hoc cenſetur exercere actum aliquem ordidinis ſacerdotalis,tùm quia actus ordinis ſacerdotalis perſe primò (vt benè *Marchinus de ordine,tr.2.par.7.cap.3.num.* 19. eſt duplex conficiendi ſcilicèt ſacramenta,& illa diſpenſandi, quorum neutrum facit ſacerdos abſoluendo in foro exteriori aliquem ab excommunicatione,vel alia cenſura,cum ſtola,&c. Tum, quia nulla irregularitas aſſerenda eſt, niſi in iure expreſſa reperiatur, *cap.is,qui deſert. excommunic.in 6.*in iure autem reperitur, tantùm expreſſa irregularitas,prò his,qui violāt cenſurā p exercitiū actus ordinis, fauet, idem *Marchinus loco ſupracit.* vbi non ſolum contrà aliquos, excuſat ab irregularitate Diaconum munus Hebdo-
1017 madarij in choro exercentē,ſed etiam n.11.vbi excuſat,rationibus,de quibus ſuprà,eundem Diaconum ab irregularitate,qui ſtola vtēs,Oua in die Paſcatis,panē, agnum, & ſimilia, conſuetis præcibus benedicceret, ex quibus patet, quomodò intelligendus ſit idem *Diana ibid.*inferēs, ſe rectè iudicaſſe,Parochū ſuſpēſū,aſſiſtētem matrimonio, non incurriſſe irregularitatem, intelligitur enim non ſolum, vbi aſtitiſſet, abſque ſtola,&c. ſed etiam ſi cum ſtola,quia vt ſuppono,ex *Recoll.de officio confeſſarij circa pœnitentes matrimonio coniunctos.* Parochus non aſſiſtit,vt miniſter ſacramenti, fauet *Sanchez lib.3. de matrimonio,diſput.*21.vbi non ſolum,*n.* 4. quod dicta aſſiſtentia non ſit, neque actus ordinis,neque iuriſdictionis, ex quo ab inuito exerceri poteſt, ſed etiam, *nu.6.* in benedictione data ſponſi cum illis verbis,*ego vos coniugo* à Parocho excom-
1018 municato,ſuſpenſo,&c. non agnoſcit, maiorem culpam, quàm venialem,ob quam culpam non incurritur irregularitas,vt dixi *ſup.Recoll.* 1. & ibi allegatis accedunt alij DD.quos contrà *Megalium* cumulat,*Diana p.4.tr.4. Recoll.* 41.*& San Barellus reſol.* 71. *num. 6.* Hæc concluſio habet locum, etiam in præſentatione ad beneficium de iure patronatus, ſed vt benè aduertit *Sanchez lib.2. opuſculorum moralium,cap.3.dub.71.num.*15.non ſuffi-
1019 cit,quod præſentatio ſit facta à clerico ſuſpenſo; niſi etiam ſit ius patronatus Eccleſiaſticum. Limitat autem hanc noſtram concluſionem,*Sigiſmundus à Bonon. loco ſupracit.dub.*97.*n.*2. vbi poteſtas eligendi, vel conferendi,competeret alicui ratione beneficij, quia vt dixi ſuprà, & ipſe quoque ſubdit, ſecundum communem, & probabiliorem opinionem ſuſpenſus ab officio non eſt ſuſpenſus à beneficio.Hinc inferens,Priorem,Præpoſitum, vel Quardianum, ſuſpenſum ab officio, prohiberi ſuffragium præſtare in electione Diſcreti localis, non autem in electione in capitulo Prouinciali,vel Generali,vbi ex beneficio Prioratus, Præpoſituræ, & Quardianatus ſuffragator exiſtit,clarius loquitur *Pierinus ſupracit.cap.* 5.*nu.* 36. & ſi alleget *Sigiſmundum,*vtendo alijs verbis, ſcilicèt an competat ius eligendi ratione ordinis ſacerdotalis, vel ratione ſuperioritatis, eo magis, quia in *meo tract. de officio* Cappellani, *q.6.ſect. 6.num.* 62. *& ſeq.* poſt alios, probo hos Prioratus,Præpoſituras,& Quardianatus, non venire appellatione beneficij,de quare etiam agit,*Diana p.4. tr. 4. Reſol.*156. & ſi videatur reſidere in opinione contraria,quæ cùm habeat bonos Authores, poteſt quis eam ſequi,et in hac materia electionis, ad excludendam pœnam priuationis vocis actiuæ,& paſſiuæ,quàm incurrit ſuſpenſus ab officio, vt per *Sigiſm. loco ſuprac. n.* 1. *qui n.6.*de ſuſpenſo ſimpliciter,ſiuè à iure,ſiuè ab homine,ex eo, quòd talis remaneat ſuſpenſus ab officio, ſubdit,nullo pacto,eligi,vel eligere poſſe,

&

Digitized by Google

& *Pierinus loco ſupra cit. n.* 35. notat, quòd ſuſpenſus tantùm ab ordine, ſeù vt alij
1020 dicunt à diuinis, benè poſſit eligere, nõ autem eligi, etiam ſi de nunciatus ſit, quia electio ad ſpiritualem iuriſdictionem non autem ad ordinem pertinet, vndè videmus, quòd moniales etiam eligunt, referẽs quoq; ita declaratũ fuiſſe à S. Congregatione Concilij de anno 1628. die 22. Auguſti his verbis, *Regularem ſuſpenſum ad tempus à diuinis, abſq; expreſſione priuationis voti, infrà illud tempus, voce actiua non priuari, ideoque poſſe votum dare in electionibus ſuperiorum faciendis.* Sed an idẽ dicendũ de eo Regulari, qui ob quedam crimina fuit è carceribus habilitatus, qui vt dixi *ſuprà verbo. Triremibus,* eſt ſuſpenſus à diuinis, quia non poteſt miſſam celebrare abſque expreſſa licentia iudicis, qui eum carceribus mancipauit. Et in facto reſpondi, prò negatiua, ratione, de qua ſuprà *hac eadem Recoll. verbo ſimoniacus in beneficio, poſt medium,* ſecus autem dixi de eo, qui ob quodam crimen fuit condendatus, habere
1021 monaſterium pro carcere, & iam miſſam celebrabat, ſicut alij ſacerdotes, nàm ex quo iam fuit condendatus ad dictam pænam, abſque priuatione voti, poterat conuenire in electione, prò voce actiua, & tanto magis, id eſt verum de accuſatis, vel infamatis tantum, quia alias eſſet in poteſtate vnius maleuoli, meritiſſimos viros ab electionibus excludere, vt poſt Nau. dixit *Lezana p. 1. ſumma, quæſt. regul. cap. 15. num. 25. ad finem.* Eandem vocem actiuã, & etiã paſſiuam, habere, quo ad ea beneficia, quæ non habent curam animarum, illos ſacerdotes, qui in ſua Religione ob ignorantiam ſunt ſuſpenſi à celebratione miſſarum, aduertit *Pierinus loco ſupra cit, num.* 31. ob quam doctrinam, in facto reſpondi, quod monialis in ordine Sanctæ Claræ Profeſſa ad chorum, & ſi
1022 neſciens legere, & recitare officium diuinum, quo caſu de iudicio Prælatorum, vel Abatiſſæ ſatisfacit recitando præces laicarum, vt habetur in compendio priuilegiorum minorum. *Verbo monialis,* § 3. & refertur à *Portellio verbo hora canonica, num. 3.* non ſit inhabilis ad officia, quæ non requirunt lectionem in choro, & quæ conferuntur aliis profeſſis, ex quo. n. dicta oficia non dantur, niſi profeſſis, *c. cum ad noſtram de electione, cap. nullus eod. tit. in 6.* latè *Sigiſmundus à Bononia ſup. dub. 96. num. 3.* eo ipſo, quòd quis eſt profeſſus, habet ius ad dicta officia, ſecundum ſuam capacitatem, nàm non idoneus ad vnum, poteſt eſſe idoneus ad aliud, vndè licèt omninò idiota, ſit irregularis ad ordines, non tamen eſt talis, minus litteratus, & interminis, quòd aliquando minus doctus, maiori tamen prudentia
1023 præditus, in officijs Religionis, ſit præponendus magis docto, non ita prudenti *Hieronymus Rodriquez in compendio, qq. regular. q.* 114. *num.* . . . . *Lezana, cap. 18. num. 6. ad finem.* Si ergò dicta monialis non eſt inhabilis ad dicta officia, iniuria infertur ei à Prælato, de facto reddente eam inhabilem, quia inaudita condendatur, fauet quod de Præſidentibus electionibus Regular. poſt alios, dicit *Lezana p. 1. cap. 15. num. 34.* quòd non poſſint priuare aliquem voce actiua, vel paſſiua ſinè ipſo, quòd citetur, & audiatur, de qua re latè *Sigiſmundus à Bononia de elect. dub.* 95. vbi quod neq; ex ſolo dicto ſuperioris poteſt, quis priuari dictis vocibus, nẽpè actiua, vel paſſiua vndè iſta monialis petendo admitti ad officia, ſecundũ capacitatem ſuam, nec poteſt notari ambitione, quia id non petit, neq; vt præſit, neque vt noceat, maximè, quia non petit officia curam animarum habentia, neque ratione bonorum temporalium, vel aliis de cauſis, de quibus per *Pierinum in ſuo Prælato Regulari, q. 1. cap. 6.* ſed vt iniuriam
1024 ſibi factam ex eo, quòd Abbatiſſa, vel Prælatus ſecum non vtatur iuſtitia diſtributiua, & præferendo ei in dictis officiis, poſteriores, ſibi in profeſsione, & forsã ẽt in habilitate, iniuriam ei infert, argumẽto corũ, quę notat, *idẽ Pierinus ſup. q. 2. c. 3. n. 135. ad finem.* Sed an hoc procedat, etiam in aliis monialibus, quàm Sanctæ Claræ, & quidem affirmarem, quia ſuperior poteſt cum Religioſis, nondum in ſacris conſtitutis, circà obligationem recitandi officium, diſpenſare, vt de probabiliori, teſtatur *S. Fauſto de Horis canonicis, lib. 2. q.* 66. vndè dictum priuilegium, potius eſt, ad tollẽdos ſcrupulos. Quandò dubiũ
1025 eſt, an aliq̃ ex electorib⁹, ſint ſuſpẽſi, excommunicati, & c. non irritatur electio, ſi admittantur, cum proteſtatione talis dubij. Nàm in dubiis, fauet poſſeſſio, *poſt Mirandam, &* Pierinum, *Lezana, p. 1. cap. 15. num. 7.* vbi, *num. præcedenti.* quòd ſi vnus ex electoribus, vno excepto, habiles ſint, inhabilitas illius non reddat inualidam electionem, niſi quando illum cognitum, vt talem, voluntariè admiſerunt ad electionem, cum potuiſſent illum repellere. Quòd electio celebrata cũ iniuſta priuatione alicuius, nè ſcilicèt interſit capitulo, non ſit nulla ipſo iure, ſed benè annulanda ad petitionem ipſius iniuſtè priuati, *Sigiſmundus ſuprac. dub. 95. ad fin.*

De

Digitized by Google

## *De effectibus ſuſpenſionis à beneficio.*

PRima Concluſio:ſuſpenſus à beneficio, eſt priuatus à perceptione fructuum beneficij. Hæc concluſio docetur communiter ab Authoribus, vt per *Gordonum lib.7.ſua Theologi Moralis,q.14. lib. 7.in principio*,teſtatur de communi, *Villalobos part.1.tr. 18. difficultate 4. num.1.& dixi ſuprà hac ead. Recoll. num.* .... Prò faciliori intellectu huius cõcluſionis,& dicẽdorum,recolenda eſt definitio Beneficij à me tradita,*in tract.de officio Cappellani, quæſt.2.n.1.* nempè,quòd ſit ius pecipiẽdi fructus ex bonis Deo dicatis,ratione officij,clerico cõpetens,vbi explicatur,quòd ly *ratione officij*, non ſolum ſignificat, onus recitandi diuinum officium, ſed etiã quodlibet officium, quod ille titulo beneficii pręſtare tenetur,verbi gratia ordinis, vel iuriſdictionis actus exercere, miniſtrare ſacramenta,celebrare,confeſſiones audire, quæ alii DD.adminiſtrationem quamlibet,ratione officii competentem, exercere,dicunt, inter quos, *Laym. lib.1.Theologiæ Moralis,tr.5. par.3. cap.1. num.4.* quando igitur, dicitur in concluſione,quòd ſuſpenſionis à beneficio effectus præcipuus,ſit priuare perceptione
1026 fructuum beneficii,ſignificat,iſtam pœnam conſiſtere in hoc, vt remanente officii obligatione, (quod non contingit, in ſuſpenſione ab officio abſolutè) perdantur à ſuſpenſo fructus,qui illi dantur, ob dictum officium,*Hurtado de ſuſpenſione,num.9.*qui teſtatur, in hoc conuenire DD.

Ex hac concluſione ſequitur, talem ſuſpenſum peccare mortaliter,recipiendo dictos fructus cum onere reſtituendi antè omnẽ ſententiam:quòd peccet,& teneatur reſtituere patet, quia aliàs ad nihil deſeruiret, talis priuatio,ſeù ſuſpenſio, *Sanchez libro 2. opuſculorum moralium, cap. 2. dub. 15. nu.9.*quòd ad hoc teneatur, antè omnem ſententiam, poſt alios habetur, per *Gordonũ loco ſupra c.n.47.*&teſtatur de cõmuni,*Cãpan.Rub.9.c.2.n.7.*fauet*Villalob.ſup. in finem*. qui ſimpliciter docet, talem peccare mortaliter, & obligatum eſſe ad reſtituendum,dùm ſubdit,id procedere, ſicut dicitur de excommunicatione, certum autem eſt, talem ſiuè toleratum, ſiuè non, de facto cum peccato recipientem, dictos fructus, non incurrere irregularitatem,vt per DD.ſupracitatos,inſpecie, *Gordonum nu.47.in principio.*

Hoc corollarium,communiter intelligitur; niſi talis ſuſpenſus egeat, quia tunc conceditur ei,poſſe eam ratam fructuum recipere, quæ neceſſaria eſt ad ſe, & ſuos alendos,dummodò per ſe non ſtet, quò minus à ſuſpenſione liberetur, ſeù vt alii dicunt,quando talis non eſt ſuſpenſus ob contumatiam;ſed ob delictũ, *Toletus cit. cap.46.num.7.ad finem cum alijs,quos referunt,& ſequuntur Sanchez ſupracit. dubio 15.num.11.Layman cit.cap.1.num.4. verſi. notant verò*,quibus accedit,*Filliuc.tr. 17. num.36.*de communi teſtatur,*Nau.capit. 25.ſub num. 124.* quòd Corollarium ab aliis reſtringitur, vbi talis non ſeruiret, ſeù per ſe exequeretur officia annexa ipſi beneficio,*Bonacina de ſuſp.diſp.3.par.2.n. 10.ad finem*, cùm hoc caſu doceant,poſſe recipere fructuus correſpondentes labori,quem ſeruiendo impẽdit,& qui darentur ſubſtituto, quia iſti,non tam ſunt fructus beneficii,quàm ſtipendium laboris, & ſi ſint diſtributiones quotidianæ:Hanc opinionem dicit equam,*ConintK.diſp.15. num.11.*& clarius probat,poſt *Auilam*, *Hurtadus de ſuſpenſione,num.10*,qui dicit, eſſe falſum,& contrà communem ſententiam id,quod docuit,P.*Nau.lib.2.de reſtitutione,cap.2.num.237.*nempè ſuſpenſo à beneficio, non eſſe denegandos fructus beneficii,donec à Iudice, illis priuetur, ſi præſtet ſuum officium. Sed immeritò quidem, cùm opinionem *Petri Nau.* ſequuti ſint *Tannerus tom.4.diſput. 6.q.10. dub.7. num. 137. & Prepoſitus in 3.p.q.2. de ſuſpenſione, num. 22.* qui teſtatur hanc opinionem non eſſe improbabilem,quos ſequi videtur *Diana p.5.tr.10.Reſol.3. ad finem*,egò verò cum *Gordono lib. 7. q. 14.*
1027 *ſub num. 36.* diſtinquerem, aut loquimur de foro fori, nempè de nominatim ſuſpenſo ab homine, vel denunciato? Et tunc habet locum doctrina corollarii, vt ſcilicèt ſi non ſit ſuſpenſus ob contumaciam,ſed ob delictum, quò *caſu* non poteſt ad ſuum arbitrium *liberari*,ſi aliundè non habeat,vndè alatur,& honeſta,ac decenti induſtria, non poſſit, ſibi victum comparare.ſubueniendum ſit illi ex charitate de fructibus beneficii iudicio prudentis ſuperioris,nè clerici cum ſtatus decore cogantur mendicare,& hanc dicit eſſe communem DD.ſententiam,vel ſumus in foro conſcientiæ,quia v.g. dicta ſuſpenſio,vel à iure, vel ab homine lata generaliter,eſt occulta, & poterit ſuſpenſus ſuo proprio, & prudenti iudicio, ſe ſubſtentare ex fructibus dicti beneficii,in qua ſecunda parte, niſi fallor, coincidit *Gordonus*, cum opinione probabili *Petri Nau.*& aliorũ, de quibus ſuprà, ꝙ dictus ſuſpen-

Digitized by Google

ſuſpenſus. ſ. non teneatur ad eam reſti-
tutionẽ fructuum; niſi poſt declarationẽ
Iudicis, & ideò illis poſſit ad ſuum arbi-
trium frui, dummodò præſtet officium.
1028 Addò, quòd etiam vbi, quis ob contu-
maciam eſſet ſuſpenſus, in foro conſcien-
tię, poſſit, ſecluſa extrema neceſſitate (in
quâ omnia ſunt communia) quidquid ſit
de foro fori, retinere fructus, quandò
ſcilicèt oblata ſatisfactione, petit abſolu-
tionem, quæ iniuſtè ei denegatur, quia ab
eo tempore iniuſtè priuatur dictis fru-
ctibus, & ideò poterit omnes recipere, vt
benè *Vaſq. opuſc. de beneficijs, c. 4. §. 3. dub.
4. Campan. c. 16. n. 21.* Ex his ēt patet, id quod
dicunt Doctores, talem ſuſpenſum à be-
neficio non poſſe beneficii bona, quate-
1029 nùs ad fruct.ᵃ ſpectãt, adminiſtrare, nec
propriò nomine pro illis agere, aliàs
priuandum eſſe beneficio, vt per *Tole-
tum cit. cap. 48. num. 8.* procedere iuxta
primam partem diſtinctionis, nempè quò
ad forum fori, quia tunc datur œconomus
dicto beneficio, vt per *Layman ſuprac. n. 4.*
& clarius *Gordonus ſuprac. numer. 35. ad
finem*, qui ſubdit, talem æconomum con-
ſtituendũ eſſe dicto ſuſpenſo, quãdo fuit,
prò tali denunciatus, *& num. 46.* conſe-
quenter docet, acta dicti ſuſpenſi circa
adminiſtrationem fructum, & contra-
ctus, item permutationem, vel renuncia-
1030 tionem beneficii, facta, tùnc eſſe inuali-
da, quandô fuerit denunciatus, & non
antè dictam denunciationem. Dixi: *aliàs
priuandum eſſe beneficio*, quia ad hoc eſt
neceſſaria ſententia, ſaltem declaratoria,
ipſius criminis: *ita ex gloſa*, communiter
recepta *in Clem. 2. verſ. ſuſpenſus de vita,
& honeſtate clericorum, poſt Suares, Villa-
lobos cit. diffic. 4. num. 2. Gordonus ſup. nu.
47. verſic. obijci quidem poteſt.* Ad eandem
primam partem diſtinctionis, etiam per-
tinet, quòd ſubdunt DD. quando quęrunt,
cui applcandi ſint dicti fructus, qui tem-
1031 pore ſuſpenſionis proueniunt, qui
communiter reſpondent, quòd de illis,
prouidendus ſit ſubſtitutus in Eccleſia
in locum ſuſpenſi, & reliquum appli-
candum in vtilitatem Eccleſiæ ad quam
ſpectat beneficium: ita *Gordonus ſupra
num. 37.* (iſtè enim ſubſtitutus, eſt idem
quàm æconomus) qui benè declarat, id
non intelligi de diſtributionibus quoti-
dianis, quæ accreſcunt aliis intereſſenti-
bus, & non veniunt nomine fructum be-
neficii, vt infrà. Quando autem paulò an-
tè *dictum numerum*, tractando de eo, qui
iniuſtè fuit ita ſuſpenſus, ſubdit, talem
recuperare omnes fructus exceptis quo-
tidianis diſtributionibus, vt potè quę factę
ſunt eorum, qui intereſſerunt, & ſi in-
telligat de illis, quæ debentur ratione be-
neficii, vt declarat *Sayrus lib. 4. cap. 6. n. 8.*
qa iſtę diſtributiones veniũt appellatione
fructũ beneficii, nõ autẽ, q̃ merè debẽtur
ratione officii, quas lucratur, qui iam
intereſt diuinis officiis, & poſt *Sayrum, &
Coninck.* docet *Bonacina ſup. n. 14. verſic.
dixi, tantũ.* Non eſt verũ, nõ. n. adeſt ratio,
1032 cur ēt non recuperabit diſtributiones
debitas ratione beneficii, ſi iniuſtè ab il-
lis impediatur, ſicut de ſuſpenſo ab offi-
cio, dixi *ſuprà n.* 1012. quando erat talis
ſolitus intereſſe cùm aliis in choro. Et ſic
rectius, *Toletus ſuprac. num. 46. num. 7. ad
finem.* generaliter docet, quòd quandò di-
cta ſuſpenſio eſt nulla, vel iniuſta, fructus
beneficii ſequuta abſolutione reſtitui de-
beãt ſuſpẽſo, & inpũcto, *Cãpan ſup. n. 23. &
Reginald. lib. 32. tr. 2. n. 19. verſ. addi poteſt.*
Nomine autem Eccleſię, cui applicãdi ſũt
reliqui fructus, cõprehendũtur pauperes
loci, quando Eccleſia non indiget, vt in
ſimili dictum fuit, *ſuprà num...* imò poſ-
ſe fieri d. reſtitutionẽ Eccleſię, vel paupe-
ribus alternatiuè, docet *Sanchez lib. 2.
opuſcut. moraliũ, cap. 3. dub.* 119. *n. 7.* vbi hoc
benè declarat, niſi fiat compoſito cũ S. P.
Secunda Concluſio; fructuum, quos prohi-
betur percipere ſuſpenſus à beneficio, no-
mine, intelliguntur omnia emolumenta,
quæ ratione beneficii, ſaltem tamquam
ipſi coniuncta, ex conſuetudine, vel ſupe-
riorum authoritate, à beneficiario perci-
piuntur. Hæc concluſio non eget proba-
tione, ſed explicatione, quæ nam ſint iſta
emolumenta. Dico igitur, quòd primò,
ſunt fructus terræ, penſiones ex fundis,
vel domibus, animalia, decimæ, primitiæ,
& oblationes, ita communiter omnes
Doctores. Secundò veniunt fructus Epi-
ſcopatus, & omnium beneficiorum infe-
riorum (beneficium enim, cum agitur de
hac ſuſpenſione, comprehendit omnia, ab
Epiſcopali dignitate, vſque ad beneficia
infima, ita *Gordonus loco ſuprac. num. 35.
verſ. quæret, ad finem.* Tertiò quotidia-
nes diſtributiones, quæ dantur ſolum be-
1033 neficiatis, & non aliis, hæ enim dicun-
tur, debitæ ratione beneficii, ſed hoc non
eſt certum, quia etiã hæ diſtributiones nõ
ſunt fructus beneficii, vndè de eis non fit
ſpoliũ, *Vulp. in ſua Praxi, c. 13. n. 33.* Quar-
tò, & vltimò fructus pẽſionũ, quæ dantur
titulo ſpirituali, non verò aliarum, ità
*Suar. diſp. 27. ſect. 2. n. 29. Reginald. lib. 32.
tr. 2. n. 16. Gordonus nu. 33. verſ. extenditur,
Filliuc. tr. 17. n. 44.* & alij ſuprac: cõmuniter,
ſed hoc neque eſt certum, vndè con-
trarium, poſt Alter, *& Megal.* probat *Dia-
na par.*

Digitized by Google

*na par.* 5.*tr.* 10. *Reſoll.* 15. *cit.* Qui conquenter ſubdunt, quòd non veniat, hic nomine fructuum, non ſolum, id quòd prouenit, ex patrimonio, ad cuius titulum, quis eſt ordinatus, ſed etiam eleemoſinæ, & ſtipendia, quæ voluntariè à fidelibus dantur propter opera perſonalia, vt ſunt ſtipendia miſſarũ, vel Anniuerſariorũ, niſi quando longa cõſuetudine, & authoritate ſuperiorum, iſta eſſent affecta beneficio, vt per *Reginald.* & *Gordon. locis ſupracitatis*, ſed quod dicitur de conſuetudine, declarat *Suarez ſup. num.* 30. niſi tantum beneficium eſſet occaſio quedam, quarè dentur dictæ eleemoſinæ Parocho, vel alteri beneficiario, quia non per hoc iudicari deberent, tamquam fructus beneficii. Addè quòd cum collatio electio, vel confirmatio ad beneficium, non ſint propriè fructus beneficii, neque actus eius, vt beneficium eſt, ſed actus officii, cui annexum eſt ipſum beneficium, ſuſpenſus à beneficio, poterit conferre, eligere, præſentare, & ſi id, competat ratione beneficii: ita cõtrà *Tolet. Nau.* & *Sigiſmũd. ſup.* quos ſequitur *Gord. ſupra num.* 41. & *ſeq. poſt Suar.* & alios, *Laym.* qui teſtatur de probabiliori, *cit. lib.* 1. *tr.* 5. *p.* 3. *cap.* 1. *n.* 4. *verſ. illud porrò*, quod poſtea reperi probare, *Dianam par.* 5. *tr.* 10. *Reſol.* 8.

Tertia Concluſio: ſuſpēſio a beneficio à iure lata ſimpliciter, & abſolutè ob cauſam indifferētē, non ſpectantē ad certã Eccleſiã,
1034 vel beneficium priuat fructibus omniũ beneficiorum, quæ vbique ſuſpenſus habet, lata verò ab Epiſcopo, etiam abſolutè, priuat fructibus omnium beneficiorum, quæ habet in ſua Diæceſi. Ratio eſt, quia non eſt maior ratio, cur magis ad vnum beneficium, quàm ad aliud limitetur, lata vero ob cauſam ſpectantem, ad certam Eccleſiam, vel beneficium, ſemper ſiuè ſit à iure, ſiuè à S. P. ſiuè ab Epiſcopo, priuat tantum fructibus illius Eccleſiæ, & beneficii, quia à iure ſic reſtringitur, *c. ſi cõpromiſſar. c. cupientes, §. cæterum de elect. in* 6. *gloſa*, & *Abbas in Clem.* 2. *de vita, & honeſtate clericorũ, Vgolinus tab.* 4. *cap.* 8. §. 4. *Suarez ſuprac. diſput.* 27. *ſect.* 1. *à num.* 9. *Sayrus lib.* 4. *cap.* 6. *à nu.* 24. *Gordonus nu.* 43. qui ſub *nu.* 45. ſubdit,
1035 quòd licèt de poſſibili, Epiſcopus poſſit ſuſpendere generaliter ſubditum à beneficiis, quæ habet vbique, etiam in alia Diæceſi (quàmuis hoc caſu facienda ſit exequutio per Epiſcopum illius Diæceſis) quia hæc ſententia ligat perſonam ſubditam Epiſcopo, ſecundum communem opinionem, de qua ipſemet teſtatur, tamen in vſu conſulenda ſit praxis particularis Epiſcopatus, in qua ſi eſt ſuſpendendi ſolum à beneficiis intra Diæceſim, illa eſt ſequenda (ſubdens) quòd iuxtà eam explicari forte poſſunt qui dixerũt, ſententiam ab Epiſcopo latam, ſi amplius non declaretur, intelligendam eſſe, vt tãtũ ſuſpēdat à beneficiis intrà territoriũ eius; ex quibus verbis innuit, quòd, vbi contraria extet praxis, ſuſpendendo ſimpliciter Epiſcopus ſuum ſubditum à beneficio, vel beneficiis (quod eſt idem) cenſeatur ſuſpendere, etiam à beneficiis extrà ſuam Diæceſim exiſtentibus; quòd intelligi debet, vbi praxis ita declarauit, dictam ſuſpenſionem latam abſolutè à beneficio, quod non poteſt fieri, niſi præcedat declaratio, vt dicta ſuſpenſio ſignificet comprehendere, etiam Beneficia extrà Diæceſim, vndè quæſtio erit de nomine, & verum eſt, quòd docent alii DD. ſuſpenſionem, ſcilicèt latam ab Epiſcopo indefinitè in ſuum ſubditum, niſi clarè conſtet voluiſſe ſuſpendere, etiã ab illis, quæ habet extra eam, non excedere beneficia, intrà ei⁹ Diæceſim ſita. Ità *Abb. in cap. poſtulaſti, n.* 11. *de foro competenti*, *Vgolinus ſup.* §. 5. *Sayrus num.* 28. *Reginaldus n.* 20. & *Suares n.* 22. *Campan. ſup. n.* 11.

Quarta Concluſio: Suſpenſus à beneficio, ſimpliciter, impeditur, nè obtineat nouum beneficium. Hæc concluſio colligitur, *ex c. per inquiſitionem, iuncto, cap. cũ in cunctis, §. clerici, de elect.* 6. vbi quidã ſuſpenſus per triennium à beneficio, priuatur Præpoſitura illi collata durante triennio, & fundatur in ea regula,
1036 quòd prohibito conſequenti, cenſetur, etiam prohibitum, & antecedens, argumento à contrario ſenſu, tex. *in l. illud, ff. de procuratoribus*, cũm concordantibus, quod eſt idem cum regula tradita, in *capit. ſi celebrat de clerico excommunic.* cui aliquid vetitum eſt, etiam illa ſunt prohibita, quę ad illud ordinantur, ſed talis prohibetur à perceptione fructuum beneficiorũ ſimpliciter, ꝙ eſt, quid conſequens ad beneficia, ergò cenſetur, etiam ꝓhibitus, quòd poſſit obtinere beneficia, quod eſt antecedens, & inducit, & tendit ad huiuſmodi fructuũ perceptionem; *ita Abbas in d. cap. per inquiſitionem num.* 8. & *gloſa fin. ibid.* Dixi, *ſimpliciter*, quia ſi fuerit ſuſpenſus, tantũ à beneficiis, quæ obtinet, *vt in Clem.* 2. *de vita, & honeſtate clericorum*, aut ab vno beneficio, vel beneficiis vnius Eccleſiæ, poteſt aliud beneficium, vel in alia Eccleſia recipere, *Toletus cit. cap.* 46. *ad finem*, *Suarez ſupra cit. ſect.* 1. *num.* 25. *Alterius tomo* 2. *diſpu.* 5. *cap.* 5.

Digitized by Google

*cap.5.col.4.§.quantum ſpectat.* qui obiter, ſed ſingulariter, aduertit pœnam ſuſpen-
1037 ſionis per triennium, quæ irrogatur, *in cap. cùm inuncttis, §. fin. de elect.* hodiè non habere locum in electionibus Regularibus, & alijs, quæ ſunt inferioribus Epiſcopalibus, an autem dicta ſuſpenſio ſit latæ, vel ferendæ ſententiæ, videte *ſup. hac ead. Rec. ver. indig. & n.* 785. Apud Regulares, quid importet dicta ſuſpenſio à beneficio, explicat *Pierinus ſupra cit. quæſt.2. ſui Prælati Regularis, cap.5. n.28. ad finem.* Qui tamen non facit mentionem, an talis ſit priuatus voce actiua, & paſſiua; ſed ex dictis ſuprà, patet, non priuari voce actiua, ſed tantũ voce paſſiua, quò ad dignitates habentes adminiſtrationem rerum temporalium, ſecundum opinionem eorũ, qui volunt, tales dignitates Regulares venire appellatione beneficiorum, de qua re egò ſuprà. Ex quibus patet, valdè differere hanc ſu-
1038 ſpenſionem à pœna priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ, lata in conſtitutionibus SS. Pontificum, cùm iſta pœna multatus, non poſſit in capitulo collegialiter iuncto, dare vocem aliquam ad vllum actum, vndè nec etiã poteſt dare ſuffragium, pro nouitio, neque ad aliud minoris negotij, nec poteſt paſſiuè, in eodẽ cap. eligi, vel nominari ad aliquid, quòd ſit honoris, & præheminentię, & ſi poſſit eligi, & deputari ad illa, quæ ſunt oneris, & pęnę: ità *Nau. conſilio 6. de electione, & proſequitur Portell. in ſuis dubijs Regularib. verbo vox.* Dixi: ſecundò, *impeditur,* nàm ſi de facto, huic tali, beneficium cõ-
1039 feratur, collatio tenet, & tantùm poteſt irritari; non enim colligitur ex ratione, & textu, niſi quòd ſit tantùm prohibita dicta collatio, imò in *dicto cap. per inquiſitionem,* ſignificatur, electum eſſe amouendum, ex quò ſequitur, præſupponi ibi validitatem dictæ collationis: ita contrà *Abbatem in cap. cùm bonè de ætate, & qualiditate ordinand.* & alios *Suar. ſuprà ſect.1. num.26. ConinK. diſput.15. n. 14. Reginaldus lib.32. tract.2. nu.20. Gordonus num.38. verſ. quæres,* qui teſtatur, multos probabiliter, id docere, & clariùs de probabili, poſt *Azor.* apud *Leſſium,* teſtatur *Campanilis cit. Rub.11. cap.16. n. 14.* & ſi fateatur, contrariam opinionem, eſſe communiorem, hanc ſententiam ſaltem in foro conſcientię, locum habere poſſe, teſtatur *Layman ſupra cit. cap.1. nu. 3. ad finem,* & alijs citatis, nouiſſimè illam probat, contra *Bonacinam, Leſſium, & Villalobos, Diana cit. par.5. tract.10. reſol. 7.* Ex quibus patet, quid dicendum, ſit de tali ſuſpenſo occulto, ſi eligatur, ad nouum officium, vel dignitatem Regularem, an teneatur ſe prodere, vel renunciare, (Dixi *nouũ,* quia iã fuit ſuo lo-
1040 co dictũ ſupra, nõ teneri officium, & dignitatem, iam obtentam deſerere, & ab illis ceſſare, donec fuerit id declaratũ per iudicem competentem, præcedente citatione, & in puncto habet, *Portellius verbo ſuſpenſio, num.4. & verbo officia ordinis, nu.5.*) Dicendum eſt in quam, ilum ad hoc non teneri, quia electio, vt dixi eſt valida, & tãtũ poteſt irritari, vndè diuerſa eſt iſtà quæſtio, ab alia quæſtione de excommunicato, vel inhabili, aut priuato occulto, ſi eligatur, &c. de qua re, *Portellius cit. verbo officia ordinis, nũm.7.* vbi *ad fin.* habetis, quando elector cõſcius impedimẽti occulti, alicuius, poſſit illum eligere. Quærit etiã *Gord. ſupra numer.39.* an hoc impedimentum extendatur, ad clericum, qui nullum habet beneficium, quando commiſit crimen pro quo à iure impoſita eſt iſtà ſuſpenſio à beneficio, & reſpondet, cùm *Suar.* affirmatiuè, & confirmat, *n.55.* quòd dixi de electione, & collatione, idem dicendum eſt de præſentatione paſſiua, vt per *Campanilem ſup. nu. 11.*

### *An cum ſuſpenſo communicare liceat, et ſi non tolerato.*

Etſi enim excommunicatus in duobus caſibus non ſit toleratus ſcilicèt, vbi. ſ. eſt denunciatus, vel eſt notorius clerici percuſſor, ſuſpenſus tamen, tantum non dicitur toleratus, quando eſt denunciatus: ità interp̃tãtur ex cõmuni ſẽtẽtia, in ſuſpenso *extrauagantẽ ad euitanda, Nauarr. c.27. n.166. verſ.9. infertur. & Antè eum D. Anton. 3. p. tit.23. cap.3. ſub finem, Silueſt. verb. clericus 2. n.4. & proſequitur Auila par. 3. diſput.2. dub.3. concluſ.2.*
Concluſio: Communicans cum ſuſpenſo
1041 denunciato, & nõ tolerato, in vſu eorũ, à quibus eſt ſuſpenſus, ex vi cenſuræ, non peccat. Patet, quia nullum extat præceptum Eccleſiæ vitandi ſuſpenſum, ſicut extat de euitando excommunicatum non toleratum, & ratio ſumitur ex differentia, quàm ſuprà *Recoll.1. num.24.* attuli, inter excommunicationem, & ſuſpenſionem, quòd ſcilicèt excõmunicatio priuet bonis ſpiritualibus, quatenùs illa p̃tinent ad communicationẽ cũ fidelib⁹. ſuſpẽſio verò quatenùs d. bona sũt vſus poteſtatis Eccleſiaſticæ: eſt concluſio



Digitized by Google

communis, *Henriquez lib.13.cap.33.nu. 3.Sayr. lib. 4.cap.11.num.7.Suarez diſp. 27.ſect.2.nu.7.& diſput. 28.ſect.5.à nu.4. ConinK.diſ.15.num.* 13. *Layman lib.1.tr. 5.par.3.cap.1.ad finem,* Gordon. *lib. 7.q. 14.num.26.Auila 3.par.diſput.2.dubio 4. & Villalobos p.1.tract.18.diffic.3.nu.* 10. in hoc conuenire omnes, teſtatur, *Hurtado de ſuſpenſione, num.*15. Contrà *Nau. Toletum, Sà, & Vgolinum,* quos ex modernis, ſequitur *Bonacina diſp.3.de cenſuris, q.6. p.*5. docentes, quòd ſicut tenemur vitare excommunicatum denunciatũ, ita teneamur vitare ſuſpenſũ, etiã denunciatum, et ꝙ nõ vitando illũ in diuinis officijs, & in actibus deputatis, ſuis ordinibus, peccemus mortaliter. Dixi *ex vi cenſura*, vel per ſe, vt alij dicunt, aut directè, vt cęteri loquuntur, quia ex alio capite poteſt qs peccare mortaliter, nẽpè
1042 qa cõmunicãdo, ſimul eſſet cooperator cum eo in crimine, ob quod ſuſpenſus erat, vt per DD. citatos, qui ſubdunt, quòd licèt, hoc caſu talis communicans peccet, non tñ incurrat ſuſpenſionẽ minorem, nec aliquam aliam pænam, ſicut dixi *ſup. Recollect.*3. de communicante cum excommunicato, in ſpecie *Gordon.* ſuprà, & fatetur, etiam *Bonacina ſup.p.4. n.4. & Megal. par.3. lib.5. cap.3.* Vnde audiens miſſam, vel officium ſuſpenſi, ab officio, vel cum eo in Choro canens, non peccat; ſed benè illum inducens, extra caſum neceſſitatis extremæ, ad celebrandum, abſoluendum à peccatis, &c. vel faciendum actus iuriſdictionis fori exterioris, à qb⁹ ſuſpenſus eſt, vel in ſeruiens miſſæ ipſius: ꝙ item comedens, vel alio quolibet modo recipiens ex fructib. beneficij à ſuſpenſo, à beneficio, nõ peccet; ſed benè colligens dictos fructus, vt det dicto ſuſpenſo, vel inducens ad faciendum aliquem actum, circa dictorũ fructuũ receptionẽ. Sequitur ſecũdò, ꝙ aliquis ſuſpenſus ab ingreſſu Eccleſiæ, ſi de facto illam ingrediatur, & diuinis officijs interſit, non teneantur cæteri exire ab Eccleſia, nec peccet quis audiendo miſſam ſuſpenſi à diuinis, licèt ſit nominatim denunciatus, ſi non induxit eum, vt in ſpecie notat *Auila ſuprac. concluſ.* 4. ſecluſa igitur, dicta coopera-
1043 tione, ac etiã ſcandalo (quia hæc ſunt intrinſecè mala, & per conſequens de ſuo genere peccata mortalia) nec erit pecc. veniale, communicare cum dicto ſuſpenſo denunciato, vt poſt *Corneyo, habet* Diana *par.5.tract.*10. *reſol.*20. Dixi *extrà neceſſ. extremam*, quia tunc talis vſus, non eſt illicitus dicto denunciato ſeù non tolerato, & ſi vt ſit idem vſus li-
1044 citus nõ denũciato, ſeù tolerato ſufficiat, quòd quis, id ab eo petat, ex qualibet, iuſta cauſa, imò ſecundum probabilem opinionem, ſufficiat, quòd ipſe toleratus non se ingerat, & non ſit in ſua poteſtate abſolui à dicta ſuſpenſione, antè dictum vſum, vt dixi *ſuprac. recollec. 3. fauet, Sanch. lib.7. diſp.9. n.8. & Hurtado cit. num.15. ad finem.*

## *De ceſſatione ſuſpenſionis.*

Certum eſt enim, ſuſpenſionem poſſe ceſſare abſque abſolutione aliqua,
1045 in quo ab excõmunicatione differt, quæ numquam abſque abſolutione tollitur: ita *Toletus lib.1. ſumma c.147. nu.* 1. & proſequitur *Bonacina diſp.3. de cenſuris, pun. vltimo*, hoc eſſe certum apud omnes DD. (excepto *Decio*) teſtatur, *Sayrus lib.4. ſui Theſauri, cap.17. num.2. & nu.4.* vbi illam affert rationem, quòd per excommunicationem, quis eijciatur extrà Eccleſiam, non autem per ſuſpenſionem. Conueniunt, etiam DD. quòd vbi ſuſpenſio lata eſt ad tempus aliquod certum, & determinatum, vt ad menſẽ,
1046 vel annũ, illo elapſo, ceſſet abſq; aliqua abſolutione; ita *Suarez, Fillucium, Reginal. ConinK. & alios communiter docere, dicit Bonacina loco ſupracit. pun.* 3. & allegatis *Nau. Couar. & Silueſtro, teſtatur de communi, Gordonus ſup. num.*72. & antè hos omnes, pluribus, *Gloſs, & DD.* allegatis, *Sayrus ſup. n.*3. qui DD. etiam docent, quomodò computari debeat menſis, & annus, nempè à momento, quo ſuſpenſio lata eſt ab homine, vel fuit commiſſum crimen, pro quo lata ſit ſuſpenſio à iure (nam hic non habet regula illa, locum, dies termini non computatur in termino, vt per *Bonacinam ſupracit. pun.*3.) vſque ad eundem diem completum ſequentis menſis, ſiuè menſis conſtet, ex diebus 28. ſiuè 30. ſiuè 31. niſi fuerit dictum, per hunc menſem, quia tunc ſufficit, ſi ſit completus ille menſis, diebus, quibus conſtat regulariter, vndè ſi hoc fuerit dictum de menſe Februarij, ſufficit, ſi ſit completus dies vigeſimus octauus, nullam habendo rationem alterius diei, qui ei adiungitur, in anno bixextili. Quòd etiam obſeruandum, vbi lata fuerit, per annum, quis intelligitur, quatenus ille conſtat diebus 365. Quando dicitur, *ſi ſit completus dies ille,* &c. *Portellius* intelligit, *verbo*

*ſuſpenſio*

Digitized by Google

*ſuſpenſio nu.* 12. de momento, quo fuit
contracta, iuxtà regulam generalem,
1047 quòd tempus, omne computatur de
momento ad momentum, niſi aliter re-
periatur in iure cautum, *Gloſa in l.* 3. §.
*minorem, ff. de minoribus, Afflictus dec.* 73.
*num.* 7.

Difficultas igitur, inter authores eſt, vbi
ſuſpenſio fertur ad tempus, non de-
terminatum, & certum, ſed indetermi-
natum, & incertum, quòd alij dicunt, ſub
cõditione, v.g. *donec ſatisfaciat, reſtituat,*
*aut reſipiſcat,* vtrũ data ſatisfactione, facta
reſtitutione, vel ſequuta reſipiſcentia,
ceſſet dicta ſuſpenſio abſque aliqua ab-
ſolutione; Aliqui enim Doctores, id ne-
gant, ea ratione, quòd talis ſuſpenſio, ſit
ob contumaciam, & ſic habeat rationem
propriæ cenſuræ, & per conſequens non
poſſit auferri, abſque abſolutione: ita
poſt aliquos Canoniſtas, *Gord. ſup. nu.* 7.
& antè eum docuerunt hanc ſententiam
*Suarez Alter. & Filliucc. apud Dianam*
*loco infracit.* Alij diſtingunt an dictæ
conditiones imponantur, in ſuſpenſio-
ne, lata ob delictum præteritum, vel ob
contumaciam, primo caſu, fatentur ceſ-
ſare ſequuta ſatisfatione, reſtitutione, &c.
negant autem in ſecundo caſu: ita *Lay-*
*man lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 3. *cap.* 4. *nu.* 1. & 2.
Tertia opinio magis communis eſt,
quòd ſiuè dicta ſuſpenſio conditionalis:
ſit lata ob delictum præteritum, ſiuè ob
1048 contumaciã, ſequuta ſatisfactione, vel
reſtitutione, illa ceſſet, nec ſit neceſſaria
aliqua abſolutio: ita *Auila* (malè pace
ſua allegatus à *Layman cit. num.* 1.) *par.* 3.
*diſp.* 6. *dub.* 1. *concluſ.* 1. qui teſtatur de
communi, *Hurtadus de ſuſpenſione, n.* 29.
qui aſſerit, in hoc, contra nonnullos, con-
uenire cõmuniter DD. eiuſdẽ ſententiæ
videtur *Reginaldus lib.* 32. *tract.* 2. *n.* 42.
vbi licèt faciat mentionẽ de cõditione,
donec ſatisfecerit, vel donec pænitue-
rit, tñ tantum facit differentiam inter ſu-
ſpenſionem, latam ſub conditione, &
ſimpliciter, quòd illa ceſſet, iſta autem
egeat abſolutione, ſic etiam, *Egid. Co-*
*ninK. diſp.* 15 *num* 36. & alij quos refert,
& ſequitur *Diana par.* 5. *tract.* 10. *Reſol.*
24. & ratio ſecundũ me conuincens eſt,
quia aliàs non eſſet differentia inter ex-
communicationem, ſub eiſdem condi-
tionibus, donec ſatisfaciat, &c. ac ſuſpen-
ſionẽ, contrà id, quod dixi ſuprà in prin-
cipio huius quæſiti, conſequentia pro-
batur, nam excommunicatio non ideò
nõ ceſſat ſequuta ſatisfactione, quia in-
ponitur ob contumaciã & fertur, vt eſt
ppriè cẽſura; ſed quia, vt dixi, excõmuni
catus excluditur, & præciditur, ab Eccleſia,
& ſicut ramus præciſus (vt benè *Sayrus,*
*poſt Vgol. ſupracit. num.* 4.) non poteſt
iterum inſeri, niſi opera hominis, ita nec
excommunicatus poteſt iterum Eccle-
ſiæ vniri, niſi per abſolutionem datam à
confeſſario habente facultatẽ, quod non
eſt in ſuſpenſione, & interdicto. Qui *Say-*
*rus ibidem, num.* 8. probat, quòd ſuſpen-
1049 ſus ob contumaciã, recedendo à con-
tumacia, nempè comparendo, vel offe-
rendo ſatisfactionem, neq; egeat abſolu-
tione hominis, ſed ipſo facto ceſſet dicta
ſuſpenſio, quàm opinionem alijs allega-
tis, vocat probabilem, contrà *Suarez, &*
*alios, Diana loco ſuprac. Reſolut.* 25. *ad fi-*
*nem,* ſed hoc puto verum, non vbi abſo-
lutè, lata eſt ſuſpenſio ob contumaciam,
ſed vbi in forma, & ſententia ſuſpenſio-
nis inuoluitur conditio, vel limitatio
temporis, v.g. quando fertur pro futuris
culpis cum monitione, vel pro præteri-
tis, vt pendent in futurum, hac forma do-
nec diſceſſerit à contumacia, quidquid
contrarium putet, *Gordonus ſup. nu.* 76.
hoc autem velle, *Sayrum,* patet, *ex fine*
*numeri*, ibi *vndè ſi Iudex ſuſpendat ali-*
*quẽ, donec compareat, ſtatim, quòd compa-*
*ruerit, abſolutus eſt.* Confirmatur, ex his,
quæ dicit, idem *Sayrus ibidem numer.* 12.
vbi agit de abſolutione ſuſpenſionis
ſimpliciter ob contumaciam, fauet *Cle-*
*mens VIII. in ſuo Pontificali* 3. *p. tĩt de ordi*
*ne ſuſpenſionis, circa principiũ* vbi tãtũ ait,
ſimpliciter, & ſinè temporis præfinitione
ab homine, vel à iure ſuſpenſum, perpe-
tuò, intelligi ſuſpenſum, ſcilicèt etiam ſi
pæniteat, & ſatisfaciat, niſi abſoluatur.
Hoc autem caſu, aſſerendum eſt, ꝙ in
foro fori, vt ceſſet ſcandalum apud eos,
qui ſciunt eum ſuſpenſum, & ignorant
receſſum à contumacia, ſi videant eum
1050 celebrare, ſit neceſſaria declaratio Iu-
dicis vt *per Sayrum ſup. nu.* 15. & ſic con-
cordabis, *Toletum cit. cap.* 47. *ſub num.* 1.
qui ſimpliciter, prò iſtis ſuſpenſionibus
conditionalibus, requirit declarationem
Iudicis, & *Layman ſupracitato num.* 1. vbi
negat neceſſariam declationem Iudicis,
ad hoc, vt ceſſent dictæ ſuſpẽſiones, ſcili-
cèt *Toletum* loqui de foro fori, *Layman*
verò de foro conſcientiæ, fauet doctrina
tradita, cum de Iubileo, vbi de abſolu-
tione data eo tempore à cenſuris latis
ab homine, in qua requiritur ſatiſfactio
præcedens, nàm licèt abſolutio data, poſt
ſatiſfactionem præſtitam, ſtatim ſortia-
tur ſuum effectum, quò ad forum con-
ſcientiæ, tamen pro foro fori, eſt neceſ-
ſaria declaratio Iudicicis, vt explicaui,
etiam *ſup. hac* 3. *par. Recollect.* 2. à *n.* 944.
Quandò autem dixi, quòd ſuſpenſus,
*donec reſtituerit*, (idem dicas de
ſimili conditione, *donec* ſoluerit) non



Digitized by Google

egeat abſolutione, facta reſtitutione, intelligi debet de reſtitutione totius quantitatis, nõ autẽ partis tantum, quia etiam, vt dixi ſuprà ſuſpenſus per decem dies, non ceſſat eius ſuſpenſio, niſi præterita omnino decimæ diei hora poſtrema, ſeu momẽtũ vltimũ: ità *Say ſup. n. 6.*

Quæres, quandò cenſeatur abſolutus, qui
1051 ſic ſuſpẽditur, *ſuſpendo te ad tẽpus*, nõ præfixo certo tempore? Reſpõdeo ex cõmuni ſententia, hunc ad decennium ſuſpendi: ita *Felinus in cap. ex litteris de conſtitutionibus, & colligitur, ex l. ſinè præfinitis, ff de pænis*, vbi agitur de ſic dãnato ad metallum, ſed hoc intelligitur, quandò dicta ſuſpenſio lata ſit per ſententiam diffinitiuam, quia ſi eſt lata per ſententiam interloquutoriam, ſtatim ceſſat, atque iudex ille fuit, vel mortuus, vel ab officio amotus, *Felinus vbi ſuprà Abbas ibidem, num. 10. Naldus verbo ſuſpenſio, nu. 16.* ſed videte *Portellium eodem verbo, num. 11.* qui vult, intelligi debere, ad beneblacitum ſuſpendentis. De
1052 ſuſpẽſione lata ad beneplacitũ, videndum erit, an ad beneplacitũ Iudicis, vel ſedis, aut dignitatis ſit lata: nam p. caſu ceſſat morte, vel amotione ab officio ipſius Iudicis, *cap. gratioſe de reſcriptis*, non autem ſecundò caſu, *ContinK. citato diſp. 15. ſub nu. 16. & Gordonus ſup. nu. 78.* Poteſt tandem quæri de ſuſpenſione lata donec reuocetur, an etiam ceſſet morte, vel amotione ipſius Iudicis, vel Prælati, ab officio, vel Prælatia, & reſpondeo negatiuè, vt ſimili docuit, *Iaſon in l. conditio in præteritum 100. num. 16. ff. de verborum obligat, & applicat Gord. ſup. n. 79.*

## *De abſolutione à ſuſpenſione.*

EX eo, quòd in præcedenti quæſito dictum fuit, ſuſpenſionem latam ad tempus determinatum, vel ſub conditione aliqua, inuoluente aliquod tempus futurum, ceſſare abſque aliqua abſolutione, ſequitur, quandò abſolutio ſit neceſſaria, vt quis liberetur à ſuſpenſione, nempè quandò ſuſpenſio eſt lata à iure, vel ab homine, vel cum particula perpetuò, vel ſimpliciter, & abſolutè abſq; determinatione alicuius temporis, vel appoſitione alicuius conditionis, vel item quando, & ſi lata eſt cum præfinitione temporis, aut ſub aliqua conditione, tñ quis antè præfinitum tempus, vel conditionis purificationem, petit liberari à tali ſuſpenſione?

Circa primam partem quæſiti, de ſuſpenſione lata cum particula perpetuò, vel ſimpliciter, & abſolutè abſque determinatione temporis, vel aliqua cõditione, eſt etenim certum, quòd quandò eſt
1053 ab homine per ſententiã particularẽ, non poſſit ab ea abſoluere, ordinariè loquendo, alius præter eum, qui eam tulit, vel eius ſuperior, aut ſucceſſor, *vt patet ex his*, quæ dixi *ſup. Recoll. 1. à nũ. 786.* & in puncto docent, *Nau. cap. 27. n. 162. Angelus verbo ſuſpenſ. 4. num. 1. Silueſt. eodem ibi, n. 8. & Tabiena num. 12.* quòd eſt verum, ſiuè lata ſit dicta ſuſpenſio ob delictum, ſiuè ob contumaciam, vt per *Sayrum loco infrac. & Beyam in reſponſio. Bonon. caſu 29 verſic. tum denique.* Dixi *ordinariè loquendo.* Primò, quia aliquãdo abſoluitur dicta ſuſpenſio per delegatos
1054 ab ipſis. Secũdò, quia ſuperior in duobus tantum caſibus licitè poteſt relaxare ſuſpenſionem latam ob inferiori, nempè per viam appellationis, quandò non ob aliam rem, quàm ob ſuſpenſionem fuit appellatum, & facta remiſſione ad iudicẽ à quo, vt illum abſolvat, id recuſaret, vt dixi *ead. recol. 2. n. 812.* vbi ẽt habetis, quãdo iudex à quo non obſtante apppellatione poſſit abſoluere. Tertiò, quando inferior tulit ſententiã ſuſpẽſionis, abſq; aliqua ſollemnitate requiſita, *in c. medicinalis de ſententia excommunicationis in 6. vt per Sayrum lib. 4. de cenſuris, capit. 17. num. 24. & duobus ſequentibus.* Quartò, quia adeſt caſus, in quo ſuperior, intellige excepto S. P. nihil poteſt circa ſuſpenſionẽ latã ab inferiori, eſtq; ille, de quo, *in c. graue nimis de præbendis*, alium addit *Hurtado de ſuſp. num. 30. verſ. excipiuntur*, ſed videte *Sayrum loco ſuprac. num. 27.* An autem hæc doctrina ſit vera, vbi dicta ſuſpenſio ab homine per ſententiam particularem lata, expreſsè non ſit reſeruata, patet ex dictis *ſupracitata, Recollect. 2. à num. 786.* Nec *Toletus allegatus à Sayrro loco ſuprac. n. 26. ad finem*, videtur contrarium ſupponere eius, quòd ibi probaui. Differentia. n. inter eũ caſum, vbi ſuſpenſio eſt ab homine, an ſit reſeruata, vel non reſeruata, procedit, vbi dicta ſententia eſt generalis, vt per eundẽ *Sayr. loco proximè cit.* nàm illa eſt affinis ſuſpenſioni latę à iure, ſiue per ſtatutum, aut legem.

Eſt quoq; cõmunis DD. opinio, quòd licèt, vbi excomunicatio lata p. ſentẽtiã generalem, vel à iure etiam communi, non eſt reſeruata, illa poſſit abſolui, non ſolum ab

ab Epiſcopis; ſed etiã à Parochis, cæteriſque confeſſarijs approbatis, tamen
1055 dicti Parochi,& alij confeſſarij non poſſint obſoluere à ſuſpenſione, vt ſup. lata ob contumaciam non reſeruata, niſi ſpeciale priuilegium habeant à S.P. vel delegatam habeant poteſtatem ab his,quibus ordinario iure, abſolutio ſpectat: Ratio differentiæ eſt,quòd non ita abſolutio à ſuſpenſione,& interdicto,eſt neceſſaria, vt antecedat abſolutionem à peccatis,ſicut abſolutio ab excommunicatione, ob quam cauſam conceſſa eſt dictis Parochis, & confeſſarijs abſolutio ipſius, *in cap. nuper de ſent. excommunicationis*,eſtq; communiſsima ſententia, *Nau. ſup. num.* 161. *& poſt Henriquez & Aulam, notat Layman cit. par.* 3. *c.* 4. *nu.* 2. *verſ. Porrò* Quòd autem hoc priuilegium habeant confeſſarij ordinum Mendicantium,(& per conſequens communicantes eorum priuilegia, vt hodiè ferè ſunt omnes confeſſarij Religionum approbatarum, iuxta ea, quæ aliàs dixi) dixit *Sayrus ſupra cit. cap.* 17. *num.* 12. *Hurtado ſup. numer:* 33. & de Patribus Societatis Ieſus; loquitur *Lay. cit. capit.* 4. Qui *Sayr. ibidem* ſubdit, quòd Parochus, vel alius confeſſarius habens
1056 facultatẽ abſoluendi à caſibus Epiſcopalibus, poſſit ab his ſuſpenſionibus à iure, ẽt cõmuni nõ reſeruatis, abſoluere. Concedunt, enim Doctores, ab his ſuſpẽſionibus poſſe abſoluere Epiſcopũ nõ ſolũ ad cautelã, vt alioqn, eã limitet aliq DD. ſecundũ quos videtur loqui *Hurt. num.* 32. quia ait, quòd nec ordinarius ab his ſuſpenſionibus abſoluit in foro ſacramentali, ſed in foro externo, ſed etiam ſimpliciter, vt habet communis opinio: ita *Abbas in cap.* 2. *de ſolutionibus Silu. verbo ſuſpenſio, num.* 8. *vbi etiam citat Innoc. D. Anton.* 3. *par. tit.* 22. *verſ. ſed quæritur, Layman ſupra cit. cap.* 4. *num.* 2. *in principio, clarius, Gordonus cit. lib.* 7. *q.* 14. *n.* 79. qui ſubdit, idẽ dicendum eſſe de ſuſpenſione impoſita per aliquam conſtitutionem particularem alicuius Archiepiſcopi, ſiuè Patriarchæ, item de illa, quæ in Concilio Prouinciali eſt ſtatuta, etiam ſi ſit confirmata à Sede Apoſtolica, de qua re *Sayr. cit. c.* 17. *n.* 17. Nota
1057 tñ, his nõ obſtãtib' nõ deeſſe aliquos authores, qui doceãt, poſſe Parochum, & alium confeſſarium ab hac ſuſpenſione, abſoluere, ſicut dicitur de cenſura excõmunicationis non reſeruata à iure vel ab homine generaliter lata: ita *Vinaldus, quem non reijcit. Filliuccius tr.* 17. *num.* 70. quos neque etiam illos impugnando, refert *Diana par.* 5. *tract.* 10. *Reſol.* 23. *ad finem*, qui addit *Præpoſitum*, id etiam docere de ſuſpenſione lata ob delictum præteritum, ſi retineat rationem cenſuræ, prout retinere, mox probabitur. Reſtringitur, ergò difficultas præcipua in hoc, nempè; An quando ſuſpenſio reperitur in iure, ſiuè particulari, ſiuè cõmuni, lata nõ propter contumaciam, ſed propter delictum præteritũ, abſque reſeruatione, & ſit publica, poſſit Epiſcopus ab ea abſoluere ſuum ſubditũ, ſicut dixi, ꝓximè ſuprà de ſuſpẽſione, lata ob cõtumaciã. Circa q̃ difficultatẽ, ſunt duę opiniones ſibi contrariæ, ambo habentes optimos authores, ac bonas rationes, vt videre eſt, apud *Sayrum ſupra cit. ca.* 17. *à num.* 14. qui *verſ. ſecunda ſententia*, optimè probat opinionem affirmatiuam, quòd ſcilicèt ab ea poſſit abſoluere Epiſcopus, quàm dicit, ſibi videri non ſolum probabiliorem, ſed etiã ſimpliciter veram, ſicut eam poſt *Auilã, & Suar.* dicit eã probabilem *Layman ſupra cit. cap.* 4. *num.* 3. *verſ. verum tamen.* Quidquid contrariam opinionem, dicat eſſe communem, *Gordonus ſup. num.* 70. quàm etiam ſequitur *Hurtado ſupra n.* 32. Meo iudicio pro reſolutione, huius difficultatis, diſtinquendum eſt, an conſtet, hanc ſuſpenſionem latam fuiſſe in merã pænã, vel id non conſtet, p. caſu nõ poteſt ab ea abſoluere Epiſcopus, qa tũc habet locum ratio adducta pro parte negatiua, ſcilicèt quòd talis ſuſpenſio ſit perpetua, & per conſequens indigeat diſpenſatione, quàm non poteſt facere inferior, vel equalis, ſed ſolus ille, qui dictam pænam impoſuit, aut eius ſuperior, vel ſucceſſor. Secũdò caſu, poteſt Epiſcopus abſoluere, qa in dubio pſumi debet, illam fuiſſe impoſitam, non vt pænam vindicatiuam, ſed vt pænam medicinalem, id eſt non in ordine ad perpetuitatem, ſed in ordine ad futuram emendationem, & ſatisfactionem, cùm petierit abſolutionem, (quòd eſt idem, quàm recedere à cõtumacia) ideòq; etiã ipſa retinet rationem cenſuræ, & ſic militat ratio opinionis affirmatiuę, fauet idẽ *Gordonus ſuprà ſub num.* 71. qui non ſolum fatetur, quod dixi ſuprà, ſcilicèt, vbi eſt dubia forma verborum iuris, eſſe præſumendum, latam fuiſſe ſuſpenſionem in contumaciam, ſed etiam poſt
1058 *Suar.* ſubdit, ſuſpẽſiones latas in iure communi ſinè termino, omnes latas eſſe ob contumaciã, intellige; niſi latæ repeniatur, cùm particula illa, *perpetuò, vel ſinè ſpe remiſſionis*, aut ſimilibus clauſulis, expreſsè denotantibus perpetuitatem, quia

Digitized by Google

quia tunc militat ratio primæ partis huius noſtræ diſtinctionis, & ideò Epiſcopus, non poteſt abſoluere ab ea, vt dixi *ſup.n.*770. niſi ſit lata propter adulterium, vel alia delicta adulterio minora, in quibus conceſſa eſt Epiſcopo à iure, diſpenſandi facultas, vt per *Sayrum ſupracit.cap.*17.*num.*18. iuncto, *nu.*14. *verſ. prima ſententia, ad finem*, *Gordonum ſupracit.q.*14 *ſub num.*70. *Layman cit.cap.* 4.*num.*3.*in principio.*

Ex quà concluſione ſequitur, quòd qui in ſuſpenſionem incidit latam per ſtatutũ
1059 Epiſcopi Arimini, vel Synodũ Ariminenſem, poſſit abſolui ab Epiſcopo proprio Imolen, ex eo enim, quia Doctores negatiuam ſententiam docentes, contrarium inferebant, vt per *Sayrum cit. verſ. prima ſententia ad finem, & Gordonum cit.num.*70. poſita noſtra ſententia, id omninò affirmandum, & hoc voluit, dicere poſt *Leſſium*, Layman *cit. verſic. verumtamen ad finem*; & ſic in facto de Clericis exteris ludentibus aleis, vel Taxillis hic Arimini, vbi in ſynodo eſt lata contrà *Clericos noſtræ Ciuitatis* (de qua infrà latius) ſuſpenſio abſq; reſeruatione expreſſa (quo caſu cenſetur non reſeruata, vt per *Gordon.n.*71.*verſus fin.*) dictũ fuit, ꝙ illi poſſint abſolui, ab Epiſcopis proprijs, quandò reuertuntur in propriam Diæceſim domicilij, originis, vel beneficij, imò ſecundum opinionem aliquorũ, de qbus ſup n.835. & 1057. ẽt à
1060 Parochis, & alijs Confeſſarijs ibi expoſitis, prout dicitur, de excõmunicatione non reſeruata, qbus fauet, *Nald. in ſum. verbo cenſura, num.* 13. vbi ait, cenſuras omnes generaliter latas, tàm à iure, quàm ab homine, ſi non ſint reſeruatæ ipſarum latoribus, (quamuis variè in hoc ſentiant authores.) tamen uerius eſſe, quòd tolli poſſint in foro conſcientiæ, non dum à proprio Parocho, ſed etiam ab expoſitis Confeſſarijs; ita etiam loquitur *Megalius par.*3.*lib.*1.*cap* 8.*num* 1. Supponimus enim dictos exteros ligari dicto ſtatuto ſynodali iuxta opinionem relatam, *ſup. Recoll.*2.*à num.*416.*vbi*
1061 276. idẽ quæro de Epiſcopo, vel Archiepiſcopo cõmorante in aliena Diœceſi, an ligetur dicto ſtatuto, quibus ibi allegatis in terminis ludi, accedit, *Nald. verbo ſtatutum, nu.*16. *verſ. in 4. dubio, & ſeq.* Et de vltimo, ſcilicèt de Epiſcopo, vel Archiepiſcopo, agunt *Gratianus tomo.*2. *ſuarum diſcept.Forenſ.cap.*393.*num.*5. *& ſeq. & Nouarius par.* 1. *qq.forenſium, q.* 93. & præter declarationem in illa Barenſi circà hanc materiam à me relatam, *ſupra cit. Recoll.*2.*nu.*278. vide aliam declarationem in Iuuenacenſi. 4. Decembrijs 1627. apud *Barboſam in collectanea Bullarum, & decretorum, verbo Epiſcopos quò ad Regulares.* His verbis *Epiſcopum extrà propriam Diæceſim commorantem, non poſſe accedere, nec ingredi Monaſteria Monialium, abſque licentia Epiſcopi prohibentis, ne quis accedat, &c.* Dixi in principio, *publica*, quia ſi talis ſuſpenſio, ſeù delictum propter, quòd illa
1062 incurritur, eſſet occultũ, ideſt, vt aliàs dixi, non deductum ad forum contentioſum, certũ eſt, apud DD. ſupracitatos, poſſe Epiſcopũ ab ea, ẽt ſi fuerit reſeruata abſoluere in foro cõſciẽtiæ ſibi ſubditos, facultate ſibi cõceſſa à *Conc.Trid.ſeſſ.*24 *cap.*6. vt latè dixi ſuprà, *in ſecunda parte huius tractat. recol* 9 & in puncto tractãt, *Sayr.ſuprà c.*17.*à n.*19. & alij ſup. relati.

Quò ad ſecũdã partẽ qſiti, de abſolutione, ſuſpenſionis latæ ad tempus determinatum, vel ſub aliqua conditione, communis ſententia eſt, quòd antè terminum vel conditionem purificatam, non poſſit relaxari ab alio, quàm ab authore Canonis, vel ab eo, cui conditor conceſſerit, aut eius ſuperiore, vel ſucceſſore; quia tunc non eſt propria abſolutio, ſed relaxatio, ſeù diſpenſatio, & ſicut legem ſuperioris, vel equalis; ita pœnam latam à ſuperiore, vel equali, non poteſt relaxare, & diſpenſare inferior, vel equalis, vt notat *Gloſſa in cap. cupientes, §. cæterum verbo ſuſpenſos de elect. in* 6. cùm alijs allegatis, per *Sayrum cit. cap.*17.*num.* 10. & Layman *cit. cap.*14 *ſub nu.*3. vbi ex *Suarez*, ſubdit, idem obſeruandum, ſi lex canonica præcipiat, ob talem delictum imponi ſuſpenſionem, v.g. triennalem. Et ſi tamen ſit hæc commmunis ſententia, tamen contraria ſententia, quòd in-
1063 frà dictũ terminum poſſit abſoluere, ſeù diſpenſare Epiſcopus, non eſt improbabilis, vbi dicta ſuſpenſio expreſsè non eſt reſeruata, vt poſt *Bonacinam dixi ſup. num.*846. & 960. fauet regula illa, quòd expreſsè, vel tacitè aliqd dicatur, differat *l.*3.*C. ſi pendente appellat. cum concordantibus.* Dixi, *infrà dictum terminum*, quia ſecus puto, vbi eſt lata ſub aliqua conditione, *donec ſatisfaciat, reſipiſcat, &c.* Dato enim quod poſſit ſatisfacere, &c. non poteſt diſpenſari, niſi ab eo, qui tulit dictam ſuſpenſionem, eo enim ipſo, quòd non adimpletur conditio, diſpenſatio cenſetur reſeruata ipſi, qui conditionem impoſuit, ex quo cenſetur appoſita in eius fauorem, & vtilitatem, argumento notatorum, per *DD. in l. Titio*

*centum*

Digitized by Google

*centum*,§.*Titio centum,el 2.ff.de condit.& demonſtrat.* Dixi,*dato,quòd poſſit ſatisfacere*, quia alias excuſatur, vt patet ex di-
1064 ctis,*ſup. recoll.2.n.931.*vbi autem impotentia ſuperueniret poſt contractam ſuſpenſionem,non per hoc poſſet alius, quàm author canonis à dicta ſuſpenſione abſoluere,vt ſuppono *cit.nu.931.* vbi ago de delegato cum clauſula,*ſatisfacta parte*,ad abſoluendum ab excommunicatione in foro externo. Quomodò detur abſolutio ad cautelam ſuſpenſo, præter ea, quæ dixi loquendo de excõmunicatione,*ſuprà Recollect.3.à nu.841.* (quibus ibi notatis addè, id quòd dicunt DD.ſ.vi Bullæ Cruciatæ, poſſe confeſſarium abſoluere à ſuſpenſionibus,vt per *Hurtadum ſup.num.33* )Nota *Suarez,Henriquez, & ConinK.* Contra *Nau.*& alios docere, poſſe confeſſarium abſoluere virtute Bullę Cruciatę ad cau-
1065 telã à cẽſuris,vt quãdo ꝓbabiliter dubitat confeſſarius, an quædam excommunicatio publica, comprehendat ipſum abſoluendum, vt per *Dianam par. 5.tract.9.Reſol.40.ad finem*, videte,etiam *Riccium par.4.decis.Curia Archiepiſcopalis Neap.deciſ.99.* vbi quòd non ſolum Metropolitanus, ſed etiam delegatus S.P.abſoluat ad cautelam, vndè idem dixi, poſſe obſeruari virtute Bullæ Iubilei,à pari,cũ eod.modo detur facultas à cẽſuris,in Bul.Iubil.ac in Bul.Cruciatę, operatur autẽ abſolutio ſuſpenſionis ad cautelã,vt talis poſſit exercere ſua officia, & actus ordinis, vt per *Sayrum cit.c. 17. n.37.* Vbi autẽ abſoluitur,quis à ſuſpẽſio-
1066 ne lata ſub aliqua cõditione,quæ nõ fuit adhuc purificata,virtute Iubilei, vel Cruciatæ, in foro conſcientiæ ſufficit propoſitum efficax adimplendi dictam conditionem,quando illam non potuit, anteà adimplere,in foro verò externo talis debet dare cautionem fiddeiuſſoriã, vel iuratoriam,de qua re egi,*ſupracitata Recollect.2.à n.* 928. quibus ibi allegatis, addò nunc pro prima parte,quòd.ſ.ſufficiat, quò ad forum conſcientiæ propoſitum, B*oſſium de Iubileo ſect.*1. *caſu* 21.§. 3.*num.*44. *& ſeq.& num.* 158. *& ſeq.* & reaſſumit, *diſceptatione* 1. *numer.* 206. *de iuriſdictione abſoluendi à caſibus, & cenſuris reſeruatis, quæ competit Epiſcopis ratione impedimenti*, & ſic intelligas id,quòd dicit L*ayman cit.cap.4.ad finem*, dùm monet,antè abſolutionem à ſuſpenſionis cenſura,ſi opus ſit,exigendam eſſe ſatiſfactionem,vel cautionem ſatiſfaciendi parti leſę,& incriminibus enormibus, exigendum iuramentum parendi Eccleſiæ, de quo iuramento, *parendi, &c.* vide *ſuprà in ead.Recoll.2.nu.835.& ſeq.* quibus ibi allegatis, addè G*ordonum ſupracit. q.* 14. *num.* 78. *ad finem*,vbi quòd tale iuramẽtũ tãtum eſt neceſſarium, vbi ſuſpenſio lata eſt in contumacia, & datur abſolutio ad cautelam, ac res eſt grauis, & in alterius præiudicium cedere poteſt,clarius *Boſſ.ſect.*1. *de Iubi.caſu 22.n.15.*vbi quòd in abſolutione ui Iubi-
1067 lei, vel alterius facultatis,data in foro conſcientiæ, ſecundum veriorem opinionem,tale iuramentum,non ſit neceſſariò exigendum. Appellatio quando impediat exequutionem ſententię,huius cenſuræ ſuſpenſionis, patet etiam ex ſupradictis,*cit.Recoll.2.à num.630.*

Forma abſolutionis à ſuſpenſione ponitur in Rituali Romano iuſſu Sãctiſs.Pauli V. S.P.edito, his verbis, *authoritate mihi ab N.tradita, ego abſoluo te à vinculo ſuſpenſionis, quàm propter tale factum, vel cauſam incurriſti*,(ſi detur abſolutio in foro cõſciẽtię)ſi verò in foro externo,dicitur *incurriſſe declaratus es, in nomine patris, &c.*ſed vt aduertit *Sayrus cit.cap.17.nu.* 14. licèt hæc forma communiter tradatur, tamen cùm abſolutio à cenſuris ſuſpenſionis, & interdicti non ſit ſacramentalis, non indiget ex natura ſua, & intrinſicè,aliqua certa verborum forma, ſed ſufficit, ſi potens ab ea abſoluere declaret quoquomodò, velle eum de facto ab illa liberare. Quandò ſuſpenſio non inuoluit aliqua ratione,prohibitionẽ ſacramẽtorũ,(vt cõtingit quãdo quis eſt ſuſpenſus à ſacramentorum ſu-
1068 ſceptione) tùnc poteſt,quis abſolui à peccatis, & non à ſuſpenſione, ſicut ex eo, quòd talis abſolutio,(vt dixi non eſt ſacramentalis)non eſt neceſſe,vt detur in ſacramento confeſſionis,niſi iuriſdictio ſit data cum tali limitatione,vt ſæpè fit, quãdo talis facultas cõceditur ꝑ diploma Pęnitentiariæ.An autẽ tẽpore Iubilei,ſit ita limitata d.iuriſdictio,affirmat *Gordonus ſupracit. num.* 79. ſed contrarium probaui,in *tract.de iubileo par.2.num.*16 *in edit.Neapolitana.*

De

Digitized by Google

### *De ſuſpenſione circa clericos ludentes aleis, uel taxillis, lata in ſynodalibus cõſtitutionibus aliquorũ Epiſcopatuũ.*

SEpè in diuerſis Diœceſibus, in quibus *per conſtit. ſynodal.* prohibetur clericis, ludus alearum, & taxillorum ſub pœna excommunicationis, vel ſuſpenſionis vidi de pluribus dubitari, quæ cùm in ſpecie non reperiantur à Doctoribus reſoluta, hic iuxtà meas vires, reſoluere putaui.

Certum eſt in hac materia, quòd talis ſuſpenſio incurratur à Clericis in Sacris vel Beneficiatis, quãdo ludũt magnã quãtitatẽ, maximè de redditibus Eccleſiaſticis, ac ẽt quando aſſiduè, ſiuè ex
1069 conſuetudine, quia tunc eſt peccatũ mortale, poſt *Gloſ. Roſell. Leſſ. Azor. & Medinam, quos refert, & ſequitur Salas de ludo dub. 24 contrà* Nau. & alios abſolutè docẽtes, ſufficere, ſi ſemel luſerint quãtitatẽ notabilẽ, *proſequitur Hom. bon. tr. 1. ſui examinis Eccleſiaſtici, q. 40. latè Beya par. 1. reſponſorum Bonon. caſu 66. verſic. tum quia Epiſcopus,* & poſt *Sanchez libro 1. Opuſculorum Moral. cap. 8. dub. 25. n. 7.* probat *Theſaurus de pænis Eccleſiaſticis verbo ludus capit.* 4. nam vbi res prohibita ſub cenſura attingit peccatũ mortale, non eſt dubium, incurri cenſuram ex communi opinione.

Dubium primum eſt, an talis ſuſpenſio incurratur à clericis, quando ſolum dictus ludus in eis, eſt peccatum veniale.

Et concluſiuè reſpondendo. Aduerten-
1070 dum, quòd ludus, vt ſuprà poteſt eſſe venialis diuerſo modo. Primò quatenus ille conſideretur poſita prohibitione, de iure communi, qui tunc erit venialis non ſolum, quando clerici raro paruam quantitatem per breue tempus, recreationis cauſa, abſque ſcandalo, ludunt, ſecundum omnes, quos ſequitur *Homo bonus in ſuo examine Eccleſiaſtico tract. 1. q.* 40. ſed etiã ſi aſſiduè eo modo luſerint, vt expreſsè *Leſſius lib. 2. cap. 26. nu.* 5 *Bonacina d. 2. de reſt. q. 3. pun. 2. ſub n.* 12 (malè ſuo more allegans *Azorium, & Rebell.* qui ſimpliciter docent, ludentem aſſiduè, peccare mortaliter) fauet *Mol. diſp.* 521. *in fine, & Reginal. lib. x. nu.* 384. *etiam in fine,* & dixi *ſup. n.* 421.

Secundò modo, quatenus ille conſideretur, inſpecta prohibitione facta in ſynodalibus conſtitutionibus ſub pœna excommunicationis, vel ſuſpenſionis maioris, & tunc erit venialis ludus, ſicut quælibet res, quæ cadit ſub præcepto, ex regula communi, *in materia de cenſuris,* q. ſ. quãdo imponitur cenſura pro actione, quæ eſt indifferens, & non erat, antea peccatum mortale, tùnc ſubintelligatur præceptũ, & ſic redditã materiam peccati mortalis, vt per *Sayrum lib. 1. de cenſuris, cap. 9. num.* 5. & alios communiter, res autem, quæ cadit ſub pręcepto, tantũ efficitur venialis, vel ex leuitate materię, vel imperfectione diſcurſus, vel *ignorantia,* aut ex neceſſitate, vt traditum fuit, *p. 1. huius tractatus recollect. 7.* & hac *tertia par. Recollect. 1. à num.* 340.

Prima Concluſio: Clerici non incurrunt
1071 ſuſpẽſionẽ, quãdo ludus erit venialis ſecundò modo, vel ratione leuitatis materiæ, vel ignorantię, aut neceſſitatis. Ratio eſt euidẽs ex ſupradictis: nã ex iſtis cauſis, præceptum non ligat ſub mortali, ſed tantum ſub veniali, at excommunicatio, ſeù ſuſpenſio in his rebus, quæ antea non erant pręceptæ, ligant ad inſtar præcepti, ergò ludi prohibitio facta per ſynodales conſtitutiones ſub pœna ſuſpenſionis, quãdo eſt venialis, vt ſupra, nõ ligat ſub cẽſura, vt dixi *ſup. ſub n.* 998.

Dixi, *ratione leuitatis materiæ, vel ignorantiæ, aut neceſſitatis,* quia hoc caſu impoſſibile moraliter eſt, dari inaduertentiam, ſeù imperfectum diſcurſus circa actum in non ebrio, niſi illam aſſignauerimus circa prohibitionem, ideſt ludat Clericus, non aduertendo, ſeù non reco-
1072 lendo, q ſit impoſita ſuſpenſio, quo caſu certum eſt, tùnc excuſari, qui caſus reducitur, ad rationem ignorantiæ iuris, quæ excuſat à cenſura lata ab homine vt dixi *ſupra. Recoll. 1. num.* 407.

Hæc Concluſio ſic poſita, poteſt tribui, *Sayro d. cap. 5. num. 1 in fine,* vbi poſt *Couarr. & Henriquez,* docet, quòd quàmuis ex pęna excommunicationis appoſita pro culpa, quæ antè non erat mortalis, communiter colligatur præceptum ſub mortali, tamẽ quãdo propter aliquã circumſtantiam, aut qualitatem, actus conſtiterit, quòd culpa mortalis regulariter efficiatur venialis, tùnc non ſit locus excõmunicationi, dat exemplum pertinẽs ad rationem neceſſitatis, ſi feratur cenſura contra eos, qui non adeunt concionem de fide, aut ad proceſſionẽ pro vrgenti neceſſitate Ciuitatis, quod non incurreret dictã excommunicationẽ, qui non accederet, ad concionem, vel proceſſionem, cauſa cuſtodiendę domus, intellige vergente periculo.

Tribui debet in ſpecie, *Azorio p. p. lib. 5. cap. 27. q. 2.* qui ait, quòd vbi ſub cenſura prohibetur ludus in conſtitutionibus

in

in ſynodalibus, tunc eſt peccatum mortale, non quidem ex natura obiecti, ſed ex vi ipſarum conſtitutionum.

Frequentior excuſatio à dicta ſuſpẽſione, eſt ex cauſa leuitatis materiæ, vnde hic aperiendum pro praxi, quæ ſit leuis materia, & mihi ſemper placuit, iudi-
1073 candam eſſe leuem ludum, non ſolum ex parua, vel magna quantitate pecunię, vel alterius rei, quæ ludo exponitur, iuxta qualitatem perſonarum, vel ex eo tantum, ꝙ cauſa recreationis qs ludat, aut ex notabilitate temporis, vt dixi *ſuprà recol.p.n.*254. ſed ẽt, ex raritate ipſius ludi ſi ter, vel quater in ãno, clericus luſiſſet, ex aliqua occaſione, vt poſt conuiuium, ſecluſo tamen ſcandalo, fauet *Sanchez lib.*1.*Opuſc.Moral.cap.*8.*dub.*28. & ſic intelligi debet opinio cõmunis, ꝙ hoc caſu leuitas materię relinquatur arbitranda iudicio prudentis viri, conſiderato ordine ad finem, à Superiore intentum, vt ſubdidi dicto loco ſupracit. vbi à *nu.* 259. habetis corolaria, & inter alia, illud de excommunicatione lata contra alloquentes cum monialibus quo loco retuli vltimo loco opinionem, quę aſſe-
1074 rit leuitatẽ materiæ, hoc caſu metiendam eſſe ex tempore, non autem ex eo, quòd verba fuerint vrbanitatis cauſa dicta, vel non, quia afferri non poteſt ratio, quare verba pauca ratione vrbanitatis dicta excuſent, non autem alia verba dicta non ratione vrbanitatis, ſed cauſa alicuius negotij, & ſi ſecus ſit, vt ibi innui, vbi reſeruatio fiat de loquutione obſcenorum, ex quo tunc metienda ſit culpa mortalis, iuxtà id, quòd etiam illa verba obſcena ſunt mortalia.

1075 Quãdo autẽ Religioſus ludẽdo peccet contrà paupertatem, vel non, & lucrando poſſit lucrum retinere, vel è contrà, declarat nouiſſimè *Lezana p.p.cap.*6.*nu.*50. *& ſequenti, & cap.*9.*num.*40.

Ex his deducitur, quomodò intelligẽda ſit regula, quàm dicit, hodiè magis receptã, *Suarez tomo* 5.*diſp.*28.*ſect.*4.*n.* 9 *ſequuntur Conink. & Miranda, quos probat Homobonus in ſuo examine Eccleſiaſtica tr.* 4. *q.* 151. quòd ſuſpenſio grauis, qualis eſt iſta clericorũ Ariminens. vt contrahi poſſit, requiratur culpa mortalis, & non
1076 ſufficiat venialis, intelligitur, enim de culpa veniali ex leuitate materię, vel inperfectione diſcurſus, aut ignorantia, ſeù neceſſitate, vt clarius docet, *P. Megalius* 3.*par. lib.*1.*cap.*4.*nu.*28. vndè non ſolùm ob inaduertentiam, excuſatur à ſuſpenſione Sacerdos Bononię ad altare, ſacrificaturus accedens, aperto capite, vt per *Homobon. loco ſuprac.* ſed etiam ſi ſemel, aut bis, contrà dictam prohibitionem venerit, & hoc ex leuitate materiæ.

Secundum dubium eſt, an iſtam ſuſpenſio-
1077 nem incurrant, etiã clerici in minoribus ludentes, qui non habent beneficium, cùm certum ſit, illos, ac laicos, etiã ſi aſſiduè ludant, & notabilem quantitatẽ in ludo exponãt, nõ incurrant peccatũ mortale, inſpecto iure communi, vt per *Azor.*3.*p.lib.*5.*cap.*7.*q.*1.*Leſſ.lib.*2.*cap.*26. *nu.*6.*Salas de ludo dub.*24. & alios.

Secunda Concluſio. Non incurrunt dicti clerici in minoribus iſtam ſuſpenſionẽ. Quia & ſi in rigore talis ſuſpenſio ab officio ſit communis omnibus clericis, & etiam omnibus ordinibus, tamẽ talis ſuſpenſio, hodiè non eſt in vſu pro ordinibus minoribus, vt innuit *Suarez tomo* 5. *diſp.*28 *ſect.*2.*ſub nu.*3. & lex recipit interpretationem à comuni vſu loquendi. De initiato tñ.p.tõſura, dixi *ſup.n.*1010.

Ex qua concluſione, ſequitur, quòd neque vi dictæ ſuſpenſionis peccant mortaliter dicti clerici, quia & ſi laici peccent ſic ludendo, exiſtente aliqua lege, ludum prędictum, vel ludos prędictos, prohibente ſub pæna graui, quæ ſit in vigore tamen cùm ſupponatur, quòd ſuſpenſio nõliget ipſos clericos in minoribus, ſicut ceſſat reſpectu eorũ dicta pęna grauis, ſic etiam ceſſat obligatio ad culpam mortalem? Quòd autem intelligatur dicta ſuſpenſio ſic abſolutè lata, *in* 3. *ſynodo Ariminenſi Epiſcopi Salicini, cap.*27. contrà dictos clericos ludentes, tã ab officio quàm à beneficio, *dixi ſupra num.*16.

Tertium dubium eſt an, ex eo, quia dicitur, ibi *noſtra Ciuitatis Clericos*, ẽt includãtur clerici exteri, hic habitantes ex aliqua cauſa, tamen non habentes animum perpetuò ibi habitandi.

Et in facto dixi, illos includi, quia dùm in hac ciuitatę, manent dicũtur huius ciuitatis, intellige, ſi ibi contraxerunt, ſaltim quaſi domiciliũ ex eo, ꝙ habeant animũ manedi, ibi per maiorem partem anni, vt ſunt, qui operam dant ſtudijs, vel conduxerunt operas ſuas ad pueros in litteris humanis, inſtruendis, quia aliàs ſi,
1078 eſſent, viatores, & peregrini, maximè ſi ibi ſint, ꝑ modicũ tẽpus nõ obligarẽtur, vt nouiſſimè notat *Bonac. in Decalogum diſp.*1.*q.*1.*p.*6.*n.*36. vbi loquitur de ſimili prohibitione facta Mediolani, cõtrà clericos



Digitized by Google

ricos non deferentes veſtes talares, aut ſcoplum geſtantes. Quò autem ad Propoſitum noſtrum de ſuſpenſione contrà ludentes, putat *Pater Naldus in ſumma, verbo ſtatutum, num. 15. verſ. At mihi,* tem-
1079 pus non modicum, ſed notabile, eſſe bimeſtre, quia hoc tempore, poterit, quis habere notitiam ſtatuti ſpecialis illius loci, in quo habitat, eiusque exequutioni ſe accomodare, bene iſte author non ſe fundat in ſola ſcientia, quia aliàs tempus minus ſufficeret, ad tales, ſubijciendos dictis cenſuris, ſed etiam in accomodatione exequutioni ipſarum, ad quàm authores, qui volunt, dictos exteros, & forenſes ligari dictis cenſuris, requirunt tempus non modicum, *vt dixi ſuprà Recoll. 2. num. 430.* vbi licèt fatear, hanc eſſe opinionem probabilem, tamen probo opinionem, quæ ſimpliciter negat, dictos exteros ligari dictis cenſuris, quàm opinionem poſſe nos ſequi in praxi, præter ibi à me citatos, dixit (& ſi probet ſententiam oppoſitam affirmatiuam,) *Villalobos par. 1. ſummæ tract. 16. cap. 16. n. 5. ad finem,* ſed ſi rectè ponderentur authores citati prò affirmatiua, ipſi neque fundantur in accomodatione, ſecluſo ſcandalo, ſed in iuriſdictione, quàm acquirit Epiſcopus, qui fecit ſtatutum, in talem exterum ibi morantem ad non modicum tempus, quæ iuriſdictio, *vt loco citato explicaui,* ſecundum noſtram ſententiam negatiuam, eſt pro foro externo, vt poſſit, *citari ad dicendum cauſam quarè, &c.* non autem, quò ad forum conſcientiæ, quo caſu, non reperio aliquam rationem, quarè tales, qui non habent animum habitandi per maiorem partem anni, & ſic non fiât ſubditi dicto Epiſcopo, ſaltē ratione, quaſi domicilij, fiant ei, ſubditi poſt bimeſtre, & non antè, v. g. poſt quindecim dies, vel menſem, & quòd præſuppoſita ſcientia d. ſtatuti, illud, & non iſtud ſit tempus notabile, item quarè reſpectu ludi dictum bimeſtre ſit tempus notabile, non autem reſpectu deferendi veſtes talares, geſtandi ſcoplum, & aliarum ſimilium ſuſpenſionum.

Quartum dubium eſt, vtrum Regulares habentes curam animarum in hac Ciuitate, incurrant hāc ſuſpenſionē, ſi ludant in domo ſuæ Eccleſiæ curatæ? Ratio dubitandi eſt, quia tales ratione dictæ curæ, fiunt ſubditi Epiſcopo, ex *Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 11. de Regularibus.* Hoc tamen nō obſtante. Reſpondeo, illos nō includi, non ſolum; quia ſubiectio dictorum Regularium reſpectu Epiſcopi,
1080 eſt tātum in ijs, quæ concernunt curam animarum, vt habetur *loco ſupracit. Concil. & dixi ſuprà par. 2. Recoll. 1. numer. 248 ad finem,* quibus ibi allegatis, accedūt *Gauantus in ſuo Manuali Epiſcoporum, verbo Regularium iura ſub Epiſcopis, num. 10. & Marcellus Vulpe in ſua praxi, cap. 42. num. 6.* (vbi habetis limitationem, quò ad Eccleſiam, vbi reſidet Generalis, *vel caput* ordinis, & ampliationem, *etiam* quò ad loca, & perſonas militiæ Hieroſolymitanæ,) ſed etiam quia, *vt dixi ſupra* Regulares in ſimili materia non veniunt ſub nomine clericorum. Vndè cautè legendus, eſt *Lauretus de Franchis in ſuis Controuerſijs inter Epiſcopos, & Regulares, q. 6. fol. mihi 314.* dum ponit Regulam, quòd excommunicatio lata ab ordinario contrà ſuos, non liget Religioſos, & poſteà ſubdit, hanc regulam fallere, in caſibus, in quibus, *dicti Regulares per Concil. Trid.* ſubijciuntur Epiſcopis (inter, quos enumerat caſum noſtrū) quia contrarium probaui, *ſuprà Recoll. 2. nu. 488.* ex quibus reſolui poteſt dubium propoſitum de Regularibus, qui in paucio-
1081 ri numero, quàm duodecim, manent in Monaſterio erecto poſt Conſtitutionem Gregorij XV. (& antiquitus, *etiam* erat ſtatutum, vt per *Lauretum de Franchis ſup. in decimo caſu, & Gauantum, etiam ſup. num. 72.*) quòd ſcilicèt ſubiaceant viſitationi, & correctioni Epiſcopi, nàm eodem modo, cum non ſit expreſsè dicto Epiſcopo conceſſum, illos ob has cauſas ſuſpendere, vel excommunicare, (vt dixi loco ſuprà proximè citato,) non poterit illos ſuſpendere, vel excommunicare, & tanto magis, vt etiam dixi, *ead. Recoll. 2. num. 468.* non incurrunt ſuſpenſiones, vel excommunicationes latas in conſtitutionibus ſynodalibus, eiuſdem Epiſcopi.

Quintū dubiū eſſe poſſet, an ex eo, *ꝙ talis* ſuſpenſio non ſit reſeruata, poſſit à quolibet Confeſſario abſolui? Sed remanet illud iā reſolutum, ex dictis, *ſup. hac ead. Recollect. num. 853. & num. 1057.* vbi dixi, communem opinionem id negare, ſed contrariam opinionem eſſe probabilem, quod procedit, vt ibi dixi, non ſolum in cōfeſſarijs huius ciuitatis, ſed etiam *alte*rius Diæceſis, in quàm fortè transferatur ipſe ſuſpenſus, nō tantū eo caſu, quo trāſtulit, ibi domiciliū, aut quaſi, ſed & ſi ibi verſetur cauſa alicuius negotij; ſeù ob aliā iuſtā cauſam, & ſi ad modicum tempus, vt loquuntur communiter DD. qui & ſi conſequenter, id negant, quādo id fieret in fraudem, nempè quando

aliò

Digitized by Google

aliò ſe trãsferret, vbi non eſſet lata dicta ſuſpẽſio, ad hoc tãtũ, vt haberet occaſionẽ confitendi, & cenſurã ſui Prælati declinandi, ac etiam dixi *ſuprac. Recoll. 2. nu. 911.* Tamen loquuntur de abſolutione excommunicationis reſeruatæ; ſicut de abſolutione exterorum à caſibus reſeruatis, loquuntur, *Homobonus de caſibus reſeruatis, Bononiæ p.p. cap. 2. aſſertione 4. verſ. ſicut è contrà, in magnis*, *Floronus de caſibus reſeruatis, Fauentiæ par. p. cap. 4. §. 24. verſic. aut ſe tranſtulit*, ac *Diana parte 3. tract. 4. Reſolut.* 103. & in caſu noſtro præſupponitur non adeſſe reſeruationem. Prçterquam quòd opinio, affirmans poſſe talem à Confeſſario Sæculari abſolui, etiam quando dedita opera, & ad
1082 hunc finem, aliò ſe transferret, vbi cenſura reſeruata, lata per ſtatutum, vel ſententiam generalem, vel caſus eſſet reſeruatus, ad hoc vt facilius abſolutionem obtineat, non eſt improbabilis, tùm quia opinio contraria fundatur in inualiditate talis confeſſionis, ſic in fraudem proprij Paſtoris, factæ, vt per *ſupracitatos authores, & præcipuè per Homobonũ*, ꝙ nõ
1083 eſt certũ, imò ꝙ d. cõfeſſio ſit valida eſt opinio probabilis, ita poſt *Baſil. Pontium*, *teſtatur Diana par. 3. tract. 6. Reſolut.* 28. qui eam, huius probabilitatis, reddit rationem, nempè quòd talis vtatur iure ſuo, & conſequenter talis fraus non ſit illicita, ſicut dicitur à ſimili de proficiſcente, ad loca, vbi diebus, quibus in patria, quis non poſſet comedere carnes, poterit illas comedere. Cõfirmatur hęc ratio, quia Doctores quando docent, exterum poſſe abſolui per quemlibet confeſſarium à reſeruatis in ſua Diæceſi, & ibi perpetratis, id probãt ex eo, quòd in foro confeſſionis ſacramentalis, non attenditur locus delicti, ſed locus iudicij, quòd ſignificat, non teneri confeſſarium inquirere, cuias ſit pænitens, quæ ratio militat, tàm vbi quis hic reperiatur cauſa alicuius negotij, quàm vbi ad hũc tantũ finẽ, vt facilius abſolutionem obtinere poſſit, & per conſequens, ita dicta fraus ſit licita hoc caſu, ſicut in caſu proficiſcentis ad loca, vbi carnes comeduntur. Hanc opinionem poſteà reperi, apud *Stephanum Bauni in ſua Theologia Morali par. 1. tract. 4. q. 8. dub. 5.* loquente de Religioſo habente caſum reſeruatum, eò appellente, vbi dictus caſus nõ eſt reſeruatus, & ſi dedita opera, & ſic non cauſa alterius negotij, vel alia iuſta ex cauſa. Contrà *Homob. ſup.* fauent, et huic opinioni benigiori, *Naldus verbo caſus reſeruatus, n. 10. & Squillantes c. 1. de priuilegijs clericorũ, n. 98.* qui ſimpliciter, ratione de qua ſuprà, nempè hoc caſu non eſſe attendendum forum delicti, ſed forũ iudicij, docent, exterũ poſſe abſolui à reſeruatis in ꝓpria Diæceſi, & ibi cõmiſſis à quolibet Cõfeſſario in alia Diæceſi, quãdo ibi nõ sũt reſeruati, vel ab habentibus circa illos facultatem, ſi ibi quoque ſint reſeruati. Nec obijci poteſt, quòd abſolutio hoc caſu ſit valida, ex tacita volũtate proprij ordinarij ſui, quę non interuenit in abſolutione reſeruatorum, quia id nego, & vtramque abſolutionem affirmo eſſe validam, non ex tacita voluntate aliqua, ſed ex iuriſdictione, quã acquirit Epiſcopus loci prò hoc Sacramento, ergà peregrinum, & viatorem, ac conſuetudine, vt per ſupracitatos authores, & clarius, per *Villalobos p.p. ſummæ lib. 9. difficult. 59. ad finem.* Tandem declaratio S. Congregationis relata à *Zambello, apud Dianam par. 6. tract. 7. reſol. 57.* contrà *Bauni*, niſi athenticè (prout eadem S. Congregatio cenſuit) conſtet, non poteſt huius noſtrę opinionis, probabilitati præiudicare. Dixi à *Confeſſario Sæculari*, quia tales ſi confiterẽtur Cõfeſſariis Regularibus, erunt magis tuti, ex quo habent priuilegium audiendi confeſſiones quorumcumque, & vndecumque, ad eos accedentium, vt aliàs dixi, *ſu-*
1079 *prac. Recoll. 2. numer. 911.* item aliud priuilegium, *vt poſſint abſoluere non tantum cenſuras propriè dictas, quæ ob contumaciam*, feruntur, ſed etiam ſuſpenſiones, & interdicta iuris, quæ ob delictum, merè præteritum, impoſita reperiuntur, ſiuè ad tempus, puta biennium, vel triennium, &c. ſiuè in perpetuum, & ſinè ſpe remiſſionis, vt præter ea, quæ etiã dixi, *p. 2. Recoll.* 11. habetur per *Layman lib. 5. tr. 6. cap. 10. ſub num. 18.*

Tandem, etiam dubitari poteſt, an clerici dictę Ciuitatis ludendo in Monaſteriis exemptis, incurrant dictam ſuſpenſionem? ſed reſponſum fuit, *ſuprac. Recoll. 2. à num. 322.*



Digitized by Google

# RECOLLECTIO VII.

## De Officio, & Poteſtate Confeſſarij circa pænitentes, qui Abortum procurauerunt.

*Ex quo ſuprà Recollectione 4. in principio. Promiſi hanc Recollectionem, quàm poſt aliàs, de interdicto, de irregularitate, de caſibus reſeruatis: cum alijs de matrimonio, voto, iuramento, & maleficijs, ac ſuperſtitionibus, ſubiungere putabam, hic ad calcem huius voluminis, quod iam ad ſufficientiam excreuit, in lucem profero, in ea enim confeſſarius addiſcet, de quibus interrogare debeat, & quando abſoluere poſſit, eum qui tale crimen, commiſiße fatetur.*

*Quid ſit Abortus, & quotuplex.*

1 PRima Concluſio: Abortus eſt fœtus in tempeſtiuè in lucem editus, eſtque nomen deriuatum à verbo, *Aborior, Aboriris, vel Aboreris*, quòd ſignificat vulgariter, *deſperdere, & ſconciare, Azor. par. 2. lib. 2. cap. 26. q. 3.* & alios communiter, poſt Grammaticos, *fauet Textus in l. 1. ſed & ſi ir. certũ, ff. de vetre in poſſ. mittẽdo.* Dicitur Abortus in genere maſculino, & Abortum in genere neutro, & etiam Abortio. *Prateius in ſuo lexicon iuris, hac verbo*, de grauitate huius criminis, *Homobonus de caſibus reſeruatis par. 3. cap. 4.*

Eſtque duplex animatus, & inanimatus, *cap. Moyſes 32. q. 2.* vbi reiciuntur hæreſes aliter ſentientes, ſcilicèt, ſtatim cum ſemine infundi animam, & corpus, quid quid Grammatici appellent Abortum, tantum vbi infrà quadrageſimum diem contingit, eiectionem, verò vocent, quando eſt grandior fætus, vt per *Ambroſium Calepinum verbo Aborior.*

Secunda Concluſio: Abortus inanimatus
2 dicitur in maſculo antò quadraginta dies; in fæmina ante octoginta, *Laym. lib. 3. tr. 3. p. 3. c. 4. ſub n. 3.*

Animatus, verò poſt dictum tempus, *Nau. cap. 15. num. 14. & cap. 17. num. 223.* Hoc autem intelligitur regulariter, quia ob calidiorem, vel frigidiorem matris complexionem, citius, aut tardius animari ſolet, *Azor. p. 3. lib. 2. cap. 4. q. 1. in fine.* teſtatur de probabiliori, *Bonacina diput. 2. de reſt q. vlt. ſect. 1. p. 7.* eſt hæc concluſio communis vt teſtatur. *Ioannes Maria. Bellectus loco infra citando, & Homobon. de caſibus reſeruatis par. 3. c. 4. caſu 6. verſic. 2. incidit*, & iſta debet ſeruari in foro conſcientiæ, *Floronus de caſibus reſeruatis par. 2. caſu 5. ver. abortum, &c. numer. 3.* & ſic in dubio iuxtà prædictum tempus, præſumitur animatus, vel non animatus, vt per *DD. ſupracit. præcipuè per Floronum.*

Tertia Concluſio: Abortus in dubio, an ſit
3 animatus, vel inanimatus, præſumitur in foro conſcientiæ, animatus, & ideò præſumitur maſculus potius, quàm fæmina. *Emanuel Sà verbo Homicidium, num. 2. Quaranta verb. Abortus, Sanchez par. 1. ſummæ lib. 1. cap. 10. num. 43.* & ita obſeruare Sacram Pœnitentiariam, teſtatur, *Pater Naldus in ſuis qq. practicab. verbo Abortus, num. 2.* & de communi teſtatur poſt *Sayrum, Bellectus in ſua diſq. clericali p. p. tit. 1. de diſciplina clericali, §. 5. ſub num. 26.* quòd id sit verum quò adeffe-
4 ctum irregularitatis *tãtũ*, non autem, quò ad aliàs pænas, poſt alios dixit *Theſaurus par. 2. de pœnis Eccleſiaſticis, verbo Abortus, Ampliat. 2.* hæc opinio, & ſi ſit probabilior, tamẽ contraria, ꝙ neq; id ſit verũ de irregularit. eſt opinio probabilis, *Diana p. 4. tr. 2. Reſol. 16.* Amplia concluſionẽ eſſe etiam veram, quando quæritur, de danda medicina prægnanti, quia etiam in dubio debet cenſeri animatus, *Azor. ſuprà queſ. 6.*

Quarta Concluſio: Abortus periculo ſe exponens, etiam abſq: propoſito illũ procurandi, peccat mortaliter, licèt ſi ſequa-
5 tur effectus, non incurrat pænas dictarum conſtitutionum, excepta irregularitate *Nau. cap. 15. num. 14.* & alij communiter, vt per *Quarantam, hoc verbo, §. prædictæ autem. Dixi, abſque propoſito*, quia è contrariò, ſi cum propoſito, tunc ſi ſequitur effectus, incurrit, dictas pænas, vndè illa, q̄ ſuſpicatur ſe eſſe prægnantem, peccat mor-

mortaliter,ſi ſumit potionē,quando nō ſequitur abortus, ſi autē ſequitur,incurrit pænas, & caſum reſeruatum, vt per *Floronum par.2.caſu.5.v.abortum,num.9. verſ. nono. locum babet*, verificatur, iſta cōcluſio,etiā in ea,quæ abſq; tali intētione abortum faciendi, ſe exponit dicto periculo, vt ſi vexat corpus immoderatis laboribus,tripudijs, vel choreis, vt ibidem.poſt alios *Floronus verſ. excipitur autē primo*,vbi quòd talis peccet mortaliter,ſi ſequatur abortus,nō autē caſū reſeruatū,ſicut,nec peccat mortaliter,nec incurrit pænas,& caſum reſeruatū, quæ nō habet tale propoſitum, nec exponit ſe probabili periculo.

Quinta Concluſio : Abortum poculo procurantes; Venefici, non ſortilegi dicuntur, & ſubijciuntur pænis, dictæ Conſtitutionis, *Martinus Delrius in ſua diſquiſ. Magicarum Artium lib.5.ſect.16.verſ.qui prabent.lit.S.S.vbi allegat Farinacium.*

Sexta Concluſio : Abortum maleficijs procurantes,ſortilegi dicuntur, & incurrunt pænas, dictæ conſtitutionis, *Martinus Delrius ſuprà lib.3.p.1.q.4.ſect.3.eū videte.*

Septima Concluſio : Abortus cùm pericu-
6 lo,eſt peccatū mortale,tàm petere,quàm reddere debitū:In hoc conueniunt ōnes Doctores,vt teſtatur *Petrus Rebellius de obligat.iuſt.2.par.lib.3.cap.19.n.15.Bonacina, qui alios allegat, de matrim. q.4. puncto 6.num.15.* ac incidit in caſum de procurante abortum,ſi hac intentione fiat,*Floronus ſuprà num.9.* Declara,vt per *Sanch. lib.9.de matrim. diſp.20.num.5.poſt Henriquez*, quandò periculum eſt ex modo inordinato coitus:ſecus,ſi tantum ex eo, quòd vxor ſit infirmæ, & delicatæ complexionis, fauet *Floronus ſupra num. 13. verſ.10.excipitur*,& dicam infrà, cùm de *offic. & poteſtate Confeſſarij, circa pænitentes matrimonij vinculo coniunctos, q.2. ſect.3.art.5.concluſ.15.*

## *De Abortus Reſeruatione.*

PRima Concluſio : Abortu ſimpliciter
7 reſeruato ab Epiſcopo, compræditur,non ſolum,qui procurauit Abortum fœtus animati,certè, vel dubiè; ſed etiā, qui procurauit Abortum fœtus inanimati certè, quia hic etiam eſt propriè Abortus, & illum procurare eſt peccatum mortale, *Gambarupta de caſibus reſeruatis,cap.15.num.2. Bonacina diſput. 2. de reſtit.q.vlt.ſect.1.par.7.num. Homobonus de caſibus reſeruatis par.3.caſu 6.verſ. 2.incidit,& nos infrà q.4.ampliat.6.Floronus de caſibus reſeruatis par. 2.caſu 5.nu. 8.*vbi ponit, aliàs ampliationes, quas habetis infrà q.3.& 4.

Limita primò, vbi quis dedit potionem
7 mulieri grauidæ, quæ paulò ante conceperat, credendo tunc non incurri caſum reſeruatum ex dicto viri,conſcientia, & ſcientia, præditi.*Floronus de caſibus reſeruatis par.2.cap.4.nu.14.verſ.15.poſt.Graff. par.1.Decis cap.63.num.31.lib.1.*

Limita ſecundò in eo caſu,vbi quis impedierit conceptionē fætus ſtatim poſt concubitum, quia et ſi illud ſit peccatum mortale: tamen eſt impropriè Abortus; & caſus reſeruatus intelligitur de propriè & tali; non autem de impropriè tali, vt infrà,cum de caſibus reſeruatis: ita *Bonacina dicto puncto 7. in fine, poſt Capeauillam, & Sayrum;Graff. de quinq; caſibus lib.1.cap.14.num.38. Homobonus de caſib. reſeruatis,p.3,caſu 6.verſ.3. qui ſterilitatis,&c. Floronus de caſibus reſeruatis par. 2.caſu 4.num.11. & 12. & 13.verſic.ſexto excipitur.*

Secunda Concluſio : Reſeruato homicidio
8 voluntario, non intelligitur reſeruatus Abortus fætus inanimati, cùm habeat incompletam rationem homicidij, ſed benè intelligitur reſeruatus Abortus fætus animati, *Graffius lib.1.de quinq; caſib. cap.14.num.36. & 37. Homobonus de caſibus reſeruatis par.2.cap.3.verſic.qui fætus,&c.*non autem incideret in dictum caſum homicidij voluntarij, qui ex eo, quòd ſaltauit cum muliere grauida, fuit cauſa Abortus, *Homobonus ſuprà par.3. cap.6.verſ.1.incidit.in fine.*

9 Tertia Concluſio Abortus procuratione reſeruata ab Epiſcopo, incidit qs in reſeruationem etiam,quādo effectus nō eſt ſecutus, *Homobonus de caſibus reſeruatis 3. par.caſu 6.Pater Molpheſ.tract.7.cap.20. num.66. Gambarupta, & Cuccus,quos refert,& ſequitur* Bonacina *diſp. 2. de reſt.q. vlt.ſect.1.pun.7.num.5.verſ.2.conſtitutam eſſe*, qui in contrarium refert *Finellium, & Capeauillam*,quorū opinio,eſt probabilis, quia verba debent intelligi cum effectu, & ideò optima ratione,Summus Pontifex Siſtus V. in ſua conſtitutione ſupracitata, id expreſſit,vt ſcilicèt procurantes Abortum,incurrant excommunicationē effectu ſecuto,quòd etiā expreſſit Epiſcopus Fauentinus,vt per *Floronum in eorundem caſuum explic. par.2. caſu 5. n. 9.verſ.7.locum babet*,vbi expreſsè docet, quòd tùnc dicitur effectus ſecutus, vbi etiam poſt longum tempus, Abortus ſit ſecutus,

ſecutus, quia in dubio præſumitur,ex illa cauſa, quod intellige,vt infrà.

Quarta Concluſio : Procurans Abortum,
10 dicitur, non ſolum is, qui eſt cauſa principalis, ſed etiam conſilium, vel opem præſtans, vt fœtus ipſe abigatur, ſiuè venam ſecando, ſiuè vterum percutiendo, onerando, &c.& ideò incidunt, omnes iſti in caſum de procurantibus Abortum, *Homobonus ſuprà verſ. incidit, autem.* Intellige tamen,niſi abſq; dolo,& abſq;mala fide,quis interogatus de cauſis abortiendi, aliquod remediū protuliſſet, quò ille,vel illa ad abortiēdū ſit vſus,qa non incidit in caſum reſeruatum, neque peccat,*Homobonus ibidem,verſic. 2. non incidit*, ſicuti non incidit in dictum caſum,qui caſualiter facit cauſam abortus, vt ſaltando abſque dicta intentione,id.n. ſignificat ly procurare, vt per *Floronū de caſibus reſeruatis par. 2.cap.4 caſu 5.verbo Abortum,num.5.in fine.* ipſa mater procurans incidit in caſum, ancilla, Barbitonſor,&c. *Floronus poſt Graſſium de caſibus reſeruatis par.2.caſu 4.num.7. & 9.* Quid quid ſit de excommunicatione, iuxta verba conſtitutionis,de qua re,*infrà ſuo*
11 *loco.* Dicitur mater procurare, quando volens: ſecus,ſi ex metu graui,ſibi illato de præſenti, ſumat pharmacum, *Floronus ſuprà num.13.in fine.* non dicitur, tamen ad huc finē procuraſſe,qui ratum illū habuit, nec indirectè concurrerat ad illud *Floronus ibidem num. 14. verſic. decimotertio excipitur.*

Dixi (*ſibi illato de præſenti*) quia non excuſat ab hoc caſu, ſi id fiat ob timorem infamię,ſcandali,& ſimilis periculi,vt infrà,& in ſpecie, *Floronus ſuprà §.1.*

Quòd autem incurrat,hunc caſum reſeruatum ille, qui dubius eſt, an ſequutus ſit abortus ex cauſa data, videte *Floronum dicto caſu 5. ſub num. 9. verſic. quid autem ſi dubitat.*

## *De Abortus ante Conceptionem procuratione.*

Abortus procurari tribus modis ſolet. Primò impediendo, nè fœtus concipiatur,poſt concubitum.Secundò,vt fœtus iam conceptus nondum animatus eijciatur. Tertiò,vt fœtus iam conceptus, & animatus excludatur, *Azor.3.par.lib.2. cap.4.in prim.*& alij.

Prima Concluſio : Abortum procurare
12 Pimò modo impediendo, nè concipiatur,ſiuè poculo, ſiuè receptum ſemen eijciendo, eſt peccatum mortale,contrà naturam : ita probatur,*in cap. aliquando 32.q.2.* ratio eſt, quia data opera impeditur ſemen à ſuo naturali fine, *D.Thomas in 4. diſt. 31. in fine,in expoſitione litteræ, Caiet.2.2.q.154.art.1.circa ſolut.ad 4.§.ad ſingula autem obiecta,Tabien.matrim.3 in fine, Angelus verb.debitum, num. 27. vbi Sylu.q.7.Nau.cap.16.num.35. & alij,quos refert,& ſequitur, Sanchez lib. 9. de matr. diſput.20.num.2 & 3.Azor. par.3.lib.4 q. 2.*contrà aliquos *Laym.lib.3.tr.3.p.3.c.4. q.2.*

Ampliatur. Primò etiā ſi iuſta cauſa id fiat, contrà *Angelum,Sanchez,vbi ſuprà,* quia cum ſit cōtrà naturam,nullo fine cohoneſtari poteſt,expreſsè *Azor. d. cap. 4.q.2. in fine,* dum docet, quòd non excuſatur
13 mater, ſi hoc faciat ad vitandam infamiam,vel ſcandalum,v.g.ſi monialis, vel nobilis : nàm ſibi debet imputare : conſentit *Sanchez d.diſp.20.num.10. Azor. & Capeauill.quos refert & ſequitur Bonacina diſput. 2.de reſt. q vlt.ſect.1.pun.7.num. 5. Tamen Sanchez ſuprà nu. ſequenti,* vide-
14 tur limitare hanc ampliationem in maritata,quæ timet concipere ex adulterio, propter periculum exponendi marito alienam prolem; ſed quidem in hac re confuſè, loquitur *Sanchez*; ideòque verū ſenſum eius verborū nō potui adhuc accipere, tamen nec hoc caſu excuſarem,eadem ratione, quòd non ſunt facienda mala,vt veniant bona.

Ampliatur. Secundò ex eodem *Sanchez dicto num.10.* etiam quòd aliqua experta eſſet periculum mortis ſibi ex partu imminere.

Ampliatur. Tertiò,etiam ſi detecto crimine,probabiliter crederet,à cognatis ſibi mortē fore inferendā,*Azor.ſup.* licèt contrarium videatur, docere *Sanchez ſuprà, num.11.* circà has ampliationes,vide infrà *quæſ.ſeq.*

An talis incurrat caſum reſeruatum de Abortu, *ſupra q. præcedenti,* & nouiſſimè,habetur per *Floronum de caſibus reſeruatis Fauentiæ loco ſuprà. allegato.*

Limitare etiam videtur,*Sanchez ſuprà,* vbi puella contraxit ſponſalia de futuro. à quibus ſinè ſcandalo recedere non poſſit. Sed in praxi non admitterem.

Limitatur,tamen Concluſio,quādo hoc fie-
15 ret, ad valetudinem matris in periculo mortis exiſtentis,*vt infrà quæſito ſequenti Ampliat.5.* in quo ſenſu loquuntur, *Zanardus, & alij relati à Diana par.3 tract. 5.Reſol.11.verſ.At his non obſtantibus.*

Limita, quòd Abortum procurans, impediendo Conceptionem, cui-
16 tet pœnas Conſtitutionis *Sixti V.* & Greg. XIIII. *Graſſ.de quinque caſibus,lib. 1.cap.*

Digitized by Google

1.*cap.* 14.*num.* 38.*Sayrus de Cenſuris lib.* 3. *cap.* 35.*nu.* 27.*& Azorius par.* 2. *lib.* 2.*cap.* 26.*q.*4.*& nos infra q.*7.

Fœmina non tenetur, anxiè, diuq; manens,
17 in lecto iacere reſupina, vt ſuſceptum ſemen conſeruet, quia difficilliter receptum, abijcitur, Henriquez, *quem refert, & ſequitur Sanchez de matrim. lib.* 9. *diſp.* 17.*num.* 12.*& diſp.* 20.*num.* 4.

## *De Abortus inanimati* Procuratione.

CONcluſio: Abortum etiam fętus ina-
18 nimati directè procurare, non eſt licitum, ideſt cum remedijs, vel alijs, tendentibus, ad expulſionem fœtus per ſe, & principaliter, *Leſſius lib.* 2.*de iuſtitia, cap.* 9.*num.* 61.vbi teſtatur de communi, poſt *P.Nau.& alios*, quòd ſit peccatum, quia contra naturam generationis, *Azor. tomo* 3.*lib.* 2.*cap.* 4.*q.* 4.*in fine. Layman ſuprà loco cit.*

Ampliatur. Primò, etiam ſi verſaretur periculum infamiæ prægnantis, vel magni ſcandali, quia v.g. nobilis, vel monialis, *Sanchez lib.* 9.*de matrim. diſput.* 20.Molſeſ. *tract.* 11.*cap.* 19.*num.* 192.*& tract.* 7.*cap.* 2. *nu.* 56.*Capeuille de caſibus reſeruatis, cap.* 9.*diff.* 5.*ſ.* 23.*Theſaurus loco infracitãdo, qui teſtatur de communi.* Contrarium probat, *Torreblanca, apud Dianam par.* 3.*tract.* 5. *Reſolut.* 11. *verſic. ſed illum impugnat, ad finem*, & alij plures apud eundem, *p.* 6.*tr.* 8. *reſol.* 37. & ſi proteſtetur, vtrobique *d. opinionem ſibi non placere.*

Ampliatur. Secundò, etiam ſi experta ſit periculum mortis ſibi ex partu imminere, *Sanchez ibidem num.* 10.ſed contrarium alij, *apud Dianam ſup.*

Ampliatur. Tertiò, etiam ſi ſit periculum mortis ſibi inferendæ ab agnatis, vel cognatis, *Sanchez ſup. num.* 9. *Azor.* Filliuc. *Cortolanus, Tannerus, Clarus, &* Farinacc. *apud Theſaurum par.* 2. *de pœnis Eccleſiaſticis, hoc verbo limitatione* 3. *ad finem*, vbi teſtatur, quòd hæc ſit communis, & veriſſima ſententia Theologorum, & canoniſtarum, ſed non deſunt Doctores pro contraria ſententia, *apud* Diana *ſup.*

Ampliatur. Quartò, etiam ſi ſit dubium, an ſit animatus, *Azorius dicto tomo* 3. *lib.* 2. *cap.* 4. *quaeſ.* 6.

Ampliatur. Quinto, etiam ſi prægnantis morbus, mortis periculo ſit expoſitus, nec ſuppetat aliud remedium, niſi remedium directè tendens ad excluſionem fœtus non animati, quia non ſunt facienda mala, vt indè veniat bona, vt ſup. dictũ eſt, *Sanchez ſupra Vaſq. in opuſc. de reſtit.* *cap.* 3. §.2.*dub.* 6.*in fine*. qui contrariam opinionem reputat falſam. Eſt communis opinio, vt per *Leſſ. lib.* 2. *cap.* 9.*num.* 61. *vbi nu.* 60. *in fine*, non damnat, contrariam opinionem, cui fauet poſt alios, *Floronus ſupra* §.2.& eam probant alijs DD. apud *Dianam cit. Reſol.* 11.

Ampliatur. Sextò, vt etiam procurans abortum fœtus inanimati incidat in caſum reſeruatum, de procuratione abortus. *Homobonus de caſib. reſeruatis par.* 3.*caſu* 6. *verſ.* 2. *incidit*, *Floronus ſupra num.* 8. & etiam dixi, *ſupra q.* 2.non autem homicidij, *Layman loco ſupracitato.*

28 Limitatur, quando directè ex remedio procuraretur ſalus matris, indirectè autẽ timeretur, ſequutura fętus nõ animati excluſio. Eſt communis, vt per *Leſſ. ſupra num.* 62.& alios allegando docet *Bonacina diſp.* 2.*de reſt. q. vlt ſect.* 1. *puncto* 7.*nu.* 2.*in reſp. Azorius* 3.*par. lib.* 2.*cap.* 3. *in fine*, teſtatur de communi, *Sanchez lib.* 9. *de matrim. diſp.* 20.*num.* 8.vbi reprehendit, *Petrũ Nau.* dicentem, contrariam opinionem eſſe omnium concordem ſententiam, teſtatur etiam de communi, *Homo bonus ſuprà*, vbi docet, talem non incidere in caſum reſeruatum Abortus, teſtatur, in hoc Doctores conuenire, *Pater Molphes. tract.* 11.*cap.* 19.*nu.* 193.*&* 197. teſtatur etiam de communi, *Comitulus lib.* 4. *Reſponſorum Moralium, q.* 13.*nu.* 6. Ratio eſt, quòd nemo vtens iure ſuo peccat, licèt indè oriatur damnum tertij, quandò hoc damnum per accidens ſequitur. *Layman loco ſupracit. num.* 4.

Addè, quòd in hoc caſu, non cadit dubium, an ſcilicèt, ſi moriatur mater, futura ſit ſpes, vt fœtus viuus naſcatur, cùm iam non ſit animatus, ideò facilior, poteſt eſſe medicus, ad præbenda dicta medicamen-
20 ta. Quæ nam ſit pœna de iure ciuili, tàm matris procurantis dictum fœtus inanimati abortum, quàm aliorum, qui dicta medicamenta directè præbent ad illum excutiendum, *Comitulus ſuprà nu.* 8. *verſ. ſextum effatum*, videte etiam, *Theſaurum decis. Pedamontanã* 12.*per totam.*

## *De Abortus fœtus animati* procuratione.

PRima Concluſio: Abortum fœtus ani-
21 mati certè, vel dubiè procurare, directè non licèt, quia ſemper eſt intrinſecè malum, mortem innocentis procurare. Conſtat apud omnes Authores infracitandos, & in ſpecie, poſt alios *Floronus de caſibus reſeruatis par.* 2.*c.* 4.*caſu* 5. §.2.

Ampliatur. Primò, etiam ſi aliàs ſequatur ſcanda-

ſcandalum, vel infamia prægnantis, aut
familiæ, ſi nobilis, vel monaſterij, ſi mo-
nialis.

Ampliatur. Secundò, etiam ſi timeretur
mors à cognatis inferenda, prægnanti.

Ampliatur. Tertiò, etiam ſi aliàs ſit exper-
ta mortis periculum in partu:

Ampliatur. Quartò, etiam ſi prægnans ſit
in euidenti periculo valetudinis, nec
aliud ſuppetat remedium. Hæ ampliatio-
nes habentur communiter per Docto-
res ſupracitatos, nec habent aliquem
contradictorem, quem adhuc inuenire
potuerim.

Ampliatur. Quintò, etiam, vbi remedia
22 ſint equè mortifera fætui, quã curatiua
matris, *Sayrus poſt alios lib. 7. Clauis Reg. cap. 12. n. 23. Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 20. num. 18. vbi num. 19.* limitat, quando
eſſet dubium, vtrum remedia ſint ſalu-
tifera matri, vel nociua fætui, & dicit valdè
probabilem dictam limitationem, & con-
trà *Pontium, poſt Cruz, & Villalobos, pro-
bat Diana par. 3. tract. 5. Reſol. 11. verſ. no-
tandum ad finem, & verſ. ſeq.* Quòd hoc
caſu, quãdo dubia ſunt remedia, medicus
non incideret in caſum reſeruatum, licèt
peccaret mortaliter, *Floronus de caſi-
bus reſeruatis, par. 2. caſ. 5. §. 2.*

Secunda concluſio: Abortum fætus animati
23 procurare indirectè per remedia ten-
dentia ad curationem matris in pericu-
lo vitæ exiſtentis; non autem ad mortem
fætus, eſt licitum. Ratio eſt, quia tunc
ſolum talis tuetur vitam matris, *Sanchez, qui alios Doctores allegat lib. 9. de matrim. diſp 20. num. 14. Aragon. & Petrus Nauar.*
quos refert, & ſequitur *Pater Naldus
verbo Abortus num. 3.* & alij, quos refert,
& probãt *Floronus ſuprà §. 2. & Comitu-
lus ſupracitato num. 6. verſ. verum enim.*
Dixi, *matris in periculo vitæ exiſtentis*,
quia ſi non exiſtat, in tali periculo, cer-
tum eſt, non licere illi venam ſecare, aut
potionem ſumere, per quã proles perdi
poteſt *Comitulus ſupracit. num. 3. in 3. ef-
fatu.*

Limitatur. Primò vbi licèt moriatur mater,
tamẽ ſit ſpes probabilis, quòd fętus viuus
naſceretur, tunc enim non eſſet licitum,
quiam neceſſitas vitæ ſpiritualis fœtus,
24 præferri deberet neceſſitati vitæ copora-
lis matris, *poſt D. Ant, & Nau. Leſſius di-
cto lib. 2. cap. 9. num. 63.* Pet. Nau. quem
refert, & ſequitur *Sayrus lib. 7. cap. 12. nu.
22. Bonacina*: ita intelligendus eſt, *diſp. 2.
de reſt. q. vlt. ſect. 1. dub. 7. num. 3. in 2. reſp.
verſic. licèt. &c. Sanchez lib. 9. de matrim.
diſp. 20. num. 17.* qui benè aduertit, hunc
caſum, eſſe impoſſibilem moraliter, vt
matre laborante morbo peſtifero, poſſit
eſſe talis ſpes; de magis communi, te-
ſtatur, *Pater Molphes. dicto tract. 11. cap.
19. num. 195.* Dixi viuus naſcatur, quia
ſecus eſt, ſi cònſtaret fætum non poſſe
egredi viuum *Reginaldus lib. 21. praxis,
num. 36.* & antè eum, *Lopez par. 1. ſui in-
ſtructorij, c. § 63. ſed hæc, Layman ſup. verſ.
ſin autem.*

Contraria opinio, quòd hoc caſu *ſit licitum*
præbere medicamentum directè tendens
ad curationem matris, licèt ex eo ſequa-
tur mors fætus, eſt *Corduba, Lopez, &
aliorum*, & dicitur probabilis, ab *Azorio*
25 *tomo 3. lib. 4. cap. 4. q. 7. in fine.* Quòd hoc
caſu, vbi actum eſt de vita matris, ven-
trem ipſius non poſſe diſcindi, vt ex tra-
hatur proles, probat contrà opinionem
medicorum, *Comitulus ſuprac. num. 8.
verſ. 4. effatum*, vbi dictam opinionem
vocat, immanis impietatis plenam.

Tertia Concluſio: Abortum fætus anima-
26 ti procurare, quãdo aliàs certè, tàm ma-
ter, quàm fætus periclitatur, eſt licitum.
Ratio eſt, quia tunc non procurare
talem abortum, eſt *ſolum* nociuum ma-
tri, & nullius auxilij, fætui ipſi, & melior
debet eſſe conditio poſſidentis matris:
Vndè poteſt prægnans currere, vt à fera
inuadente ſe eripiat, aut à vi fluminis, vel
incurſu hoſtium, & cæteris huiuſmodi,
*Azorius 3. par. lib. 2. cap. 3 q. 22. in fine 2. re-
ſponſionis, Sayrus dicto lib. 7. Clau. Regia,
cap. 12. num. 21.* & alij quos ſequitur, *Flo-
ronus d. §. 2. in fine*, de magis communi,
teſtatur *Pater Molphes. ſuprà num. 196.*

Ampliatur, ꝙ hoc caſu etiã liceat accipere
27 medicamentũ matri, quando. ſ. eſt incer-
ta, an fætui mortem, vel matri ſanitatem
concedat, *Sayrus ſupra num. 23. in fine, &
Sanchez lib. 9. de matrimonio diſput. 20.
num. 19.*

Quarta Concluſio: Abortum fætus ani-
28 mati, ſed iam in ventre mortui, eſt lici-
tũ procurare; quia talis non habet ratio-
nem fætus, vel puerperij, ſed maſſę cor-
ruptæ, *Leſſius lib. 2. cap. 9. num. 61. in fine.*
In hoc DD. conueniunt, teſte *P. Molphes.
tract. 11. cap. 19. num. 194.* Si autem abſque
dicta ratione infirmitatis, adhibita ſint
remedia, ad præmaturè fætum eij-
29 ciendum, vel de facto ſit eiectus, & ſi ſu-
peruiuat, ita quod etiã baptizetur, tamen
eſt peccatum procurationis Abortus, &
incideret talis in caſum reſeruatum, *Flo-
ronus ſup. num. 9.*

Quinta Concluſio: Abortum procurare
tàm quò ad caſum reſeruatum, quàm
quò ad excomunicationẽ, & aliàs pœnas
cõſtitutionũ, Sixti V. & Greg. XIV. *dici-
tur*, nõ ſolũ mulier grauida, pharmacũ ſu-
30 mẽs ad hunc finẽ, ſed alia ꝗuis pſona, ꝙ
procu-

Digitized by Google

procurat, vt medicus, det talem medicinam, vel quæ hoc animo vocauit dictum medicũ: Itẽ medicus, qui ob id, medicinã ordinauit; Itẽ Aromatarius, qui ad hunc effectum illam præparauit: Barbitonſor, qui rei conſcius, venam ſecauit; conſanguineus, vel amicus propinans, vel Adulter, aut ſtuprator petens, & imperans, & tandem, qui aliquid huiuſmodi conſulit, ſi conſilium fuit cauſa ſine qua nõ; ita habetur in *Conſt. Sixti V.* & proſequũtur *Graſ. p.p. deciſ. 3. lib. 2. c. 6. n. 11. Floronus ſup. n. 7.* & alij. Vndè in facto dixi, incurriſſe caſũ reſeruatum, & excommunicationem, et euaſiſſe irregularem Clericum, qui tantum ab ea, quam ſciebat habere remediũ ad abortum faciendum, procurauit dictum remedium, ſeù receptam, & tradidit amico, qui ad hunc finem, de hoc eum rogauit, intellige, quò ad caſum reſeruatũ, etiam ſi nõ fuit ſequutus effectus, vt dixi ſup. quò verò ad excomunicationem, & irregularitatem, vbi ſequutus fuit, quia fuit cauſa ſine qua non, vt infrà.

Sexta Concluſio: Abortum, directè
31 cauſat venenum, dilaceratio, percuſſio; indirectè autem venæ ruptio, pharmacũ purgatiuũ ventris, balneum, & cætera ſimilia, *Sanchez lib. 9. de matrim. diſp. 20. n. 14. in princip. Azor. par. 3. lib. 2. cap. 3. q. 22.* latiùs, & propriùs, per *Mercurialem in ſuo tract. de morbis mulierum, cap. primo.* Abortum, etiam Theriaca poteſt indirectè cauſare: Vndè prægnanti tantum remedium, quę vulgò dicicitur, (della china) poteſt dari, vt per *Mercurialem in quadam conſultatione 83. par. 2. & in noſtro* Apparatu *tit. Medicus, & tit. prægnans.*

Septimà Concluſio: Medicus non dicitur,
32 procurare Abortum, ſi ignorans, an mulier ſit grauida, (quòd difficiliter cognoſcitur,) præbeat remedia, ex quibus ſequitur Abortus, *Floronus de caſibus reſeruatis, par. 2. cap. 4. caſu 5. num. 14.*

### *De Abortus fœtus animati excommunicatione.*

33 PRima Concluſio: Abortum fętus animati procurans, incurrit excommunicationem Epiſcopo reſeruatam: ita Gregor. XIIII. in moderatione Conſtitutionis Sixti Quinti *Sayrus lib. 3. de Cenſuris, cap. 35. num. 27. Suarez de Cenſuris diſp. 44. ſect. 2. nu. 13. Pater Molpheſ. tract. 7. cap. 20 n. 69.* vndè illã hodiè non incurrit, qui inanimati fœtus abortum procurauit, vt per præcitatos Authores, quibus adde *Floronum de caſibus reſeruatis. Fauentia par. 2. c. 4. caſu 5. verb. Abor. in princ. & Bonac. t. 3. diſp. 2. q. 2. p. 10. n. 33.* vbi habetis differẽtiã inter reſeruationem, & excommunicationem pro hoc caſu.

Amplia. Primò, tàm in propinante potionem, quàm in muliere, quæ accipit ſcienter dictam potionem, vel aliàs dictum abortum procurante, *Bonacina in Decalogum diſp. 2. q. 1. pun. 4. n. 6. & tomo 3. diſp. 2. q. 2. pun. 10. num. 5. & 13.* ſed opinio contraria, *Patris Naldi verbo Abortus num 1.*
34 quòd ſcilicèt mater procurans in ſe ipſa abortum, non incurrat dictam excommunicationem, non videtur omninò improbabilis, ex eius validiſſimis rationibus, ac ex verbis, *d. conſtit. ita etiam Caiet. v. excommunicatio, Auila 2. par. cap. 5. dub. 12. concluſ. 2 quos ſequitur Diana 3. par. tract. 5. Reſol. 81.* quicquid ſit de caſu reſeruato, de quo dictum fuit ſuprà.

Amplia. Secundò, quod Abortus fętus animati procurationẽ cõſiliantes, ac illi fauentes vel aliter ad ipſam ex propoſito concurrentes, excommunicationem prædictam incurrũt, effectu ſequuto, vt patet ex Bulla Sixti V. & notàt *Nau. cõſ. 21. & 22. de homic.* & omnes communiter, præcipuè *Homob. de caſibus reſeru. p. 3. caſu 6. Bonac. ſup. n. 11.* & nouiſſimè, *Theſau. p. 2. de pœnis Eccleſiaſticis, hoc verbo, ampliat. 3.* Quæ ampliatio extenditur, ẽt vbi tales fuerint in dubio,
35 an ex conſilio, vel fauore dato, fuerit ſequutus Abortus, *Nau. cit. conſ.* Dixi, *an ex conſilio, &c.* quia ſecus eſt, ſi non poteſt coniecturari, an cõſiliũ fuerit exequutũ, ſeù an ipſũ cõſiliũ habuerit effectũ, vt per *Theſau. p. p. c. 16. verſ. prædicta autem concluſio,* vbiquoq; extendit hàc Ampliationẽ, quãdo fuerunt applicata media efficacia, & communiter effectum habentia, quia tunc incurritur excommunicatio, ſecus autem eſt, ſi fuerint in dubio, an fuerit animatus, quia tunc præſumitur animatus, tantum quò ad effectum irregularitatis, non autem, quò ad aliàs pęnas, videte infra *ſub num. 48.*

Amplia. Tertiò, quòd clericus abortum
36 procurans fętus animati debet tradi Curiæ Seculari, ex vi dictæ Conſtitutionis, *Bonac. ſup. n. 14. & Quaranta verbo Abortus,* vbi etiam reperietis, eum eſſe priuatum priuilegio clericali, dignitatibus Eccleſiaſticis, & eſſe inhabilem ad illas, intellige poſt ſentent. condendatoriam, vt in ſimili dictũ eſt aliàs, & in puncto dixit *Theſaurus ſup. n. 2.* limita, vt *infrà num 40.*

Quòd pænę dictarum conſtitutionem in-
37 currantur, non ſolum, vbi fætus mortuus eijciatur per dicta media, ſed etiam ſi viuus, ſed non vitalis, patet, quia hoc etiã caſu, dicitur Abortus, notat *Flauius Cherubim in compendio Bullarum ſchol. 2. in cit. Bullã Sixti V. quæ eſt 87. in ordine.* Quia verò in dicta Bulla, adeſt particula illa *ſcienter,* eximitur ab his pænis, præbens opem, vel

38 auxilium,&c. ex ignorantia iuris, & ſi nō ſit probabilis,ſed vincibilis craſſa,aut ſupina,vel etiam affectata,dummodò nō ſit coniuncta cum ingenti temeritate, vt alias dixi, & in puncto notat *Bonacina ſuprà num.*10.

*De Abortus animati irregularitate.*

39 PRima Concluſio: Abortum fœtus animati procurans,eſt irregularis,non ex vi dictæ Conſtitutionis, ſed de iure communi,*c.Moyſes,cum c.præced.* 32.*q.*2. *cap.ſicut de homicidio,Sayrus,& Suarez,vbi ſuprà*.& omnes communiter,*Bonacina de irregularitate,d.ſp.*7.*p.*4.*nu.*6. intelligitur, autem ſequuto effectu, vt omnes Doctores communiter: ita *Sanchez lib. primo Summæ Moral. cap.* 10. *numer.* 43. *Graffius p.p. decis lib.*2. *cap.*63. *num.*19.Et eſt homicidij voluntarij, vel caſualis, prout ipſe Abortus erit voluntarius, vel caſualis,vt omnes DD.ſupponunt.

Limita.Cōcluſ.ſi quis ex libidine,vel odio,
40 aut alia cauſa ductus, aliquid fecerit homini, vel mulieri, aut ad potandum dederit, vt non poſſit generare, vel concipere,quia non eſt irregularitas, vbi non ſequitur mors, vel mutilatio alicuius, nempè viri, aut mulieris, *Bellettus in ſua diſq.clericali,tit.*1.*de diſciplina clericali,§.*5. *num.*27.*& ſequenti,Graffius lib.*1. *de quinq; caſib.cap.*14.*numer.*38. nec etiam incurrit excommunicationem,*Bonacina ſup.n.*14.

41 Amplia primò,etiam in eo,qui ignorat, mulierem eſſe pręgnātem,hic.n.incurrit irregularitatem, non autem aliàs pœnas dictæ Conſtitutionis, ratio eſt, quia irregularitas incurritur, etiam abſque directa intentione,*Addentes, ad Quarantam verbo Abortus litera A. verſ.limita.*1.*in fine, Homobonus de caſib. reſeru. par.* 3.*caſu* 6.*verſ.*4.*qui non fuit in dolo*.intellige,dummodò culpa mortalis intercedat, vt per *Quarantam ſup.verſ.prædictæ autem*,ſecus eſt,ſi ignorantia fuit iuris, vide *ſup.Recol.* 1.*num.*393.

Amplia. Secundò Abortum cauſans ſal-
42 tando, cum muliere prægnante, ſaltatione inconſueta,& inſolita, incurrit irregularitatem: ſecus,ſi conſueta,& moderata,quia tunc dat operam rei illicitæ, *Henriquez,Auila,Vgolinus,& Molina,quos refert,& ſequitur Bonacina de cenſuris diſp.* 7.*q.*4.*p.*7.*n.*22.intelligūt aliq hāc vltimā partem de Sęculari, quia Clerico, vel Regulari, ſemper eſt illicitum ſaltare cum mulieribus, & ſic dat operam rei illicitæ; ità poſt alios, *Homobonus de caſib. reſeruatis par.*3.*caſu* 6.contrarium autem eſt ſatis probabile,quia adhoc nō ſufficit, foro conſcientię præſertim, dare operā rei illicitæ, niſi opus ſit, etiam periculoſum,ideò ſecundum,*Caietan.*clericus excuſatur,ab homicidio, quando excuſatur etiam laicus,vt infrà, *cum de irregularitate*, videte pro nunc,*Auilam p.*7.*diſp.*6. *ſect.*1.*dub.*1. *in declaratione tertiæ opinionis*, in hoc requiritur ſaltem indirecta intentio,vt *infrà ſub n.*48.incideret in caſum reſeruatū, ac ēt in excomunicationē dictę Conſtitutionis, *Graffius p.p. Decis lib.* 2. *cap.* 63. *num.* 25.Hoc autem caſu,non erit irregularitas homicidij voluntarij, vt per *Hobonum ſuprà*,& ſic eſt diſpenſabilis ab Epiſcopo, vt infrà.

Amplia. Tertiò Abortum cauſans ex co-
43 pula habita cum prægnante,non adhibita debita cautione, eſt irregularis, *Bonacina ſuprà in fine,d.num.*22.*& latius,cum de matrim.q.*4.*p.*6.*num.*17.

Abortus periculum duobus temporibus,
44 etiam ſine mala vteri tractatione, imminere,medici aſſerunt,tempore.ſ.coagulationis, & formationis, & proximè ante partum, P.*Rebell.*2.*p.lib.*3.*q.*19.*numer.*16. *Bonacina d.p.*6.*num.* 16.

Amplia.Quartò,quod Abortum fœtus animati conſulens,ſequuto effectu,eſt irregularis,*Bonacina diſp.*7. *de Cenſuris quæſt.* 4.*pun.*8.*num.*27.Conſulens autem Abor-
45 tum ei, quæ dubitat eſſe prægnantem, ſi non apparet de Abortu, non eſt irregularis, *Nau.conſ.*46. *de Homicidio,Bellettus in ſua diſq.cleric.tit.*1.*de diſciplina clericali, §.*5.*num.*25.*in fine*. Quandò quis eſt in dubio, an ex ſuo conſilio, &c. ſequutus ſit Abortus, an incurrat irregularitatem, patet ex dictis, *ſupra quæſ. præceden. ampliat.* 3. *& Diana parte* 4. *tract.* 2.
46 *Reſolut.*25.Quid ſi conſulens conatus fuit dimouere fœminam, vel alium à conſilio dato, an adhuc euadat irregularis præter ea,quæ dixi *ſuprà Recoll.p. n.*335. *& ſeq.*videte *Dianam p.*4.*tract.*2.*Reſol.*15. vbi & ſi affirmatiuam ſententiam, dicat probabiliorem, tamen negatiuam vocat probabilem.

Amplia. Quintò, etiam ſi id fiat ad ſaluandam famam,vel vitam prægnantis,vt ſuprà ſæpius dictum eſt, licet ſit magis diſpenſabilis talis irregularitatis, *Addentes ad Quarantam hoc verbo.* Amplia quintò in non impediente dictum abortum, quando tenetur,ad id ex iuſtitia, qualiter tenetur parens, ſecundum aliquos, & ſi ſecundum alios,ad id teneatur,ex pietate tantum,*Theſaurus p.*2.*de pœnis Eccleſiaſticis,verbo abortus,cap.*1.*ampl.* 3. *ad finē*, *Diana ante eum ſup.Reſol.*7. *&* 8.

Secunda Concluſio: Abortus irregulari-
47 tas, ex ſe non incurritur, quandò fœtus eſt inanimatus, eſt certum apud omnes; poſt Conſt.Gregorij, *qui* reduxit Conſt.Sixti ad terminos iuris, & de iure, tunc non eſt homicidium, *Azorius tomo* 3. *lib.* 4. *cap.*4.*q.*4.*in princip.*

*Graffius*

Digitized by Google

*Graſſius lib. 1. de caſibus reſeruatis, cap. 14. num. 36. Pater Naldus verbo Abortus, n. 2.* Dixi, *ex ſe,* quia alia ratione poſſet, hic interuenire irregularitas, nempè ſi ob eam cauſam foret condendatus, quo caſu incurrit infamiam iuris, *Theſaurus ſup. limit. 2.*

Aduertendum, quòd, licèt maſculus, vel fęmina poteſt animari antè quadrageſimum, vel octuageſimum diem, vt ſuprà, ex aliquibus authoribus dixi; tamen non incurritur irregularitas, niſi poſt dictum tempus 40. vel 80. dierū ſequatur Abortus, quia lex non datur de his, quæ rarò contingere poſſunt. *Pet. Rebell. 2. par. de obligationib. iuſtitia lib. 3. q. 19. numer. 19. Bonacina de matrim. diſp. 4. pun. 6. nu. 19. in*
48 *fine.* In dubio aut, an fætus ſit animatus, præſumitur animatus, & ſic irregularis, ſecundum probabiliorem opinionem, & ſi contraria, etiam ſit propabilis, *Diana p. 4. tr. 2. reſolut. 16.*

Tertia Concluſio: Abortus irregularitas, licèt incurratur in iſtis caſibus; non tamen ſequitur, quòd incurratur excommunicatio, & pęnę moderationis Gregorij XIIII. Nam irregularitas incurritur, ſinè directa intentione, vndè tantum requirendum à Confeſſario, vtrum ad fuit ſaltem indirecta intentio, ſcilicèt, quòd ſaltem dictus Abortus indirectè fuerit, illi voluntarius, ſeu liber; videte *Hurtadum de irregularitate, diſput. 2. diff. 8. num. 30. ad finem.*

Si ſemel fuerunt propinata pocula, vel pharmaca, aut factæ ſectiones venæ, &
49 deindè etiam poſt longum tempus ſequatur Abortus, incurritur irregularitas à propinante, vel conſulente propinationem, quia præſumitur, Abortum proceſſiſſe à dictis cauſis, vt ſuprà dixi, *q. 2. poſt Floronum par. 2. caſu 5. nu. 9. in 7. caſu;* Quòd, eſſe verum, intellige, niſi ſuperueniat aliqua alia cauſa, ex qua poteſt præſumi, quòd fuit immediatè ſequutus Abortus, non concurrentibus alijs remedijs: ita poſt *Capeauillam, Floronus ſuprà num. 14. in fine,* hæc autem doctrina poteſt adaptari ad caſum mihi in facto propoſitū, de quodā, qui pcurauit ſectionem venę, ex qua, cum poſt 8. dies non fuiſſet ſequutus Abortus, fæmina ſibi iterum ſecauit venam ex ſe, & ſic ſequtus fuit abortus, ideò dixi illum non incurriſſe irregularitatem, cum præſumi debeat, dictū abortū ſequentū fuiſſe ex hac ſecunda ſectione, non autem à primâ.

## *De Abortus abſolulione, & diſpēſatione.*

PRima Concluſio: Abortus excom-
50 municatio, abſoluitur ab Epiſcopo, vel ab eo, qui habet facultatem ab Epiſcopo generalem, abſoluendi à caſibus reſeruatis, hæc concluſio, eſt contrà *Graff. conſ. 21. num. 7. de ſententia excommunicationis, vol. 1.* & ſequūtur *Homobonus de caſibus reſeruatis par. 3. caſu 6. in praxi, verſ. ſecundò, & Boſſius de Iubileo ſect. 1. caſu 6. ad finem,* docentes, quòd debeat habere Confeſſarius facultatem ſpecialem, circa hunc caſum. Probatur concluſio noſtra, ex eo, quod Greg. in ſua Conſtit. tantum dixit, quòd debeat eſſe Confeſſarius ad hos caſus ſpecialiter ab ordinario deputatus, ſed d. verba verificantur, in Confeſſario ſpecialiter habente generalem facultatem abſoluendi omnes caſus Epiſcopales, ergò conſequentia probatur, ex regula, quòd fauores ampliandi, ſed licentia abſoluendi à caſibus omnibus reſeruatis eſt fauor, igitur fauent Doctores, qui ſimpliciter, dicta verba referunt, vt *Quaranta,* Pater *Naldus & alij apud Bonacinam, diſp. 2. in Decalogum, q. p. p. 4. num. 5.* ac deindè ſimpliciter aſſerunt, dictam excommunicationem eſſe Epiſcopo reſeruatam, & clarius loquendo, poſt hæc ſcripta, & lecta, docet per *Bonacina to. 3. diſp. 2. de cenſuris in particulari, q. 2. pun. 10. num. 15.* omninò videndus, & ſi hodiè ceſſet dicta difficultas, cū ſemper Epiſcopi, iſtum caſum ſpecialiter reſeruent, quo caſu non habet locū priuilegium Regularibus, circa hūc caſum, conceſſum, de quo *ſup. p. 2. Recollect. 10. n. 126.* haberet, tamen locū dictū priuile-
51 gium in his Diæceſibus, vbi non reſeruaretur, quò caſu Sæculares Confeſſarij, regulariter non poſſent ab eo abſoluere, *Comitulus lib. 1. reſponſ. cap. 25. n. 13. in 2. enunciatione,* quia aliàs in Bulla Gregorij XIV. fruſtrà diceretur, non poſſe abſolui niſi ab eo, qui ad eiuſmodi caſus ſpecialiter fuerit deputat', & antè eū, *Sayrus lib. 2. de cenſuris, c. 30. n. 26.* q autē
52 vigore Bullæ Cruciatæ poſſit abſolui, probat *Diana par. 5. tr. 9. Reſol. 40.* ſicut loquēdo de Bulla Iubilei, quòd ab eo caſu abſoluere poſſit, quilibet Confeſſarius (quæ valdè confirmant noſtram concluſionem,) contrà *Lauorium* dixi, *cum de Iubileo, par. 2. numer. 39.* & proſequitur *Boſſius de Iubileo ſect. 1. caſu 6.* Dixi *Regulariter,* qa ſecus erit, ſi in tabella, Epiſcopus nō ſolum minimè reſeruaret d. caſum; ſed etiam poſt reſeruationem caſuum cum cenſura, declararet, ſe à cōfeſſis alijs abſoluēdi facultatē cōcedere, vt multi Epiſcopi facere conſueuerunt, teſte *Lazario, apud Floronum de caſibus reſeruatis, p. p. cap. 2. §. 2. num. 20. ad finem.* Sed hoc caſu (ni fallor) non ſufficit, ſi Epiſcopus in dicta Tabella dicat. *Declarare, quòd exceptis dictis excommunicationibus, vt ſup. reſeruatis; Parochi, & omnes Sacerdotes Sæculares, & Regulares approbati, & approbandi, abſoluere poſſint, & valeant ab alijs*



Digitized by Google

*omnibus cenſuris in ſynodalibus, ſeù edictalibus ſtatutis, vel de conſuetudine nobis, vel ordinario loci, ſeù Archiepiſcopo Neapolitano.* (Ità habetur in Tabella nouiſſima Neapolitana) *quouis modo reſeruatis, etiamſi talia forent, quæ requirerent ſpecialem facultatem.* Sed neceſſe eſt, vt faciat mentionem de reſeruatis ſibi à conſtitutionibus S.S. Pontificum, vel ſaltem à canone, vel à iure, ſub cuius appellatione continentur conſtitutiones Pontificæ, vt per *Bona. t.3. diſp.2.q.9.p.5.ſub nu.17.* qui loquitur in terminis excommunicationis latæ, *in Clem.p. de priuilegijs, & exceſſibus priuilegiatorum*, contrà Religioſos abſoluere præſumentes ab excomunicationibus à Canone, vel conſtit. Prouincialibus, vel ſynodalibus de qua ego, *ſuprà recoll. 4. verbo Religioſi, fol. 275.* ex quo textu, non ſolum probatur, eſſe valdè diuerſas excommunicationes latas in ſynodalibus, vel edictalibus ſtatutis, & à Canone, vel à iure, quales ſunt latę in conſtitutionibus S.S. Pontificum, ſed etiam, quod vbi non reſeruatur in Tabella ab Epiſcopo
54 percuſſio leuis clericorum (vt non reperitur reſeruata in Tabella nouiſſima Neapolitana) neque dicti Confeſſarij Sæculares poſſint ab ea abſoluere, cùm in dicta declaratione, non comprehendantur excomunicationes, noſtro Eminẽtiſſimo Archiepiſcopo reſeruatæ à Canone, ſeù à iure, qualis eſt iſta, percuſſionis, &c. Scio *Portellium verbo abortus nu.5. in fine*, docere, Confeſſarium Regularem, hoc
55 caſu, quando abortus non reſeruatur ab Epiſcopo, non poſſe ab eo abſoluere, abſque ſpeciali deputatione, ſibi facta à Prouinciali, ſicut dicitur etiã de facultate diſpenſandi cum coniugatis pro petendo debito, quando impediuntur voto, vel coitu ingeſtuoſo, quem ſequitur *Villalobos p.2. ſumma tr.12. difficult.14. nu.4.* Sed ſua pace, falluntur, ex quo in dicta Bulla Gregorij XIV. datur facultas abſoluendi ab hac excommunicatione cuilibet Sacerdoti, tàm Sęculari, quàm Regulari, *ad Chriſti fidelium confeſſiones audiendas, ad hos caſus* (hęc sũt eius verba) *ſpecialiter per loci ordinarium, deputato*, & no
56 mine *Ordinarij loci*, quò ad Sęculares maximè, eſt certum apud omnes, intelligi debere Epiſcopum, & tantum eſt difficultas, quò ad pęnitentes Regulares, vt dixi, *p.2. de Iubileo num.212.* & proſequitur (& ſi me citet, non pro opinione prò qua firmo concluſionem, ſed pro ea, quã duntaxat dico probabilem) *Boſſius de triplici Iubilei gratia, ſect.3. caſu.4. num.6. 7. & 10.* an intelligatur, etiam Prelatus Regularis, quę difficultas, neque poteſt eſſe in caſu noſtro, nam contrà eoſdem *Portellium, & Villalobos locis citatis*, Dico,
57 quòd ſi inter Regulares non eſſet dictus caſus reſeruatus, Sacerdos deputatus à ſuperiore pro confeſſionibus ſuorum ſubditorum poſſet ab eo abſoluere, quia Clemens VIII. inter alios caſus, quos in ſuo decreto, *apud Quarantam verbo caſus*, voluit, poſſe ſuperiores ſibi reſeruare, ſexto loco, poſuit caſum hũc abortus, vndè per conſequens voluiſſe *iudicandum* eſt, non ſolum, quod vbi ſuperior, illum caſum non ſibi reſeruaret, poſſit confeſſarius, vt ſuprà deputatus ab eo abſoluere, ſed etiam conſtitutionem Gregorij non comprehendere Regulares, ſed tantum Sæculares confitentes approbatis ab Epiſcopo, qui propriè eſt ordinarius loci.

Secunda Concluſio: Abortus irregulari-
58 tas diſpenſatur à Summo Pontifice, ſicuti irregularitas homicidij voluntarij, ad quam reducitur, vt per *Suarez tomo 5. diſput.44. ſect.2. num.13.* Quòd eſt verum ſi fuit Abortus voluntariè procuratus: ſecus ſi à neſciente eſſe grauidam, vel nõ eo fine abortiendi, ſed medendi matrem prægnantem, vt ſuprà *q. præced.* dictum eſt. Tamen aduerte, quòd Sacra Pænitentiaria mitius ſe gerit in diſpenſatione, huius irregularitatis, quam illius ex homicidio: ita poſt *Nau. Gambarupta de caſibus reſeruatis, cap.15. Addit Theſaur. par.2. de pœnis Eccleſiaſticis, hoc verbo ad finẽ*, quòd in S. Pænitentiaria, ſupplicans pro diſpenſatione irregularitatis ex abortu in caſu occultò, vt ſit tutus, debet exprimere, an fætus fuerat à ſe genitus, quia cum hoc caſu difficilior ſit diſpenſatio, ſi non fieret talis expreſſio, gratia eſſet ſubreptitia.

Quando erit occulta talis irregularitas, po-
59 teſt diſpenſari ab Epiſcopo iuxta facultatem illi traditam à Sacro Concilio Tridentino, intellige de clerico ſæculari, quia ſi eſt Regularis, diſpenſatur à ſuo Prælato, vt poſt *Rodriquez, notant Homobonus ſupra cit. caſu 5. in Praxi, & Theſaurus ſup. limit.1.* Aliqui, id concedunt Prælato, etiam quando fuit voluntarius, *Portellius verbo Abortus num. 10. Villalobos par.2. ſumma tract.12. diff.14. num.6. Diana par.4. tr.2. Reſol.87.*

Tertia Concluſio. Vbi dubitatur, an fœtus fuerit animatus, vel non, & iam
60 Abortus ſit ſecutus ex illis herbis, potu, verberibus, ſaltu, &c. ad cautelam erit, petenda diſpẽſatio, *cap. ſignificaſti, el primò iuncta, Gloſ. in verſ. ad cautelam de Homicidio, Nau. cap.27. num.225. Angelus Homicidium, p. num.7. Maiolus de irregularitate, lib.5. cap.48. §.1. num. 4. Sayrus de cenſuris lib.6. cap.15. num.25. Bell. in ſua diſquiſitione clericali, tit. de Diſciplina cleric. §. 5 num.26. in fine.*

ADDI-

Digitized by Google

# ADDITIONES

## Eorum Authorum, quos poſt impreſſionem cuiuſque folij, ad manus mihi peruenerunt, ac earum etiam doctrinarum, quas poſt eandem impreſſionem, recolligere, ad Lectoris vtilitatem, potui.

FOl. 3. *ſub num.* 27. *linea* 12. ibi & degradationem Adde, quos videtur, ſequi *Ledeſma tomo* 1. *ſumma cap de las cenſuras Eccleſ. c.* 1. *verſ. Tercera Concluſion.*

*fol.* 5. *num.* 49. *ad finem.* Adde neque diſplicet *Diana par.* 1. *tract.* 11. *de Bulla Cruciata Reſol.* 27. *ad finem.*

*fol.* 7. *num.* 47. *linea* 23. ibi hue vſque *Miranda*, Addè, & ſi id, quòd præſupponit in illis verbis, *qui fortè celebrauerint neſcientes, ſe eſſe excommunicatos, ex quo perindè irregularitatem incurrant*, non ſubſiſtat, quia irregularitas, non incurritur, ab eo, qui neſciens ſe excommunicatum, celebrauerit, *vt infrà num.* 336. *& ſeq.*

*fol.* 8. *num.* 56. *lin.* 8. ibi Regularibus Adde, reſpectu ſuorum ſubditorum.

*ibid. lin.* 9. ibi à Pio V. Adde, & dixi *ſuprà par.* 2. *de Poteſtate Confeſſarij Recoll.* 11. *à num.* 206.

*fol.* 9. *col.* 1. *lin.* 7. vbi dicit ex homicidio, dicas, generaliter.

*fol.* 13. *num.* 85. *lin.* 13. ibi *deciſ.* 63. *numer.* 11. Adde eſt etiam neceſſaria citatio. *Portellius verbo ſuſpenſio num.* 4.

*ibid. num.* 88. *ad finem*, ibi apud omnes Adde, videte infrà *Recoll.* 6. *à num.* 47.

*fol.* 26. *nu.* 177. *lin.* 3. ibi antè publicationem Adde. Dixi *Epiſcopũ*, quia id habet locum in ſynodo Diæceſana ſecus ſi fuerit Prouincialis, vt habetur in dicta declaratione, relata à *Quaranta loco ſupracitato.*

*fol.* 27. *num.* 182. *lin.* 6. ibi cleri Adde, Synonales Conſtitutiones, an & quando dicantur ab initio receptæ, ad hoc, vt dicatur quis earundem Conſtitutionum tranſgreſſor, *Sperellus deciſ.* 15.

*fol.* 29. *num.* 91. *lin.* 12. ibi de hac re Adde, de qua videte, *Riminaldum conſ.* 38. *volum.* 3. Qui loquitur de excomunicatione, lata à delegato Papæ. Edicta, Epiſcopi, vel Vicarij, an & quando poſt mortem, vel remotionem ab Epiſcopatu, aut Vicariatu, durent, *Sperellus deciſ.* 14.

*fol.* 30. *num.* 200. *lin.* 10. ibi *num.* 72. Adde, Amplia, etiam in ſimili cenſura lata, per ſententiam generalem à legato latere; vide *ſup. num.* 190. *& ſeq.*

*fol.* 22. *num.* 808. *lin.* 6. ibi 108.; Adde, quidquid contrarium doceat, *Fagundez loco ſuprac. ſub num.* 179.

*fol.* 35. *num.* 243. *lin.* 6. ibi *num.* 42. Adde, etiam eo caſu, quo fuerit contracta, ob peccatum mortale.

*fol.* 37. *num.* 250. *lin.* 9. ibi &c. Adde idem docet, *Layman lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 1. *cap.* 5. *num.* 1. *ad finem.*

*ibid. num.* 251. *lin.* 14. ibi &c. Adde, vt infra *Recoll.* 2. *num.* 575.

*fol.* 38. *in* 1. *col. lin.* 4. ibi ad finem. Adde alios caſus, vide apud *apud Caſtrum Palaũ tomo* 1. *tract.* 2. *diſput.* 2. *p.* 7.

*ibid. num.* 261. *lin.* 10. ibi Cruciatæ, adde *Reſol.* 36.

*ibid. num.* 262. *lin.* 1. ibi excommunicationem. Adde hanc opinionem eſſe probabilem, teſtatur *Diana loco ſupracitato.*

*fol.* 39. *nu.* 270. *ad finem*, ibi omnes. Adde, *Diana par.* 5. *tract.* 9. *Reſol.* 59. *& ſeq.*

*fol.* 40. *num.* 280. *lin.* 4. ibi *Sanchez.* Adde, *Ricciullus, & Caſtrus Palaus.*

*fol.* 41. *num.* 282. *lin.* 19. ibi ſuprà. Adde, & *Ricciullus cit. cap.* 9.

*ibid. nu.* 284. *ad finem*, ibi *ſupracitatos.* Adde *Diana par.* 4. *tract.* 4. *Reſol.* 240.

*fol.* 43. *num.* 304. *ad finem*, ibi communiter. Adde, item de eo, qui non tenetur, ex officio impedire, & tamen ex dolo



Digitized by Google

non impedit percuſſionem clerici, vide infrà *Recoll.*5. *num.*115. per peccatum omiſsionis, quādo incurratur cenſura, *Bonatina tomo* 3. *diſp.*2. *q.*3. *pun.*6. *ſect.*1. *§.*2. *num.*7. *ad finem.*

*fol.*45. *num.*324. *lin.*6. ibi *n.*11. Adde quem poſteà reperi, ſequi *Dianam par.*5. *tra.* 9. *Reſol.*41.

*fol.*47. *col.*1. *lin.*7. ibi 83. Adde, *& par.*4. *trat.* 2. *Reſol.*14. *& par.*5. *tract.*9. *Reſol.*18.

*fol.*52. *num.*369. *lin.*25. ibi *num.*273. Adde qui etiam.

*ibid.* *linea.*33. ibi dicit, Adde hanc opinionem *Suarez.*

*ibid. num.*372. *ad finem*; Adde, quòd temeritas, etiam interueniat, vbi non eſt dolus, probat *Farinac. par.*1. *praxis q.* 90. *num.*58.

*fol.*55. *num.*399. *lin.*10. ibi opinione. Adde Amplia, quòd dicta ignorantia culpabilis, ſi non fuerit mortaliter talis, excuſet à reſeruatione irregularitatis, vt infrà *Recol.*6. cum de ordinato per ſalſum.

*fol.*60. *num.*438. *ad finem.* Adde, & ſi contrarium dicatur, in *l. nec timorem, ff. quod metus cauſa,* vbi quòd quis excuſatur, ab his, quæ geſſit per metum, licèt culpa ſua fuerit data cauſa metui, & habetur, etiam in *cap. veniens de ſponſalibus,* quæ iura allegat *Abbas in cap. vt debitus, num.*32. *de appellat.*

*ibid. num.*43. *ad finem.* Adde de ingrediente monaſterium monialium cauſa reponendi Sanctiſſimum Sacramentum in tutiori loco, vel extinquendi incendium, *Riccius par.*1. *praxis inter ommiſſas, deciſ.*711. *ſecundum primam edit. Neapolitanam.*

*fol.*61. *num.*448. *ad finem.* Adde poſt *Suarez tomo* 5. *diſp.*6. *ſect.*3. *num.*20.

*fol.*62. *num.*453. ibi *à num.*271. Adde, an ratione minoris ætatis, quis excuſetur à cenſuris; infrà *Recoll.* 4. *verbo mulieres ingredientes.*

*ibid. num. ſequenti ad finem.* Addde latè *Ricciullus lib.* 4. *de iure perſonarum, cap.* 65. vbi habetis alias ampliationes.

*ibid.* *num.*456. *ad finem,* Addè, vt infrà *latius Recoll.*6. *num.*1046.

*fol.*63. *col.*2. *lin.*3. ibi *num.*3. Adde de communi teſtatur, *Ricciullus lib.*4. *de iure perſonarum, cap.*65. *num.*25. *&* 35. *cum ſequentibus.*

*fol.*64. *num.*465. *ad finem,* Adde, *Ricciullus lib.*4. *de iure perſonarum, cap.*65. *nu.*32. *Boſſius de triplici iubilei gratia, ſect.*1. *caſu* 2. *num.*11. *& ſect.*3. *caſu* 2. *num.*19. vbi, quando lex poſterior abroget legem priorem contrariam.

*fol.*69. *nu.*512. *lin.*8. ibi loco. Addè *Ricciullus lib.* 4. *de iure perſonarum, cap.* 63. *num.*25.

*fol.*70. *ſub num.*514. *ad finem,* quæſiti Adde Tertia Concluſio: à cenſuris, non ſibi reſeruatis à conditore canonis, vel legis, poteſt abſoluere Epiſcopus. Hęc concluſio pro cenſura excommunicationis, eſt communis ex textu expreſſo, in *cap. nuper de ſentent. excommunicationis,* vbi etiam per DD. id extenditur, etiam ad Parochum, & alium Confeſſarium expoſitum, *Sayrus alios citans, lib.*4: *de cenſuris, cap.*17. *num.*12 *&* 14. Dixi, *prò cenſura excommunicationis,* quia id non eſt ità certum de cenſuris ſuſpenſionis, & interdicti, vt infrà ſuis locis, & in ſpecie, *rec.*6. *n.*1055

*fol.*74. *n.*543. *lin.*12. ibi iuris. Adde, vt infrà, cū de ſatisfactione partis, *rec.*2. *n.* 918.

*ibid. col.*2. *lin.*8. ibi 321. Adde *Ricciullus lib. de iure perſonarum, cap.*65. *num.*23.

*fol.*78. *num.*580. *lin.*5. ibi in fine, Adde *Alterius lib.*4. *de cenſuris, diſp.*4. *cap.*4.

*fol.*82 *num.*31. *lin.*1. ibi tamen. Adde *Suarez diſp.*4. *ſect.*7. *num.*42.

*ibid.* *lin.*10. ibi ſequi. Adde, videte *Dianam par.*5. *tr.*9. *Reſol.* 29. *ad finem, & Reſol.*44.

*ibid. num.*33. *lin.*8. ibi cauſæ, Adde *Auila* relatus à *Diana par.*5. *tract.*9. *Reſol.*72 qui *Diana ibid. Reſolut.*11. clarius adheret noſtræ opinioni.

*fol.* 87. *nu.*79. *lin.*26. ibi infrà citandi, Adde nouiſſimè *Diana par.* 5. *tract.*9. *Reſol.* 135.

*fol.*90. *ad finem primæ columnæ,* Addè Cenſura, lata per Vicarium poſt reuocationem, vel mortem Epiſcopi lata, an ſit valida *Sperellus deciſ.*10.

*fol.*91. *col.*1. *lin.*1. ibi *num.*21. Adde, ac latius *Layman lib.*1. *tract.*5. *par.*1. *cap.*6. *n.*2. qui refert ad hoc quædam verba notabilia *Gabrielis.*

*ibid. lin.*5. ibi *num* 221. Addè, *Layman loco ſuprà cit. verſ. quæres.*

*fol.*94. *num.* 146. *lin.* 4. ibi appellationem. Addè, ſed datur, hoc caſu ſupplicatio, vt infrà *num.*665. *Et num.*150. *lin.*9. ibi & contumacia. Addè *Chartarium, dec.* 72. *nu.*11. *Curia Archiepiſcopalis, Mediol. & Bellectum in diſquiſ. clericali, de fauore cleric. canonis,* §. 5. *numer.*28. *& ſeq.*

*fol.*96. *num.*165. *lin.*7. ibi *ſuprà cit.* Adde, in dubio autem appellatio non debet cenſeri facta omiſſo medio, *Diana par.*5. *tr.*10. *Reſol.*18.

*fol.*98. *num.*187. *lin.*4. *num.*081. Addè imò, ſi dictus iudex ſe ingerat; magis redditur

tur

Digitized by Google

tur ſuſpectus, & acta ſunt nulla, *Sanfelicius deciſ.*85.*par.*1.omninò videndus.

*fol* 99.*num.*198.*ad finem.* Adde inimicitia, quādo ſit cauſa legitima ſuſpicionis, *Sanfelicius ſuprà deciſ.*81:

*fol.*100.*ad finem,num.*200. Adde,vide *S. Felicium ſup.deciſ.* 80. vbi etiam de verbis comminatorijs.

*ibid.num.*201.*lin.*3.ibi ſub *num.*1.Adde, & *Riccius in collectan.deciſ.collect.* 1526.

*ibid.num.*202.*ad finem,*Adde de cognatione ſpirituali, *Sanfelicius ſuprà. deciſ.* 83. *vbi dec.*79.habetis,qua ratione ob inconfidentiã, Iudex poſſit recuſari ſuſpectus.

*ibid.num.*210.*lin.*6.ibi declaraui, Adde videte *Alzedum in praxi Epiſcopali,par.* 2.*cap.*2:*nu.*25.

*fol.*101.*num.*210.*ad finem.* Adde ob grauamen illatum in alia cauſa,poteſt recuſari iudex de iure canonico,non autẽ de iure ciuili, *Sanfelicius par.* 1. *deciſ.* 86.

*fol.*103.*num.*250.*lin.*7.ibi *num.*13.Adde *Lazarius de monitorijs ſect.*4.*q.*18.omninò videndus,& inſerendus.

*fol.*104.*num.*260.*lin.*12.ibi *num.*162. Adde & docet,quoque *Naldus verbo ſtatutum ſub num.*16.

*fol.*105.*nu.*276.*lin.*23.ibi loco infrac.Adde, & alios quos citat, *Sanfelicius.parte* 1: *deciſ.*65.*num.* 10. *& ſeq.*vbi à pari, refert deciſum, Baronem delinquentem in Territorio alterius Baronis,ab eo,& non à M.C.V.eſſe puniendum.

*fol.*108.*n.*300.*lin.*13.ibi *cap.*58. Adde *Alzedus par.* 1. *praxis Epiſcopalis, cap.*7. *num.*6.

*fol.*109.*num.*303.*lin.* 3. ibi ſuffraganti Adde vide *Riccium par.*1.*praxis deciſ.*512.*in paruis,vbi refert,aliam deciſ.Seraphini.*

*fol.* 111.*nu.* 318:*lin. vltima.*ibi ratio Adde *Layman lib.*1.*tract.*5.*cap.*4.*nu.* 6.*ad finem,& ſeq.*

*ibid.num.*320.*lin.*2.ibi præuentio Adde, vt videtur ſupponere *Layman ſupracit. cap.* 11.*num:*7. ibi *idemque dicendum eſt ſi ſubditus ratione domicilij alibi deliquit,& à Iudice delicti præuentus non eſt,poteſt iudex domicilij reum citare, & contumacem eum excommunicare.*

*fol.*112.*nu.*123.*lin.*21.ibi de communi Adde *Layman lib.*1.*tract.*5.*c.*4.*n.*6.*verſic. corolarium* 3.*ſequitur Ciarlinus in ſuis controuerſijs,cap.*61.

*ibid. col.* 2. *lin.*5.ibi *in* 6.Adde clarius, *Sanchez lib.* 6. *opuſculorum moral. cap.* 9, *dub.*1.*nu.*37.eum videatis.

*fol.*116.*col.*1.*lin.pen.ibi extrà territorium.* Adde, ſic etiam, *Layman citatus ſupr à ſub nu.*377.

*fol.* 118.*nu.*365.*ad finem,* ibi *contumacia,* Adde,vide omninò,*d. Addit.nu.*4. vbi quod ſufficit,ſi teſtes dicant,ipſos non audere exequi, vel quod citationes non poſſunt exequi, ſine alicuius licentia.

*ibid.nu.*366:*lin.*28.ibi *num.*828..Adde latè *Caſſadorus deciſ.*2. *& duabus ſequentibus ſub tit.de dolo, & contumacia.*

*fol.*121.*nu.*386.*ad finem,* Adde confirmat *Sperellus deciſ.*97.*nu.*31.vbi declarat, quando id etiam procedere poſſit.

*ibid.nu.* 388.*lin.*9. ibi exemptum Adde,& latius proſequitur *Lauretus de Franchis in ſuis controuerſijs, inter Epiſcopos,& Regulares fol.mihi.*228.

*fol.* 122.*nu.*395. *ad finem,* ibi conſuetudo. Adde,quæ eſt,vt petatur ab vtroq:ita *Sperellus cit.deciſ.*97.*ad finem.*

*fol.*125:*n.*422.*lin.*38.ibi pendere,adde vide infrà n.439. vbi contrarium firmo.

*fol.*126.*nu.*430.*lin.*1.ibi *ſup. citatis.* Adde hãc noſtram concluſionẽ, fatetur eſſe valdè probabilem,*Leſſius lib.*4.*cap.*29. *nu.* 49. *videte etiam infrà Reſoll.*6.*nu.* 1079.

*fol.*127.*nu.*434.*lin.*3.ibi *nu.*14.Adde,& ante eum,*Layman lib.*1.*tract.*4.*cap.* 14.*n.*5. *ad finem.*

*fol.*128.*nu.*447.*lin.*1.ibi *nu.*4. Adde Layman *lib.*1.*tract.*4.*cap.*10.*num.* 6.*ad finem. Et lin.*4.

ibi reſeruatos Adde,*Diana par.*2.*trat.* 15.*reſol.*1.*& de puero loquente cum monialibus par.* 3.*tra.*2. *Reſol.*48. *Floronus par.* 1.*de caſibus reſeruatis, cap.*3. *nu.* 29. *& cap.* 4.*§.*7.*& ſi Ioannes de Lugo in tract.de ſacr.pœnit.diſp.*20.*ſect.* 2.*contrarium probet.Et linea* 15.ibi decidentes.Adde vide *Sanctium in ſelectis diſp.*26.*nu.*18. qui id dicit probabile ſicut etiam antea dixerat,*Emanuel Sà* apud *Layman ſup.nu.*5.

*ibid.nu.*448. *lin.* 2.ibi ex delicto Adde de qua re,Layman *ſup.nu.* 7. *Theſaurus par.*1.*de pœnis Eccleſiaſticis,cap.*17.

*fol.*129.*nu.*450.*lin.*3.ibi *dub.* 5.Adde,*& Sanctium loco ſupracit.*

*fol*:130. *nu.*463. *lin.* 10. ibi mentio.Adde Diana *par.*5.*tract.*9 *Reſol.*16.

*ibid. num.*466. *in principio* Adde, circa iſtud,vide *Sperellum deciſ.* 38.*Et linea* 14.ibi excommunicatio Adde, *Portellius in ſuis dubijs regularibus, verbo exemptio in Addit:*vbi ſubdit rationem ob quam Regulares fuerunt exempti à tali iuriſd.vide et infrà *n.*500. *Et lin.* 18.ibi priuilegia Adde,vide infrà *n.*730

*fol.* 131.

Digitized by Google

*fol.*131.*col.*1.*lin.*5.ibi Eccleſiaſticæ. Adde, & generaliter loquẽdo de offendentibus turbando iuriſdictionem, *Lauretus de Franchis in ſuis controuerſijs inter Epiſcopos, & Regulares, fol.*40.*verſ. ad ſecundum,* Nouarius *in ſnumà Bullarij cum de proceſsionibus.*

*fol.*132.*col.*1. *lin.*1. ibi ciuilibus Adde *Nouarius in Lucerna Regular. verbo oblati, ad finem.*

*ibid. nu.*481.*lin.*5.ibi *nu.*93. Adde *Galluppus in Praxi S.Conſilij par.* 2. *cap.* 6. *num.*53.

*& linea* 17.*ibi nu.* 42. Adde *Lezana par.* 2.*cap.*14.*nu.*31.*& clarius, nu.*41.

*& nu.*482.*lin.*19.ibi *nu.*33. Adde *Thorus in compendio, deciſ. verbo moniales Tertiaria.*

*& nu.* 483. *lin.* 15. ibi *eod. verbo* Adde *Lezana par.*2.*cap.*14.*cit.nu.*31.*&* 41.

*& lin.*24.ibi ordinarij Adde *Lezana ſup. nu.*35.

*& nu.*485.*lin.*9.ibi & 4. Adde vide *Guttierez lib.*4.*pract. quæſt.q.* 54.

*& nu.*486.*lin.*24.ibi, vel moralem. Adde & alijs caſibus de quibus, per *Lauretum de Franchis in ſuis controuerſ. inter Epiſcopos, & Regulares q.* 6.*fol. mihi* 314.

*fol.*133.*nu.*488.*lin.*21.ibi ad finem, Adde, & proſequitur *Nouarius in ſumma Bullarij cum de proceſsionibus nu.* 6.*&* 7. *Lauretus de Franchis ſup. verſ.*2.*fallit.*

*& lin.*30. ibi *n.*5. Adde vbi in ſpecie, quòd & ſi aliqui dixerint, S. Congregationem declaraſſe, poſſe Epiſcopum per cenſuras compellere Regulares ad proceſsiones, oporteat, vt oſtendant, dictas declarationes Authenticas.

*& nu.*491.*lin.*6.ibi *num.*6. Adde *Lauretus de franchis ſup. q.*7.*fol.*319.*& q.*20.*fol.*335. *pro hac ſententia adeſt declaratio S. Congregationis Concil. in Liman.*29. *Ianuarii* 1633.*apud Barboſam in collectan. Bullar. & Decretorum, verbo Epiſcopus ad finem, his verbis Epiſcopus poteſt Regularem exemptum, qui ob notorium delictum in cenſuras incidit, denunciare pro publico excommunicato, vt tamquam talis euitetur, ab omnibus,* quæ proculdubio ſi eſſet vera, & autenticè de ea conſtaret, (vt cenſuit eadem S.Congregatio, quæ etiam poſt hæc ſcripa, de hoc anno ſuſpendidit dictam Collectaneam Barboſæ) eſſet ſecundum eam iudicandum.

*fol.*134.*nu.*495.*lin. vltima,* ibi *nu.*30. Adde, vide *Sperellum deciſ.*38.*nu.*12. *& ſeq.*

*fol.*136.*num.*506.*lin.*8.ibi *num.*124. Adde *&* 167.

*& num.*513.*lin.* ibi *num.*5. Adde *Ioannes Cruz lib.*1.*de ſtatu Religionis, ac priuilegiis ipſius, cap.*6.*dub.*4.

*fol.*137.*nu.* 517. *lin.* 7. ibi *Vicarios,* Adde *Amplia* 3. *etiam in Religionibus non exemptis,* quia etiam hoc caſu, in cauſis pertinentibus ad Regularem diſciplinam ſubduntur Prælatis, & in cauſis maioribus tantum ſubduntur Epiſcopis, *Layman lib.*1.*tract.*4.*cap.*7. *nu.*28.*& ſeq:* hoc autem caſu pro cauſis pertinentibus ad Regularem diſciplinam poſſe appellare ad Epõs, patet ex dictis *ab eod. Layman loco ſupra citato tract. cap.*7.*nu.*2.*verſ. de ſuperiore, ad finem.* Quid de monialibus non exemptis, *Lezana parte* 1.*cap.* 11. *in princ.*

*fol.*141.*col.*2.*linea* 10. ibi §.7. Adde *Bartolomeus de Vecchis in Praxi Nouiorum diſput.*11.*dub.*11.*Sanchez lib.*6.*opuſculorum moralium, cap.*9.*dub.*1.*nu.*31.*& Lauretus de Franchis ſup. q.* 46.*fol. mihi* 363. vbi de nouitio delinquente extrà clauſtra.

*fol.* 142.*nu* 562.*lin.*11.ibi incurrendæ Adde ſi adhuc maneat in Religione ſecus, ſi iam ab ea diſceſſit, vide infrà *Recoll.*4.*nu.*615.

*ibid. lin.* 37. ibi viſitationem Adde argumento notatorum, per *Kislerium in ſua pract. de iudic. Regulari, cap.*16.*nu.*76.*ad finem,* vbi, quòd ſecluſis Conſtitutionibus Religionis, Viſitatores in interrogando non debeant exigere iuramentum, per quod quis occultum crimen prodere aſtringatur, iuxtà *tex. in c. Romana de cenſibus in* 6. *& nu.*78. ſubdit, quod ſi de facto dicti viſitati interrogarentur, ſub iuramento, neq; ſubditi teneãtur occultos crimi noſos, nulla infamia laborãtes, denunciare, concordat *Lezana par.*1. *cap.* 27. *nu.*2. vbi, quod dictum iuramentum habeat vim præcepti.

*f.*143.*col.*1.*lin.*4.ibi *fol.*238. Adde *Lauretus de Franchis ſup. q.*46 *fol.*365.

*fol.*146.*n.*591.*lin.*5.ibi ferre. Adde *Alterius lib.*3 *de cenſuris diſp.*5.*cap.*4.

*fol.*148.*col.*1.*lin.*1.ibi grauatum. Adde, de quare, poſt *Alterium Campanilis, Rub.* 11.*cap.*15.*nu.*86.

*ibid. lin.*5.ibi *nu.*12. Adde *Bonacina tome* 3. *diſp.*3.*q.*5.*pun.*1.§.1.*n.* 2.*verſ. dixi,* vbi idem dicit de excommunicatione, lata per edictum, ſtatutum, vel legem.

*fol.*149.*nu.*610.*lin.*7.ibi dixi Adde, *ſup. Recoll. praecd. n.* 104.

*ibid. lin.* 9. ibi, & alios, Adde, quos ſequitur

*Bona-*

Digitized by Google

*Bonacina tomo 3.diſp.3.q.5.par. 1.§.1.* *nu.* 4. qui hoc dicit probaile.

*fol.*150.*col.*1.*lin.*12 ibi *nu.*8.Adde,ſed benè Curſori,dùm facit fidem de ſpectantibus,ad ſuum officium, vt in terminis habetur,per *Sperellum deciſ.*48.quem videas pro tota materia.

*ibid.nu.*616.*lin.pen.*ibi *in princ.* Adde,ꝙ eſt verũ,nõ ſolũ in declaratoria cẽſurę, vt videtur aſſerere *Iulius Chartarius dec. crim.Curiæ Archiepiſcopalis Mediolan.* 61.*à nu.*27.ſed etiam in ferenda ipſa cenſura, quod concludit ratio ab eo adducta, nempè monitionem trinam requiri potius ad iuſtitiam, quàm ad ſollemnitatem proceſſus, quod eſt idem quàm,quòd trina monitio, ſpectet ad ordinem accidentarium citatio verò ad ordinem ſubſtantialem huius iudicij,*vt infrà concluſ. ſequen.* Vndè,&ſi primo caſu ſit iniuſta tantũ, Secundò tamen caſu, non ſolum eſt iniuſta, ſed etiam inualida.

*ibid. num.*617.*lin.*20. ibi *num.* 84. Adde,eſt verum, etiam ſi feratur à delegato, *Campanilis Rub.*11.*cap.*15.*nu.*82. vbi declarat *deciſionem Rotę*,adductam, pro contraria ſententia.

*fol.*151.*num.*622.*lin.*6.ibi vitiat, adde *Campanilis ſupracit.Rub.*11.*cap.*15. *nu.*83. *ad finem.*

*fol.*152.*num.*630.*lin.*12.ibi *Neapolitana*, adde *Bellamera deciſ.* 113. *Cappella Toloſana deciſ.* 298. *Lauretus de Franchis ſup. q.* 11.*fol. mihi* 327. *Bellectus tit. de fauore clericorum canonis*, §. 5. *num.*20.

*ibid.num.*631.*lin.*3.ibi diſtributionibus,adde *Ricciullus lib.*4.*de iure perſonarum, cap.*64.

*fol.*154.*num.*643. *lin.* 13. ibi primò,adde, quando factum eſt notorium , & ſecundò.

*ibid. num.* 644. *lin.* 9. ibi *num.* 30. adde ,& *Bellectum cit.*§.5:*ad finem.*

*ibid.num.*647.*lin.*3.ibi à *nu.*24. adde *Chartarius ſup.deciſ.*34.

*fol.*155.*lin.*15.ibi *num.*6. adde, & *Bellectus ſup.num.*26.

*fol.*157.*num.*661.*lin.*7.ibi *num.*6. adde *Sperellus deciſ.*48.*num.*

*ibid.linea* 9. ibi 248. adde *Bellectus ſuprac.* §. 5.*à num.*31.qui declarat, quòd in Statu Eccleſiaſtico, etiam qui non eſt verus cõtumax,& quòd à ſtatuto non habeatur, pro confeſſo, non appellet vigore conſtitutionis Marchiæ.

*ibid.num.*665.*linea vltima ad finem.*Adde,à lege autem , & Conſtitutione non datur appellatio,ſed ſupplicatio, qua ſupplicatione pendente, non ſuſpenditur exequutio, donec ſequatur reuocatio, vide *infrà Recoll.*4. *verbo reſignationem admittentes.*

*fol.*158.*num.*666. Adde, circà iſtam materiam,vide *Sperellum deciſ.*48.

*ibid.num.*667.*lin.*16.ibi *num.*... adde *Chartar. deciſ.* 62. *Curiæ Archiepiſcopalis Mediolan.*

*& lin.* 23. ibi interloquutoriam, Adde *Riccius par.*3.*deciſ.Curiæ Archiepiſcopalis Neap.deciſ.*336.*num.*3.

*& num.*668. *linea vltima*, ibi *ad finem*. Adde , quod iudex appellationis poſſit cognoſcere de nullitate, poſito , quòd pars non dixerit ſententiam nullam,*Rota deciſ.*12. *de appellat. in antiquis,ſicut ibid.deciſ.*29.*de ſententia, & re iudic.* habetur, quòd Archiepiſcopus , vel Iudex delegatus ſuper cauſa appelationis, non poſſit cognoſcere de nullitate; niſi virtute appellationis.

*fol.*159.*num.*471.*linea* 8.ibi ſuſpenſus. Adde remanet igitur, quòd nullam ſententiam declarare poſſit, vel idem Iudex, vel eius ſuperior, non autem parem habens iuriſdictionem, *M. Antonius lib.*3.*var.reſol.*13.

*& lin.*14.ibi,*& ſeq.*Adde, vbi quis nam ſit Iudex , qui poſſit adiri per viam querelæ, de quare nos infrà, videte pronunc citat.*deciſ.*29. *de re iudidic.in antiquis.*

*& col.*2.*lin.*36.ibi, &c. Adde ſententia cenſuræ nulla,an poſſit iuſtificari, ex nouiter deductis, *Caſar de Graſſis dec. de iudiciis ad finem*, quòd dicta ſententia declarata nulla à Iudice ſuperiori, non remitti debeat cauſa ad iudicẽ inferiorẽ,ſed apud ipſum iudicẽ ſuperiorem ſit proſequenda,*Sanfelicius deciſ.*95.*par.*1.

*fol.*161.*num.*683.*lin.*14.ibi *num.*108.Adde accedit,*Filliucius tract.*14.*num.*26.

*& nu.*684.*lin.*5.ibi *quæſt.*8.Adde,& proſequitur *Turrianus de iuſtit. diſput.*33. *num.*39.

*& num.*685.*lin.*6.ibi *num.*256.Adde,de quare, videte *Ancharanum in cap.quicumq; de ſentent.excommunic.in* 6.

*fol.*162.*num.*689.*lin.*22.ibi *quæſt.*493.Adde, & *Campanilis cit.Rub.*11. *cap.* 15. *ſub num.*73.

*fol.*164.*poſt nu.*700.Pro *materia nona cauſa, &c.* vide *Bonac.tom.*3.*diſp.*1.*q.*15.*pun.* 4.§.5.*& Sperellum omnino,deciſ.*15.

*fol.*166.*num.*714.*linea* 1. ibi in nouiſſimis, Adde,*Diana par.*6.*tr.*1.*Reſol.* 29. *verſ. ſed quia.*



Digitized by Google

f.167.col.1.inprinc.in reſponſione ad quęſitũ,ibi poteſt.n.lex deeſt,n.716. Et lin.9. ibi obſeruãtia. Adde,poſt alios Laym. loco infracit.num.12 verſ.2. infertur.

ibid.num.717.lin:24.ibi in 6. Adde de conſuetudine contra libertatem Eccleſiaſticam,vide Bonacina tomo 3.diſp. 1.q. 14.pun.3. & Dianam tomo 1. tract. 2. Reſol.4. & 95.

ol.168.num.722.lin.15.ibi,pun.8.Adde, & tomo 3.diſp.3.q.5.pun.1. videte,quoque ad,materiam iſtam Manriquez par.1. ſuarum,qq.Vicarialium, q. 10. & Sperellum deciſ.39.

& num.726.lin.5.ibi diſtinct.adde,vt per Gloſſam in d.cap.ſacro, & ſi contrarium doceat ibid.Butrus, ſcilicèt menſem debere habere tot dies,quot habet menſis, quo ipſe iudex ſuſpenditur.

& num.730.lin.31 ibi num.1.Adde,Manriquez ſup.quaſt.10.num.3. vbi quòd requiratur dolus,& contemptus.

& lin.11.ibi ſcribendi. Adde,Praxis Archiepiſcopalis,Neap.cap.20.nu.5.in 1.edit:vbi habetis alias limitationes.

& lin.14.ibi num.22.adde,Sperellus deciſ. 39.num.51.

& num.732. lin. 9. ibi excommunicationem,adde,Manriquez cit.q.10.num.9. Hurtadus de cenſuris in genere, diffic. 18.

fol.169. col. 1.lin.12.ibi videndus:adde, ſed contrarium, vide ſup.n.609.

& lin. 14. ibi, ſupracit. adde, præcipuè, Graff.cit.conſ.4.nu.15. & 16.& Ricetus par.2.deciſ.Cur.Archiepiſcopalis,Neap deciſ.221.nu.5.Limitatur 7. in cenſura lata ad terrorem, Manriquez ſupr.cit. q.10.num.8.qui num. ſequenti, etiam limitat hãc cõcluſionẽ,in cenſura ferendæ,& non latæ ſententię. De Vicario,qui contra quendam Sacerdotem, cùm mandatum relaxatum exequi nõ potuiſſet,præmiſſa trina monitione, tandem in contradictorio iudicio procuratorum,fecit decretum tenoris ſequentis,ſuſpendit eum à diuinis,niſi infrà decem dies ſoluerit, quòd incurrerat pænas,d.cap.1.de ſententia excommunic.in 6.Sperellus dec.39. quem ad hoc videas Limitatur 8.vbi non habent commoditatem ſcribendi, Gambarupta de caſibus reſeru.fol mihi 263. ſub n.6. Ibid.col.2.lin.13.ibi obſeruanda, adde, & antè eum, Graffius par.1. deciſ.lib.4.cap.3.ſub num.21.Sicut.

& lin.17.ibi contra Ius,adde. Hanc opinionem eſſe communem,teſtatur,Sperellus deciſ. 39. num,19. quòd Prælati Religioſorum debeant cautius excommunicare ſuos ſubditos, quàm alij Prælati,propter maiorem charitatem,quàm debẽt habere erga Fratres, Graffius loco ſuprac.qui benè declarat, dictam opinionem intelligi, niſi dicti Prælati Regulares ex ignorantia, id facerent.

& num. 738. lin. 3.ibi, apud Regulares, adde,quidquid contrarium velit, Praxis Archiepiſcopalis Neap.cap.29.num. 3.in 1.edit.ità Sperellus deciſ.39.num.

fol.170.col 1.lin.18.ibi ſupracit. adde, & ità deciſum refert,poſt Franciſcum Marcbum loquendo de circumſtantia ſcripturæ, Rucius in collectan. deciſ.collect. 757.

fol.172.numer.745. lin. 13. ibi ab Epiſcopo. Adde, qui dat materiam, ideſt ſubditos.

& lin.24.ibi,quidquid,adde,Sayrus libr. 4.cap.2.ad finem,ex eo, quòd Religioſus debeat præſentari Epiſcopo,vt recipiat approbationem ad confeſſiones audiendas,probat,eius iuriſdictionem nonnihil pendere à commiſſione ſuperioris,& proindè poſſe eos ſolo verbo ſuſpendere à confeſſionibus audiendis,quòd non approbat Bonacina tomo 3.diſp.3.q.5 pun.1.§.3.num.14.ad finem.

ibid.num.752.lin.9.ibi ac defenſio, Adde, quòd cauſa ſit exprimenda, quando ſententia cenſuræ fertur contra certam perſonam, tradit ex communi ſententia,Rendina in ſuo Promptuario communium opinionum,tit.41.nu. 15.

fol.173.num.758.lin. 2. ibi ſupra,adde, nam ſicut abſolutus à ſuſpenſione ad effectum celebrandi in vno loco, non cenſetur ſimpliciter abſolutus à ſuſpenſione,vt dixit Rota,apud Seraphim dec.86. num. 2. ita à ſimili ſuſpenſus à celebratione in vno loco non dicitur ſuſpenſus ſimpliciter à celebrando.

ibid.n.758.lin.11.ibi interdictũ,adde,quãdo illas ferret permodum cenſuræ, ſecus autem ſi ferret, per modum pænę, vt per Villalobos, & Hurtadum, apud Dianam par.5.tract.9. Reſol. 19 quòd intelligunt aliqui, etiam quando illæ feruntur,abſque monitione.

fol.174.num.756.lin.23.ibi ſuo loco,adde, hoc autem eſt ſecundum opinionem Soti, contrariam autem opinionem, videte apud Megalium par.3.lib.1.cap. 4.num.29.

fol.175.num.770.lin. 10. ibi dub. 11. adde, quid autem agendum, quando irretitus tali cenſura per ſententiam generalẽ lata,reperitur extra Diæceſim, vbi

illa

Digitized by Google

illa non eſt reſeruata, *infrà num.*917.*ad finem, in Additione.*

*ibid.num.*771.*lin.*6.ibi,*cap.*4.Adde,& *Auila ſupracit.diſput.*1.*dub.*13.quem videatis.

*fol.*179.*col.*1.*lin.*9 ibi,*ſub nu.*4.Adde,*Duardum cit.*§. 2.*q.*11.*num.*21.

*fol.*181.*num.*801.*lin.*9.ibi confirmatę,adde iuxtà *tex.& ibi DD.in cap.pan.de confirmat.vtili,vel inutili,Seraph.dec.*460.

*fol.*188.*num.*831.*lin.*10 ibi *num.*28. Adde, quòd iudex Eccleſiaſticus pro crimine ſacrilegij pænam pecuniariũ imponat. *Chartarius dec.Curia Archiepiſcopalis,Mediolan.*72.*à num.* 29.

*ibid.ad finem quæſiti*,ibi *Reſol.* 15. Adde, propter impedimentum, an abſoluat, Nuntius Apoſtolicus , infrà *numer.* 901. Auditor Cameræ non abſoluit,ab excommunicatione , lata ab Auditore Rotæ,ſed exequutor dictę Rotę, *Bellamera dec.* 196. Abſolutio excommunicationis data ab occulto inhabili,an valida,videte *Sperellum dec.*30. qui contrà *Sanchez,&c.*

*fol.*191.*num.*850.*lin.*16.ibi ad cautelam,Adde,vide infrà *Recollect.*6. *ad finem.*

*ibid num.*952.aliàs 852. *lin.* 12. ibi extraordinaria,adde,*Rota dec.*36. *de procurat. in nouis.*

*ibid. lin.* 38. ibi ad cautelam,adddc, vt in *pracit.decis.*36. *de procuratoribus in nouis.*

*fol.*195.*num.*873.*lin:*11.ibi ſuo loco,Adde in abſolutione ad cautelam exigendum eſt iuramentum de obediendo,& parendo mandatis Eccleſiæ, *Sayrus lib.*2.*de cenſuris.cap.*18.*nu.* 2. *Alterius lib.*4.*diſp.*7.*cap.*2. *verſiculo Tandem ſolent dubitare*;vide etiam *ſup. num.*836.

*fol.*199.*col.* 1.*lin.*52.ibi *diffic.*23.*num.*6.adde, poſtea reperi ſequutum fuiſſe, *Dianam par.*5.*tract.*9.*Reſol.*15.

*fol.*200.*num.*891.*lin.*23.ibi *fol.mihi* 300.adde, & antè eum, *Riccius par.* 1. *praxis decis.*705.*in paruis.*

*ibid.num.*892 *lin.*36. ibi poſt alios, Adde, quã *Graffius tomo* 1.*conſ.*5.*numer.*14.*de homicidio.*

*ibid.ad finem,col.*2.ibi *num.* 4. Adde, latius alios congerendo, *Boſſius in ſua diſceptatione de hac materia dub.* 1. vide etiam *infrà.recoll.*5

*fol.* 201. *col.* 1.*in fine*, primæ Ampliationis, Adde confirmant *Boſſius ſup. dubio* 2. *& Theſaurus par.* 2. *de pænis Eccleſiaſticis par.*1.*cap.*24.*Ampliat.*4.

*fol.*202.*col.*1.*lin.*12.ibi,ſicut Parochi, Adde, quid de Pænitentiario Cathedralis, *Boſſius ſup.dub.* 9. *vbi dub.* 10. habetis, an poſſit Epiſcopus delegare hanc facultatem alijs.

*ibid.nu.*900.*lin.*20.ibi *caſu* 18. Adde, *Boſſius ſup.dub.*3.*qui dub ſequenti*,probat, id eſſe verum etiam in eo, qui procurauit impedimentum.

*& nu.*901.*linea* 9.ibi accedunt, Adde *Barboſa de Poteſtate Epiſcopi allegat.* 41.*num.*31.

*& ibid.nu.*902.*lin.*11.ibi *dub.*6: Adde, *Molina to.*4.*diſp.*58.*n.*5. videte *Boſſium ſup.dub.*5.

*fol.*203.*col.*2.*lin.*5.ibi,*in principio.* Adde, & *Boſſius dub.*12.

*ibid.lin.*21.ibi bonos Authores. Adde, qui autem, hoc caſu dicantur ſubditi Epiſcopi, *Boſſius ſup.dub.*6. *&* 7.

*fol.*204.*num.*908.*lin.*17.ibi *ſi quis ſuadente*. Adde *Duardus lib.*3. §. 2.*quaſt.*8.*latius Boſſius ſupra dub.* 19. *&* 61. recenſet, alia impedimẽta, *& dubijs ſequentibus*, agit de obligatione, ſic abſoluti, ſe poſtea præſentandi.

*fol.*205.*ad finem,prima columna.* Adde, videte *Layman lib.*5.*tract.*6.*cap.*10.*num.* 18.*& ſeq.*

*fol.*205.*num.*916.*lin.*5.ibi *Recollect.*10.adde *num.*124. vbi, quòd præcedente ſatisfactione, poſſint abſoluere excommunicatos nominatim , quò ad forum conſcientiæ, accedit *Miranda in man.Prælatorum Regularium tomo* 1.*quaſt.*46. *art.*6.

*fol.*206.*col.*1.*lin.*22.ibi pecuniaria, Adde, ex quibus ſequitur , quando excommunicatus per ſententiam particularem ab vno Epiſcopo , poſſit abſolui ab alio Epiſcopo in cuius Diæceſim tranſtulit domicilium, de qua re egi, *ſup.par.*2.*Recollect.*9.*num* 71. *& ſupra ſub num.*790.& poſtea reperi, tractare *Dianam par.*5.*tract.* 9. *Reſol.*8.*& ſeq.*

*fol.*208.*num.*936.*lin.*18 ibi *num.*209. Adde, qui loquendo in caſu , vbi in conceſſione adſunt illa verba , *aliter non abſoluas* , vel *nullatenus abſoluas*.

*fol.* 214. *num.* 965.*lin.* 14. ibi *poſsit*, Adde idem dicit *Molina. tomo* 4. *diſput.* 64 *num.*10.

*ibid.n.*966.*lin.*4.ibi externũ, Adde quia requiritur, quòd fiſcus conſentiat: ita fuit declaratum , cum tempore Iubilei fuiſſet abſolutus, qui erat excommunicatus ob non paritionem, abſq; ſatisfactione fiſci, & confeſſarius, qui fidem fecit de tali abſolutione, fuit reprehenſus.

*ibid.nu.*967.*in fine*,ibi nequiui, Adde, hic loquor de abſolutione Sęcularium, nam de abſolutione Regularium loquntus fui *ſup.par.*2.*Recollec.*10.*n.* 198 *& agit Lezana cap.*18.*num.*37.



Digitized by Google

*fol.* 219. *num.* 997. *lin.* 7. ibi ex tribus, Adde, de qua facit mentionẽ, M. *Antonius lib.* 1. *var reſol.* 83. *num.* 4.

*fol.* 228. *num.* 47. *lin.* 4. ibi in principio capitis, Adde, *Layman lib.* 1. *tract.* 5. *par.* 2. *cap.* 3. *num.* 3. *verſ. eſt autem minor, &c.* q dicit, quòd hic eſt vnicus, & pximus effectus excomunicationis minoris, & alij ſint remoti, & per cõſequẽs, nõ eſt mirum, ſi tantum in illis, ſit peccatũ veniale, *Auila par.* 2. *cap.* 6. *diſp.* 12. *dub. ſecundo*, vbi teſtatur de communi, & ſubdit, quòd excuſaretur, ab iſta culpa, ſi daretur caſus, quòd ipſe grauiter infamaretur ex hoc, quia non recipit, aliquod Sacramentum.

*fol.* 229. *col.* 1. *lin.* 12. ibi pœnitentiæ, Adde concordat, poſt hęc Typis exarata, *Diana tomo* 5. *tr.* 9. *Reſol.* 91. *& Reſol.* 82. *verſ. dico* 2. vbi, quod hoc caſu, celebrando miſſam, non incurrat in irregularitatem.

*fol.* 240. *num.* 111 *lin.* 12. ibi *loco ſupracitato*, Adde. Sequitur 6. non ſufficere, ſi per cedulones declarentur illi, qui percuſſerunt talem clericum, vel N. qui percuſſit, & mandantes, ac conſulentes, quia primo caſu nullus debet vitari, & ſecundò caſu, debet vitari tantum nomine proprio denunciatus, non autem alij, vt infrà *Recoll.* 5. *num.* 338.

*fol.* 246. *num.* 150. *lin.* 14. Adde. An autem extrauagans ad euitanda, non ſolum habeat locum in excommunicatione, ſed etiam in alijs cenſuris, & irregularitate, videte infrà *Recollect.* 6. *numer.* 696. *& ſeqq.*

*fol.* 247. *col.* 1. *lin.* 43. ibi *notandum*, Adde, *Campanilis Rub.* 11. *cap.* 15. *ſub num.* 62.

*fol.* 252. *col.* 1. *lin.* 24. *ad finem*, ibi, *&c.* Adde, vt infrà latius, *Recol.* 5. *ad finem*, Sed hic quæro, an is, qui percuſſit clericum publicè: ità vt percuſſio non poſſit tergiuerſari (quòd etiam quęri poteſt de quolibet alio crimine, habente excommunicationem, annexam) antequam declaretur talis, poſſit licitè communicare in diuinis, vel humanis in aliquo caſu? Reſpondeo affirmatiuè, quando ſcilicèt ex iſta abſtinentia à communicatione, ſibi graue pręiudicium oriretur in foro exteriori, in quo prętendere poteſt, non incurriſſe (quò ad eum forum ſaltem) excommunicationem, quia v. g. poteſt probare, quòd percuſſerit ex primo motu, vel ignorans, talem eſſe clericum, vel quia prouocatus, ad defenſionem percuſſerat, nam etiam occultè excommunicatus, ſi ex eo tantum ne ſe prodat, celebret, neque euadit irregularis, vt infrà ſuo loco.

*fol.* 256. *ad finem, prima columna*, ibi *num.* 4. Adde, *Diana parte* 5. *tract.* 7. *Reſolut.* 117.

*fol.* 261. *num.* 234 *lin.* 10. ibi ſufficiens, Adde. fauet *Filliuccius tract.* 5. *num.* 194. vbi benè diſtinquit, inter neceſſitatem fortuitam, & ordinariam, v. g. in Eremita, &c.

*ibid. num.* 237. *lin.* 7. ibi *Reſolut.* 24. Adde, *Filliuccius ſup. num.* 193. *Bellettus par.* 1. *diſquiſ. clericalis, tit. de diſciplina clericorum*, §. 8. *num.* 6. quem videatis.

*fol.* 285. *verbo abſoluere præſumens ad finem*, ibi affectatam, Adde ſemper tamen abſolutio eſt inualida; *Duardus lib.* 3. *in Bullam Cana*, §. 5. *q.* 3. *num.* 2. *&* 3. ſupradicta excommunicatio fertur, ibi à Clemente VIII. ne dum contra abſoluentes à caſibus contentis clarè in dicta Bulla, ſed etiam dubiè.

*ibid. columna* 2. *lin.* 1. ibi *loco ſupracit.* Adde, quòd talis excommunicatio poſſit abſolui à Regularibus priuilegiatis, *Diana par.* 3. *tract.* 2. *Reſol.* 13. *verſ. notandum*. Contrà *Comitulum, & Merollam.*

*ibid. verbo abſolutionem à cenſura, ad finem*, ibi *num.* 570. Adde, vbi quod talis abſolutio ſit inualida.

*fo.* 286. *verbo alienans lin.* 12. ibi intrinſecas, adde, de quare, *M. Antonius lib.* 1. *var. reſol.* 21. *num.* 14. *vbi reſolut.* 24. declarat, quando proſit abſolutio obtenta ob iſtis cenſuris. *& reſol.* 26. explicat, quando tranſactio de bonis Eccleſiæ, ſit prohibita, *& Sã felic. dec.* 280. vbi &c de rebus Eccleſiæ non incorporatis.

*ibid. verbo Apoſtatam à Religione lin.* 9. ibi etiam inhabilitatem: ità *Theſaurus par.* 2. *de pœnis Eccleſiaſticis, verbo Apoſtata, cap.* 2. *num.* 1. Contrarium tamen, quòd de iure communi, non ſit lata excommunicatio propter Apoſtaſiam pręcisè, poſt alios probat *Bonacina de clauſura q.* 2. *pun.* 11. §. 4. *in principio.* Quòd prædium obligatũ creditori Eccleſiæ cũ aſſenſu poſſit ab eod. creditore alienari, abſq; alio aſſenſu *Nouarius par.* 1. *q. forenſi* 28.

*ibid. ad finem.* Adde de qua etiam, *Bonacina ſuprac. opuſculo de clauſura q.* 2. *pun.* 11. *& Lezana par.* 1. *cap.* 16. *num.* 7. *&* 13.

*fol.* 288. *col.* 2. *lin.* 27. ibi *deciſ.* 11. Adde, & latius probat *Chartarius deciſ. crimin. Curia Archiepiſcopalis Mediolan.* 82.

*fol.* 292. *verbo Cadauer, ad finem.* Adde, item neque ex loco infidelium, vel hęreticorum, *Toletus lib.* 1. *cap.* 36. *verſic. ſeptima, & Suarez. diſp.* 22. *ſect.* 5. *num.* 2. *poſt gloſam in d. extrauag. verbo Catholicæ fidei.*

*ibid. ver-*

Digitized by Google

*ibid. verbo Cappuccini ad finem.* Adde, de qua re, videte *Nouarium in Lucerna Regularium eod. verbo numer.* 5. vbi *numer.* 4. quòd poſſunt tranſire ad Cartuſienſes cum ſola licentia generalis in ſcriptis, ex Bulla S.D.N. Vrbani VIII. *incip. iniuncti.*

*ibid. verbo Camera Officiales lin.* 3. ibi reſeruatam. Adde Iulius II. Conſt. 8. &

*fol.* 295. *col.* 1. *linea.* 18. ibi *Reſol.* 57. Adde, & corfirmat, *par.* 4. *tract.* 4. *Reſolut.* 42. *ad finem.*

*ibid. lin.* 51. & Adde, ante eum, poſt plures alios, *Diana locis ſupracitatis.* Contra Megalium, ac probat etiam.

*fol.* 300. *col.* 1. *lin.* 11. ibi *pun.* 33. Adde, quod autem dixi de abſolutione, data in præſentia, vbi confeſſio fit per Nuncium, vel Epiſtolam, intelligitur in caſu, vbi pœnitens conſtitutus in præſentia Confeſſarij non ſe accuſat, aliquo modo de peccatis certioratis per Nuncium, vel Epiſtolam, quia ſecus es, ſi nunc ſe accuſaret, dicendo, confiteor tibi omnia peccata, quæ tibi nota feci per Nuncium, vel Epiſtolam, vel peto à te abſolutionem omnium peccatorum, quæ ſcis ex mea Epiſtola, vel tali Nuncio, me cōmiſiſſe, quia tunc actus pænitentis, & abſolutio coniuguntur, vt dixi *par.* 1. *huius trat. Recollect.* 6. *num.* 109. quibus ibi citatis accedit, *Melderus in ſuo Libello de ſigillo confeſſionis cap.* 4. *verſ. quares, an è contrà, &c.* vbi ſubdit, ſufficere, ſi pænitens dicat confiteor peccatum illud, quòd me ſcis tali tēpore me admiſiſſe, quòd eſt verū, etiam ſi peccatum illud fuit comiſſum cū Confeſſario, vt per *Reginaldum ibi à me citatum*. Cui accedit, poſt alios *Bariola in Aphoriſmis verbo* Confeſſarius *abſoluere*, & ſequitur *Cutillus ad Mancinum in Practica viſitandi infirmos, pract.* 4. *de Sacram. Confeſſ. dub.* 26. *in magnis.* Cum iſta diſtinctione, vtraque opinio relata à *Diana cit. Reſol.* 60. poteſt eſſe vera, ſicut, etiam poteſt eſſe vera declaratio Clem. VIII. relata à *Kelliſſonio, apud eundem Dianam*, nec hoc caſu intrat doctrina, *Suarez, apud S. Fauſtum in ſua Theologia Morali, lib.* 4. *dub.* 207. iā reprobata, quòd ſcilicèt per dictum decretum prohibeatur, tātū dari à abſolutionem abſenti, non autem, quòd confeſſio fieri poſſit abſenti per Nuncium, vel Epiſtolam. An autem vulneratum ab inimicis, & alta voce poſcentem Confeſſionem, Sacerdos à longè illum audiens, & præ timore occidentium, non audens accedere, ſi eum etiam ſubmiſſa voce illum abſoluat, contraueniat Decreto de quo ſuprà, quærit, *Cutillus loco ſupracit. dub.* 34. & probat, opinionem negatiuam poſſe ſubſtineri, cui opinioni fauet, quòd dixi *ſupracit. par.* 1. *Recollect.* 3. *ſub num.* 100. ſcilicèt non eſſe neceſſariam ad validitatem huius iudicij, vt pænitens audiat actu ſententiam abſolutionis, ſed tantum, quòd intelligere illam poſſit, ſalua decentia, quod eſt idem cum doctrina, *Fagundez lib.* 2. *in ſecundum præceptum Ecclеſ. cap.* 10. *num.* 8. nempè præſentiam inter Sacerdotem, & pænitentem, hoc caſu, tantam debere eſſe, quantam prudentis arbitrio, iudicari poteſt neceſſaria ad ſenſibilem deſignationem, & loquutionem cum alio, vt indicant verba illa formę, *Ego te abſoluo.* Dixi *ſubmiſſa voce*, quia ſi id faciet Sacerdos alta voce: ità vt intelligatur ab ipſo vulnerato, eſt certum, non contrauenire ipſum Sacerdotem dicto Decreto, quia tunc per dictam auditionem fit præſens non ſolum moraliter, ſed phiſicè.

*fol.* 302. *col.* 2. *lin.* 50. ibi, vel ſollicitatori, adde, de qua re, *Seraph. deciſ.* 1825.

*fol.* 340. *verbo diſputare ad finem.* Adde, tantum contrà eos poſſint procedere inquiſitores fidei. *Diana par.* 4. *tract.* 4. *Reſolut.* 56.

*fol.* 305. *col.* 2. *lin.* 4. ibi eleemoſina, Adde, quòd pro deduncianti bus indulgentias indiſcretas, aut illas vltrà veritatem extendentibus, tantum poſſint priuari, *Suarez to.* 4. *diſput.* 56 *ſect.* 2. *n.*

*fol.* 308. *col.* 2. *linea* 6. ibi procedat, adde accedit *Diana par.* 6. *tract.* 6. *Reſolut.* 21. vbi, quòd ſi ſequitur pugna, eodem die, quo fuit excitata rixa, præſumatur dicta pugna facta calore iracundię. *Ibid. lin.* 50. ibi Clem: VIII. Adde, *Diana par.* 3. *tract.* 6. *Reſol.* 1. *verſ. Dico vndecimo.*

*fol.* 309. *col.* 1. *lin.* 18. ibi *paucione*, Adde, ſimpliciter autem, quòd prouocans, nullo ſtatuto tempore, vel loco, nulla afficiatur excommunicatione, *Diana tom.* 3. *tract.* 6. *Reſol.* 1. *verſ. dico* 3.

*fol* 309. *col.* 2. *lin.* 10. ibi *Diana ſuprà.* Adde Princeps, ꝙ ad euitanda maiora mala poſſit, abſque peccato, & cenſura permittere duellum. *Diana par.* 6. *tract.* 6 *Reſol.* 20. quod etiam antè docuit, *par.* 3. *tract.* 6. *Reſol.* 1. *ad finem, verſ. nota.* 2. contrà *Salonium, & alios.*

*ibid. lin.* 21. ibi peccet, Adde: ità poſt *Hurtadum*

Digitized by Google

*tadum, Diana par.5.tract.14.Reſol.99.*

*& lin.49.* ibi communiter, Adde, de Regularibus priuilegiatis, notat *Diana par.5.tract.14.Reſol.103.* vbi quòd Sicilia, Corſica, & Sardinia, ſint extra Italiam, vbi reijcit *Hurtadum*, putantem, ꝙ Patres Societatis à dicto caſu poſſint abſoluere, etiam in Italia.

*fol.310.col.2.lin.6.*ibi, *præcipuè,* Adde, *Bonacinam ſupracit.pun.48:num.38.*

*& lin:49.*ibi *ad finem.* Adde, & ſic non ſolum Ieſuitæ extrà Italiam, ſed omnes alij Regulares priuilegiati, id poſſunt, & ita debet intelligi, *Diana ſupracit. Reſol.*103.*ad finem, Bonacina ſupracit. pun.*48.*n.*39.*&*

*fol.311.col.2. ad finem verbi duellum, ſiue publicū* Adde, & idē *Dia.cit.reſ.1.verſ. dico 1.* vbi *dicto ſequenti,* probat, non eſſe duellum, vbi quis accedit ad inimicum redarguendo cum mendacij, ſi voluerit ſubſtinere, quòd ſibi relatum fuit, etiam ſi hoc dicendo, manū enſi apponat.

*fol.312.col.1.verbo Alij lin.12.*ibi *numero.33.* Adde, *ad finem.* qui teſtatur de probabili.

ibidem, ibi, & alios. Adde. Et nota, hunc caſum eſſe diuerſum à caſu, quem ponit, *ibid. Bonacina num. 28.* & probat *Diana par.3.trat.6.reſol.1.verſ. Dico nono.* qui prȩſupponit, conſilium non fuiſſe efficax, nec per conſequens influiſſe ad effectū, quia nempè aliàs, et ſine conſilio prȩdicto, talis obtuliſſet duellum, vel alios actus exequutus fuiſſet, de quibus ſupra, quo caſu, eſt certum conſulentem non incurrere cenſuram *vt dixi ſup. Recollect. prima.* quod eſt valdè diuerſum à caſu noſtro, vbi prȩſupponitur conſilium efficax, ſed aliundè non ſequutum fuiſſe effectum ipſius conſilij, quòd quia erat incertum, an tunc dictus conſulens, &c. maximè ob illa verba, *ſi per eos non ſteterit*, poſita in eadem Bulla, ideò hic erat exprimendum, quòd non ſequuto effectu, tales cooperantes non incurrant excommunicationem. Vndè in facto de quodam, qui conſuluit declarationem faciendam à quodam, tamen non fuit ſequuta dicta declaratio, quia conſultus noluit dictum conſilium exequi, dixi, dictum conſulentem non incurriſſe excommunicationem aliquam. Reuocans Seriò conſiliū datū pro duello, quòd non incurrat excommunicationem, probat *Diana par.6.tract. 6.reſol. 21. ad finem,* & antè etiam, contrà *Bonacinam,* dixerat *cit. Reſol.* 103. *verſic. Dico decimo.* vbi *verſ. dico 5. & duobus verſiculis ſequentibus,* contrà *Peregrinum,* probat, non incurrere excommunicationē eū, qui narrat, aliquod factū, ex qua narratione, præuidet, aliquos præſentes, occaſionem arrepturos, prouocandi ſe ad duellum, niſi id ea intentione faciat, vt illi ſe ad duellum incitent, ſicut nec is, qui audit, vel legit ſcripta, in quibus aliqui ſe prouocant ad duellum, neque qui ratam habuit prouocationem, vel pugnam, aut aliam actionem, in Bullis Pontificijs expreſſam.

*ibid. lin. vltima,* ibi *num.*5. Adde, alias perſonas aſtantes, quæ non incurrunt dictam excomunicationem, habetis, apud *Hurtadum 2.2.t.2.diſp.* 170.*ſect.*21. §. 179.*& refert Diana tomo 5. tract.* 14: *Reſol.*106.(traſpoſitus à Typographo ad finem, huius verſiculi, ibi Accedit, ommittendo citationem authoritatis pro reſolutione dubij, ibi excitati, vt infrà *Addit ſequenti*) hæ ſunt, Primò magiſtratus Priuati, eorumque ſatellites, ac familiares, vbi duellum initur, ex facultate Principis intelligo ad vitanda maiora mala, vt dixi ſuprà, quia aliàs non excuſaret dicta facultas data à Principe quin duellum ſubiaceat dictis conſtitutionibus, ſicut quando ob hanc cauſam permittitur à Principe, iudici hoc duellum, non ſubiacet dictis conſtitutionibus, & per conſequens non ſolum magiſtratus, &c. Sed alij, etiam ſpectatores non incurrerēt excommunicationem; cùm enim cauſa reducitur, ad non causā, habetur perindè ac ſi à principio eſſet ſine cauſa, *l.1.in fine ff.de conditionibus, ſine cauſa,* & ceſſante ſuppoſito ceſſat diſpoſitum, ait *Gloſa in l.mancipia, ff.de ſeruis fugitiuis, quam ad hoc citat Rota diuerſ.par.1. deciſ.649.num. 2.in fine.* Secundò Sacerdos, qui excipiat alicuius ex eis vulnerati, ac moribundi. Tertiò famulus, vel amicus, vt accerſat Chirurgum, aut Confeſſarium. Quartò famulus deferens arma heri, aut equum, quādo id non poteſt omittere, abſque graui incommodò, & quia de famulis incidit ſermo. Addo *Merollam,* apud Dianam *cit. Reſol.1.ad finem,* exſtimare, eos ſcribentes tantū libellos prouocatorios ad duellum excuſari, etiam ab incurrenda excommunicatione, ſi id faciant ob imminentem periculum mortis, aut alterius grauis nocumenti, non autem, ſi illo deferant,

Digitized by Google

deferant, fatetur tamen oppoſitum non eſſe improbabile.

*eod.fol* 312.*col.2.lin.3.* ibi impediant, Adde: ità *Peregrinus de duello,q* 5.*numer.*37. cuius tamen contrarium probat *Bonacina tomo* 3.*diſp.2.q.4.par.*48. *nu.*30. *in principio*; quia talis non poteſt dici ſpectator duelli propriè,ſicut verba in materia pænali accipienda ſunt,ſequitur, & ſi non alleget *Bonac. Diana tomo* 3 *tract.6.Reſol.1.verſic. dico.* 3.*&* *confirmat,par.*5.*tract.*10.*Reſol.* 100.*ad finem.*

*fol.*313.*verbo Eccleſiaſticus lin.* 4. ibi *Conſt.* 5.Adde,aliàs 10.*incip. ad reprimendas*, quam refert integran *Quaranta verbo forum competens,in principio.* Agit de ea,*Scortia in ſelectis SS.* Pontificum *Conſtitutiones Theoremata* 82. *&* 85. vbi contrà capitula,& conuentus,fertur pæna ſuſpenſionis, & interdicti præter, aliàs pænas amiſſionis cauſæ, & priuationis beneficiorum, prò vtriſque.

*ibid.lin.*7. ibi laica, Adde. Vndè tantum Iudices, apud quos trahuntur dicti Eccleſiaſtici, eorumque miniſtri trahentes, vel trahi facientes,prædictas perſonas ad ſæcularia tribunalia incidunt in excommunicationem Bullæ Cænæ,can.15.

*ibid.lin.*8.ibi,*num.*4. Adde,*num.*13.vbi, *nu. ſequenti*, tamquam non improbabile, docet, ſatellites, qui clericos capiunt,non ligari excommunicatione, *d.can.1.& num.*11.clarius docet;neq; dictam excommunicationem Bullæ Cænæ incurrere Partem,ſeù actorem, (intellige, ſiue ſit perſona Eccleſiaſtica, ſiue Sæcularis) neque procuratorem ipſius, & per conſequens, idem dicendum de Aduocato, Sollicitatore) quia illa verba dicti Canonis,*trahi faciunt,vel procurant &c.* iunguntur, cum primis verbis, *ex eorum prætenſo officio,* quæ ſignificant uthoritatem iudiciariam,vt in ſimili, poſt noſtrum *Duardum*, dixit *Bellectus par. 2. ſuæ diſquiſitionis clericalis*,§. 40. *numer.* 1. *ad finem,* vndè iure Reuerendiſſimus Vicarius Neapolitanus denegauit Bracchium cuidam Epiſcopo in affigendo cædulones contra quendã, qui vt actor,traxerat pſonã Eccleſiaſticam ad forum Sæculare, tamquam excommunicatum, in d. can. Bullæ Cænæ. De accuſatore,procuratore,& aduocato,&c. & alijs, apud Iudicem Sæcularem inſtantibus cõtrà perſonã Eccleſiaſticã vt ingratur,ingeretur,&c loquitur *Bonac. ibid.q.* 89.*dar.2.n.*11. iſti enim cooperatores,ſeù procurantes, dictam tractionem (vt ità dixerim) incurrunt,hanc noſtram excommunicationem Martini V. ità intelligendus, *Theſaurus de pœnis Eccleſiaſticis par.2.verbo iuriſd.cap.9.in principio,* quando dicit,quòd canon præcitatus Bullæ Cænæ,*ampliatur ex dicta Bulla Martini, & extenditur ad dantes in his auxilium, conſilium, vel fauorem, ſiuè ſint publicę, ſiuè priuatæ perſonæ. Vndè à fortiori continebitur Actor,* Procurator, *Aduocatus inſtans, & trahi procurans,* &quando enim dicit,Actor,debet intelligi, non ſolum de Actore Eccleſiaſtico, de quo loquitur ipſa Bulla Martini, vt patet, ibi,*quòd omnes, & ſingulæ perſonæ Sæculares,& Regulares ordinum quorumlibet, & quacunque exceptione ſuffultæ, etiam ſi Patriarchalis, &c.* Sed et de Actore laico,de quo loquitur,ead. Bulla Martini in ſecunda parte, ibi *Sæculares perſonas,eorum videlicet ſingulos officiales, & conſiliarios,& priuatas perſonas,quæ præmiſſorum principales perpetratores extiterint*, licèt talis non incurrat excommunicationem Bullæ Cænæ; vt ſuprà dictum eſt, tamen incurrit dictam excommunicationem Martini, quòd fortaſſe voluit dicere,idem *Theſaurus*,ibidem poſt medium, *verſ.item, tàm Eccleſiaſtici, quàm laici*, & ſi ſemper loquatur, de excommunicatione Bullæ Cænæ, contrà id, quòd ſuprà præſuppoſuit, ~~in principio~~,ibi *non continebitur actor, vel alius priuata poteſtate procurans, in excommunicatione Bullæ Cænæ, ſed tanum, qui publica authoritate, &c.* Hæc autem excommunicatio, eſt reſeruata S. P. tàm pro ipſo actore, quàm pro alijs cooperatoribus, licèt enim quando loquitur de actore non faciat mentionem reſeruationis, ſed tantum quando agit de cooperatoribus ipſius; Tamen ex generalitate verborum ipſius reſeruationis, clarè patet,reſeruationẽ,ipſã referri ad pręcedentes cenſuras,ex quo, ibi cũ fiat mentio tantum de excommunicatione,tñ reſeruatio immediatè ſubſequẽs fit illis verbis,*Nulluſque ab eiſdem ſententijs,per alium,quàm per Romanum Pontificem,præterquam in mortis articulo conſtitutus, abſolui valeat, ſiuè poſſit.* Quòd ipſa Bulla Martini V. cum ſuis cenſuris, & pænis,hodiè vigeat, probat,latè hanc materiam ſuo more, erudi-

Digitized by Google

erudictionibus exornando *Epiſcopus Maranta par.3.ſuorum reſponſorum, reſponſo* 38.*num.*12.vbi *num.*51.etiam probat,& ſic ſeruatum fuiſſe teſtatur, ad incurrendas d.pænas,in caſu ſuo,ſatis fuiſſe actori Eccleſiaſtico,quòd aduerſus alium Eccleſiaſticum actionē in libello, coram iudice laico propoſuerit, & ſequæſtrum ſuper bonis ipſius Eccleſiaſtici petierit, ac obtinuerit,& ſi non interuenerit citatio ipſius Rei Eccleſiaſtici, qbus addo tale ſeqſtrū, eſſe inualidum, niſi fieret eo caſu, quòd non poſſit haberi copia Iudicis Eccleſiaſtici, *Ciarlinus in ſuis Controuerſijs,cap.*44.*num.*9.*& ſequentibus,* vbi habetis,quando talis actor, & iudex, ac alij auxilium,&c.præſtantes incidant in excommunicationem, Bullæ Cænę,quando ſcilicèt contra id,quod diſponitur,*ibi c.*16.recurreret actor ad iudicē laicū, pro cōſecutione ſequeſtrum factum, & ſi ad inſtātiam laici,à iudice Eccleſiaſtico, & iudex, qui dictæ conſequutioni,impediendo iuriſdictionem iudicis Eccleſiaſtici, faueret. Quòd dicta excommunicatio Martini habeat locum,& ſi aduerſarij Eccleſiaſtici conſenſus acceſſerit, patet ex notatis, per *Bellectam ſupracit.* §. 4. *num.* 1. *ad finem.* Addo hunc Eccleſiaicum conſentientem debere,quoque puniri iuxtà ea, quæ teſtatum reliquerunt, *Genuenſis in Praxi cap.6.ad finem,& Riccius* 3.*par. Praxis Reſol.*578.non tamen,contra talem reperitur excommunicatio ipſo iure lata,*Bonacina tomo 3.diſp.*1.*q.* 15.*pun.*1.*num* 27.Nota tandem,quòd hodiè,etiam ſi verſemur in dubio, an quis violauerit libertatem, aut in immunitatē Eccleſiaſticam,nō poteſt,qs abſolui,niſi à S. P. ex literis Eminentiſſimi Cardinalis Bandini ſub die 15.Martij 1629. de Mandato Sanctiſs. Pontificis Vrbani VIII.vt refert *Ciarlinus cit.cap.*44.*ad finem.* Quia verò ex decreto Clementis VIII.de cauſuum reſeruatione,*apud Quarantam,& Naldum verbo caſus reſeruati,*prohibitum eſt, expreſsè Confeſſarijs ſub pæna excomunicationis abſoluere à caſibus in ea Bulla, clarè,vel dubiè contentis, probabiliter poteſt argumentari, dictas litteras loqui, vbi talis violatio non comprehenditur in dicta Bulla Cænę.

*fol.*314.*col.*2.*lin.*50.ibi contentam, Adde, quidquid contrarium dicat,de totali, *Peregrinus par.3.in noſtras conſtit.cap.*1.*lit.F.*§.3.

*fol.*315.*lin.*9.*col.*1. ibi igitur, Adde, contrarium vide, per *Bonacinam opuſculo de largitione munerum,par.*5.*& Theſaurum de pænis Eccleſiaſticis par.* 1.*cap.* 28.qui refert *Mirandam,* pro noſtra ſententia de magiſtro nouitiorum.

*ibid.col.*2.*ad fin.*ibi,*n.*3.adde,dixi, *etiam diuerſarum,&c.* quia hæc excommunicatio habet locum in Epiſcopo ſe ingerente in aliena Diœceſi,etiam vnius linquę,& eiuſdem Ritus,vt per *Layman loco ſupracit.* & proſequitur *Theſaurus par.* 2.*de pænis Eccleſiaſticis, verbo Epiſcopus cap.*4.

*fol.*316.*col.*1.*verbo Epiſcopos in fine,*ibi,in Bullæ Cænę, Adde,*Can.*11.*vbi expoſitores,*& ſubdas hanc aliam concluſionem.Epiſcopus Regularis dimittens habitum, & aſſumens Rocchetum, quòd non incurrat excommuninatio nem,contrà aliquos,probat *Alzedus p.* 1.*ſuæ Praxis Epiſcop.c.*5.*n.*74. *Maranta p.*3.*reſp.*19.itē hāc aliā cōcluſionem. Examinans iudex Sæcularis clericum vulneratum à laico,& ſi inuitum,non incurrit excommunicationem Bullæ Cænę, Can. 19.Contrà proceſſantes æ &c.*Bonacina tomo* 3.*diſp.*1.*q.*20.*parte* 2. *numer.* 10. *Sperellus deciſione* 10. vbi etiam limitat in caſu,quo illum examinaret, vt principalem, vel per aliquod tempus detineret in cubiculo, tamquam in carcere, donec dicat veritatē,& tādē quādo illum examinaret contrà perſonam Eccleſiaſticam.

*fol.*317.*col.*2.*lin.*13.ibi,*num.*37.Adde,quod poſteà reperi confirmatum ab alijs, apud *Dianam par.* 6. *tract.*1.*Reſol.* 22. *ad finem,* fauet, id quod notat, poſt alios,*Bonacina tomo* 3. *diſp.* 15.*pun.*1. *num.*20. vbi et probat, non incurrere cenſuram latā in *d. can.Bullæ Cœnæ,*illos,qui præcibus, aut promiſſionibus inducunt partes actrices ad conſentiendum,&c. quia ad illam incurrendam requiritur,quòd quis ad id compellat dictas partes actrices,quod ſupponit, vim vel metum, ergò cum in caſu noſtro requiratur extractio, quæ etiam ſupponit,vim,vel metum, neq; incurrit, qui precibus, blanditijs, aut pecunia extraxerit:imò neq;ſi minis, & verbis iniurioſis *Bonacina ſup.diſp.* 2.*q.*3.*p.*4.§.13.*n.*2.de extracto ab alijs, quàm à curia videte *Sanfelic.dec.*386.

*ibid. lin.* 34.ibi iudex, Adde, *Sanchez lib.*6.*Opuſc.Moral.c.*1.*dub.*12.quod iudex Eccleſiaſticus poſſit promittere impuritatem reo ad habendos alios delinquentes,*Genuenſis in Praxi,cap.* 49.*ad finem,in* 2.*edit.*Quid de inquiſitoribus,*Diana par.*4.*tract.*8.*Reſol.*22. *latius* Carena *de officio ſāctæ inquiſitionis par.*2.

Digitized by Google

*tionis parte 2.titulo 2.à num.42.*

*fol.*318.*linea*1.ibi naturæ,Adde,*Sanfelicius deciſ.*137.*num.*1.vndè nec poteſt prohiberi,ne ad ipſum alimenta,deferantur *Ambroſinus de immunitate cap.*11. *num.*7. *ad finem*, vbi an autem poſſit cuſtodiri in Eccleſia, de qua re, *Paſqualigus noſter deciſ.*485.*vbi deciſ.ſeq.* agit de eo, qui ereptus de manibus ſatellitum, in Eccleſiam ſe recepit, cui,ſe defendendo,reſpondet *Diana par.*6.*tr.*8.*Reſolut.*5.

*ibid.lin.*8.ibi,immunitate,Adde, de qua re *Diana par.*6.*tr.*1.*Reſol.*32.

*ibid.lin.*25.ibi,vel Epiſcopo,Adde,de qua re,*Diana par.*6.*tract.*1.*Reſol.*27. Quid ſi cùm hoc modo eſſet in carceribus ſæcularibus, ibi delictū cōmittat, idē *Diana ibidem Reſol.*22.*ad finem,verſic. quarto quaro.*

*ibid.lin.*52. ibi,*num.*178.Adde, *Diana parte* 6.*tract.*1.*Reſol.* 1. *ad finem, Sanfelicius par.*1.*deciſ.*19.etiam *ad finem.*

*ibid.lin.*56.ibi Adiacentia,Adde. De turri, ſeù Aſtraco,& Campanili. *Sanfelicius ſup.deciſ.* 16. de Atrio Eccleſiæ,*ibidem deciſ.*19.*num.*7.de tecto Eccleſiæ,*Diana par.*6.*tract.*1.*Reſol.*3. An occidens, vel mutilans in eiſdem locis Eccleſię, vel in domibus Parochorū,vel Canonicorū,Palatio Epiſcopi, &c.gaudeat immunitate,*Diana par.*6.*tract.*1.*Reſol.*7.

*ibid.lin.*60.ibi conſtructa,Adde,de qua re in ſpecie,*Sanfelicius deciſ.*8.*parte* 1. *Diana par.*6.*tract.*1.*Reſol.*1.*verſic. verum ad finem.*

*Ibid.col.*2 *lin.*3.ibi communiter,Adde *Diana par.*6.*tract.*1.*Reſol.*6.*Ibid.lin.*10.ibi & alios ſuprà, Adde,*Ciarlinus in ſuis controuerſijs cap.*10.*num.* 18.vbi an ad Euchariſtiā confugiens damnatus ad mortem,gaudeat.

*Ibid.lin.*20.ibi celebretur. Adde Declarat: S.Congregationis,apud *Dianam parte* 5.*ad finem,num.*4.

*Ibid.lin.*24.ibi viridarium,adde,*Sanfelicius ſup.deciſ.*136.*num.*1.*ad finem*,ſufficit,ſi locus ſit Religioſus,vt gaudeat immunitate,*Ciarlinus cap.*119.*n.* 6.*ad finem*, *Diana par.*6.*Reſol.*6. *verbo tandem.*

*Ibid.lin.ſeq.*ibi palatium, Adde,*Diana par.* 6.*tract.*1.*reſol.*4. quid de palatio Epiſcopi titulatis, *ibid.reſol.ſeq.* videte, etiam *Ciarlinum cap.* 10. *& cap.* 116. *num.*14.vbi quod gaudeat,etiam ſi ſit ſine oratorio.

*Ibid.lin.*41.ibi *num.*15.idem dicit de Seminario,*n.*7.adde,*Bellectus par.*1.*ſua diquiſit.tit. de fauore clericorum reali*,§. 4.*num.*34.vbi refert *Riccium teſtantem* ità *fuiſſe deciſum in Collaterali Conſilio* Neap.de qua re,*Sanfelicius etiam deciſ.* 136. *par.*1. *Diana par.* 6.*tract.*1, *reſol.*2.

*Ibid.lin.*50.ibi,*num.*12. Adde,*Diana parte* 6.*tr.*1.*reſol.*2.*verſ. recte etiam.*

*fol.*319.*col.*1.*lin.*1.ibi *num.*25. Adde, *Diana cit.reſol.*2.*verſ.ſed ex his*, probat contrarium,ſed optimè, *Sanfelicius deciſ.* 136.*ad fin.&* 240.facit differentiā inter caſum, vbi dicta domus habet oſtium intra atrium, vel extra Atrium Eccleſię:primò.n.caſu gaudet,(&in hoc caſu loquitur,*Nouarius*)Secundò,verò caſu non. De Hoſpitali, quando gaudeat dicta immunitate, latè poſt alios, *Ciarlinus in ſuis controuerſijs, cap.*116.*& Diana par.*6. *reſolut.*6. vbi etiam de Cæmiterio. De Oratorio, Confraternitatum,*Diana par.*5. *tract.* 1.*reſol.*1.*verſ. ſed non eſt verum.*

*ibid.lin.*20.ibi *Theoremate* 59.adde,*Ricciull. lib.*2.*de Iure perſonarum c.*12.*Diana par.*4.*tract.*1.*reſol.*50.*& par.*6.*tract.*1. *reſol.*23.ſed vide declarat.Sacræ Congregationis immunitatis de Anno 1631.relatam ab *eod.Diana par.* 5. *ad finem,num.*39.quæ contrarium continet; ſed pro prima opinione, vide *Ciarlinū cap.*10.*à n.*13.&ſi eam declarationem (ſi vera eſt) ſeruandam eſſe, fateatur,dicta tamen declaratio, vt infrà,habet locum, vbi infidelis ſeruus confugeret ad euadendam ſeruitutem, ergà Dominum ſuum.

*Ibid.lin.*31.ibi *recoll.alids reſol.*31.Adde,& latè confirmat,*par.*6.*reſolut.*24.ità intelligendus, *Carena de officio ſanctæ Inquiſitionis par.*1.*tit.* 5. *num.* 96.Pro hæreſis crimine, non declarant DD. vtrum intelligatur quodlibet crimen pertinens ad S. Officium, ſed affirmatiua opinio,poteſt probari ex infradicendis, verbo impedientes Epiſcopos,&c.in Addit.in ſpecie de blaſphemo hæriticali, quòd gaudeat, dicta immunitate,*Diana par.*6.*tract.*1. *reſol.*26.*q.*8.

*Ibid.lin.*44.ibi *num.*3.Adde,in ſpecie, quòd Epiſcopus non poſſit carcerare clericum delinquentem,exiſtentem Monaſterio Regularium,*Ciarlinus in ſuis controuerſijs cap.*10.*num.* 21. vbi circa noſtram concluſionem,de qua ſuprà, diſtinquit,vtrū adſit conſuetudo, vel nō,quod etiam docet *Chartarius dec. Curię Archiepiſcopalis, Mediolan.*82. *n.*3. qui teſtatur conſuetudinem, eſſe Neap.Mediolani,& in Hyſpaniis pro



Digitized by Google

negatiua, ſicut pro Ciuitate Regij, videtur etiam teſtari, *Ciarlin. loco ſupra citato numer.* 19. & ſi valdè obſcurè, latè *Sanchez lib.* 6. *opuſculorum moralium cap.* 1. *dub. octauo*, ꝙ non poſſit carcerari ſacerdos, qui cum cotta, & ſtola procedat ad efferendum defunctum ad Eccleſiam, etiam de licentia Epiſcopi: ità notanter *Locatellius, apud* Dianam *par.* 6. *tract.* 1. *Reſol.* 35. *ad finem*, teſtatur fuiſſe deciſum in vrbe, coram Vicario, qui *Diana*, idem à fortiori docet de ſacerdote cum cotta, & ſtola deferente Sacramentum Extremæ Vnctionis, & ſic concludit, ſacerdotem aliàs carceratum poſſe dicere de nullitate capturæ, & ꝙ non teneatur reſpōdere, interrogatus

*Ibid. lin.* 46. ibi *Reſol.* 3. *aliàs* 35. Adde, ac eandem declarationem refert, etiam *ad finem, par.* 5. *num.* 15.

*Ibid. lin.* 53. ibi, *ad finem.* Adde, & *Diana par.* 6. *tract.* 1. *Reſol.* 22. *verſic. ſed ſtante Bulla.*

*Ibid. col.* 2. *lin.* 4. Adde, quid de damnatis ad Triremes, vel ad mortem, *Sanfelicius dec.* 270. *Sāch. ſup. dub.* 8. *Dian. poſt alios p.* 6. *tr.* 1. *reſ.* 22. & *reſ.* 19. *& ſeq.* agit de fraudantibus tributa, & monetariis, & *Reſol.* 16. de incendiarijs de alijs vide ibidem, & præcipuè, *Reſol.* 26.

*Ibid. lin.* 25. ibi *Reſol.* 32. Adde, & confirmat alijs authoribus, *citatis par.* 6. *tract.* 1. *Reſol.* 17. vbi ad finem, ſubdit. S. Congregationem Epiſcoporum declaraſſe, dictos fraudulentos decoctores non eſſe in Eccleſia multo tempore tolerandos, ſed ab ea eijciendos, quam declarationem, antea retulerat, *poſt par.* 5. *inter aliàs declarationes pro hac materia immunitatis, num.* 11. vide pro Regularibus, *Lezanam par.* 1. *cap.* 10. *num.* 21.

*Ibid. lin.* 36. ibi *num.* 7. Adde, & ità declarauit S. C. Epiſcoporum 1. Decembris 1617. ſcilicèt, quòd decoctores, res, & bona in creditorū præiudiciū, traſportare nō debeāt in Eccleſiam, ſed illa, conſignare debeant Iudici Sęculari, vt dominis illa adiudicet, refert *Dia. citata Reſol.* 17. *ad finem, & cit. par.* 5. *in fine, inter aliàs declarat, nu.* 12. videte, etiam *Sanchez lib.* 6. *opuſculorum moralium, cap.* 1. *dub.* 8. *num.* 8.

*Ibid. lin.* 53. ibi *rapta*, & quod non admittit, *Diana*, quādo interuenit vis, *p.* 1. *tr.* 1. *Reſol.* 8. contrà *Nald.* vbi de armis prohibitis, de qua re, *Sanchez ſuprà dub* 14. & *reſolut.* 9. latius agit, de hoc articulo, an furans extrà Eccleſiam, vel & intrà Eccleſiam, quamlibet rem Sacram, v. g. Pixidem, gaudeat immunitate, *par.* 6. *tract.* 1. *Reſolut.* 9. in ſpecie de raptore virginum, an gaudeat, agit *ead. p.* 6. *tr.* 1. *Reſol.* 14.

*fol.* 320. *col.* 1. *lin.* 3. ibi. *& ſeq.* Adde, *Diana, par.* 6. *tract.* 1. *Reſol.* 3.

*Ibid. lin.* 11. ibi per eundem, Adde, *Bonacinam*, cui in parte contradicit, *Diana p.* 6. *tr.* 1. *Reſol.* 6 *verſ. pro complemento.*

*Ibid. lin.* 16. ibi authores, Adde, de qua re *Sanfelicius deciſ.* 136. *num.* 6. *& Diana par.* 6. *tract.* 1. *Reſol.* 2. videte *Peregrinum hic, cap.* 4. *num.* 34. vbi docet, paſſus ſumi debere per plateas diſcopertas, quę ſolent eſſe, antè ianuas, & in circuitu Eccleſiæ, dummodò ſint, & pertineant ad Eccleſiam, ſecus de vijs publicis, domibus, & pomarijs priuatorum, ſiuè regularium, ſiuè clericorum, qui non deſeruiunt dictæ *Eccleſiæ*, *Sanchez ſupra dub.* 7. *nu.* 2. *ad finem*, vndè patet, an ſit vera contraria opinio, quam probat *Diana par.* 3. *tract.* 1 *Reſol.* 77. qui citat pro ſe, *Riccium, & Bonacinam*, omninò videndos, & legendos, *nam Bonacina loco ſupra citato*, probat noſtram ſententiam.

*Ibid. lin.* 32. ibi allegantem. Adde, quid ſi ipſe non ſe eripit, ſed ab alijs eripiatur à manibus Curiæ? affirmat, illum gaudere, *Diana par.* 6. *tract.* 1 *reſol.* 27. *verſic. verum pro coronide*, contrà *Nouarium*, ſed *Nouarium* defendit erudiſſimè, vt aſſolet, *Paſqualigus dec.* 486. An ipſi, qui eripuerunt, &c gaudeant? *Diana* affirmat *loco citato.* De fugientibus à carceribus ſæcularibus, *Diana ſup. Reſol.* 26. *quæſ.* 5. *& Sanchez ſuprà dub.* 8. *num.* 11. *& duobus ſequentibus.*

*Ibid. lin.* 37. ibi, *&c.* Adde, quod dixi de Vicario Capituli Sede vacante, intellige, vbi delictum fuit commiſſum in ſua Diœceſi, ſecus quādo in loco exēpto, vel nullius Diœceſis: ità poſt alios *Diana par.* 6. *tract.* 1. *Reſol.* 30 *verſic. quæro.* 1. ſed quod dixit de loco exempto, intelligo, quòd ille ſit extrà Diœceſim, & ſic non intelligatur pro loco exempto, Monaſterium Regularium &c. An ad hoc, vt Epiſcopus poſſit cognoſcere de dicta extractione: ſufficiat, ſi ſit confirmatus, & ſi non conſecratus, contrà *Italiam*, affirmat *Dia. ibid. quæſ.* 2. poſt *Peregrinum* intellige, vt dixi ſuprà, ſi iā cū Breui, acceperit poſſeſſionē Epiſcopatus, quo caſu poteſt exercere ea, quæ ſunt iuriſdictionis, non autem quæ ordinis.

*Ibid. lin.* 55. ibi *ad finem.* Adde, qui contrarium docet, & ſequitur etiam *Sperellus deciſ.* 65. accedit, ſe magis declarando

do

Digitized by Google

do, *Diana par.6.tract.1.Reſol.30. verſ. quæro* 5. vbi quod licèt appellatione prohibita, non cenſeatur prohibitus recurſus, tamen in hoc caſu ſit prohibita tam appellatio, quàm recurſus, & ſi videatur, *cum Ciarlino ſup.* probare, quòd quãdo ſentẽtia eſſet notoriè iniuſta, tam parti, quàm Fiſco, non eſſe denegandam appellationem, & cum Zipeo *conſult. canonica 3. de immunit. Eccleſ.* quòd etiam reo concedatur appellatio, vbi Epiſcopus inaudito illo, declararet, ipſum non gaudere, quomodò dictus reus debeat audiri, citari, &c. vide Ciarlinum *loco ſupracit. à num.* 150. *& Dian. ſupracit. Reſol.*30. *quæſ.*3. *&* 4. *& Reſolut.* 31.

*Ibid.col.*2.*lin* 16.ibi *num.*11. Adde, incurrere irregularitatem, ſi reus eſſet ad mortem, vel mutilationem dãnatus, præter peccatum, & reſtitutionẽ dannorum, *Diana cit.reſol.*30. *ad finem*, vbi idem videtur aſſerere in caſu, quo DD. dubitarent, an delictum commiſſum, gaudeat immunitate necnè, quia tunc deberet in fauorem Eccleſiæ proferri ſententia.

*Ibid.linea* 24.ibi *num.*4. Adde, latè *Diana par.*6.*tract.*1.*reſol.*28. ibidem *lin.* 27. ibi *num.*27. Adde, idem *Diana ſupra Reſol.ſeq.*

*Ibid.lin.* 31. ibi aggrediuntur, de iſtis duobus caſibus, agunt *Diana par.*6.*tract.* 1.*Reſol.*15. vbi an ſufficiat, quod ſemel, vel bis dicta delicta propetrauerint, & *Sanfelic.decij.*137.*num.* 5. vbi de probationib⁹ taliũ qualitatũ, ſicut de probatione aſſaſſinij, & aliarũ, qualitatũ *Ciarl. c.*10. an Epiſcopus debeat ſtare proceſſui facto à iudice laico, poſt alios *Diana ſupracitato, parte* 6. *tract.* 1. *Reſol.*31.

*Ibid.lin.* 34. ibi non verentur. Adde, an idem ſit de commictente homicidiũ, vel mutilationem, in atrio Eccleſiæ, *Sanfelicius deciſ.*19.*par.*1. vbi an diſpoſitio dictæ Bullę, ſit fauorabilis, vel odioſa, de qua re latè, *Diana ſup.reſolut.*39. *verſ. confirmantur ſupradicta*, quid de occidente in ſcalis, porticu, & tecto Eccleſiæ, palatio Epiſcopi, domibus canonicorum, vel clericorum, aut Monaſterio Regularium, *Diana par.*6.*tr.*1.*reſol.* 7. vbi etiam an mandans occidere in Eccleſia, & alijs locis ſupradictis, gaudeat immunitate, de qua re, Sanchez *ſuprà dubio nono*, ac etiam, quid ſi ex rixa orta in Eccleſia, vel Cæmeterio oriatur homicidiũ, vel mutilatio, an ſit locus immunitati, præter ſupràcitatos, videte quoq; *Bonac. in ſup. pun.*4. §.7. *Ampliat.*4.

*Ibid.linea* 35. ibi occiderit, adde, quid de extrahente, vt occidat, an gaudeat immunitate, Bonacina *ſup. nu.*4. *Diana p.*6.*tract.*1.*reſol.ſeptimam, ad finem*, vndè etiam incurrrit excomunicationẽ, contrà extrahentes, latã. De iudice mandante, quod reus occidatur in Eccleſia, agit idem *Diana ſup.reſolut.*35.

*Ibid.lin.*36. ibi Aſſaſſini, *Diana Reſol.* 11. *& Ciarlinus cit.cap.*10.

*Ead.linea*, ibi Heretici, videte *ſuprà f.*319. *col:*1. *cum addit.*

*Lin.ſequenti*, ibi Principi, *Diana vbi ſuprà Reſol.*18.

*Lin.*41. ibi iure, Adde, de quibus *Diana ſup.reſ.*26. *& alijs loc.ſuprac.* De eo, qui manens in Eccleſia refugiatus, exit ad commictenda delicta, & iterum ſe recipit in Eccleſiam, adeſt edictum annuente S. P. Vrbano VIII. prò hac re emanatũ, pro Diæceſi Neapolitana ab Eminentiſſimo Cardinali Boncopagno 1626. 17. Settembris impreſſo inter Bullas recentiores, *folio mihi* 286. & antea ſimile edictum fuit publicatũ, ꝑ toto Regno à Nũcio Apoſtolico Deodato Gentili die 8. Ottobris 1613. ſ faciũt mentionem de alio edicto facto à S. Congregatione Epiſcoporũ, & Regulariũ ꝑ Monaſterijs Regularium, *Lezana p.*1.*cap.*16.*n.*21. *& Diana par.*3.*tract.*1.*reſol.*40. Aliud edictum extat, hodiè emanatum ab Eminentiſſimo Philamarino authoritate eiuſdem S. P. Vrbano VIII. quid autẽ de iure, *infrà in Addit.ad fol.*398.

*Fol.*321.*col.* 2. *linea* 1. ibi teſtatur, Adde, & alijs allegatis authoribus, cum atteſtatione de praxi, poſt Epiſcopum *Marantam* probat *Diana par.* 6. *tract.* 1. *Reſol.*34. *verſ. dico igitur*, *contrà Caſtrum Palaum*.

*Ibid.lin.*22. ibi, *pun.* 22. Adde, ac alij, apud *Dianam cit.reſol.*34. *verſ. nec deſinã &c.*

*Ibid.lin.* 39. ibi, *num.*892. Adde, an autem ſatisfaciat Iudex ſæcularis dictæ Bullę, remictendo reum extractum ab Eccleſia, ſi illum remictat Epiſcopo, vel Nuncio Apoſtolico, vel debeat illum reſtituere Eccleſiæ? Negatiuè, reſpondet *Barboſa*, ex declarat: S. Congregationis immunitatis, apud *Dianam par.*6.*tract.*1.*reſol.*27. contrà *Caſtrum Palaũ*, qui tamẽ *Diana* refert conſiliũ doctũ pro opinione contraria, datum

*Fol.*322.*col.*1.*lin.*16. ibi reſtituere, Adde, & contrà *Suarez*, nouiſſimè probat *Spercellius deciſ.*428.*num.*61.

*Ibid. lin.*56.ibi armis,Adde, *Diana parte 6. tract.*1.*reſol.*8.de qua re antè egit,*par.* 1.*tract.*1.*Reſoll.etiam* 8.vbi quod concedunt DD.pro ſecuritate iudicum ſæcularium, vt Eccleſia, obſideatur, à ſatellitibus, nè reus fugiat, vel ſi extrà fines Eccleſię exeat,capiatur,quod etiam fundaui inter meas conſultationes morales in vna Ariminenſi,&ſi fuit contrarium, in dicto caſu reſolutum à Congregatione immunitatis,& data facultas, quod Tribunus militũ qui id fecit,nẽpè vt caperetur quidam miles,qui ob delictum, quodam, in Eccleſiam confugerat,reciperet abſolutionẽ à ſuo Confeſſario,prout à me fuit abſolutus, vt obedirem mandato dictæ S.Congregationis. An etiam poſſit ibi cõpedibus cuſtodiri, *Sanch. lib.*6. *Conc.Mor.c.*1.*dub.*13.An autem poſſint, ibi confugientes citari in Eccleſia,*Sanfelicius p.*1.*deciſ.* 141. Quòd occidentes, vel vulnerantes clericum, gaudeant immunitate:ità tandẽ fuiſſe deciſum,fatetur, *Sanfelicius dec.*20.

*Ibid.col.*2.*linea* 13. ibi *dub* 17. Adde, licèt contrarium probet: *Diana par.* 6. *tr.* 1. *reſol.*32.*verſic.quaro* 3.

*Fol.*325.*col.*1.*lin.*38.ibi,&c.Adde,maximè, quæ Principis authoritate iudigent, *Salon.*22.*de vectigalibus art.*3.*controu.* .3.*num.*4.

*Ibid col.*2.*lin.*11.ibi *num.*4. Adde, contra *Molinã*,de quà re videatis, *Sperellum deciſ.*37.*num.*81.

*Ibid. lin.* 45. ibi ſoluat, adde, proſequitur alijs allegatis,licèt ad aliud propoſitũ, *Bonacina tomo* 3.*diſput.*1.*q.*6.*p.* 7.*ſub num.*5.*&* *q.*19.*pun.*6.*num*....

*Ibid.lin.*53.*ad finem, concluſ.* Adde, cum his, quæ poſtea ſcripſit, *Bonacina ſupracit.q.* 19.*p.*....*num*.... An bona quæ tranſeunt in Eccleſiam, vel clericos, tranſeant cum onere gabellarum *Sperellus deciſ.*35. *qui deciſ.*41.*& ſeq.* tractat, an coloni clericorum teneantur ad onera laicalia, videre etiã *Molphesium par.*2.*ſumma tract.*12. *cap.*22.*n.*91.*& Bellectum par.*1.*diſquiſitionis Clericalis de exempt.cleric.*§ 7.

*Fol.* 326. *lin.* 6.ibi *ad finem*.Adde *Toletum lib.*1.*cap.*29.*nu.*5.

*Ibid. lin.* 20. ibi vendicare, Adde, hanc opinionem affirmatiuam, approbatam fuiſſe per Sacram Congregationem ſuper Controuerſijs iuriſdictionalibus,annuente S.P.teſtatur *Sperellus deciſ.fori Eccleſ.* 37.*num.* 83. *ad finem.*

*Ibid.verbo* Grauantes *lin.*7.ibi *in* 6.Adde, de qua re,*Sperellus deciſ.* 37. *ſupracit.*

*Fol.*327.*verbo Heretici ad finem*.Adde,quibus illic allegatis, adde, *Dianam par.* 4.*tract.*4.*Reſol.*240.

*Fol.*328.*col.*1 *lin.*6.ibi *num.* 12. Adde, *Bonacina tomo* 3.*diſput.*2.*punc.*4. *num.* 18. vbi quod ſit probabilis, opinio affirmatiua.

*Fol.*331.*col.*1.*lin.*4.ibi,*ad finẽ*,Adde,& *Lezanam par.*1.*cap.*19.*num.* 42.

*Ibid.lin.*26. ibi ſęculari, Adde,*Lezana ſupra num.*41.

*Ibid.col.*2.*lin.*3.*ad finem.*Adde,& *Boſſius in Appendice de confeſſar.ſollicit. dub.* 1. *poſt ſuum tractatum de triplici* Iubilei *gratia,&c.*

*Fol.*332.*verbo illegitimos lin.*5.ibi 54.adde, & à *Quaranta verbo Monaſteria & Conuentus*.

*Ead.lin.*poſt excommunicationem, Adde, qui Sixtus V.in alia Conſtitut:*incip.ad Romanum,apud Quarantam loc ſupracit.* declarat, non eſſe illegitimum eum, qui fuit legitimatus per ſubſequens matrimonium (quod ampliat *Sanctarel.var.reſ.q.*38.&ſi id fieret in articulo mortis) item, quæ veniant appellatione honorũ, ac dignitatum, à quibus dicti illegitimi profeſſi arceantur. An autem talis diſpenſatus in ſæculo ad beneficia,cenſeatur diſpenſatus ad dignitates,ſi ingrediatur Religionem, dixi *cum de Officio Capellani q.*6.*ſect.*6 *ſub num.*63.

*Ibid.lin.*19.ibi,*&c.*Adde,& poſtea limitando. *Dummodò tamen filius illegitimus in Religione,in qua pater,ſiuè antè,ſiuè poſt natiuitatem dicti filij, profeſſus fuerit, ipſo patre viuente, non admittatur.* Quę limitatio cum ſit odioſa, non habet locum,vbi filius eſſet profeſſus,& pater vellet ingredi,vt in ſimili dicam,*infrà Reſollect.*6.*num.*

*Ibid.col.*2.*lin.*48.ibi *diſput.*6.Adde, *dub.* 2. *&* 3.vbi *dub.*4;quòd ſufficiat ad euadendas dictas pænas,ſi dictæ informationes capiantur poſt habitus ſuſceptionẽ,antè tamẽ profeſſionẽ,præmiſſo tamen iuramento, ipſius ingreſſuri, ſe ab omnibus contentis in dicta Bulla Sixti V. ſolutum eſſe, iuxtà quandam conceſſionẽ;fauent verba eiuſdẽ Conſtitutionis.*Ad Romanum, verſic. quod autem pertinet*, vbi quod tunc efficitur aliquis vere Religionis cùm profeſſionem emittit,item *DD. in auth.ingreſſi de ſacroſanctis Eccleſ.* vbi prò ingreſſu,communiter intelligunt, profeſſionis emiſſionem.Dixi,*poſt habitus receptionem*, quia in Religionibus,vbi recipiuntur ingreſſuri: tamquam hoſpites pro certo tempore, & poſt dictũ tempus,datur illis habitus,

tus,certum eſt non requiri , vt dictas informationes capiantur,antè ingreſſum .

*Fol.*334.*col.*2.*lin.*2.ibi tribunal,adde(vt declaraui , *ſuprà in Addit.ad Verbum Eccleſiaſticus,fol.*313.)

*Fol.*335.*col.*1.*lin.*50.ibi acceſſoriæ, Adde, videte *Carenam de Officio Sanctæ Inquiſitionis par.*2.*tit.*13.vbi latè comẽtatur,hanc Conſtitutionem,& in ſpecie,*ſub num.* 67.docet, quòd hic ,pro cauſa fidei,intelligatur,quælibet cauſa ſpectans ad S. Officium , & ideò ſubdit,fuiſſe dictis pœnis,de ordine ſupremi Tribunalis,multatus is,qui ex manibus Birruariorum , eripuit blaſphemum hæreticalem,captum nomine Sancti Officij.

*Ibid.col.*2.*lin.*1.*ad finem.*Adde, decretum pro ſuperioribus regularibus vexantibus ſuos ſubditos recurrentes, ad S. Officium , habetis ſuprà *verbo hæreticorum libros ,ad finem,* quod de verbo ad verbum , etiam refert *Diana ad finem par.*5.*fol.mihi* 294.ſecundum editionem Venetam. Aliud decretum, per quod iubetur omnibus Officialibus Eccleſiaſticis , vt in cauſis ad S. Inquiſitionem hęreticę prauitatis ſpectantibus,gratis omnia expediant, refert *Campanilis in ſuo Diuerſorio* Iuris *Can.rub.*11.*c.*26.*nu.*103. de qua re agit etiam *Rub.*12.*c.*13.*n.*146.

*Fol.* 340. *col.*1.*lin.*21. ibi poteſt Epiſcopus, Adde, *Portellius in ſuis dubijs regularibus,verbo clauſura monachorum,ſub num.*3.vbi ſe retractat.

*Fol.*241. *col.*1. *verbo reſtringitur* 4. *lin.*17. ibi *in fine*,Adde,*Lezana par.*1.*cap.*25. *num.*74.

*Ibid.lin.lin.ſeq.*ibi *lib.*1,Adde, *Homobonus de caſibus reſeruatis,par.*2.*in* 5.*caſu,in* 1.*except.in magnis, Barboſa allegatione* 102. *num.* 32. *Gambarupta de caſibus reſeruatis,cap.*7.*de excommunicationibus.&c.num.* 37.

*Ibid.verbo ingreſſum mulierum,lin.*9.ibi,& *Azor.* Adde, quos ſequitur *Filliuec. tract.* 15.*num.*118. *& ſequentibus,* qui teſtatur:ità receptum eſſe in Pænitentiaria,confirmat,etiam *Bonacina in opuſculo de clauſura,q.*5.*pun.*3.*num.*2. *ad finem.*

*Ibid.col.*2. *verſ. Ampliat. ad finem.*Adde. Ampliatur quartò ad regulares , qui licèt non introduxerint mulieres, vt ſuprà; tamen poſtquam fuerunt introductę ab alijs , illas recipiunt, vel comitantur,vel ſecum conuerſantur: ità poſt *Nauar.*docet *Rodriquez in expoſitione huius motus,num.*11.quod inteligit,niſi bono fine , illas obſcondendo,&c.quod poſtea, etiam reperi, apud *Campanilem Rub.*12.*cap.*16.*nu.* 37.ſed ſimpliciter,quod tales conuerſantes,comitantes tantũ dictas mulieres iã ingreſſas, non incurrant has pęnas,probat (vt ipſe ait) re melius conſiderata, *Portellius in ſuis dubijs Regularibus, verbo clauſura monachorum , ſub num.*6.Ampliatur quintò, etiam ſi ipſi Regulares non admitterent dictas fæminas,ſed tantũ admitterentur, eorum iuſſu à ſecularibus , *Rodriquez ſuprà.* Ampliatur ſextò in ea,quæ ex officio teneretur impedire dictum ingreſſum,& non impediret,quia ſi non excuſatur ob inaduertentiam naturaralem,vt infrà,incurreret dictas pęnas, *Portellius loco ſupracit.ſub num.*2.

*Ibid.verſ.limitatur* 2.*lin.*9.ibi,*num.*35. Adde,ſed contrarium docet

*Ibid.lin.*11.ibi Pij V.Adde,quod ſupponit, etiam *Portellius in ſuis dubijs Regularibus,verbo clauſura monachorum,nu.* 2.*ad finem.*

*Fol.*342.*col.*1.*lin.*9.ibi,*ad finem*,adde, *Layman lib.*4.*tract.*5.*cap.*12.*ſub num.*14.

*Ibid.verbo ingreſſus,&c.lin.*31.ibi decernere,vide *infrà recollect.*6.*verbo Religioſi,fol.* . . . *& Epiſcopum Marantam par.*3. *ſuorum Reſponſorum , reſponſo* 35.

*Ibid. col.*2. *verbo inquiſitionis, linea* 44. ibi imponentes,adde, vel quod impedierint S.Officium,qui re vera illud non impedierunt, hæc duo exprimuntur, in dicto textu,& etiam refert *Carena par.* 1. *de Officio Sanctæ Inquiſitionis tit.* 5. *num.* 83.ſed non dubito, quin eandem excommunicationem incurrerent dicti Inquiſitoris,aut Epiſcopi, ſeù eius Miniſtri , etiam falsò imponentes alicui,quodlibet aliud crimẽ, ſpectans ad S.Officium,iuxtà ea, quæ dixi *ſuprà in Addit. ad fol.*335.quibus in puncto, fauent, verba ipſius, §. *verum,ibi,vt ſic diſcretè,& promptè contrà ſuſpectos , vel diffamatos de huiuſmodi prauitate, procedant,&c.*nàm vt certum eſt crimina ſpectantia ad S. Officium, ſunt non ſolum hęreſis , & impedimentum ipſius,ſed quidquid reddit aliquem ſuſpectum de hęreſi , &c.vt dixi *ſup. verbo Hæreſis ad finem, verſ. Nota doctrinam generalem.*

*Ibid.lin.*22.ibi alicuius mali. Adde,ſcilicèt ſcandali,vt habet,*Gloſa in d.§.verum, verbo obtentu ,* cuius verba ſunt iſta, *vbi ergò non propter alterum prædictorum,*

rum, (ideſt odij, & gratiæ, vt clarius ſe declarat, *ead. gloſa infrà, eodem verbo obtentu.* Adde, vel comodi, aut lucri temporalis, vt per *Bonac. cit. num:* 2. & alios, apud *Dianam par. 4. tract. 8. reſol.* 37.) *ſed fortè timore, vel propter vitandum ſcandalum omitterent*, (vel facerent) *non eſt locus pœnæ*, ex quibus verbis, patet, quid dicendum de Miniſtris Epiſcopi, qui ex eo, quia periculum imminebat, quòd eriperetur ab eis, quidā carceratus, & ſi ob aliā iuſtā cauſam, vel fortè male tractarētur ob eād. carceratione à laicis, nō odij, vel gratię, ſed ad d. mala vitāda, ac vt carceratus clericus, à manibus eorum non eriperetur, promulgauerunt, eum ducere, pro caſibus ſpectantibus ad S. Officium, quia neque hoc caſu dicuntur, propriè illi imponere crimen ſpectans ad S. Officiū, quod verbū ſignificat, non ſolum verbis, ſed facto aliquem, tamquam reum talis criminis ſiſtere, inquirere, ac proceſſare, vndè impoſtores dicuntur, qui falſo alicui crimen imponunt in iudicio.

*Ibid. verbo Inquiſitores lin.* 9 ibi *pun.* 10. Adde, quid ſi ſit impotens ad reſtituendum, an etiam remaneat talis excommunicatio reſeruata? Affirmat *Suarez.* Sed meritò contrarium ptobat *Carena de Officio Sanctæ Inquiſitionis lib.* 1. *tit.* 5. *num.* 86.

*Fol.* 343. *col.* 1. *lin.* 38. ibi, *&* 4. Adde, & *Diana par.* 4. *tract.* 8. *reſol.* 28. & ſic tria debent copulatiuè concurrere in Inquiſitoribus, ad incurrendam hanc excommunicationem, *extorſio, motiuum illicitus, & prætextus officij*, vt poſt *Bonac.* notat *Carena loco proximè ſupra cit. num.* 84. vbi quod hic, pecuniæ nomine, veniat, quidquid pecunia eſt extimabile, de qua re, *infrà recollect.* 4. *verbo Montium Pietatis, &c. Fol.* 358. *col.* 1.

*Ibid. col.* 2. *lin.* 9. ibi, *verſ.* Dixi. Adde, & ſi contrarium probare videantur *Carena loco ſupra cit. ſub numer.* 86. ex eo, quòd putet cum *Nauarr. & Sayro*, illa verba, *donec illis, à quibus extorſerint, plenè ſatisfecerint*, referri non ad caſum proximę præcedentis concluſionis; ſed etiam ad caſum concluſionis huius.

*Ibid. lin.* 36. ibi *Hæreſis.* Adde, & ſe, *impedientes Epiſcopos, & Inquiſitores.*

*Fol.* 344. *col* 1. *verbo interdictū non ſeruari.* Adde, hanc concluſionem.

Intrudens ſe in beneficio Eccleſiaſtico, ſeù abſque canonico titulo, in illud, ſe ingerens, incurrit excommunicationem, de qua *infrà Vſurpantes*, vbi habetis, quando etiam incurrat excommunicationem Bullæ Cœnæ, quibus illic allegatis, in puncto accedit, *Theſaurus par.* 2. *de pœnis Eccleſiaſticis, verbo intruſio in Beneficium Eccleſiaſticum.*

*Fol.* 345. *col.* 1. *verbo laici, qui &c. ad finem.* Adde, hanc aliam concluſionem.

Lapides, & alia ornamenta ab Eccleſijs almę vrbis ſubtrahentes, & aliò aſportantes, eorumque fautores; niſi cum effectu reſtituant, aut reuelauerint; incurrunt excommunicationem S. P. reſeruatam Sixtus IV. in ſua Conſtitutione, *incip. cū Prouida*, vbi ēt loca, in quæ dicta traſportantur, ſubijciuntur interdicto. *Naldus refert in ſua ſumma, verbo ſacrilegium, numer.* 15. *Caſtellanus in Compendio Bullar. fol. mihi* 20. *āt. Gambarupta de caſibus reſeruatis, cap.* 7. *num.* 19. *Bonac. to.* 3. *diſp.* 2. *q.* 3. *p.* 13. qui probabilē, dicit opinionē *Filliucc.* docentis, hanc cenſuram fuiſſe abrogatam. Hoc autem eſſe verum, tantum pro obligatione denunciandi, non autē in reliquo, dicit *Theſ. verbo ſacrilegium, cap.* 4. *ad finem.*

*Fol.* 346 *verbo libros imprimentes, ſinè nomine Authoris, ad finem*, hęc excommunicatio habet locum, vbi ſunt libri de rebus ſacris, de his enim loquitur, *Conc. Trid. Suar. tomo* 5. *diſput.* 23. *ſect.* 7. *num.* 3. *& alij infra citandi in proxima additione*, non dicitur, abſque nomine, ſi edatur ſub nomine Vniuerſitatis, *Azor. p. r.* 1. *lib.* 8. *cap.* 17. *quæſ.* 3.

*Ibid. verbo libros Regularium, lin.* 11. ibi receptum, *Portellius in ſuis dubijs Regularibus, verbo libri prohibiti, numer.* 6. *Barboſa allegatione* 90 *nu.* 14. *& Theſaurus par.* 2. *de pœnis Eccleſiaſticis, verbo libri, cap.* 5. dicitur liber de rebus ſacris, in quo diſſeritur de ſacra Scriptura, de articulis fidei, de rebus ad cultum Dei, vel Sanctorum, ſpectantibus, vel de Theologia Scolaſtica argumento eorum, quæ notat *Bonac. to.* 3. *diſp.* 1. *q.* 2. *pun.* 4. *ſub. n.* 22. vbi idē putat ſignificare verba dicti canonis, loquentis de libris tractantibus de Religione, quàm de rebus ſacris, & ſic defendi, quemdam Regularem, qui quamdam Hiſtoriam cuiuſdam proceſſionis, & apparatus, occaſione certę ſollemnitatis, imprimi curauit, abſq; ſuo nomine, ac etiam ſinè approbatione ſuperioris ſui, quòd ſcilicèt non incurrerit cenſuram aliquam quia & ſi velimus *Concil. Lateran.* generaliter loquens de imprimentibus, & imprimi facientibus (quod ſignificat authorem libri, vel alium curantem librum Typis mandari, modò impreſſio ſequatur, vt notat *Bonacina cit. pun.*

*cit.par.16.num.3.verſ.3.*)hodiè ſeruari debere, quia fuit confirmatum à *Concil. Trident.* tamen cum *Concil. Trident.* loquatur de libris, qui tantummodò de rebus ſacris agunt, vt dixi ſuprà,& hic liber,non ſit liber de rebus ſacris,dictus Religioſus non incurrerat excomunicationē, adde, non deeſſe Doctores, qui aſſerant, hanc cenſuram non eſſe vſu receptā, ſed contrarium docet *Gambarupta de caſibus reſeruatis, cum de excommunicat. Conc.Tridet.non reſeruatis, cap.* 13.*num.*2.

*Fol.*348.*verbo locantes,lin.*11.ibi *interdictũ;* Adde ſimiliter non reſeruatum.

*Ibid.lin.*13.ibi 235.Adde, *& Theſaurum par.*2.*de pænis Eccleſiaſticis verbo vſura,cap.*7.*& infrà Recollect.*6.*nu.*457.

*fol.*349. *verbo matrimonium contrahens,lin.* 4. ibi, ità, Adde, erroris,conditionis, publicæ honeſtatis, ac cognationis ſpiritualis, *Gambarupta de caſibus reſeruatis, cap.* 11.*numer.* 12.*folio mihi* 173.

*Fol.*350.*verbo Miſſam,lin.*3.ibi,*art.*4.Adde an autem incurrat aliam pænam, ac cenſuram,vide infrà *Recollect.*6.*verbo Sacerdos,ſeù à num.*838.*fol.* 622.

*Ibid.col.*2.*lin.*7.ibi,*num.* 2. Adde, quod ſi Monaſterium edificandum ſit in loco exempto, tunc hoc iudicium pertinet ad ordinarium dicti loci,de ordinarijs,enim locorum,loquũtur Cōſtitutioes Gregorij XV. & Vrbani VIII.

*Ibid.lin.*18.ibi licentia Epiſcopi, Adde, de qua re videndus, *Cappuccinus ad Caſarubium verbo ędificare, ad finem,* ità fuiſſe deciſum in Curia Archiepiſcopali Neapolitana,*poſt Riccium,teſtatur Nouar. in ſumma Bullar. par.* 1. *cum de Monaſteriorum ędificatione,num.*8. *intellige tamen,vt infrà in Addit. ad lineam* 53.

*Ibid.lin.*22.ibi,*ad* 2.*&* 3.Adde,*Nouar. in ſuis ſingularibus,concluſ.*11.*num.*5.*& eius* Frater *Canonicus in ſua ſũma Bullar.cum de ędificatione Monaſter. par.* 1.*num.*11.vbi habetis aliàs ampliationes,& limitationes.

*Ibid.lin.*38.ibi *ad* 4.Adde,*Riccius par.*2.*deciſ.*75.

*Ibid.lin.*53.ibi. occurrenti, Adde,intellige, vbi dictum Monaſterium de nouo edificandum diſtet à proximiori per centum quadragiuta cannas, per aerem menſurandas,vbi aliàs per terram, menſurari,loci diſpoſitio, non permittit, vt latè per *per Nouarium in ſuis ſingularibus, concluſ.* 12. vbi contendit, hodiè ratione communicationis, vigere priuilegium trecentarum cannarum ſimiliter, per aerem menſurandarum, etiam vbi per terram aliàs rectè menſurari poſſent. Nàm & ſi in dictis conſtitutionibus derogetur priuilegijs volentium ædificare, tamen non derogatur priuilegijs Monaſteriorum,de quorum pręiudicio agitur ob dictā ędificationem, vt ſupponunt omnes authores, vndè de facto anno præcedenti, cum Carmelitæ Calceati Hiſpani voluiſſent mutare Conuentum, & aliũ nouum ædificare melioris conuicinia, & aeris (in quibus terminis, loquitur *Nouar. cit.concluſ.*11.*num.* 5. ſuprà allegato) obtinuerunt à S.Pōtifice diſpenſationē,quarundā cānarum deficientium,pro dictis centum quadraginta, commiſſā Eminentiſſ. Boncōpagno Archiepiſcopo,cum clauſula, *vocatis vocandis,*coram quo fuit proceſſum, ac ſi de nouo, ibi aduenîſſent prò conſtruendo nouo Conuentu. Item circà id, quòd *Nouarius Canonicus par.*1.*ſui Bullarij, cùm de Monaſteriorum ędificatione num.*10.teſtatur, in Curia Archiepiſcopali *Neap.* fuiſſe deciſum cōſtitutiones,de quibus ſup. non comprehendere Monaſteria Clericorum ſæcularium, prout ſunt Pij Operarij,cōtrariũ fuit nup obſeruatũ, ſ. requiri, quoq; ſ. diſtātiā cētũ quadragenta cannarum à Monaſterio Regularium communicantium priuilegia, quia d.priuilegia non ſolũ,ſunt pro conſtructione Conuentuum Religioſorum, ſed quorumcunque Eccleſiaſticorũ,vtriuſque ſexus,itē non ſolum loquuntur de conſtructione monaſteriorum, ſed etiam Eccleſiarum,&Oratoriorum,ità conceſſerunt Clemens IV.& Sixtus IV.& habetur *in Compendio Priuilegiorum mendicantium, verbo ædificare,* & refert *præter noſtrum Peregrinum in compendio, priuilegiorum noſtræ Congregationis eodem verbo ædificare,* eius frater *Nouar. in ſuis ſingularibus concluſ.*12.*num.*1.*&* 2.& ità anno etiam præterito fuit practicatum, *Neapoli,* nā cũ quidam Sacerdotes voluiſſent trāſferre quandā eorũ Eccleſiā(in qua congregabantur ad exercitia quędam ſpiritualia, in ipſa publicè, quoque miniſtrando Sacramenta,& celebrando Miſſas, & ſi ipſi, ibi ſimul non viuerent, nec habitarent)in alium locũ

viæ

Digitized by Google

viæ magis publicæ, nõ diſtãtẽ à Monaſterijs quorũdam Regularium communicantium dictum priuilegium cẽtũ quadraginta cannarũ, vt ſup. per S. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium fuit declaratum, non licere dictam translationem. Circa id, ꝙ dixi, *vtriuſq; ſexus*, qa includit erectionẽ Monaſterij monialium in paupertate fundati, præter dictum priuilegium, adeſt determinatio S. Congregationis Epiſcoporum, & Regularium relata à *Gauanto in Manuali Epiſcoporum, verbo Monialium Monaſteria* (vbi reperietis requiſita ad erectionem cuiuslibet monialium monaſterij, & refert, etiam *Lezana parte 1. cap. 25. ſub num. 45.*) Religioſorum virorum monaſteria, qualiter diſtare debeant à ſeptis monialium, videte ẽt *Nouarium qq. forenſ. par. 2. q. 1.* Fuit dubitatum in facto Fratruum Carmelitanum Calceatorum, de quibus ſuprà; an ſicut Ordinarius loci habuit iuriſdictionem cognoſcendi, potuerint ſe transferre in hunc nouum locum, & ibi conſtruere Monaſterium, habeat quoque iuriſdictionem circa titulum ſeù nomen Sancti in dicta Eccleſia imponendum, & perindè poſsit iure præcipere dictis Fratribus, vt titulum, ac nomen dictæ Eccleſiæ, quibus intitulauerant dictã Eccleſiam, nempè Sanctæ Thereſiæ, mutarent; vt eſt videre, per *Epiſcopum Marantam parte 3. ſuorum reſponſorum, reſponſo 86. à n. 38.* vbi & ſi probet partem affirmatiuam, fatetur tamen dictam cauſam, fuiſſe cõmiſsã poſtea Illuſtriſ. Nuncio Neap. à quo (vt poſtea audiui) fuit deciſum pro calceatis, quòd ſcilicèt eis liceret dictam Eccleſiam deſeruire ſub nomine Sãctæ Thereſiæ, quidquid diſcalceati, extrà Ciuitatem haberent Eccleſiam ſub eodem nomine, quia non eſt nouum, poſſe in vna Ciuitate eſſe Eccleſias vnius nominis, Vndè DD. mouent quæſtionem illã, quam tetigi, *in meo tract. de Officio Cappellani, q. 5. num. 36.* de legato facto Ecccleſiæ alicuius Sancti, quid faciendum, quando in Ciuitate adſunt plures Eccleſiæ dicti Sancti, & antiquitati, non ſolum exhibenda eſt reuerentia, *cap. quanto extrà de translatione Epiſcopi*; ſed etiam illa eſt ſeruanda, prout præcipit *Imperator in l. teſtamenta omnia, C. de teſtam.* ibi, *mos namque retinendus eſt fideliſſimæ vetuſtatis*, quẽ tex. adhoc allegat *Gloſ. in d. cap. quanto, verbo antiquitas*, & exornat *Tiraquellus in tract. de iure Primogeniorum in præfat. à nu. 190.* quibus ab eo dictis, addo, quòd Antiquitas, ſinè cauſa, poteſt id, quod Princeps cum cauſa, *Andreas de Iſernia in §. flumina nauigabilia, numer. 8. tit. quæ ſint Regulæ in vſibus feudorum.* Tandem audiui in Vrbe fuiſſe deciſum, pro Diſcalciatis, ſed fortè ex ratione, de qua infrà *in addit. ad fol. 366.*

*Fol. 351. col. 1. verbo Moniales lin. 10.* ibi *infracit.* Adde in his caſibus poteſt ſi tempus ſuppetit, Epiſcopus dare licentiam, intellige, etiam ſi monialis, ſit monaſterij exempti, quia tunc Epiſcopus debet approbare dictam cauſam, vt habetur in eadem Conſtitutione, & reaſſumit, *Gauantus verbo Monial. clauſura, num. 6. & 8.*

*Ibid. lin. 24.* ibi periculo. Adde, S. Congregatio declarauit, Epidemiæ nomine, intelligi poſſe quẽlibet morbũ populare contagioſum, apud *Gauantum ſup. num. 7.*

*Ibid. lin. 28.* ibi eijci. Adde, de qua re extat, declaratio S. Congregationis, apud *Gauantũ ſup. n. 23.* his verbis, *moniales Incorrigibiles non poſſunt eijci, neque transferri, inconſulta Sede Apoſtolica.*

*Ibid. lin. 35.* ibi *Reſol. 105.* Adde, & repetit contrà *Granadum par. 5. tract. 3. Reſolut. 237.*

*Ibid. lin. 37.* ibi obſeruatum. Adde, in quadam moniali laborante morbo Epileptico, quæ magna cum difficultate, & ſi nobiliſſima, & præcedentibus atteſtationibus medicorum, quòd cum mutatione in Monaſterium ſalubrioris aeris, poſſet conualeſcere, obtinuit à S. Pontifice translationem in aliud monaſterium eiuſdem ordinis, ſi commodè fieri poterat, vel alterius per duos annos, cum expreſſa conditione, quòd ſatiſdaretur per eius parentes de alimentis, & alijs neceſſarijs pro dicta translatione, vt fuit poſtea exequutum.

*Ibid. lin. 40.* ibi, *ad finem*, Adde, ibi; *cauſa itidem exorizandi, non liceret clauſuram ingredi; ſed eam cum licentia S. Congregationis, ad Eccleſiam exteriorem adducere expediret, aſſiſtentibus conſanguineis, vel honeſta, ac prouectæ ætatis, mulieribus, Eccl. ſemper ianua occluſa.*

*Ibid. col. 2. ad finem, Ampliationis ſecunda*, ibi, *num. 32.* Adde, quòd ſufficiat licentia Epiſcopi, vt tranſeat monialis, ad aliud monaſterium cauſa fundationis, vel reformationis, vel quia in diſcordia

diſcordia monialiũ alterius monaſterij,ſit illi pręfigēda Abbatiſſa, docent aliqui DD.apud *Dianam p.3. tract.2. Reſolut.* 127. ſed quòd ſemper ſit expectanda licentia S. Congregationis, patet ex declaratione, quàm refert, idem *Diana ibid.Reſol.*90.*ad finem*, ibi *non poſſunt moniales, quacunque occaſione transferri*,& aliam quam refert *Gauantus in manuali Epiſcoporum verbo monialium clauſura, numer.*14. *poſt Barboſam allegat.*102.*num.*25. ibi *non poſſunt moniales transferri, pro inſtructione noui monaſterij,inconſulta Sede Apoſtolica,* videte *Nou.in ſua lucerna verb.translatio*,idem obſeruandum, quando vellet monialis tranſire de vna Religione ad aliam, (etiam artiorem) vt per *Portellium in ſuis dubijs Regularibus, verbo Religionis tranſitus,n.* 8. de qua re,etiam *Lezana par.*1.*cap.*25.*num.*41.vbi an hoc caſu, ſit à primo monaſterio dos reſtituenda,qui nulla innixus authoritate, affirmatiuam ſententiam amplectitur, cōtrà plures Authores,& S.Cōg.apud *Suar.t.4.de Relig.tr.8.lib.3.c.14.n.15.&* conrariũ probātes,*Sanfel. dec.*321.vbi relatis opinionibus,videtur reſidere in ea opinione, quod debeat habere, quod S.Congregatio iuſſerit, & *Portellium verbo monialis,nu.*15.vbi quòd quando dicta translatio,ſit ea petente, non deferat dotem datam primo monaſterio,neque illa bona, quæ acquiſiuit poſt profeſſionem, ſecus ſi Papa ſpecialiter præcipiat dictam translationem,ſi verò illam translationem non petijt, ſed propter culpas ad aliũ conuentum relegatur, primus Conuentus tenetur illam alere,&ſic vidi practicatum in quadam moniali fugitiua à primo monaſterio, quæ fuit reuocata,& poſita inter Conuertitas, iuxtà *Concil.* 2.*Prouinc. Sancti Caroli Borromei,apud Gauantum loco ſuprac. num.* 24. Dixi, *iuxtà Concil. Prouinc. Sancti Caroli,&c.*quia in rigore ſicut moniales à monaſterio egredientes debent, ſub cenſuris compelli, ad illud redire : ità pariter poteſt compelli monaſterium,è quò egreſſæ fuerunt,ad illas recipiendas,quacumque excuſatione,etiam quòd filios pepererant,non obſtante *Durantus deciſ.*259. Quando conceditur translatio, qua hora,& quibus comitantibus debeat fieri,habetis, apud eundem, *Gauantũ ibid.num.*15.& 16.& ſi quò ad horam auroræ,vidi contrarium obſeruatum in facto, qui author,poſt *Sanchez lib. 6.ſumma cap.16.num.* 61.ſubdit, *n.*17. dictas translatas diuertentes aliò, tàm in exitu, quàm in reddítu,viginti circiter milliaribus, ad ſacram Imaginē, vel conſanguineos,non violare clauſuram.Quòd monialis,quę in marem erupit non teneatur in aliā Religionē virorum intrare, benè probant contrà *Portellium,Authores,relati à Diana p.5.tr.14.Reſol.*49.

*Fol.*252.*col.*1.*verſ.hac concluſio, lin.*11. ibi, & 43. Adde, ſequitur *Gauantus in Manuali Epiſcoporum, Verbo Monialium clauſura,num.*67.

*Ibid.ad finem,limitationis ſecunda*; Adde,ac alijs,quos refert *Diana par.*5.*tract.*13 *Reſolut.*88.

*Fol.*353.*col.*2.*lin.*27.ibi *caſu* 3. Adde,*Gauātus ſuprà num.*27.

*Ibid.lin.*25.ibi ſequi. Adde,non ex rationibus, quibus impugnandi, ac carpendi, *Dianam*, ex ſolito ſuo inſtituto, contrariam opinionem,nititur probare, *Manriquez par.* 2. *ſuarum qq. moralium,q.*41.quæ centies ab authoribus ſuprà relatis prò ſecunda ſententia,fuerunt ponderatæ,& reſolutę; ſed ex Decreto Clem. VIII. de quo *infrà concluſ.ſequenti.*

*Fol.*356.*col.*2.*lin.*23.ibi *comitati*, adde,ideſt duobus, vel tribus, *Barboſa ſupracitata, allegat.*102.*num.* 45. Quòd magiſtratus, & deputati prò gubernio temporali monialium, non debeant ingredi cum Epiſcopo, niſi ipſos elegerit,declarauit S.Congregatio, apud *Gauantum ſuprà num.* 30 & *num.* 62. ſicut quando viſitat monaſterium exemptum, prò clauſura, neque teneri Epiſcopum, hoc facere cum aſſiſtētia Superioris dicti monaſterij, declarauit eadem Congregatio, *apud eundem ibid.num.* 56.

*Ibid.lin.*30.ibi *num.*12. Adde,*Gauantus ſuprà num.*47.& *Theſaurus p.*2. *de panis Eccleſiaſt.verb.viſitatio,c.*1.*verſ.nota* 3.

*Fol.*557.*col.*1.*lin.*46.ibi *eod.verbo*,adde,*à n.* 37.vbi ex Sacra Congregatione,quòd non poſſit ingredi ad aſpergendam domum,neque in Sabato Sancto,neq; in alio die,neque vt comitetur medicos,aut operarios. Neq; vt audiat confeſſionē eius infirmę, quæ poteſt accedere ad Sedem Confeſſionalem. Neque item prætextu ſepeliendę monialis,vel officium funerale peragendi. Item in caſibus, in quibus confeſſarius eget ſocio, non ſit neceſſaria licentia expreſſa prò dicto ſocio, &



Digitized by Google

ꝙ adminiſtrata extrema vnctione, re ſiquatur alia monialis, ꝓ exhortatione ad benè moriendum, & exeat confeſſarius, & tandem quod confeſſarius, quādo ingreditur ex cauſa neceſſaria, nō diuagetur ad aliā partē monaſterij, etiā occaſione viſitandi infirmas Hucuſq; *Gauantus*. Alijs ſeruiētib⁹ debet dari licētia, tātū ĩ caſib⁹ neceſſarijs, *Concil. Trident. ſeſſ.* 25. *cap.* 5. ideſt, prò illis operibus, quæ non poſſunt, commodè exerceri ꝑ moniales, nec abſq; ingreſſu monaſterij, *Sanchez lib.* 6. *ſummæ cap.* 16. *num.* 42. *Bonacina de clauſura q.* 4. *pun.* 4. vbi enumerat aliquos caſus. Devectoribus, qui vinum pro vſu monaſterij, vel etiam aquam Balneorum pro infirmis, conuehunt (in ordinationibus, apud *Quarantam verbo monaſteria monialium, num.* 29.) dicitur, quòd monaſterium non ingrediantur, niſi interdiu, contrariò autem de Chirurgis, poſſe eos ingredi in caſu neceſſitatis, poſt ſignum veſpertinum ſalutationis Angelicæ, refert declaratum à S. *Congregatione, Gauantus ſup. nu.* 45 In ſupra allegatis ordinationibus, inter alia, *nu.* 30. legitur. Ad conficiendum panem, vel etiam ad cernendam farinam, nemo in monaſterium intret, & quod ſi alia de cauſa neceſſaria, & vrgenti intrauerit, iſtiuſmodi operam ne pſtet, quæ ordinatio fuit, poſtea declarata ĩ facto, nō ĩtelligi de monaſterio valdè numeroſo, poſſe ſcilicèt hoc caſu vti opera alicuius, dummodò nō pernoctet ibi, quòd ſecundum caput, eſt iuxtà *Concil. Prouinciale, Mediolan. par.* 1. vbi id prohibetur, ſub pæna excommunicationis, apud *Gauantum ſup. num.* 36.

*Fol.* 361. *col.* 1. *lin.* 14. ibi authores. Adde, in ſpecie, *Portellius*, loquens in terminis, tum clauſuræ, tū etiā immunitatis, ac quoq; de domo, vbi ſunt aliqui fratres pro ſeruitio monialium, non habente aliam Eccleſiam, quàm illam, quæ eſt monialium.

*Ibid. lin.* 20. ibi, &c. Adde, adeſt declaratio S. Congregationis, quàm poſt *Capuccinum refert Marcellus Vulpe in Praxi cap.* 3. *ad finem*, ex qua patet, nihil referre, vtrū ſit, vel non ſit ibi Oratoriū.

*Fol.* 361. *col.* 2. *verbo munera accipientes, ad finem*, ibi *cap.* 2. Adde, vbi quòd hic, nomine officialium non veniat Pænitentiarius maior, nec etiam Pænitentiarij minores.

*Fol.* 366. *col.* 1. *poſt lineam* 3. Adde, hanc concluſionem. Nominare, vel ſubſcribere ſe, Carmelitas Sanctæ Tereſiæ, prohibetur ſub pæna excommunicationis, ac priuationis vocis actiuæ, & paſſiuæ Carmelitis Calceatis de obſeruantia, & quò ad ſuperiores eorum, etiam ſuſpenſionis ab officiis obtētis, ipſo facto incurrendis à D. N. Vrbano VIII. in ſua Conſtitutione, *incip. Romanus Pontifex*, de Anno 1632. refert *Epiſcopus Maranta par.* 3. *Reſponſorum, Reſponſo* 86. *n.* 72. qui ex hoc probare nititur, non potuiſſe Carmelitas Calceatos Hiſpanos, Eccleſiam de nouo fundatam, hic Neapoli in loco, vulgo, *detto alle Mortelle*, intitulare ſub nomine Sanctæ Tereſiæ, quæ conſequentia, apud me non eſt ità certa: Tùm ex eo, quòd dicti Calceati non erāt de obſeruantia, tùm etiam, quia valdè diuerſus eſt caſus de ſubſcriptione, & nominatione, ac de *intitulatione* duntaxat Eccleſiæ, nàm vt aliàs dixi, cenſuræ, vt odioſæ non extenduntur de perſona ad perſonam, neque de caſu ad caſum.

*Ibid. col.* 2. *lin.* 54. ibi, Eccleſiæ, Adde, iuxta ea, quæ dicam, *infrà verbo vſurpantes.*

*Ibid. lin.* 58. ibi priuilegiatis, Adde, poſt reſtitutionem, vt de Epiſcopo, quando caſus eſt omiſſus, dicit *Bonacina tom.* 3. *diſp.* 1. *q.* 18. *pun.* 4. *nu.* 9. *verſ. ex dictis, ad finem.*

*Fol.* 367 *lin.* 4. ibi, vt habetis, Adde, *per Bonacinam tomo* 3. *diſput.* 1. *q.* 18. *pun.* 4. *ſub num.* 3.

*Ibid. verbo oblationes debitas lin.* 28. ibi officio Iudicis, de qua re vidēdus eſt, *Ioan. Baptiſta de Thoro in ſumma Priuilegiorū pia cauſa, priuilegio* 238.

*Ibid. col.* 2. *verbo officiales, & alij magiſtratus, poſt finem*, Adde, Cætera, vide ſupra *impedientes, & inquiſitionis.*

*Fol.* 368. *col.* 1. *lin.* 34. ibi *loco ſupracitato.* Adde, quod Pius V. in Bullario, *Rodriq. fol.* 944. riguroſa conſtitutione ſanciuit, vt quodcunque monaſterium, ſiuè Congregatio, in qua viuunt homines congregati, ſi non obſeruent, aliquam Regulam approbatam ab Eccleſia, & faciant tria vota ſollemnia, ſi aliàs viuant ſub Titulo Religionis, pænitus extinquantur, vel eligant aliquam Regulam ex approbatis, quam profiteantur cum tribus votis ſollemnibus, ex qua colligit, *Portellius in ſuis dubijs regularibus, verbo monaſterium in Addit. num.* 5. non ſufficere hodiè, vt taliter viuentes in illo monaſterio emictant vota ſimplicia obedientiæ, &c. Sed requiri, vt ſint vota ſollemnia in

mia in

Digitized by Google

nia in manu veri Prælati,& profiteãtur aliquam regulam ex approbatis, quæ omnia, vt ſuprà,dixi,habent locum, quando tales viuerent ſub titulo Religioſorum,de quibus loquitur Pius V.ſecus autem,ſi ſub titulo Congregationis,vel Collegij , aut Oratorij,vt eſt Congregatio Oratorij Sancti Philippi Nerei, Piorum Operariorum,& ſimiles.

*Fol.* 370. *poſt finem Concluſ. Incip. Papatum Ambientes.* Adde,hanc aliam Concluſionem. Patronus Eccleſiæ iuris patronatus , eiuſdem Eccleſiæ bona, cenſus,iuriſdictiones,fructus emolumenta, & obuentiones vſurpans , incurrit excommunicationem, & priuationem iuris patronatus , de qua excomunicatione, *ſuprà vſurpare præſumentes , & Recollectione ſexta verbo vſurpantes*. Penſionem ſoluentes litteris non expeditis , poſt ſex menſes,incurrit excommunicationem, ex Bulla Pij V.85.*incipien. intollerabilis: Sanchez lib.8.de matrim.diſp 29.num.6. ad finem* , ſed quia dicta Bullæ eſt contra ſimoniacos cõfidentiales,dicta excommunicatio habet locum, quando dicta ſolutio fit ex pacto præcedente ſoluendi penſionem, ſine aſſenſu Apoſtolico , tunc enim ante ſex menſes incurritur excommunicatio; Secus ſi nullo intercedente pacto, ſed ſpontè fiat dicta ſolutio à beneficiario,tãmquam indebitum, ſaltem in foro conſcientiæ,quia in foro fori, præſumeretur ſimoniaca , *Pariſius de confidentia, q. 49. Garzias par.4. de benefic. cap. 2.num.45.* Quid de exigente penſionem,iam reſeruatam , antè tamen expeditionem litterarum, vel poſt expeditionem , factam poſt nouem menſes, an in foro conſcientiæ,ſit priuatus omni iure,& teneatur reſtituere receptum, & ſi poſtea litteræ expedirentur , videte *Garziam ſupracit.cap.2.num.33. & 34.& Theſaur. par.2.de pænis Eccleſiaſticis,verbo gratia c.7.* Penſionarius habens facultatem illam transferendi,ſi transferat cũ reſeruatione, tantũ eã exigẽdi quò ad vixerit,eſt ſimoniacus,non tamen excommunicationem incurrit , quia penſio non eſt beneficium , *Nauarr. conſ.49.aliàs 65.de ſimonia,Sayrus in floribus lib.3.tit.3.deciſ.* 10.qua ratione, etiam excuſatur ab excomunicatione emens,vel vendens penſionem , idem *Nau.conſ.50.aliàs 60. de ſimonia, & ſummat Sayrus ſup.lib.5.tit.2.dec.53.*

*Fol.* 371.*col.*1. *poſt lineã* 21. adde hanc concluſionem. Percutientem aliquem in Eccleſia , aliqui dicunt,eſſe excommunicatum per *tex.in cap.cùm pro cauſa de ſentent. excommunicat.* vbi eſt ſermo de percuſſione facta in Dormitorio monaſterij , & per clauſtrum, ſed videte *Gloſam ibidem,verbo duplicem* , quia docet, hoc caſu,ipſo tunc incurri excommunicationem , quæ antiquitus erat inflicta pro violatione immunitatis Eccleſiæ, ſcilicèt minorem,& ſi non ſatisfecerit,poſt tertiam monitionem , tunc incurri excommunicationem maiorem, ſed *Additio ad dictam Gloſam* , impreſſam Venetijs, apud Iunctas de Anno 1595. habet,hæc verba . *Dictum huius Gloſæ ſequitur Collectaneus ad cap.conqueſtus, de foro competenti,contrà ſentit Hoſtienſis hic , quem videas, priuſquam in hanc Gloſæ opinionem facilè deſcendas,* verè tamen textus citatus à *Gloſa in c.ſi quis domum 17 q.4.* loquitur de extrahente aliquid ab Eccleſia ſinè licentia Prælati,& iniuria facta Eccleſiaſticæ perſonæ;& tantum,*in cap ſi quis,ead.cauſa, & quæſtione*,fit mentio de homicidio, & pugna facta in atrio Eccleſiæ , item nec ibi ſit mentio , de hanc pæna excommunicationis,ſed tantũ de pæna pecuniaria. Sicut contrà violantem immunitatem Eccleſiaſticam non eſt certum , de iure communi , eſſe latã excomunicationẽ aliquã ipſo iure , vt videre , eſt apud Bonacinam *tomo* 3. *diſput.2.q.3.pun.4.§.13.nu.3.* & clarius *Theſaurus par. 2. de pænis Eccleſiaſticis verbo immunitas,cap.1.verſ.de iure communi*,ſicut neque contrà committentem ſacrilegium, etiã eſt lata dicta excommunicatio , vt infrà *Sacrilegium*, vndè eius ſum opinionis , excommunicationem, de qua,*in d.cap.cùm pro cauſa* ,fuiſſe ab homine , & non à iure, vt etiam videtur innuere, *Gloſa loco citato ad finem*,videte,tamen ad hoc, *Sperellum deciſ.5.& dec.62. ac Chartarium deciſ. Curiæ Archiepiſcop.Mediolan.72.* Quòd ob dictã vulnerationem ſolam, abſque mutilatione, vel homicidio, factam in Eccleſia, quis non priuetur immunitate , dixi *ſup.verbo extrahentes,poſt Bonac.tomo 3.diſp.2.q.3. lib.5.de cenſuris,c.16.& Layman.lib 5. ſuæ Theologiæ Moralis,tract.5.cap.5.*vbi *num.*12. de priuilegio conceſſo Medicantibus, (quod etiam partipant communicãtes eorum priuilegia) Eccleſias conſecratas, ſi pollutæ fuerint , reconciliandi

 liandi

Digitized by Google

liandi, a qua ab Epiſcopo benedicta, quàm aquam, & ipſi quoque, Ordinis Prælati benedicere poſſunt, ſi Epiſcopus duabus dietis, ſeù 14. leucis diſtans ſit, ſeù 40. milliaribus, vt per *Rodriquez, & alios, apud Dianam p 6. tract. 6. Reſol. 2 2.* & ſi ipſe putet quòd in Sicilia Dieta contineat 30. milliaria, sforſam quia breuiora ibi ſunt milliaria, Adde, vel defunctus ſit, & ſic eſt Eccleſia vacans, vt poſt *Rodriquez, & Perſicum, habet Dian. loco ſupracit.* Scio aliquos ex eo, quia Leo X. in ſupracitato priuilegio, vtatur illa dictione *præſertim*, ibi, *etiam aqua per eos benedicta, præſertim in locis remotis, vbi Epiſcopum aquam benedicentem per duas dietas, adire non poſſunt, liberè, ac licitè reconciliare ſuas Eccleſias, &c.* quæ dictio eſt ampliatiua, & implicat, idem in alijs, ac includit alia, vt per *Rotã, apud Garziam par. 11. de benefic. cap. 5. nu. 91.* opinari, dictos Regulares, etiam præſente Epiſcopo poſſe ipſos aquam benedicere, & reconciliare, vt ſupradictas Eccleſias ſuas violatas, ſed non aduertunt tales, quod iſta dictio in iure ſepiùs abundat. vt dicit *gloſa in l. 3. §. fin. verbo præſertim, ff. de actionibus empt.* quod eſt dicere, vt ſubdit, *ibi gloſa*, & ſi non omni tempore, aliquo tamen tempore, quãdo ſcilicèt Epiſcopus eſt in remotis, nempè duabus dietis diſtet, & ſic idem ſignificat, *præſertim*, quàm *maximè*, quæ dictio, etiam abundat ſæpè in iure, vt per *Prateium. In Lexicon iuris, hoc verbo maximè*, vbi hac occaſione, dicit non ſtandum eſſe in ſimili expoſitione Gramaticis, vt potè, qui magis vocum, quàm rerum ſignificationum, ſint periti, & latiùs per *Briſſonium de verborũ ſignificatione*, eodem verbo, *maximè*, qui in verbo, *præſertim*, ſcripta reliquit, hæc verba. *Præſertim (vt maximè) interdum ſic accipitur, quaſi aliàs idem non ſit*, allegatis *d. tex. in l. 3. §. fin. cum l. 32. ff. ad legem Aquiliam.* Rectè igitur omnes, qui tractant de hoc priuilegio, pro benedictione aquæ, illud intelligunt de tempore abſentię Epiſcopi, vt ſuprà, & meritò, quia verba priuilegij conceſſi in præiudicium alterius, vt eſt in caſu noſtro, ſtrictè ſumenda ſunt, ſeruata, tamẽ verborum proprietate, *Layman lib. 1. tract. 4. cap. 23. num. 6.*

*Fol. 379. verbo Religioſi violantes interdictum lin. 10.* ibi *de ſent. excommunic.* Adde, *Filliuccius tract. 18. num. 184. Layman lib 1. tract. 5. par. 4. cap. 3 num. 3. verſiculo, quarto, &c.*

*Fol. 380. col. 1 lin. 12.* ibi, *& ſeq.* Adde, differentia eſt inter violationem interdicti, & violationem ceſſationis à diuinis, nàm primo caſu incurritur irregularitas, non autem ſecundò caſu, vt per *Filliuccium loco ſuprà proximè citato.*

*Fol. 380. col. 2. lin. 20.* ibi de eleemoſinis, Adde, *Barboſa ad ſupracit. caput 16. Concil. num.* 10.

*Ibid. lin. 37. ibi. num. 3.* Adde, & latius per *Lauretum de Franchis in ſuis Controuerſiis inter Epiſcopos, & Regulares, quæſt. 10. fol. mihi 369.*

*Ibid. lin. 46.* ibi *numer. 42.* Adde, vide *Sperellum deciſ. 16.*

*Fol. 386. verbo ſacrilegium ad finem*, Adde, & antè eum, *Gloſa in cap. cum pro cauſa, verbo duplicem de ſententia excommunicationis*, quis iudex cognoſcat, de hoc crimine ſacrilegij, *M. Ant. lib. 3. var. reſol. 38.* An gaudeat immunitate Eccleſiæ? affirmat, poſt alios *Diana par. 6. tr. 1. Reſol. 26. quæſ. 6.* vbi in ſpecie de vulnerante, & occidente Clericum, vel Religioſum, de qua re, *Sanfelicius dec. 20.* de alijs criminibus commiſſis in Eccleſia, idem *Sanfelicius deciſ. 243*, vbi in ſpecie de furto Pixidis, in qua repoſitum erat Sanctiſſimum Sacramentum; ſicut de furto rei ſacrę, facto in Eccleſia, vel extrà Eccleſiam, agit *Sanchez lib. 6. Opuſculorum Moralium, cap. 1. dub. 8. numer. 21 ad finem*, videte, etiam *ſup. in Addit ad fol. 371.*

*Fol. 386. col. 2. verbo ſanguinem, ad finem.* Adde. Neque id fuiſſe per alium S Pontificem diffinitum, teſtatur *Flauius Cherubinus ad illam Conſtitutionem Pij* II. *Scholio* 1.

*Fol. 386. col. 2. verbo Schiſmaticis ad finem*, Adde, hoc crimen eſt miſti fori, quando non habet coniunctam hęreſim, *Duardus lib. 2. in Bull. Cænę, cap. 15. q. 11 num. 89.* dicitur, hoc crimen habere coniunctam hæreſim, quando quis non credit, Papam eſſe caput Eccleſiæ, vel eſſe vnam Sanctam Eccleſiam Catholicam, *can. inter hęreſim 24. q. 3. D. Thomas 2. 2. q. 39. art. 1. ad finem*, hoc enim caſu, tale crimen pertinet ad Tribunal Sanctæ Inquiſitionis, & tales puniuntur pænis hæreticorũ, ſi verò non habeat coniunctã hęreſim, tale crimen, tãtũ ſubiacet excomunicationi, *Can. 1. Bullæ Cænæ*, ibi. *Nec non ſchiſmaticis, & eos, qui ſe à noſtra, & à Romani Pontificis pro temporre exiſtentis, obedientia, pertinaciter ſubtabunt, vel*

*recedunt*

Digitized by Google

*recedunt* : ità poſt alios ; contrà *Toletum* , & alios , habent , *Sanchez lib. 2. ſummæ moralis cap.36.num.12.& Duardus lib.2.can.1.q.56.nu.16.*

*Fol.387.col.2.lin.15.* ibi, *num.* 504. Adde, abſolutio tali denunciato, vel notorio Clerici percuſſori declarato, & ſic iã vitando, à quo debeat impendi in dicto articulo mortis, quando abſolutio eſt reſeruata S. Pontifici, in caſibus de quibus ſup. dixi, *in 2.p. huius tractatus, ſcilicèt de Poteſtate Confeſſarij Recollect. 8. ſub nu.38.* vbi quòd in rigore poteſt dari à quolibet ſacerdote, iuxtà facultatem tributam ſibi à Concilio Tridentino, & ſi tempus ſuppetat adeundi Epiſcopum, & ſi ſecus ſit, quando eius abſolutio pertineret ad Epiſcopum , in quo ſenſu intelligi debet, *Boſſius in diſceptatione de iuriſdictione abſoluendi à caſibus, & cenſuris S.P. aut cuilibet alteri ſuperiori reſeruatis, quę ratione articuli mortis, quibuſcumque ſacerdotibus conuenit. ſub num.57. ibi reſpondet Henriquez cap. præſbiter, &c.* & ſi hoc caſu vltimo , ſi de facto daretur abſolutio, vbi Epiſcopi licentia haberi cõmodè potuit, ſit etiã valida, iuxtà opinionem, quàm ibi firmaui, ſcilicèt non eſſe neceſſariam graduationem aliquam; quam poſtea, ſequitur *Diana par.4.tract.4.reſol.161. & confirmat par. 5. tract.3.reſol.65.* vbi id extendit, ēt ſi Prælatus eſſet pſens in ead. domo infirmi. Sicut eã dicit quoq; probabilẽ, illam cõfirmando, & cõtrariæ opinionis fundamenta reſoluendo , *Boſſius ſuprac.n.57.* Quod eſt verũ, etiam iuxtà opinionem contrariam, quòd ſit neceſſaria graduatio , quia eſt probabilis opinio, etiam hoc caſu eſſe validam, *Duardi, apud Boſſium ſup. num. 81.* quam ego puto certam , quò ad hoc , vt poſſit ſepeliri in loco ſacro , & condendari hæres ad ſatisfactionem, ad quam tenebatur defunctus, vt dicitur in *cap. Parochiano extr. de ſepulturis.*

*Fol.388.col.1.lin.15.* ibi reſeruata, adde, intellige, poſt mortẽ, quo caſu cõpetit facultas abſoluendi hunc defunctum Epiſcopo Diæceſano ; prout ei competit, erga ſuos ſubditos impeditos adire S. Pontificem, vel alium, cui eſt reſeruata dicta excommunicatio, qui impediti non tenentur, neque mittere , vt dixi *ſuprà Recollect. 2. à nu.900.* & latius infrà *recollect.5.* & ſic patet , quòd licèt moribundus non connumeretur ad effectum , de quo ſuprà, inter impeditos, quia pro eis eſt facta expreſſa prouiſio in S. Concilio Tridẽtino, cuiuſlibet ſacerdotis, tamẽ defunctus, pro quo non reperitur facta ſpecialis prouiſio, ſed tantum dicitur ab authoribus, ipſum eſſe abſoluedũ ab eo, qui eũ poterat abſoluere viuum, vt per *Sayrum lib. 3.c.28.n.16. Tolet.lib.2.c.16.n.10.* & alios communiter, nõ poſſe, meo iudicio dubitari, quin reputari debeat ad hunc finem, pro impedito, & ſic, quòd poſſit abſolui ab Epiſcopo Diæceſano, vel alio, qui hoc caſu, vt aliàs dixi, venit appellatione Epiſcopi in *d. loco Sac. Concilij Tridentini.*

*Ibid.lin.41.* ibi iuramento, Adde, vide *Mar. Antoninum lib.1.variar.reſol.96.*

*Fol.390.verbo ſequeſtrantes ad finem,* Adde, an clericus procurans, quòd iudex ſæcularis ſequeſtret fructus canonicatus N. qui erant, apud perſonam laicam , incurrat hanc excommunicationem, tractat, & reſoluit *Mar. Anton. lib.3.variar. reſout l.9.* videre, quoque *ſuprà in Addit.ad fol 313.ad finem.*

*Ibid.col.2.verbo ſimoniam in ordine, lin.16.* ibi latis, Adde (de quibus vide *Sanchez lib.2.Opuſculor. Moral.cap.3.dub. 104.*)

*Ibid.lin.21.* ibi proſequitur. Adde, latè, *Sanchez ſuprà dub.106. vbi dub. præcedenti,* agit de ſimonia mentali.

*Ibid.lin.29.* ibi *verſ.5.* adde, loquendo de ſimonia in Beneficio (ſicut de ſimonia in ordine, loquitur, *cap.9.numer. 5. verſ. Amplia tertiò.*)

*Fol. 391. verbo ſimonia mediatores ad finem,* adde, quod interceſſor prò beneficio, apud aliquem, non ſit mediator, & per conſequens, non comprehendatur ſub iſtis pænis, *Sanchez ſup.dub.26. num.10. ſequitur Diana par.4 tract.4.reſol.151.verſ.notandum.*

*Fol.392.col.1.lin.15.* ibi *ad finem,* adde, vide infrà *Recollect.6.num.934.* vbi latius de materia huius concluſionis.

*Fol.393.verbo ſpolium ad finem,* adde, annus quomodò computari debeat, quãdo agitur de diuiſione fructuum inter Cameram Apoſtolicam, & hæredem Beneficiarij, *Campanilis Rubrica 6.cap. 3.num. 5.*

*Ibid.col.2.verbo ſponſalia, linea 9.* adde, & ſic cauſa iuſta non complendi ſponſalia remittitur arbitrio iudicis. *Marius Antoninus lib.1.variar.reſol.2.* vbi de ſponſalibus iuratis; imò etiam ex cauſa voti, & quòd damnum illatum ex non adimpletione illatũ, ſit reſarciendũ ab eo, qui recuſat adimplere, ei per quem non ſtat.

Digitized by Google

non ſtat, vbi etiam refert deciſionem Rotæ,ex qua Lector percipere poteſt, qualiter ſit cauſa iuſta non adimplendi ſponſalia,prohibitio Patris . Quomodò probanda ſint ſponſalia, & an ſufficiat promiſſio , ſub qua ſequatur defloratio,idem *Mar. Antonius eodem lib.1.reſ.28.& Praxis Archiepiſcop.Neap. nu.1.c.4.*vbi ꝙ recuſãs poſſit carcerari, & in *Addit.*de differentia, vbi ſponſalia ſunt iurata,vel non iurata,& deſpõſalibus contractis inter conſanguineos,ante obtentam diſpenſationem, de quibus latè *Boſſius de contractu matrimonij,cap.*10.§.31.Quòd ſponſalia prima non ſoluantur per ſecunda , etiam ſi in iſtis ſecundis interueniſſet copula carnalis,*Mar. Antoninus ibidem reſol.*79.vbi quando Iudex ſæcularis poſſit ſe intromittere in cauſis ſponſaliorum; Matrimonium etiam pendente lite ſuper coactione ad contrahenda ſponſalia de præſenti,eſſe validum,*Mar. Antoninus ſupracit. reſol.*2. *ad finem*, de quibus omnibus , videte *Boſſium ſuprac. tract. de contractu matrimonij cap.*11.*qui* §.25.latè tractat illam quæſtionem,de pœna appoſita in ſponſalibus,vtrum ad eam luendam,teneatur reſiliens, ſiuè iuſtè ſiuè etiã iniuſtè, de qua re,etiã *P.Raphael Auerſa in trat. de matrimon.ſacram.q.*8.*ſect.* 9. *vbi ſect. ſequenti*, tractat de arra tradita inter ſponſos, quid de ea faciendum,quãdo altera pars iuſtè,vel iniuſtè ab eis reſilit; tangit etiam *Boſſ.ſup.n.*430.& 434.

*Fol.*394.*col.*2.*verbo ſtudijs,&c.ad finem*, Adde,quòd interim , dum talis expectat diſpenſationem,non poſſit abſque incurſu dictæ excommunicationis (intellige poſt duos menſes) dictis ſtudijs vacare,*Riccius par.*3.*deciſ.*230,

*Fol.*396.*col.*2.*verb.taleas imponentes,ad finem.* Adde,an autem tales incurrant excõmunicationem Canonis,ſi quis ſuadente,*infrà recollect.*5.*num.* 159.

*Fol.* 397.*col.*2.*verbo vacantium ad finem.*Adde,vide *Bonac.to.*3.*diſp.*3.*q.*4.*pun.* 11.

*Fol.*398.*lin.*29. ibi *reſolut.*3. Adde, & latius *par.* 6.*tract.*1.*reſolut.*10.

*Fol.*398.*col.*1.*lin.*32. ibi reſpondere videtur, Adde, ſequitur *Diana par.* 1. *tract.* 1. *Reſolut.*39.

*Ibid.ibi contrarium*, Adde,præter Sancium , apud *Dianã loco ſupracit.*& alia allegata *ſuprà in Addit.ad fol.*321.*lin.*41.*Sanchez lib.*6.*opuſculorum moralium, cap.*1. *dub.*8.*ſub num.*18.Contrà latrones,an poſſit diebus ſacris ſollemnibus, ferri ſententia,*Sanfelicius deciſ.*163.

*Fol.*399.*col.*2.*lin.penultima*,ibi *priuilegio* 139 Adde,probat etiam *Nouarius par.*1.*qq. forenſium quæſt.*111.

*Fol.* 401. *col.* 3. *lin.*10. ibi fructum, adde, & clarius *Theſaurus par.*2. *de pœnis Eccleſiaſticis,verbo vacantium,cap.*2. *notab.*2. *ad finem.*

*Fol.*503 *col.*1.*lin.*5.ibi priuilegio fori.Adde, vt videri poteſt , apud *Borrellum conſil.* 15.

*Ibid.lin.*29.ibi *nu* 38. Adde, quod non placet,quia vt dicit *Rota,apud Seraph. dec.* 741. *num.*4. poſſunt ſimul ſtare, quòd quis ſit clericus,& tamẽ nõ ſit ritè ordinatus.

*ibid.col.*2.*lin.*1.ibi fori,adde,cuius contrariũ ſupponit *Sanfelicius p.* 1.*deciſ.*54. *vſque ad num.*5.*qui deciſ.*247.*par.*2. tractat de clerico deſeruiente alteri Eccleſiæ , quàm vbi fuit adſcriptus ab Epiſcopo.

*Ibid.num.*7.*lin.*4.ibi *nu.*4. Adde,nouiſſimè, *Sanfelicius ſup.deciſ.*13. *num.* 6. *vbi numeris præcedentibus*,habetis , quid articulare debeat clericus coniugatus. Sicut de negotiatione dictorum clericorum coniugatorum,agit *ibid. deciſ.* 14. *num.*13.

*Ibid.num.* 10.*lin.*1.ibi, monitio, Adde, & ſi contrarium ſupponat *Sanfelicius deciſ.* 13.*numer.*11.fuiſſe declaratum à Sacra Congregatione, & *iterum deciſ.*14.n

*Ibid.lin* 6.ibi *concluſ.* 3. Adde, *Vulpe cap.*40. *ſua praxis numer.*6.*Sanfelicius cit.deciſ.* 13.*num.*4.& *deciſ.*14.*num.*6.

*Ibid.lin.*13.ibi coniugatis, Adde,de qua re *Auila par.*2.*cap.*5.*diſp.*2.*dub.*11.*concluſ.* 2. *verſ.ſed quid ſi veſtis* , quod annus requiratur in clerico non coniugato, habetur,p *Sanf.dec.*13.*n.*9.vbi limitat, niſi ante capturam reaſſumpſiſſet habitum abſque fraude. De clerico Beneficiato capto,ſine habitu, tractat idem *Sanfelicius par.*2. *deciſ.*220.

*Fol.* 404. *num.* 11.*lin.*7. ibi aliquos, Adde, quos nouiſſimè ſequitur , & probat *Sperellus deciſ.* 66. *num.* 34.omninò videndus.

*Ibid.num.*13 *lin.*8.ibi *q.*13.*lit.A.*Adde,Marius Antonius *lib.*3.*variar.reſol.quæſt.* 16. *caſu* 9 & *Sperellus deciſ.*45.*num.*18.

*Ibid.num.*14.*lin.*7.ibi *num.* 45. Adde, quod nota contra aliquos, qui confundunt clericos coniugatos cum clericis ſaluaticis,cum ſit inter eos magna differentia, ex quo illi habeant ſaltem primam tõſurã,illi verò et nõ, vt dixi ſuo loco de curſoribus Curiæ Eccleſiaſticæ.

*Ibid.nu.*17.*linea vltima*,ibi principium, Adde,*Sperellus deciſ.* 1.

Fol.405.num.23.lin:9.ibi ſuprac.num.9. Adde, de iſtis, ac de militibus Militiæ Chriſtianæ, refert declarationẽ S. Congregationis circà priuilegium fori, Sperellus deciſ.2 nu.120.

Ibid.lin.22.ibi p.6. Adde, Sperellus ſupracit. deciſ.2.num.98. & 102.cum ſequentibus.

Ibid num.27.lin.4.ibi communiter, Adde, id docentes, præſupponendo, quòd nec ſint inſigniti prima tonſura.

Fol.406.col.1.lin.2.ibi, inualidus, Adde, dat exemplum, Lauretus de Franchis in ſuis controuerſiis inter Epiſcopos, & regulares q.4.fol.mihi 366.in impubere, qui iuxtà conſtitutiones Religionis admitti nequeat: ità quòd admiſſio ſit irrita, & tantò magis, ego idem dixi, de admiſſis tantum, vt educandi in Religione, tunc enim non ſunt admiſſi, vt Religioſi, nec ſunt Deo dicati, ſicut admittuntur illi, qui recipiuntur, vt hoſpites, de quibus infrà num.ſequenti, & ſic explicandus Portellius loco citato ſup. quando ſuã ſententiã dicere recuſat, in quęſtione illa, de pueris, & puellis, qui viuunt in monaſterijs cum habitu regulari, futuri Religioſi, &c.

Ibid.nu.25.aliàs 30 lin.10.ibi de qua ſuprà, adde, fauet quod dixi ſup. poſt Laur. de Franchis de impubere, &c. qui etiam non eſt propriè nouitius, poſt hæc Typis exarata cõtrariã reperi probare noſtrum Paſqualigum in ſuis doctiſſimis deciſionibus, deciſ.424.num.2.& ſeq. ſed eum impugnat, meam cauſam agens, ex eiſdem ferè rationibus, & ſi ex alijs authoribus, quibus ipſe magis abundat, noſter Diana par.6.tract.8. reſol.7. fauet etiam Sperellus deciſ.10.

Ibid.num.26.lin.1.ibi Hieroſolymitana, adde, Nouarius par.1.qq.forenſium, quæſt.42. ſic pluries deciſum, dictos nouitios prę fatæ militię, gaudere priuilegio etiam fori, teſtatur, Sanfelicius dec.251.par.2.

Ibid.lin.8.ibi ad finem, Adde, videte Sperell. ſuprac.deciſ.2.num.130.& ſeq.

Fol.407.numer.37.lin.6.ibi numer: 10. Adde, & Barboſam ad Collectan. in Concil. Tridentin.ad ſeſſ.25.cap.15.de regularibus num.37.

Ibid.lin.8.ibi licentia, Adde, imò dato, & non conceſſo, interrumpi annum nouitiatus, vt latè probat Ciarlinus cap.108. non per hoc amitteret hoc priuilegium, quia neque ex hoc cenſetur excluſus à Religione, ſed tantũ ſequitur, quòd dictus annus debeat cõtinuari, Diana par.3.tract.2.reſolut.85. quod ſufficit, vt nouitius fruatur hoc priuilegio tamquam perſona Eccleſiaſtica, & Deo Dicata, vt latè per Sperellum deciſ.13.ad finem.

Fol.408.num.39.lin.5.ibi num.32. Addde, contrà Gloſam in cap.quiſquis, verbo arma 17.q.4.& notat, ibi Additio, vbi ſubdit, hæc verba. Dicas, quòd licèt accipiat militiam, dummodò non exerceat ſęua, poteſt gaudere priuilegio clericali, ſecundum Innocent. prò vt notatur extrà de Apoſtatis c.1. & facit ad hoc 52. diſtinct. c.1. & quòd legitur, & notatur, in cap.ſi quis poſt &c. de qua re, Ricciullus par.7. de iure perſonarum cap.5. Vndè clericus, qui militiam ſuſcepit, ſi non exercuit ſęua, licèt amittat beneficium, tamen gaudet priuilegio clericali, maximè antè monitionem.

Ibid.n.40.lin.26.ibi priuilegio fori, Adde, extat Conſtitutio Sixti V. de qua per Rot.apud Seraph.dec.1471.n.4.de qua re agunt Chartarius deciſ.Curię Archiepiſcopalis Mediolan.17.& Sanfelicius deciſione 220.

Ibid.num.41.lin.1.ibi reſolut.29. Adde, & Chartarius deciſ.58.Curiæ Archiepiſcopalis Mediolan.

Ibid.num.42.lin.1.ibi Canonis. Adde, quid dicendum de priuilegio fori, Sanfelicius deciſ.13.in 3.concluſione.

Ibid.col.2.lin.10.ibi violantes immunitatem, Adde, accedit Sanfelicius cit.deciſ.13.in 4.concluſ.

Ibid.num.44.lin.5.ibi, quæſito ſequenti. Adde, & ſi non amittat priuilegium fori, noſter P. Franciſcus de Aponte conſ.24. ſed videte Sanfelicium dec.13.ad finem.

Ibid.num.45.lin.1.ibi Bannitum, adde, Chartarius deciſ.58.ſupracit. vbi requirit, quòd talis occidatur in actu, quando exercet ſe in ſæuis, vt occiſor excuſetur, ab excommunicatione Canonis.

Fol.410.col.1.lin.12.ibi ampliatur 2. Adde, & Sperellus deciſ.45.num.56.

Fol.411.num.71 lin.8.ibi ſententiam. Adde, vt requirit Nicolaus Plouius in tract. de excommunicat.in princ.n.27.vol.9.tract.

Fol.412.col.lin.14.ibi clericorum. Adde, latius Nouarius in ſuis ſingularibus, concl. 44.vbi de alijs requiſitis huius criminis.

Ibid.num.77.lin.7.ibi enormibus. Adde, & ſi contrarium probet Chartarius deciſ. Curiæ Archiepiſcopalis Mediol.58.num. 14. Indicia aſſaſſinij, videte, apud Camillum Borrellum conſ.97.

Fol.413.num.83.poſt lineam 7. Adde. Tandem quæri poteſt de clerico in minoribus Beneficiato, qui matrimonium contraxit, iuxtà ea, quæ dixi loco infrà citando, vtrum ſtatim amittat dictũ pri

uilegium,

Digitized by Google

uilegium, quod quidem quæſitum procedit, non eo caſu, quo matrimonium, & validum, & dimiſit habitum, quia tunc eſt certum, ſtatim amitti, dictum priuilegium, quia tunc ſtatim amittit beneficium, & ſi non negem, quòd ſi retineat habitũ, & iã duxerat virginem, licèt amittat beneficium poſſit tamẽ gaudere, tamquã clericus cõiugatus Dubium igitur eſſe poteſt, vbi matrimonium fuit inualidum ex cauſis, de quibus, *in meo tract. de Officio Capellani, q.4. Praxi 1. à num. 57.* quia etiam tunc, non eſt certum (vt ibi dixi) inter DD. an vacet ipſo iure beneficium: in facto autem dixi, talem, ſi incedat adhuc in habitu, &c. gaudere priuilegio, quouſq; contrarium fuerit declaratũ à Iudice Eccleſiaſtico, quia etiam tunc non priuatur beneficio, quouſque præcedat dicta declaratio, quòd poſtea reperi, apud *Sanfelic. deciſ.* 15 idq; verum dicerem, maximè quò ad priuilegium clericale, etiamſi talis duxerit non virginem, quia ſi duxit virginem certum eſt, quod continuando in habitu, & tonſura, & ſeruitio, non remaneat dicto priuilegio priuatus.

*Fol.*414.*num.*89.*lin.*3. ibi priuilegium fori. Adde, de qua re latè *Sperellus deciſ.*3. *& deciſ.*26.

*Ibid.n.*90. *n.* 89.*lin.* 3. ibi priuilegium fori. Adde, de qua re videre *Sperellum dec.*2.*num.*102. vbi quod gaudens priuilegio Canonis, gaudaet etiam priuilegio fori.

*Fol.*415.*num.*92.*lin.*2. ibi vacante, Adde, infrà annum à die mortis Epiſcopi.

*Ibid.num.*98.*lin. vltima*, ibi, ad finem, Adde, quòd Religioſus damnatus ad triremes, non perdat priuilegium fori; ſed ſit ſub iuriſdictione Epiſcopi, *Chartarius ſupracit. deciſ.*58. De amiſſione huius priuilegij ob non delationem habitus, præter ſuprà allegata, videte *Riccíullum par. 5. de iure perſonarum, cap.* 6.

*Fol.*416.*num.*105.*lin.*10. ibi, & procurator, Adde, de iſtis coniecturis, agit idem *Chartarius ibidem deciſ.*3. *num* 24. *& duobus ſequentibus, & deciſ.*83. *nu.*48. *& tribus ſequentibus, ac Camillus Borrellus conſ.*23. quod ratione prouocationis, percuſſio etiam facta in platea, iudicanda ſit leuis, & abſoluibilis per Regulares, habetis per *Portellium 3. parte reſponſorum caſu* 37.*num.*1.

*Ibid.num.*108.*lin.*35. ibi *num.*43. Adde, vbi quod auxiliantes, fauentes, aut aſſiſtẽtes dictæ percuſſioni, ſint excommunicati, *Chartarius ſup. deciſ.*83. *nu.* 18. *vide infrà in Addit. ad fol.*420.

*Fol.*419.*aliàs* 417.*num.*114.*lin.*10. ibi. §.2.*n.* 6. adde, mandans carcerati clericum, quando incurrat, hanc excommunicationem, *Mar. Anton. lib. 3. variar. reſolut.* 18.

*Ibid.nu.*115 *lin.*11. ibi *n.*67. Adde, accedit *Chartarius deciſ.* 83. *num.* 14. *& ſequentibus*.

*Fol.*420.*aliàs* 418.*col.*1.*lin.*12. ibi *n.*7.8.*&* 9. Adde, reſtringe 2. *in caſu dictæ deciſ. Chartarij*, ſcilicèt in eo, qui aſſociauit illum, qui percuſſit clericum, maximè ſi ex condicto, & armatus, quia non ſolum non impedit, ſed videtur, etiam ſua præſentia, animoſiorem reddere percutientem, & ſic illi auxilium præſtare.

*Ibid.num.*118.*lin.*10. ibi *numer.*7. *ad finem.* Adde, & ſequitur *Sperellus deciſ.* 45. *num.* 55.

*Ibid.col.*2.*lin.*1. ibi communiter Doctores. Adde, & cuius rationes, in medium affert *Layman lib.*3.*tract.*3.*par.*3.*cap.*4. *num.* 8.

*Fol.*421.*aliàs* 419.*col.*2.*lin.*4. ibi probabilẽ, Adde, quæ cõfirmatur, ex his, quæ notat *idem Diana par.*5.*tract.*4.*reſol.*30. vbi quòd aliqui ex ignorantia inuincibili excuſentur ab homicidio ſui ipſius, *& ibidem reſol.* 32. vbi quòd liceat alicui ſe mutilare, intellige in caſu neceſſitatis, vt idem ẽr fatetur, *par.* 6. *tract.*8. *reſol.* 36. vbi impugnat noſtrum *Paſqualigum* (contra eundem *Dianam*) *dec.*498. probantem, licitum eſſe parentibus caſtrare filios, ipſis conſentientibus ad conſeruandam vocem, huic opinioni probabili non videtur repugnare *Sperellus deciſ.*45.*num.* 21.

*Ibid.num.*128. *lin.* 14. ibi *in fine.* Adde, & *Sperellus deciſ.*20. *à num.*33.

*Fol.*422.*num.* 136. *lin.* 11. ibi deturpante, Adde, quibus accedit, *Sperellus deciſ.* 34. *&* 53.

*Ibid.num.*337.*lin.*5. ibi clericali. Adde, de eo, qui clericum à ſede expellit, & bracchio violenter traxit, poſt *Sayr. & Nauarr. Riccius in collect.* 682. *ad finem.*

*Fol.*423.*num.*141.*lin.vlt.* ibi *ad finem*, Adde, & alij, quos ſequitur *Sperellus dec.*20. *num.*19. *& ſequentibus.*

*Ibid.num.*142.*lin.vlt.* ibi *num.* 16. Adde, & *Chartarius deciſ.*63.

*Ibid.num.*243.*lin.*14. ibi *num.*16. Adde, *Sperellus deciſ* 45. *in principio, & deciſione* 20.*num.*



Digitized by Google

Ibid.col.2.lin.1.ibi moriretur,adde,ſequitur Sperellus deciſ.20.nu.12.

Ibid.n.147. lin.5. ibi ad finem, Adde, ſimilem caſum de apprehendente manu leua Clericum, & dextera in pugni formam,illum minante, quòd ſi non eſſet Præsbiter, illum dicto pugno percuteret,cum alijs verbis iniurioſis: ità vt clericus ad ſe eximendum, coactus fuit,veniam petere, videte apud Sperellum deciſ.45.vbi num.37. & ſeq. reperietis alia exempla ſimilia.

Fol.424.num.151.lin.vlt.ibi reſol.22.adde, quando pro cauſa ciuili clericus iniuſtè carceratur,Cam. Borrellus conſil. 15. vbi conſil.68.tractat, an Epiſcopus poſſit dare licentiam Iudici laico,carcerandi clericum.De Epiſcopo etiam iniuſtè carcerante clericum non ſubditum,vel in aliena Diæceſi, M. Antoninus lib.3.var.reſol. 36. vbi quid ſi carcerandus fugiendo cadat à rupe & moriatur. Quòd ſuperior Regularis carcerare poſſit ſuum ſubditm, proceſſu minimè formato, abſque incurſu excommunicationis huius Canonis, latè probat Maranta Epiſc. p. 3. ſuarum controuerſiarum, reſponſo 58.à numer. 31. ſecus autem dicas, ſi abſque cognitione cauſę, illum verberaret, Portellius verbo manus violentæ,n.12. An ēt ſit iuſta cauſa carcerationis clerici,ꝙ non exhibeat ſigna debita reuerentiæ ipſi iudici ſęculari, vel eius Curię, Diana p.1.tr.1.reſol.25.

Ibid.num.158.lin.4.ibi num.2.Adde,& Sperellus cit.deciſ.45.

Fol.426.num.171.lin.4.ibi ad finem.Adde, Chartarius deciſ. Curia Archiediſcopalis Mediolan.56.num.3.

Fol.427.col.1.lin.17.ibi apparet, Adde, de qua re Portellius verbo manus violenta in Addit. numer.4. vbi declarat, quæ nam ſint hæ circunſtantię, ibi: qua omnia poſſunt contingere in percuſſione incipiente per iocum, maximè ſi fiat exceſſus in percuſſione non conſueta in ioco, & talis poterit indè oriri inquietitudo,vt conſulendum ſit, ſaltem pro foro interno, ad cautelam petendam eſſe abſolutionem, ſi verò finito ioco, per aliquam moram,iterum alter alterum aggrediatur, & grauiter percutiat malo animo,omnes concedunt,incurrere cenſuram Canonis,huc vſque Portellius.

Fol.428.num.176.ſeù col. 1.lin. 15. ibi concluſionem, Adde, & ſi num. 20. confundat ſacrilegium cum dolo.

Ibid.num.180. lin.5.ibi ad finem, Adde, & Chartarius cit.deciſ.56. numer. 26.qui num.ſeq. limitat in eo caſu, quòd percutiens habeat iuſtam cauſam credēdi;talē,quē percuſſit,nō eſſe clericū

Ibid.num.184.lin.8.ibi à me citatis.Adde, de veriori, & magis recepta, Chartarius ſuprà deciſ.59.num.15.

Fol.430.num.208.lin.20.ibi ordinem,adde, Pœnitentiaria autem obſeruat,teſte Filliucceto tract.15.num.... in abſolutione impartienda huius excommunicationis,faciendi differentiam inter percutientem clericum, vel ſubdiaconum, aut Diaconum, vel Sacerdotem, quia maiorem pænitentiam forſam imponit percutienti Sacerdotem quàm percutienti Diaconum,&c.

Fol.432.col.1.lin.20.ibi de officio Iudicis ordinarij. Adde,vbi Canoniſtæ,latè Andreas de Yſernia in tit.quæ ſint regalia num.67.verſ.ſtricto modo, & ibi Afflictus verbo Poteſtas numer. 8. in vſibus feudorum, per tex.in l.eum, qui,ff. de in ius vocando,& quòd officium ſignificet iuriſdictionem, probat Cagnolus in Rubrica,ff.de officio eius cui mandata eſt iuridictio,num.7.

Fol.433.col.1.lin.6.ibi Iudicis Eccleſiaſtici, Adde, quid ſi fuerit clericus percuſſus, dum faceret reſiſtentiam, illum carcerantibus, Marius Antonius lib. 3.var.reſol.36.num.18.

Ibid.num.230.lin.3.ibi ad medium. Adde, & Molina tomo 4.diſp.74.ad finem, & ſi quando talis carcer eſt iuſtus reſpectu clericorum, non per hoc ille, cuius iuſſu carcerantur, incurrunt,hanc excommunicationem.

Fol.434.num.252.lin.vlt.ibi num.8.Adde. De pęnis, quas poſſunt imponere ſuperiores Regulares ſuis ſubditis, agit Pierinus in ſuo Pralato Regulari, q. 1. cap.4.à num.106.qui dicit,in ſua Religione,ſuperiorē localē non poſſe carcerare fratrem abſque capitulo,non autem declarat, an ſi de facto carceraret aliquem abſque capitulo, talis ſuperior incurreret hanc excommunicationem,vndè de hac re conſultus, dixi (ſecluſa iniuſtitia dictę carcerationis,ex qua dici poteſt facta,ſuadēte Diabolo,vt requiritur in Canone noſtro) dictum ſuperiorem non incurriſſe, hanc excomunicationem iuxtà allegata ſup.in addit.ad f.424.n.151.De obligatione dicti ſuperioris puniendi delicta,& modo in illis puniendis,obſeruando,agit idem Pierinus ibid.q.2. cap.3.§.15.& 16.

Ibid. num. 253. lin. 10. ibi num. 56. & 57.



Digitized by Google

Adde, *Diana par.* 1. *tract.* 2. *reſolut.* 129. *ad finem.*

*Fol.* 436. *col.* 1. *lin.* 12. ibi per laicum, Adde, nomine Conuerſi, quòd hic veniat etiã Tertiarius, *Paſqualigus deciſ.* 418.

*Fol.* 437. *num.* 276. *lin.* 14. ibi ſenioribus, Adde, quando ſcilicèt corrigunt clericos iuniores, etiam nõ ſuos ſubditos, ſi tamen ſint pro ſeruitio Eccleſiæ, vel ipſi laici habeant officium in Eccleſia.

*Fol.* 441. *num.* 298. *lin.* 7. ibi *Reſol.* 34. Adde, *& Batardus ad Clarum lib.* 5. §. *homicidium num.* 89.

*Fol.* 442. *nu.* 308. *lin.* 17. ibi *loco ſupracitato,* vbi ad incurrendam hanc excommunicationem, tantum requirit, quòd ex popoſito excedatur modus inculpatę tutelæ.

*Ibid. col.* 1. *lin.* 2. ibi *num.* 173. Adde, & in terminis, poſt *Portellium, notat Diana par.* 5. *tract.* 9. *reſol.* 3. & poſt alios *Pierinus in Prælato Regulari quaſt.* 3. *cap.* 2. *num.* 60.

*Fol.* 443. *num.* 316. *lin.* 12. ibi P. *Nau.* Adde, de qua re *Paſqualigus deciſ.* 441. *& ſeq.* quem videatis.

*Ibid. num.* 320. *lin.* 13. ibi retrocedere, de excedente in exequutione ſui officij, *Camillus Borrellus deciſ.* 23. quis ſit Iudex offendentis dictum curſorem, *Diana par.* 6. *tract.* 8. *reſol.* 3. vbi quòd quando percuſſio non fuit facta ratione, & intuitu officij, detur locus præuentioni.

*Fol.* 444. *col.* 1. *lin.* 4. ibi *n.* 16. adde, an autem, ex eo, quia gaudẽt priuilegio fori, tamquam perſonę Eccleſiaſticæ, illos carcerantes, vel alio modo in eos iuriſdictionem exercentes authoritate publica, incidant in excommunicationem Bullæ Cænæ, videte allegata ſuprà ſub *num.* 160.

*Fol.* 448. *num.* 350. *lin.* 10. ibi *per totum.* Adde, & *Portellius par.* 3. *Reſponſorum caſu* 37. *ſub num.* 1. vbi quòd virtute Bullæ Cruciatę, poſſit Confeſſarius à dicta percuſſione graui, abſoluere. Item *lin* 11. ibi Clem. VIII. Adde, quãdo iſte caſus reperitur in Tabella, inter alios, reſeruatus.

*Ibid. col.* 2. *lin.* 5. ibi *excommun. par.* 2. Adde, *Theſaurus verbo iniuria, cap.* 2. *ad fin.* vbi quòd nomine Epiſcopi, hoc caſu veniant, non ſolùm Prælati inferiores, ſed etiam Vicarius Generalis.

*Fol.* 453. *num.* 391. *lin.* 7. ibi & mulierum, Adde, fauet *Riccius par.* 3. *deciſ.* 228. vbi de Sacerdote, qui iecit Breuiarium in faciem clerici, antè Sanctiſſimum Sacramentum, dicit, non incurriſſe excõmunicationem S.P. reſeruatam, quia fuit facta in choro, vbi non erãt, niſi alij quinque clerici.

*Fol.* 454. *num.* 303. *lin. vlt.* ibi ſed ex viſu, Adde, fauet *Viuius deciſ.* 467. *num.* 68. ibi quòd ſi quis capiatur in domo alicuius, & multitudo tunc extiterit admiſſa in actu depręhentionis, non autem eo ipſo, ſequitur, vt poſtquam captus quis fuit in domo, & vocata eo caſu, & inſtanti vicinia, delictum efficiatur notoriũ, ſed oritur infamia; ſecus verò ſi depręhensio fiat in actu delicti, adſtante multitudine; tunc abſque difficultate inducitur ex hac deprehenſione notorium, Hucuſque *Viuius.*

*Fol.* 457. *num.* 421. *lin.* 1. ibi ieiunando, Adde, de qua re *infrà num.* 504.

*Fol.* 465. *num.* 472. *lin.* 2. ibi completum. Adde, quòd etiam docet *Sanchez lib.* 5. *Opuſculorum Moralium, cap.* 1. *dub.* 4. *num.* 6. vbi ad finem dicit, ſecundam opinionem ſuprà relatam, eſſe probabilem.

*Fol.* 468. *num.* 486. *lin.* 15. ibi *& alij,* Adde, quòd autem enormis percuſſio, non ſit ſemper iudicanda ſcandaloſa, ex eo, quia fuit notoria, patet *ſuprà à num.* 364.

*Ibid. num.* 487. *lin.* 9. ibi *& alij,* Adde, quos ſequuta fuit Curia Archiepiſcopalis Neapolitana, vt poſt *Riccium,* teſtatur *Squillantes cap.* 6. *de priuilegijs clericorum, num.* 119.

*Fol.* 470. *num.* 495. *lin.* 15. ibi diffidatos, Adde, de quibus infrà *num.* 519. cum de impedimento Canonico.

*Fol.* 478. *nu.* 556. *lin.* 17. ibi 1637. Adde, verbis relatis infrà *num.* 572.

*Fol.* 482. *col.* 2. *lin.* 16. ibi *num.* 906. Adde. De abſolutione autem excommunicati danda pro articulo mortis, dixi ſuprà *in Addit. ad fol.* 377.

*Fol.* 496. *num.* 637. *lin.* 10. ibi tolluntur, Adde, *Portellius* 3. *par. Reſponſorum, caſu* 37. *num.* 2. *verſ. porrò.*

*Ibid. num.* 638. *lin.* 7. ibi *& ſeq.* Adde, ſicut de Bulla Cruciatæ, poſt alios habetur, per *Portellium loco proximè citato ſub num.* 1.

*Fol.* 491. *col.* 1. *lin.* 11. ibi *nu.* 661. Adde, filius familias, etiam dicitur impotens, quando pater non vult ſatiſfacere, *Portellius ſuprà num.* 4.

*Ibid. lin.* 17. ibi notat, Adde, *Portellius ſup. ſub num.* 2. vbi idem dicit in caſu, vbi clericus dilatet reſponſionem.

*Ibid. num.* 641. *lin.* 21. ibi *de priuileg. clericorum, num.* 11. Adde, & ſupponit *Portellius*

*tellius*

Digitized by Google

*tellius cit.verſ. Porrò*,vbi habetis alias circunſtantias,per quas iniuria minuitur,&per conſequens venit,etiam minuenda ſatisfactio.

*Fol.*508.*num.*45. *linea* 5.ibi *ſup.num.*8. Adde, quando autem ſit licita venatio clericis,ac Religioſis, *Bellectus par.*2. *ſuæ diſquiſitionis clericalis*,§.19.*& Redoanus de ſpolijs Eccleſiaſt.q.*1.*num.*6.

*Fol.*510.*num.*60.*lin.*8. ibi *& ſeq.*Adde, *& Flauius Cherubinus Scolio* 1. *ad dict. Conſt. quæ eſt* 2. *Pauli.* 2. *vbi poſt Robuſterium deciſ.*578 *par.*1.*diuerſ.num.* 3. aſſerit, hanc ſententiam ſemper fuiſſe ſequutam Rotam Romanam. Dixi,*quò ad eas*, quia quò ad nullitatem contractus eſt recepta, & ità explicandus *Sanfelicius deciſ.*309.

*Fol.*511.*num.*64.*lin.*4.ibi *num.*21.Adde, & *Sanfelicius dec.*309.*num.*7.

Fol.513.*nu.*78.*lin.*3.ibi *pratij.* Adde, quòd à dicto locatore vltrà triennium, poſſit nouus Emphitenta reuendicare prædium,vel domum, *Sanfelicius deciſ.*309.

*Ibid. col.*2.*lin.*9.ibi receptior. Adde,vt dixi,*ſuprà num.*60. *Ibid.num.*81.*lin.*5.ibi *ſupra cit.num.*9. Adde, *Chartarius dec.* 16. *num.* 39. dùm ait, quòd vendere fructus beneficij non ſit ſimonia, & ſi ex alio capite id ſit illicitum,intelligi.n. debet, de vẽditione facta ad vitã.

*Fol.*514.*n.*93.*lin.*5.ibi neceſſaria,adde,imò etiam in vſus communes monaſterij, quando nõ eſt dos monialis ſupernumerariæ, quia tunc debet conuerti omninò in emptionem bonorum ſtabilium,vt ex S.Congregatione, poſt *Gauantum,refert Lezana p.* 1. *cap.*25. *ſub num* 39.*& latius par.*2.*cap.* 19.*nu.* 57. 58.*&* 59. vbi latè de mobilibus, quæ nam ſint pretioſa, vel non pretioſa,& in ſpecie de pecunia, ac oblationibus factis alicui ſacræ Imagini, quæ in Eccleſia aliqua reſeruatur, dicit,*poſt Riccium,& Bonac.* non iudicanda eſſe mobilia pretioſa, niſi ſint aureę,vel argenteæ magni valoris non declarat, autem, ly *magni valoris*, an requiratur,pro tota quantitate dictarum oblationum alienandarum, vel pro ſtatua,vel alio vaſe,v.g.lãpade, aut Tabella ſingula alienanda,tñ crederem,intelligi debere de ſingulari, vel rebus ſingularibus, quæ ſint magni valoris, iuxta regulam iuris,ſingula,quæ non pro ſunt, nec collectæ ſimul iuuant,*l.Spadonem,§.qui iura,ff. de excuſatio tutorum*, quæ habet locum, maximè vbi illa ſingula ſint in ſpecie imperfecta,(vt in caſu noſtro) *Sardus conſ.*315.*num.* 60. *vol.*3. quòd non liceat Regularibus vendere ſtabilia pro fabrica monaſterij, vel pro creandis cenſibus, *Lezana loco* 2. *ſuprà citato,num.*53.

*Ibid.col.*1*lin.* 10.ibi & ſi minoris, Adde, vt fuit in facto reſolutum à S. Congregatione, adeſt ẽt deciſio Rotę Coram Pãphilio inualiditatis cenſus 24.Maij 1591. vbi quòd non conſtet de euidẽti vtilitatę Eccleſię,quãdo alienatio, ſit imponendo aliquem cenſum, pro extinctione alterius cenſus,refert *Flauius Cherubinus ad dictam Conſtitutionem Pauli II.* Cappellæ, an poſſit, vendi à Regularibus, abſque aſſenſu Apoſtolico? Negat *Lezana par.*2.*cap.* 19.*num.*56.ſed contrarium, poſt *Riccium,dixi in meo tract. de Officio* Cap*pellani,q.*3.*num.* 12. & ſic ſeruatur in Praxi, quia per talem alienationem non transfertur, niſi ius ornandi, & ſepulturę,quæ non requirunt,niſi cõſenſum eorum, qui vendunt,vt infra latius dicam, videte pro nunc P*ortellium in ſuis dubijs Regularibus, verbo Capella Monachorum.*

Fol.518.*num.*104.ibi,*verſ. Terminum.* Adde,quòd dicatur Epiſcopus ſtatim tranſlatus,ad ſecundam Eccleſiam,quando in Cõciſtorio fuit propoſitus, pro illa, *Alzedus par.*1.*ſua* Praxis *Archiepiſcopalis cap.*3.*num.*88.

*Ibid.num.*106.*lin.vlt.*ibi *cit.num.*2.Adde,& contrà aliquos,*Sanchez lib.*3.*opuſculorum moralium,cap.*1.*dub.*26.*num.*3.

*Fol.*519.*col.*1.*lin.*2.ibi nequiui,adde, arctatus in terminis noſtris,quòd dicatur, etiam is, qui præſentatus eſt ad beneficium de iure patronatus, dixi *in meo tract.de Officio Capellani,quaſt.*4. *Praxis.*5.*nu.*185.*&* Praxi 6. *numer.*7. quibus ibi allegatis accedit, *Nouarius par.*2.*qq.forenſium,q.*78.

Fol.522.*num.*152.*lin.*15 ibi *reſol.*97. Adde, de donatione facta eidem monaſterio [illegible] ingreſſum, ꝙ non includatur in dicta diſpoſitione Concilij Tridẽtini, adeſt declaratio Sacræ Congregationis,apud *Riccium par.*2.*deciſ.*294.

Fol.527.*num.*196.*lin.*6.ibi *& alios*, Adde, Item *Marchinus de ordine,tr.*3.*par.*3. *cap.*10.*propoſit.*2.*& Diana par.*6.*tr.*6. *reſol.*28.*verſ.notandum.*

*Ibid.num.*200.*lin.* 3. ibi *ad finem*, Adde, *Dianam par.*6.*tract.*6.*reſol.*22. *& Layman lib.*5.*tract.*5. *cap.* 5. *num.* ... vbi quòd pro celebratione prohibita in Eccleſia polluta,non ſolum intelligatur

tur celebratio ſacri,ſed etiam diuinorum officiorum,item quòd nomine Eccleſiæ veniat etiam Cæmiterium, & ſi è contrà,polluto Cœmiterio,non intelligitur polluta Eccleſia,latè *Gauantus in Manuali Epiſcoporum,verbo Eccleſia reconciliatio*.

*Fol*.531.*num*.236.*lin*.1.ibi Ciuitate, Adde, & proſequitur *Riccius par*. 2. *dec*.220.

*Fol*.535.*num*.263.*lin*.32.ibi à S.Congregatione, Adde, & ſi *Bellettus par*. 2. *ſuæ diſquiſitionis clericalis*,§.3. *in princip*. dictam declarationem referat, pro ſententia affirmatiua.

*Fol*.537.*num*.281.*lin*.3. ibi *num*.61. Adde, *& Recoll*.5.*ad finem*,quibus ibi allegatis,accedit *Diana par*.6.*tr*.6. *reſol*.52.

*Fol*.539.*col*.1.*antè lit.D*.Adde,conſuetudo, vel ſtatutum, vt cùm fit electio ad beneficiũ, vel poſſeſſio beneficij traditur, aliquid largiatur nouus beneficiarius in vtilitatem aliorum beneficiatorum, eſt ſimonia, non autem ſi vt conuertatur in vſus pios, *Sanchez lib*.2.*opuſculorum moralium,cap*.3.*dubio* 25.*num*.15.vbi ſubdit, quòd illa, quæ antiquitus ſolita erant capi, pro vtilitate priuatorum Canonicorum, non poſſunt hodiè capi,etiam ad opera pia,& *num. ſeqq*. agit de conſuetudine Eccleſiarum Cathedralium, Collegiatarum, & Parochialium, vt noui reſidentes, non lucrentur fructus primi anni, &c. vel tantum certam, partem eorum, ſed quòd cæteris antiquioribus accreſcant,reuocata fuit per Pium V. quòd limitat, ex declarat:S.*Cogreg.Cardinal*.vbi totidẽ fructus ipſis reſeruẽtur pro ſolutione debitorũ,& funeraliũ,poſt eorũ obitũ.

*Fol*. 544.*num*. 334. *lin*. 4 ibi *verbo eiectus*, quòd non poſſit venire contrà renunciationem, *Sanchez lib*.6.*ſumma cap* 9.*nu*.33 etiam pro hæreditate,ſibi obueniente poſt eiectionem, vide *deciſ. Rota in Romana fiddeicommiſſi de coronis*.26. *Nouembris* 16.7. *coram Virili,quæ eſt* 109.*in Nouiſſimis diuerſorum*,in facto autem,quidam eiectus, vt incorrigibilis, & ſi renunciauerat tempore profeſſionis, obtinuit alimenta, à fratribus ex hæreditate matris,poſt eiectionem,defunctæ, ex doctrina, eiuſdem *Sanch.lib*.7.*cap*.7.*n*.5.

*Fol*.547.*num*.373 *lin*.2.ibi,*num*.4. Adde, & poſt *Riccium*, habetur, per *Nouarium in ſuis ſingularibus*, *concluſ*.106. *ſub num*.2.quando autem Epiſcopus poſſit exercere iuriſdictionem contentioſam extrà Diæceſim,*Riccius par*.2. *deciſ*. 87. qui *deciſ*.79.agit, an Epiſcopus,extrà Diæceſim poſſit prædicare.

*Fol*.548.*num*.381.*lin*.1.ibi irregularitatem, Adde, cum hac opinione tranſit, *Nouarr.cit.concluſ*.106.*ſub num*.3. referens Authores pro contraria, quam ſequitur *Diana par*.5.*tract*.10.*reſol*.4.

*Fol*.551.*nu*.405.*lin*.15.ibi *ad finem*, Adde, ſequitur *Theſaurus par*.2.*de pœnis Eccleſiaſticis,verbo electio,cap*.3.*num*.1.*in* 3.*notab*.qui ait, quòd ſecundum magis communem ſententiam,dicta pœna reſpectu Epiſcopi confirmantis indignum, rationibus, de quibus ibi, ſit ferendæ ſententię, quòd autem, quando contrà dictum collatorem, fertur ſuſpenſio, poſt monitionem non poſſit relaxari, niſi à S.P. *Laym. lib*.4.*cap*.17.*num*.27.

*Fol*.554.*num*.427.*lin*.82.ibi habitatio,adde, dummodò ſit ſuſcepta bona fide: ità *Riccius ait par*.2.*deciſ*.106.*iuxtà deciſ. nouiſſimam collectam à* Farinacc. *par*. 2.*deciſ*.590.

*Fol*.556.*num*.442.*lin*.9.ibi *num*.3.Adde,neque aliqua alia cenſura, *Campanilis Rub*.9.*cap*.6. *num*.7. vbi hoc dicit,verũ,& ſi per vſum falſarum litterarum, aut falſorum teſtium obtinuerit quis ob ordinario dictam licentiam,& teſtatur:ità obtinuiſſe,pro quodam,&c.

*Fol*.557.*nu*.444.*lin*.6.ibi ob ſtipendium, adde, *Campanilis cit. cap*. 6. *ad finem*,vbi dicit, quòd ità vidit ſemper obſeruari, de qua re, etiam *Sanchez lib*.7. *Opuſculorum Moralium,cap*.1.*dub*.47. qui excuſat à culpa (quia vt ipſe ait de iure non eſt impoſita aliqua cenſura, pro hoc caſu) ſimpliciter celebrãte,vt ſup.ſecretè,quid ſi Epiſcopus originis, vel domicilij noluit concedere commendatitias Sacerdoti ſuo ſubdito volenti, ſe obſentare à Diæceſi propria,vtrum ſufficiat ad hoc, vt obtinere poſſit licẽtiã celebrãdi,extrà illã,oſtẽdere litteras ſuę ordinationis, vel per teſtes ꝓbare,ſe eſſe Sacerdotẽ, ac nullo impedimento Canonico eſſe irreticum; tangit *Campanilis cit.cap*. 6.*num*. 4. qui ſubdit,S. Congregationem declaraſſe, non eſſe denegandas à præfato Epiſcopo commendatitias dictis Sacerdotibus, vel Clericis non habentibus, ibi beneficia requirentia, reſidentiam,& reſoluit dubium,quòd poteſt fieri,nempè ex *Concil.Trident*. non poſſe,ſcilicèt quem ordinari,niſi etiam ſit adſcriptus ſeruitio particularis Eccleſiæ, & quòd talis adſcriptus, non poſſit diſcedere, abſque licentia

Digitized by Google

licentia Epiſcopi.

*Ibid.col.*2.*lin.*9.ibi Februarij 1553.Adde, de qua re, latè *Sanctarellus variarum reſol.quaſt.*49.*à num.*6.

*Ibid.lin.* 13. ibi *num.* 12. Adde, *Marchinus ſup.num.*7.*poſt Bonacinam de clauſura q.* 2. *pun.*10.*difficult.*5. *num.*4.& *Diana par.*4.*tract.*2.*reſol.*84.

*Ibid.nu.* 447.*linea vltima*,ibi de qua ſuprà, Adde. Nota,quòd *Nouarius in ſua ſumma Bullarij, cùm de ordinandorum titulo,num.*14.ſupponit,ordinantem non incurrere ſuſpenſionem, qui tamen debet intelligi de ordinante dictos Regulares ignoranter, vt per *Alzedum in ſua Praxi lib.* 2.*cap.* 5.*nu.*53.

*Fol.*558.*num.*450.*lin.*10.ibi licere, Adde: ità intelligo Authores ſimpliciter docentes,talem eſſe ſuſpenſum, & irregularem, vide infrà *verbo Religioſus ordinatus.*

*Ibid. numer.*453.*lin.*6. ibi contracta,Adde, *Nouarius ſup.num.*19.*& nos infrà.*

*Fol.*559.*col.*2.*poſt lin.*19.Adde.Oblationes recipientes à raptoribus Eccleſiarum, quàm ſuſpenſionem incurrant,*Bonacina cit.pun.*6.*num.* 7.

*Ibid.num.*461.*lin.*6.ibi,*num.*4.Adde,*Villalobos p.*1.*tract.*18.*diffic.*9.*num.*4.

*Ibid. num.*462. *lin.* 4. ibi *num.* 5. Adde, *Barboſa alleg.*5.*n.*2.*& alleg.*111.*nu.*7.

*Ibid.lin.*10.ibi *num.*48. Adde,& *Villalobos cit.num.*4.*ad finem.*

*Fol.*560.*num.*464.*lin.*14.ibi,*ad finem*, Adde, & repetit *par.*5.*tract.*10.*reſol.*38.

*Ibid.linea* 17.ibi *Concil.Trid.*Adde,*Barboſa cit.allegat.*5.*num.*4.

*Ibid.col.*2.*linea* 1.ibi aduertendum eſt,Adde,vide *Rotam in nouiſſimis,par.* 1.*lib.* 1.*deciſ.*222.*num.*4.

*Ibid.num.*467. *linea penult.* ibi ex quo decreto,Adde,& *Nouarius in ſua ſumma Bullar.cum de ordinatis,extrà tempora, num.*30.vbi quòd nomine Ordinarij, qui debet ratam habere dictam ordinationem, ſit Epiſcopus,vel eius Vicarius, ipſo Epiſcopo agente à remotis, vel habens ſpeciale mandatum, & quod hoc caſu, nec aliquam ſuſpenſionem incurrat Epiſcopus ordinans.

*Fol.* 561. *col.* 1. *poſt lineam* 4. Adde, contrarium docet *Campanilis Rub.*6. *cap.* 2. ſed videte infrà.

*Ibid.num.*472.*lin.*3. ibi ſupinam, Adde, vt poſt *Auilam, & Dianam*, habet idem *Marchinus ſup.n.*10. *ad finem*, de qua re, iterum *Diana par.*5.*tract.*10.*reſol.* 31.*& ſeq.*

*Ibid.num.*473.*lin.*14.ibi vt ſuprà,Adde.Nec obſtat, quòd Paulus V. in *Regula* 33. Cancellariæ, videatur velle, vt circa hanc materiam, ſtetur Conſtitutioni Pij II. quia vt dicam infrà intelligitur, quò ad pœnas.

*Ibid.num.*475.*lin.*12.ibi caſus ſpecialis,adde, vndè non eſt ità,vbi pro qualibet, cauſa Epiſcopus eſt ſuſpenſus,vt ſupponit *Nouar.in ſumma Bullarij cum de ordinatis ex tempora,nu.*24.

*Fol.*562.*col.*1.*lin.*12.ibi ſui familiaris,Adde, latè *Riccius par.* 2.*decis.*282.

*Ibid.lin.*18.ibi de reformatione, Adde,latè *Alzedus par.* 2.*ſua Praxis Epiſcopalis cap.*5.*num.*40.

*Ibid.num.*478.*lin.*29. ibi *ad finem*, Adde,ità intelligi debet, *Alzedus loco proximè citato,num.*32.vbi excipit paruam abſentiam,& in puncto notat P.*Naldus verbo ordo,num.*16.

*Ibid.num.*479.*lin.*17. ibi vellet, &c. Adde, vndè *Nouar. in ſumma Bullarij cũ de ordinandorum titulo*,ait poſt alios, nõ poſſe quem ordinari ad titulum beneficij futuri.

*Ibid.num.*480.*lin.*7.ibi decem dies,Adde id .n.ſignificare debere, hanc dictionẽ, ſtatim oſtendit *Ciarl. in ſuis Controu. cap.* 50. *num.* 25. vbi quòd differat ab alia dictione *incontinenti*.

*Fol.*564.*num.*489.*linea* 6.ibi Addo, ſupplè *Mar.Antonium lib.*1. *variar.reſol.vlt. caſu* 28. vbi quòd talis Epiſcopus non poſſit, quando beneficium eſt renuè,&non requirens reſidentiam,diſpenſare in interſtitijs.

*Ibid.col.*2.*lin.*6.ibi Cardinalem Carrafam, Adde,*Ricc.par.*3.*decis.*7. docet, quòd ſit ſuſpenſus Epiſcopus ordinans aliquem titulo beneficij tenuis,quando etiam non habet cum eo ſupplemenmentum de patrimonio.

*Fol.*565.*lin.*10.ibi puniri debeant, Adde,de qua re, *Barboſa allegat.*3.*num.* 5. vbi quòd hoc intelligi debet vltrà ſuſpenſionem, quàm incurrit ex *Concilio Tridentino*, latam contrà ordinantes aliquem abſque dimiſſorijs proprij Epiſcopi,de qua *ſup.*

*Fol.*566.*num.*503. *lin.*2.ibi dimiſſorijs, Adde (*& ſi ad finem,numeri primi,* videatur contrarium docere,ſequuta declaratione Iudicis.)

*Ibid.num.*510.*lin.*11.ibi manifeſtus,Adde,in puncto de abſolutione,huius ſuſpenſionis *Portellius in ſuis dubijs Regularibus,verbo Ordinis Sacri ſuſpenſio,nu.* 14. *verſic. quod ſi Sixtus V.* vbi quòd Prouinciales,& fortè locales Superiores poſſint abſoluere ab hac ſuſpẽſione, & diſpenſare in hac irregularitate,etiam

te,etiam

te, etiam quando caſus eſt publicus.

*Fol.*568.*num.*519.ibi *num.*55. Adde,an autem talis ſuſpenſio, ſit ab ordine ſic male ſuſcepto, vel ab omnibus alijs etiam ordinibus; patet ex his, quæ dixi *ſup.num.* 535. & 461.de ordinante,&dicam infrà *n.*533.&641.loquendo de ordinato antè legitimam ætatem; nam eodem modo ponitur ſuſpenſio contrà ordinatum abſque litteris dimiſſorijs, quàm antè legitimam ætatem, & extrà tempora, vt dixi etiam ſuprà.

*Ibid.n.*521.*lin.*3.Adde,videte *Nouar. in ſuis ſingularibus,concluſ.*100.vbi *n.* 6. poſt *Genuenſem*, limitat hanc ſententiam in Curia Neapolitana, quia (vt ipſe inquit) non ordinat alibi natos, ex eo,quod eorum parentes ſint, vel fuerunt Neapolitani.

*Fol.*569.*n.*527.*lin.*21.ibi *par.*1.*num.*1. Adde, *Chartarius deciſ.Curiæ Archiepiſcopalis Mediolan.*94.*nu.*118 & 122. vbi latè de probatione talis ſuſpenſionis. Et quòd onus probandi minorem ætatem, ſpectet ad eum, qui illam negat, probat, *ibid. num.* 135. *ad finem.*

*Fol.*570.*col.*1.*lin.*7. ibi & irregularitate,adde,*Riccius par.*3.*deciſ.*283. & in puncto, *Chartarius cit.deciſ* 94. *num.*146. & *ſeqq.*

*Ibid.n.*534 *lin.*14.ibi eandem ętatem adde, abſoluuntur tamen à ſuſpenſione,& diſpenſantur in irregularitate contracta ex excercitio ordinum à ſuperiore, iuxtà ea,quæ dixi ſuprà *nu.*510.& habet P. *Peregrinus par.* 2. *Compendij priuilegiorum noſtræ Congregationis, verbo ordo*,§.2.

*Fol.*571.*n.*542.*lin.*12.ibi *reſol.* 119.*n.*12. adde,item quia hæc ſuſpẽſio eſt inducta ob crimen,& ſic irregularitas cõtracta ex eius violatione,nõ eſt ob defectum ætatis,vt volunt aliqui,quos ſequitur *Chartarius cit dec.*94.*n.*121. ſed ex delicto,opinio tamẽ *Char.* eſt probabilis.

*Fol.*573.*nu.*557.*poſt lin.*3.Adde,quòd hoc ſit crimen leue,& per conſequens de eo inquiſitus,nõ debet torqueri,vt habetur per *Chart.ſupra cit.dec.*94.*ad fin.*

*Fol.*574.*nu.*564.*lin.*6.ibi contrà *Pyrrinum* Adde,*qui in ſuo Prælato Regulari q.*3.*c.*7.*n.* 11.putat, neq; hodiè dicto priuilegio poſſe vti Ieſuitas,quod eſt contrà Praxim,non ſolum dictorũ Ieſuitarũ, ſed & noſtrę Congregationis,vt ſup.dixi.

*Fol.*578.*n.*591.*lin.*10.ibi.vt dixi ſuprà,adde, ac etiam ibi allegatis,accedit *Sanchez lib.*7.*Opuſcul.Moral.c.*1.*dub.* 28.*n.* 10.

*Fol.*593.*n.*592.*lin.vlt.* ibi *de ſimonia*, Adde, in ſpecie,quòd ſuperior Regularis nõ poſſit abſoluere ab hac ſimonia in ordine, licèt poſſit abſoluere à ſimonia commiſſa in officijs Regularibus, *Lezana par.*1.*cap.*18.*n.*39.

*Fol.*595.*col.*1.*lin.*8.ibi *dec* 246.*nu.* 2. Adde, quis abſoluat etiam ab iſtis pænis,*Sanchez lib.*2.*Opuſcul.Moral.c.*3.*dub.* 104. *n.*64.& 120.*Item fol.*597.*nu.*717.*lin.*5. ibi incurrenda, & cæt.adde, videte *ſup.num.* 591 *cum Addit.*

*Fol.*605.*nu.*765.*lin.*4.ibi ſequitur, Adde, dictum ordinatum,tantum eſſe ſuſpẽſum, non autem irregularem, quia irregularitas fundabatur in eo, quòd ſuſceperit ordinem in excommunicatione ipſo iure lata ab Epiſcopo, vt per *Sanchez loco proximè cit.* & *alios relatos per Theſaurum loco infrà citando*,& per conſequens.

*Ibid.num.*767.*lin.vlt.*ibi ſub conditione, Adde,vnde patet, quid dicendum ſit ad caſum propoſitum de clerico Terræ Tramunti, qui cum diù inſtetiſſet apud ſuum Diœceſanum Epiſcopum, vt illum inſigniret ordine Præsbiteratus et ſęper id ei negatũ fuerat,fortè ob eius inhabilitatem, qui poſtea cum præſens eſſet ordinationi factæ ab eodem ſuo Epiſcopo,& Epiſcopus diceret,quòd accederet clericus de Terra Tramunti(intelligendo de alio, cui promiſerat ordinationem)acceſſit ille primus, de quo non intelligebat Epiſcopus, & fuit ab eo ordinatus, licèt enim dubitari,non poteſt,ipſum dici debere,furtiuè ordinatum, cùm non fuerit antea approbatus,&admiſſus ab Epiſcopo, tamẽ iuxtà cõmunẽ opinionẽ,recepit charectẽrẽ,& ſi ſit ſuſpẽſus ab exequutione dicti ordinis, ꝙ procedit etiã ſi Epiſcopus proteſtatus fuerit, non habere intentionem ordinandi accedentes furtiuè, &c. *vt poſt Marchinum dixi ſup.nu.*723.quia ex hoc quòd quis habeat intentionẽ generalem non ordinandi,non infertur,non habere,quoq; intentionem ſpecialem,quãdo cõfert de facto ordines, cùm iſta ſint diuerſa, quod confirmatur,ex eo, quia poſt talẽ proteſtationem,iuxtà Pontificale,ſtatim abſoluit dictos ordinatos à quocunque excomunicationis,&c.vinculo,adeſſe ctũ recipiendi dictos ordines, ꝙ eſt idẽ cum eo,quod ait, poſt *Henriquez lib.* 14.*cap.*6.*nu.*5. & alios *Theſaurus loco ſuprà c.*2. vbi teſtatur, hanc opinionem eſſe magis communem, nempè Epiſco-

Digitized by Google

Epiſcopum, quando actu ordinat hſic furtiuè accedentem contrà ſuam proteſtationem, cenſeri mutare intentionem, & practicè habere intentionē abſolutam, licèt ſpeculatiuè habeat illam conditionatam, videte *Henriq. loco suprac.* vbi benè declarat, quare contrarium accidat in ſacramento matrimonij.

***Fol.*620.*aliàs* 613. *verbo Rapina Eccleſiarū lin.*1.** ibi clerici, Adde, (ideſt eiuſdem Eccleſiæ, vt dixi *ſuprà nu.* 783.)

***Fol.*624.*aliàs* 616.*num.*813.*lin.*17.** ibi, *ad finem.* Adde, (vndè neque ſuffraganeos Epiſcoporum, ſeù coadiutores, ſine ſucceſſione Epiſcoporum, teneri ad reſidentiam, ſtante reſidentia ipſorum Epiſcoporum, obſeruatum vidi, iuxtà vltimam conſtitutionem, circà hanc materiam) fauet *Alzedus par.* 1. *ſuæ praxis cap.*3.*num.*47.*ad finem.* De his, quæ poteſt talis coadiutor, vide *Gau. in ſuo Manuali Epiſcoporum, hoc verbo.*

***Fol.*620.*nu.*829.*poſt lineam* 9.** Adde, an hæc concluſio habeat locum in Prælato Collegiatæ, habente tantum curam iuriſdictionalem in foro exteriori; pro parte negatiua, ſcilicèt talem Prælatum non teneri ad reſidentiam, allegabantur *Fuſcus de viſitatione lib.* 2. *cap.* 1.*num.* 14. *& Zecchius de Republica Eccleſiaſtica cap.*26. qui loquuntur de obligatione reſidendi inducta, tum *ex Conc.Trid.ſeſſ.*6.*cap.*2. de reformatione, quod loquitur de habentibus curam animarum quò ad forum internum, à qua non licèt arguere ad hanc curam iuriſdictionalem pro foro externo, ideòq; iſta non inducit incompatibilitatem cum beneficio habente curam animarum in foro interno, vt poſt alios habetur, per *Gonzalez in Regulam* 8.*Cancellariæ*, §.6. *num.* 63. *& Stephanum Gratianum p.*1. *ſuarum diſceptationum forenſium cap.*133.*à nu.* 26. tum etiā de reſidentia requiſita ab eodem *Concilio ſeſſ.*24. *cap.*12. ubi eſt ſermo de obtinentibus in Cathedralibus, vel Collegiatis, Dignitatem, Canonicatum, &c. cum onere intereſſendi choro, (quod voluit dicere *Fuſcus loc.ſuprac.* ibi licèt alij ſecus, *ſeſſ.*24 *c.*12.*§.præterea obtinentib.* quaſi dicat, & ſi alij Prælati Collegiatarum, qui habent hanc curam iuriſdictionalem in foro exteriori, teneantur, vi *dict.ſeſſ.* 24. *cap.* 12. reſidere, quando ſcilicèt etiam debent choro in ſeruire, vndè vt refert *Garzìa par.* 3. *de beneficijs cap.*2.*num.*199.*verſ.ad ſeptimum.* S. Congregatio declarauit, has dignitates, per ſe ipſos, teneri officium obire, & miſſas canere,) *Sanctarellus,* autem *lib.ſuo variar.reſol.q.*1.*num.*11. & ſi fateatur de his Beneficiatis habentibus curam iuriſdictionalem, quò ad forum externum, non loqui *Concil.Trid.nec ſeſſ.*6.*cap.*1. *nec ſeſſ.*23. *cap.*11.*nec ſeſſ.*24.*cap.*12. tamen docet teneri illos ad reſidentiā iure naturali, (ꝙ etiam aſſerit, *Bonac. in Opuſculo de onere beneficiatorum, &c. pun.* 3. *nu.* 1. *verſic.hæc ratio,*) & tandem concludit, *comprehendi in Conſt.* Pii *IV.*91. *incip. in ſuprema*, vbi ſupponens S. Pontifex obligationem, *ex Concil.Trid.* curam habentium, declarat, ꝙ ipſis morientibus extrà reſidentiam, ſuccedat Camera Apoſtolica, ſicut etiam S. Congregatio, apud *Garziam loco ſupra cit. num.*179.*verſ.Decima,* declarauit, comprehendi in *Conſt.* Pij *V.* 65. *incip. cupientes;* quę etiam ſupponit obligationē eorundem curam animarum habentiū, & addit, cōpelli poſſe per ordinarios ad reſidendum. Attamen, cùm obligatio iſta naturalis non oriatur, niſi ex onere, quod dictæ dignitati, officio, vel muneri, eſt annexū, & illud non poſſit exerceri, niſi per ſe ipſum, vt habetur ex eodem *Bonacina ſuprac. nu.*1. *in principio,* iuncto, *num.*11. *verſ. habentes.* Sequitur, veram eſſe doctrinam, *Fuſchi, & Zecchij,* vbi d. Dignitati habenti curā iuriſdictionalem, non eſt annexum aliquod onus per ſoluendū, per ipſum Prelatum; eſſe quoque verā opinionē cōtrariā, vbi nō eſt annexū illi ſimile onus, quod ſatis confirmatur, ex declaratione. S. Congregationis relata per *Conzales in Regulam* 8.*Cancellariæ, gloſa* 6.*num.*64.*& Gratianum cit.cap.*133.*n.*30. nempè *Archipresbiteratum habentem aliquam iuriſdictionem, eſſe beneficium ſimplex; dummodo reſidentia in eo neceſſaria.* Quia ex ea ſatis colligitur, ſolam iuriſdictionem, vt ſuprà non eſſe ſufficientem cauſam, ex qua iure naturali, obligetur quis ad reſidendum, ratio innuitur à *Gratiano ſub nu.* 29. quia in iſtis beneficijs attenditur conſuetudo, an dicta cura iuriſdictionalis per ſe, vel per alium exerceatur, Adde, quòd cùm de hac cura iuriſdictionali tantum, non loquatur (ſecundum DD. de quibus ſuprà) S. Concilium Tridentinum, huic conſuetudini non officit derogatio ipſius, facta in *eod. Concilio ſeſſ.*24 *cap.*12. nec etiam talis conſuetudo

tudo eſt contrà ius naturale,quia non omnis iuriſdictio de iure naturali debet exerceri per ſe ipſum,vt latè fundaui in conſultatione de hac re. In caſibus occurrentibus; inquirendum eſt primo, an dictæ Dignitati præter iuriſdictionem,aliquod onus ſit annexum,ſcilicèt intereſſendi choro,cùm alijs dignitatibus, & Canonicis collegiatæ,pro quo caſu forſan procedunt declarationes adductæ, per *Garziam loco ſupracit.n.*181. Secundò, cognito non reperiri dictum onus annexũ, inquirendũ,an conſuetudo ſit pro reſidentia,vel non,quæ õnia procedũt,vt optimè refert deciſum *Garzias cit. n.* 181. *&* 480 ſi dicta Prælatia non habeat territorium,& iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem, quia aliàs non poſſunt ſimpliciter appellari, ac iudicari, vt habentes ſolã curam iuriſdictionem quò ad forum externum, & proindè licèt non teneatur illam obtinens ad reſidentiã chori, tenetur tñ vt Epiſcopus ad reſidentiam in loco, tamquam habens etiam curam, quò ad forum internum, vndè in *Concilio Trid.cit.ſeſſ.6.c.*2. agitur de reſidentia, horum Prælatorum Epiſcopis inferiorum. Ad cuius ornatũ, nota declarationem relatam à *Barboſa cit. allegat.* 53.*nu.* nempè Commendatarios Abbatiæ curam iuriſdictionalem tãtum, non autem ſacramentalem habentes, Concilij Tridentini decreto non conſtringi, refert etiã iſtam declarationẽ *Garzias in addit.ad cit.cap.2.nu.* 181. Quia dixi ſup.in *addit.ad fo.*557 *lin.6.* Epiſcopum non poſſe denegare commandatitias Sacerdoti,aut Clerico diſcedere volenti à Diœceſi,nota id eſſe verum,etiam ſi ibi habeat beneficiũ ſimplex non requirens ſeruitium perſonale, quia neque illi,ſimile ſeruitium,& ſic reſidentiam, poteſt Epiſcopus imponere,ex S. Congregatione, *Sanctarellus in ſuis varijs reſol. q.* 1.*num.*15.*ad finem.*

Ibid. Reſignatum beneficium Epiſcopus conferens propinquis, vel familiaribus ipſius Epiſcopi, vel reſignãtis,*ſup. Recoll.*4 *verbo Reſignationem,&c.*quibus illic allegatis,addo,*Nau.apud Sayrum in floribus lib.*1.*tit.6. dec.*9.Fuit in facto dubitatum, an is, qui reſignauit beneficium, quod fuit poſtea collatũ Nepoti ipſius reſignãtis,poſt obitum iſtius Nepotis,poſſit obtinere dictum beneficiũ de nouo, & patronus iterũ præſentare ipſũ? & licèt quidã putarẽt vigore Conſtitutionis Pij,de qua ſuprà reſoluendum pro negatiua. Tamen contrarium fuit reſolutum, ex quo, nec in dicta Conſtitutione, nec alibi reperiatur id prohibitum, & pæna priuationis alicuius iuris, nunquam incurritur, niſi expreſsè à lege explicetur, *Gloſa fin.in cap. fin. de iure patron*,quæ eſt communiter recepta, vt per *Nau. conſ.*5.*de verb.ſignif.* Accedat,quod in facto propoſito tractabatur de beneficio iuris patronatus, in quo, vt dixi *loco ſupracit.* non habet locum dicta conſtitutio.

*Fol.*626.*col.*2.*lin.*18. ibi conſecrata,Adde, Sacerdos non habens Hoſtiam grandem,poteſt in ſecreto celebrare cum Hoſtia parua, ſeù particula, *Diana par.6.tract.7.reſol.*17.*verſ.ſed hac.*

*Fol.*632.*col.*1.*lin.*13.ibi. Confidentiarum. Adde,fauent Doctores,quos *refert,&* ſequitur *Diana tom.4.tract.*2.*reſol.*93. *verſ. hinc contrà*,docentes,ſimoniam in beneficio,& ſi publicam,non inducere irregularitatem.

*Fol.*633.*num.* 876. *linea vltima* ibi *reſeruatam*,Adde, ac etiam præſupponit *Carena de Officio Sanctæ Inquiſitionis, tit.* 6.*num.*34 *verſ: Confirmatur* 2.

*Fol.*634.*col.*1.*lin.*2.ibi *reſol.*59. Adde,& repetit adducendo alios authores, meam ſequentes opinionem,*par.* 5.*tract.*14. *reſol.*2.*quæſ.*2.& latius, *par.* 6.*tract.*6. *reſol.*36.

*Fol.*644 *col.*1.*lin.*12.ibi particularem,adde, vt per *Carenam de Officio Sanctæ Inquiſitionis par.*2.*tit.*9.*nu.*34. vbi ponit formam ipſorum edictorum, cum eorum explicatione.

*Fol.*646.*n.*940 *linea* 9.ibi,denunciare, adde, Aliam diſtinctionem adhibet, *Carena ſupracitato tit.9.ad finem*, nempè, aut fides pænitentis, eſt confeſſario benè nota, & tunc poteſt eam abſoluere, cum ſolo propoſito,aut illius fides nõ eſt nota confeſſario, quia eſt perſona ordinaria, & tunc ſubdit ipſe, niſi vrgeat neceſſitas communionis,non debet eam abſoluere, allegans *Aulam Zanardum*, *&* *Lazarium*, quæ diſtinctio coincidit cum doctrina ſuprà poſita.

*Fol.*652.*n.*969.*lin.*16.ibi,*ad fin.* adde, idem docet loquẽdo de Epiſcopo paupere *Gambarupta de caſibus reſeruatis, ad finem*,cùm de ſuſpenſionibus, *ſub nu.* 9. qui ſubdit, pauperem Epiſcopum dici eum, qui & ſi habet Diœceſim amplam, & latam;tamen non habet mille aureos ãnui redditus, argumẽto

deſumpto

Digitized by Google

deſumpto à *C.Trid.ſeſ.24.c.13.de reſor.*
*Ibid. num.* 972.*lin.* 12. ibi *finem.* Adde, de Diæceſi Aquenſi, vbi communitates in totum procurant, Viſitatores ob paupertatem Parochorum, ac de oppido Nitię Palearum, vbi quia beneficia ſunt pinquia, pro medietate Populus, & pro alia medietate, Clerus, procurat, teſtatur *Gambar.ad fi.cit.n.6.*
*Fol.*654.*col.*2.*lin.*4. ibi acceptionem. Adde, fauet *Gambarupta loco ſupracitato, paulo antè finem*, his verbis, quid ſi laici donent aliqua exculenta, vel poculenta, an habeat locum pæna? Ego diſtinquerem, aut iſta dantur ab his, qui procurationem præbent, & tunc nulla erit differentia inter Laicos, & Eccleſiaſticos, authoritate, *Conc.Trid.* generaliter loquentis, *ſeſſ.*24 *cap.* 3.*de reformat.* & pænas prædictas extendentis; Aut ab his, qui non tenentur, ad procurationē, & credo, ab iſta pæna excuſari, quàmuis tutius eſſet abſtinere, &c.
*Fol.*658.*col.* 1.*verſ.præter peccatum, linea* 8. ibi contrà aliquos. Adde, quos ſequi-*Beya p.*1.*reſp.caſuum Bon.caſu* 29.*in pr.*
*Ibid.col.*2.*lin.*28. ibi exerceantur. Adde, fallit, hoc in ordinatis ſic ſimoniacè, quia expreſsè declarantur irregulares, exercendo dictos ordines, à Sixto V. in ſua Conſtitutione, contrà malè ordinatos, quam habetis de verbo ad verbum, apud *Sayr. cit.lib.*4.*c.*17.*ad fi.*
*Fol.*661.*col.*1.*lin.* 19. ibi *&c.* Addde, *Beya par.*1.*Reſponſ.Bonon.citato caſu* 29.
F. 669.*col.*1.*verſ.difficultas, lin.*9. ibi abſolutione. Adde, vt dixi *ſup.Rec.*1.*à n.*455.
*Ibid.num.*1048.*lin.* 18. ibi *Reſolut.* 24. Adde, & probat nouiſſimè, *Theſaurus, par.*1. *de pænis Eccleſiaſticis, cap.* 26. *ampl.* 3.
*Ibid.num.*1050.*lin.*19. ibi *num.*944. Adde, quibus ibi allegatis, accedit *Theſaur. loco proximè citato, ad finem.*
*Fol.*674.*num.*1072.*lin.*5. ibi *nu.* 407. Adde, quibus ibi citatis, accedit Diana *par.* 5.*tract.*9.*Reſolut.*17.*ad finem.*
*Fol.*676.*nu.*1079.*lin.*21. ibi *ad finem.* Adde, & ſequitur eam, tamquam veriorem & probabiliorem, *Boſſius de triplic. Iubilei gratia ſect.*4.*caſu* 18.*num.* 49.*ad finem.* Qui *num.ſequenti*, cum *Sanchez* contrà *Layman*, hoc modicum tempus, putat eſſe, vbi quis alibi reperitur animo non permanendi per maiorem partem anni, & ſi ibi ſit permanſurus quatuor, vel quinq; menſibus.
*Ibid linea* 45. ibi ſuſpenſionem. Adde, cùm vtroque caſu ceſſet ſcandalum, quia non fiunt hæ actiones publicè, & quando ceſſat ſcandalum; ambarum legum tranſgreſſio, non turbat pacem loci.
*Ibid.num.*1081.*lin.*17. ibi Epiſcopi, Adde, fauet *Portellius in ſuis dubijs Regularibus, Verbo Epiſcopus, in Addit.numer.* 5. *ad finem*, vbi contrà *Rodriquez*, docet, quòd & ſi Epiſcopus, vi *Concilij Tridentini*, poſſit punire Monachum, ſeù Regularem extrà clauſtrà notoriè delinquentem, tamen non poſſit eum cenſuris, ob id punire.
*Fol.*684.*num.*41.*lin.*13. ibi *num.*393. Adde, non erit tamen hæc irregularitas, ex homicidio volūtario, vt eſt certū.
*Ibidem colum.*2.*linea* 12. ibi vt infrà. Adde, ſicut neque erit irregularitas ex homicidio voluntario, vbi quis mulierem grauidam percuſſit, ſine animo cauſandi abortum, volens percutere leuiter, & tamen ſequitur abortus. *Auila par.* 7. *diſputat.* 6.*ſect.* 2. *dub.* 1. *concluſ.*1.*ad finem.*
*Ibidem num.* 46. *linea* 8. ibi probabilem. Adde, quam docet *Auila loco ſuprà citato dub.*4. *ad finem*, qui tamen ſubdit, quòd ſi Conſultus deponat omnes rationes, quibus motus fuit ad acceptandum Conſilium, & dicat, non propter Conſilium, ſed propter alias cauſas, velle abortum, vel homicidium ſequi (Cui in hoc credendum eſt) conſulentem non manere irregularem. Vndè non ſufficeret, ſi poſt ſequutum abortum, vel homicidium, id aſſereret conſultus, vt quidam putabant, præſupponitur, enim interueniſſe reuocationem antè exequutionem.
*Ibidem linea* 20. *Reſolut.*7. *&* 8. Adde, qui etiam *citata Reſolut.*8. tamquam probabile, & tutum, probat, quòd & ſi quis teneatur ex iuſtitia impedire homicidium, & non impediat, etiam ex dolo, peccet: non impediendo contrà iuſtitiam, non tamen incurrat irregularitatem, ex quo non per hoc, ſit cauſa poſitiua, & poſitiuè influens in homicidium, vt requiritur ad irregularitatem incurrendam, *& ad finem*, idem dicit de eo, qui per vim, vel metum, aut diſſuaſionem, impedit, ne aliquis impediat homicidium, *& Reſol.*9. de Sacerdote, qui ſciens, alios velle homicidium committere in vindictam iniuriæ illatæ eidem Sacerdoti, non contradicat, neque prohibeat, aut impediat.
*F.*695.*in addit.ad f.*305.*lin.*4. ibi extendentibus adde, nō fertur cenſura aliqua,

FINIS.



Digitized by Google

# Errata grauiora, quæ mutant ſenſum, vel allegationem.

Errata Correctio fol. nu. lin.

exprimatur exprimantur 1 6 5
æquipollet æquipollent 3 27 36
exercitium exercitum 4 29 3
par. 1. par. 2. 3 51 4
comunicat communicant ibid. 54 6
Pontifice Pontifici ibid. ibid. 17
diſpenſationem diſpenſatione ibid. 58. 8
illa illam ibid. 59 6
ex homicidio. lege. in genere. 9. 60 1.
ſuppoſita ſuprà poſita ibid 61 5
c. 1. c. 2. ibid. ibid. 7
ad cōditionem ad conditorem 10. 71. 5
conſuli conſultum 13 85 19
cenſura cenſuræ ibid. 88 16
pernale perſonale 18 116 6
diſtributiones diſtributionibus 10 119 21
quotidianas quotidianis ibid. ibid 22
percipiendas percipiendis ibid.
net monet 20 128 14
ſimile ſimilem 22 antè nu. 136
excommunicatum excommunicationem ibid. 136 17
conferri confiteri ibid. 142 6
cenſuram cenſura 26. 169. 5
n. 59 n. 62. 27. 179. 8
pæn. pæna ibid. 187 6
præcipuum præcipuus 28 188 24
qui fer qui fert 29 190 1
amotione amotionem 30 196 6
ſit ſis ibid. 202
reſeruato reſeruatos 32 14
conſtitutionem. conſtitutionis 33 214 2
quod quo 34 223 11
à cenſura. Dele à 36 245 9
recoll. 1. recoll. 10. ibid. 246 12
iſtam excommunicationem latam: iſta excommunicatione lata ibid. 248 1
paritatis paruitatis ibid. ibid. 10
ſectatores ſectantes 37 257 21
reſolut. 24. reſolut. 140. 40 279 vltima
eoſdem, adde authores 42 298 12
excōmunicati excō municatio 45. 324 6
comprehendatur comprehendantur, ibid. 327 28
excommunicationem: in excommunicationem 46 335 18
mandatis mandantis ibid. 336 6
talis Adde incurrat ibid. 337 7
conſilio cum. cum conſilio 47. col. 1. 16
debent: debeat ibid. ibid. 22.
concludantur includantur ibid. 336 4
c. ciuitas c. ſi ciuitas ibid. ibid. 11
nu. 136. nu. 146. ibid. 338. 14.
cenſuram cenſura 48. in titulo
ordinariam ordinariorum ibid. 345. 62
naturalem naturale 49. 350. 4.
ignoranti iſta. ignorantia ibid. 352. 3.
conſcientia conſcientiæ ibid. 353. 4.
pſſicauuit: punit Chriſtianos 50. col. 1. 11

poſitam poſitæ ibid. ibid. 23.
cenſuram cenſuræ ibid. 362. 2.
c. ſi verò Adde el 2. ibid. ibid. 7.
nu. 273. Adde qui etiam. 52. 369. 25.
excommunicatione. interdicto.
excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum 53. 382. 1.
irregularitatem irregularitate 54 293 2 & 10
dictam excomunicationem minorem dicta excommunicatione minori. 55 399 16
Marchinus Marchinum 56 402 9
ignoret ignorans ibid. ibid. 14
intrinſeco intrinſecè 57 415 25
Caiet. par. 2. Caiet. prima. 2. 58 col. 1. 12.
excuſaret excuſare ibid. ibid. 13
minueret minuere ibid. ibid. 14
cenſuram cenſura ibid. 426 7
tract. 5. p. 2. tract. 5. p. p. 60 434 8
cenſuram latam cenſura lata 61 453 9
ſuprà, Adde parte p. 65 474 1
fuerat fuerant ibid. 477 2
Abſolui Adde peccata illi annexa ibid. ibid. 14
regulari regulariter 66 479 3
quia, Adde per hoc 69 506 1
latis, Adde ſibi reſeruatis ibid. 513 1
Alijs Alij 70. col. 1. 23
excommunicationem excommunicatio 72. 529. 5
caſu quod. caſu quo 78 564 1
quam tamquam 82 343
irritatus irretitus 86 74 17
delegatus delegans 89 98 13
ſententia ſententiæ 92 119 9
quæſito ſeq. Adde nu. 653. 94. 145 10
Iudicis Iudici ibid. 152 10
tur datur ibid. 168 13
Epiſcopos Epiſcopus ibid. 169 14
quaſdam quoſdam 97 177 2
ſiue; Adde Iudex à quo. ibid. 178 26
non noui 98 182 10
limitat limitatur ibid. 193 1
adiuncti adiunctos 99 199 3
inter intrà 101 221 3
cadente cadentem 102 230 3
& ſimiles. & ſimilibus ibid. 234 1
par. Adde prima. 103. 247 pæn.
maioris maiorem 104 259 8
diſp. 2. diſp. 1. 105 276 5
num. 2. num. 20 108 297 vltima
contingit contigit ibid. 301 2
diſp. 1. Adde p. 4. §. 5. 110 309 8
alia aliam ibid. 311 20
vbi reijcimus, Adde Lectorem 111 321 vltima
dicit. Adde Superior 112 323 35
caſu quod. caſu quo 115 348 22

ferri

ferri ferre ibid. 349 11
ex.extrà 116 353 2
valdè validè ibid. 356 9
reperio reperitur ibid. ibid. 21
domos domo 117 360 17
Riccius Viuius 122 400 1
reſol. 16. reſol. 13. 124 415 9
lib.1.tr.1.n.1. lib.1.tr.5.n.5. 126 428 11
reſol.77. reſol.73. ibid. ibid. 16
infert Diana:refert Diana ibid. 432 4
antea latæ anteà latis 128 440 3
incurrat,dele quia ibid. 447 4
incompletum dele in ibid. 449 5
nu.13. nu.14. 130 466 14
p.2.Praxis.p.2.deciſ.Cur Archiep. 132 481 16
in caſu,quod,in caſu,quo 134 492 8
nu.19. nu.169 ibid. 494 7
Abſolutus abſolutis 135 497 2
poteſt intelligi dele ly poteſt 138 528 1
quod; quo ibid. ibid. 2
ad obtinenda ad obtinendā ibid.ibid.6.
quid qui id 141 561 11
aliquam occaſionem: aliqua occaſione 142 562 15
vt. dele 143 570 7
intollerabilē Adde errorem 145 585 8
recoll.5.nu.9.reſol.115.recoll.1.tract.9. reſol.18. 149 610 8
q.13.nu.3.q.93.nu.34. ibid. 613 9
adhita adhibita 153 col.1.15
Sen Scaccia 154 646 16
deciſ.100. deciſ.300. ibid.ibid. 22
Iulius Clarus.Iulius Chartarius 155 649 19
qui ſubdit, Adde Vulpe nu. 36.156.653 23
quis à paritione. quis à non paritione 157 660 1
approbandam ad probandam 158 666 4
eſſe ex 156 675 12
qui quidam 160 780 9
potis potius 162 687 10
vt oles violes ibid. col.2.22
præter iſtas Adde duas conditiones 167 col.1.32
p.2.p.4. 168 col.1. 14
ferendam ferenda 169 737 7
Religione Religionibus 171 col.1.81
attentatio atteſtatio 172 751 5
quod quo 178 789 11
cenſuratus cenſuratum 178 col.1.17
& ſit ibid. 791 17
ſuo loco Adde nu.955. ibid. 793 vlt.
nu.47.nu.807. 180 795 16
Nouitius Nouitium ibid. 798 17
Iudex tunc 185 col.1.11
Ablutio abſolutio ibid. 817 22
excommunicatio excommunicationem 193 860 3
de qua ſuprà, Adde nu.850. 95 868 5
ipſis ipſius 199 889 24
hæreſis hæreſi 202 902 22
modum modus 204 908 16
cabus caſibus 205 911 15
à num.... Adde 786 ibid. col.1.4
nu.6. nu.205. ibid. 928 5
interno externo 217 686 11
loc locum 231 62 16
ad tollendam ad tollenda 233 71 22
affixo affixam 239 101 8
parem par 242 118 20
nu.70. n.7. 254 189 5
hæc hic 257 257 1
proceſſibus proceſſionibus 398 col.1. 5
nu. 208. nu.217. 149 224 1
veſtri veſtiri 264 263 6
Neadanus Neapodanus 274 342 11
q.5.5. q.5.p.15. 285 col.2. 23
illam quoque:illam non ibid. ibid. 24
Recoll.8. Recoll.3. ibid. ibid. 33
Agnus Agnos 289 col. 1. 20
ne clerici Adde &c.in 6. ibid.col.2.10
etiam qui eam:etiam qui mandatarios, qui propriè dicuntur Aſſaſſini 288. col.1.27.
& alij docentes. tamen alij docent ibid. col.2. 5
ſup.§.1. ſup.p.4.§. 1. 490 col.1. 38
Gregorius XV. Gregorius XIII. 291. col.1. 20.
præſentans Adde eum ibid. col.2.20.
S.P.reſeruata : nulli reſeruat. 299. col. 2.17.
Dantes promictentes Dantes, aut recipientes 302 hoc verbo 1
c.3. c.30. 303 Dantes 5.
priuilegij Adde in Italia 300 col.2.42
Clemens XIII.Clem.VIII.ibid.ibid.44.
p.48.nu.38. 310 col. 1. 10.
art. tract. ibid. col.2. 9
concedentes Adde locum 311 col.1.12
q.1. q.5. 312 col.1. 12.
nu.105. nu.115. 313 Eccleſiaſticas 5.
iuriſdictionem Adde Epiſcopalem 316 col.1. 5
ſup.recoll.31.p.p.reſol.31.319 col.1.31.
reſol.3. reſol.35. ibid.ibid.47.
etiam & ſi 320 col.1. 50
immunitas,c.Adde 4.325.col.1.antè 1.
ſup.recoll.11. Adde p.p.nu. 705 ibid. col. 2. 42.
ſpe. ſpectat 329 col.1.51.
reſol.20. reſol.12. 331 col.1. vltima.
quo. quod 332 col.2.49
Barboſa Adde allegat.50.verſ.84. 333. col.2.43.
lacerando. Adde incurrerat 334.col.1. 36.
Bonacinam. per Bonacinam ibid.col. 2.46.
can.7. can.17. 339 col.2.27.
ſup. Adde p.2. ibid.col.2. 46.
Theoremate 336 Theorom. 335. ad finem

Digitized by Google

finem. 351. col.1.6.
q.3.de clauſura p.8.q.5.p.5.num.2.ibid. ibid.7.
illos illas 342. col.1. 20
lib.6.ſummæ c. Adde.16.nu.79. &.ibid. ibid.26.
c.5. Adde dub.1. ibid.col.2.14.
con contrà 344 col.2.57.
p.36. p.16. ſub nu.5.346.col.3.38.
nu. puncto 348 col.1.31.
vt talis ſit; vt talis non ſit.ibid.ibid.33.
non detur.Dele ly non.350.col. 2. 54.
id ipſi Epiſcopo.Adde.cum hac conditione.ibid.ibid.56.
exeuntes violantes 351 col.1.12.
tunc ſit. tunc non ſit 352 col.1.20.
Lõrliæ Lombardiæ 357 col.1.49.
impugnarent. impugnare ibid. colum. 2.11.
Alteria vlteriora 360 col.2.59.
docere Adde opinionem negatiuam. 361.col.2. 58.
capere capi 366 col.2.51.
à non conceſſo dele ly non.366 col.2.
contineri Adde eum. ibid.ibid.ibid.
cap.3. cap.17. 377. col.1. 5.
cum ſimili. Abſque 372 col.2.41.
vnde id. Dele id 374 col.2.vltima.
detrahant retrahant 379 c.1.45.
Miniſtris Adde Eccleſiæ ibid.ibid. vlt.
ſi iterum: ſi interim ibid.col.2. 11.
& non Dele ly & 382 col.2. 13.
can.19. can.17. ibid.ibid. 16.
vel beneficij Adde vt requiritur in ſecundo caſu. ibid. ibid. 23.
collationes collationum 383 col.1.38
dub.... adde 36 384 col.1.10.
reſol.61. reſol.49. 392 col.1.23.
q.8. nu.984. ibid. ibid. 31.
Pij VI. Pij IV. ibid. ibid. 40.
nauerint nauauerint ibid. col.2.24.
titulſi titulum 401 col.1.9.
omnia; adde præter Regalia ibid.ibid.22
p.3. ſect.3. 403 col.1.21.
difficulter adde magis difficulter ibid. ibid.27.
aliqua adde monitio ibid. nu.10.3.
præter quam Adde quòd ibid.ibid.13.
priuilegium Adde canonis 408 39 2
In ſacris. Adde Religioſi ibid.40.33.
nouis canonis ibid. 44.9.
non amitteret Dele ly non 409 col.1.19
ad hoc vt. Adde gaudeat.ibid. 51.4
frequentatio. frequentationem 413.77.3
tradito traditio ibid.84.20
infrà dicenda adde nu.309. & ſeq.427. 173.22.
ſatisfaciat ſatisfacere 430 209. 3
q.ſeq. adde n.382.verſic.ſecundum dubium 432 223 3
ſuo loco adde ſup.n.98. 433. col.2.vlt.
nu.280. nu.282. 440 293 10
lia filia 446 340 15
puniri adde pro eod.delicto 469. col.2. 12.
vellet ei. vellet ſe ei 471 col.1.15
iudicio. iudico 472 col.1.16.
quod quibus 474. 533. 10.
eſſe eſſet ibid. 524. 4.
prorogatur porogari ibid. ibid. 22.
ſup. Adde p.2. ibid. 526.1.
& ſi & ſic,quòd. 475. 530. 10.
quando non: quando tantũ 476.col.1. 2.
eos illi 482.583. 15.
nu.28. nu.82. 484. col.p.6.
nu.86. nu.84. ibid. 591. vlt.
concedant concordant 505. 16. 10
concubinatum concubinarium ibidem ibid 19.
incideret Adde non incideret 514.88.3.
Conc.Trid.Adde ſeſſ.23.c.8.560.467.4.
illius ſubiectus: illi ſubiectus 562.479. 4.
nu.4. nu.14. 564. 490.14.
italorum Adde nomine ibid. 496. 1
nu.447. 467. 566. 509. 9.
diſpenſationem : diſpenſatio ibid. 19.
ſit Adde. non ſit 567. 512. 14.
& non pura pæna. ſed pura pæna ibid. ibid.15.
allegat.8. allegat.5. 568. col.1.2.
fol.585.num.644. eſt traſpoſitio, quia vbi dicitur,abſque dimiſſorijs, debet legi,titulari,& vbi dicitur titulari, debet legi,abſque dimiſſorijs.
num.75. num.85 608.646.19.
recoll.1. Deeſt p.2. ibid.col.2.in p. in. id 610. col.1. 6.
Prælatis Regularibus: Prælatia Regulari ibid. 586. 6.
non conſecratam Dele ly non 626. 947.1.
fol.643.nu.926.lin.11.eſt tranſpoſitio : nam ly,quia poſitum ante Inquiſitores,debet legi,ante Boſſius.
ſollicitante ſollicitatæ 643 925 36.
nu.844. nu.846. 650. 160. 2.
aliorum alios ibid. 963. 24.
recipere Adde Viſitantes actu 651. 967.3.
nu.416. nu.430 672.1060. vltima.
alio alij 678. 1.8.
& ſi Dele ly & 679. 7. 12.
ſequitur ſequuntur 682. 23.8.
quinto ſexto.684.46.13.
per Bonacina dele ly per 685 102 25
priuilegiatorum Prælatorum 686. col. 1.15.
priuari puniri 695 col.2. 39.
pro conſequtione. pro conſequendo 598.col.1.22.
aut in, Dele ly in ibid. ibid. 41.
Bullæ Bulla ibid. col.2.15.
impuritatem impunitatem ibid. ibid. 80.

1021847
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

DOMENICA CODERONI
LEGATORIA - REGISTRI
ROMA - Lungotevere Mellini, 25

Digitized by Google

Digitized by Google